112
H
3

BIBL. NAZ.
Vitt Emanuele III
166
K
2
NA[POLI]

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Secundum

QUO

Emendationum et opinionum libri quattuor

Ad Modestinum, sive de excusationibus liber singularis

Antonii Augustini ad Lælium Taurellum et Taurelli ad Augustinum de militiis epistolæ

Constitutionum græcarum codicis Justiniani collectio et interpretatio

Juliani antecessoris Constantinop. novellarum Justiniani imperatoris epitome

Ad titulum Pandectarum de diversis regulis juris antiqui explanationes

Commentarii ad Institutiones imperatoris Justiniani

Continentur.



L U C Æ MDCCLXVI.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

PRÆFATIO.

Quod optaveram maxime, ut Antonii Augustini Tarraconenſis Pontificis vitæ hiſtoriam perfectam, expletamque omnibus ſuis numeris, & partibus hoc volumine altero edere poſſem; id omnino contigiſſe ex animi mei ſententiâ poſſum affirmare. Nam doctiſſimus, idemque humaniſſimus Vir Gregorius Mayanſius Siſcarius Valentinus, qui eam hiſtoriam luculenter hiſpanico ſcripſerat ſermone, atque ediderat Madriti Anno MDCCXXXIV. typis Joannis Zunnigenſis, quum ei commentario quamplurima addidiſſet, itemque illum nonnullis locis emendaſſet, hæc ad me liberaliter omnia miſit: Ex quo factum eſt, ut his omnibus latine redditis, atque locis, quibus oportebat, aptatis, liber quidem extiterit abſolutus, planeque perfectus. Hic igitur ita emendatus, maximeque auctus Commentarius priorem in hoc ſecundo Volumine locum obtinet: quod ſane & volumini ipſi, & editioni meæ omni, & mihi in primis ſpero honori & laudi futurum. Nam cum ipſa ab Mayanſio primum edita hiſtoria eſſet per ſeſe quamgravis, atque omni certe ornamento eruditionis conſcripta; tum tanta ei nuper homo eruditiſſimus, & cum primis copioſus addidit, ut tertiâ ferme parte aucta fuerit. Quocirca hoc mihi vere videor eſſe dicturus, eos omnes Antonii Augustini vitæ hiſtoriam plane non habere, qui illam, cujuſmodi meis nunc editur typis, non habeant. Nam quæ in priore illa deſunt, & ſunt certe quamplurima, & multum quidem habeant mumenti neceſſe eſt ad cætera plenius intelligenda: Tum etiam quia non defuerant, qui priorem illam hiſtoriam nonnihil quibuſdam locis carperent, Mayanſius his additamentis omnia, quæ contra dicerentur, ſatis ſuperque diluit; vel, ſi in quo erraverat, emendare non dubitavit. Duos quoque Indices ſcriptorum Antonii Augustini & emendavit, & auxit. Quædam enim detraxit ex illis, quæ falſe Augustino tribui comperiebat: multa e contrario illis addidit, quæ vere ad Augustinum noverat pertinere: omnia denique explicavit, magnoque opere illuſtravit; ac de pleriſque memoriæ tradidit quoties, & a quibus Typographis, quibuſve locis fuerint typis edita: adeout nihil jam his Indicibus accuratius, ac exquiſitius, eruditiuſque fieri, aut excogitari poſſit.

Hæc omnia latine converterunt Nobiles viri, qui mihi humaniſſime auxiliari ſolent, Patricii Lucenſes Fabius Cenamius, & Joannes Baptiſta Montecatinius, qui hanc Præfationem dictavit. Plurimas quoque, quæ diſperſe in hac Hiſtoria habentur, epiſtolas vel ab Antonio Augustino ad familiares ſuos, vel ab ipſis Augustini familiaribus ad eum datas, quæ ut plurimum hiſpanicè erant conſcriptæ, latinè reddiderunt; ut eſſent ad opus univerſum accommodatæ. Ad eas autem, ut agnoſcerentur, notas » in margine appoſuerunt: Cæteras, quæ latinæ ante fuiſſent, eo typorum genere deſcripſimus *, quod ſcribentem manum

* *typis curſivis.*

ma-

maxime imitatur. Jam vero cauſſam, quare Hiſtoriam hanc crediderim latinis eſſe litteris mandandam, fuit, quod hiſpanicæ litteræ in orbe terrarum minus late pateant: Mihi vero ſpes eſt, hæc volumina quocunque gentium pervenire debere; unde communi quadam omnium gentium lingua (quæ certe latina eſt) utendum cenſebam. Ita etiam videbatur ſore magis accommodata ipſis Antonii Augustini ſcriptis, quæ fere omnia latina ſunt. Ii autem viri volunt, a me eorum nomine dici, ab ſeſe hanc Hiſtoriam latine ita fuiſſe redditam, ut quidem ipſa pati res potuit. Nam Mayanſius minima quæque ſumma induſtria perſecutus eſt. Quod ut incredibilem hominis eruditionem, ac ſedulitatem egregie declarat; ita illud negari non poteſt, ejuſmodi rationem nonnihil a latinæ linguæ gravitate majeſtateque abhorrere. Tum ſcire ſe, hanc ſcriptionem omnino poſtulare, ut quis utranque linguam perfecte calleat. In hiſpana quidem fatentur ipſi ſe rudes admodum eſſe. Latini autem ſermonis vim atque elegantiam ſe aſſecutos eſſe non audent confirmare. Nam ſi etiam Ciceronis ætate, quam merito auream appellamus, ipſum latine loqui erat (ut ille inquit) in magna laude ponendum; quid noſtris dicendum erit temporibus, cum ab illo fonte, atque ab illa latinitatis ſede tot ſeculis abſumus? Quod vero ad eam attinet rationem, quam potiſſimum in interpretando ſequuti ſunt; paullo ſe fatentur receſſiſſe ab Ciceronis exemplo, qui in Libro de Optimo Genere Oratorum memoriæ prodidit, ſeſe Æſchinis Orationes vertiſſe non uti interpretem, ſed uti oratorem: quod hi oratoriam ſibi laudem minime congruere poſſe crediderint. Sed item illud ſe vitaſſe vitium putant, quod Horatius innuit in Arte Poetica:

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

Itaque medium quendam curſum tenuerunt; ut nec a ſcripto nimis longe aberraverint, nec ita verbis inſervierint, ut nimis propterea aridum, & exile orationis genus exſtaret. Si quæ explicationem aliquam deſiderare viſa ſunt, ad ea omnia notam * appoſuerunt, atque in margine explicatio habetur. Tum ſi quæ dici latine non poterant, hæc quoque in margine vel hiſpanice, vel barbare dicta ſunt eâdem notâ intus appoſitâ. Jam doctorum hominum judicia, quæ Mayanſius quamplurima cumulavit, a nobis, magnopere etiam aucta, in ſuperiore volumine edita fuerunt.

Hactenus de Antonii Augustini vitæ hiſtoria. Nunc de ipſius Augustini ſcriptis, quæ hoc volumine continentur. Itaque priorem obtinent locum aurei quattuor Emendationum et Opinionum libri. Hi quidem libri quanti ſint faciendi, & quantum utilitatis rei litterariæ, & juris præſertim prudentiæ attulerint, nihil hîc me attinet dicere. Nam & multa hac de re diximus in ſuperioris voluminis Præfatione, & longe plura Mayanſius in ſuo Commentario ſcripſit. Quod pertinet ad editionem, plurima horum librorum exempla diverſis temporibus edita mihi præſto fuerunt. Eo autem potiſſimum uſus ſum, quod editum fuit Venetiis typis Heredum Lucæ Antonii Junctæ Florentini. MDXLIII. idib. Septembris. Ac ſi quando in difficultates incidebam, illud curabam conferendum cum cæteris exemplis, ut veram lectionem elicerem. Libros Emendationum ſequitur Liber Singularis ad Modeſtinum, ſive de Excuſationibus a me ex iiſdem exemplis, eademque adhibita diligentia deſcriptus: Tum ſequuntur Antonii Augustini ad Lælium Taurellum, & Taurelli ad Augustinum de Militiis ex Caſu Epiſtolæ.

Poſt-

Poſtea vero habetur Antonii Augustini Constitutionum Græcarum Codicis Justiniani Imperatoris Collectio et Interpretatio *cum Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus.* De hoc Augustini egregio opere multa leguntur in Mayanſii Commentario. Nos igitur ea tantum, quæ ad noſtram pertinent editionem, breviter perſequemur. Itaque eo uſus ſum exemplo, quod editum fuit Ilerdæ Anno MDLXVII. typis Petri Roburii. Enimvero multum diligentiæ, multumque laboris impendi, ut legentium commodo, atque utilitati conſulerem. Nam primo græcum omne ſcriptum diligenter emendandum curavi: Deinde quum in illo Ilerdenſi exemplari græcæ leges ſeparatim, tum ſeparatim latina earum interpretatio, atque ſeparatim quoque παρατιτλα, ſive σχόλια, itemque variæ ſeparatim lectiones haberentur; ego hanc deſcribendi rationem inſtitui. Bipartito quamlibet diviſi paginam, alteramque partem græcis legibus, alteram vero latinæ interpretationi attribui: Tum paginis quibuſcunque ſubjeci lectiones varias, atque item παρατίτλα, ſive σχόλια, quæ ad illas paginas pertinerent. Itaque hac ratione effectum eſt, ut quis uno aſpectu omnia, quæ ad eandem legem ſpectent, videre poſſit.

Sequitur ex eodem Ilerdenſi exemplo deſcriptum Augustini opus, præſtantiſſimum illud quidem, quod ita inſcribitur: Juliani Antecessoris Constantinopolitani Novellarum Juliani Imperatoris Epitome. Antonius Augustinus Emendavit et Auxit, *Additis latinis quibuſdam Novellis Conſtitutionibus ejuſdem Imperatoris cum Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus, ac Verborum quorundam Juliani Interpretatione.* Hæc Juliani Epitome fuit in vulgus edita etiam ab eruditiſſimis Fratribus Petro & Franciſco Pithœis Baſileæ Anno MDLXXVI. typis Petri Pernæ. Nos igitur hoc Baſileenſi exemplo uſi ſumus, ut noſtrum Ilerdenſe exemplar augeremus, atque illuſtraremus. Nanque Pithœi Frr. nonnullas Conſtitutiones pleniores ediderunt, quæ in Ilerdenſi volumine mutilæ exhibebantur: Tum etiam aliquot addiderunt, quæ nullo modo ab Augustino fuerant editæ. Itaque nos quoque & illas expletas, ac perfectas edere; & haſce alias addere voluimus: Atque in margine ſcripſimus, quomodo eæ Conſtitutiones ſe habeant in volumine Ilerdenſi, aliaque etiam, quæ rem explicare ac illuſtrare viſa ſunt. Multa etiam alia addiderunt Pithœi Frr. e quibus nos ea omnia, quæ noſtram poſſent editionem probatiorem reddere, uſurpavimus; atque ad Pithœana quævis, ut perſpiciantur, notam » appoſuimus.

Poſt Juliani Epitomen locus eſt datus cuidam Antonii Augustini opuſculo ita inſcripto: Ad Titulum Pandectarum de Diversis Regulis Juris Antiqui Explanationes. Habentur denique quidam Antonii Augustini Commentarii ad Institutiones Imperatoris Justiniani, qui perducti ſunt ad Libri II. Caput XXIII. de Fideicommiſſariis Hereditatibus. Hi quidem Commentarii unam continent Teophili græcam earum Inſtitutionum παράφρασιν ab Augustino latine redditam: Quod fortaſſe Augustinus fecit exercitationis cauſa, cum græcis dabat operam litteris. Hæc duo poſtrema opuſcula, quæ nunquam fuerant typis edita, ſuppeditavit mihi liberalitate maxima præſtantiſſimus vir Mayanſius de theſauris ſuis. Nonnulla ille quidem de his ipſis in ſua Augustini Hiſtoria ſcripſit. Sed quoniam nos multo hæc labore emendanda, rectiuſque conformanda, atque illuſtranda curavimus; idcirco peculiares conſcriptæ ſunt Præfationes duæ, quibus quidem ſatis de illis multa ſunt dicta: adeoque ad eas legentes reiicimus.

Po-

Poſtremum obtinet locum uberrimus Index rerum, & verborum, quæ in toto volumine notari debeant, a me quam diligenter confectus.

Non facile dixerim quantum & diligentiæ, & laboris, & impendii in hoc maxime volumen inſumpſerim: Quorum tamen nunquam me certe pœnitebit; ſi modo ſentiam mihi tot vigiliis, ac ſumptibus doctorum hominum voluntates, & ſtudia conciliari.

AN-

ANTONII AUGUSTINI
TARRACONENSIS PONTIFICIS

VITÆ HISTORIA.

Quam Hiſpanicè ſcribebat

GREGORIUS MAYANSIUS SISCARIUS

Nobilis Valentinus

HISPANIARUM REGIS BIBLIOTHECÆ CUSTOS

E T

CODICIS JUSTINIANEI IN VALENTINA ACADEMIA INTERPRES:

Latinè vertebant

FABIUS PROSPER CENAMIUS

E T

JOANNES BAPTISTA MONTECATINIUS

Patricii Lucenſes.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

TARRACONENSIS PONTIFICIS

VITÆ HISTORIA.

CUm multa ea ſunt, quæ Deus Immortalis largitur hominibus; tum verò nihil optimâ liberorum ſobole præſtantius eſſe poteſt. Obtigit id boni Antonio Auguſtino Cæſarauguſtano (1), qui apud Celtiberos (*a*) Propræfectum gerebat Scribarum (Procancellarium appellant); quæ quidem princeps dignitas ſecundum Regem tunc temporis habebatur. Hic enim ex Aldonzà Albanellà Barcinonenſi uxore ſex ſuſcepit filios: Quorum prior Hieronymus Auguſtinus Jacobenſis fuit Eques, ac ejus ordinis in Ilergetibus (*b*) Præfectus; habuitque uxorem Annam Urrienſem, Hugonis Urrienſis & Greidæ Ganuzenſis filiam: Alter vero Petrus Auguſtinus, qui Valliſoleti ortum habuerat An. poſt Chriſtum natum MDXII. fuit (2) Ilerdenſis maximi Templi Sacerdos atque Æditimus, tum Rodenſis Collegii Præfectus, ac denique Oſcenſis Antiſtes; atque quum in Tridentino Concilio iterum adfuiſſet mortem obiit a. d. IV. Calend. Mart. An. MDLXXII. æt. ſuæ LX. die verò IV. ut conſtat ex ſepulcri inſcriptione (3): Tum tertius Joannes Auguſtinus magnopere virtutibus floruit: Quarta autem Hieronyma Auguſtina nupſit Roderico Palafoxio Rebolledenſi; qui Hatizenſium in Celtiberis, tum Beniſenſium, Calpenſium, Teuladanorum & Alteenſium in Saguntinis (*c*) imperium habebat: Quinta porro Iſabella Auguſtina primum nupſit Chriſtophoro Icartio; poſt vero Ferdinando Cardonenſium duci & principi An. MDXL. Sextus denique ANTONIUS AUGUSTINUS fratrum fuit natu minimus, ſed qui longe illis omnibus præſtiterit ingenio, ſcientià, atque hominum benevolentià; de cujus vita viri breves, ſimpliceſque Commentarios (Deo favente) conſcribemus; ut ſcilicet poſteris præbeatur occaſio, quare hiſtoriam quis diligenter contexat eà elegantià, & dignitate, quæ tantum virum deceat.

Is Cæſarauguſtæ, quæ nobiliſſima ab Auguſto Cæſare deducta Colonia, eademque Celtiberorum Urbs eſt caput, ortum habuit a. d. IV. Calend. Martias (4) An. MDXVII. (5). Quod ad Auguſtinorum attinet familiam, atque ad ejus familiæ Inſigne, ipſe Ant. Auguſtinus in quibuſdam commentariis, quos de Inſignibus & Familiis Nobilitatis Hiſpanæ confecit, quum verba de Auguſtinis haberet, ita ſcripſit: „ Aureà Auguſtini ſtellà, ſeptem cinctà radiis, utuntur “. (id autem referri puto ad ſeptem litteras, quibus hiſpanica vox *Aguſtin* conſtat.) „ Id inſigne in „ cœrulà habent areà “. Totidem verò radiis ea ornatur ſtella, quæ in quibuſdam apparet C. Julii Cæſaris nummis: licet Everardus Otto in primi Voluminis Theſauri Juris Civilis Præfatione, eruditionis illa quidem pleniſſima, qua verba fecit de Ant. Auguſtino ſcripſerit, eam ſex diſtingui radiis. At poſtea Auguſtinus longe aliam de ſua familia, deque ejus Inſignibus opinionem vulgo haberi voluit. Scripſit enim ad Fulvium Urſinum (6), ut in diplomate Civitatis Romanæ, qua quidem donatus illius opera fuit, aliquid curaret adſcribi, quod referri ad Aug. Cæſarem poſſet, atque ad eam ſtellam, quam C. Julio Ceſare vità functo ajunt in Cœlo viſam eſſe: Adeo ridicule viri etiam ingenioſi, atque graves de ſua generis nobilitate cogitare conſueverunt.

Illis quoque commentariis, quum de Albanellis ſermonem haberet, ita ſcripſit: „ Cœrulam „ Aquilam in aureà habent areà. Id autem eà fit de cauſſa, quod apud Ilergetes quoddam „ ſit Aquilarum genus, quæ cineris induunt colorem atque ab incolis *Albanellæ* vocantur. „ Celtiberi eas *Dardavaſinas* appellant “. Certe iis libris, quos Ant. Auguſtinus typis deſcriptos

(1) Matt. Carillus *in Divi Valerii Hiſt. Admonit. ad Lect. pag.* 15.

(2) Id. *ibid.*

(3) Fr. Didacus Ainſenſis *De Oſcenſium Rebus lib. III. De Epiſcopis cap.* 24.

(4) Ant. Auguſt. *in Epiſt. ad Hieron. Zuritam dat. Ilerdæ IX. Cal. Apr. An. MDLXXVI. quæ eſt in Joſephi Dormerii Progreſſ. Hiſt. Regn. Arragon. pag.* 410. *col.* 2.

(5) Id. *ibid. pag.* 409. *col.* 2.

(6) Id. *in Epiſt. ad Fulv. Urſinum datâ....*

(*a*) Celtiberi pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Arragonia dicitur.

(*b*) Ilergetes pop. qui eam antiqeitus incolebant regionem, quæ hodie Catalaunia dicitur.

(*c*) Saguntini pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Valentiæ Regnum dicitur.

edidit, Auguſtinorum apparet Inſigne quadripartitum: Habet enim hîc ſtellam ſeptem illuſtrem radiis, illic *Albanellam*, quam vocant, Aquilam; & iterum hîc Aquilam, illic vero ſtellam. De hoc autem avis auguralis genere nonnulla Joannes Sariberienſis (1) ſcripta reliquit.

Male cum Ant. Auguſtini parentibus actum fuit, quod eo ætatis non pervenerunt, ut mirificos, quos filius fecit, in virtute litterisque progreſſus videre poſſent: Nam Auguſtinus Procancellarius diem Valliſoleti obiit IV. Calend. April. An. MDXXIII. Humatus vero Cæſarauguſtæ fuit in Engratianis ædibus ad Divi Hieronymi Aram, quæ ab Auguſtinis fuerat ante exſtructa; ibique fuit ei ſepulcrum ex alabaſtro excitatum egregio Berruguetis artificio(2). Aldonza autem Albanella mater mortem obiit a. d. XVI. Calend. Septembr. An. MDXXIX. Quod eruditiſſimus vir Petrus Diatius Valerius ſcriptum reliquit in quodam commentariolo, quod Ant. Auguſtini vitæ hiſtoriam ſcripturus una vel altera pagina paraverat. Atque id commentariolum noſtris temporibus adſervatur in bibliotheca, illa quidem lectiſſima, Ferdinandi Velaſci (*a*) viri doctrinæ laude clariſſimi.

Non ſatis conſtat quid Ant. Auguſtinus egerit antequam ex pueris excederet: propterea quod nihil puerile apparet in omnibus, quæ is geſſit; qui quidem ſemper adeo extitit prudens.

Quo anno pater vitâ functus erat, hoc eſt An. MDXXIII. ſe ſacris addixit; ut in eo commentariolo ſcriptum reliquit, vir omni laude dignus, Petrus Diatius Valerius.

Grammaticæ in patria operam dedit Joanni Quadræ, qui Bononiæ fuerat in Hiſpanorum collegio, quod a Divo Clemente nomen accepit (3).

Id autem ex epiſtola quadam colligitur, quam Ant. Auguſtinus ad ipſum Quadram dedit Bononiæ Calend. Januar. An. MDXL. qua homini, quibus ipſe ſtudiis diſtineretur, ſignificavit, atque gratam, in primiſque honorificam de eo tempore mentionem fecit, quo edoctus ab illo fuerat. Ibi etiam ita de Joanne Quadra ſcripſit: *In hoc etiam Hiſpanorum collegio cooptatus ante duos annos ſum, in quo te fuiſſe cognovi: quod non leve ſit noſtræ conjunctionis vinculum neceſſe eſt, ſi morem ſervare majorum velimus.* Alius erat eodem tempore Joannes Quadra, qui tunc Venetiis apud Didacum Mendozenſem degebat. De hoc quoque Auguſtinus eâ epiſtolâ nonnulla ſcripſit.

Ant. Auguſtinum annos natum omnino novem Hieronymus Fr. miſit in Complutenſem Academiam, ut ibi mitiorum litterarum curriculum abſolveret, utque (quod mihi quidem perſuaſi) philoſophiæ etiam ſtuderet. Perperam Guidus Pancirolus (4) ſcripſit, eo Auguſtinum ſe contuliſſe, quum annum ageret XIV. Fortaſſe hominem ea res fefellit, quod ita, minori adhibita diligentia, Andreas Schottus (5) ſcripſiſſet. Biennium Auguſtinus ibi fuit (6). Poſt vero Salamantiam perrexit; qua quidem in urbe juri civili operam cœpit navare a. d. XIV. Calend. Novembr. An. MDXXVIII.

Minime illud mirum videri debet, quod ſeſe juris dediderit prudentiæ, quum in ea diſciplina ſummi extitiſſent Ant. Auguſtinus pater, Guillelmus avus, & Antonius proavus. Raro hac felicitate familiæ fruuntur, ut litteræ quoque in hæredes tranſire videantur; quod quidem Romæ Muciorum familiæ contigit, in Gallia vero familiæ Fabrorum, itemque aliis.

An. MDXXXIV. a. d. IV. Calend. Mart. aquis demerſus eſt, ut pene obrueretur. Hoc Petrus Diatius Valerius in eo, de quo ſupra dixi, commentariolo ſcriptum reliquit; forteque id accidit in flumine Tormeſio, quod propter Salamantiam fluit. Idem Valerius ſcripſit, Auguſtinum eodem anno a. d. III. Id. April. Juris civilis Doctorem fuiſſe appellatum.

Si quid temporis vacuum dabatur iis omnibus peractis, quæ ad genus vivendi religioſum atque urbanum, & ad juris, quod præcipue colebat, ſtudium pertinerent; id omne in bibliothecis ac præſertim in hiſtoriis legendis conſumebat.

Sæpe accidit, ut homines ea indole, qua is erat, ad clariſſimarum familiarum genera cognoſcenda, deque iis diſceptandum ardentius ferantur. Itaque Ant. Auguſtinus; qui etiam probe noſſet, eam diſciplinam, quam Græci τὴν γενεαλογικὴν appellant, ex quattuor partibus unam eſſe, nec poſtremam quidem, quibus hiſtoria conſtat; amavit valde ejuſmodi ſtudium, atque librum quendam interpretabatur; qui liber, auctore neſcio quo, de familiarum clariſſimarum inſignibus diſputabat; eique addebat quæ legerat in hiſtoriis, & præſertim in illis Ferdinandi Peretii Guzmanenſis, qui inter Hiſpanos hujus generis ſcriptores ab eo princeps exiſtimabatur (7). Id vero occaſionem ei præbuit, quare poſtea conſcriberet Dialogos de Inſignibus & Familiis Nobilitatis Hiſpanæ; ut in poſterum dicturi ſumus pluribus verbis.

Sa-

(1) *L. Policr. cap.* 13.

(2) Fr. Sayaſius *in Celtiberor. Annal. cap.* 91. *pag.* 594.

(3) Nic. Antonius *in Biblioth. Hiſp. in Ant. Auguſt.*

[4] *De claris legum Interpret. lib.* 2. *pag.* 382.

(5) *In Orat. habitâ in funere Ant. Auguſt.*

(6) Ant. Auguſt. *in Epiſt. ad Jo. Quadram.*

(7) Id. *in Epiſt. ad Hier. Zuritam dat. V. Id. Maj. An.* (ut ego quidem conjicio) 1626.

(*a*) Is eſt Fiſci Advocatus apud regiæ domus Judices.

Salamantiâ Auguſtinum in patriam rediiſſe crediderim. Certo autem ſcimus, eum An. MDXXXV. menſe Februario dolore lateris non ſine vitæ diſcrimine laboraviſſe; quod Petrus Diatius Valerius memoriæ tradidit.

Bellorum cauſſa, quæ continenter gerebantur in Hiſpania, minimo in honore humaniorum litterarum ſtudia habebantur. Vix in ſcholis audiebatur tunc temporis Ciceronis nomen. Quæ ab eruditis viris linguæ plurimi fiunt, plane jacebant. Græcorum litteræ, nullis præceptoribus, omnino conticeſcebant: Quarum ſine auxilio jus civile perfectè cognoſci non poteſt, neque in cæteris item ſcientiis magni fiunt progreſſus (1). E contrario in Italia litteræ majori erant in precio, majori otio & tranquillitate: ſiquidem Græci homines barbarorum a facie fugientes eo invexerant ſuæ linguæ amorem. Tum vero excitatæ magnopere fuerant ab nonnullis Pontificibus Maximis ſapientia præſtantibus. Bononia princeps appellabatur inter reliquas Italiæ Civitates. Ad magnorum virorum, qui ibi ludum exercebant, nomen undique auditores confluebant.

Hieronymus Gonzalus Auguſtinus, quippe qui vir erat prudens, conſideravit, idem de ingeniis ac de peregrinis mercibus contingere, quæ idcirco pluris æſtimantur, quod peregrinæ ſunt. Major certe alieno cœlo rerum experientia acquiritur: tum vero conjunctorum amore deſtituti exterarum gentium benevolentiam virtutibus, & cumprimis prudentiâ nobis conciliare ſtudemus. Itaque Antonio Fr. imperavit, uti ſe pararet ad iter ſtatim Bononiam verſus arripiendum: quò quidem ſine cunctatione profectus libenti animo eſt; quippe qui Italiam inviſere, ejuſque deſcribere antiquitatis reliquias, atque cum viris eruditis colloqui magnopere cupiebat.

Petrus Diatius Valerius ſcripſit, Auguſtinum in Italiam Novembri & Decembri menſibus navigaſſe, Bononiamque perveniſſe III. Calend. Januar. An. MDXXXVI. Idem de tempore Andreas Schottus (2) affirmavit; ait enim, id contigiſſe Paulli III. Pont. Max. An. II. Quod quidem certò ſciri videtur; nam in litteris, quas poſtea Ant. Auguſtinus, quum eſſet Cæſarauguſtæ, dabat ad Hieronymum Zuritam, quo familiariter utebatur, a. d. IV. Id. Octobr. An. MDLXXIII. ita adſcriptum eſt: „ Huc quidem veni, quum ejuſmodi nihil cogitarem, poſt „ annos XXXVIII. quibus abſui; cras vero diſcedam “.

Statim ac Bononiæ fuit Ant. Auguſtinus ſecum attente reputavit quem ad finem eo ſe contuliſſet; quam haberet præſtantiſſimos doctores audiendi facultatem; quid homines exſpectarent ab ejus ingenio, & a ſuperiorum temporum ſtudiis, quæ quidem optima fuerant, quæve (ut quidem ſpes omnibus erat) ad ſummam laudem pervenire debebant.

Illud in primis etiam atque etiam conſtituit, quod in toto vitæ curſu conſtanter præſtitit, ut illis tantum familiariter uteretur, quorum conjunctio ſibi aliquem fructum afferret.

Juris ſtudium prudentiæ illico maximis conatibus renovare cœpit. Inter multos, qui eam diſciplinam profitebantur, perſcrutabatur quam quiſque ſequeretur docendi rationem, ut optimos eligeret. Audivit Ludovicum Gozadinum, Auguſtinum Beroum, ſive Beroyum, Joannem Alexandrum, & Petrum Paullum Pariſium, qui quidem inter eos omnes doctores primas agebat. Is in Brutiis natus erat. Reſponſa vendebat quam plurimo. Ab Paullo III. Pont. Max. primum Fiſci Judex, mox Nuſcenſis Antiſtes creatus, ac denique purpura ſimulque Divæ Balbinæ ad urbem Sacerdotio auctus fuit (3) An. MDXXXIX. De eo viro, deque illius ambitione Antonius Auguſtinus pluribus epiſtolis ſermonem habuit. Itaque quia homines nunquam apertius veros animi ſenſus patefaciunt, quam in familiaribus colloquiis, inque litteris ad amiciſſimos quoſque ſcriptis: ideo abs re non erit, ut hic ea exſcribam, quæ Antonius Auguſtinus ſcripſit de docendi ratione, qua Paullus Pariſius uteretur. Igitur litteras ad Matthæum Paſchalem, qui tunc Romæ erat, dedit Bononiæ Idib. Aprilib. An. MDXXXVII. hoc exemplo: *Litteras tuas accepi, quibus dupliciter ſum delectatus; & quod tuæ erant, & quod quotidie magis perſpicio, me tibi eſſe cariſſimum. Quod ſcribis, te minutatim velle totum docendi horum Juriſconſultorum modum cognoſcere; etſi ſcio hæc magna ex parte nota tibi eſſe, tamen obtemperare volens ea, quam potero, paucis perſtringam. Plura exſpectato, cum nactus plus otii fuero. Paulli igitur Pariſii, horum omnium [ut ad te antea ſcripſi] facile principis, inſtitutum hoc eſt. Primum ſi quid caput illud legis, quod interpretandum voce ſumpſit, materiæ ſuæ, quæ ab illis, qui calamo ſunt interpretati, deſiderat, ſine diſputatione, ut artis initia, docet. Deinde ipſa legis verba aggreditur, quidque ea ſignificent, declarat. Mox interpretantium quid quiſque rectius ſentiat, quidque illum moveat, ut ad has potius, quam ad illas partes accedat, doctiſſime, ut omnia, differit. Quod hoc exemplo manifeſtius fiet. Finge illud Paulli reſponſum, quam legem eſſe Juſtinianus voluit,* [4] Re conjuncti videntur, non etiam verbis, *noſti reliqua in manibus eſſe: cujus interpretes diſputant: verbis tantum conjuncti re ſolum junctis præferantur, nec ne: quidque horum legiſlator ſenſerit. Accurſii, Paulique* (de Caſtro

ſtro

(1) Andr. Schottus *in Orat. Fun. Ant. Auguſt.*

(2) Id. *ibid.*

(3) Ughellus *in Ital. ſac. vol. VII. pag.* 354.

(4) *L.* Re conjuncti. 89. *Dig. de Legat.* 3.

Digitized by Google

ſtro) *ſententiæ recitantur, quibus multum tribuamus licet ; non tamen adeo eorum nos auctoritas frangit, ut ne plebejum [ut ſic dixerim] legulejum aliquem audiamus potius, ſi nos ratione moveat. Hic Pariſius omnium ſententiis ita ab eo dictis, ut propemodum ille ipſe, quem refert, eſſe videatur ; unam ſibi defendendam eligit, pauca de ſuo addens. Quod reliqui (non) faciunt, qui non quæ in rem auditorum ſint, ſed plauſus quærunt. Quibus quid in republica nocentius? Quid enim aliud deſideres, ſi legum interpretumque ſenſa calleas? Quanquam quicum loquor? Nonne eo, qui tum divini humanique juris ſcientiam, tum diſcendi artem novit? Tacendum potius eſt, quam ſus Minervam, ut ajunt. De his igitur hactenus.* Et, ne quid de Pariſio omittamus, paullo poſt Auguſtinus hæc addidit : *Pariſius ad vos cogitat, quod ſub Camera paucos audire, quam a tanta auditorum frequentia audiri mavult. Extra jocum male nobiſcum agitur, quiſquis ſit ille, qui ſuccedet, uno alterove excepto. Sed hæc Deus viderit.* Alia vero epiſtola ad ipſum Paſchalem data Bononiæ IV. Calend. Majas An. MDXXXVII. primum ei ſignificavit, quæ ſibi eſſet ſtudiorum ratio. De ſe modeſtiſſime ſcripſit. Graviter de eorum hominum barbarie conqueſtus eſt, qui ab humanioribus abhorrerent litteris. Tum vero de Paullo Pariſio, deque Alciato ſermonem cœpit habere. Itaque ſic ait : *Ego quidem tenui antiquitatis umbræ perſecutione contentus, latinitatis ſacroſanctum ærarium alios habere facile patior. In id namque incidimus temporis, ut eos minus peritos juris eſſe, apud quos humanarum litterarum magis ſit, vulgo putent. Quamobrem neminem [unum alterumve excipio] me earum ſtudioſum eſſe, ſcire velle, ſignum tibi ſit, tuum nomen patrio ſermone his & ſuperioribus litteris aſcriptum.* Inde vero de Petro Paullo Pariſio ita ſcripſit : *De meo Pariſio ita habeto, hominem eſſe eximia ætate, ac bene nummatum, quæ res eum, ut in Purpuratorum collegium cooptetur, valde juvant, quod ille quidem facilius ſperat, ſi, quod ferunt, cameræ Auditor, ut vocant, CCCC. HS. eum ſibi locum a Paullo Pont. Max. mercatus eſt. Itaque uſque ad Calend. Junii, ut cum S. P. Q. B. pepigit, hic erit, poſtea ad Urbem. Hæc te jam iſtic ſcire putavi. Qua de cauſſa brevius, quam opus erat, ſcripſi. Magna ſumus in expectatione Andreæ Alciati, qui acceperit necne conditionem, quam Petrus Paullus Pariſius habebat, hicque obtulerant, ignoramus. Si non venerit, actum eſt.* Quum itaque Auguſtinus valde ob eam rem animi penderet, alia epiſtola item ad Matthæum Paſchalem data XVII. Calend. Septembr. ita ſcripſit : *Patavium proficiſcor, ut Socinum* (intellige Marianum) *juris omnium conſultiſſimum [Pariſium unum excipio] audiam. Lazaroque Bonamico græcis in litteris doctore utar. Noſti, opinor, hominem.* Hac Auguſtinus epiſtola Mariano Socino prætulit Paullum Pariſium : quamvis litteris ad Bernardum Boleam eadem die datis Marianum appellarit *optimum longe præceptorem poſt homines natos.* Litteris vero ad Matthæum Paſchalem datis V. Calend. Sextil. An. MDXXXV. illum paullo moderatius appellaverat *optimum legum interpretem.*

Quum itaque Auguſtinus videret nihil pro certo afferri de Alciati adventu ; cuperetque, quæ eſſet Patavinis juris præceptoribus docendi ratio, cognoſcere, litteris ad Matthæum Paſchalem Bononiæ datis VI. Calend. Novembr. An. MDXXXVII. ita ſcripſit : *Alciatus plane decepit nos, vel potius hos. Ego enim Patavium [ſi non pro certo eum adventare fuerit nunciatum] proficiſcar. Quo ſi ſalvus advenero [quod Dii faciant] illum hic novam docere juriſprudentiam facile patiar.* Hæc Auguſtinus de Alciato ſcribebat ; proptereaquod tunc temporis Juriſconſulti paſſim de eo viro ita ſentiebant, ac loquebantur. Iniquo enim animo videbant, Alciatum jura majori, quam ipſos, elegantia docere. Itaque ut ei novam docendi rationem, purioremque verborum cultum concedebant ; ita illum nonnullis celeberrimis illius ætatis doctoribus inferiorem ingenio, doctrinaque eſſe contendebant. Forte hac in re non omnino a veritate aberrabant. Enimvero major ille orationis ornatus in quibuſdam Alciati ſcriptis tantopere valuit, ut noſtris quoque temporibus, cum aliorum illius temporis ſcripta vix extare ſcimus, hæc non ſine laude legantur, inque hominum manibus verſentur quotidie.

Bononia diſceſſit Auguſtinus a. d. IV. Patavium que pervenit poſtrid. Calend. Novembris. Id ipſe ſcripſit in epiſtola ad Bernardum Boleam Nonis data. Paucis poſt diebus Bononiam Alciatus pervenit ; atque III. Nonas ludum aperuit, eamque habuit orationem, quæ hodie quoque legitur in quarto illius ſcriptorum volumine.

Auguſtinus litteris ad Bernardum Boleam prid. Nonas Novembr. datis ita ſcripſit : *Heri Mariani Socini, Marcique Mantuæ auditores fuimus. Alexandrinus vero nolle minimo, ut ait, pretio jura docere dicitur. Itaque aut ſtipendii ei aliquid accedet corollarium, aut Bononiam ei Karnas 6041. De illis ſi quæris : alter mihi totis ſe his feriis expoliviſſe, ut quamplurima non admodum ponderoſa nonnullo eloquentiæ ſale aſpergeret : alter ſive infirmitate, ſive dedita opera jejune dixiſſe videtur.* Verum Joannes Antonius Alexandrinus, quod cupiebat, videtur obtinuiſſe. Nam Antonius Auguſtinus in epiſtola ad Bernardum Boleam data Calend. Decembr. ſe illum audire ſcripſit. Ac quoniam ea epiſtola Auguſtinus ſuum de clariſſimis illis juriſconſultis judicium patefecit, ea hic exſcribam, quæ memoria magis digna videbuntur. Itaque ita inquit : *Jucunda mihi tota illa de Alciato diſputatio fuit, quam cum legerem, Bononia me non diſceſſiſſe arbitrabar. Miro enim artificio [latine, mihi crede, non*

aſſen-

Digitized by Google

aſſentatorie loquor] rumorum illos fluctus es perſecutus. Et quoniam is artifex es, ex intima tua velim arte ipſius hominis imaginem ad me mittas. Non quod a noſtra veteri poſſis nos ſententia, in cœlum feras eum licet, commovere; ſed quod quem fortaſſe aliquando ſum doctorem habiturus, noſſe, ut quam maxime, deſidero. Jam enim eum iſtic eſſe pro explorato habemus. Noſtri vero doctores ſe in dies magis magiſque oſtendunt. Quamquam Joannes Antonius Alexandrinus non admodum præſenti animo docere videtur, immutatumque eum auditores aiunt. Antea enim nihil illi potius eſſe, quam memoriam oſtentare maximam & ut iſtic a te præſente audivi, ut de ſuo diceret, juriſconſultos interpretari pro nihilo ducere: nunc contra omnes vel minimas interpretum particulas, quaſi manſa quædam, in os inſerit, avidusque nunc, qui parcus antea fuerat, factus eſt. Quem non ita flectentem videas tum, cum quotidianis in circulis M. cum Mantua congreditur. Mira enim in utroque in hoſtes impetum faciendi, auxilio milites juvandi, tela propulſandi, totius denique militaris artis ſcientia. Quos qui videat, ingenium ne, an memoriam admiretur magis, non facile judicabit. Illum ſi jactantia abſit, huic præferes: hunc, ſi adſit, Alexandrinum alterum eſſe putabis. Quid quæris? Alter me Joannemque noſtrum, Mantua Georgium auditorem habet. Veſpertinorum doctorum non eadem ratio eſt. Febius enim neſcio quis, nec doctus, nec acer cum Mariano componitur optimo longe poſt homines natos (1). Eſt enim in illo præter vocem quod laudes, nihil: in hoc memoriam firmiorem tantum deſiderabis. Hacque de cauſſa deditâ putamus operâ, illos una, cui ad ſummum altera, neſcio quid cauſſatos, contentos fuiſſe diſputatione. Reliqui, & reliqua ferenda. Quid aliud? Quid! Etiam a Bonamico (Lazaro) latinas, græcaſque litteras diſco, quem ſi me audies, neve in illis Romulo (Amalæo), *neve in his enucleandis Petro noſtro (2) comparabis. Maxima tamen in eo eſt ut in homine bonis [litteris] multos annos verſato doctrina.*

Extat Ant. Auguſtini epiſtola ad Matthæum Paſchalem data Bononiæ XII. Calend. Quinctil. An. MDXXXVIII. Quare ſatis patet, id verum eſſe, quod Andreas Schottus (3) affirmavit, Ant. Auguſtinum Patavii octo omnino menſes fuiſſe: quod etiam Auguſtinus ipſe ad Matthæum Paſchalem ſcripſerat. Nam quum perveniſſet Patavium a. d. IV. Calend. Novembr. An. MDXXXVII. a. d. XII. Calend. Quinctil. conſequentis anni Bononiæ erat. Ait enim, *Bononiæ aliquot annos ero. Neque enim Patavii per comitia, & calores juri opera dari poterat.* Quænam intelligeret comitia, neſcimus. At crediderim ego, Anton. Auguſtinum noviſſe, ſe brevi in Divi Clementis collegium cooptatum iri. Notari debent quæ ſcripſit aliâ epiſtolâ item ad Matthæum Paſchalem data VI. Calend. Sextil. An. MDXXXVIII. Ita enim ait: *Nunc quid ſcribam vix habeo. Nam neque, quæ novi accidunt, ſcire aves, & cum aves habes iſtic unde certius cognoſcas: neque ſunt, opinor, alia ſcriptione digna, præter mea ſtudia, in quibus ſum, vel quod a te admoneor, totus. Quæ, ut volui, procedunt; nam totam brumam Socino operam dedi, optimo [mihi crede] legum interpreti. Æſtate humanioribus litteris ſtudeo, proximam hyemem Alciato, pontificioque juri daturus. Quid mihi adhuc Alciatus, nolim quæras. Non ſunt enim temere de doctiſſimis viris verba facienda. Hoc de uno te poſſum facere certiorem, auditores frequentes Paullum Pariſium, Marianumve Socinum deſiderare; pleroſque vero gaudere, & triumphare. Sed aliàs hæc uberius.* Hic autem obſervare oportet, eum, de quo Auguſtinus ſcribebat, Socinum fuiſſe Marianum minorem. Ea enim familia, ut quondam familia Maciorum, plurimos tulit Juriſconſultos. Prior fuit Marianus major: Tum Bartholomæus: Deinde Marianus minor, qui filium habuit Alexandrum Socinum; qui & ipſe doctrinæ laude excelluit. De his omnibus Jacobus Philippus Thommaſinius fuſe egit (4).

Quod attinet ad Andream Alciatum Mediolanenſem, qui in Paulli Pariſii locum ſucceſſit, atque ad illius doctrinam, juriſque docendi rationem; cui quidem viro multi ob rei novitatem tunc adverſabantur; Auguſtinus Quinctiliani (5) ſequutus eſt ſententiam, qui de magnis viris modeſte, in primiſque prudenter verba ait eſſe facienda. At Alciati æmuli fortaſſe ingenio illi, diſputandique arte anteibant; juris quoque doctrinam fortaſſe æque ac ipſe, vel ipſo magis callebant; ſed ejus diſciplinæ omnino ornamenta non noverant. Alciatus enim primum illam exornare cœpit; eaque propter juriſconſultorum princeps fuit meritò appellatus.

De horum omnium ingeniis, docendique modo præclara Ant. Auguſtinus ſcripſit in epiſtolis, quas legit Nicolaus Antonius (6). Itaque quo præſertim magiſtro uteretur elegerat Paullum Pariſium, clariſſimum juris pontificii interpretem; qui poſtea propter ejus ſingularem doctrinam, pietatemque fuit purpurâ ab Pont. Max. donatus; ſibique qui ſuccederet reliquit Andream Alciatum Mediolanenſem, illius ætatis juriſconſultorum, ut diximus, principem; qui

eâ,

(1) *Fortaſſe deeſt* Præceptore.

(2) *Intellige Petrum Ruitium JC. Celtiber. quem in græcis litteris enucleandis Lazaro Bonamico præfert.*

(3) Andr. Schott. *in Orat. habita in Fun. Ant. Auguſt.*

(4) *De Gymnaſ. Patav. lib. II. capp. II. & XII.*

(5) *Lib. X. cap. I.*

(6) Nic. Antonius *in Ant. Auguſt.*

eà, qua pollebat, eruditione novum juris ſcientiæ ſpiritum intulit, & linguæ græcæ notitià facilem aperuit viam ad illam penitus agnoſcendam; dicendi vero copià, eloquentiàque animos ad ejus ſtudium alliciebat: Qui quidem vir otium quoque ad eruditionem vertere noverat: otioſus enim poeticæ operam dabat; atque aperte ſatis oſtendebat, ſeſe Joannis Parrhaſii fuiſſe diſcipulum. Quibus laudibus clarus ad Bononienſem academiam Alciatus evocatus fuit, magnâ nominis famâ; quòd ſcilicet excellenti homines ingenio, quaſi hamo piſces, ab eo caperentur. Ipſe Ant. Auguſtinus de illis, quibus potiſſimùm doctoribus uſus fuit, mentionem fecit, cum ſcribens ad Michaelem Majum Propræfectum Scribarum apud Celtiberos de incommodà juris docendi ratione, quæ quidem ſuo tempore obtinebat; proptereaquod præceptores ipſorum interpretum interpretes erant, tempuſque ſpinoſis diſputationibus terebant, atque magis quidem ingenium, quam judicium præſeferebant; ita inquit (1): *Quanquam hæc non ita a me ſcripta ſunt, ut eos reprehendam, per quos profecerim. Nam & multum Paullo Pariſio ſummo antea juris, mox etiam religionis antiſtiti debemus, qui Bart. Socinum præceptorem diſputando imitabatur, copia vincebat: & Marianum Socinum Patavii aliquot menſes audivimus patris ſui* (Bart. Socini) *acumine, judicio clariore diſputantem: Andr. vero Alciatum Jaſonis diſcipulum alia quidem ratione, ſed diſputantem tamen audivimus: qui omnes in omnibus interpretum libris declarandis verſabantur, quod mihi, cum illis operam dabam, probabatur. Cum ab eorum ſcholis diſceſſi, neſcio quomodo non optime factum videbatur. Nunc video nos horum diſputationum laqueis temporum vitio teneri, ſapientiſſimumque eſſe exiſtimari fortuna atque temporibus uti quibuſcumque, optare quidem certe & curare, ut præſtantiſſima ſi poſſis, ſin minus meliora vulgaribus facias.*

Ita ſignificavit verecunde, ut ſolebat, Ant. Auguſtinus, ſeſe priorem omnium fuiſſe, qui eam omnino relinqueret jura interpretandi rationem, quæ ſuo tempore erat in uſu; quod ſcilicet interpretationes multiplicarentur, ac ducerentur in infinitum, ſubtiliuſque de illis ineptiſſime diſputaretur: quandoquidem uno verbo verus legis ſenſus aperiri poterat; quod quidem fecit Ant. Auguſtinus, qui judicio, brevitate, ordine ac ſtyli nitore veteres juriſconſultos imitari ſtudebat: quam poſtea rationem rari admodum ſequuti ſunt: nos vero XL. annorum curriculo in eo toti fuimus, ut illam curaremus in Hiſpaniam introducere.

Iis temporum intervallis, quæ ei vacua relinquebantur poſt juris, cui potiſſimum vacabat, ſtudium, poſtque neceſſarias occupationes uni, vel alteri linguæ latinæ, & græcæ cognoſcendæ operam dabat; neque pudore impediebatur, quominus ad ludum frequentius accederet Lazari Bonamici, qui mitiores profitebatur litteras, &, græcam qui tradebant linguam, Joannis Fazelli atque Romuli Amaſæi, qui fuit vir eloquens & perurbanus: cupiebat enim hæc ſibi ſtudia juris civilis cognitionem faciliorem reddere: ut ipſe ad Majum (2) Procancellarium, & poſtea ad Antonium Perrenotum, quo familiariter utebatur, ſcripſit his plane verbis (3): *Neque enim exiſtimo, te illorum probare ſententiam, qui juris ſcientiam carere volunt omni non ſolum ornatu, ſed etiam ſucco, & ſanguine, qui ex utriuſque linguæ cognitione, antiquitatis temporumque peritia toto corpore cognoſcitur eſſe diffuſus.*

Maxime tunc temporis florebat celebre illud Divi Clementis collegium, quod An. MCCCLXV. ſumptibus immortalis viri Petri Ægidii Albornotii Cardinalis fuerat Bononiæ inſtitutum; ut homines Hiſpani multà ingenii ſpe prædit, iidemque honeſto loco nati, qui litteris erudiri vellent, ſplendidà ibi liberalitate alerentur. Sane in ejuſmodi collegiis magnopere adoleſcentum acuuntur ingenia. Id enim convictus ſæpe efficit: quòd multorum cognoſcantur mores, quòdque magnam diſcendi occaſionem aſſidua præbeant colloquia; quæ (ſi litterarum eos homines amor tenet) eruditionis ſolent eſſe plena. Itaque Ant. Auguſtinus in id collegium cooptari concupivit; quod facili negotio conſecutus eſt: Atque hac de cauſa Bononiæ cum eſſet a. d. IX. Calend. April. An. MDXXXVIII. mandata in Hiſpaniam miſit ad Joannem Sanchezium Cauſidicum, uti Cæſarauguſtæ, quæ ob eam rem opus eſſent, curaret. Poſtrid. Calend. Octobr. ejuſdem anni omnia fuerant parata; atque IV. Nonas collegium Sacerdotum maximi Templi Cæſarauguſtani, ejuſque collegii Præfectus prætextam, qua Bononienſe Divi Clementis collegium uteretur Sanchezio tradiderunt. Qua die Ant. Auguſtinus ad id collegium acceſſerit, fuit ab eruditiſſimo viro Nicolao Antonio memoriæ proditum. Nam hic in margine illius voluminis, cui Bibliothecæ Hiſpanæ nomen eſſe voluit, ſuà manu ſcripſit, Ant. Auguſtinum in Clementis collegium ingreſſum fuiſſe a. d. V. Calend. Februar. An. MDXXXIX. quod idem eſt ac ſi dixiſſet, cum annis nondum duobus ſupra viginti natus eſſet. Diſputatione, quam in collegium ingreſſus publice habuit, interpretatus fuit Cap. Propter ſterilitatem. *De locat.* Præfectum tunc collegii gerebat Franciſcus Villanovenſis, qui poſtea Neapoli fuit regius Conſiliarius, & Adminiſter.

Menſe April. An. MDXXXIX. ad Bernardum Boleam ſcripſit hæc verba: *Hic Alciatum inviti amplectimur.* Eadem fortaſſe ratione ſcripſit An. MDXLIV. ad Lælium Taurellium.

Nam

(1) Ant. Aug. *Emend. lib. II. ad Mich. Majum.*

(2) Idem *ibid.*

(3) Id. *Emendat. lib. IV. Epiſt. ad Ant. Perrenotum.*

Digitized by Google

Nam hic iis litteris, quibus ei reſcripſit Idib. Jun. ita inquit: *De libris Alciati nuper editis nihil, niſi quod litteræ tuæ continent, cognovi: quod tamen ita ſit, ut ſi omnes perlegiſſem non plura ſcirem, quæ ad opinionem meam de illis promerendam pertinent.* Adhuc itaque Ant. Auguſtinus Paulli Pariſii deſiderio tenebatur. Ejus porro de Alciato judicium cum Jacobi Cujacii judicio mihi videtur congruere; qui in iis, quæ ſub Joannis Mercatoris nomine ſcripſit de Joannis Roberti Animadverſionibus ita, ſale prorſus Plautino, ſuam aperuit ſententiam: *De Alciato vis dicam quid mihi judicii ſit; ſcio quid ei debeamus, ſcio quam jure meritoque & tua, & illius diſciplina omnis, ut herba ſolſtitialis, ſtatim interierit.* Non defuerunt qui Alciato ſignificarent, Ant. Auguſtinum de eo minus honorifice ſentire: quod ex epiſtolà colligitur ad Michaelem Solerium ſcriptà; qua aperte dixit, Alciatum ultionem in ſe meditari: Atque id quidem executioni Alciatus mandavit eo (ſic enim voluit appellari) Emblemate, quod in celeberrimos ſuæ ætatis Juriſconſultos edidit.

Poſtrid. Non. Sextil. An. MDXXXIX. Alphonſus Guevarenſis, qui in Clementis collegio, idemque in Bononienſi Academia præfecturam tunc gerebat, Ant. Auguſtino facultatem fecit, uti aliquot dies a collegio abeſſe poſſet. Eò rediit poſtrid. Idus. Triduo autem pòſt iterum petiit, ut ſibi aliquot dies abeſſe liceret. Facultate factà abiit, & ad collegium reverſus eſt Idib. Septembribus. Itineris cauſſas haud novimus. Poſtea vero in eo manſit collegio donec Florentiam perrexit An. MDXLI.

Illud ſilentio præteriri nequit, quod Auguſtinus ad Bernardum Boleam ſcripſit litteris datis Bononiæ VI. Calend. April. An. (ut quidem coniicio) MDXL. Ita enim inquit: *Ego vero quoniam arbitratu fratrum mihi vivendum eſt, eis omnem curam reliqui, totuſque in ſtudiis meis ſum, civilibus ſcilicet & his humanioribus, in quibus neque græca omitto, neque a Muſis ſum alienus omnino, quas vel ad plebeja verba deduxi. Muſicæ præterea vocem exerceo, fidibus diſcam cum in illo genere ſatis ero verſatus, ut & te imiter, & habear Themiſtocle doctior, & Socrate adoleſcente: quorum alter cum in convivio lyram recuſaſſet, indoctus exiſtimatus eſt, alter ſenex eà canere cœpit.*

Notari etiam debent quæ ad ipſum Boleam ſcripſit V. Id. Majas An. MDXLI. Ait autem: *Ego poſt paucos [ut exiſtimo] dies Doctor appellabor, qui nunquam habui, habiturusve ſum diſcipulos. Idem & Ruſtius, & Solerius noſter conſecuti ſunt: alter ut cum præceptoribus ſuis diſputet his feriis: alter ut in Hiſpania, quò redire quamprimum cogitat, ad religionem eas gentes conciret majori auctoritate. Adjeci autem ipſe oculos ad ejuſmodi magiſtratum, cujuſmodi is eſt, quem tibi parari Jacobus Albion nunciavit. Quamquam illa carnificina exhorrenda eſt. Sed tamen, ſi non aliter licet ſuperiora ſubſellia adipiſci, ferendum eſt. Quod ſi putas mihi honori futurum aptumque eſſe meo inſtituto, facies me certiorem totius & oneris, & auctoritatis, & ſumptuum, & commodorum; quaque ratione, quoque tempore impetrari queat. Me exiſtimabo felicem, ſi te habebo admonitorem, & reprehenſorem earum rerum, quas in primo geram magiſtratu: Beatum, ſi tecum iterum licebit frui tua jucundiſſima conſuetudine, in quo, tanquam in ſpeculo, quid me dicere, aut facere oporteat, videam.* Hactenus Auguſtinus. Paucis autem pòſt diebus fuit juris civilis & pontificii Doctor ſolemni ritu appellatus: quo quidem honoris genere qui fungebantur, Excellentes in Italia vocari conſueverant: Ut ipſe vocitatus Ant. Auguſtinus fuit, qui revera diſcipulis doctor caruit; ſed non caruit libris: ut de homine neſcio quo ludens ait Udenus Niſidinellus (1). Munus, quod Auguſtinus concupiiſſe videtur, ut ſibi via ad majora aſſequenda pateſieret, erat magiſtratus rerum capitalium in Neapolitano regno. Sed poſtea longe alius extitit rerum curſus.

Bononiæ Ant. Auguſtinus ſibi intimà, perque familiari neceſſitudine conjunctum habuit Joannem Metellum Sequanum Alciati diſcipulum; quem ibi toto quinquennio ſtudiorum ſocium pòſt verò Romæ decem annos collegam habuit. Illud in Joannis Metelli Sequani, & Hieronymi Calcenæ amicitiam Ant. Auguſtinum induxit, quod ii unà viverent cum Hieronymo Oſſorio, qui poſt Sylvenſis Antiſtes fuit, idemque vir erat morum lenitate, magno claroque ingenio, atque ſcribendi elegantià valde præſtans. Hi biennium una fuerant, cum Oſſorius in Luſitaniam reverti debuit (2).

A. d. XIII. Calend. Novembr. An. MDXLI. poteſtas Auguſtino data fuit Florentiam eundi, ibique nonnihil temporis manendi. Ivit, atque prid. Calend. reverſus eſt. De tempore tunc egiſſe crediderim, quo redire deberet, ut Florentinum τῶν πανδεκτῶν volumen legeret. Calend. Maj. An. MDXLII. collegium reliquit inſcio Præfecto. Itaque fuit pœna mulctatus. Poſtea vero liberatus fuit; propterea quod ei Pont. Max. privilegio facultatem conceſſerat, ut collegio abeſſe poſſet, neque ullam incideret in pœnam. Id conſtat ex ipſius collegii ratio-

[1] *In Progymnaſmatum Poeticor. vol. IV. pag. CLXXXIV.*

[2] Jo. Metell. Seq. *in Epiſt. qua ad Ant. Aug. miſit Hier. Oſſorii de Reb. Emm. R. Luſit. libb. XII.*

num tabulis, quæ ad eum pertinent annum. Tunc putaverim, Auguſtinum Joanne Metello Sequano itineris comite uſum eſſe (1). Florentiæ magnà cum diligentia, ac fide Noricum τȣ̃ πανδέκτȣ̃ exemplum, quod etiam Haloandrinum vocatur; propterea quod illud Gregorius Haloander, qui in Miſnia Cygneæ natus erat, præclarus voluminum juris emendator, edidit Norimbergæ An. MDXXIX. typis Joannis Petrey, addiditque poſtea Juſtinianeum Codicem An. MDXXX. eaſque græcas leges, quas Novellas Conſtitutiones vocant, tum eaſdem latine redditas An. MDXLI. Florentiæ; illud, inquam, exemplum contulit cum Florentino τȣ̃ πανδέκτȣ̃ exemplari, quod ita nuncupatur, quòd Florentiæ ſit, & Piſanum etiam dicitur, quod Piſis antè fuerit. Laboris ſibi ſocium adjunxit Jo. Metellum Sequanum (2), qui (ut quidem credi par eſt) Noricum legebat exemplum, Antonius verò Auguſtinus Florentinum legebat: & ſiquando in hoc exemplari difficultates legendo exoriebantur; quòd frequentes litteræ exeſæ apparerent, nam multis antè ſæculis volumen fuerat exſcriptum; uterque laborabat, ut verum elicerent ſenſum. Scripſit Andreas Schottus (3) opem eis tuliſſe etiam Lælium Taurellum, illius ætatis doctum hominem: qui quidem multà effecit diligentià, ut Florentinum τȣ̃ πανδέκτȣ̃ exemplar typis deſcriberetur, poſtque improbum decem annorum laborem tribus voluminibus in publicum prodiret Florentiæ An. MDLIII. Opus adeo præclarum, ut illud Jacobus Cujacius, cujus quidem nomen laudis loco eſt, *Dei donum* appellaverit (4). De iis ſimul collatis voluminibus, cum verba haberet Ant. Auguſtinus atque illos ſuos neceſſarios reſpiceret, ita inquit (5): *Ego vero, quanquam ingenii mei mediocritatem agnoſcam, & cæterarum rerum non multam cognitionem, diligentiá tamen tantá uſus ſum, & adjutoribus his, ut illa non multum deſiderarem.* Præter præſentem eorum hominum operam uſus fuit notationibus, quibus Angelus Politianus, ingenioſiſſimus atque eruditiſſimus vir, Florentinum τȣ̃ πανδέκτȣ̃ exemplar illuſtraverat, itemque eo exemplo, quod quidem ille cum Florentino exemplari contulerat (6): *Ego me* (inquit ipſe) *non pauca* (Politiani notationibus) *intellexiſſe profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pandectas perlegi. Neque eo tantum libro uſus ſum, ſed & Angeli Politiani, & Lælii Taurelli Juriſconſulti libris: quibus cum alicubi hærebam, ducibus uſus ſum: cum errabam, admonitoribus.*

Dum Ant. Auguſtinus Florentiæ erat, magna ei neceſſitudo fuit cum Petro Victorio, viro docto æque ac integro, reſtitutâque antiquitate claro.

Quum tribus omnino menſibus τȣ̃ πανδέκτȣ̃ (7) exempla invicem contuliſſet Bononiam verſus pedem retulit eà mente, ut multa ibi perſcriberet, quæ ad juris illuſtrandam prudentiam pertinerent.

An. MDXLIII. a. d. III. Non. Jun. ab Præfecto petiit, ut ſibi ab collegio aliquot dies abeſſe negociorum cauſſa liceret. Eò rediit III. Calend. Quintiles. Tum VIII. Calend. Sextil. petiit, ut ſibi liceret Venetias pergere. Veruntamen eò profectus eſt III. Id. Octobris. Itineris ea cauſſa fuit, ut Venetiis librum Emendationum, & Opinionum typis curaret deſcribi: qui poſtea fuit illius operis liber quartus. Per id ferme tempus Petrus Ruitius Moroſenſis ſcripſit ad Auguſtinum, ſeſe ab eo ſcire cupere, quid in Florentino volumine obſervaviſſet. Itaque hic homini totam rem narravit litteris datis XVI. Calend. April. An. MDXLII. hoc exemplo: *De Florentinis Pandectis quod ſcribis, velle te ſcire cujuſmodi mihi libri fuiſſe videantur, qua ratione ſcripti ſint; ita habeto, me tres illos menſes, quos perlegendis deſcribendiſque conſumſi, tum maxima voluptate fuiſſe verſatum. Sunt enim illi libri non ſolum ea de cauſſa in ſumma veneratione, quod ad eorum exemplum omnes, qui ubicumque reperiuntur Digeſtorum libri, conſcripti ſunt; ſed quod ita ſcripti ſunt, ut nullum extet præclarius Antiquitatis monumentum. Ut enim in ipſis Juriſconſultorum Reſponſis auream illam Tullianam ætatem & elegantiam agnoſcimus potius quam Antoninorum, Alexandri, & Gordiani dicendi genus [quorum tempore maxima pars, atque adeo omnes pene noſtri Juriſconſulti fuerunt] ſic in ipſis illis libris genus ipſum ſcribendi multo eſt antiquius, & ad illa elegantiſſima tempora, quæ ſolemus admirari propius, quam ad Juſtiniani, & ſucceſſorum accedens.*

Litteræ tamen ipſæ, etſi quantitate a veteribus illis monumentorum Inſcriptionibus non differant, aliquarum tamen in aliam figuram forma deflexa eſt. Interpunctiones nullæ ſunt, neque periodorum, clauſularum, aut interrogationum ſigna: nullæ notæ litterarum, quod ipſum Juſtinianum juſſiſſe videmus: quod uſque eo illic obſervatum eſt, ut neque diphtongum notis, neque minutis hiſce &, ꝗ, ꝫ nuſquam uſi librarii ſint, exceptis poſtremis ſingulorum verſuum ſyllabis, & aliquot locis numerorum notis, quæ ipſæ ſunt etiam eleganter ductæ ad antiquiorum librariorum imitationem.

Ex-

[1] Ant. Aug. *in Emend. lib. I. Epiſt. ad Mich. Maj. & lib. III. cap. III.*
[2] Id. *ibid.*
[3] *Obſervat. Humanar. lib. V. cap. XXXIII.*
[4] *Lib. II. Definit. Papinian. ad L. II. de div. & temp. præſcr.*.
[5] Ant. Aug. *in Emend. lib. IV. cap. penult. in princ.*
[6] Id. *ibid. cap. XIV.*
[7] Id. *ibid. lib. I. ad Mich. Majum.*

Expunctiones quoque libentiſſime vidi: oſtendunt enim, & declarant verbum ipſum expungendi, quid apud veteres fuerit. Nam quoties unam atque alteram litteram librarius de ſuo [ut fit] alicui verbo addiderat, poſtea aut ipſe animadvertens, aut libri dominus punctis ſupra eas litteras adſcriptis, aut intra, ſupraque, aut etiam infra, aut quaque verſus ductis, expungebat. Si vero unum atque alterum verbum fuerat librarii errore repetitum: parvulis his notis ductis, quibus hodie interpunctionibus [quas parentheſis appellamus] utimur, error emendatus eſt.

Capita autem ipſa Juriſconſultorum ita ſcripta ſunt, ut prius nomen Juriſconſulti, & numerum libri, ex quo ſumtum eſt, habeat, quam cætera verba: neque ut vulgo fit, adſcribitur lex tertia, aut quarta.

Sæpe etiam vidimus quibuſdam ſpatiis relictis ſententias ſeparatas, quod nos, quibus locis erat, in noſtris libris imitabamur: in cæteris deprehendi a noſtris librariis non ſemel in hac ſententiarum ſeparatione erratum: & ejuſmodi illud eſt quod de ſynopſi, & anniculo ad te ſcribo. Sed ſi tu me tuam hac de re obſervationem cælandam non putaveris [neque enim exiſtimo te fruſtra id a me petiiſſe] non deerit munus, quo tuum in eodem genere remunerer.

Fecerunt tamen nobis maximam difficultatem abſoluta aliquot loca, & ob tot ſæculorum intervallum membranæ ipſæ ab atramento perforatæ ſæpius.

Librariorum quoque errores, & emendatorum audacia; ſed tamen tanta diligentia uſi ſumus, & tam multa reperimus animadvertenda, ut omnes & labores, & moleſtias libenti animo pertulerimus.

Mitto autem ad te aliquorum locorum emendationes, quæ noſtrum inter nos amorem, apud diſcipulos tuos teſtentur. Addidi etiam eorum capitum interpretationem quæ libro XXVI. & XXVII. Digeſtorum græce conſcripta ſunt Florentiæ, quibus cognoſces, quantum de Modeſtini auctoritate ante hunc diem fuerit detractum: cætera ſunt in manibus. Hactenus de Pandectis Florentinis.

Nos quidem plutibus verbis dicturi ſumus, quæ Ant. Auguſtinus Florentiæ, & Venetiis geſſerit. Nunc jam ut nemo unus eſt, qui ſe omnia noſſe affirmare poſſit, ita dubia nonnulla ſe Ant. Auguſtino offerebant, quæ quidem ab ejus Præceptoribus non poterant ſolvi (1). Itaque, ut qui modeſtus cumprimis erat & prudens a. d. VII. Calend. Novembr. An. MDXLII. ad Lælium Taurellum ſcripſit, eique exortas propoſuit difficultates, hic verò reſcripſit ei a. d. III. Calend. Decembr. anni ejuſdem, eaſque litteras in publicum protulit poſt doctiſſimam interpretationem obſcuræ celebriſque legis Gallus Aquilius *XXIX. De liberis & poſthumis*, poſtque M. Catonis ſententias (2). Quamquam quum dubia eſſent ingentia, non illa quidem ſoluta probe fuerunt: quòd hæc laus hominum, qui poſtea fuerunt, ingeniis reſervaretur; præſertimque Joſepho Averano, Piſanæ Academiæ Juriſperito, viro excellenti judicio, ſingularique dexteritate in ſubtiliſſimis quæſtionibus explicandis (3).

Ant. Auguſtinus experiri voluit, an ejus labores litteratis hominibus probarentur. Itaque ineunte An. MDXLIII. libellum edidit Emendationum & Opinionum, quem quidem, ut ipſe ſcripſit (4), ad Alciati Præceptoris imitationem comparavit. Ita is laudabili cum modeſtiâ ſcribebat; ego verò ſic judico, eum hoc opere, itemque reliquis omnibus præceptorem ſuum judicio, rerum ordine, brevitate, nitore ſermonis, optimoque decore viciſſe; illi verò inferiorem tantum exſtitiſſe dicendi ubertate, elegantiàque: negari enim non poteſt, Ant. Auguſtinum eo uſum eſſe ſtylo, qui paullò aſperior duriorque eſſet. Unà cum libello Emendationum & Opinionum alium etiam vulgavit, quo quidem rejectâ eâ interpretatione, quam Bulgarus, aut quiſquis ille fuit, barbare prorſus confecerat græcorum fragmentorum Herennii Modeſtini, quæ ad Digeſtorum caput De tutelis pertinent, ſive ut melius dicam, de illarum excuſationibus; ea fragmenta ad verbum interpretatus eſt, addiditque brevem explicationem, in qua, quaſi prætereiens, maximè inſignes Accurſianorum errores notavit. Hoc nomine appellabantur tunc temporis qui nimis addicti interpretationibus Franciſci Accurſii, qui veterum interpretationes brevius unà deſcripſit, virque ſuit doctus quidem certe; namque fortuna eum barbarorum ætate naſci voluit; ejus opiniones pro oraculis ſequebantur. Tunc primum Ant. Auguſtinus, quam linguæ græcæ cognitionem adeptus erat, in publicum protulit; quapropter in extremo libro ait, ſeſe, ſi quid græcæ linguæ ignoratione erraſſet, in qua non magnos progreſſus ſtudiis civilibus impeditus feciſſet, admoneri vehementer cupere (a). Quæ quidem verba ab ejus verecundia putamus profecta eſſe: neque verò illis Ægidius Menagius (5) & Laurentius Andreas Hamberge-

[1] Id. *in Epiſt. qua ad Læl.Taurel. miſit...*

[2] Id. *ad Modeſtinum lib. ſingul. ad L. IV.* §. Ulpianus. *XIII. & ad L. VIII.* §. Jam vero. *VII. de excuſat.*

[3] *Interpret. Juris lib. II. cap. XVII.*

[4] Ant. Auguſt. *in Emend. lib. IV. Epiſt. ad Ant. Perrenotum.*

[5] *In Jur.Civ.Amœnit. c. XXXI.& in Ind.*

(a) Vide etiam Emend. & Opinion. lib. II. cap. I. in princ.

rus(1) uti debuiſſent ad ſignificandum, græce eum mediocriter ſciviſſe: quod inferri ex ejuſmodi dubitatione non debet, eoque magis quod græcis poſtea litteris ſedulam navavit operam. Librum utrumque miſit ad Antonium Perrenotum tunc temporis Atrebatenſem Antiſtitem, poſtea Cardinalem Granvelam appellatum; quem quattuor antè annis ſtudiorum ſocium Patavii habuerat cum ambo Marianum Socinum audirent; cujus ipſe Socini ludum reliquit, ut audiret Andream Alciatum; qui juris inſtauravit ſcientiam, minoreſque vehementer amabat litteras (2).

Id operis omnium plauſu exceptum fuit. Itaque ſumebat animos Ant. Auguſtinus, ſeque rurſum maxima cum diligentia labori addicebat: enimvero inſtare ei cœperunt, atque adeo eum urgere neceſſarii ejus, ut in Hiſpaniam regrederetur; quare extremam addidit manum tribus aliis libris Emendationum & Opinionum, quos paraverat, eoſque ſimul cum Modeſtini de Excuſationibus libello ad Lælium Taurellum miſit. Hic, ut erat doctus Auguſtinique amantiſſimus, ſi quæ emendanda vel meliora facienda ſunt ſibi viſa, hominem admonuit; miſitque libellum Modeſtini de Excuſationibus ad Jacobum Taurellum Fr. qui nonnulla in legendo notavit: ſed eæ notationes neſcio, an noſtris exſtent temporibus. At Lælius id ſibi efficiendum cenſuit, ut Bernardus Juncta ad Thomam Junctam Fr. qui typographicam Venetiis exercebat artem, ſcriberet, uti ſimul ac Metellus ad ſe veniſſet magnâ cum cura, diligentiâque illos deſcriberet libros iis conditionibus, quas ipſi ſtatuerent. Metello enim integrum erat hoc, vel illo uti typographo. Id omne ex iis litteris conſtat, quas Lælius ad Auguſtinum dedit Florentiæ XV. Calend. Junias (ut quidem credi poteſt) An. MDXLIII.

Venetias Ant. Auguſtinus ſe contulit (ut inde in Hiſpaniam progrederetur) An. MDXLIII. Jo. Metello Sequano comite (3): in ea urbe typis curavit deſcribi quattuor libros, qui hodie habentur, Emendationum & Opinionum, eo in quartum locum deducto, qui ante unicus fuerat, ut ne diſtraheretur a ſingulari illo libello, quo fragmenta continentur librorum de Excuſationibus Herennii Modeſtini, quæ quidem fragmenta in volumine τοῦ πανδέκτου ſervata fuerant, veterique illius quarti libri Præfatione, ut par erat, non avulſâ novos tres libros miſit ad Michaelem Majum Procancellarium apud Celtiberos.

Deſcriptionis fuit opus abſolutum a. d. VII. Id. Septembr. An. MDXLIII. Magna hujus hiſtoriæ pars apertius intelligetur, ſi ea conſideretur trium librorum præfatio, quæ quidem eſt hujuſmodi: *Cum a primis temporibus ætatis ita nos, Mai, juris civilis cognitioni dederimus, ut doctiſſimis hominibus audiendis multos annos peregrinationem noſtram non moleſte tulerimus: & cum ab eorum latere diſceſſimus cœpimuſque noſtras operas ad juris civilis libros intelligendos applicare, qua in re & veterum peritorum & noſtrorum temporum juris interpretum libris uteremur addidiſſemuſque curæ nonnihil Latinæ Græcæque linguæ, quod utriuſque maximam cognitionem in noſtrorum librorum optimis auctoribus videremus: Nulla res non magis dubios incertoſque dimittebat, quam quod non eandem omnibus legum libris ſcripturam, quodque moleſtiſſime ſemper tuli, contrariam non uno atque altero loco, ſed pœne ſexcentis inveniremus. Namque ita exiſtimabam, non poſſe quemquam aliorum diſceptationes definire, aut de jure interrogatum reſpondere, aut diſcipulos docere ſuos, aut defendere clientes, quæ jureconſulti munia eſſe putantur, ſi de legum ipſarum verbis dubitaret. Itaque cum didiciſſem optimam juris civilis partem* [4] *ex nobiliſſimis illis libris, qui Florentiæ nunc ſunt, patrum noſtrorum memoria fuerant Piſis, exſcriptam eſſe: cum primum per cæterarum partium juris ſtudia* [5] *licuit, a Coſmo Medice Tuſcorum Duce humaniſſimo impetravi per Jo. Lunam civem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobilitatem, morum comitatem, Cæſari* (6) *Hetruriæque toti valde carum, ut mihi & Jo. Metello Sequano, adoleſcenti moribus & ingenio præclaris, tamdiu illis libris uti liceret, quamdiu noſtrorum librorum emendationi operam dare volumus. Nos vero id egimus, ut non ſolum, quæ in noſtris libris mendoſa eſſe videbantur, mutaremus, ſed etiam, quæ vulgo clariora cenſerentur, non relinqueremus* [adhibere], *proptereaquòd ea quæ aliter ſcripta in aliis* (libris) *ſunt, quod ex ipſorum librorum lectione cognovimus, adulterina adventitiaque eſſe neceſſe eſt* (7). *Cum enim hi libri deſcribi & interpretari cœpti ſunt, quo tempore barbara quædam lingua erat ſola, quæ ne his quidem temporibus, quibus omnes diſciplinæ in veterem ſplendorem reſtituuntur, abolere poteſt, nec a noſtris gymnaſiis, judiciis, & libris expelli, ea omnia, quæ aut Græcè ſcripta ſunt, aut quæ habent aliquid vetuſtioris elegantiæ, quæ maxima in veteribus conſultis fuit, in barbara & ignota dicendi* ge-

[1] *In Diſſert. de utilit. ex human. liter. in Juriſprud. ſtudii capienda. pag.* 298.

[2] Ant. Auguſt. *In Emend. lib. IV. Epiſt. ad Antonium Perrenotum.*

[3] Id. *ibid. lib. II. cap. IX.* Jo. Metell. Seq. *in Epiſt. qua ad Ant. Auguſt. miſit Hieron. Oſſor. de reb. Emm. R. Luſit. lib. XII.*

[4] Hoc eſt τοῦ πανδέκτου volumen.

[5] Videlicet *jur. civ. Inſtitut. Juſtinianei Cod. & Novell. Conſtit.*

[6] Carolo Quinto.

[7] Ex his apparet, eum voluiſſe Florentinum exemplar proponere, veluti originem omnium τοῦ πανδέκτου exemplorum.

genera maximâ ſententiæ mutatione factâ converterunt. Deinde cum ea, quæ propter librariorum errorem non multis litteris mendoſa in Tuſcis illis libris ſunt, in cæteris ſcriptorum audacia & diverſa inter ſe, & multis modis mendoſa, maximis interpretum controverſiis cauſam dediſſent, nos (1) illa ipſa menda, & errores, quorum maximæ parti diligens lector ignoverit, eiſdem pœne literis & lituris accepimus (2). Sed cum antiquiſſimum illud juris civilis monumentum ſine ullis, aut raris verborum atque membrorum ſpatiis ſcriptum ſit, ipſaque litterarum figura Romanæ Græcæque veteri ſcripturæ proxime accedere videatur, niſi quod quædam a Gothis accepta, qui jam inde a Theodoſianis temporibus Latinis Græciſque hominibus conjuncti fuerunt, agnoſcere videbamur, & fugientibus ob vetuſtatem litteris, & aliquot locis emendatorum audacia oblitteratis: ad has, inquam, difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui primus noſtrorum hominum (3) errorem cognoſcens illos libros cum ſuis contulit, cujus laboribus multa Digeſtorum loca accepta ferenda ſunt, quæ alii eius libris uſi ediderunt (4), & quod ad conficiendum illum laborem tam brevi tempore (nec enim tres amplius menſes ei rei impendi) maxime utile fuit, uſus ſum & judicio & ingenio præclaris, & libris Lælii Taurelli Fanenſis doctiſſimi & integerrimi viri, cujus hac eadem in re optimè poſiti labores maximum propediem juris civilis ſtudioſis lumen præſtabunt. His auxiliis uſus, cum in illa feſtinatione non ſatis temporis adhibuiſſem ad ſingulorum utilitatem expendendam (id enim ſolum agebam: ut penè dixerim totidem litteris noſtri libri, quot illi, conſtarent) Bononiam reverſus cœpi hos ipſos libros in eam rationem emendatos, ad cæteros omnes, & ad interpretes eorum applicare; atque ita reperi me non ſolum expectatione mea non eſſe fruſtratum, ſed longe compendio verum ſuperatum. Neque enim ſolum ſcribendi varietate, quæ tertio quoque verbo inveniebatur, liberatus ſum: ſed & permulta, quæ certa eſſe exiſtimantur, maximo librariorum & interpretum peccato non rectè ſcripta eſſe animadverti. Quæ cum mihi neceſſaria eſſe viderentur, quæ omnes, qui juris prudentiæ operam dant, non laterent, conceperam animo majus noſtris viribus onus: omnes has emendationes, noſtrorumque interpretum errores indicare. Neque id tantum cogitabam, quod pro certo putarem Florentina emendatione mutandum eſſe, conſcribere: ſed quod in Florentinis ipſis libris mancum, aut mutilum, aut incertum eſſe exiſtimarem (5), &, ut uno verbo dicam, omnes Quinquaginta Pandectarum libros ad illorum ſcripturam, a quibus orti ſunt, reducere. Sed me de curſu noſtrorum ſtudiorum Illuſtriſſimi viri Fernandi Cardonenſium Ducis, ſororis viri, juſſa, & mihi cariſſimorum fratrum preces, quibus ego nihil negare poſſum, domum revocant, & noſtra cogitata præcipitare cogunt. Accidit tamen percommodè: quod hi ipſi libri (6) Lælii noſtri opera, qui in maximis occupationibus, maxima tamen diligentia et ante noſtram lectionem, & poſtea uſus eſt, quamprimum in oculos manuſque omnium venient. Itaque nos Læliano munere contenti, maximos illos minutatim ſingula expendendi labores in aliud tempus rejecimus, tantum ſelegimus inſigniores quoſdam locos, qui nobis aut ob Tuſcos libros mendoſi, aut ob noſtram illis de rebus opinionem non rectè interpretati eſſe videbantur, eoſque quatuor his libris collocavimus, quos Emendationum atque Opinionum inſcripſimus. His id à nobis actum eſt, ut illorum optimorum librorum ſcripturam, quippe quæ ſola ut fuit, ſic eſſe debuit, maximam lucem noſtris libris afferre oſtendamus. Addimus aliquando, quæ noſtra opinio ſit de rebus ab his ignoratis, qui dicendi & Latinè loquendi artem, ut cæteras diſciplinas, quas omnes veteres juriſconſulti complecti videbantur, a juris ſcientia alienas eſſe arbitrantur. Librum quoque ſingularem ad Modeſtinum, ſive de Excuſationibus; quem ſuperioribus diebus ad illuſtrem ingenio, moribus & diſciplinis Antonium Pernotum Nicolai F. Atrebatenſem Pontificem, cum quarto librorum noſtrorum Emendationum miſimus; his libris conjunximus, quod non multum ab eadem re diſcedere videbatur. Quæ omnia tibi arbitror, qua tu es prudentia & elegantia, non injucunda fore: non quod his rebus indigeas, vir peritiſſimus, & totius Citerioris Hiſpaniæ negotiis occupatiſſimus: ſed quod a me, cujus parentes amaſti, fratres diligis, ſtudiis faves, hæc qualiacumque noſtræ ſcientiæ auxilia proficiſcantur.

Hactenus Ant. Auguſtinus. Henricus Brencmannus, vir ſummo judicio miràque plane librorum cognitione præditus, inquit [7] *eum* id opus confeciſſe cum vix undeviginti annos natus eſſet. Andreas Schottus dixit, eum tunc annos natum XXV. Atqui uterque in errorem adductus fuit: nam quum illud opus vulgaſſet An. MDXLIII. erat tunc annos natus ſex ſupra viginti.

Dum

[1] Ant. Aug. & Jo. Metell. Seq.

[2] Ergo animus ei erat exemplum τοῦ πανδέκτου habere tam fideliter a Florentino volumine exſcriptum, ut illud etiam in erroribus imitaretur; ut deinceps ait.

[3] Videlicet *Juriſconſultorum.*

[4] *Emend. lib. IV. cap. XIV.*

[5] Non ergo Florentinum volumen erroribus omnino carere putabat.

[6] Loquitur de Florentino volumine.

[7] *In Hiſt. Pandect. lib. IV. cap. IV.*

Dum Venetiis librum illum præclarum typis curabat deſcribi, ſtudiis utiliſſimis eodem tempore plurimum operæ dabat. Multus erat in Marciana bibliotheca. Ipſe ſcripſit (1), ibi ſe operam navaſſe græcis libris legendis, quibus leges, pontificiaque decreta continerentur. Præterea diverſa ſimul contulit exempla vetuſtiſſimorum, atque excellentum librorum, qui Dionyſio Areopagitæ referuntur; eoſque ſummà emendavit cum diligentià, atque notationibus auctos miſit ad Franciſcum Turrianum (2) Legionenſem, doctiſſimum virum ſummoque opere antiquitatis reſtituendæ ſtudioſum; qui poſtquam rem litterariam libris editis illuſtraſſet, Tridentinoque interſuiſſet Concilio, in quo Pontificii Theologi perſonam geſſit, ætate virtuteque gravis An. MDLXVI. ipſo natali ejus die ad Jeſuitarum ſocietatem acceſſit.

Quum in ea bibliotheca Ant. Auguſtinus libros exſcriberet, incidit in volumen quoddam pervetuſtum earum legum, quas Novellas appellant; ex quo ea fere omnia excerpſit, quæ in Norico volumine Græcorum Haloandri decrant, atque de toto volumine plenius typis deſcribendo cogitavit [3].

Enimvero Auguſtinus litteris ad Didacum Hurtadum Mendozenſem Bononiæ datis Calend. Sextilib. An. MDXLIV. apertius manifeſtavit, quantum ampliſſimo viro deberet, ex quo tempore Venetiis unà fuerant, quæve ipſe eà in urbe elaboraviſſet. Nam præter cætera ita inquit: *Neque enim ignoras, me, dum noſtrarum Emendationum atque Opinionum libelli iſtic ederentur, per te fuiſſe conſecutum, ut ex Marciana iſta ſingulari Beſſarionis bibliotheca domi tuæ cum multæ eruditionis viro Arl. Arn. Peraſyxo, alio etiam Græco librario adhibito, veterem quendam τ̃ νεαρῶν librum conferrem, ex quo permulta deſcribenda curavimus, quæ nunc in vulgus edimus.*

Vulgatis ab Ant. Auguſtino Emendationum & Opinionum libris, magnopere ea res homines Italos, Gallos, Belgas, Hiſpanoſque ad juris illuſtrandam prudentiam accendit. Ergo ita ſeſe omnium præbuit cognitioni, ut quocumque iret, loca omnia ſui nominis famà pleniſſima reperiret.

A. d. IX. Calend. April. An. MDXLIV. Ant. Auguſtinus in Clementis collegio adhuc verſabatur, quò quidem paullo poſt Calend. Januar. reverſus erat. Eodem anno a. d. XIII. Calend. Novembr. facultatem ſibi fieri petiit, ut ab agro Bononienſi abeſſe poſſet: Neque amplius unquam ad collegium rediit. Namque ſe Romam contulit; quo quidem pervenit non ita ante ipſas Novembr. Calend. Paulli III. Pont. Max. An. X.

Romani itineris cauſſa fuit, quod Ludovicus Gometius Orioleſis Juriſconſultus, qui ingenii acumine ſubtilis meruit appellari, quive e XIIvirum litibus judicandis Collegio erat, idemque Pontificiæ Domus Præfecturam gerebat, atque Sarnenſis erat Antiſtes; quod quidem ſacerdotium adeptus fuerat VIII. Calend. Majas An. MDXXXIV. fato functus erat. De die vero, qua hic mortem obierit, non ſatis conſtat. Nam inſcriptio quædam, quæ in Orioleſi maximo Templo eſt prope Divinæ Trinitatis Aram, indicat illum interiiſſe An. MDXLII. [4] Hughellius autem in eo libro, cui nomen Italiæ Sacræ eſſe voluit, illius mortem [5] ad An. MDXLIV. retulit. Itaque Celtiberis poſtulantibus Carolus Quintus Cæſar Ant. Auguſtino [6] eum magiſtratum mandari cenſuit. Annum tunc Auguſtinus agebat omnino ſeptimum ſupra vigeſimum. Placuit ea res ſummopere Pont. Maximo. At quanquam Auguſtinus XIIvir renuntiatus fuiſſet An. MDXLIII. non tamen magiſtratum ſtatim inivit. Nam Lælius Taurellus litteris ad eum Florentiæ datis IX. Calend. Februar. An. MDXLIV. ita ait: *Cooptari te jam valde cupio. Sed & ſpero fore tabellam jam in manibus, collegaſque frequentes in noſtram ſententiam ituros.* Sed ne tum quidem iniit magiſtratum: quod poſtea contigit circiter Calend. Quinctil. An. MDXLV. Nam Lælius Taurellus homini eam rem gratulatus eſt a. d. III. Idus verbis notatione digniſſimis. Ait enim: *Litteris tuis evangelia deberi fateor ejus nuncii, quo mirum in modum delectatus ſum; te tandem ad ſolemne iſtud, ſanctumque jusjurandum admiſſum eſſe: Quo non tam tibi, quam ordini veſtro curiæque [quibus præclari ingenii, atque induſtriæ tuæ dotibus frui datum eſt] gratulemur; juſtitiæ demum ſanctitatique, quibus templum, oppreſſis vexatiſque, quibus perfugium paratum eſt.*

Etſi maximis Auguſtinus ob eum magiſtratum occupationibus diſtineretur, jus civile tamen, quantum poterat, illuſtrare non deſiſtebat. Æterna eſt memorià digna epiſtola, quam ad Lælium Taurellum ſcripſit Calend. intercalarib. priorib. An. MDXLVI. cum ei mitteret manu volumen ſcriptum, quod græcas continebat Codicis Juſtinianei conſtitutiones, quas ipſe collegerat, interpretatuſque fuerat; quave epiſtolà narravit ei, e quibus libris illas

[1] Ant. Auguſt. *in Emend. lib. II. cap. XI.*

[2] Franc. Turr. *in Epiſt. qua Jo. Sapientis cognomento Cypariſſioti ſcripta ad Anton. Auguſt. miſit.*

[3] Ant. Auguſt. *in Emendat. lib. II. cap. IX.*

[4] Rodriguetius *in Biblioth. Valent. pag. CCCV.* Ximenius *de Valentin. ſcrips. vol. I. pag. 97.*

(5) *Vol. VII. col. DCCCXVI.*

(6) Ant. Auguſt. *de Emend. Grat. lib. poſt. Dial. IV. in princ.*

Digitized by Google

las eruiſſet leges; hoc exemplo : *Diutius tibi deberi non poteſt, quod pene convitio a me flagitas munuſculum, ut græcas ad te conſtitutiones, quas iſthinc Jo. Metellum tuum ad me attuliſſe ſcripſeram, in Latinum ſermonem converſas mitterem, cum eo corollario, quod poſtea ſum pollicitus. Habes jam quod expetiſti. Nec illas ſolum ipſas accipies, quas ille in veſtra Medicea Bibliotheca inter Pontificii Juris Græcos libros invenit: ſed & alias, quas hic in Vaticana, & in aliis Bibliothecis animadvertimus in Juſtiniani Codice Conſtitutionum deſiderari. Sed ut venatoribus, qui aliquot inſignes feras ceperunt, voluptati maximæ eſt narrare, neque prædam ſpectantibus injucundum audire, quibus indiciis atque veſtigiis in eos ſaltus, aut ſilvas pervenerint; quæ fuerit canum, aut ſociorum ſollicitudo; quæque poſtea dum ſingulæ aut excitantur, aut agitantur, aut capiuntur, acciderint; ita mihi faciendum eſſe putavi, ut quo pacto hanc noſtram minoris fortaſſe voluptatis, non minoris tamen ſudoris, ac pulveris venationem peregerim, conſcribam. Nam cum ante aliquot annos in eos Inſtitutionum, ac Novellarum locos incidiſſem, quibus harum legum mentio fieret: cumque in his ipſis XII. libris Conſtitutionum, & ex titulorum pollicitationibus, & ex adſcriptis notis initio aliquarum legum, quæ Græcam aliquam deeſſe ſignificarent, multa eſſe mutila, & manca vidiſſem: male nobiſcum eſſe actum putabam, ſi eas aut conſulto prætermiſſas Juſtiniani juſſu, quod nonnulli docti viri crediderunt, aut aliquo facto amiſſas, aut alicujus invidia cælatas eſſe exiſtimaſſem. Sed & cum animadvertiſſem ad calcem libri tertii converſam barbare Conſtitutionem extare, qua de aleæ luſu agitur: mirabar quid eſſet, quod & illa, & Novellarum liber, & ea capita, quæ in Digeſtis Græce ſcripta ſunt a Berguntione Piſano, ut Odofredus ſcribit, non a Bulgaro, ut vulgo creditur, Latina, ut illis temporibus licuit, facta, tam cito periiſſent. Ecce autem & Digeſtorum loci permulti, & Græcarum Novellarum liber Haloandri, & aliorum ope reſtituti priſtino ſplendori ſunt. Sed & ab eodem Haloandro in multis Conſtitutionum titulis diligenter eſt ſignificatum, quo in loco Græca lex deſideraretur. His ſtimulis concitatus cœpi omni noſtra, & amicorum diligentia in græcorum librorum Bibliothecis perquirere, anne alicubi laterent inter Juris Civilis Græcos Interpretes, quos permultos fuiſſe acceperam, quas inveſtigabamus vagas illas feras. Et initio, ut illam Juſtiniani de veteri jure enucleando omittam, quam apud Te ex veſtris illis Pandectis deſcripſeram (eaque Græce, & Latine, ut illinc accepi, cum notis noſtris earum rerum, in quibus inter ſe diverſæ ſint interpretationes, ſuo loco poſita eſt) reperta a nobis Venetiis eſt pulcherrima Zenonis Conſtitutio de ædificiis privatis in Beſſarionis locupletiſſima bibliotheca, in eo libro, in quo Juſtiniani, Juſtini minoris, & Leonis, ut vocant, Sapientis, omnes Novellæ leges continentur. Ejuſdem Conſtitutionis exemplum non ſatis integrum poſtea a noſtro Metello iſthic repertum eſt, & quod longe præſtitit, viginti fere Conſtitutiones de rebus ſacris conſcriptæ. Quibus nos alias adjecimus tum ex tertia Synodo Epheſina, tum etiam ex aliis duabus Græcarum legum Collectionibus. Ex quibus Epitomis quoque, ac Paratitlis adjuti ſumus, quod in his veſtigia, atque ſententias aliarum permultarum inveniremus. Hæ autem Collectiones, de quibus agimus, e quibus plus compendii factum eſt, cum Theodori Balſamonis, aut Joannis Zonaræ Canonum interpretationibus conjungi ſolent, aut cum Photii Patriarchæ XIV. titulis, quibus etiam nonnihil debemus in ludov. præſertim interpretatione, de quo, ut alias tecum familiariter jocabar, cornicum oculos me confixiſſe ſcripſeram. Uno itaque volumine omnes leges comprehenſæ ſunt, quas Juſtinianus libro primo Codicis, & libro primo Novellarum (eſt enim is quoque liber in certos quoſdam libros, ac titulos diviſus) de rebus ſacris tractantes collocat. Hæ tamen, quas Græco ſermone lib. I. Codicis Juſtinianus conſtituit, integræ extant magna ex parte: Latinarum vero, & ipſarum Græcarum, quæ XIII. titulis continentur, in Epitomen redacta ſententia eſt, additis ſingulorum titulorum, ut vocant, Paratitlis, in quibus ſimiles loci ex aliis Juris Civilis partibus referuntur. Debetur quidem certe huic, quiſquis fuit, neque enim nomen adſcripſit, non parum, quod ejus opera factum eſt, ne in optimis rebus poſitæ veterum principum operæ perirent. Nam licet ſic, ac ſancte receptum eſſe videatur, ut in his rebus, quæ ad Religionem conſtituendam pertinent, Pontificum, non Regum ſententiæ perquirantur: negari tamen non poteſt, quin moderandis omnibus Reip. partibus, ſeditioſis ac pernicioſis civibus compeſcendis, ipſius denique Religionis majeſtati tuendæ ac conſervandæ, principum virorum auxilium neceſſarium ſit. Sed ut illo revertar, unde ſum digreſſus, his omnibus locis, quos dixi, in unum locum coniunctis, noſtrum fuit onus tum eadem cum Latinis libris conferre, tum veteribus veſtigiis, indiciiſque conjungere, tum ipſarum legum ordinem perſtituari, tum denique, quam petieras, facere interpretationem. In quibus omnibus ſæpius fortaſſe me, & propter rerum ipſarum obſcuritatem ac novitatem, & propter noſtras valde ab his rebus alienas litium occupationes, labentem, ac conniventem adgnoſces. Sed eſt in eo tua aliqua culpa, qui me in præcipitem locum adduxeris: Mea ſolum, quod nihil Tibi negare, aut ſciam, aut poſſim. Quanquam, ut jocari deſinamus, ego omnia præſtare debeo, qui ſciens prudenſque me in periculum conjecerim. Vale. Calend. Februarii MDXLVI.*

Age vero Ant. Auguſtinus magnâ, qua pollebat, doctrinâ prudentiâque ita eum geſſit magiſtratum, ut Pontifici Maximo, totique reipublicæ pleniſſime ſatisfaceret, tantâ omnino in-

integritate, atque innocentiâ; ut prorſus difficile ſit æſtimare, an in eo major temperantia, an judiciorum major ſeveritas eluxerit (1).

* Barbare dicitur *Aſperſorium.*

Cum in eo magiſtratu eſſet, Bononiam ad Clementis collegium dono miſit bacillum * argenteum ſetis ad alteram partem ornatum (cujus generis bacillis Sacerdotes luſtrali aquâ populum aſpergunt) hydriamque item argenteam. Id verò munus noſtris quoque temporibus in eo collegio ſervatur, ut hominis liberalitas in memoria exſtet, hancque habet inſcriptionem: *Ant. Auguſtinus Auditor Rotæ hujus S. Collegii Collega.*

Mortuo Paullo III. An. MDXLIX. IV. Id. Novemb. quum decem & quinque annos reipublicæ ſummam tenuiſſet, Regum animis ad pacem conciliatis, Tridentinoque ob reipublicæ tranquillitatem advocato conventu; in ejus ſucceſſit locum Julius Tertius, qui Paulli nomine ad Tridentinum Concilium legatione functus fuerat. Hic Pont. Max. Ant. Auguſtinum plurimi fecit, quicum intima animi ſecreta communicare ſolebat, cumque de maximis rebus conſulere: atque illum tandem in Britanniam legavit, quo tempore Hiſpaniæ Rex Philippus Secundus in matrimonium duxit Mariam Britanniæ Reginam Henrici Octavi F. Ferdinandi & Iſabellæ Hiſpaniæ Regum N. Regnique, Eduardo Octavo mortuo, hæredem: quæ quidem femina ad ſe vocato Reginaldo Polo Cardinali propinquo ſuo, ſapientiâ prudentiâque homine clariſſimo, ingentem inſulam veriſſimæ religioni, Romanæque reipublicæ univerſam reſtituit: quamobrem adeo inſigne matrimonium ei debebatur. Legationis ea cauſſa fuit (2), ut Ant. Auguſtinus Pontificis Maximi nomine Regibus gratias ageret; quòd eorum ſapientiâ diligentiâque effectum eſſet, uti in eo regno ſanctiſſima religio, & Pontificis Max. auctoritas in priſtinum ſtatum redigeretur. Ut autem Ant. Auguſtinus mitteretur, illud in cauſa fuit, quod Reginaldo Polo opem ferre deberet in componendis iis, quæ ad Sacerdotes, ſacrorumque Miniſtros pertinerent. Magnopere etiam viri ſapientis prudentia, ſi coràm adeſſet, ad illud conducere poſſe putabatur, ut multa in perpetuum tempus conſtabilirentur, quæ ad ſacerdotia pertinerent; utque Britanni, qui ab Romano continenti tam longe abſint, ad Urbem ne cogerentur accedere, niſi graviſſimis atque juſtiſſimis de cauſſis.

Paucis diebus antequam Auguſtinus in Britanniam proficiſceretur, hoc eſt a. d. VIII. Calend. Februar. An. MDLV. Julius III. Pont. Max. litteras ad Polum Cardinalem dedit: Seſe per Ant. Auguſtinum miſſurum enſem, & pileum Philippo II. Regi, aureamque roſam Mariæ Britanniæ Reginæ. Idem Pontifex diploma, quo Auguſtinum appellabat ſuum Internuncium VI. Calend. dedit: eademque die illum exquiſitiſſimis litteris commendavit Ruiſio Gometio Sylvenſi, qui Philippo Regi a negotiis, & a conſiliis erat. Hæ epiſtolæ cum illo etiam diplomate Romæ in tabulario Pontificio ſervantur; uti etiam libellus mandatorum, quæ data Ant. Auguſtino fuerunt, a. d. III. Calend. conſcriptus (3). Auguſtinus in Britanniam profectus eſt menſe Februario, amico homine Jo. Metello Sequano comite & adjutore (4).

In Britannia Ant. Auguſtinus ampliſſimas Pontificis Max. nomine Philippo & Mariæ Regibus gratias egit; quòd eorum in primis operâ ad ſanctiſſimam religionem, qui ab ea defecerant rediiſſent. Impediri certe poſſe, ne populorum animi a veritate deſciſcerent; modò nullum errantibus daretur apud exteras gentes perfugium. Id facile fore factu, pace inter Britannos Galloſque parta. Pontificem Maxim. eam rem Ferdinando quoque Cæſari perſuadere conari. Henricum Secundum Galliæ Regem polliceri, ſeſe daturum operam, ut Turcarum Rex opprimeretur, ſanctiſſimaque præſertim religio in priſtinum redigeretur ſtatum. Ipſum Pontificem in eo totum eſſe velle, ut veteres in rempublicam mores revocarentur. Enimvero eam rem Sacerdotum Antiſtitumque impediri pertinaciâ; qui ſe nullo corrigi modo paterentur: nec minus magiſtratuum audaciâ; qui ſibi ea ſumerent, quæ ad eorum munus minime pertinerent. Pontificem nihilominus; quod ad Sacerdotes ſpectaret; legem ſcripſiſſe, qua multa, magni illa quidem momenti, continerentur: eam brevi eſſe laturum. Quod autem ad magiſtratus attineret, Regum in eo auctoritate opus eſſe. Sperare Pontificem, eos pari omnes uſuros eſſe conſilio. Eâ lege Sacerdotum mores ad veterem revocari diſciplinam, atque ab ipſo Pont. Max. initium fieri. Sique id ſatis minime foret, Pontificem animum induxiſſe, ut quæ opus eſſe intelligeret, omnia vellet addere (5).

E Britannia Auguſtinus eodem anno MDLV. a. d. XV. Calend. Octobr. in Belgas profectus eſt. Ibi tum erat Joannes Paetius Caſtrenſis. Hic itaque ab Menapiis litteras ad Hieronymum Zuritam dedit menſe Sextili; quibus litteris ita ſcripſit (6): „ Amicos omnes, ſimulque „ Regem ipſum expectamus. Venient Gonzalus Peretius, Verzoza, Ant. Auguſtinus, aliique „ complures“. Tum iiſdem litteris ait, ſeſe in Italiam indeque in Hiſpaniam ſimul cum Ant. Auguſtino iturum.

Po-

(1) Andr. Schottus *in Orat. Fun.*

(2) Latinus Latinius *in Epiſt. ad Andr. Maſſium datâ IV. Id. Feb. An. MDLV.*

(3) Pallavicinus *in Hiſt. Conc. Trid. lib. XIII. cap. X.*

[4] Jo. Met. Seq. *in Epiſt.* qua ad Anton. Auguſt. miſit *Oſſorii de reb. Emm. R. Luſit. libb. XII.*

[5] Pallavicinus *in Hiſt. Conc. Trid. lib. XIII. cap. X. num. V.*

[6] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. apud Celtib. pag. CDLXXXVI.*

Poſtrid. Calend. Novembr. Paullus IV. Pont. Max. litteras ad Philippum Regem dedit: Sibi neceſſe eſſe, uti Ant. Auguſtinum ad Urbem, apudque ſe haberet. Hominem ea propter debere ſe ab illa legatione revocare. Epiſtola exſtat in tabulario Pontificio. Auguſtinus obitâ legatione Romam reverſus eſt Nonis Januar. An. MDLVI. relicto Jo. Metello Sequano, qui in Belgas poſtque in patriam ſe contulit, quum totis decem annis unà fuiſſent (1).

Itaque cum Romam Auguſtinus pervenit Pontificatum obtinebat Maximum Paullus IV. atque urbs ab Hiſpanorum exercitu obſidebatur; maximeque metu ſuſpendebantur animi propter recentis direptionis recordationem: Enimvero reſpublica, projectis armis, ad otium revocata eſt, & Auguſtinus ad magiſtratum, quo fungebatur, rediit, & ad amicorum colloquia (2); qui quòd viri eſſent eruditiſſimi, planeque ii, qui antiquitatem, atque adeo ætatem ſuam illuſtrare noverunt, multi quidem illius merita faciebant. Itaque viri, qui litteris excellerent, ad illius ædes ſæpiſſime accedebant. Fuerunt autem ex eo numero:

Jo. Pætius Caſtrenſis ſummo vir ingenio, quique diu multas pertractaſſet diſciplinas. Hic Auguſtini hortationibus ſe Romam contulit: nam in epiſtola, quam dabat Tridenti poſtrid. Id. Decembr. ad amicum ſuum Hieronymum Zuritam, quicum, quæ cogitaret, omnia communicabat, ita ſcripſit (3): „ Mirum plane eſt, quam me Aguilera (4) premat arctius, „ uti Romam me conferam. Mihi de eà re Frater Cardinalis Corienſis “ (hic erat Franciſcus Quinnonenſis) „ & Anton. Auguſtinus diligentiſſime ſcripſerunt; ut jam me tueri non „ poſſim “.

Joannes Verſoza Cæſarauguſtanus, qui magnopere Q. Horatii Epiſtolas gravitate, elegantiaque eſt imitatus. Hic æſtate An. MDLV. miſit ad Ant. Auguſtinum epiſtolam, quæ incipit:

Dum reus inconcinnus abeſt, actorque ſuperbus,
Antoni quid agis rerum Auguſtine? (5)

Franciſcus Turrianus, quo quidem viro Joannes Salviatus Cardinalis [6], atque poſtea Hieronymus Seripandus Cardinalis [7] familiariter cumprimis uſi fuerunt; quique maximos labores pro ſanctiſſima religione ſuſtinuit. Ei inter alia multa Ant. Auguſtinus eas dedit leges græcè conſcriptas, quibus legibus nomen *Canonibus Apoſtolicis* eſt: Quas ipſe poſtea Turrianus latine convertit, edid itque Antuerpiæ An. MDLXXVIII. typis Plantinianis; ut ipſe in Præfatione ſcripſit.

Mirum autem non eſt, homines Hiſpanos domum ejus ventitare ſolitos fuiſſe: Atqui erant cum eo ſæpiſſime Itali etiam ſummi viri; e quibus fuerunt:

Octavius Pacatus, qui ex eà hominum ſocietate erat, qui Mariæ Virginis Servi appellantur. Hic vità functus eſt a. d. XIV. Calend. Januar. An. MDLXVII. triſtemque nuncium perſcripſit Latinus Latinius ad Ant. Auguſtinum, qui tunc temporis Ilerdenſis erat Antiſtes (8); Auguſtinus autem ad Hieronymum Zuritam Calend. Jun. his verbis: „ Neceſſarius noſter „ Octavius Pacatus, ſive Pantagathus ſuperioribus diebus feſtis mortem obiit. Tales viri jam pau- „ ci ſuperſunt “ (9). Baptiſta Rufus in eo commentario, quem de Pantagathi vità confecit, typisque edidit Romæ An. MDCLVII. ſcripſit: Hominem appellatum primò fuiſſe Bagatum; ſed quum id ſibi nomen duriuſculum videretur, maluiſſe ſe Pacatum appellari: Guillelmo poſtea Sirleto Cardinali, Marco Antonio Mureto, & Paullo Manutio illum placuiſſe nominare majori ſuavitate (*a*) Pantagathum. Balthasar Ceſpedenſis in libro, quem *Humaniſtam* inſcripſit; qui quidem liber nullo auctoris nomine exſtat Madriti in Regis bibliotheca; & Aubertus Miræus in Hiſtoria Scriptorum Seculi XVI. memoriæ tradiderunt, Octavium Pantagathum plures annos membris omnibus captum in lecto jacuiſſe in Farneſii Cardinalis ædibus. Hominem ibi ſæpiſſime convenire fuiſſe ſolitos viros doctiſſimos Ant. Auguſtinum, Onuphrium Panvinium, Fulvium Urſinum, Levinum Torrentium, Paullum Manutium, Gabrielem Faernum,

[1] Lat. Latin. *in Epiſt. ad Andr. Maſſ. data Romæ XII. Cal. Febr. An. MDLVI.* Jo. Met. Seq. *in laudata Epiſt.*

(2) Schottus *in Orat. Fun.*

(3) Dormerus *in Progreſſ. Hiſt. apud Celtib.* *pag.* 146. *col.* 1.

[4] Jo. Aguilera, de quo Nic. Antonius honorificentiſſime ſcripſit.

(5) Verſoza *in Epiſt. ad Ant. Auguſt. pag.* 11. *& in litteris ad Hier. Zur. datis Romæ XIII. Cal. Oct. An. MDLV. apud Dorm. pag.* 554. *col.* 2.

[6] Vide Turriani *Introduct. ad lib. de votis monaſticis.*

[7] Lat. Latin. *in Epiſt. ad Andr. Maſſium data IV. Cal. Apr. An. MDLI.*

(8) Idem *in Epiſtolar. vol. II. pag.* 129. *Epiſt. ad Ant. Auguſt.*

(9) Adde Ant. Auguſt. *Carm. ad Lat. Latin. apud Nic. Antonium pag.* 79. *col.* 1.

(*a*) Non major quidem ſuavitas in Pantagatho, quam in Pacato videtur eſſe: Sed fortaſſe ii viri Pantagathum ducebant a græcis vocabulis πάντα *omnia*, & ἀγαθὸς *bonus*; atque ita hominem appellabant per omnia bonum, ſive optimum.

Laurentium Gambarum, alioſque permultos, qui Pantagathum multâ colebant obſervantiâ: propterea quod ipſe, quæcumque diſputarentur omnia egregie pertractabat. Ipſum, etſi ſuam in pu-
* Vide infra §. Liber Epiſtolarum &c. blicum potuiſſet eruditionem proferre, nihil tamen reliquiſſe ſcriptum *: ſed ejus auditores magiſtri nomen immortalitati conſecraviſſe. Quanti verò Auguſtinus omnia, quæ a Pantagatho prodibant, æſtimaret, colligi ex eo poteſt, quod quæ ab ipſo didicerat, omnia ſcribere ſolitus eſſet:
* Pag. 379. Idque ex iis conſtat, quæ Fulvius Urſinus in Fragmentis * Hiſtoricorum, quæ Ant. Auguſtinus collegerat, obſervavit in T. Livium; ubi legitur quæ Pantagatho opinio de Centuriis eſſet. Cæteri, quibuſcum erat Ant. Auguſtino neceſſitudo, en qui fuerint:

Fulvius Urſinus Romanus (1) antiquitatis reſtituendæ cumprimis ſtudioſus:

Gabriel Faërnus Cremonenſis (2) veterum librorum emendatione illuſtris:

Onuphrius Panvinius Veronenſis, Auguſtinianus Heremita, qui hiſtoriam tum imperii, tum ſacerdotii magnopere illuſtravit. Ant. Auguſtinus, quæ ſibi de eo homine opinio eſſet, oſtendit iis litteris, quas ad Fulvium Urſinum dedit Tarracone X. Calend. Martias An. MDLXXIII. hoc exemplo: „ Onuphrius ſæpe de rebus nimis propere judicabat. Quare etſi di-
„ ligens eſſet, nonnunquam tamen a veritate aberrabat; ut omnibus contingit. Quum de nobi-
„ libus familiis ageretur, ſolebat vel minimâ ſuſpicione animum inducere, ut putaret, aliquem
„ fuiſſe alicujus filium. Ita Aubertus Goltius in Faſtorum numismis multa facile addidit. Auber-
„ tum autem artificem fuiſſe crediderim, uti Pyrrhus, ac Æneas, & alius quidam etiam, qui
„ in eo volumine, cui nomen Promptuario eſt, legitur “.

Latinus Latinius Viterbienſis (3) multâ vir doctrinâ, ſingularique induſtriâ in veteribus libris corrigendis (4). Quanquam M. Ant. Muretus in iis notationibus, quibus M. Terentii Comœdias illuſtravit, rationem, qua Latinius in veteribus libris emendandis utebatur, nonnihil carpſiſſe videtur.

Levinius Torrentius Gandavenſis Philoſophus, lyricuſque Poeta inſignis; qui poſt Antuerpienſis Antiſtes fuit (5):

Melchior Gaillandus ſuſceptis peregrinationibus clarus, naturæque eximius inveſtigator, qui cum alia, tum verò egregie ſcripſit de quodam Nili Fluminis ſimulacro, cui quidem, quum Romæ eſſet Ant. Auguſtinus, locus in urbe datus fuit (6):

His omnibus addi poteſt Gentilis Delphinus (7) litterarum, & antiquitatis amantiſſimus vir, Lateranenſis templi Sacerdos, poſtque Camertum Antiſtes: a quo Auguſtinus in commentariolo quodam, quod manu exſtat ſcriptum, ait, Fulvium Urſinum maximam nummorum veterum partem habuiſſe. Idque etiam ex ipſius Urſini epiſtola colligi poteſt, qua ad Alexandrum Farneſium Cardinalem ſuum miſit volumen:

Pyrrhus Tarus (8) doctus illius ætatis vir, Paullo Manutio teſte (9):

Joannes Tilius Gallus (10), cujus quidem hominis doctrinam plurimi fecit Jacobus Cujacius (11).

Gentianus Hervetus, cui viro; quum is ſalutandi cauſſa ſimul cum Guillelmo Sirleto Cardinali ad Ant. Auguſtinum iviſſet; Auguſtinus duo græce conſcripta volumina ex iis, quibus nomen Baſilicis eſt, mirâ liberalitate dono dedit. Quæ ille poſtea interpretatus fuit, editque
* In folio. unà cum ſex aliis Lutetiæ Pariſiorum typis Arnulphi Langelierii An. MDLXXVII. * Iis autem octo voluminibus univerſum jus civile continetur ab Conſtantino Porphyrogenneta Cæſare ſexaginta omnino libris diſtributum. Eam porro rem ipſe Hervetus ſactus fuit in epiſtola, qua ad Joannem Morvillerium, Aurelianenſem Antiſtitem, ea volumina miſit. Hervetus, qui omnium primus Baſilicos vulgavit libros, qui in ſuas inciderant manus, ſex ex illis latine convertit, nempe XLV. XLVI. XLVII. & XLVIII. tum XXVIII. & magnam XXIX. partem. Jacobus poſtea Cujacius ſexageſimum latine redditum Lugduni edi-
* In folio. dit typis Claudii Sennetonii An. MDLXVI. * Cujacius omnes Baſilicos libros notationibus Græcorum interpretum auctos habuiſſe fertur. Id a Franciſco Broæo (12), qui in Biturigibus jus non ſine multa laude docuit, & a Joſepho Maria Suareſio (13) fuit memoriæ proditum. Addo, illos omnes libros poſt Cujacii mortem ad eruditiſſimum hominem Petrum Fabrum Præſidem Toloſanum, qui Cujacium audiverat, perveniſſe: Quo poſtea mortuo nemo

ſcit,

[1] Ant. Auguſt. *in Antiquit. Dial. pag.* 23. *& paſſim.*

(2) Idem *in Carmine laudato ad Latin.*

(3) Idem *in Antiquit. Dial. pag.* 457. *& de Emend. Grat. lib. poſter. Dial. IX. pag.* 273.

(4) Mir. *in Hiſt. Scriptor. Sec. XVI. num.* 99.

(5) Schottus *in Epiſt.* qua miſit ad ipſum Torrent. *Orat. Fun.*

(6) Ant. Auguſt. *in Antiq. Dial. III. pag.* 115. *junctâ latinâ Schotti interpret.*

(7) Idem *ibid. Dial. X. pag.* 393.

(8) Idem *in Epiſt.* qua ad Fulv. Urſ. miſit *lib. de Legib. & SC.*

(9) Paul. Manut. *in Epiſtolarum lib. II. Epiſt. VI.*

(10) Ant. Aug. *in Epiſt. data Ilerdæ prid. Id. Sept.*

(11) *In univerſ. Jur. Hiſt.* quam præpoſuit Expoſitionibus Inſtitutionum Juſtiniani.

(12) *In Baſilicor. Notitia cap. XXXII.*

(13) *In Paul. Sententiar. Præf.* Thouan. *in Hiſt. lib. XLVII. pag.* 808.

ſcit, in cujus manus inciderint. Dionyſius Gothofredus libros, quos Genſianus Hervetus & Cujacios latine converterant, edidit Hanoviæ typis Wecheliorum primò An. MDXCVIII. iterum An. MDCVI. * Carolus Labbæus typis edidit Lutetiæ An. MDCIX. * libros XXXVIII. & XXXIX. a Jacobo Cujacio latine redditos cum Indice capitum, quibus conſtarent libri XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. & XLII. Carolus Hannibal Fabrottus, doctiſſimus vir, qui Cujacium audiverat, typis edidit Lutetiæ An. MDCXLVII. * Baſilicorum libros LX. ſeptem diſtributos voluminibus, quos libros e Regis Bibliotheca eruerat; eoſque græce ſcriptos vulgavit, additâ tamen latinâ Cujacii interpretatione, quam, ſicubi aliquid deerat, ipſe compleverat. Itaque obſervatione dignum eſt, eâ, de quâ diximus, editione quadraginta & unum non amplius libros vulgatos fuiſſe; reliquos autem, quos Fabrottus in lucem protulit, id eſt XIX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XLIII. XLIV. XLIX. & LIX. illos Baſilicos libros non eſſe, qui editi a Leone & Conſtantino fuerunt; ſed tantùm ea continere, quæ eruere Fabrottus potuit partim e quadam ipſorum Baſilicorum breviori deſcriptione, partim verò ex Theodori Hermnpolitæ, Harmenopoli, aliorumque Græcorum interpretum notationibus; equorum libris, qua fieri potuit ratione, Baſilici excerpti fuerunt. Nondum enim erant in Regia Lutetiæ Bibliotheca. Quocirca illud ego demiror, Carolum Hannibalem Fabrottum, qui ſcire debuiſſet, affirmantibus Brozo & Guareſio, Baſilicos omnes libros fuiſſe antè apud Cujacium, poſteaque apud Petrum Fabrum, non ſatis percunctatum eſſe, in cujus ſive hæredis, ſive emptoris manus perveniſſent. Enimvero Gerardus Meermanus, Roterodamenſis Reipub. Quæſtor, qui ſane vir mihi natus videtur ad litterariam amplificandam rem, eruere e Regia Lutetiæ Bibliotheca potuit quattuor Baſilicos libros, qui publicam nondum viderant lucem, hoc eſt XLIX. L. LI. & LII. eoſque in Theſauri novi Juris Civilis & Pontificii volumine quinto edidit cum græcos, tum etiam latine redditos, notationibuſque illuſtratos ab doctiſſimo viro Guillelmo Ottone Reitio, cujus quidem Præfatio legi debet.

* *In folio.*
* *In fol.*
* *In fol.*

Denique alii permulti eruditi viri addendi his eſſent; de quorum neceſſitudine honorificam fecit mentionem Ant. Auguſtinus cum de iis, quæ ipſe ſcripſerat, verba haberet, præſertimque de illis, quæ per jocum ſcripſiſſet.

Quum tales viri Auguſtini domum frequentes convenire ſolerent, facilè ex ea re colligi poteſt, eam conſuetudinem eſſe debuiſſe commercium quoddam ſcientiarum utilitatis, ac voluptatis pleniſſimum. Ibi, ut ait Schottus (1) ipſeque etiam Auguſtinus (2), verba habebantur de Romanis antiquitatis reliquiis; de inſcriptionibus; de veteribus nummis; de litterarum hiſtoriâ latinâ græcaque; de hiſtoriâ item tum imperii, tum ſacerdotii; de artibus, ſcientiiſque omnibus; & de omnibus illis, quæ præſtantem animum alere poſſunt.

Horis, ut ajunt, ſubciſivis Auguſtinus emendavit M. Terentium Varronem De lingua latina, & Sext. Pompejum Feſtum De verborum ſignificatione, ut quidem legi intelligique poſſent (3).

Ant. Auguſtinus probe ſciebat, Varronem librariorum incuriâ ignorantiâque adeo turpiter fuiſſe fœdatum, ut perfecte exſcribi non poſſet. Itaque in epiſtola, quam ad Hieronymum Zuritam amicum ſuum dabat Romæ a. d. XII. Calend. Octob. An. ut ego quidem conjicio, MDLVII. ita ingenue ſcripſit: „ Ego Varronem De lingua latina typis curo deſcribi, ut quidem nonnihil ſit reliquis emendatior". Quamquam in Varrone tunc edendo Ant. Auguſtinus omnium maxime laboraverit; ipſe tamen faſſus fuit, ſcripſitque (4), ſibi in eo libro emendando opem tuliſſe Pomponium Lætum, Angelum Tiphernentem, Franciſcum Bolandellum, Aldum Manutium, Michaelem Bentinum, Angelum Colocium, Octavium Pantagathum, Petrum Victorium, & Gabrielem Faernum. Liber typis deſcriptus fuit Romæ An. MDLVII, in Antonii Blandi typographi Pontificii officinâ, ut in extremo libro legitur: licèt in ipſa libri inſcriptione hæc ſint verba: *Apud Vincentium Luchinum.* Mihi quidem id volumen in Bibliotheca eſt, atque illud plurimi ſane facio; propterea quod decem habet Indices locupletiſſimos, quos poſtea exſcripſerunt nonnulli, qui Varronem ediderunt. Illud autem negari non poteſt, in Varrone emendando multum operæ conſumpſiſſe Petrum Victorium, multumque poſtea Hadrianum Turnebum, &, qui omnes vicit, Joſephum Scaligerum; cujus quidem notationes Octavius Pantagathus putabat, ejus approbante ſententiam Latino Latinio (5), non Joſepho, ſed patri ejus Julio Cæſari referendas eſſe: addiditque etiam Latinius, ſeſe ſuſpicari, hunc Julium Cæſarem eas notationes indignas exiſtimaſſe, quæ ſub ſuo nomine prodirent in lucem. Quod quidem judicium injuſtum fuit, injuriâque pleniſſimum. Sed quia cum id Latinius diceret, erat adhuc in hominum memoriâ mirum plane ingenium, mirabiliſque doctrina Julii Cæſaris Scaligeri; ideo multi facilè putaverunt, Joſephum Juſtum ejus filium non eo pollere ingenio, ut patrem poſſet imitari. Enimvero experientia poſtea docuit, illum æquaſſe patrem ingenio, vi-

(1) Schottus *in Orat. Fun.*
(2) *In Carm. ad Lat. Latin. apud Nic. Anton. in Ant. Auguſt.*
[3] Schottus *in Orat. Fun.*
(4) *Pag. I. Edit. principis.*
(5) Lat. Latin. *in Epiſt. ad Ant. Auguſtin. data Romæ VIII. Id. Quinctil. An. MDLXVI.*

Digitized by Google

ciſſe autem doctrinâ, itemque arrogantiâ, ſuperbiâque: ſcilicet in magno diſcrimine humana verſantur ingenia, ſi minus ea modeſtia, quæ ab unâ proficiſcitur religione, ineptiſſimæ ambitionis ſedet æſtus.

In lucem emiſit Ant. Auguſtinus Sex. Pomp. Feſti libros e quodam exemplo, quod adſervabatur in bibliotheca Rainutii Farneſii Cardinalis, qui litterarum magnus exſtitit patronus, cuique Michael Sylvius Cardinalis Auguſtinum commendaverat (1). De erroribus, qui reperiebantur in iis Feſti voluminibus, quæ antè fuerant typis deſcripta, verba fecit Ant. Auguſtinus vere atque in primis modeſte in Præfatione. Eâdem etiam animi ingenuitate oſtendit, ſeſe ante omnes indicaviſſe ea quæ Feſto, qui Verrii Flacci libros breviter complexus fuit atque emendavit, & quæ contrà Paullo cuidam referenda eſſent, qui Carolo Magno Cæſare illos Feſti libros diſturbavit fœdavitque. Præter hæc Ant. Auguſtinus commutavit, ordineque donavit verborum Verrii, Feſti, & Paulli ſeriem. Veteres enim tantum priorem verborum litteram obſervabant; omniaque vocabula, quibus eadem eſſet littera prior, unà congerebant; ordinem vero exquiſitiorem omnium ſyllabarum contemnebant. Itaque id egit Ant. Auguſtinus, conſuluitque legentium commodo, ut vocabula facilius adinvenirentur. Quid præterea in ea re geſſerit, videri poteſt in Præfatione; liber autem typis deſcriptus fuit Venetiis An. MDLXIX. curante Carolo Sigonio, excellenti ingenio exquiſitâque doctrinâ viro, quicum Ant. Auguſtinus neceſſitudinem habebat. Auguſtinus verò iis litteris, quas ad Fulvium Urſinum poſtrid. Non. April. ab Subalpinis dedit, mandavit ei, ut nonnulla Feſti exempla amicis hominibus impertiretur: Hi erant Farneſius Cardinalis, Fulvius ipſe Urſinus, Horatius quidam Præſul, Gabriel Faernus, Octavius Pantagathus, Benedictus Eggius, Latinus Latinius, Maſſenſis Præſul, & Aquilæus Maffejus. Aliâ autem epiſtolâ datâ Panormi a. d. XII. Calend. Decembr. An. MDLIX. quum Sigonius ſedulam in Feſti libris deſcribendis navaſſet operam, ita ait: „ Intellexi magnâ cum „ voluptate, Sigonium quamplurima Ciceronis fragmenta typis deſcribenda collegiſſe, atque „ iis, quæ ego paravi, uti velle; ut ſcilicet rependam ei operam, quam ipſe in Feſti libris e„ dendis poſuit“.

Viginti amplius poſt annis (2), id eſt An. MDLXXXI. Fulvius Urſinus quum iterum Farneſianum exemplar conſideraſſet, rurſus volumen typis curavit deſcribi, ſinguliſque paginis adponi voluit eoſdem verſiculos, ſinguliſque verſiculis eaſdem litteras; atque ubi in Farneſiano volumine exeſa eſſent verba, ibi voluit interjecta apparere ſpatia, ut quis conjecturâ ductus ea verba probe reſtituere poſſet: quod quidem magnâ felicitate effecit idem Fulvius Urſinus, atque adeo ante Joſephum Scaligerum: cujus quidem integras notationes, ſimulque notationes Antonii Auguſtini, Fulviique Urſini edidit in uſum Ludovici Borbonii Galliæ Regis F. memoriâ illuſtri Andreas Dacierus multâ variâque vir eruditione; qui ſimul cum Anna Fabra Uxore, fœmina eruditiſſima, ab Calvinianis receſſerunt partibus, id eis maxime ſuadente Ægidio Menagio Poeta cumprimis nobili (3). Volumen ita a Daciero editum hominum uſui eſt ſane aptiſſimum; propterea quod in ſingulis paginis ſcriptum princeps habet, multorumque etiam notationes: quanquam verò illud rarius eſt, majoriſque pretii, quod edidit Fulvius
* In 8°. Urſinus Romæ typis Georgii Ferrarii An. ut diximus MDLXXXI. * quod item mihi in Biblio-
* In 4°. theca eſt. Sed eſt etiam aliud exemplum rarius, quod item apud me eſt, editum * *Mediolani tertio nonas Auguſtas. milleſimo: quadringenteſimo: ſeptuageſimo primo. Ad: honorem & laudem: illuſtriſſimi ac invictiſſimi Galeazi Mariæ Mediolani Ducis Quinti ac Ducatus ſui anno quinto.*

His itaque diſtinebatur Ant. Auguſtinus cum Romæ eſſet. Videamus modò quam honorifice exceptus fuerit quum ad Urbem poſt Britannicam legationem reverſus eſſet.

Paullus quartus, qui tunc Pont. Max. erat, quum Ant. Auguſtini virtutes plurimi faceret, velletque ea omnia, quæ de ipſo augendo ornandoque Julius Tertius cogitaverat, executioni mandare, mortuo An. MDLV. Philippo Saraglo Alliphano Antiſtite (quod quidem Regni Neapolitani in Campania oppidum eſt) id ſacerdotium Ant. Auguſtino mandavit a. d. XVIII. Calend. Januar. An. MDLVII. qui quidem triduo pòſt fuit ſacris initiatus, dieque alterâ oleo pontificali more inunctus.

At Pontifex Max. a. d. XV. Calend. Januar. An. MDLVIII. miſit Ant. Auguſtinum ad Ferdinandum Primum Cæſarem; qui ei ſignificaret, pacem inter Pontificem ipſum & Philippum Secundum Hiſpaniæ Regem conveniſſe. Homini etiam dederat in mandatis, ut quæ inter Philippum Secundum Hiſpaniæ Regem, & Henricum Secundum Galliæ Regem diſſidia orta erant, ipſe diluenda curaret; qua de re ad utrumque Regem legatos miſerat. Viennæ in Auſtria Auguſtinus familiariter uſus fuit Wolfango Lacio, Medico cumprimis docto (4), aliiſque multis. Eodem An. MDLVIII. a. d. IV. Calend. Octobr. Neapolim, indeque Allipham contendit.

Poſt

[1] Ant. Auguſt. *in Præf. libror. M. Verrii Flacci, & Sext. Pomp. Feſti.*

[2] Ipſe Urſinus *in Præf. Notat. qua agit de Feſti fragm.*

[3] *In Elegiar. lib. Eleg. XVI.*

[4] Ant. Aug. *in Antiq. Dial. II. pag. 466.*

Poſt eam legationem, qua quidem egregie functus fuit, menſe Majo An. MDLIX. Philippi Secundi Hiſpaniæ Regis juſſu; qui quidem Rex hominum ingenia noverat perſcrutari, atque Auguſtini virtutes faciebat plurimi; Siciliam inſulam Cenſor inviſit; quo in munere obeundo tum Regi, mandatis egregie confectis; tum vero Siculis omnibus ſingulari integritate cumulatiſſime ſatisfecit (1). Calendis Jun. An. MDLIX. Meſſanæ erat; nam ex eo oppido litteras ad Fulvium Urſinum Nonis dedit. Atque eum ibi quoque eſſet XVI. Calend. Novembr. ejuſdem anni ad Martinum quemdam ſuum urbanæ domus Præfectum ſcripſit, uti facultatem Fulvio Urſino faceret ea omnia videndi, quæ in ſuis ædibus eſſent, maximeque libros ac nummos veteres, ſimulque auferendi quæ vellet. Eandem etiam facultatem Rebatenſi neſcio cui fieri voluit. Menſe Octobris An. MDLX. Sicilia Neapolim feliciter navigavit, ac Novembr. menſe rediit ad Urbem.

Dum hæc ab Ant. Auguſtino gerebantur, magna interim in Hiſpania inter doctos homines, atque vehemens orta erat diſſenſio de cauſſis belli Indici, deque illius adminiſtrandi ratione. Joannes Geneſius Sepulveda Pozoblancenſis (Turdulorum (a) prope Cordubam id eſt oppidum; quo quidem in oppido natus erat An. MCDXCI. mortemque obiit An. MDLXXII. ætatis ſuæ LXXXI. quum Carolo Quinto Cæſari hiſtoriæ ſcribendæ inserviſſet) doctus imprimis atque eloquens vir, dialogum quendam divulgaverat, qui inſcribebatur *Democrates, ſive De convenientia militiæ cum Chriſtiana religione.* Paullò pòſt dialogum alterum confecit, qui inſcribebatur *Democrates alter, ſive De juſtis belli cauſſis.* Hoc altero dialogo illud ſedulo expendere voluit, quod inter doctos homines quæſtionum atque adeo controverſiarum origo fuerat: num barbari, Indorum nomine appellati, qui falſa Deorum numina colerent, ſub Hiſpanorum poteſtate jure, an injuriâ redacti fuiſſent, & quotidie redigerentur, ut illorum numinum cultu prohibiti veriſſimæ religionis præcepta non inimicis animis audire deberent. Librum Sepulveda multis legendum dedit; ideoque variæ de ea re extiterunt ſententiæ: quum plerique exiſtimarent, eam barbarorum gentem, propterea quod contumax eſſet, atque a ſanctiſſima religione aperte refugeret, meritò idcirco in ſervitutem jure belli redigi poſſe. Qui huic favebant ſententiæ, illam ſtudebant confirmare aut modeſte, aut audacter; ut qua quiſque erat indole. Sepulveda magnorum virorum auctoritate ſeſe tutabatur: omnes autem in eo erant, ut perniencioſiſſimam diſputationem e medio tollerent. Petrus Sotus Dominicanus, doctiſſimus plane vir, qui Carolo Quinto a confeſſionibus erat, ſcripſit ad Sepulvedam, ne librum in manus hominum edere feſtinaret. Idem ei conſilii dederunt Joannes Ægidius, qui in Academia Salamanticenſi Theologiam profitebatur, & Antònius Honcala Vauguatenſis, qui apud Abulenſes in maximo templo ſacerdotium gerebat, pietate vir doctrinâque inſignis. Enimvero Sepulveda, qui ab una hominum pugnacitate metueret, illi quidem fortiter reſiſtebat. Diſputatum pertinaciter eſt Salamantiæ, adeoque magis Compluti: Atque Complutenſem quidem Academiam Rex juſſit, quæ ſibi eſſet de ea re ſententia, aperire. Refert autem Alvarus Gomerius Caſtrenſis (2) illius ætatis ſcriptor, qui plurimam meretur fidem, Academiam poſtquam cum Geneſio Sepulveda diu multumque diſceptatum fuit, Regi reſpondiſſe his plane verbis. „ Quam liber doctrinam continet, ea quod defendit, id vel optime probat; ſed quum ea „ ſatis certa non ſit, æquum non eſt, librum typis deſcribi atque in vulgus edi “. Ob eam Academiæ ſententiam librum edi non eſt permiſſum. Atqui Sepulveda, qui vir eſſet propoſiti tenax, aliò ſeſe convertit; ut ſibi tandem librum divulgare liceret. Quum igitur Valliſoleti eſſet miſit illum ad Ant. Auguſtinum cum litteris a. d. VII. Calend. Septembr. An. MDXLIX. [3] ſcriptis; eumque rogavit: Uti, quoniam doctiſſimus haberetur & eſſet, totam eam rem diligenter expenderet, utriuſque partis rationibus invicem collatis; atque ſi ei ſua probaretur cauſa librum viris exhiberet doctrinâ, judicio, & prudentiâ claris, tum Theologiæ & Pontificii juris peritiſſimis, atque præſertim aliquot Collegis ſuis; ut decerneretur, an liber in publicum prodire deberet, necne. Librum legit Ant. Auguſtinus, eique doctrinâ, elegantiâque pleniſſimus viſus eſt [4]. Illum legendum dedit Philippo Archinto, qui librum De Fide & Sacramentis doctiſſime ſcripſerat, ejuſque doctrinam prudentiamque Auguſtinus plurimi faciebat: itemque Ægidio Foſquerario, Pontificiæ domus Præfecto, poſtque Mutinenſi Antiſtiti, qui Tridentino conventui inter theologos principes interfuit, atque ex iis fuit, quibus mandatum eſt, uti ea volumina conformarent, quibus ſanctiſſimæ religionis præſcripta, ſacrorum cæremoniæ, & ſacerdotalis quotidiana precatio * continentur; obiit autem Romæ An. MDLXIV. Illum librum Auguſtinus oſtendit etiam nonnullis aliis graviſſimis, doctiſſimiſque viris theologiâ atque juris ſcientiâ claris; qui quidem omnes Sepulvedæ ſingularem prorſus eruditionem in omni genere litterarum, ejuſque acre ingenium admirati ſunt. Et quum omnibus ea quæſtio digna videretur,

* *Romanum Catechiſmum, Miſſale, & Breviarium.*

[1] Schottus *in Orat. Fun.*
[2] *De rebus geſt. Franc. Ximenii lib. VIII.*
[3] Sepulv. *in Epiſtolar. lib. V. Epiſt. LXXII.*
[4] Ant. Auguſt. *apud Sepulv. Epiſtolar. lib. V. Epiſt. LXXIII.*

(a) Turduli pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, ubi urbs Corduba eſt.

tur, quæ quidem emitteretur in publicum cum propter rei magnitudinem, tum verò quòd ad Hiſpaniæ gentes, itemque ad Chriſtianam rempublicam tam arcte pertineret; Ant. Auguſtinus multa ejus libri exempla typis deſcribi, vulgarique curavit: atque exiſtimavit quidem, id Sepulvedæ fore gratum; neque enim eum librum conſcripſerat, ut ſilentio ſepeliretur; neque alia de cauſſa tam acriter pro ea re propugnaverat, niſi quòd ei, quæ diceret, certa viderentur eſſe, & quidem digna, quæ pro certis haberentur. Enimvero licet multa deſcripta typis fuiſſent exempla, ut ipſe Ant. Auguſtinus ait (1), ſive non pauca, ut ait Nicolaus Antonius ſequutus in ea re Andream Schottum, qui quidem conſcripſerat Geneſii Sepulvedæ vitæ hiſtoriam, quæ habetur in principio eorum voluminum, quibus omnia Sepulvedæ ſcripta continentur, quæve ab Arnaldo Millio edita fuerunt Coloniæ Agrippinæ An. MDCII. Nihilominus poſtea rariſſimus is liber effectus eſt; ut quidem Millius exemplum illius habere non potuerit, neque eum Nicolaus Antonius unquam viderit: itemque ego omni adhibita diligentia illum videre non potui. Andreas Schottus inquit (2), Antonium Auguſtinum permiſiſſe, eum librum in tenebras conjici; quod agnoviſſet, magnas rurſum de ea re in Hiſpania controverſias agitari: quæ quidem adeo longe progreſſæ fuerunt, ut Rex An. MDL. juſſerit, Valliſoleti doctorum hominum haberi conventum, qui diligenter expenderent eum librum, tum librum quoque, quem ſcripſerat Bartholomæus Caſaſius, ſive Caſauſius Hiſpalenſis, Chiapenſium Antiſtes; qui, quod e Dominicanorum eſſet familia, multos habuit ex ſuis ſodalibus, peracreſque fautores. Hujus autem inter ſcripta, quæ ſane rariora facta ſunt, typis deſcripta Hiſpali in ædibus Sebaſtiani Trugilli An. MDLII. quamvalidæ apparent rationes, quibus Sepulvedæ opinionem oppugnavit, ad id Collegium miſſæ. Quamobrem minus mirum videri debet, Melchiorem Canum, qui ad inſulas Fortunatas ampliſſimum gerebat Sacerdotium, virque erat præclarà eruditione, ſummoque ingenio, ſed naturà aſperrimus, ita de Geneſio Sepulveda illiberali quidem ſermone ſcripſiſſe (3): *Sepulveda homo neque meo judicio imperitus, & ſuo valde doctus, certe & eloquendi arte clarus, & a Theologiæ ſtudio non abhorrens.* Adeo inurbanà oratione magis Ciceronem (4) imitatus mihi Canus videri ſolet, quam ea loquutus, quæ quidem Sepulvedam tanti nominis virum decuiſſent. Sed tantum abfuit, ut hunc pœniteret, ſeſe Democratem alterum conſcripſiſſe, ut iis hominibus ſatisfaciendum duxerit, qui illum oppugnantes librum verborum rerumque ſenſus evertebant; multaque effingebant, quæ erant nullibi. Itaque Romæ An. MDL. edidit alium librum, qui inſcribitur *Apologia pro libro de juſtis belli cauſis contra Indos ſuſceptis.* Is liber noſtris quoque temporibus exiſtit; atque ex eo cernitur quid Sepulveda dixiſſet, ac nonnullorum malitia, qui illum impugnabant quæſtionemque de iis rebus inſtituebant, de quibus nulla erat quæſtio. Quod quidem frequentius facere conſuèverunt homines moleſti, & popularium contentionum cupidi. Sed, ut ut res ſeſe haberet, liber, quod quidem ego ſciam, ab eo magiſtratu, qui ab inquirendis de religione erroribus nomen accepit, interdictus non fuit: quamquam vero non deeſſent qui eam rem maxime urgerent. Quinimmo, ſi ipſemet Sepulveda in re ſua fidem meretur, Ferdinandus Valdeſius, Hiſpalenſis Pontifex, qui in eo magiſtratu præfecturam gerebat, quum univerſam illam diſputationem legiſſet, ac diligenter conſideraſſet, ſententiam aperuit ſuam his verbis: „ Dicam quod ſentio. Ii, per quos primò eſſectum eſt, quo„ minus liber emitteretur in lucem, ſeſe optime gererent, ſi illum typis majoribus diligen„ ter deſcriptum pro roſtris in tota Hiſpania recitari curarent " (5). At quanquam liber ab eo magiſtratu interdictus minime fuerit: illi tamen qui Regi ab negotiis Indicis ſunt, omnia illius libri exempla e medio tollenda curarunt (6).

Quæ quum ita ſint, liberatur plane omni culpà Ant. Auguſtinus, qui illum vulgaverit librum, ex quo tam graves controverſiæ ortum habuerant. Ego vero illud dolerem, ejuſmodi librum, propterea quod in eas incidit ſuſpiciones, rariſſimum fuiſſe factum.

Dum hæc agebantur, Philippus Secundus Hiſpaniæ Rex Ant. Auguſtinum præmiis ornare cogitabat. Itaque quum XI. Calend. Decembr. An. MDLIX. mortuus eſſet Michael Deſpuigius Ilerdenſis Antiſtes, Rex menſe Martio id ſacerdotium Auguſtino mandari cenſuit, Piuſque Quartus Pont. Max. reipſa mandavit a. d. III. Id. Octobr. An. MDLXI. (7) ſive (ut Petro Valerio magis placet) VI. Id. Sextiles. Tunc vero amici ejus mihi dubitaſſe videntur, an id muneris recuſaturus eſſet, necne: ut ex litteris apparet ad Hieronymum Zuritam XV. Calend. Junias Romæ datis, in quibus ita eſt adſcriptum: „ Quod mihi tu, & Paetius neceſſa„ rius noſter gratulamini, mihi ſane pergratum fuit. Pluribus verbis non erat opus, quibus me „ hortaremini, ut urbe relictà me Ilerdam conferam. Id enim valde cupio, atque adeo magis „ utroque veſtrum; ut ſcilicet in Patriam, & ad propinquos, neceſſarioſque meos, inter quos „ tu primas tenes, aliquando redeam ".

Non

(1) Ant. Auguſt. *ibid. Epiſt. LXX.*
[2] *In Sepulv. vita præfixa ejus operibus.*
[3] *De Humanæ Hiſtor. auctorit. lib. IX. cap. V.*
(4) *De Orat. lib. I. cap. LXXXIII.*
(5) Sepulv. *in Apolog. pag.* 440.
(6) Barcia *in Biblioth. Orient. Epit. vol. II. pag.* 572.
(7) *Conſtit. Synod. Ilerd. pag.* 177.

Non tamen illico in Hiſpaniam reverti potuit. Namque tunc temporis agebatur Tridenti celebris ille conventus propter univerſæ tranquillitatem reipublicæ, quæ tamen ſatis conſtabiliri non potuit. Itaque a. d. V. Calend. Sextil. An. MDLXI. Auguſtinum Pontifex Max. juſſit Tridentinum adire Concilium; reque ipſa a. d. VI. Calend. Septembr. Roma Tridentum profectus eſt, atque Octobr. menſe Florentiam, Bononiam, Venetiaſque attigit. Bis crediderim Auguſtinum Tridenti fuiſſe; nam prid. Calend. April. An. MDLXII. Ilerdæ comitia primò habuit.

Itaque Româ ſe conferre Tridentum debuit; quo quidem in Concilio præclare ſuam plane ſingularem rerum ſcientiam prudentiamque, atque indolis ſuavitatem pateſecit. Erat eorum omnium, quæ ad religionem ſpectant, peritiſſimus; noſcebatque quantopere ſacerdotum mores ab ea ſanctitate degeneraſſent, quæ antiquitus adeo fuerat in honore. Itaque cupiebat, eorum hominum vitæ genus ad veterem illam dignitatem, majeſtatemque revocari, atque reſtitui debere. Quocirca ita plane exiſtimabat, quoniam corpori adhibenda eſſet medicina, initium a capite faciendum eſſe, ut membra omnia convaleſcerent; atque in ea re ſuâ ſapientiâ, dicendique libertate utebatur; & quum ambas illas prudenter miſceret ſimul, modeſte inquit, ut quondam Propheta Jonas(1): „ Noſtrâ ſcilicet culpâ factum eſt, ut in Gallia, & in Germania tam „ graves obhortæ ſint tempeſtates. Itaque ab religioſis hominibus eſt initium faciendum. Quare id „ agite, Patres, ut veſtris conſiliis rempublicam, quæ jam prope caſura videtur, ſuſtineatis“. Hac oratione multum profuit ad ea decernenda, quæ de ordinum diſciplinâ decreta fuerunt.

Inter plurima magni momenti negotia illud ſtatuere Patres cogitabant, ad Divinum Chriſti Corpus rite communicandum ſanctiſſimo τῆς εὐχαριστίας myſterio, opus non eſſe, illud per ſpecim tum panis, tum vini deferri. Per eam occaſionem Ant. Auguſtinus dixit, quæ legerat in quodam codice, qui adſervabatur in Vaticana Bibliotheca; eâque fuit ſententiâ, ut id caput elatius conſcriberetur, ut quidem factum fuit [2]. Cum hæc acta eſſent, Paullus ille Sarpius, qui propter inſignem ſtili ſuavitatem ſuavis meruit appellari, ſed propter iniquiſſimas obtrectationes calumniator dici debet, in Tridentini Concilii, quam confecit, hiſtoriâ ſcripſit, Ant. Auguſtinum, quum Fertierus Præſes e Concilio egreſſus eſſet, eumque neſcio quid interrogaſſet, ridicule reſpondiſſe; propereaquod hiſtoriam ignoraret. Qui Ant. Auguſtini modeſtiam probe norunt, quem quidem nunquam puduit fateri, atque adeo ſcribere, ſeſe multa neſcire, facilius judicabunt, Sarpium omnia funditus evertiſſe, quam Auguſtinum hominem fuiſſe ridicule ignatum (3).

Magna in eo Concilio exſtitit controverſia, quæ quamvis ad privatos tantum homines pertineret, mirificos tamen excitavit clamores. Erat enim ab iis Patribus, qui libris præerant interdicendis, orta diſputatio: quod quum juſſiſſent, aliquot Theologos legere atque expendere debere librum quendam Bartholomæi Carranzenſis, Toletani Pontificis, cui libro nomen Cathechiſmo erat, hique reſpondiſſent, nihil ſibi in eo libro reprehenſione dignum viſum eſſe; judicium Patres approbaverunt, atque ipſius Toletani Pontificis procuratore id petente rem publicis monumentis teſtari non dubitaverunt. At quoniam is liber, ipſeque, qui illum ſcripſerat, Pontifex Toletanus Hiſpanienſi magiſtratui, qui inquirendis de religione erroribus præeſt, ſubdebantur, Gallelujus quidam, qui ei magiſtratui a ſecretis erat, ſcripſit de ea re ad Lunenſem Comitem, graviterque cum eo fuit conqueſtus: Hic verò cum iis Patribus diligenter egit, decretumque e medio petiit tolli. Gravatè illi; quòd ſibi æquitatis conſilium pleniſſimum videretur. Ibi tum Ilerdenſis Antiſtes Ant. Auguſtinus plura contra id decretum locutus eſt; atque quædam indicavit libri loca, quæ, ut ipſe interpretabatur, reprehenſione ſibi digna videbantur. Longius etiam progredi non dubitavit. Judicium enim, quod factum fuerat, palam improbavit, dixitque, eos Patres ipſâ rei conſcientiâ ſatis ſtimulari debere. At Antonius Muglicianus, Pragenſis Pontifex, qui inter illos Patres Præfectum geſſerat, pro ſe proque omni eo Collegio cum Pontificis Max. Legatis conqueſtus eſt; ab eiſque petiit, uti ſuam aperirent de ea re ſententiam; illud affirmans, ſeſe ab omni conventu abſuturum, donec ſibi, ut oportebat, ſatis foret factum. Tum vero Moronius Cardinalis ſe in eam controverſiam interpoſuit, remque ad concordiam facile adduxit his conditionibus: Ut ejus chirographi, quo illi Patres Pontificis Toletani librum publice approbaverant, ulla amplius exempla ne exſcriberentur: Ut Ilerdenſis Antiſtes ſeſe illis Patribus, Pragenſique in primis Pontifici coram excuſaret: Atque ut utraque pars ſilentium faceret. Hac itaque ratione ea fuit controverſia ſedata. Atqui memoriæ nunnulli prodiderunt, Lunenſem Comitem e manibus procuratoris Pontificis Toletani eripuiſſe, ſive ipſum potius procuratorem precibus, quibus reſiſtere haud poterat, adſtrictum Lunenſi illum chirographum tradidiſſe. Quamquam autem illi Patres Pontificis Toletani de Cathechiſmo Chriſtiano commentarios publice approbaviſſent; fuit nihilominus iis commentariis locus datus in volumine librorum interdictorum, quod Pii Quarti Pont. Max. auctoritate typis editum fuit; quodque poſtea Sixtus Quintus auxit; atque rurſum Clementis Octavi juſ-

ſu

[1] *Jonæ I. XII.*

[2] *Conc. Trid. Seſſ. XXI. capp. I. & II.*

(3) Pallav. *in Hiſt. Concil. Trid. lib. XVII. cap. VII.*

Digitized by Google

ſu typis vulgatum fuit Hannoviæ An. MDCXI. * In eo etiam librorum interdictorum volumine locum habuerunt, quod Madriti editum fuit An. MDLXXXIII. mandante Gaſpare Quiroga Cardinali Pontifice Toletano. * Item in eo librorum interdictorum corrigendorumque volumine, quod typis vulgatum fuit Madriti An. MDCXL. * quo tempore ejus in Hiſpania magiſtratus, quem ab inquirendis de religione erroribus nomen habere diximus, præfecturam gerebat Antonius Soromayorenſis. In eo quoque librorum interdictorum volumine, quod Innocentio Undecimo Pont. Max. imperante fuit Romæ typis editum An. MDCLXXXI. * In illo etiam, quod Clemente Undecimo Pont. Max. typis fuit Romæ divulgatum * An. MDCCXVI. Atque demum in omnibus iis, quæ diverſis temporibus edita in Hiſpaniâ fuerunt: Ut etiamſi Franciſcus Forerius, qui XIviris, qui ei rei præſunt, a ſecretis erat, poſtrid. Calend. Jun. An. MDLXIII. arbitrium typographo feciſſet, uti illos commentarios poſſet in publicum proferre; atque ipſe poſtea Pius Quartus Pont. Max. a d. VI. Calend. Quinctil. ejuſdem anni facultatem conceſſiſſet, uti Romæ ſuis ſumptibus typis deſcriberentur; non tamen vel tunc temporis, vel unquam poſtea ii commentarii fuerunt typis deſcripti; quod ſcilicet is ſcriptor adverſarios habuerit quamplurimos. Quod ſane magno nobis argumento eſſe debet, Ant. Auguſtinum optimis fultum fuiſſe rationibus. Quare ab ipſo Auguſtino fuiſſe epiſtolam quandam exaratam crediderim, quam peracrem ſane in Martinum Aſpilcuetenſem Vaſconem [a], qui Pontificis Toletani partes ſummo ſtudio tutabatur, manuſcriptam legi.

* In 8°.
* Ad foll. 64. & 65.
* In fol.
* In 8°.
* In 8°.

An. MDLXIII. Joannes Villeta Theologiæ Doctor, qui in ea Academia, quam Raymundus Lullus antè inſtituerat, ludum exercebat, tam pro ſe, ut qui in ea Academia præceptorem gerebat, quam nomine ampliſſimorum virorum Joannis Lulli, & Galcerandi Paulli Lulli Barcinonenſium, qui Academiam illam, cæteraque, quæ fuerant a Raymundo Lullo ſupremis tabulis inſtituta, adminiſtrabant, ab Tridentino Concilio (ut Andreas Moraguefius in * Annalibus ſcriptum reliquit) petiit, ut in librorum interdictorum volumen nullus Raymundi Lulli liber referretur. Negabant enim ei viro talem notam inuri oportere: quod fuiſſet (ut ipſi putabant) per calumniam malitiamque ab improbis hominibus confictum quoddam Gregorii Undecimi Pont. Max. decretum, quo nonnulla Lulli ſcripta interdicerentur. Itaque negotium certis viris datum eſt, qui ad decem & ſeptem fuerunt, hoc eſt Venetus Pontifex *, quattuor minores Pontifices *, quattuor Antiſtites *, Sacerdos majoris ordinis unus *, duo Sodalitiorum Præfecti generales, atque Doctores quattuor multâ ſcientiâ clari, referente Ilerdenſi Antiſtite Ant. Auguſtino: Atque quum hic quid ſibi de tota re videretur iis Patribus retuliſſet, decretum pro Raymundo Lullo factum fuit; ut memoriæ tradiderunt Moraguefius, & Vincentius Mutius (1), atque pluribus etiam Cuſturerius (2).

* In Chronograph. pag. 48.
* Patriarcha.
* Archiepiſcopi.
* Epiſcopi.
* Abbas.

Nimius eſſem ſi ea omnia, quæ Ant. Auguſtinus in Tridentino Concilio geſſit, ſingillatim narrare velim. Illud autem præteriri nullo modo poteſt, ipſum Concilii Patribus auctorem fuiſſe, uti ſtatuerent, nulla minorum Pontificum judicibus * litium præmia deberi; quam ipſe poſtea legem mandavit ſervari quum Ilerdenſem, quumque Tarraconenſem obtineret Provinciam.

* Curiis Epiſcopalibus.

Tridentino peracto Concilio Carolo Lotharingio, & Ludovico Madrutio Cardinalibus mandatum eſt, ut illud conſcriberent decretum, quod nuncupatur *De recipiendis, & obſervandis Decretis Concilii.* Fuit autem & mirâ prudentiâ comparatum, & gravibus electiſque verbis compoſitum. Ii autem viri, ut ſibi commiſſum negotium ex ſententia conficerent, Ant. Auguſtini & Didaci Covarrubiæ (3) operâ uſi ſunt. Stilum ad Ant. Auguſtinum referendum eſſe crediderim. Incipit autem: *Tanta fuit horum temporum calamitas.*

Cum in Hiſpaniam Auguſtinus, Tridentino miſſo Concilio, cogitaret; ibique pro eo, quod gerebat, munere nova ſibi fore ſtudia videret a. d. V. Id. Februar. An. MDLXIV. Hieronymum Maſjulium familiarem ſuum cum librorum manu ſcriptorum armariis octo Bononiam ad Divi Clementis Collegium miſit. Qui vir eo cum libris pervenit XVIII. Calend. Apriles. Magna eorum librorum parte legum, pontificiorumque decretorum interpretationes continebantur: Atque ex illis plurimos fuiſſe antè Ludovici Gometii creditum eſt; quod ejus nomen in iis eſſet adſcriptum.

Itaque Tridentino feliciter peracto conventu in Hiſpaniam Ant. Auguſtinus reverſus eſt An. MDLXIV. una cum Oſcenſi Antiſtite Petro Auguſtino Fratre. Didacus Covarrubia memoriæ tradidit, Tridentini Concilii finem fuiſſe factum Nonis Decembr. An. MDLXIII. ſeſeque in Hiſpaniam profectum perveniſſe Barcinonem a. d. IV. Calend. intercalares alteras An. MDLXIV. Antonius autem Auguſtinus terreſtre fecit iter, perque Gallias adequitavit, atque ex equo forte decidit, ſed nullum habuit detrimentum. Barcinonem Petrus & Antonius Auguſtini pervenerunt, qua in urbe expectabantur ab Joanne Auguſtino Fratre, &

ab

[1] *In Balearis Majoris Hiſt. lib.II. cap.XIV. II. & præſertim ad pag. 317.*
[2] *In Diſſert. Hiſt. de Raym. Lullo Diſſ.* [3] Covarrub. *lib. XXIV. cap. VIII. num. VI.*

(a) Vaſcones pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Navarria dicitur.

ab Iſabella Sorore, quæ Cardonenſium Ducis uxor erat, atque ab aliis quoque propinquis. Barcinone Ant. Auguſtinus Ilerdam recta contendit quò ſacrâ hebdomade pervenit. Statim provinciæ diligenter amanterque adminiſtrandæ totum ſe dedidit. Illud in ea re admiratione, plurimaque laude dignum eſt, Auguſtinum ne excurriſſe quidem in patriam, qua tamdiu abfuerat, ſed ad Ilerdenſem, quam obtinebat, provinciam recta contendiſſe. Eam deinde quotannis conventibus agendis luſtravit (1).

Eodem anno MDLXIV. a. d. VI. Calend. Septembr. edicto juſſit, uti Tridentini decreta Concilii ſervari deberent. Ea res offendit Collegium Sacerdotum Ilerdenſis maximi Templi; cui quidem id Auguſtinus feciſſe videbatur contra quam inter Antiſtites, & Collegium illud convenerat; eaque propter ii viri Conventum Provincialem Tarraconenſem appellaverunt. Porro id conſtat ex illius anni actis, quæ in eo Templo ſervantur. Viſum fortaſſe Auguſtino eſt, ad ſe unum eam rem, non ad Collegium illud pertinere. De menſe Octobr. iter Tarraconem verſus cœpit facere, ut Antiſtitum Conventui, quod ibi agebatur, intereſſet. Poſtea vero Ilerdæ conventum habuit.

An. MDLXVI. cum Barcinone eſſet litteras Idib. Februar. dedit ad Pium Quintum Pont. Max. quibus litteris dignitatem ampliſſimam homini eſt gratulatus, dixitque, omnes Hiſpaniæ Pontifices Antiſtitesque paratiſſimis eſſe animis ad mores conformandos rectiusque inſtituendos: Urbanam novam morum informationem collaudavit; pollicitusque eſt, Hiſpanos Concilii Tridentini decreta executioni fideliter mandaturos (2).

His ſane rebus cumprimis diſtinebatur aſſidue. Enimvero qui ſemper humano generi prodeſſe conceperat, ſi quid temporis vacuum dabatur, ea in ordinem redigebat planeque abſolvebat, quæ ad jus cum civile, tum pontificium ſpectantia jampridem exaraverat, extremâque additâ manu identidem vulgabat. Itaque perlongo annorum curſu uſque ad extremum vitæ diem multa edidit, quæ partim ad jus civile, eaque adoleſcens conſcripſerat, partim vero pertinebant ad jus pontificium, eaque ſcripſerat maturiori ætate; nonnulla quoque, quæ per ocium facta fuerant, ſed tantæ illa quidem utilitatis, ut videri poſſit, quam probe noverat argumenta quæcumque, etiam quæ ad urbanitatem quandam venuſtatemque pertinerent, cum ea, qua fungebatur, dignitate conjungere. De omnibus autem, quæ ſcripſit, ſermonem habebimus, ſeriemque annorum ſequemur, quibus ſingula in lucem prodierunt.

Ab inſtituto meo non erit alienum, ut quæ An. MDLXVI. Latinus Latinius ab Ant. Auguſtino percuntatus eſt, quæve Auguſtinus reſponderit, breviter exponam. Nam ſæpius accidit, ut hac de re inter homines quæratur; multique ſunt, qui errore ducantur. Itaque Latinius ita ad Auguſtinum ſcripſit: *Nunc abs te pro ſingulari tua in omnes humanitate peto, ut quod viris doctis certe, & judicio non mediocri præditis in dubium veniſſe audio, tuâ ſententiâ definias: Quod & te facile præſtare poſſe, certo ſcio. Eſt enim quæſtio, ut ego quidem ſentio, indigna, de qua viris doctis dubitandum eſſe cenſeam; & mea tamen plurimum intereſt, eruditorum virorum tui ſimilium ſuffragiis quorundam pertinaciam retundi, qui niſi quid ipſi primi viderint, aut ſenſerint, nihil videri rectum putant. Eſt autem hæc quæſtio: Ejuſne, qui die XVIII. Decembr. mortuus eſt Anni MDLXVI. inſcribendum ſepulcro ſit XV. Calend. Januar. MDLXVII. an vero MDLXVI. ut adhuc videmus in uſu, & more poſitum.*
Ad Latinium Auguſtinus reſcripſit hoc exemplo*:

* *Epiſt. extat in Biblioth. Vatic. Cod. 6201.*

Ant. Auguſtinus Epiſc. Ilerdenſ. Lat. Latinio Sal.

Nunquam putarem in re levi, & quæ prima fronte non videatur eſſe digna, ut ſcribis, doctorum virorum cogitatione, diutius fore dubitandum: niſi me ipſum illud, quod dubitationem aſpernatur, moviſſet, ut aliquid acutius excogitarem, ne tibi dubitationis expertem quæſtionem proponenti, vulgari quoque litterarum genere reſcriberem, & me eadem ſentire quæ te, ac cæteros crederem, affirmarem. Sed cum tu neutram partem definias, ego meam explicem oportet: quæ ſive eadem ſit, ſive aliena ab ea, quam tu carere dubitatione exiſtimas, eam ad te mittere non dubitavi. Quæris, ejuſne, qui die XVIII. Decembr. MDLXVI. mortuus eſt, inſcribendum ſepulchro ſit XV. Calend. Januar. MDLXVII. an. XV. Calend. Januar. MDLXVI. quod in uſu & more poſitum eſſe affirmas. Quid moveat eos, qui aliter ſcribunt, quam in uſu ſit, exiſtimo eſſe, quod illis verbis XV. Calend. jam intelligimus quintum decimum diem ante Calendas Januarias, quæ Calendæ Januariæ futuræ ſunt anno MDLXVII. At qui uſum vulgarem ſecuntur, cogitant, eum diem, qui eſt quintus decimus Calendarum eſſe anni MDLXVI. licet ipſæ Calendæ Januariæ ſint anni MDLXVII. Eadem quæſtio foret, ſi quis Calendis natus eſſet: diceret, pridie Calendas, pridie Natalem meum quinquageſimum; ſed non diceret, ſe quinquaginta annos natum ante ipſas Calendas. Si Indictio Calendar. Septembr. mutaretur, quarto Calend. Septembr. Indictionis ſeptimæ ſcripſi, ſignificaret illum Indictione ſexta ſcripſiſſe ante Indictionem ſeptimam? Quid in annis Imperii, Pontificatus, Regni, ſi Calendis initium ſumſerunt? An dicemus mutaturum Ponti-

[1] Didacus Murillus *in lib. de extructione Ædis Pilarianæ pag.* 438.

[2] Abrahamus Bzovius *in Opere poſth. Annal. Eccl. f.* 174. *ad An. Chr. MDLXIV.*

ſicem, aut cæteros, annos poſt Idus proximi menſis? Non igitur habenda eſt ratio Calendarum; ſed eius diei, qua ſcriptum, vel geſtum quid eſt. Idque recte in uſu, & more eſt, nec facile mutandum: niſi pro tuo acumine aliud videatur. Avide expecto miniatulas ceras, ut ille ait, tuas in iis, quæ ſuperioribus diebus conſcripſi primus de controverſia Sigoniana. Tu valebis, & nos amabis. V. Idus Februarias. Tamarito.

Ita Auguſtinus Latinii litteris Tamarito reſcripſit; ibi enim Antiſtitis vice fungebatur, quod quidem munus adeptus fuerat cum ad urbem XIIviratum litium judicandarum gerebat, ut conſtat e quodam volumine, quod adſervatur in tabulario Ilerdenſis maximi Templi, quo in volumine Sacerdotia, quæ ſuis orbabantur Sacerdotibus deſcripta leguntur. At mihi quidem videtur in annorum ſcribendo numero vel temporis, quo quis ſcribit, vel Calendarum habenda ratio. Quapropter ſi litteras darem hoc anno MDCCLXIV. a. d. XVIII. Calend. Januar. ita adſcriberem: *Olivæ Anno MDCCLXIV. XVIII. Calend. Januarias.* Qua in re ſatis patet, eas Calend. Januar. ad An. MDCCLXV. pertinere. At ſi id mihi placeret dicere, poſſem ſine reprehenſione ita adſcribere: *Olivæ XVIII. Calend. Jan. Anni MDCCLXV.* Re autem non ſatis declaratà, ita de annorum numero intelligendum eſt, ut ad tempus, quo quis ſcribit, ſit referendus.

Eodem An. MDLXIV. quo anno in Hiſpaniam Ant. Auguſtinus reverſus erat, juris ille doctor omnium plane præſtantiſſimus Jacobus Cujacius in lucem protulit libros VI. VII. & VIII. Obſervationum; atque ad finem capitis XL. libri VIII. poſtquam utilitatem græcæ interpretationis Conſtitutionum Juſtinianearum exaggeravit, multiſque verbis commendavit illarum lectionem ita colligit: „ Juris ſtudioſos hortor, illos quidem, quibus licet eſſe otioſis magis, quam mihi, qui maximis diſtineor occupationibus; ut veteribus libris, iiſque qui vulgo „ circumferuntur invicem diligenter collatis" (loquebatur de duobus earum Conſtitutionum exemplis, quæ diverſis temporibus edita fuerant; unum namque primus omnium ediderat Ambroſius Camaldulenſis, qui Chriſoloram audiverat, illudque ex Nicolai Boerii exemplari exſcripſerat; alterum verò ediderant Ludovicus Miræus & Emarus Ranconetus An. MDLX.) „ hos mendis omnibus purgare curent, emendatoſque ad veterem eorum famam auctoritatemque reſtituant". Cujacius Ant. Auguſtini conſilium, quod multos ante annos ceperat, divinaſſe videtur: qui quidem publicà utilitate permotus, atque etiam quod forte in ea re a nemine vellet præiri, edidit Ilerdæ An. MDLXVII. plurimas græcas Conſtitutiones, quæ in Juſtinianeo Codice non erant. Veterem addidit Novarum Conſtitutionum interpretationem ab Juliano confectam, qui juris ſcientiam Byzantii profitebatur, tuncque id munus ſummo erat in honore: propterea quod juris diſciplina, cæteræque artes liberales eo tempore tribus tantum ſcholis publice tradebantur; quarum una erat Beriti, altera Romæ, tertia Byzantii. Is Julianus græcas Conſtitutiones latine convertit. Volumen ex illis Ant. Auguſtinus compoſuit longe quidem plenius ſplendidiuſque, quam quod tunc temporis vulgo haberetur. Illas vero conſtitutiones Auguſtinus exſcripſit e plurimis græcis voluminibus, quæ eo tempore in tribus Italiæ locupletiſſimis bibliothecis adſervabantur, hoc eſt Romæ, Florentiæ, & Venetiis. Præſertim vero in Veneta Divi Marci Bibliotheca cum libros græcos exſcriberet legeretque eà mente, ut aliquid inde legum, pontificiorumque decretorum erueret, in pervetus Novellarum volumen incidit, ex quo ea fere omnia exſcripſit, quæ in Norico deerant volumine (1). Multos item emerat libros: alios quoque per librarios exſcriptos ſibi comparaverat. Magnam ejus laudis partem Joanni Metello Sequano referebat; a quo quidem Lugdunenſes typographi exemplum conſtitutionum aliquot extorſerunt: is enim ante omnes in Florentina Bibliotheca in quoddam incidit volumen conſtitutionum, quæ ad religionem ſpectarent, ex quo multam illarum partem ambo eruerunt. Poſtea Auguſtinus vidit Romæ & Tridenti aliquot illius voluminis exempla pervetera. Plurimas etiam conſtitutiones excerpſit ex tribus poſtremis libris Codicis a Jacobo Cujacio editi: Atque Cujacius quidem edito Baſilicorum libro LX. multum auxilii Auguſtino dedit, ut ejus liber in lucem prodiret locupletior: Et ſane longe plus auxilii dediſſet, ut quidem Auguſtino ſpes erat, ſi eo vivo typis deſcripti vulgatique fuiſſent reliqui Baſilicorum libri, quibus Cujacius pollicitus fuerat, ſeſe conſtitutiones græcas copioſius vulgaturum: quibus quidem aucta res litteraria fuit, mortuo Cujacio, curante eximio illius auditore Carolo Hannibale Fabroto, multà exquiſitàque doctrinà viro. Itaque jure ac merito ait Ant. Auguſtinus (2), ſeſe iis colligendis edendiſque conſtitutionibus ullum neque ſumptum, neque laborem reliquum feciſſe, quin ſummam ei rei adhiberet induſtriam. Eò autem conſtitutionibus illis divulgandis ſpectabat; uti cæterarum ſenſus facilius intelligeretur, eorum temporum hiſtorià patefactà; antiquitatis cognoſcerentur mores; verborum, quorum in legibus plurimus eſt uſus, interpretatio haberetur; &, quod maxime intereſt, ea aperirentur juris civilis loca, in quibus de his legibus mentio fit, ſive de rebus ſimilibus ſermo habetur. Iis præterea conſtitutionibus multæ leges videntur fuiſſe latæ de ſanctiſſima religione; multæ contra populos, qui ab ea diſſentiunt, contra Hebræos, contra illos, qui diis falſis ſacrificantur; multæ de improbis ſacerdotibus corrigendis; multæ etiam de templis, cæteriſque pulvinaribus honorandis, ornandiſque. In prima voluminis parte ante illas conſtitutiones poſuit τὰ προλεγόμενα Matthei cujuſdam Monachi, quod

[1] *Emend. lib. II. cap. IX.*

[2] *In Præf. Coll. Conſtit. Græc.*

quod ea judicaret digna, quæ legerentur; continent autem juris civilis hiſtoriam, multaque de Græcis juris Interpretibus.

Quod ad Julianum attinet, ea res multa complectitur. Tantum dicam, Ilerdenſem Antiſtitem edidiſſe illum librum emendatiorem, plenioremque, quam antè fuerat; licet in eo reſtituendo doctiſſimi viri diligentem poſuiſſent operam. Sed vero ipſe quoque falſus fuit, ſupereſſe adhuc nonnulla loca vitioſa, quæ quidem ab aliorum manibus remedium exſpectarent. Nonnullis locis libri ordinem immutavit, ut Novellarum Conſtitutionum ordini reſponderet. Latinas Conſtitutiones locis, quibus oportebat, aptavit; cum ut Juliani induſtria magis manifeſtaretur collatis invicem legibus; tum ut minor eſſet labor in græcis conſtitutionibus percipiendis, quæ idem attingerent argumentum. Laborem minuere ſemper maxime ſtuduit. Sed ad majorem legentium utilitatem reſpiciens addidit τὰ παράτιτλα, indices, lectiones varias, & aliquot Juliani verborum, quæ ſuboſcura eſſent, interpretationem; quæ quidem magno ſunt auxilio adoleſcentibus, atque etiam iis, qui longius in jure civili progreſſi ſunt.

Ego quidem Ant. Auguſtinum aliquo modo eà gloriâ privarem, quæ tanto viro debetur, ſi illud ſilentio præterirem, multa ex his, quæ ejus parta labore ſunt, poſtea eruditiſſimis Fratribus Petro & Franciſco Pithœis vulgo fuiſſe relata. Siquidem ſub eorum nomine quædam in Juliani interpretationem obſervationes editæ fuerunt, quas Ant. Auguſtini fuiſſe conſtat. Eſt autem quam veriſimile, Pithœos Frr. ad ea, quæ jam ante typis fuerant deſcripta, ſibi forte oblatas obſervationes addidiſſe; deinde ab nonnullis totum volumen fuiſſe exſcriptum; atque ita eas obſervationes reliquæ ſcripturæ admixtas in Claudii Pelethieri Præſidis Bibliothecam allatas fuiſſe. Ex ea enim Bibliotheca erutæ fuerunt a Franciſco Deſmareſio Gallo, qui Lutetiæ Pariſiorum jus civile profitebatur, atque illius operâ multo ſplendidoque artificio typis deſcriptæ editæque fuerunt Lutetiæ ex Regis typographia An. MDCLXXXIX.

Eodem An. MDLXVII. Ilerdenſis Antiſtes librum curavit in vulgus edi, qui ita inſcribitur: *Sacerdotale volumen, quod Ordinarium Ilerdenſe dicitur Ant. Auguſtini juſſu editum. Ilerdæ apud Petrum Rob. MDLXVII.* Eum autem licet diligenter exquiſiverim, nondum tamen videre potui. An. MDLXIX. a. d. III. Non. April. Concilium Ilerdæ iterum habuit.

An. MDLXX. Non. Januar. pecuniæ ſuæ tantum Ilerdenſi maximo Templo donavit, unde perpetuo puer aleretur, qui iis pueris eſſet addendus, qui in eo Fano muſicis rebus inſerviunt. Quapropter ex eo uſque tempore ii pueri ſex numero ſunt: ut patet ex tabulis illius Fani, quæ ad eum pertinent annum.

An. MDLXXI. volumen edidit, quod inſcribitur *Breviarium Ilerdenſe recens ab Ant. Auguſtino Epiſcopo collectum. Ilerdæ apud Petrum Rob.* (id eſt Roburium) *MDLXXI.* Inſcriptum volumen fuit *Breviarium Ilerdenſe recens*, ut ab illo diſtingui poſſet, quod in Indice librorum variorum Ant Auguſtini * nuncupatur *Breviarium Ilerdenſe vetus. Lugduni apud Dionyſium de Harſy. MDXXXI.* * Eum vidi librum in Hiſpaniarum Regis Bibliotheca, legique Præfationem, quæ eruditione pleniſſima vereque ampliſſimi viri pietate digna eſt. Poſt vero a. d. XIV. Calend. intercalares priores An. MDLXXII. Collegio Sacerdotum Ilerdenſis maximi Templi placuit, ut Petro Roburio, quod voluminis illius exempla MD. typis in ea urbe, Antiſtite aſſentiente, deſcripſiſſet, ſumptus impenderetur: Atque in tabulis, quæ ad illum pertinent annum, legitur, eam editionem vitiis non caruiſſe. (* *Ad Cod. 329.* * *In 8°.*)

Antonius Contius An. MDLXXI. in altera, quam conſcripſit, Digeſtorum, quæ ipſe edidit, Præfatione, falſus fuerat, ſeſe Ant. Auguſtino multum debere, velleque iis uti auxiliis, quæ ſibi vir eximius quotidie ſubminiſtrabat, quum iterum Digeſta eſſet editurus.

Per id tempus Ant. Auguſtinus graviter ægrotavit: Atque tunc, ut mihi quidem videtur, carmina duo latine alterum, alterum hiſpanicè confecit. Latinum carmen ita incipit: *Alme puer &c.* Hiſpanicum ita: *Tu, que Dios tienes por nombre, &c.*

An. MDLXXII. a. d. IV. Calend. Martias mortem obiit Petrus Auguſtinus Oſcenſis Antiſtes, ſuitque in maximo Oſcenſi Templo humatus ad aram maximam ſiniſtrâ parte ſepulchri Joannis Arragonii Antiſtitis. Id enim ipſe Petrus moriens ab Sacerdotum ejus Fani Collegio petiit, quod ſe indignum putaret, cujus quidem corpus ſepeliri deberet ad dexteram tanti viri, quantus Joannes Arragonius Vaſco fuerat. Petri Auguſtini ſepulchrum, quod amplius non exſtat, hanc habebat inſcriptionem (1):

PETRUS AUGUSTINUS ANT. ET (2)
EPISCOPUS OSCENSIS ET JACET.
EX HELENEN. EPIS. ET ROTEN.
PRIORE QUI BIS TRIDENTI CONCILII
CAUSA AFFUIT.
VIXIT ANNOS LX. DIES IIII.
SEDIT ANNOS XX. VI. MENSES VIII. DIES XVIII.
IN A. D. V. KAL. MARTII. CIↃ. D. LXXII.

[1] Ainſa *in lib. de Oſcenſ. reb. claris III. cap. de Epiſcop. XXIV.*

[2] Fortaſſe hæc deſunt verba: ALD. ALBANELLÆ F.

Poſteaquam Auguſtinus a Tridentino Concilio reverſus fuit, ſecum ipſe conſtituit ingenium omne, omnem induſtriam, diligentiamque ad rempublicam juvandam adicere. Itaque totis viribus operam dabat, ut multorum Conciliorum acta tum græce, tum latine ſcripta colligeret, & aliquando in manus hominum ederet; illorum item vulgare cogitabat hiſtoriam, σχόλια quibus obſcura quæque declararentur, & varias lectiones, quæ optimis exemplis invicem collatis haberi poſſent. Quamobrem exemplaria græca ſibi curavit permitti, quæ in locupletiſſimis Italiæ Hiſpaniæque Bibliothecis adſervarentur, quattuor Generalium Conciliorum; quæ quidem Divus Gregorius dicere ſolebat, Jeſu Chriſti hiſtoriæ * addenda eſſe (1). Enimvero ut maxima quæque ſine Regum, vel potentum virorum auxiliis executioni mandari non poſſunt; ita quum primò Auguſtinus eam rem animo agitare cœpiſſet, quid ſibi eſſet virium attente conſideravit, & quanti laboris opus ſuſciperet. Itaque ad Regem miſit Sebaſtianum Leonem doctum hominem, prudentem, impigrumque, qui ſibi eſſet a ſecretis; ut id negocii diligenter curaret. Multis eum commendavit, & præſertim neceſſario ſuo Hieronymo Zuritæ his litteris: „ Qui tibi has litteras reddet, Sebaſtianus Leo vir eſt, qui in te colendo nemini plane concedar. Itaque cum eum, tum quod is gerit negocium, tibi a me non oportet commendari. Rem „ conſilio, tuâque in primis prudentiâ juvabis. Quare quæ maxime cupimus, ea omnino ſperamus futura. Cura ut valeas. Vale. VII. Calend. Octobr. An. MDLXXII. Ilerdæ “.

* *Evangeliis.*

Seſe Ant. Auguſtinus ad omnes amicos ſuos convertit, uti negocium adjuvarent. Regi res aſſertur: Atque illud profecto demirarer, præclariſſimam rem ab prudentiſſimo Rege non fuiſſe executioni mandatam; ſi minus ſcirem, maxima quæque diſſidiis ſemper obnoxia eſſe, atque, quod pejus eſt, iis interdum difficultatibus impediri, quæ vinci nullo modo poſſint. Diem ex die regii miniſtri ducebant: Qui ejus generis hominum mos eſſe conſuevit, injuſtus ille quidem; nanque ita fruſtra diſtinetur, ac inique illuditur humana ſpes: ut quidem eo tempore non ſine magno reipublicæ damno Ant. Auguſtinus expertus fuit. Mihi quidem ineſt ſuſpicio, eâ re nonnullorum hominum litteratorum invidiam fuiſſe excitatam, qui ejuſmodi gloriam aut ſibi reſervari cupiebant, aut ſuæ ipſorum gloriæ impedimento fore putabant. Nam litteris, quas Ilerdenſis Antiſtes a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. dabat ad Hieronymum Zuritam præter cætera hæc ſcripſit: „ Seſe quoque pollicentur edituros aliquot Hiſpaniæ Conciliorum „ acta, quæ nemo unquam vidit. Utinam id agant incunctanter “. Poſtea vero hæc: „ Quod „ ad meum attinet opus, quanquam omnem fere abjecerim ſpem, nihilominus rem urgere non „ prætermitto; glorioſius enim quiddam eſſet, tantoque Rege magis dignum. Librorum, quos „ græcos habeo, indicem ad te mitto; ut, qui ſemper fui, liberalis potius, quam in petendo „ arrogans vobis videar. Nonnullius uſus eum fore ſpero. Sin aliter evenerit, Ferdinandum „ Columbum imitabor: ſiquidem me ad alios viros principes vertam, ſervarà tamen in patriam „ charitate. Mihi enim placere non ſolet, quod olim ii equites facere conſueverunt, de quibus „ in hiſtoriis Hiſpanienſibus memoriæ proditum eſt “. Conſequenti vero anno MDLXXIII. quum ad epiſtolam quandam reſcriberet, quam acceperat ab præſtantiſſimo illo doctorum hominum patrono, ac litterarum fautore Gregorio Decimotertio, oſtendit ei, quid animo agitaret de Conciliorum actis cum græcis, tum latinis colligendis edendiſque; itemque de pontificiis epiſtolis, quibus quidem fons & origo aperiretur, unde ſacrorum inſtitutio & ſacerdotalis vivendi diſciplina manat omnis: Atque illud plane affirmavit, ſeſe, ſi vita ſibi ſuppeteret, omne ſtudium omnemque diligentiam in id opus, quod ſuſceperat, collaturum; eumque rogavit etiam atque etiam, ut tantæ rei favorem, ac patrocinium porrigeret (2).

Ad Zuritam vero de ea re ſovenda ita ſcripſit: „ Cum hæc ſcripſiſſem, litteræ mihi ab „ Rege, & ab Antonio Gratiano redditæ ſunt. Pollicebatur Rex, ſeſe ad ea, quæ optamus, a„ lio tempore deſcenſurum abſolutis Iſidori libris. Gratianus vero ajebat, neceſſe eſſe Regem „ his rebus paullatim aſſuefieri, neque eſſe deterrendum. Ego autem ſic judico; quo opus „ eſt majus, eo major Regem gloria ſequetur: Quem quidem non decet minora agere, quæ „ quicumque facere poſſit. Abs te peto, uti litteras meas communicare ne prætermittas, deque „ tota re ſermones habere cum iis, quibuscum habendos duxeris “.

Eodem An. MDLXXIII. Barcinonem ſe contulit, ut Antiſtitum Concilio, quod habebatur, intereſſet. Ibi litteras Gregorii XIII. Pont. Max. accepit, quibus petebat, uti ſibi libros quoſdam mitteret, qui multum ponderis habituri eſſent in eo emendando volumine, cui Decreto Gratiani nomen eſt. Romæ enim de illo volumine emendando maximopere agebatur. Alium quoque librorum, quos cuperet, indicem ad Auguſtinum miſerat. Sibi etiam permitti poſcebat Ilerdenſis Concilii acta; tum Iſidori exemplar pervetus, quod Cæſarauguſtæ eſſe ferebatur. Atque iiſdem litteris hortabatur eum, ut illi Gratiani Decreto emendando opem ferret. Auguſtinus lectis iis litteris ſtatim in eo totus fuit, ut illos perquireret libros; in primiſque ad Hieronymum Zuritam, qui libros manu ſcriptos habebat plurimos, magno illos quidem pre-

[1] *Lib. I. Regeſti Epiſt. XXIV. Unde Canon* Sicut. *II. de origin. & auctor. Canon. Diſt. XV.*

(2) Ant. Auguſt. *in Epiſt. ad Greg. XIII. P. M. apud Card. Aguirrium in vol. IV. Concilior. pag. 646.*

pretio comparatos, epiſtolam a. d. XII. Calend. intercalares primas dedit hoc exemplo: „ Scripſit ad me Pontifex Max., uti ſibi Hiſpaniæ & Galliæ Conciliorum acta, quæ ounquam e- „ dita fuerint, itemque Iſidori libros curem perferri. Tu velim mihi perſcribas, unde ejus ge- „ neris volumina haberi poſſint, atque etiam ea Conciliorum acta, quæ Iſidorus collegit. Præ- „ ſertim de Ilerdenſis Concilii actis, quæ typis deſcripta paſſim habentur, quæſivit, an in ex- „ emplari manu ſcripto quid amplius legatur. Quædam enim capita Gratianus profert, quæ „ nullibi reperiantur. Placentinum Antiſtitem mortem obiiſſe audivi “ (is erat Petrus Pontius Legionenſis primò Rodericopolitanus, poſt Placentinus Antiſtes, qui mortem obiit a. d. XVI. Calend. Februar. Ao. MDLXXIII. quum ejus in Hiſpania magiſtratus, qui ab inquirendis de religione erroribus nomen habet, Præfectus fuiſſet renuntiatus. Is Bibliothecam, in qua inſignes manu libros ſcriptos habebat plurimos, Philippo Secundo Regi legavit) „ Is pervetеres libros, de Conciliis præſertim, habebat plurimos. Tu vide ſi quid de iis, vel ſaltem ſi „ eorum omnium index haberi poſſit: Atque ſi minus ii ad Regis Bibliothecam accedere omnes „ debeant, nobis nonnullos fac cures. Ego quidem me Tarraconem, indeque Ilerdam conferam. „ Tu velim, litteras ad me dare ne prætermittas, & Conciliorum negocium ne deſeras “. Scripſit: *Si minus ii libri ad Regis Bibliothecam accedere omnes debuiſſent.* Certe illi omnes libri in Laurentianam Regis Bibliothecam comportati fuerunt, ut memoriæ prodidit Ambroſius Moralenſis in Præfationibus librorum XI. & XII. Annalium, quo loco ſermonem habuit de veteribus libris, deque aliis quibuſdam ſubſidiis, quæ ad regiam bibliothecam augendam parata fuerunt. His itaque utitur verbis: „ Me vero Placentiam quoque Rex (Philippus Secundus) „ miſit, ut inde efferrem quampluri mos libros veteres manu ſcriptos, qui Petro Pontio Legio- „ nenſi, Placentino Antiſtite, demortuo “ (hunc diximus vitâ functum eſſe (1) XVI. Calend. Februar. An. MDLXXIII.) „ in ejus Bibliotheca remanſerant. Et quanquam multa ex eâ „ Bibliothecâ volumina, præclara illa quidem, eruerim, quibus regia augeretur bibliotheca, „ ut ſæpe in hiſtoria dicendum mihi erit; tamen cætera omnia dignitate vincebat volumen „ quoddam pervetus, quo Conciliorum acta continerentur; quod quidem volumen fuerat an- „ te apud Benedictinos Sodales in ædibus Millanis Cogollentibus. In eo legitur fuiſſe id volumen „ exſcribi abſolutum annis poſt Chriſtum natum CMXCIV. atque adeo exſcriptum fuit ante „ hodiernum tempus annis amplius DVIII. (a) Appellantur in eo Sancius Rex, & Urraca Re- „ gina itemque Rex Ramirus; atque hujus ſub imperio legitur, fuiſſe volumen illud exſcriptum „ a Sacerdote quodam, cui nomen Velaſco erat, ſimulque a quodam illius diſcipulo, cui Si- „ ſebuto erat nomen. Neque hic opus eſſe arbitror, ut verba faciam de multis illis Conciliorum „ actis, deque aliis rebus, quæ hoc Codice continentur, quæve alibi reperiri non poſſunt; ſi- „ quidem in hiſtoria de his omnibus, ut ipſa feret occaſio, ſcripturi ſumus. Nonnulla etiam „ in eo ſunt, quæ volumine abſoluto addita poſt eum annum fuerunt “. Huc etiam pertinent quæ Moralenſis idem ſcripſit in principio notationum, quibus illuſtravit Divi Eulogii librum qui nuncupatur *Apologeticus*; itemque quæ ſcripſit Ægidius Gonzaletius Davila in volumine, quod inſcribitur *Theatrum ſacrum Sacerdotum Placentinorum.* * *Ad fol. D.*

Ilerdam cum rediiſſet, ad Pontificem Max. reſcripſit eâ luculentâ plane epiſtolâ, quam nobis Aguirrius Cardinalis ſervavit (2), datâ Idib. Aprilibus.

Enimvero in ea epiſtola maxime notari debet, quod Auguſtinus ad Pontificem Max. ſcripſit, ſeſe Conciliorum omnium acta cum græca, tum latina colligere; atque id opus, itemque novam univerſi juris pontificii diſtributionem duo quædam eſſe, quæ tanto Pontifice digna prorſus viderentur.

Eodem An. MDLXXIII. Ilerdæ Concilium tertiò habuit. Tum de menſe Octobr. quum patriâ annos XXXVIII. abfuiſſet, Cæſarauguſtam ſe contulit ſuos propinquos ſalutatum; quod conſtat ex iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Octobr. illius anni dedit (3).

Conſequenti An. MDLXXIV. quum Ilerdenſem Academiam Cenſor viſitaret, Ilerdenſes tot hominem moleſtiis vexaverunt, ut in oppidum Monzonem exſulare debuerit, unde tamen brevi pòſt tempore rediit: nam eodem anno Tarracone Concilii cauſſa adfuit.

Ilerdæ Ant. Auguſtinus litteras ad Fulvium Urſinum VI. Calend. Octobr. An. MDLXXIV. dedit hoc exemplo: „ In neſcio qua Hiſpaniæ parte græcum nuper inventum fuit volumen, „ quo quidem præſtantiſſima veterum Hiſtoricorum fragmenta continentur. Magnam eorum „ partem in manibus jam habeo. Reliqua exſcribuntur. Næ ego ſi vel margaritæ, vel carbun- „ culi, vel adamantes eſſent, tanti haud facerem. Omnium vetuſtiſſimus Polybius eſt, quem „ XL. libros ſcripſiſſe conſtat. Ex his noſti quam pauci integri noſtris extent temporibus. „ Reliquorum uſque ad XVIII. librum fragmenta habemus. Fragmenta verò hæc libros „ XXXVIII.

[1] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. apud Celtib. pag.* 101.

[2] *In vol. IV. Concil. pag. 646.*

[3] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. apud Celtib. pag. 386.*

(a) Error in annorum numero eſt: nam ab An. 994. quo volumen illud ſcriptum fuerat ad An. 1573. quo (vel etiam poſtea) Moralenſis Annales ſcribebat, Anni 579. interceſſerant.

Digitized by Google

„ XXXVIII. atque adeo amplius complectuntur. Cum in ea loca, quæ typis habemus edita,
„ incido, video in hoc exemplari illa quoque aliquid amplius contiuere. Sed longe plus lucri
„ in cæteris reperitur. Jam T. Livius furti nomine ſupplicio affici extremo oportet: propterea-
„ quod totas paginas ab hoc excellenti ſcriptore furatus eſt. Ejuſmodi furta ego quidem agnovi
„ in fragmentis aliquot præclaris, quæ habeo. Alia etiam fragmenta mihi ſunt de Hiſtoriis tum
„ Romanis, tum Græcis: Quarum hiſtoriarum partem L. Florus, aliique breviter ſunt perſe-
„ cuti; partem verò vel perperam narraverunt, vel exſcripſerunt. In eo Polybii XXXVIII.
„ libro illud legi proverbium *τὰ μὲν διδόμενα*, quod in ea Ciceronis ad Atticum epiſtola eſt;
„ quodque Eraſmo, Victorio, Manutio, aliiſque faceſſit negotium. *Nos cornicum oculos, ut*
„ *aiunt*, (*a*) *evangelia*. Sic igitur habeto: Multa hoc volumine præſtantiſſima contineri". Aliàs etiam Ant. Auguſtinus de his ipſis fragmentis ſermonem habuit. Enimvero his omnibus, quæ Auguſtinus Urſino ſuppeditabat, Fulvius Urſinus uſus fuit in eo libro, qui ita inſcribitur: *Selecta de Legationibus, & alia fragmenta ex libris non exſtantibus græce edita ex Bibliotheca Fulvii Urſini. Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum An. MDLXXXII.*

At vero Ant. Auguſtinus toti ſacrorum diſciplinæ pernoſcendæ ita operam dabat, ut diſciplinas civiles ne deſereret: quodam enim quaſi vinculo junguntur ſimul. Quum igitur omnia ſedulo ſcrutaretur, ea res occaſionem illi præbuit, ut de Alvaro Gometio Caſtrenſi neceſſario ſuo viro docto, in primiſque modeſto quereretur. Quod quidem ita ſe habet. Ao. MDLXIX. Alvarus Gometius Caſtrenſis edidit Compluti typis Andreæ Angulenſis * præclarum illum librum, quem inſcripſit *De rebus geſtis Franciſci Ximenii S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopi Toletani*: Opus adeo eximium, ut Nicolaus Antonius, ſummo judicio, plurimâque doctrinâ vir, dixerit, ſeſe ſæpius dubitaſſe, an in eo ſcriptionis genere fieri quid poſſet præſtantius, atque perfectius. Eum legit librum Ant. Auguſtinus, qui quidem Nicolao Antonio longe præſtabat ingenii acumine, judicioque plane expolito: Studebat enim, ut judicium ſuum rerum magnitudini reſponderet. Itaque librum legit An. MDLXXIV. deque eo illis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dedit poſtrid. Calend. Februar. ita judicavit: „ Librum De rebus geſtis
„ Franciſci Ximenii lectito. Mihi verò probatur: quanquam melior quidem, & elegantior eſſe
„ potuiſſet. Attamen multa continet, quæ mihi placeant. Unam minus probo Paulli Jovii i-
„ mitationem in quibuſdam de fato, aliiſque, quæ ea redolent tempora, cum falſi dii cole-
„ rentur. In hoc libro nonnullus eſt ſermo de patre meo in carcerem conjecto, quem non le-
„ giſſe mallem. Tu eam rem, ut ſpero, vix attigiſti. Cupio ſcire quid egeris de re typographi-
„ ca; ubi, quomodo, quando". Sane id epiſtolæ caput multa continet, quæ obſervatione digniſſima ſunt. Primò namque ſumma Ant. Auguſtini religio perſpicitur. Qui quum eâ viveret ætate, quando is minus ſcire latine videretur, qui a quadam loquendi ratione recederet, quæ falſos antiquitatis deos omnino ſapit, id tamen ſcribendi genus odio habebat: Quo utinam Gometius, Jovius, Bembus, aliique ſimiles abſtinuiſſent, eaque peſtis non uſque in noſtram manaſſet ætatem. Deinde inſignis ejus in patrem cernitur pietas, & ſingularis plane modeſtia, qua Hieronymum Zuritam rogabat, ut in illum ſe faciliorem præberet: Quod quidem Zurita fecit; qua propter ei Auguſtinus gratias egit, quod parentis ſui honorem curæ habuiſſet (1). Atque ille quidem a nobis defendi debet; ne tanti viri nomen eâ re obumbretur, neve calumniatorum iniquiſſimæ artes victoriam cantent diutius (2). Itaque res ita ſe habet.

An. MDXV. Germana Hiſpaniæ Regina Cæſarauguſtâ Bilbilim Novam profecta eſt conventibus Celtiberorum agendis; in eaque re plurimum ponebat ſtudium, ut Ferdinandus Rex vir ejus, qui apud Numantinos (*b*) conventibus agendis diſtinebatur, iiſque ipſum præeſſe oportebat, in ea regione conſuetis commodis, honoribuſque frui poſſet non auctis ſumptibus; ne quid pecuniæ diſtraheretur ab juſtiſſimo bello, quod pro Regno defendendo ad ſaltum Pyrenæum tum gerebatur, quem ſaltum occupaverat cum exercitu Franciſcus Primus Galliæ Rex. Reginam comitabatur Ant. Auguſtinus Procancellarius ſingulari prudentiâ, multâque vir auctoritate: Nam propter egregia ejus merita dignitatem illam obtinebat, quæ apud Celtiberos princeps habetur. Graviſſimæ in iis conventibus exortæ erant difficultates: propterea quod locupletiſſimi viri, & Dynaſtæ, ac præſertim Michael Ximenius Urræus Arandenſis Comes, & Jacobus Martinetius Lunenſis magnopere inſtabant, ne cui in poſterum liceret in jus quempiam vocare eâ ratione, quam Hiſpani *Perhorrecenciam* appellant. Eſt vero id judicii genus, cum homines, qui Dynaſtis ſubjecti habentur, Regem appellant vel contra illos, vel contra conſuetos magiſtratus, quos habeant ſuſpectos. Et quanquam ipſe poſtea Rex Novam ſe contuliſſet Bilbilim; ii tamen viri nihil ipsâ Regis præſentiâ permoti, in ſententiâ perſtiterunt, neque ullo modo ad obſequium redire voluerunt. Aliæ quoque diſſenſiones, controverſiæque addebantur.

Qui-

[1] Ant. Auguſt. *in Epiſt. ad Hier. Zur. data XV. Cal. Jun. An. MDLXXX.*

[2] Hier. Zur. *in Hiſt. Ferd. Hiſp. Reg. lib. X. cap. XCIII.*

* In fol.

(*a*) Ita habet M. S. a Mavanſo ad nos miſſum: ſed proverbium hoc apud Latinos nuſquam eſt: potius, qui callidi præ cæteris eſſent, dicebantur *Cornicum oculos confixere.*

(*b*) Numantini pop. qui eam antiquitus incolebant regionem quæ, hodie Caſtella Vetus dicitur.

Digitized by Google

Quibus quidem omnibus multâ dexteritate, multàque in primis fortitudine Auguſtinus Procancellarius reſiſtere debebat. Itaque tum his de cauſſis, tum etiam ob reliqua, quæ agebantur, negotia, neceſſe erat, Reginam ſæpius cum eo colloqui, conſiderareque qua potiſſimum ratione tot, tantæque res dirimi, definirique poſſent. Quamobrem oportebat, ut illum ſæpiſſime appellaret, quicum ſecretò colloqueretur. Quæ quidem occaſionem improbis hominibus præbuerunt (quod eodem anno in carcerem detruſus fuiſſet) ſuſpicandi, atque adeo affirmandi, illum Germanam Reginam in ſui amorem pellicere voluiſſe, eaque propter in vinculis haberi. Atqui credi minime poteſt, virum tam prudentem eò amentiæ perveniſſe, ut Reginam cumprimis gravem, atque modeſtam de amore tentare non dubitaſſet; itemque Ferdinandum Regem, qui honeſtatis, decoriſque maxime retinens haberetur, tantum flagitii inultum, impunitumque relicturum fuiſſe: Qui quidem pro ſummâ ejus prudentiâ non eam rem magiſtratibus commiſiſſet, ne (qui eorum mos eſt) magis ſcelus divulgaretur, quam ei digna ſtatueretur pœna. Enimvero res ita ſe habet. Alphonſo Pontifici, Ferdinandi Regis Filio, haud probabantur, quæ Auguſtinus Procancellarius in iis conventibus geſſerat. Atque ut plerumque conſilia magis ex eventu ponderantur, quam ex rerum ordine, & temporum opportunirate; quibus tamen humana cogitur inſervire prudentia; Ferdinandus Rex de Alphonſi Filii ſententiâ ea, quæ Auguſtinus geſſerat, improbavit, eumque ad ſe venire juſſit. Is Arandam Dueriam, quo in oppido erat Rex, pervenit Idib. Sextilib. An. MDXV. eâque nocte in ipſo ejus diverſorio fuit in vincula conjectus jubente Ferdinando Gomezio Herrerenſi Judice, ſtatimque ab Joanne Villarazenſi, qui Hieronymi Cabanillæ Præfecti Celerum vices gerebat, cum equitibus in arcem Simancaſiam ductus fuit. Conditur in carcerem, in qua nemo eſſet alius, & ne ei quidem ab ſuis ſervis miniſtrari permittitur. Hominis comprehendendi cauſſa fuit ea ſuſpicio, quòd minus recte negotia Regis curaſſet in illis Celtiberorum Conventibus. Cauſam Rex juſſit agi apud Philippum Ferrarienſem, qui quæſtiones haberet, teſtimoniaque acciperet; ita tamen, ut reum neque abſolvere, neque condemnare, neque publicis interdicere muneribus poſſet. Mandata etiam data fuerunt Ferdinando Monremajorenſi, qui Alamantiæ in maximo Templo peramplum gerebat ſacerdotium *, Nicolao Ticinenſi Dominicano, Ludovico Joanni, Martino Pontio, Ludovico Montaltenſi, atque Garziæ Padillano & Jodoco Laurentino, qui dum Regi erant a conſiliis; uti in omnibus Hiſpaniæ regionibus, quæ ad Celtiberorum Regnum pertinerent, atque in proximis Inſulis, tum Neapoli, & in Sicilia de eo viro diligentius inveſtigarent teſtimoniaque acciperent. Quos proxime nominavi, ii erant ex eo Collegio, quod Celtiberorum negotiis præeſſe conſueverat: ſed ex illo poſtea ad illud transducti Collegium fuerunt, quod negotiis præerat Italicis. Quæſtionibus habitis, teſtimoniiſque receptis tota res Franciſco Ximenio Cardinali, eique Collegio quod negotiis præerat Numantinorum & Carpetanorum (*a*), commiſſa eſt. Advocatis Fiſci Celtiberorum eſt accuſatio demandata; omniaque diligentiſſime acta ſunt, adeo ut nullus fraudi, nullus omnino gratiæ ſit locus relictus. Dum hæc tantâ gerebantur ſeveritate Auguſtinus Procancellarius ſe tamen noluit defendere: proptereaquod conſcientiæ teſtimonio maxime fideret, ſperaretque fore, ut ſuâ ipſe innocentiâ ſatis defenderetur. Tantum ad Regem libellum miſit, eique ſignificavit, ſeſe in carcerem indictâ cauſſâ fuiſſe contruſum; licèt nonnullis fortaſſe meritis ornaretur. Regem etiam atque etiam rogavit, ut ſua ſibi flagitia patefaceret, ſeque vellet audire; deinde imperaret, quæ vellet. Interim Ferdinandus Rex a. d. X. Calend. intercalares primas An. MDXVI. mortem obiit: Atque Ximenius Cardinalis ſive quòd Carolus Auſtriacus, qui in regnum ſucceſſerat, ita juſſiſſet, ſive quòd Judices Auguſtino Procancellario poteſtatem feciſſent cauſſam coram novo Rege dicendi (quem Regem ipſe appellaverat conqueſtus de quibuſdam actis minus probe congeſtis) Aprili menſe ejuſdem anni MDXVI. ei arbitrium fecit in Belgas eundi. Itaque profectus in Belgas eſt, Bruxellamque Calend. Quinctilib. pervenit. Continuò novum adivit Regem: Atque viſis actis, quæ obſignata allata fuerant, erantque in iis ſcriptæ Judicum ſententiæ, quibus cauſſa in Hiſpania fuerat demandata; ac rebus omnibus mature conſideratis (tantum quoad ea, quæ erant in actis; non autem quoad aliud quidpiam, quod ad ullam pertineret futilitatem, levitatemque) Rex, quum Philippus Ferrarienſis, tametſi poteſtate careret, Auguſtinum publicis interdixiſſet muneribus, eam interdictionem abrogavit, hominemque ad Procancellarii munus, ad ejus opes, nominiſque famam reſtituit pleniſſimâ, eâdemque honorificentiſſimâ culpæ liberatione. Latam ſcripſit ſententiam Hugo Urrieſius Ajerbenſis, Regis Scriba a. d. IX. Cal. Octobr. An. MDXVI. Scribendo adfuerant Petrus Urræus Regis ad Cæſarem legatus, & Petrus Matenſis regiæ liberalitatis Adminiſter, qui duo fuerant Antiſtites deſignati ille quidem in Sicilia Cæſarauguſtæ, hic vero Turdetanorum (*b*): Franciſcus & Joannes Bellomontani Conſiliarii, Joannes Acugna, Joannes Manriquius Latenſis: Joannes Gonzalezius Villaſimplicenſis & Petrus Quintana Scribæ. Adfuerunt etiam Franciſcus Zarzola, Joannes Laurentius Ferreira, & Ludovicus Coſco regii liberti. Hi quidem omnes ſcribendo adfuiſſe leguntur. Aderat præterea magnus equitum, virorumque principum nu-

* *Archidiaconus erat.*

(*a*) Carpetani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie Caſtella Nova dicitur.
(*b*) Turdetani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, ubi urbs eſt, quæ Pax Auguſta dicitur.

numerus; qui vel eo forte venerant, vel quadam permoti cupiditate ſciendi, quorſum tantæ expectationis judicium evaderet.

Hoc itaque Anr. Auguſtinus plane cupiebat, Alvarum Gometium Caſtrenſem vel totam eam rem ſilentio prætermiſiſſe, vel ſi illam mavillet ſcribere, quemadmodum vere geſta fuerat, enarraviſſe; ut ſcilicet parentis nomen ne inquinaretur: Debuiſſet enim non ſolum dicere, eum crimine male geſtæ reipublicæ, quod illi fuerat illatum, omnino liberatum fuiſſe; ſed etiam addere, id ab unà manaſſe calumnià. Id itaque Ant. Auguſtinus (ut quidem credi par eſt) cum Alvaro Gometio aperte conqueſtus fuit; quare totam eam rem illum plane edocuit: Atque ut Alvarus Gometius veritati omnino inſervire volebat; ſed tamen Ant. Auguſtinum neceſſarium ſuum nolebat offendere; ei (ut quidem ſuſpicor) reſpondit: Scriberet ipſe illud hiſtoriæ caput, qua potiſſimum vellet ratione; ſeſe id omne ſuà manu plane exſcripturum, atque hiſtoriam typis iterum eo modo deſcribi curaturum: ut ea res quemadmodum contigerat, & quemadmodum ipſi placeret Auguſtino, in hiſtoria appareret. Ego quidem conjecturà ducor, ut ita cenſeam: Namque totum illud judicium io ea hiſtoria tam accurate, tamque exquiſite enarratur, atque tanto nitore conſcriptum eſt, eoque ſtilo, qui propter duritiem quandam Ant. Auguſtini ſtilo ſimillimus videatur; ut omnino illud hiſtoriæ caput Auguſtino referendum eſſe crediderim. Neque vero meam ſententiam Alvaro Gometio injuriæ eſſe volo; cujus quidem doctrinam, judiciumque plurimi facio. Jamdiu mirabar vehementer, Andream Schottum; qui unus ſcripſit, deſiderium Alvaro Gometio fuiſſe, ut illud de Auguſtino Procancellario caput (1) in ſuo illo libro locum haberet, qui liber inſcribitur *Hiſpania illuſtrata*; non illi capiti ullum dediſſe locum. Enimvero animadverti poſtea, id fortaſſe non fuiſſe executioni mandatum, propterea quod Hieronymus Blanca illud caput ſuis de rebus Celtiberorum Commentariis ad ungeem injecerat (2): Atque ita Schottum crediderim noluiſſe idem plane caput in diverſis hiſtoriarum libris multà legentium moleſtià iterari. Atqui quod Hieronymus Blanca ei capiti in ſuis commentariis locum dederit, mihi magno eſt indicio, illud ei ipſum Ant. Auguſtinum dediſſe.

Sed jam ad viri ſapientiſſimi Auguſtini vitam revertamur. Laurentius Surius Chartuſianus Lubecenſis, ſapientià doctrinàque clarus vir; tametſi judicio non quidem erat exquiſitiſſimo; quum intellexiſſet, Ant. Auguſtinum Conciliorum acta græca & latina vulgaturum eſſe, deque ea re cum Guillelmo Rovillio Lugdunenſi typographo jam egiſſe, ſcripſit ad eum; ut permitteret, Gervaſium Calenum Colonienſem latina Conciliorum acta typis deſcribere, Rovillium vero græca. Itaque Ant. Auguſtinus a. d. VII. Id. Septembr. An. MDLXXV. homini reſpondit iis litteris, quas in noſtram uſque ætatem ſervavit Aguirrii Cardinalis (3) diligentia: Quibus ſane litteris magnum ingenium ſuum, eruditionem inſignem, atque animi ingenuitatem liberalitatemque pateſecit. Ex ea epiſtola plane perſpicitur, illi Conciliorum libris divulgandis neque animum, neque diligentiam, neque liberalitatem, ſed tantum poteſtatem æqualſque vires defuiſſe.

Eo ſane erat animo Ant. Auguſtinus, ut maxima quæque aggredi, & perficere poſſet. Dum vero qua potiſſimum ratione executioni illa mandaret meditabatur; minora agere non omittebat. Itaque ad Gregorium XIII. Pont. Max. ſcripſit: Seſe poſt multorum annorum peregrinationem cum in Hiſpaniam, quaſi poſtliminio, reverſus cognoviſſet aliquot apud Tarraconenſes, & Barcinonenſes exempla ſervari quatuor priorum collectionum earum Epiſtolarum Pontificalium, quas Decretales appellant, multum ſtudium multamque operam in eorum lectione librorum poſuiſſe, atque in iis etiam conferendis cum illo volumine, quod ex eiſdem Epiſtolis Gregorius IX. Pont. Max. compoſuit; quod idcirco Gregorianum dicitur. Itaque Ilerdæ An. MDLXXVI. edidit *Antiquas Collectiones Decretalium* Notationibus illuſtratas; quarum ſingulis capitibus numeros addiderat. Ea quattuor Pontificalium Epiſtolarum volumina totidem habent auctores (4).

Primum namque confecit Bernardus Circa, qui in Ticinenſi maximo Templo ſacerdotium gerebat, poſtque fuit Faventinus Antiſtes. Is quidem Pontificum Maximorum Epiſtolas, nonnullaque ex Conciliorum actis excerpta capita collegit An. MCXL.

Alterum compoſueruot volumen Gilbertus quidam, & Alanus: tametſi vulgatum fuerit ſub nomine, neque ſine multà glorià, Joannis Gallenſis, ſive Vallenſis Volaterrani. Continet autem id volumen eorundem Pontificum, atque etiam Celeſtini Tertii Epiſtolas ejus generis, quibus Reſcriptis nomen eſt. Addita etiam fuerunt τὰ σχόλια auctoribus Vicente, Tancredo, Alano, Laurentio, aliiſque. Multa alia quoque nullo auctoris nomine apparebant; quæ quidem eidem Joanni Vallenſi tributa ſunt.

Tertium compoſuit volumen Bernardus Major, qui in Gallæcorum maximo Templo ſacerdotium obtinebat. Is quidem collegit Innocentii Tertii acta; adeoque liber nuncupatus fuit Romanus. Sed quum ea res apud Romanos offenſionem peperiſſet; quod ibi quædam legerentur

quæ

[1] Andr. Schottus *ad Calcem Orat. Fun.*

(2) Hier. Blanca *in Comment. de reb. Celtib. pag.* 513. *& XIV.*

[3] *In Concilior. vol. IV. pag.* 647.

[4] Ant. Auguſt. *ad cap. I. de Conſtitut. in hac Collect.*

quæ locum in judiciis nunquam obtinuerant, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate nova fieret collectio [1].

Quani hujus voluminis auctor oon fuit ab Ant. Auguſtino memoriæ proditus. Is vero liber conſtat ex Concilii Lateranenſis, quod ſæpius Generale Concilium appellarum fuit, Decretis, atque ex Innocentii III. Pont. Max. Epiſtolis; fuitque comparatus An. MCCXV. Sane Anſelmo Lucenſi Antiſtiti, qui vixit Gregorio VII. Pontifice Maximo atque in ejus locum in ampliſſimo Lucenſi ſacerdotio ſucceſſerat circiter An. MLXXX. tribui ea collectio non poteſt. De eo autem Anſelmo Sigebertus (2) mentinnem fecit; ejuſque verba Ant. Auguſtinus notavit (3). Omnia adnumerat quæ ille ſcripſiſſet; ſed de ejuſmodi collectione ne verbum quidem. Nonnullis quidem placet, eum collegiſſe aliquot veterum de religione ſcriptorum, atque conciliorum, quæ pontificia auctoritate habita fuiſſent, regulas ſententiaſque. Atqui idem Ant. Auguſtinus aperte jam dixerat, quid ipſe de hac collectione ſentiret (4). Quamobrem licet Auguſtinus poſt tres illos libros quartam etiam edidiſſet collectionem: Non tamen hæc vere eſt, ut exiſtimavit doctiſſimus Andreas Schottus (5), illa ipſa, quam idem Auguſtinus Anſelmo Lucenſi Antiſtiti tribuendam cenſuerat; ſed tantum collectio quædam, quam ipſe inſcripſit Decretalium Collectionem Quartam. Continet autem plurimas Innocentii Tertii Epiſtolas, quæ tertio divulgato volumine fuerant conſcriptæ, omniaque Concilii Generalis Lateranenſis Decreta ejuſdem Pont. Max. auctoritate comprobata. Multa ſunt in hac collectione, quæ, quòd in prioribus voluminibus dura nonnihil atque obſcura apparerent, fuerunt poſtea, non ſine magnâ prudentiæ & æquitatis notâ, in commodiorem uſum redacta. Addita ab Auguſtino fuerunt τὰ σχόλια doctiſſime ab Joanne Teutonico, & a quibuſdam aliis conſcripta. Hic eſt ille Teutonicus, cujus nonnulla habemus doctiſſime ſcripta, atque ad Gratianum miſſa: eaque pòſt a Bartholomæo Brixienſi interpolata fuerunt, idemque de eis in collectione, quam ipſe comparavit, mentionem fecit. Ab eo autem quamplurima eruit Bernardus Parmenſis, cujus in Gregorianis τὰ σχόλια libris ſunt noſtris quoque temporibus magno uſui; ut quidem notavit Joannes Andreæ Filius, atque ſæpius eum appellavit teſtem, ejuſque retulit verba additis, vel omiſſis, quæ ſibi viderentur. Igitur utriſque nos uti poſſumus, & quaſi e ſplendido quodam fonte aquam haurire optimam: Ut uno eodemque tempore videri poſſint quæ fuerint Innocentii Tertii verba, & quæ illorum interpretatio. Id volumen, itemque τὰ σχόλια Auguſtinus exſcribi curavit e quodam exemplari, quod iu Panormitana Bibliotheca aſſervabatur: atque illud cum libris Tarraconenſibus, & Barcinonenſibus contulit.

Id autem Ant. Auguſtino, quamobrem has ederet Collectiones, in cauſſa fuit, quod magnam earum utilitatem probe conſideraret. Quum enim ex Pontificii juris fontes ſint, puriores in ſua ipſa origine ebibuntur. Multa dempſit auctor Gregorianæ Collectionis Divus Raymundus de Pennafort, quæ, niſi legantur, non recte ea, quæ reliqua ſunt intelligi poſſunt; & ſæpe ſub diverſis Titulis reperiuntur unius Reſcripti partes; quæ ſejunctæ quidem non niſi cum difficultate aliqua intelliguntur, ſimul autem poſitæ, otpote unius ejuſdemque orationis membra, nedum difficultatem habent nullam, immo vero ſenſum clariſſimum patefaciunt. Certior præterea in Antiquis Collectionibus inſcriptionum & propriorum nominum ſcriptura eſt, & apparet, quæ fuerint exſcriptoribus errorum cauſſæ. Quare Innocentius IV. pleraque ſecundum autographa regeſta mutari juſſit. Nimia quoque Antonii Contii, & Joannis Quintinii confidentia detegitur, qui multa Pontificiis decretis inſeruere. Eximiâ vero modeſtiâ Auguſtinus ingenium quidem laudavit; at illud tanquam mali exempli facinus, ut par erat, arguit, quod publicam auctoritatem invadere atque uſurpare privati homines auſi eſſent. Ad quod accedit quod iidem, ſive datâ operâ, ſeu quacunque alia de cauſſa, complura omiſere, quæ non minus habebant utilitatis, quam ea quæ ab ipſis ſcripta & publicata ſunt. Conſilium igitur Ant. Auguſtino fuit, eas ſeparatim edere collectiones, eaſdemque notis, interpretationibus, aliiſque auxiliis illuſtrare, quæ earum intellectum faciliorem lectoribus redderent; quum in aliud tempus differret publicare antiquiorum interpretum gloſſas, quas ipſe plurimi faciebat, Vincentii nempe Hiſpani, Alani, Laurentii, Tancredi, Joannis, Jacobi, & aliorum, qui, ſi jure agere poſſent, nudum relinquerent Bernardum Gregorianæ collectionis annotatorem.

At quum tanta fuerit utilitas, quæ publicationem illarum quatuor Collectionum ſequuta eſt, & compertum ſit, innotuiſſe Auguſtino quintam Collectionem Honorii III. ſucceſſoris Innocentii III. a Tancredo Bononienſi Archidiacono publicatam; cujus interpres, ut Auguſtinus animadvertit, (6) fuit Jacobus Albanus Faventinus Epiſcopus Henrici Oſtienſis præceptor; credendum eſt, quintam hanc collectionem, quæ non minus aliis habuiſſet utilitatis, ideo non

[1] Nic. Antonius *in Biblioth. vet. Hiſp. lib. VIII. cap. III. num.* 84.

[2] *In Cron. An. MLXXXVI. & in lib. De Viris illuſtr. cap. CLXI.*

[3] *In judicio ac cenſura quorumd. veter. Can. Eccleſ. Collectorum.*

(4) Idem *ibid.*

[5] *In Orat. Fun. & in Indice ſcriptor. Ant. Auguſt. edito. Antuerpiæ. An. MDXCVII.*

[6] *In Proœm. Veter. Collection.*

Digitized by Google

edidiſſe Auguſtinum, quod emendatum ſatis ejuſdem exemplum non habuerit, ſicuti priorum trium collectionum exempla a Tarraconenſi, & Barcinonenſi Eccleſiis, quartæ vero a Panormitana adeptus erat. Poſtea vero, anno ſcilicet MDCLXV. quintam edidit Innocentius Cironius (1) utriuſque Juris Doctor Cathedrarius, Eccleſiæ atque Academiæ Toloſanæ Canonicus & Cancellarius, qui ad hoc pervetuſto Albienſis Bibliothecæ MS. codice uſus eſt, interpretationeſque adjecit doctiſſimas, in quibus Hiſtoriæ, veterumque monumentorum luce eruditè multa illuſtravit, quæ maxime ad rectam epiſtolarum, quas Decretales vocant, intelligentiam conducunt.

* *De l' Eſcurial.*

Quum ego Junio menſe ineunte anni MDCCXXXVI., etſi per tres tantum dies, regiam luſtrarem Bibliothecam *, quatuor harum Collectionum in ea offendi atque agnovi Archetypum, quod in hæc deſinit verba: *flenda ulterius non committat:* ſcholia vero non habet. Duo ibi exempla præterea vidi anno MDLXXVI. Ilerdæ edita, quorum unum integris, hoc eſt non reſectis, marginibus, quamplurimas habet Ant. Auguſtini notas, alterum vero emendatius notas pariter ejuſdem Auctoris habet. In hoc ſecundo exemplari poſt verba, *explicit Collectio tertia Decretalium*, hæc ſunt adnotata, quæ ſequuntur, ab aliquo ſcripta ex Ant. Auguſtini exſcriptoribus: *In fine operis quid affectionis ardor ſcholaſticæ me cogit, ut quaſdam Decretales, quas ſub nomine Domini Innocentii III. habent ſcholaſtici, tanquam non ſuas reſpuatis? Neque enim in regiſtris ejus continentur, neque ab eo editæ comprobantur, ſicut.... ....ab eo accepi: quarum una eſt de ſervo in ſubdiaconum ordinato, qui privilegio aſſeritur eodem gaudere cum Clerico. Secunda de ſubdiacono eligendo, in qua dicitur, quod ab hoc non videmus aliquem reprobatum. Tertia de dote, ubi dicitur, quod de matrimonio cognoviſti, ubi de dote cognoſcere voluiſti. Quarta de Clericis qui renuunt ordinari: ubi dicitur, quod ejus Beneficia auferuntur. Quinta de Sacramentis........ ubi dicitur, quod illi, qui ea præſtiterunt, penitus obſervare tenentur. Sic & de quibuſdam aliis* [a] *accipere. Prima prædictarum, quæ incipit* Miramur: *ſecunda*, Ex litteris: *tertia*, De prudentia: *quarta*, Quamvis: *quinta*, Super consultatione: *ſexta tamen juri non repugnat.......... Omnes quæ in hoc opere continentur, in regiſtro ejus a primo anno uſque ad duodecimum noveritis contineri.* Baillus Canonicus in Ant. Auguſtini Bibliotheca MS. latina Cod. 302., poſtquam mentionem trium priorum collectionum feciſſet, orationem ita concludit: „ Hæc omnia, ſcholia, ſive gloſſulas diverſis auctoribus adſcriptas habent, quas Ant. Auguſtinus patronus meus ampliſſimus non edidit, ſed tantum collectiones cum propriis notis “. Quare optandum eſt, ut publici juris fiant multiplices illæ notationes.

Dum grande illud opus in Hiſpaniis publicaret Auguſtinus, alterius libri editionem amicus ejus Fulvius Urſinus Romæ ad exitum perducebat, quem ego librum habeo, atque ob ejus exquiſitam eruditionem plurimi facio; Familias enim Romanas continet, quæ a condita Urbe ad Auguſti tempora inveniri in nummis potuerunt. In fine porro hujus libri deſcripſit Urſinus (ut in principii enarratione legitur) Familias XXX. quas ipſi communicaverat Ant. Auguſtinus; in queis eruditionis tanta copia eſt, ut magnam in legentium animos injiciat admirationem. Verum ſi Auguſtini Familiæ Romanæ recenſeantur; non eæ XXX. numero ſunt, ſed XXXV. Lamina quidem, quæ fronti illius libri eſt impreſſa, qui de Urſinii Familiis inſcribitur, tunc cælata eſt, quum Auguſtinus triginta tantum Familias ad Urſinum miſerat; ſed hic poſtea, quum quinque alias ab eo recepiſſet, & iſtas vulgavit. Quod certe manifeſtum erit, ſi ea conferantur, quæ variis temporibus de ea re ſcripſit Auguſtinus. Quum Ilerdæ moraretur, hæc ad Fulvium Urſinum Etruſco ſermone, quo in ejus commercio utebatur, ſcripſit X. Calend. Septembr. An. MDLXXII. „ Rumor eſt, neſcio unde profectus, quendam curare te typis deſcribi *de Familiis Romanis* librum. Id ego & certo ſcire, & qua ratione de hiſce Familiis diſſeras compertum habere vellem. Idem namque opus aggreſſus fueram, illudque proſequi mens erat, atque ad te mittere; ut nunc, quod cernes, quinque mitto ſpecimen familiarum. Quod ſi cum cæteris tuis has quoque meas edere ſimul velis, alias ego præterea XXV. mittam, quo XXX. numero fiant omnes, vel etiam XXXII. Nomina etiam collegeram, quæ ſunt in omnibus Lapidibus, Nummis, Tabulis; nominibus tantum ſcriptis, non vero integris ellogiis; nonnullis inſuper adjectis veterum Scriptorum atque Codicum locis, ut Virgilii, & Terentii Bembiani, ac Pandectarum Florentinarum; quanquam *de Propriis Nominibus*, quæ in Pandectis Florentinis ſunt, propediem librum diligenti conquiſitione ſcriptum vulgabo “. Quum accepiſſet Fulvius Urſinus conditionem, ſuas de Familiis lucubrationes ad eum miſit Auguſtinus, atque in alia Epiſtola, quam ad ipſum XI. Calend. Novembr. An. MDLXXII. ſcripſit, ita loquutus eſt: „ Nomina Pandectarum propria, ut primum potero, in vulgus edam. Sunt ea quidem congregata, ſed tonſore indigent, qui ea concinnet. Familiæ tres adhuc deſunt *Licinia*, *Manlia*, *Marcia*,

„ quæ

[1] *Toloſæ apud Petrum Boſc. in fol.*

(a) *Forte* Accipite.

„ quæ deſcribuntur. *Fulvia*, quam tui recordatione nominis ad te miſi, poſt *Fabiam* & ante
„ *Furiam* * ponenda eſt; immo vero & poſt hanc. Sicque tribus, quæ ſuperſunt, quum ve- * *Fauriam.*
„ nerint, locus dabitur. Harum porro trium habita ratione, atque earum quinque, quas antea
„ miſi, ſunt omnes numero XXXII. De aliis quoque Familiis, quæ ſub P littera cæteriſque
„ deſunt, differere conſilium fuit; ſed ingruente morbo, atque ita Deo diſponente, incepto
„ deſiſtere coactus ſum (*a*) “. De his ipſis ſuis lucubrationibus in alia epiſtola, quam amico ſuo
Hieronymo Zuritæ a. d. XIII. Calend. Novembr. ejuſdem An. MDLXXII. Montione ſcri-
pſit, mentionem habet Auguſtinus hiſce verbis: „ Fulvii Urſini Liber *de Familiis* magis eſt
„ *de Imaginibus.* Quaſdam ego ad ipſum miſi a me inceptas lucubrationes, cum quibus utrum-
„ que erit. Locos communes tractat de Nummis, atque horum multos in Familias redi-
„ git. Imagines doctorum virorum antiquas ait ſe edidiſſe. Velim ergo, ut de hoc libro perqui-
„ rendo ſatagas, non enim ipſum vidi; quanquam picturas habeo multas & imagines, inter
„ quas Platonis, Ariſtotelis, Euripidis, aliaſque; quarum tamen partem maximam ſuppoſiti-
„ tiam cenſeo “.

In alia deinceps plena eruditionis epiſtola, quam IV. Id. Septembr. inſequentis anni
MDLXXIII. ad eundem Zuritam dedit, hæc ſunt verba: „ Fulvii Urſini librum *de Imagi-*
„ *nibus clarorum virorum* accepi. Res eſt valde ſuſpicienda; antiqua enim multa & rara con-
„ tinet. Liber de Familiis nondum ex toto typis deſcriptus eſt. Ego lucubratione quadam mea
„ illum adjuvi; ipſe vero effecit, ut Romana donarer Civitate, cujus privilegii litteras ampliſ-
„ ſimas, quum perfectæ fuerint, videbis “. Apparet vero, faſciculos pagellarum, quæ ad Au-
guſtini Familias pertinerent, ad eum, ut e prælo tollebantur, a Fulvio Urſino miſſos ſubinde
eſſe: atque id ex ea epiſtola manifeſtum eſt, quam ad Hieronymum Zuritam VIII. Calend.
Septembr. An. MDLXXV. Rodericus Zapata ſcripſit in hanc ſententiam (1): „ Paginæ typis
„ impreſſæ ad librum pertinent Auguſtini Præſulis, qui *de Familiis Romanorum* inſcribitur,
„ quem antiquario cuidam (*Fulvio Urſino*) Romam miſit cum aliis ejuſdem argumenti ab eo
„ publicandum. Hæc autem omnia ab ipſo typis modo vulgantur “. Quæ Romæ edita ſunt
An. MDLXXVII. *, poſtmodum vero in Theſauro Antiquitatum Romanarum Grævii * i- * *In fol.* * *Vol. VII.*
terum prodiere. In nuncupatione libri, quem Alexandro Farneſio Cardinali inſcripſit, Fulvius *pag.* 1143.
Urſinus ait, Ant. Auguſtinum graviorum rerum curis implicatum illum ad ſe miſiſſe commen-
tarium, ut cum Familiis publicaretur.

Quod ad jus attinet Civium Romanorum, quo Auguſtinus donatus eſt, id nempe hoc
ſe habuit modo. Ad diem XIII. Calend. Septembr. anni MDLXXIII. ſcriptâ ad Fulvium Ur-
ſinum epiſtolâ declaravit, optare ſe, ut in civitatem Romanam ipſe cum Auguſtinorum Gen-
te reciperetur, atque ea adjecit, quæ cuperet litteris privilegii contineri; in quibus ſane non-
nulla ſunt, quæ tam eximiam viri gravitatem atque ſapientiam non ſatis deceant. Earum por-
ro litterarum exemplar ab eo Fulvium Urſinum petiiſſe conjectura eſt; ſiquidem ſemel illud
Cæſarauguſtâ, atque iterum Ilerdâ emendatius miſit Auguſtinus VIII. Calend. Februar. An.
MDLXXIV. Multum vero gaudens eas ſe, quas optabat, litteras recepiſſe ſignificavit epiſto-
lâ Ilerdæ pariter ad Fulvium Urſinum datâ VI. Calend. Septembr. ejuſdem anni.

Multos porro annos liber *de Familiis* ſub prælo fuit. Et facile credendum eſt contigiſſe, ut ea
quæ Auguſtinus Scripſerat communicarit interea amicis ſuis Fulvius Urſinus; quare, quum vir ille
ſummus tam optimè de Populo Romano meritus eſſet, cenſuit Senatus, illud ipſum eſſe Ant.
Auguſtino tribuendum, quod jampridem Huberto Goltejo Belgæ datum fuit, poſtmodum vero An.
MDCXIII. Jacobo Gutherio Gallo aliiſque (2), qui Romanarum Antiquitatum illuſtratores præcla-
ri extiterunt. Ad diem igitur IX. Calend. Quinctil. An. MDLXXIII. ſenatuſconſultum factum
eſt, quo Ant. Auguſtinus Ilerdenſis Epiſcopus, Joannes Auguſtinus Frater, Vincentius Augu-
ſtinus Franciſci Filius Sobrinus, iſtorumque Filii poſterique jure civium Romanorum donati
ſunt. Quod ſenatuſconſultum, utpote Ant. Auguſtino, cunctæque ipſius Familiæ honorificentiſ-
ſimum, in hujus hiſtoriæ coronide ad litteram ſubjicietur.

Idem de Familiis Romanorum liber poſt Auguſtini mortem iterum ſub hoc titulo prodiit:
DE ROMANORUM GENTIBUS ET FAMILIIS *Scriptores duo præſtantiſſimi. Ant. Auguſtinus,*
& Fulvius Urſinus C. R. Cum utili & neceſſaria Nobiliſſimi cujuſdam Viri Præfatione. Lug-
duni apud Franciſcum Fabrum CIↃ. IↃ. XCII. * * *In 4°.*

In hac editione, poſt Ant. Auguſtini Familias, juxta Fulvii Urſini editionem ad verbum
poſitas, aliæ quædam pauculæ adjiciuntur in litterarum ordinem diſpoſitæ, quæ Auguſtino
attribuuntur. Has profecto qui edidit, docere unde eas ſumpſerit debuiſſet; ſiquidem a Ricardo
Streinio eas habuit An. MDLIX. * per Henricum Stephanum publicatas. Quid autem de eo * *In fol.*
ſcriptore, deque ejus lucubratione ſentiret declaravit Auguſtinus Id. Mart. An. MDLXXVI.
ad Fulvium Urſinum hoc modo ſcribens: „ Serviliam judiciariam videre opto, & libros MSS.

[1] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. pag.* 446. [2] Guther. *de Jure Manium lib. II. cap.* XXXV.

[*a*] Duabus hiſce relatis Auguſtini epiſtolis, XXXII. tantum ab ſe Familiæ ad Urſinum miſſæ indicantur.

„ quos emi, noſtrumque de Familiis; de bis autem Ricardi Streinii Germani libellum an„ no LIX. vulgatum accepi: *nihil ad noſtram Thaidem.* Uſui tamen erit in eis quæ deſunt“. Ego vero illud animadverti, *Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis de iis qui Proconſulibus, & Propraetoribus, & Proquæſtoribus dicebantur* opuſculum, quod ſupra indicato libro * annectitur, certe Auguſtini eſſe, quum & ſub ejus nomine ipſum Fulvius Urſinus publicaverit in Familia Cariſia, & uti ſuum agnoverit ipſemet Auguſtinus in Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque in Nummis Veterum Dialogo X. * Eodem de Familiis libro ea, quæ hactenus relata ſunt, ſummaria quædam conſequuntur, ducta ab Urſini Familiis, quorum auctor ſuum nomen facere palam noluit.

** Pag. 110.*

** Pag. 383. Hiſpan. Edit. apud Mayanſ.*

Quod porro ad Familias iſtas Romanas attinet, anno MDCLXIII. Fulvii Urſini, & Ant. Auguſtini Familias Pariſiis etiam publicavit Carolus Patinius, cujus editio multæ eſt utilitatis, quum nonnulla in ipſa notentur Auguſtini errata, quæ nimirum ei ob nominum ſimilitudinem humaniter exciderunt. Neque enim mirum eſt, imprudentià quandoque lapſum eſſe Auguſtinum in tam vaſtæ eruditionis opere, quod ipſe inceptum tantummodo, non vero abſolutum atque emendatum habuit. Numquam tamen a gravi reprehenſione aberit Carolus Patinius, quòd nonnulla prætermiſit archetypi operis fragmenta.

Celeberrimam Conſtitutionem *In Cœna Domini* nuncupatam anno MDLXXV. Hiſpanice interpretatum eſſe Auguſtinum ſuſpicio eſt. Idque ex eo conjicitur, quod in epiſtola (cujus exemplum penes me eſt) a Petro Fragio, Oſcenſi poſtea Epiſcopo, ad Auguſtinum data * legitur hiſce verbis: „ Abs te petii ſuperioribus diebus, ut exemplum ad me mitteres Conſtitu„ tionis *In Cœna Domini* nuncupatæ, quam Hiſpanice te interpretatum eſſe ſignificabas. Spes „ quidem fuit aliquandiu fore, ut abs te id acciperem; ſed, quum voti compos nequaquam fie„ rem, conſtitutionem illam ego ipſe interpretandam ſuſcepi, ut omnia clarius exponerem, „ quæ eàdem continentur, in eos ſancita, qui Sanctæ Dei Eccleſiæ, & Apoſtolicæ auctoritati „ repugnare audent. Hunc vero laborem habuiſſe Dei beneficio aliquem proventum intelligo, „ majoremque linguà vernaculà injectum eſſe animis hominum metum ac religionem, quam la„ tinæ linguæ circuitionibus, non facile intelligendis, contigiſſet. Duo ego ad te hujus in„ terpretationis exempla mitto, atque alia inſuper mittam libenter, ſi gratum erit“. Et hoc quidem docto huic Præſuli de ea conſtitutione judicium fuit; de qua vir clarus Joſephus Ledeſmius abunde ſcripſit, qui & erudite retulit eorum, qui tunc temporis in Magiſtratibus apud Hiſpanos erant, repugnantiam.

** Jacæ die XXVIII. Decembr. ejuſd. An. MDLXXV.*

Anno MDLXVII. dum Ilerdenſis Epiſcopus foret Auguſtinus, ipſique a Romano Pontifice munus delegatum eſſet luſtrandi veteris Collegii, quod Divæ Virgini dedicatum tunc temporis Ilerdæ erat, Cervariam modo tranſlatum, nonnulla ibi edidit decreta, inter quæ illud eſt: Ut ad ejuſdem Collegii Præfecturam XXIII. annorum ætas ſufficeret, dum cæteræ non deeſſent ad id opportunæ qualitates; abrogato veteri decreto, quo ad hoc munus XXV. annorum ætas præſcribebatur. Decrevit etiam, ut pars antica talaris veſtis, qua illius collegii ſodales utebantur, clauderetur, latæque manicæ adimerentur, quæ ipſis veſtibus adhærebant: atque ut ſuper eas veſtes idem geſtarent inſigne *, quod Collegii D. Clementis Bononienſis ſodales, aliique gererent; ejus autem paludamenti eadem, quæ tunicæ a tergo eſſet utrinque latitudo. Ad cujus decreti formam etiamnum in eo Collegio veſtes in more ſunt. In Eccleſia vero Ilerdacanenſi conſtituit cenſum, quo egenis maritandis virginibus dotale ſubſidium tribueretur; cujus rei in ejuſdem cenſus codice in archivo ejus Eccleſiæ, quæ ad Ilerdenſem diœceſim pertinet, monumentum eſt.

** La Beca.*

Annus Sextuſdecimus volvebatur poſtquam Ilerdenſis Epiſcopus renuntiatus fuerat Ant. Auguſtinus, quum Philippus II. Rex eum Tarraconenſem Pontificem deſignavit, datiſque litteris a. d. III. Calend. Novembr. An. MDLXXVI., id Joanni Zunnigenſi ſuo ad Pontificem Romanum Legato ſignificavit: a quo quum Regiæ litteræ Gregorio XIII. eſſent exhibitæ, Romanus hic Pontifex, famà & rebus geſtis maximus, doctorum virorum bonorumque omnium fautor, ſingularem etiam reſpiciens viri eruditionem, pietatem, religionem, ejuſdemque notiſſima in Chriſtianam Rempublicam beneficia, ipſum ab Ilerdenſi ad Tarraconenſe Sacerdotium evexit. Quæ urbs clariſſima antiquiſſimaque, caput olim citerioris Hiſpaniæ, magnà Romanorum frequentià ob ejus portum celebrata, Romanarum antiquitatum veſtigiis etiamnum referta, adeo iis tunc redundabat, ut muti ipſi parietes latinè loqui viderentur. Ad rem valde opportuna eſt epiſtola, qua Hieronymo Zuritæ amico ſuo reſcripſit Auguſtinus, poſteaquam ipſum Rex Hiſpaniarum Philippus II. eidem Sacerdotio deſtinaverat; ſic enim in ea epiſtola ſcribit: „ Illud ego plane exploratum habeo, Regis in me beneficio te, ut ſcribis, lætatum eſſe. Quan„ quam enim ſummi laboris res eſt, tot populorum conſulere commodis & ſaluti, alienæque „ vitæ rationem habere eum, cui propriæ non ſatis conſtet ratio; ita tamen nobis hoc ævum „ vivere neceſſe eſt, uti præcipit Deus, ut nemo alii aliorum onera ſuſtineamus, deque rebus „ noſtris varia ſemper hominum judicia ſint. *Poſſumus* quidem plerique dicimus cum Zebedei „ filiis; ſcit autem Deus, an eorum, quæ facienda ſunt, dimidiam ſaltem poſſimus partem. At, „ quocunque modo res cedat, habebis ibi, quum evenerit, hominem ſtudioſum & amantem „ tui, qui grata omnia & utilia tibi facere ſemper cupiat. Unde vero recte Tarraconem commen-

„ des

„ des abunde habes. Urbs enim & Eccleſia antiqua atque inſignis valde eſt, neque incommodis
„ laborat magnarum urbium Valentiæ, Cæſarauguſtæ, Barcinonis. Complura habet ſubjecta
„ oppida vicoſque, abundantique utitur annonâ pretio perexiguo, *ſola*, ut ajunt, *& ſana*. Pira-
„ tas quidem alioſque homines pravos affert quandoque mare, at perennem contrà piſcatum
„ præbet, atque ad ea quæ affluunt diſtrahenda, & coemenda quę deſunt, mercaturam. Ello-
„ gia ſunt ibi quamplurima, aliaque antiquitatis monumenta, & plura inſuper deteguntur in
„ dies: multa quoque vetera ſcripta in tabulariis, & Eccleſiæ bibliotheca ſunt ...... Quid tu,
„ ſi ego narrem Procancellarii de me litteras ſuper Tarraconenſi Sacerdotio natali die meo datas
„ eſſe IV. Calend. Martias? Cujus rei ſimile eſt, natali Cæſaris die Galliæ Regis captivita-
„ tem contigiſſe, *ſi parva licet componere magnis*, & violentam Pompeii mortem (non Cæſa-
„ ris, ut perperam Petrus Megius ſcribit). Corona porro capiti Cæſaris impoſita, & Pompeii
„ triumphus conſilio, certâque cauſſâ, non caſu aut fortunâ aliquâ contigerunt. Ut quampri-
„ mum coram ſimus, faxit Deus, & te ſoſpitet. Ilerdæ IX. Calend. April. An. MDLXXVI.

Ad diem vero VIII. Id. Decembr. ejuſdem anni MDLXXVI. in Tarraconenſem Eccleſiam promotus fuit Epiſcopus Ilerdenſis, ejuſque poſſeſſionem per procuratores cepit IV. Calend. Mart. inſequentis anni, dum ætatis ſuæ annum ageret ſexageſimum; eodemque anno MDLXXVII. in oppido Martorelio coram Joanne Dimaſio Lloriſio Barcinonenſi Præſule jusjurandum de more edidit, profeſſionemque religionis: & a. d. VI. Id. Mart. (1) Urbem Tarraconem ingreſſus eſt: quo etiam anno inſigne dignitatis, quod *Pallium* vocant, per Barcinonenſem Præſulem accepit.

Auctoritate fuit tanta, ut ſimul ac Tarraconem ipſum adventare famâ vulgatum eſt, prædones, quorum magna vis in agro Tarraconenſi erat, ultro fugam arripuerint. Pauci vero, qui ſubſtitere, brevi capti ſunt & ad pœnam dati (2).

Iis primum rite conſtitutis, quæ ad tranquillam fauſtamque provinciæ ſuæ adminiſtrationem conducebant, tum muneri ſuo aptiſſimum opus aggredi ſtatuit; atque ut illud ex ſententia perficeret, amico ſuo Zuritæ VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. communicavit conſilium hiſce verbis: „ Conſtitutiones mihi nonnullæ, provinciales Tarraconenſes, emendandæ ſunt, quibus
„ Antiſtitum album in fronte eſt, ubi & quædam de ipſorum vitæ hiſtoria attinguntur, mul-
„ tis ſane cum erroribus in eorum ſerie, nominibus, anniſque adſcribendis. Aloyſius quoque
„ Poncius, homo litteratus, qui de laudibus Tarraconis librum edidit, eorumdem hiſtoriam
„ majori quidem diligentia, at non ſine mendis ſcripſit in alio libro, quem publicari multis de
„ cauſſis non decet. Eas autem cauſſas referre longum eſſet. Vellem ego catalogum illum &
„ ſummaria demere, atque editis ſubſtituere nova ". In alia deinde epiſtola XIV. Calend. Januar. ejuſdem anni ad eundem data ſic ait: „ Ea nunc a me recenſentur, quæ ad Archiepiſco-
„ pos pertinent; illos autem, qui ante amiſſam Hiſpaniam fuere, non omnino quidem, ſed
„ magna ex parte jam habeo ". Demum ad cenſuram alludens, quam agebat de Hieronymi Zuritæ hiſtoria XV. Calend. Decembr. An. MDLXXVIII. hæc ad eum ſcripſit: „ De meis
„ anteceſſoribus aliam cogito mittere pagellam, ibique habebis, unde cenſuram meam ulciſca-
„ ris, ſi ab ea læſus ſis ".

Evenit tandem aliquando, ut conſtitutionum Provincialium Tarraconenſium libri quinque publicati ſint Tarracone, quos ego habeo in ea urbe editos An. MDLXXX. Primum omnium ſeries non interrupta Tarraconenſium Antiſtitum ibi eſt uſque ad Ant. Auguſtinum, initio ducto a Divo Fructuoſo, cujus ſub Gallieno Cæſare triumphum glorioſiſſimum poeta Prudentius celebravit, carmine illo pereleganti, cui exordium

Felix Tarraco Fructuoſe veſtris.

Hi Conſtitutionum provincialium Tarraconenſium libri continent decreta, quæ poſt Chriſtianam citerioris Hiſpaniæ libertatem, reſtitutaſque Tarraconis, & aliarum civitatum eidem ſubjectarum Eccleſias, ab Innocentii III. & Honorii III. uſque temporibus, in Conciliis Provincialibus cum iidem Archiepiſcopi, tum Legati Pontificum Romanorum condiderunt. Joannes Aragonenſis, tam generis nobilitate, quam morum ſanctitate clarus, Antiſtitum antiquorum in Conciliis decreta, habitâ temporum ratione, primus omnium collegit, ab iis initium faciens, quæ Aſparrago Archiepiſcopus, & Joannes Epiſcopus Sabinianenſis, Legatus Sedis Apoſtolicæ ſanxerunt. Hæc conſtitutiones aliæ conſequuntur, ab eodem Joanne, aliiſque Præſulibus in conciliis editæ, quæ a quibuſdam Pontificii juris interpretibus commentariis illuſtratæ ſunt. Quoniam vero eæ conſtitutiones ſine inſcriptionibus erant, atque inſuper imperfectæ, hi qui Hieronymi Cardinalis Archiepiſcopi ab Auria Vicarii erant, alium librum publicaverunt, in

quo

[1] *Vid. Catal. Archiep. Tarracon.* Doctor. Joan. Puig. Canon. Pœnitent. Eccl. Tarracon. *apud Conſtit. Synod. Diœceſ. Tarraconenſ. excuſas Barcinone An. MDCCIV.*

[2] Schottus *in Orat. Fun.* Murillo *Fundacion de la Capilla del Pilar, pag.* 439. *col.* 1.

Digitized by Google

quo conſtitutiones omnes ad certos Juris Pontificii titulos referebantur. Mandavit autem Auguſtinus, ut hiſce conſtitutionibus eæ adiicerentur, quæ deinceps publicatæ ſunt, inque reſpondentes titulos redigerentur. Lectiones quoque Varias edidit, & nonnulla, quæ perperam legebantur, immutavit. Noluit tamen iis omnibus conſtitutionibus auctoritatem addere ullam, neque eas tanquam a ſe conditas ſervari juſſit; ſed illud tantum egit, ut ſic eas in libris ſuis reperiſſe ſe teſtaretur, utque ſolidam apud omnes fidem iis, quæ a ſe publicarentur, aſſereret.

Quinque poſt annos, anno videlicet MDLXXXV., alium vulgavit libellum, quem habeo antedicto libro adjunctum. Continet porro conſtitutiones Concilii provincialis Tarraconenſis, de Nnvembri & Decembri menſibus anni MDLXXXIV. editas. In libelli iſtius præfatione ait Auguſtinus: Opportunum videri ſibi, ea de morum reformatione vulgari decreta, quæ pridem oportere ad corrigendos mores, & generalis Concilii Tridentini mandata exſequenda cenſuiſſet Concilium Tarraconenſe: Quæ decreta adiicere ſe narrat, ut appendicem ad ſuorum Anteceſſorum conſtitutiones, quas præteritis diebus collegiſſe ſe, atque edidiſſe refert. Ubi ea verba animadvertenda ſunt, *præteritis diebus*; indicio enim ſunt, præfationem illam paullo poſt Tarraconenſium provincialium conſtitutionum publicationem fuiſſe ſcriptam; non vero quum editæ ſunt Concilii provincialis Tarraconenſis conſtitutiones, quas ipſe condidit, quaſque poſtremas omnino obſervari ſevere juſſit.

Quum ſuis Operibus evulgandis, implendiſque potiſſimum officii ſui partibus diſtineretur Auguſtinus, mirum non eſt, nonnullas epiſtolarum conſuetudines ipſum intermiſiſſe, qui quantum in eis, ſi crebriores ſint, temporis inſumatur recte intelligeret. Verumtamen Latinus Latinius, qui ægrè tam erudito carebat commercio, in eam cauſſam referebat ſilentium Auguſtini, quòd ad eum, dum Tridenti moraretur, ſemel atque iterum ſcripſiſſet, eundem honore ſolito *Illuſtrem & Reverendiſſimum* non appellans. Id enim Joanni Metello Sequano indicavit Latinus An. MDLXXVIII. (1), & rurſum, ut videtur, An. MDLXXIX., quum ipſius ſententiæ Metellus repugnaſſet. Ego vero non adducor, ut credam, Virum illum ſapientiſſimum tales animadvertiſſe nugas. Etenim ſi Latinus ea honoris vocabula in interiori epiſtola omiſiſſet, æquo animo tuliſſet Auguſtinus ſinceræ amicitiæ libertatem; ſin autem in exteriori inſcriptione, dediſſet id quidem familiaritati non admodum urbanæ; at hæc in ſcribentem tantummodo recidiſſet, cui de titulis, quorum expers erat, non poterat cum Auguſtino certamen eſſe. Et ſane perſpicuum fit, nnn propterea fuiſſe in Auguſtino extinctam in Latinium amicitiam, neque ab eo ceſſatum eſſe, quominus ad ipſum ſcriberet, dum otium eſſet atque occaſio poſtularet. Annis ſiquidem XII. poſtquam a Tridentino Concilio reverſus ad Hiſpaniam venerat, anno ſcilicet MDLXXVI. exeunte, vel ineunte An. MDLXXVII. carmen ei dulciſſimum inſcripſit, cui viciſſim, alio miſſo carmine, Latinius elegantiſſime reſpondit Id. Februar. An. MDLXXVII. (2); & poſt eas omnes jactatas quærimonias, vetus etiam reſumpſit ſcribendi inſtitutum, ut deinceps videndum eſt. Anno inſequenti MDLXXVIII. ſuæ Diœceſis conventum habuit.

Multos jam annos in ingens *de Digeſtorum Verbis* opus incubuerat Auguſtinus; ingens namque ipſe appellavit (3) eâ, qua fuit, prudentiâ atque modeſtiâ prope ſingulari. Tum vero provectum ſe aſpiciens ætate, ut aliquod incepti ſui ſpecimen exhiberet, laboremque in probe addiſcenda Civilis Juris diſciplina levaret, eam illius operis vulgavit partem, in qua *de Nominibus Propriis τῦ πανδέκτῦ Florentini* diſſeritur; nominibus enim Jureconſultorum, Imperatorumque in ſua tempora redactis, rectius *χρονολογία* legum intelligitur, ex cujus inſcitia multi maximique errores oriri ſolent. Quum ante annos quinque & triginta (4) de Florentini voluminis laudibus ageret, magnam futuram utilitatem prædixerat, ſi ſingularum legum inſcriptiones tam a Græcis, quam a Latinis omiſſæ reſtituerentur. Tum vero quanti momenti res eſſet experientia docuit, cum Lælius Taurellus inſignis Jureconſultus Pandectas, quæ jure ac me-
* *In fol.* rito ſolæ uſque adhuc vocantur Florentinæ, vulgavit tribus voluminibus * comprehenſas, ſine Codice, ſine Inſtitutionibus, ſine Conſtitutionibus Novellis, & ſine ullis interpretationibus, typis Laurentii Turrentinii deſcriptas Florentiæ An. MDLIII. quarum ego exemplum habeo, facioque plurimi. Verum, quum paucis incepiſſe quicquam, iiſdemque perfeciſſe datum ſit, quod opus magna cum laude Lælius Taurellus aggreſſus eſt, id Ant. Auguſtinus majori ſane diligentia perfecit; quid ſinguli Jureconſulti ſcripſerint demonſtrans, quibuſque in locis eorundem mentio in Pandectis fiat: ut ſi cuiquam locus aliquis moram faciat, facilè poſſit omnia ejuſdem libri fragmenta, omneſque ejuſdem Jureconſulti libros legere, ſeu alia perquirere fragmenta ejuſdem argumenti. In bis vero omnibus temporum ab eo ſemper habita eſt ratio, quod ab iis, qui ante eum ſcripſere, neglectum eſt: ut omittamus quam ſæpe hi ipſi & nomina, & libros perturbaverint, atque immutaverint. In nominibus Imperatorum, eorumque conſtitutionibus recen-

[1] *In Epiſt. quæ extat in Lat. Latin. lucubrationib. Tom. II.*

[2] Extant bæc carmina apud Nic. Antonium *in Ant. Aug.*

[3] *Initio Præf. de Nominib. Propriis τῦ πανδέκτῦ Flor.*

(4) *Emendat. lib. I. cap. IV.*

cenſendis nihil prætermiſit, quod adjumento lectoribus eſſe poſſet. Adjecit nomina Legum, Senatuſconſultorum, Edictorum, Interdictorum, Decretorum, Actionum, quæ omnia Juris fontes profecto ſunt. Quanquam illa tantum in eo libro collegit, quæ in Pandectis ſuo nomine appellantur, nomina addens Regum, Conſulum, Deorum, Heroum, Civium Romanorum, Libertorum, Servorum, Virorum, Feminarum, Provinciarum, Urbium, Montium, Fluminum, Populorum, Gentium, Familiarum, Prædiorum; omnia hæc aliaque plura octo complexus capitibus, artificio ſingulari. Poſuit ad calcem notas, quibus, aliiſque in eis indicatis libris ea, quæ in Pandectis deſunt, ſupplerentur de Jureconſultorum fragmentis, conſtitutionibus Principum, cæteriſque ad Juris illuſtrationem pertinentibus. Indice demum appoſito præcipuorum verborum, quæ hoc libro continentur, eundem clauſit, quo utilior nullus hucuſque prodiit ad rectam civilis juris intelligentiam. Quum porro ob illius libri deſiderium, ægre donec vulgaretur exſpectaret Rodericus Zapata, ſic ad avunculum Bilbili novà ſcripſit Id. Mart. An. MDLXXIX. „ In librum *de Nominibus* Notas atque Indices ad me mitti ſimul ac e prælo „ auferentur, ut jubeas rogo “. Exempla tamen ſine notis nonnulla, & ſine indicibus etiamnum ſunt; ut illud eſt, quod Granvillenſi Comiti Carteretio dedi. Illum vero probavit librum Franciſcus Garcias Dominicanus, in Tarraconenſi Academia Sacræ Theologiæ Doctor, mandante Jacobo Reigio Canonico, utriuſque juris doctore, Officiali, & Vicario Generali ipſius Ant. Auguſtini; qui, etſi nihil in eo libro eſſe, quo vel morum diſciplina, vel Religio læderetur, immo vero multa, quæ inſignem afferrent utilitatem, certo ſciebat, auctoritate tamen ſua noluit in ejus editione uti. Monumentum ſane præclarum excellentis modeſtiæ! Prodiit porro Tarracone liber An. MDLXXIX. * ex officina Philippi Mey (1). Penes me exemplum eſt * *In fol.* maximo in pretio; cujus Inſcriptioni poſt Auguſtini mortem ea verba addita ſunt. *Barcinone. Venales habentur apud Natalem Bareſton ad Forum Regium An. MDXCII.* cum qua additione exemplum pariter habeo. Ut liber iſte rurſum typis deſcribatur, aptiorique paullo ordine capita diſponantur, atque Jureconſultorum aliorumque Scriptorum fragmenta integra exhibeantur cum in orationis textu, tum in notis, multos jam annos vehementer cupio. Spero autem futurum, ut incolumem me ſervet, cæteraque ita ordinet Deus, ut voti compos efficiar.

Cujus ardui operis laborem valde ego arbitror minui poſſe, ſi is qui illud aggreſſus ſit, tres vel quatuor adhibeat libri Pandectarum exempla, quæ verba dumtaxat habeant Digeſtorum; fragmentiſque Jureconſultorum ita deſectis, ut totidem ex his fiant ſeparatæ ſchedulæ, eas deinde apte congruenterque diſponat, chartæque agglutinet, ut manu eas deſcribendi moleſtiam vitet; dum illud curet diligenter, ut hujuſmodi fragmentorum lectio ſcripturæ Florentini Codicis conſentiat, ſinguliſque fragmentis libri titulique Digeſtorum, unde ea ſumpſit Auguſtinus, adjiciatur inſcriptio. Quod qui præſtiterit, elogia addens integra, quæ ab Auguſtino in notis afferuntur, eaque fragmentis, quæ illuſtrantur, ſubjiciens, is næ maximum operæ pretium fecerit (*a*), tantæque utilitatis, ut inter innumera, quæ ad illuſtrandam Juris diſciplinam hactenus ſcripta prodiere, principem ea lucubratio locum ſibi vindicatura ſit. Magnoperè ego quidem Caroli Ferdinandi Hommelii, præclari in Lipſienſi Academia Profeſſoris, ſedulitati confido. Et Everardus Otto ornatiſſimi ingenii Jureconſultus in ſuis illis eximiæ utilitatis libris, qui *Theſaurus Juris Romani* inſcribuntur, quibus videlicet tam multa & rara clariorum Juris Interpretum ſcripta continentur, egregiam hanc Ant. Auguſtini *de Propriis Nominibus* lucubrationem in primi voluminis fronte poſuit, ſuis aptans locis ejuſdem Auguſtini notas, quod ſane legentibus accidit opportune.

Poſteriore anno MDLXXX. quinque libros Conſtitutionum Provincialium Tarraconenſium, quarum ſupra mentio eſt facta, Tarracone edidit Auguſtinus. Hoc eodem anno graviter ægrotavit. Inſequenti vero anno MDLXXXI. iterum ſuæ Diœceſis conventum habuit; at ſuam Provinciam luſtrare deſtitit ſenio, & calculorum valetudine: Quanquam eodem anno *de Emendatione Gratiani* Dialogos ſcribere aggreſſus eſt.

Anno MDLXXXII. publicavit Tarracone *Canones Pœnitentiales*, quibus addidit notas admodum eruditas. Continet hic liber I. *Pœnitentiale Romanum*: II. *Venerabilis Bedæ Presbyteri de remediis peccatorum* libellum: III. *Pœnitentium Librum Rabani Mauri Moguntinenſis Archiepiſcopi*: IV. *Epiſtolam Canonicam S. Gregorii Nyſeni Epiſcopi ad S. Letoium Melitenes Epiſcopum*: V. *Epiſtolæ Canonicæ S. Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis Canonem ultimum*: VI. *Canones Pœnitentiales Summæ Aſtenſis, ex Oſtienſis Cardinalis Summa deſumptos.* De his porro ſingulis opuſculis, deque eorum auctoribus aptiſſime prudenterque loquitur Auguſtinus in ſua plane diſerta præfatione. Qui liber An. MDLXXXIV. Venetiis iterum prodiit ex officina Felicis Valgriſii, rurſumque Pariſiis cum *Epitome Juris Pontificii Veteris* An. MDCXLI. * * *In fol.*

Dum

[1] *Hunc librum largitus mihi eſt amicus meus, & diſcipulus Auguſtinus Orovius Baſterius Prætor.*

(*a*) Nimium hac in re videri mihi Mayanſium ſincere fateor. Etenim (quod bona venia tanti Viri dictum volo) & eam diligentiam, quæ poſt Everardum Ottonem a nobis adhibita eſt, cenſeo ſatis eſſe, & non facile aſſentior tantam moleſtiſſimi laboris futuram fuiſſe utilitatem.

Dum Bononiæ degeret Auguſtinus ſcripſit *De Legibus & Senatuſconſultis* librum vere eruditiſſimum; cujus exinde, dum Romæ eſſet, Pyrrho Taro Jureconſulto dedit exemplum, quod quum plerique vidiſſent cuperentque in vulgus edi, ad eum, qui tunc Pontifex Tarracone erat, ſcripſit Fulvius Urſinus, deſiderium eſſe omnibus, qui eas noverant lucubrationes, ut eædem publicâ donarentur luce, utque, ſi quid illis addendum vel tollendum putaret, id ille ſibi ſignificaret, aut, ſi quod aliud accuratius ſcriptum exemplar haberet, id ad ſe mitteret. Ad quæ reſcripſit Auguſtinus (1): opus illud quum Bononiæ eſſet cœptum, ob multas occupationes a ſe neglectum fuiſſe: novem autem poſt annos alterum ejuſdem operis exemplar inchoatum eſſe Romæ, illudque ſe mittere. Liber porro An. MDLXXXIII. quòd vel ad vetus exemplar deſcriptus, vel non recte fuerat emendatus Romæ prodiit * pleriſque cum erratis, quæ multâ diligentiâ in fine libri annotata ſunt. Eſt tamen in magno pretio habenda hæc editio, utpote quæ princeps ſit; quanquam ego, quo moleſtiam conferendi ſæpius emendationes vitem, non eam tantummodo editionem, ſed habeo præterea Pariſienſem * anni MDLXXXIV. (2), quæ pulcherrima eſt. Uterque liber adjunctas habet eruditas Fulvii Urſini notas ad Leges & Senatuſconſulta, quæ in veteribus cum lapidum æriſque, tum Scriptorum monumentis reperta ſunt: Pariſienſis vero Juſti Lipſii *De Legibus Regiis & Decemviralibus* libellum ulterius habet, in quo illud non parvi momenti deſideratur, ut legum verba, certique loci, ex quibus ſunt ea deſumpta, afferantur. Id autem diligenter factum conſpicitur, tam in legibus Regiis, quas edidit atque illuſtravit Fulvius Urſinus, quam in Decemviralibus, quas Auguſtinus collegit, & interpretatus eſt. Hunc autem, quo rectius ſuum *De legibus & Senatuſconſultis* librum ordinaret, ea de re conſuluiſſe arbitror virum cumprimis doctum, quo amiciſſimo utebatur, Joannem Metellum Sequanum, qui ei quod potiſſime hac in re agendum cenſeret ſapienter indicavit.

* In 4°.
* In fol.

Calendis Februar. Anni MDLXXXIV. Auguſtinus ad Hieronymum Blancam, cordatum atque elegantem rerum Aragonenſium ſcriptorem, doctiſſimam *De laudibus Cæſar-Auguſtæ & Veteribus Pontificibus illius* epiſtolam Tarracone dedit, quæ legitur in fine commentariorum ejuſdem Blancæ (3). Neque mirandum eſt, illam hiſtoriæ ſuæ Blancam inſeruiſſe, quippe cui illud ipſum, quo fungebatur, hiſtoriarum ſcribendarum munus ejuſdem Auguſtini auctoritate impoſitum eſſet. Quare in epiſtola, quæ penes me eſt, Calend. Septembr. An. MDLXXXVII. ad eruditum virum Thomam Corream Luſitanum Cæſarauguſtà datam, hæc ſcripſit: *Tantum graviſſimos quoſdam viros, & inter eos ſapientiſſimum illum Ant. Auguſtinum Tarraconenſem Archiepiſcopum, vere totius orbis litterarii ornamentum ac lumen, auctoritate valuiſſe apud me, ut ſciens, ſed non prudens eo me opprimi onere, quod ſuſtinere nequeo, paſſus ſim.* Hoc eodem anno de Novembri & Decembri menſibus tertium habuit ſuæ Provinciæ Conventum, conſtitutioneſque ſuas Tarracone typis Philippi Mey * vulgavit An. MDLXXXV. Quo anno, quum propter annonæ ſterilitatem citerioris Hiſpaniæ regiones miſerrima fame affictarentur, ingens ad Auguſtinum egenorum multitudo confugiebat, ab eoque paratam ſuis calamitatibus opem nanciſcebatur (4). Eodem anno MDLXXXV. Andreas Schottus apud Auguſtinum morabatur, eique, ut putandum eſt, in litterariis lucubrationibus inſerviebat, in ſuis interim proficiens; ſcribendis namque in Senecam notationibus, dum in domo Auguſtini eſſet, operam dedit, quod ipſe ad Juſtum Lipſium ſcribens indicavit (5).

* In 4°.

Quod Hieronymo Zuritæ, inſigni hiſtoriarum Aragonenſium ſcriptori, arctum aſſiduumque fuit cum Auguſtino epiſtolarum commercium, de quo tam ſæpe a nobis mentio facta eſt, ut hic de eo peculiaris ſermo habeatur expoſcit.

Hieronymo Zuritæ, genere & notiſſima eruditione claro, in tanto pretio fuit Auguſtinus, ut dum Romæ hic eſſet, ad ipſum anno, opinor, MDLVII. epiſtolam ille inter alias dederit, in qua hæc ſunt: „ Utinam tam ego propitiâ uterer fortunâ, ut iiſdem ſedibus tecum una „ conſiſtere datum eſſet! Confiderem ſane futurum beneficio & auctoritate tua, ut meus hic „ qualiſcunque labor (6) eſſet, aliquam acquireret claritatem. Attamen videndi te tandem ali„ quando ſpem non abiicio. Quin etiam ſpes eſt, ita ordinaturum res tuas Deum, ut tuo aſ„ pectu ſermonibuſque liceat dies aliquot frui: quo mihi accidat opportune, ut abs te im„ petrem, quod exopto; ut nimirum meo huic Operi formam atque vitam tribuas, quibus „ indiget: in eo ſaltem, quod ad dignitatem auctoritatemque reſpicit hujus Regni ".

Quum eſſet in Hiſpaniam reverſus Auguſtinus, hujus Zuritæ deſiderii precationiſque memor, ad eum IV. Non. Septembr. An. MDLXVI. hæc Ilerdæ ſcripſit: „ Libros habeo com„ plures & ſcripta, quæ adjumento erunt utriuſque hiſtoriæ " (Hieronymi nempe Zuritæ & Joannis

[1] *In Epiſt. præfixa lib. de Legib. & Senatuſconſ.*

(2) Apud Joann. Richerium.

[3] Eandem Schottus edidit *in Hiſp. Bibl. tom. I. cap. V.* & Card. de Aguirre *in I. vol. Concil. Hiſp.*

[4] Jo. Granata *in Dedicat. Parabol. Evangelicar.*

(5) Apud Burman. *Tom. I. Epiſt. Viror. illuſtr. pag.* 102.

[6] Scribendi nempe Annales Regni Arag.

Digitized by Google

nis Paetii de Caſtro). „ Videbis autem, quum otium ſit, & Codices Bibliothecæ meæ libeat
„ evolvere. Haud ſcio an videris exemplum illius orationis, quam Pater habuit An. MDVII.
„ dum Romana Legatione cum Hieronymo Vicio, Monteſio, Petro Aloyſio Garceranio *,
„ Bernardo Deſpuigio, aliiſque ſungeretur. Forte eam ego Benavarii offendi; ubi ut & Ner-
„ tobrigæ nonnulla reperi ſcripta antiqua “. Et non pauca ſane tradidit Hieronymo Zuritæ monumenta, ut in multis perſpicitur epiſtolis, ac in ea potiſſimum, quam Ilerdæ ſcripſit V. Calend. Sextil. anno, ut arbitror, MDLXXVI.

* De Be-ria.

Quum igitur eum tam valde Zurita ſuæ, atque Hiſpanicæ nationis gloriæ ſtudioſum agnoſceret, cuperetque rerum ab Aragonenſibus Regibus fortiter geſtarum latinos Indices in vulgus edere, hos ad illum miſit, ut eoſdem ipſe expenderet & emendaret. Auguſtinus porro V. Id. Maj. anni, ut videtur, MDLXXVI. hæc ad eum inter alia ſcripſit: „ In Chronicum tuum “ (ideſt in Indices, non in Chronicum Alexandrinum vel Faſtos Siculos, ut, epiſtolæ ipſius contextu & die repugnantibus, perperam Aguirrius cenſuit) „ meam aggredior cenſuram
„ ferre; illud enim mihi perſuaſum animo eſt, eam tibi ſic fore gratam, ut tua mihi in meos
„ libros & ſchedas eſſet. Leviter abs te peccatum imprudentià video quibuſdam in locis, in
„ quibus nempe litteræ aliquæ ſyllabæque deſunt vel ſuperant. Has ego ut addam, ſive tollam
„ permiſſum mihi arbitror, niſi tum ſorte, cum ſic eas de induſtria poſitas eſſe puto, aut in
„ ambiguo eſt deeſſe eas vel ſuperare. De hoc autem poſtremo mentionem faciam. Nonnulla
„ præterea verba ſunt, in quibus ſcribendis non eadem ſervata eſt orthographia, quæ ad La-
„ pidum, Nummorum, antiquorumque Codicum exempla, judicio quidem meo, ſervanda
„ eſſet. Emendabuntur vero iſta quum deſcribetur liber, quanquam id ante præſtari magis ex-
„ pedit “. Prudentem ſane caſtigationem, quæ critico cuicumque exemplo ſit.

Quandoquidem vero gratam eam ſibi eſſe teſtatus eſt Hieronymus Zurita, majori paullo confidentia Auguſtinus a. d. V. Calend. Sextil. anni, ut mea fert opinio, MDLXXVI. ſic ad eum Ilerdæ ſcripſit: „ Illà ego utens, quam ampliſſimam tribuis facultatem, ſerio jam cenſu-
„ ram incepi meam. Præter quam quod autem nonnulla emendantur in exemplari, quæ ad
„ orthographiam pertinent, & ad ea quæ in ſcribendo fiunt errata; aliaque pauca a me ibidem
„ ob ignaviam notantur, (ut nempe ſeorſum eadem ſcribendi effugiam laborem); cenſuræ
„ hujus meæ initium ad te mitto: ut videas qua mei animi moleſtia iis, quæ bona ſunt, obtre-
„ ctem, multa exquirens argumenta, pejora fortaſſe iis, quæ a me refelluntur; immo vero ma-
„ la, quum hæc tua bona ſint. Iſtà tamen uti libertate, audacter ea quæ ſenſerit loquendi,
„ cenſorem decet: & in eum, qui hoc munus attribuit, culpa recidet. Si recte aliqua fuerint
„ emendata, ea tu in beneficii partem accipe: in orthographia vero proficias velim “.

Iis deinde litteris, quas ad eumdem prid. Id. Maj. An. MDLXXVII. Tarracone dedit, hoc modo ſcripſit: „ Cum hac epiſtola ſimul tuam latinam hiſtoriam ad te mitto, & mea-
„ rum in eam notationum partem poſtremam. Mea autem errata ne plus tibi faceſſant nego-
„ tii, quam totum opus, valde vereor; at de hoc querere ipſe tecum, qui me, ut id agerem,
„ obteſtatus es. Futurum vero cenſeo, ut tuus hic liber non modo in vulgus probetur, ſed
„ etiam apud ſapientes viros. Horum namque, & eorum, qui naſcituri ſunt, magis a nobis ra-
„ tio habenda eſt, quam hujus ætatis hominum ineruditorum “.

Dum hæc fierent, de Annalium Aragonenſium Hieronymi Zuritæ parte altera vulganda agebant illius Regni procuratores, cui rei maximæ objectæ erant difficultates: ad quas tollendas obtinendumque quod exoptabant, prid. Non. Decembr. An. MDLXXVII. ſic ad Regem ſcripſere: „ Atque eo magis, quod, ut Tarracone typis deſcribatur liber deſiderium eſt, cum
„ ob multas quæ in ea Civitate ſperantur opportuna, tum maxime ob caſtigationes & cenſu-
„ ram ſanctæ illius Eccleſiæ Pontificis, inſignis nimirum omnigena eruditione viri, ſummàque
„ præſtantis auctoritate [1] “. Illud autem impetratum iri, quod optabatur, ut ederentur nempe Tarracone Annales, pro certo homines eouſque habuere, ut hæc Auguſtinus ad Zuritam ſcripſerit: „ Multum mihi attulit lætitiæ epiſtola tua, quam ad me III. Idus dabas, quòd de
„ tuo adventu eà me feceris certiorem. Utinam ex tui animi ſententia proſpere omnia ſucce-
„ dant. Viris iſtis nobilibus “ (Regni procuratoribus) „ ratum facias velim, valde me hoc eſſe
„ lætaturum, quod hîc lucubrationes illæ tuæ vulgandæ erunt. Enimvero tibi omnibus, quibus
„ potero, modis opem feram. Quo vero tempore huc adventuri ſint, quæque ſint hic paran-
„ da monitos nos eſſe oportet. Venturum quoque Typographum cum adminiſtris ex eàdem tuà
„ epiſtolà intellexi, & ſecum elementa, typos, cæterumque allaturos typographicæ artis appa-
„ ratum; chartam vero, qua opus fuerit, ni ſecum afferant, aliunde comportandam curaturos.
„ Primum omnium latinos Annales typis eſſe deſcribendos accipio, idque opus non ante Mar-
„ tii vel Aprilis menſium finem abſolutum iri. In meis recenſendis caſtigationibus illud, quæ-
„ ſo, diligenter animadverte, non id mihi in animo fuiſſe, ut tua emendarem, ſed illud tan-
„ tum, ut indicarem, quæ mea ſit ſententia: quod autem ad commentariolum ſchedularum at-
„ tinet, hoc tantum volui, ut cum eo tui annales conferrentur, non profecto, ut ipſi majo-

[1] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. in Regno Aragon. pag. 169. cap. II.*

„ rem tuâ tribuerem auctoritatem. Utilia tamen hæc tibi fortaſſe erunt: ſin minus habebis un-
„ de exhilareris &c. Tarracone XIV. Calend. Januar. An. MDLXXVII. “. Verum quod Re-
gni procuratores, multoque magis Auguſtinus deſiderabant, ut Hieronymi Zuritæ Annales
Tarracone publicarentur, multiſariam adverſante fortuna, perfici nequaquam potuit; quare
non niſi An. MDLXXVIII. deſcribi cœpta eſt pars altera eorum annalium: Quorum ſingu-
la folia, ſimul ac de prelo ſublata erant, ad Tarraconenſem Archiepiſcopum mittebat Joan-
nes Franciſcus de Arinno Procurator, & huic editioni collegii nomine Præfectus. Priora qui-
dem accepiſſe ſe folia monuit Auguſtinus, ſuamque palam ferre cenſuram ſic orſus eſt: „ Pri-
„ ma tua jam folia ad paginam uſque CCLII. attulit mihi Vincentius Auguſtinus. Hæc ego
„ in hac Viſitatione paullatim conſiderabo, & ſi quid animadvertendum ſit, ſcribam poſtea.
„ Nunc autem id tantum dico, meliorem a me orthographiam interpunctionemque deſiderari;
„ quanquam, ſeu ob Caſtellæ Aulæque conſuetudinem, ſive ob aliam ſingularem cauſſam il-
„ lud ſorte rectum eſt, quod mihi non placet. Illud porro apparet ex his, quæ hactenus vidi,
„ multam a te cogitationem curamque in eo poni, ut oſtendas Hiſtoriæ veritatem; quod ſa-
„ ne multum habet moleſtiæ, atque tunc maxime, cum in principiis verſamur; quod ſi nimius
„ io hoc evadas, longas aſſerens orationes, id næ erit intolerabile. Nonnulla tamen id gene-
„ ris inſigniora perferri poſſent: ut a D. Vincentio Ferrerio oratio habita, dum nuncuparet
„ publicèque ederet vota: Alphonſi Regis in bello, & in pace conciones & dicta: dicta etiam
„ Mediolanenſium Principis, quum eum redderet libertati Regem, iſtiuſque reſponſa: conſi-
„ lia item eorum, qui Principi, ut Regem non dimitteret auctores erant; ſermoneſque du-
„ bitantium, an Reginæ adoptionem Rex ratam eſſet habiturus. Credo equidem, te ſumma ve-
„ ritate iis uti, quæ ſcripta reperis, ut fideliter eorum ſequaris auctoritatem, atque uno teno-
„ re, æquabilique continuatione fluat hiſtoria “. Et poſt alias ſingulares notationes epiſtolam
claudit: „ Quod ulterius deſcriptum eſt dabit Franciſcus de Arinno Joanni Auguſtino. Mea-
„ rum animadverſionum ſchedula cum hoc ibit. Tu vero quod optimum arbitraberis, id facies.
„ Errata quædam typographi ſunt. De meis anteceſſoribus aliam cogito mittere pagellam, ibi-
„ que habebis unde cenſuram meam ulciſcàris, ſi ab ea læſus ſis. Soſpitet te Deus. Tarracone
„ XV. (*a*) Calend. Decembr. An. MDLXXVIII. “

Hac ratione cenſuram ſuam ferebat declarabatque Auguſtinus ſincerâ illâ utens libertate,
quæ amicum decet. Et Hieronymus Zurita, ut qui ſapiens eſſet, gratias quidem egit; at ali-
quantulum ea ſe tangi caſtigatione ſignificavit. Humanum quippe! Ejus epiſtolam hic referre
operæ pretium eſt. Ea autem talis erat (1):

„ Litteras tuas, quas dabas XVI. Calend. miſit ad me hodie Joannes Auguſtinus. Ite-
„ rum vero atque iterum gratias tibi ago maximas pro tua cenſura monitiſque, quæ cum iiſ-
„ dem litteris accepi quæque talia omnino ſunt, ut nihil non in eis, ne litterula quidem, ſum-
„ mam oſtendat diligentiam eruditionemque tuam, atque ſincerum & amantem veri animum.
„ Quæ ad orthographiam, & interpunctionem attinent errata, plane video, meaque cuncta ſunt;
„ quanquam in hoc mihi puram, nec exquiſitè nimis, Caſtellæ ſequi conſuetudinem propoſi-
„ tum fuit. Ita in vocibus *aver*, *uvo*, *aviendo* aſpiratione non utebar, & in *arto* pro ſatis;
„ rectius ſane, ut opinor, quam cum aſpiratione, niſi fortaſſe in voce *harto*, quæ *farto* an-
„ tiquis erat.

„ De orationibus, quæ apponi poſſent, parum ego meæ Rethoricæ confido: &, quod ma-
„ gis eſt, illas non amo; quin ex ſummè diſplicent, quamvis perelegantes, quas Guicciar-
„ dinius habet, & Ferdinandus Pulgarius. Nos autem Aragonenſes, vir ampliſſime, peculia-
„ ria quædam in hoc habemus, noſtræque regionis propria. Quod vero ais, nonnihil curæ a
„ me eſſe atque diligentiæ adhibitum in exploranda hiſtoriæ veritate, id quum ita ſit, ſatis
„ mihi ſuperque eſt. In cæteris vero, quæ a te notantur de loquendi ratione: vel quod ſecus
„ aliquid ſcribendum ſit, vel quod alicubi verba deſint aut ſuperent, vel quod videantur quæ-
„ dam de Latino verſa, difficilemque habeant intellectum: Hæc ego ſi ita, ut mones, emendarem,
„ tua eſſet Hiſtoria, non mea; quod fieri nullo modo poſſe, plane intelligis; non enim eà-
„ dem omnes, ſed alii hac, alii longe diverſa incedimus viâ. Ad id tamen mihi hæc proderunt,
„ quæ tam humaniter ſapienterque admones, ut deinceps multa corrigam, & diligentiſſime
„ circumſpiciam. Sum namque tibi ego maxime addictus, & quæ tibi eſt ſententia, ea mihi
„ lex certa & ſtabilis habenda eſt. Concertationes vero omnes & pervicaciam naturâ odi. Qua-
„ re & ſi multa Ciceronis eſſe, & Livii, aliorumque gravium Auctorum oſtendi poſſent, quæ
„ in Chronico improbat cenſura tua latina; ſelegi tamen ad tui ſenſum ea, quæ ſeligenda,
„ libere quidem, cenſui. At in illorum etiam interpunctione, caſtigatione opus eſſet, ut in
„ iſtis vernaculâ linguâ ſcriptis, in quibus deſcriptores ea ſequuntur præcepta, quæ magis
„ libent.

„ De

(1) Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. in Regno Arag. pag.* 254.

(*a*) XVI. Calend. datam fuiſſe hanc Epiſt. apparet ex ea, qua Zurita ad Auguſtinum reſcripſit, mox af-
ferenda.

„ De tuis Anteceſſoribus lucubratiunculam exſpecto ſummo cum deſidero. Neſcio autem quam ob cauſam dicas, cenſuram me poſſe ulciſci tuam ſi ab ea læſus ſim: non enim fieri poteſt, ut hæc me lædat; immo vero eam maxime me revereri par eſt. Et clarum Familiæ Gentiſque tuæ nomen, ut decet, celebrari vellem. Quin, non ſecus ac alii ampliſſimi fecerunt viri, aliquem poſſes conſcribere commentarium, quem profectò plurimi facerent noſtrates, exterarumque nationum homines; quum tua omnia in eo honore, quem merentur, ubique gentium ſint. Id ego ob hujus regni gloriam, cui ætate noſtra tantam addidiſti claritatem, vehementer opto. Soſpitet te Deus, tibique cuncta fortunet. X. Calend. Decembr. An. MDLXXVIII. in æde D. Engratiæ.

Ex hac longa epiſtola intelligitur, non ſe ſummi viri Ant. Auguſtini caſtigatione eſſe læſum oſtendere voluiſſe Zuritam, ſed eo potius, quod futurum hoc ille addubitaverat, & per jocum talione dignam eam viſam iri Zuritæ cenſuram ſignificaverat. Quæ res adeo hujus facilem pupugit animum, ut iterum ſumpto calamo, hoc modo ſuum aperuerit ſenſum.

„ Epiſtolam tuam, & in eos annales, qui publicantur, animadverſiones Joannes Auguſtinus ad me miſit: In qua re amorem in me tuum, benignitatemque haud ſatis poſſum verbis extollere; quòd ea deferens, quæ magis tibi jucunda ſunt, iſtæc mea, pretii tam exigui, ſummâ curâ tractes ac diligentiâ, qua ego valde proficiam, meque corrigam. Gratias igitur ago maximas pro hoc eximio, & inæſtimabili beneficio; monita vero tua ad hoc uſui erunt, ut magna ex parte emendentur ea, quæ modo deſcribuntur. Illud unum mihi nonnihil attulit moleſtiæ, quod extremæ epiſtolæ tuæ verbis paginam ſcribis miſſurum te tuorum Anteceſſorum (in quam videlicet incumbis lucubrationem); quo ego poſſim cenſuram tuam ulciſci, ſi ab ea ſim læſus. Tua certe ut me lædant, non ſinet Deus; immo vero ſunt ea mihi honori & eruditioni; præſertim in tanti momenti rebus, quæ tam valde mihi cordi ſunt, & ad nomen pertinent famamque meam; quæ ſi mihi aliqua eſt, eam ego perpetuæ caritati in me tuæ, beneficiiſque refero acceptam. Atque eo magis, quod, etſi monita tua in tanto habeam pretio, non tamen ideo mihi libertatem adimis ſequendi eas, quæ mihi probantur, opiniones. Ita enim in Indicibus factum eſt, in quibus ego quandoque, ſeu quod notitias habeam diverſas, ſeu quod ſecus intelligam, animo ſum obſecutus meo, tenuique eam, quæ magis libuit, ſententiam. Cujus rei exemplum eſt, quod tu illud me, ſumma quidem diligentia, admonuiſti, ne ſcriberetur *Johannes*; ad græcorum namque orthographiam reſpiciebas, quare & *h* litteram millies ex eo nomine abſtuliſti. Contra vero ego cenſui; ſciebam enim, & hebræum eſſe id nomen, & aſpiratione in eo pronuntiando Latinos uſos eſſe, ut linguæ illius ferebat natura: atque in exemplari, quod penes me eſt, D. Cypriani Operum pervetuſto, annorum videlicet pluſquam mille, *Johannes* perpetuo ſcribi animadverteram, ut in quodam D. Auguſtini Confeſſionum libro, ejuſdem vel remotioris antiquitatis, pariterque in CCCC. & CCC. annorum Bibliis; Aldum vero Manutium Seniorem aliter ſcripſiſſe, & Biblia tam Complutenſia ac Roberti Stephani, quam poſtrema hæc Plantiniana.

„ Quoniam porro in latinis illis, cum in hoc tum in aliis quibuſdam, opinione mea ſeu recte, ſeu perperam uti licuit, ſpes eſt eandem mihi poteſtatem in his etiam hiſpanicis facturum te. Eadem namque regio Patria tibi, puto, mihique fuit; ego vero, ex quo vir optimus tuus Ant. Auguſtinus Pater obiit, ad annum uſque MDXLVIII. in Caſtella inſtitutus ſum; at poſtquam ad hoc Regnum veni, in patriam reverſus multa reſumpſi vernacula; quod idem & tibi accidit, ut in vocis illius *ſatiſhacer* emendatione conſpicitur; quæ vox adeo vernacula eſt, noſtræque linguæ peculiaris, ut ſi quis ea utatur, is non modo habeatur hoſpes, ſed & tam ruſticus, quam qui diceret *balda* & *heria*. Quod autem ad ſcribendi modum attinet, tam bene ad Caſtellæ morem *quenta* & *quento* ſcribitur, quamquam dicimus *contar*, *contador*, & *contaduria*, ut ab annis innumeris *q* tantum, non vero *c* littera, illius dictionis initialis in rationum libris apponatur. Vocibus etiam illis *aver*, *uvo*, & *uvieſſe*, ſecundum rectam Caſtellenſium orthographiam nunquam aſpiratum eſt, neque ego faciam. Quod vero in *ahunque*, & *authoritad* aſpiratione uteris, neſcio quamobrem; niſi libertas litteratorum hominum hæc eſt. Eâdem, obſecro, perge libertate ferre cenſuram tuam; ſummæ namque mihi profecto ea eſt utilitati, quum liberum & mihi ſit argumentis, ſi quæ ſuppetunt, meam tueri ſententiam, atque viciſſim te de quibuſdam commonere, quæ video non ſatis tibi perſpecta eſſe. Utinam ejus me voti compotem faceret Deus, ut ſimul iterum eſſemus! Futurum ſane confiderem, ut cenſuram in hiſce tuam revocares.... Servet te Deus incolumem, tibique fauſta omnia largiatur. In æde D. Engratiæ VIII. Calend. Decembr. An. MDLXXVIII.

Hæc Zurita ſcripſit quum Auguſtini cenſuram apertius inſectaretur. Etenim, ut natura eſt hominum, indulget quandoque ſibi modeſtiſſimus quiſque. Verum, qui probe noverat Auguſtinus, animadverſiones medicarum potionum inſtar eſſe, quæ quanquam amaræ ſunt & diſplicent, dum ebibuntur, proſunt tamen; ideo eâ, quæ talem decebat virum, libertate cenſuram perſecutus eſt; quum præ hominis ſibi amiciſſimi exiſtimatione tantulam parvi duceret in præſens offenſionem, quæ nimirum vel propediem obliteranda, vel æqui bonique rectius facienda eſſet. Itaque ad eum ſcripſit in hanc ſententiam:

„ Binas a te accepi litteras, quibus epiſtolæ meæ reſpondebas. Ne credas tamen propterea
„ ceſſaturum me, quominus ea corrigam, quæ mihi vel non placent, vel incerta ſunt. Immo
„ vero cenſeo, animadverſiones haſce meas tibi eſſe in non exigui beneficii partem numeran-
„ das; quanquam niſi ea forent typis deſcripta, quæ lego, majori forſitan a me diligentia e-
„ mendarentur. Quod ſi cura in hoc mea nullæ tibi eſt utilitati, illud ego ſatis habeo, quod
„ amicitiæ officium arbitror me ſervaſſe; præſtat enim tibi a me iſtæc audire, quam ab aliis,
„ qui te non pariter ac ego ament & laudent. Magni pretii eſt, cæteriſque antecellit Hiſtoria
„ tua, ſi cum iis conferatur, quæ ab Hiſpanis Hiſtoricis ſcriptæ huculque prodiere; at non-
„ nulla in ea deſiderantur, quæ habent clariores Græci & Latini hiſtorici, &, quod maxime ob-
„ ſervabile eſt, deſunt directæ & obliquæ orationes, quæ Thucydidis, Livii, & Salluſtii hiſtoriis
„ tam magnum præbent ornamentum. In C. Cæſaris Commentariis ſunt eæ quidem orationes,
„ ſed paullum diſſimulatæ: & tuus ille Cornelius Tacitus, quamvis ſubruſticus & humilioris
„ linguæ, pulchras tamen ac breves habet orationes. Illas vero Guicciardinii omnes, & Paulli
„ Jovii nonnullas facio plurimi. De illis Ferdinandi Pulgaris non memini. Tam valde diſpli-
„ cent in eo ſcriptore, cum alia pleraque, tum præſertim ſententias verbis claudendi conſue-
„ tudo, ut ipſum ego, quamvis eminere inter alios videbatur, ſcriptoribus tamen barbaris ac-
„ cenſeam, ut Garibajo, Goberto.....

„ De orthographia & interpunctione, ut tibi libitum erit, ſic facies. Mihi quidem non
„ probatur, ut more Gallorum, aliter ſcribamus ac loquimur; & quum *ſcripto*, *docto*, *ſcien-*
„ *cia*, *preſumpcion* nemo dicat Hiſpanus, non eſt, cur ita a nobis ſcribantur. Quod vero non
„ ſunt a te ea in Chronico emendata, quæ monui, ut in illis vocibus *Johannes*, *Nutricius*, aliiſ-
„ que, parum ſane id mea refert: & nunc utaris licet eadem libertate, quin & majori; ete-
„ nim quæ tunc emendabantur non erant typis deſcripta: modo vero ita ſe res habet, ut ve-
„ nit in proverbii conſuetudinem: *uxorem * duxi, quid tibi eſt ſententiæ?* Nihilominus ta-
„ men, quæ ego ſentiam, ſcribere pergam ingenue; eæ ſunt enim amicitiæ partes: tuæ erunt,
„ ut illud agas, quod aptius arbitraberis. Enimvero fieri non poteſt, ut in tam multis, quæ a me
„ notantur, paucula ſaltem tria vel quatuor probabilia non ſint; iſtæc porro in re aliqua uſui
„ erunt, ut in corrigendis erratis. Verum ſi hæc ante perfectum opus corrigantur, libertatem
„ adimi ſcriptoribus jampridem animadverti. Nolo autem meâ cauſſâ rurſum deſcribi librum; quod
„ tamen, ſi fieret, non inde magnum detrimentum caperemus; præſertim ſi aliâ formâ, ut ea,
„ quam *in quarto* vocant. Et mutila erunt Chronica tua, niſi hiſce aliis continuentur......
„ Folium interius eorum, qui L littera notantur, cæteraque accepi, quæ mihi deerant. Quæ re-
„ liqua ſunt, ut Joanni Auguſtino dentur, velim cures; quo videlicet ego feſſos hos dies tran-
„ ſigam jucundius, quam ſi eos in ferendis ſermonibus cum hujus Urbis oppidanis tererem.
„ Vale. Tarracone Non. Decembr. An. MDLXXVIII.

* Caſado me he, que os parece?

Huic epiſtolæ Zurita, aliam hanc ſcribens, reſpondit: „ Accepi litteras tuas, quas Joan-
„ nes Auguſtinus ad me hodie miſit; atque ego tibi ob tuam in me benignitatem gratias ago,
„ quòd nimirum me tuis juvare monitis perſeveras, in iis omnibus, quæ animadverſionem, vel
„ emendationem poſtulant. Siquidem has tu lucubrationes, quum ad res eæ pertineant hujus
„ Regni, quumque earum ego onus ſuſceperim, multâ, ut decuit, dignitate auctoritateque pro-
„ dire velles. Scio equidem, tantam de me opinionem habiturum te, ut, quum tot exegerim
„ annos poſtquam mihi in hæc ſtudia incumbere propoſitum fuit, illa certe credas me habere
„ perſpecta, quæ in hac mea deſiderantur lucubratione, ut *Hiſtoria* appellari mereatur, tum
„ vero maxime, ſi ad veteres ſcriptores reſpectus habeatur. Omni namque elegantia, qua ni-
„ tent eorum ſcripta, cæteriſque ornamentis quis non intelligat mea carere? Capita quoque,
„ etſi moris Græcorum fuit, quis non videat rem eſſe abjectam & vulgarem? Denum exhibe-
„ ri ſeriem debuiſſe rerum non interruptam, atque perpetuam? Ita etiam quod ſcribis de ora-
„ tionibus obliquis ac directis, id & ego profecto novi; neque in Trogi, qui eas improbat,
„ ſententia penitus ſum; etenim de illis apponendis excellentiores Græci Latinique Hiſtorici
„ videntur conſenſiſſe. At non ad hoc ſatis viſus ſum mihi ab eloquentia paratus atque ab in-
„ genio; a quibus & ſi probe eſſem inſtructus, ſi quidem illos imitari auctores fuiſſet mens, multa
„ atque infinita propemodum erant adimenda, quæ non petiiſſe ſane præſtat, quam oratoriam
„ laudem captantes jacturam cum exiſtimationis feciſſe nos, tum aliorum, quæ maxime ad in-
„ ſtitutum noſtrum opportuna ſunt. Atque eo magis, quod nonnulla ſunt in hiſtoria Catholi-
„ ci Regis, quæ multis ante annis conſtituta erant, quam opinione conſiliiſque tuis uterer;
„ ea vero ideo poſita ſunt, quod veritati innitebantur, ex magna nimirum parte. Licet enim
„ interdum veris & exploratis ita veriſimilia admiſcere, ut non videantur commentitia.

„ Quod ad orthographiam attinet, tam valde ego tuæ adhæreo ſententiæ: non eſſe ſcili-
„ cet a nobis aliter ſcribendum ac loquimur; ut hanc in omni vita legem perpetuo ſervaverim.
„ Atque hoc adeo verum eſt, ut in Caſtellæ rebus recenſendis ſemper ſcribam *la fice eſcrivir*.
„ Illos vero a libellis rideo, qui ſcribunt *la fice excrivir*; quòd nempe latine ſe ſcire putant.
„ Hos ego interrogo: cur non dicant *la fice ſcribir*, ſi euſque latini ſunt? Illud ergo tibi, ut prædixi,
„ vehementer aſſentior, eam eſſe a nobis ſervandam ſcribendi rationem, quæ ratio loquendi

„ eſt

„ eſt. Verum de ratione loquendi longe opinionem tuam a mea diſtare perſpicio; dicimus enim
„ *deshacer*, non vero *ſatishacer*, nt ſcribendum præcipis, quamvis dicturum te non puto *ſa-*
„ *tishacion.* At cenſura tua pro ſtabili firmâque lege habenda eſt. Scribis præterea *ahun* & *a-*
„ *hunque*, etſi non ita loqui conſuevimus. Nihilominus tamen in eximii a me beneficii partem
„ numerantur monita de his tua........

„ Utique ea, quæ mones, & gratiſſima mihi, & beneficio ſunt perinſigni; emendabuntur
„ enim, ut ſcribis, errata quum denuo liber vulgandus erit. Quod vero ais, ita evenire ea,
„ quæ modo conſilia das, ut eſt in proverbiis: *uxorem duxi; quid tibi eſt ſententiæ?* id non
„ meà profecto culpà contingit. Etenim fuit illud quidem ſummæ in me benignitatis, nt cen-
„ ſurà tuà me juvare tibi libitum fuerit: & maximo bono men factum fuiſſet, ut te Tarra-
„ cone convenirem, teque de rebus meo judicio graviſſimis conſulerem; quo itinere ob eas,
„ quas noſti, cauſſas ſuperſedi. At nunquam ego abs te petii, ut cenſuram hanc ferres, & tuam
„ mandares ſententiam; ſed id ſponte tua tantummodo præſtitiſti, eo nimirum, quo me pro-
„ ſequeris, amore, atque ea veritate & ſapientia, qua omnia tua fulgent. Hæc autem ego certe
„ in tam maximo honore habeo, ut nihil eorum mihi, ne litterula quidem excidat.

„ De chronicis vero latinis continuandis, quod ni fiat, mutila ea futura eſſe ſcribis; tam
„ ego ſum ſemiſſis homo, ut ne incipere quidem debuiſſem; at ſi in his, quæ modo publican-
„ tur, & in hiſtoria Regis Catholici multam quis diligentiam adhiberet, is næ aliquod facturus
„ eſſet operæ pretium. Et erit fortaſſe qui id agat, aſſumatque ſibi onus recte digerendi hiſto-
„ riam latinam rerum hujus Regni. Verum, addat ille oportet majorem ſui proprii laboris ſe-
„ dulitatem, non vero, Antonium Lebrijum imitetur, qui Ferdinandum Pulgarium interpreta-
„ tus eſt, neque Silvenſem in Algarbiis Epiſcopum, qui vernaculam Emmanuelis Regis Hiſto-
„ riam latine vertit: Quæ maxime, meo judicio, dedecuere tam graves viros. Cornelii Taci-
„ ti Annalibus, hiſtoriâque valde me delectari non inficior: atque id forſitan me adeo decipit,
„ nt acerbius te cenſeam de illo opinari cum dicis, humiliori ipſum uti genere ſcribendi; nam-
„ que, ut ſubaſperum eum eſſe concedam tibi, & eas, quæ ſua ætate in uſu erant, voces u-
„ ſurpaſſe; nullam tamen ego in ejus ſcriptis abjectionem video; immo vero ſuſpicor, rectius eum
„ cæteris imitatum eſſe Salluſtium: & eæ verborum aſperitates Ciceronis etiam tempore uſi-
„ tatæ erant, ut in Cælio notatum eſt, & in illo ipſo Salluſtio, quem nimium in Catone imi-
„ tando fuiſſe accepimus...... Valeas &c. In æde D. Engratiæ prid. Id. Decembr. An.
„ MDLXXVIII.

Neque ſatis habens Hieronymus Zurita, indignatiunculam ſic ſuam effudiſſe; quum ſimul & hæ ad Auguſtinum litteræ, & novæ ad illum deferrentur Auguſtini caſtigationes; longius iracundià digreſſus eſt, quam ſapientis hominis ratio poſtularet, atque acriorem hanc ſcripſit epiſtolam:

„ Heri litteras tuas, quas XI. Calend. Decembr. dabas, Joannes Auguſtinus ad me mi-
„ ſit. Et revera, quo majorem perſpicio tuam in meis corrigendis erratis, mendiſque diligen-
„ tiam, hoc magis mihi bonitas item tua, qua nimirum id præſtas, ob oculos verſatur. Tua-
„ rum namque animadverſionum ingenuitatem cogito atque conſtantiam, ſimulque illud ani-
„ mo volvo, quam ingenti ſis auctoritate dignitateque, quamque multis, iiſque graviſſimis
„ diſtinearis ſtudiis, quæ videlicet univerſæ Chriſtianorum Reipublicæ maximam ſperamus al-
„ latura eſſe utilitatem. Quapropter, quod inſcitiam meam in tam parvis rebus tanta ſedulita-
„ te redarguis, id in tanto viro ſummæ eſt profecto humanitatis, & ſingularis erga me bene-
„ volentiæ; vel, ſi eam ego non mereor benignitatem, ideo certe a te factum arbitror, quod
„ hujus Regni, Patriæ nimirum tuæ, res tam prave nolles tractari ab eo, qui tam parum ſa-
„ piat, ſitque ab omnibus adjumentis imparatus, quæ ad tantum ſuſcipiendum opus fuiſſent
„ utique neceſſaria.

„ Verum cum ſeveritatem conſidero atque inclementiam cenſuræ hujus tuæ, quam ego
„ te nec de rebus, nec de verbis rogavi, pene adducor, nt verear, ne hujuſcemodi conten-
„ tiones atque certamina grata tibi pręter modum ſint: & earum animadverſionum in men-
„ tem venit, quas ad Alvarum Gometium mittebas, ac, opinor, ad Ambroſium quoque de
„ Morales, quas videlicet tanta hilaritate nobis, quum Madriti eſſemus, Rodericus Zapa-
„ ta commonſtrabat, una cum tuis ad eoſdem litteris, quibus nempe illud referebas, quam
„ commoda ipſis daretur occaſio, qua probe de ſe ipſis purgandis cogitarent. Quamobrem
„ tibi hæc & negotio, & oblectamento eſſe ego intelligo. Cenſuram vero tuam illi utique
„ merebantur, qui eam tam vehementer concupiverant. Aſt ego, cui diverſum penitus in-
„ genium eſt, quum tuas non poſtulaverim caſtigationes, non video cur iiſdem tam ſevere ve-
„ xandus ſim, ab eo pręſertim, qui tam multa maximique momenti munera ſuſtineat". Sic & acerbius adhuc indignationem ſuam patefacere Zurita, & ſe in omnem partem jactare, ut poterat, perrexit Cęſarauguſtę Idib. Januar. An. MDLXXIX.

Quare, quum Zuritam, quem ſummà benevolentià complectebatur, tam graviter commotum cerneret Auguſtinus, recteque noſſet, non parum habere offenſionis caſtigationes, quòd majorem ſive ingenii vim, ſive diligentiam cenſoris eſſe, quam ejus, qui corrigitur, indicio ſunt; eximia ad eum reſpondit animi moderatione, animadverſiones ſuas ut ipſi probaret ſatagens,

& ea-

& earum veniam petens. Itaque hęc inter alia ad eum Cęſarauguſta [a] ſcripſit IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX.

„ Quod ad cenſuram attinet a me in Alvarum Gometium latam: ſi de eo loqueris, quod
„ ipſe de Patre ſcripſerat, credo equidem in hoc me peccaſſe, quod non ſatis graviter illud ſe-
„ cum expoſtulaverim; jamque exemplum ſententiæ, qua in Belgio Cęſar Patrem abſolvit, ad
„ eum miſi; ille autem mihi miſſurum ſe librum pollicitus eſt emendatum, quem nimirum
„ ego in vulgus edendum curem. Quod reliquum erit id tu praſtabis. Si vero de emendationibus
„ in D. Iſidorum loqueris, eas ego aggreſſus ſum mandato Regis, qui, poſtquam ſum in Tar-
„ raconenſe Sacerdotium evectus, iterum de iiſdem dedit mandata: atque novem jam
„ vidi libros, & in decimo verſor. Cenſuram porro in ejus animadverſiones gravem &
„ ſeveram ad eum mitto, & periculum ſubeo libens, ne quod bonum in ea eſt ſuum ipſe
„ vindicet; de me autem vel nihil dicat, vel illud tantummodo, emendari ſcilicet a me per-
„ peram, quæ a ſe recte notata ſint. Verum ego fungor officio meo, & ſuo ille; meum
„ namque laborem gratum ſibi eſſe teſtatur. Quin quum ab eo petiiſſem, ut, quę erant
„ in ſuis nummis, nomina Coloniarum ac Municipiorum Hiſpanię ad me in ſchedula
„ ſcripta mitteret, loculum ipſe miſit, in quo ex auro pluſquam viginti erant numiſmata
„ Gothorum Regum, eadem, opinor, cuncta, quę poſuit Ambroſius de Morales. Hujus
„ vero tantum, ut inſervirem Regi, nonnulla in regię Eſcurialenſis ędis uſum elogia at-
„ que carmina, quę mecum ipſe communicaverat, emendavi. Scio equidem, contra emendatio-
„ nes meas elatius ipſum repugnaſſe. Brevi tamen ipſi pœnitendum fuit; etenim nihil aliud mi-
„ hi in animo eſt, quam ut omnes juvem: & ſi in multorum beneficium hos labores ſubeo
„ officioſos, fortè volente Deo hoc fit, qui & mentem dedit emendandi Pandectas, Varronem,
„ Feſtum, Novellas Juliani Conſtitutiones, & eas quę in veterum Pontificum Romanorum
„ epiſtolis continentur, & Gratiani Decretum, & Concilia: Ultra quam quod plerique ſuas
„ mecum communicant lucubrationes, & me rogant ſententiam; quam ego libere ſcribo, alio
„ ſane animo quam indicas. Quod ſi te id excruciat, duplex habebis negotium; ego vero unicum,
„ obſecrandi te ſcilicet, ut ignoſcas, non menti quidem, quę bona fuit, ſed verbis inurbanis,
„ & inſuavibus ".

En qualem ſe exhibuerit Auguſtinus, ſuam oſtendens in cenſura ſinceritatem, atque in ea urgenda ſingularem prope conſtantiam amicitię, quum inviſam illam Zuritę cerneret; prudentiam vero, ac eximiam animi moderationem in ea tum demum coercenda, quum ad ſimultatem ſpectare contentio videretur.

Epiſtolę, quę ſuperius allatę ſunt alias continent cum Auguſtini animadverſiones, tum reſponſiones Zuritę ſuper diverſis litterariis argumentis; inter quę de genere ſcribendi diſputatum eſt, declaravitque Auguſtinus, arctiſſime ſe Ciceronianum eſſe; non ideo ſane quod verba tantum ad faſtidium exquirenda eſſe cenſeret (ut quidam, quos merito Deſiderius Eraſmus in ſuo Ciceroniano reprehendit), ſed quod ita ſcribi vellet, ut Auguſti ętate factum eſt. At Zurita majorem paullo ſignificavit placere ſibi libertatem. Quę, ſi rite perpendatur, in idem recidit, quod Auguſtinus contendebat: Scriptores quidem pręferendos eſſe, qui Auguſti temporibus floruerunt; ſed ex iis quoque, qui proxime illos ſecuti ſunt, eſſe voces deſumendas, ad multorum explicationem neceſſarias, quę, ſi ab auctoribus ętatis (ut ajunt) aureę uſurpatę ſunt, in eorum ſcriptis non ſuperſunt. Quare, quod evenire in diſputationibus plerumque ſolet, id ipſum in hac contigit, ut maximi illi viri longe invicem diſſentire verbis viderentur, ſed revera una eademque fuerit eorum ſententia. Quanquam diſſimulandum non eſt, nimiam fuiſſe illam Auguſtini moroſitatem, qua nimirum immodice Plinii, Quintiliani, Taciti, Suetonii dicendi rationem depreſſit; eam vero quorundam recentiorum extulit adeo, ut affirmare non dubitaverit (1), Hieronymum Oſorium, Reginaldum Polum, Petrum Bembum, Jacobum Sadoletum, Paullum Manutium, Carolum Sigonium, aliosque ſimiles melius latine atque elegantius ſcripſiſſe illis, qui Cornelii Taciti tempore fuere, & in maximo verſari errore eum, qui aliter cenſeat. Arduam enimvero ſententiam! Nihilominus tamen Antonius Siliceus, quum de his diſceptationibus loqueretur in epiſtola, quam ad Joſephum Dormerium ſcripſit III. Non. Jul. An. MDCLXXXI. ſummi viri Ant. Auguſtini memoriam, nomenque revereri debuiſſet; qui de controverſiis iſtis litterariis, qui ſibi ſenſus eſſet, hiſce verbis declaravit: „ Illud ego tantum affir-
„ mo, ut hęc editio magni ęſtimanda ſit, ſolas ſufficere epiſtolas, præcipue vero magni viri Zu-
„ ritæ, atque Ant. Auguſtini; in quibus perſpicue cernas cum inſolentem hujus & vere au-
„ licam ſcientiam, tum ſolidam profundamque ſapientiam Hiſpani, quem unum habemus,
„ Hiſtorici, qui

Creber utrâque manu verſat pulſatque Daretem.

Quo

[1] *In Epiſt. data Tarracone IX. Cal. Febr. Hiſt. in Regno Arag. pag. 426. An. MDLXXIX. Vide* Dormer. *in Progreſſ.*

[a] *Tarracone* arbitror legendum eſſe.

Quo pravo Silicei judicio niſi librum ſuum *de Progreſſibus Hiſtoriæ in Regno Aragoniæ* Dormerius commaculaſſet, non eſſet cur ego nunc dicere deberem, multum in eo homine urbanitatis ac verecundiæ deſiderari, qui talia de tanto viro locutus ſit, homo tam nihili, ut ne unicum quidem recte tranſcribere quiverit Maronis verſum.

Diutinum valde Auguſtino fuit cum Hieronymo Zurita commercium epiſtolarum, quibus de diverſis litterariis argumentis uterque agebant. Joſephus autem Dormerius Lacetaniæ Archidiaconus in ſuum de Progreſſibus Hiſtoriæ in Regno Aragoniæ librum eas tantum retulit epiſtolas, quæ vel ad illius Regni hiſtoriam pertinebant, vel ad Zuritam magnificandum ex uſu erant; id enim ſibi potiſſimum ea lucubratione propoſitum fuerat. Ab eodem tamen Dormerio accepimus [1], cum Hieronymo Zurita plurimum de Inſcriptionibus egiſſe Auguſtinum, earumque complures habuiſſe Jacobum Joannem Morenum, ſacræ ædis D. Virginis Sigenatis Antiſtitem, a quo Galcerandus Comes Guimerenſis, * antiquitatis ſtudio perinſignis, illas adeptus eſt.

* *El Conde de Guimerà Don Galceran de Pinos i Caſtro.*

Quod vero ad diligentiam attinet in colligendis veterum inſcriptionibus, iiſdemque in communem uſum impertiendis liberalitatem, in MS. Codice, qui in hac Regia Bibliotheca aſſervatur, cui titulus * *Notæ variæ in Romanas, & Eccleſiaſticas Antiquitates, Auctore Alphonſo Ciaconio*, legi ego hujuſmodi teſtimonium: „ Urbs perantiqua Barcino eſt, Colonia Romanorum; quod multi indicant Romani lapides, qui in ea ſunt, quos mecum vir ampliſſimus „ Ant. Auguſtinus Ilerdæ Epiſcopus communicavit “.

* *Apuntamientos varios ſobre Antiguedades Romanas i Eccleſiaſticas, ſu Autor el Padre Frai Alonſo Chacon.*

Quot vir iſte ſummus labores pertulerit in ſcientiis illuſtrandis ſatis ex tot tantorumque ſcriptorum varietate perſpicitur. Nulla tamen fuit lucubratio utilior eâ, qua Gratianum emendavit, quanquam exiguo hæc volumine continetur. Quum Gratiani liber, qui *Decretum* inſcribitur, maxime eſſet ignorantiâ exſcriptorum, & licentiâ interpretum depravatus; eum vero emendari vellet Pius IV. Pont. Max. id commiſit compluribus exquiſitæ eruditionis viris, inter quos erant nonnulli æterni nominis Hiſpani, ut Franciſcus Turrianus Legionenſis, qui multa ætate & doctrina gravis Sodalitati Jeſu ſenior nomen dedit die Natali Chriſti anni MDLXVI., Joannes Rodericus; Aquilius Eſtatius Vidigueirenſis in Portugallia clarus Philoſophus & Poeta; Michael Thomaſius Taxaquetius ex majori Baleari, Ilerdenſis poſtea Epiſcopus, cujus in hac emendatione, eodem Auguſtino teſte, (2) potiſſimæ fuere partes (cui tamen ipſe opitulatus eſt Auguſtinus, ut in Dialogo VI. lib. I. De Emendatione Gratiani Petrus Galeſius indicat); Joannes Marſa, & Franciſcus Leo poſtea Societatis Jeſu. Alios quoſdam deinceps addidit Pius V. nomine & rebus geſtis ſanctus, Romanus Pontifex renuntiatus, & inter eos Melchiorem Cornelium Luſitanum, Petrum Ciaconium Toletanum, quem itidem Auguſtinus juvit [3], quemque Michaelis Thomaſii Theſeum appellavit; cujus nimirum labore & eruditione plurimum ille profecerit (4); & Franciſcum Pegnam Villarojenſem * in Aragonia, ex XIIviris litibus judicandis Romæ præpoſitis. Hic porro addidit Pontificiis Conſtitutionibus, quæ *Decretales* appellantur, in marginibus notas, in quibus ideo auctoris nomen diſſimulatum eſt, quod, ut Auguſtinus ait, Dianæ Templum is incendiſſe videretur (5). Cum autem vir clarus, & pontificii Juris peritiſſimus Franciſcus Florens conſideraret, eos ferme omnes, qui Gratianum emendavere, Italos vel Hiſpanos fuiſſe, unumque inter eos Gallum Arnaldum Pontacum Burdigalenſem Vaſatium Epiſcopum, Chronographum inſignem, temperare ſibi non potuit, quin maxime doleret, ſicut & ego nunc doleo, vicem criticæ artis, quæ dum a nobis negligitur, tantâ (*a*) a Gallis diligentiâ, hac ætate excolitur. Ita enim hæc mutantur ut in litteras amor eſt, & præmia Doctrinæ proponuntur.

* *De Villaroja de los Pinares.*

Per idem tempus, quo Romani Cenſores (Romani enim nuncupantur omnes, quanquam diverſi natione erant, quia Romæ ea cenſura ferebatur) corrigendi Gratiani librum negotium habebant, oſtendere voluit Auguſtinus, quam multo ipſe in eo opere poſſet adjumento eſſe, ſcripſitque duos *de Emendatione Gratiani* libros, quorum ſinguli Dialogos continent viginti; Dialogi vero ſuas habent adjunctas notas, ne illorum contextum teſtimoniorum frequentia deformaret. Sunt autem in prioribus XX. Dialogis, qui loquentes inducuntur, Ant. Auguſtinus, Petrus Joannes Galeſius, & Vincentius Auguſtinus Vincentii (*6*) Filius. Horum primus A, ſecundus B, tertius C litteris deſignantur, ordine videlicet litterarum. Petrum Joannem Nunneſium hominem pereruditum Petrus Joannes Galeſius præceptorem habuit, ut ipſe teſtatus eſt, ſcriptâ ſui præceptoris laudatione, & ad calcem poſitâ commentariorum in librum *de Conſtitutione Dialecticæ*. Præclaram vero ſibi Romæ & in Gallia famam comparavit, utpote qui Philoſophiam, Græcam linguam, & Juris ſcientiam doceret. At quum Burdigalam, de publico ſtipen-

[1] *In Progreſſ. &c. pag. 238. col. 2.*
[2] *De Emend. Grat. Dial. 3.*
[3] *Ibid. Dial. 6.*
[4] *Ibid. Dial. 3.*
(5) *In fin. Not. Dial. 20. lib. poſter. de Emend. Grat.* juncto Franciſco Florente *in Præf. de Meth. & Auctor. Collect. Grat.*
(*6*) Qui Patrem Franc. Auguſtinum Anton. Auguſt. Sobrinum, ut opinor, habuit.

[*a*] Secus apud Mayanſium, ſed mendum aliquod videtur irrepſiſſe.

pendio propoſito, ad illius Academiæ regimen eſſet arceſſitus, dum nimirum civili bello Gallia exardeſceret, ab armatis ex inſidiis cum uxore oppreſſus interiit, ut fama eſt, in Pyrenæo monte, inſigni amiſſa græcorum codicum bibliotheca (1), quorum copiam atque excellentiam Iſaacus Caſaubonus celebravit in fine præfationis in Athen. De eo Ant. Auguſtinus, diſſimulato nomine, mentionem habuit, ipſum *hominem doctum & amicum ſuum* appellans [2]. *Doctiſſimum* & *acutiſſimum* An. MDLXIX. (3) Jacobus Cujacius nuncupavit: ſicque *acutiſſimi ingenii & doctrinæ plane ſingularis virum* Hercules Cioſanius in ſuis in Ovidii Metamorphoſeon librum eruditis notationibus (4), ex officina Chriſtophori Plantinii An. MDLXXXII. Antuerpiæ editis. Valentiæ commoratus eſt, & quum ab ea civitate An. MDLVIII. diſceſſiſſet, Joannes Baptiſta Cardona, qui ibi morabatur, ad Auguſtinum prid. Id. Jul. datâ epiſtolâ, quæ penes me eſt, hæc ſcripſit, quæ ſequuntur: „ Locum illum de Cruce opto vidiſſe te „ in græco Gregorii Niſſeni Authographo. Si autem iſtic eſt Petrus Galeſius, moneo, ut eum „ detineas, nec abire ſinas; eſt enim vir ſummus, quem diutius nobiſcum commorari nobis „ datum non eſt “. Tantis itaque ſine exceptione ulla laudibus perſpectis, nulla poſſum ratione adduci, ut ea credam vera eſſe, quæ de tam præſtanti viro ſcripſit Joannes Meurſius, in libro, quem *Themis Attica* inſcripſit, & poſt eum Ægidius Menagius in ſuis in Diogenem Laertium notis (5): Calvinianas nempe partes ſecutum, factumque ejus criminis Romæ reum: & quamvis tunc quidem, quod ei obiiciebatur, crimen comprobatum non fuerit, crematum tamen poſtmodum in Belgio Galeſium eſſe. Belgium Andreas Schottus patriam habuit, & poſt mortem Galeſii ſcripſit, quippe qui ſuam vulgavit An. MDCVIII. Francofurti Bibliothecam; neque credendum eſt, tanti rumoris nuncium ipſum ignoraſſe. Ait quidem Colomeſius in ſuis *Miſcellaneis curioſis*, Galeſii ſupplicium Schottum diſſimulaſſe, ut Patriæ ſuæ parceret dignitati. Id autem æquè eſt ac ſi mentitum eſſe Schottum dixiſſet, quod non ego profecto credam. Italum fuiſſe Petrum Galeſium, in ſuo tractatu *de Antichriſto* ſcribit Floremundus Remundus. Quare an duo exſtiterint eodem nomine viri docti diſpiciendum eſſet.

In poſterioris autem libri Dialogis loquentes inducuntur (6) Ant. Auguſtinus; & Franciſcus Aduartes, quem Barcinonem Auguſtinus miſerat, ut veteres quoſdam Conciliorum, & aliorum ſcriptorum libros deſcribi ſibi curaret, & alia quædam ad Gratiani Emendationem maxime pertinentia (7); qui Aduartes Carthuſienſis poſtea Monachus, Romanorum cenſorum acta legerat, multâque diligentiâ diu in hæc ſtudia incubuerat. Tertia in hiſce Dialogis perſona fuit Martinus Auguſtinus Joannis Fratris Filius. Ant. Auguſtinus, ut in prioribus Dialogis, litterâ A, Franciſcus Aduartes littera B, & Martinus Auguſtinus littera C denotantur. Scripta hæc primo Ilerdæ ſunt, ubi & acta ſimulantur, poſtmodum vero, ut quidem coniicere potui, Tarracone renovata & perfecta, ubi & cœpta ſunt typis deſcribi. Atque id arbitror Auguſtino in animo fuiſſe, ut Dialogos illos ſimul ac e prælo auferebantur, mitteret ſubinde Romam, vel certe evulgare aliquod ſui operis ſpecimen properaret. Et quidem Dialogos quinque prioris libri miſit ad Latinum Latinium, qui ſelectis Patribus, Gratiano a mendis expurgando præfectis, a Pio V. Pont. Max. annumeratus eſt An. MDLXVII. (8). Quare credibile valde eſt, ceteros quoque eum miſſurum fuiſſe. Latinus vero Latinius Non. Januar. An. MDLXXXVI. (*a*) datâ epiſtolâ reſpondit: Dialogos illos, ſtatim ac eos acceperit, legiſſe ſe multa cum voluptate, itemque notas, etſi non omnes, ob oculorum hebetationem. Suas enim Dialogi illi habebant adjunctas notas, ut ii, qui poſtmodum typis vulgati in manibus hominum ſunt. Editio tamen non eadem eſt. Etenim Auguſtino, ut in poſtremo Dialogo ipſe narrat, prodiiſſe nuntiatum eſt romanam Gratiani emendationem, Gregorio XIII. inſcriptam, ejuſdemque juſſu editam An. MDLXXXII., quum in extrema ipſe collocutione verſaretur, hoc eſt, quum ſuos jam omnes Dialogos ſcripſiſſet. Quod ipſum repetit in priori ad primum Dialogum additione.

Romanum vero illud volumen quum Auguſtinus conſpexiſſet, librum quem ediderat ſuppreſſit, laboremque iteravit ſuum; multa, quæ emendatoribus Romanis facienda erant, identidem animadvertens. Illi vero, non exiguo ſane Auguſtini beneficio, complura Gratiani menda tam diligenter ſuſtulere. Conſtat enim, hunc, quum per idem tempus privatis ſtudiis in idem opus incumberet, nonnulla viris illis monumenta ſuppeditaſſe; quod ſignificavit ipſe ſub Petri Galeſii nomine, qui in prioribus XX. Dialogis loquens inductus eſt: itemque ad Hieronymum

Zu-

[1] Andr. Schottus *in Hiſp. Biblioth. Tom. 3. in quinta Claſſe Valentin. pag.* 612.

(2) *In Dial. Antiquit.*

[3] *Obſerv. lib.* 10. *cap.* 12.

[4] *Lib.* 13. *verſ.* 264.

(5) *Lib.* 7. *ſegm.* 124.

[6] Ant. Auguſt. *lib. poſter. de Emendat. Grat. initio notar. ad Dial.* 1.

[7] *Lib. poſter. de Emend. Grat. Dial* 1. *in princ.*

[8] Lat. Latin. *in Epiſt. ad Jo. Met. Seq. data Romæ VIII. Cal. Sept. An. MDCLXXVIII.*

(*a*) In his adſcribendis datarum Epiſtolarum rerumque geſtarum annis mendum aliquod videtur irrepſiſſe. Et ſi recte anni eſſent adſcripti, longe poſt editam Romanam Gratiani Emendationem Auguſtinum quinque illos Dialogorum libros ad Latinium miſiſſe manifeſtum eſſet.

Zuritam prid. Id. Maj. An. MDLVII. hæc ſcribens: „ Quod me de Gratiani libro Romà „ conſultum mittunt, gratum feceris ſi illud Cæſaraugustam vel Barcinonem per notum quem„ dam mihi perferendum cures (1)“. Tantum in eo erat publicæ utilitatis deſiderium, ut ea ſolummodo ſibi foret cura, & tam minimum eſſet de ſua propria gloria ſolicitus, ut alios ad ipſam præoccupandam juvaret. Verumtamen Dei providentià factum eſt, ut apud Superos eximiæ animi moderationis fructus perciperet, illudque pro contempta hominum laude præmium haberet celerius, longeque ſplendidius eo, quod ſibi ex hac dialogorum editione in terris obveniſſet, quam ipſi perfectam videre datum non eſt. Ea enim, paullo poſt quam fato functus eſſet, anno MDLXXXVII. * Tarracone prodiit typis Philippi Mey, qui poſtmodum in præclara Valentina Academia, ſua nimirum in Patria, προσωδίαν docuit. Quum vero Tarraconenſis Dialogorum editionis, atque illius, quæ Pariſiis repetita eſt An. MDCVII. * rara admodum exempla facta eſſent, maximumque omnibus foret, ſanctioris diſciplinæ amatoribus, præſtantiſſimi hujus libri deſiderium, turſus eum vulgandum typis curavit vir multa eruditione clarus, & Auguſtini memoriæ ſtudioſus Stephanus Baluzius Tutelenſis; qui, novis additis notis & animadverſionibus, cum Gratianum ipſum, tum Auguſtini in Gratianum emendationes pleniſſime illuſtravit. Adjecit vero Petri de Marca Pariſienſis Pontificis interpretationem capitis *Clericus* 3. *qu.* 4. & Andreæ Schotti in funere Ant. Auguſtini orationem. Hi porro dialogi, ſic a Baluzio notis & præfatione aucti ſub hoc titulo prodiere: *Ant. Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis Dialogorum Libri duo de Emendatione Gratiani. Stephanus Baluzius Tutelenſis emendavit, Notis illuſtravit, & novas Emendationes adjecit ad Gratianum. Pariſiis Excudebat Franciſcus Muguetius anno MDCLXXII.* * Hanc Pariſienſem editionem ea conſecuta eſt, quam curavit Gerardus Maſtrichtius *Duisburgi ad Rhenum ſumptibus Joannis Friderici Hagenii* * *An. MDCLXXVI.* (*a*) ut narrat Burchardus Struvius in Bibliotheca Juris Selecta (2), & David Clemens in Bibliotheca Curioſa (3). Iidem vero Ant. Auguſtini de Emendatione Gratiani Dialogi typis rurſum vulgati ſunt Neapoli An. MDCCLX. & poſtremo Vindobonæ per Georgium Ludovicum Schultium An. MDCCLXII. * *cum Stephani Baluzii, & Ger. Maſtrichtii notis, curante M. Joſ. Ant. Riegger Cæſ. Reg. Acad. Roboret. Socio.* Pretii tamen non exigui eſt horum Dialogorum editio princeps, cujus exemplum penes me eſt; etenim paucula nonnulla in poſteriorum editionum exempla irrepſere.

* In 4°.
* *Apud Petrum Chevalier*, in 4°.
* In 8°.
* In 8°.
* In 8°.

In miſcellaneis codicibus Bibliothecæ Ottobonianæ, quæ Bibliothecæ Ædium Vaticanarum copulata eſt * quædam eſt Joannis Angeli Somnini * cenſura in Ant. Auguſtini Dialogorum de Emendatione Gratiani libros, cum Notis & Emendationibus Stephani Baluzii Tutelenſis typis vulgatos. Et quanquam non probatur Somnino eorum Dialogorum publicatio, quippe quæ poſt Romanam Decreti emendationem peracta ſit; quare & ſupervacaneam illam eſſe arbitratur; attamen in ea nihil reprehenſione dignum recenſet, & in Baluzium tantum invehitur, complures hujus ſententias animadvertens, quas arguit erroris, & pernicioſas conatur demonſtrare; hæc autem in coronide habet verba: *Ex omnibus autem his, quæ narravi, mihi videtur liber iſte prohibendus: non tamen propter ea, quæ ſcripſit Archiepiſcopus Tarraconenſis; ſed ob ea, quæ addidit Stephanus Tutelenſis; & eo magis, quia contra mandatum Concilii Lateranenſis ſub Leone X. ſine licentia Superiorum impreſſus fuit.* Multa ſcripſit edidítque Somninus de ſupremi Pontificis & Romanæ Cathedræ auctoritate adverſus Gallicanas Propoſitiones; atque omnes ferme, quas in Baluzio antedicta cenſura reprehendit, ejuſdem argumenti ſunt. Quamvis autem exquiſitiorem deſiderari in eo Scriptore eruditionem ſatis noverint viri docti; ille ipſe tamen, opinor, in cauſſa fuit, quamobrem Baluzii notæ in Auguſtini de Emendatione Gratiani Dialogos vetitæ lectionis libris annumeratæ ſint.

* *Num.* 91. *fol.* 264.
* *Franciſcano Conventual, i Conſultor que fue de la Sagrada Congregacion del Indice.*

Quod in Dialogis iſtis *de Emendatione Gratiani* vulgandis contigit, id ipſum in Dialogis *Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque in Nummis Veterum* *, & *Juris Pontificii veteris Epitomes Parte prima* publicandis uſuvenit; ut edere ea quidem eorum auctor aggreſſus ſit, editionem vero cernere abſolutam non quiverit. Etenim, ut hæc omnia publicarentur, facultas eodem tempore poſt Auguſtini mortem (4) conceſſa eſt: Quum illud, ut ego arbitror, acciderit, quod in more poſitum eſt, ut ante cœpta ſint ea typis deſcribi, quam per aſſuetas auctoritates probata eſſent; hoc enim factum iri Auguſtinus certum habebat. Quandoquidem vero Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque in Nummis Veterum Dialogi ſummis eruditorum hominum laudibus excepti ſunt, operæ pretium aliquod cenſeo facturum me, ſi de illis fuſius tantiſper diſſeram.

* *Dialogos de Medallas Inſcriciones, i otras Antiguedades.*

Antiquitatis illuſtrandæ ſtudium Auguſtino ſingulare fuit. Hinc ea tam ſedula in colligen-

[1] Aqud Aguirrium *Tom. IV. Concil. pag.* 647.

[2] *Cap.* 15. §. 54.

(3) *Vol.* 2. *pag.* 250.

[4] Vide editionis auctoritatem *in Juris Pont. vet. Epitome.*

(*a*) Exemplum hujus editionis, quæ anni MDCLXXVII. vere eſt, Joſepho Rocchio Typographo multa humanitate commodavit vir clarus Gerardus Meermannius.

dis Numiſmatis, Inſcriptionibus, cæteriſque Monumentis ſollertia profecta eſt. Dum Romæ moraretur Calend. Decembr. anno, ut opinor, MDLVI. ad Hieronymum Zuritam ſcripſit: „ Meam noſti in perquirendis Numiſmatis curioſitatem “. Tanta hæc erat, ut de Auguſtino loquens Joannes Paetius * χρονογράφος, & a Sacris honorarius Philippi II. Regis, qui multum rerum uſum ſcientiamque peregrinationibus & ſtudiis acquiſiverat, curioſiorem ſe neminem vidiſſe dixerit (1). Theſaurum vero iſtum ſuum Auguſtinus adaugere in Hiſpaniam reverſus non deſtitit. Quamobrem in epiſtola Tarracone ad Hieronymum Zuritam ſcripta XI. Calend. Januar. An. MDLXXVIII. hæc habebat: „ In hoc te Alvarus Gometius præceſſit, quod „ cuncta, quæ penes eum erant, numiſmata Coloniarum Municipiorum, & Gothorum Regum „ ad me miſit, quibus mei de Numiſmatis Dialogi locupletentur “. De his ipſis Dialogis loquens Rodericus Zapata, in Cæſarauguſtana Eccleſia Temploque Servatoris piarum largitionum præfectus, ac in ſupremo Indiarum Senatu Philippo II. Regi a conſiliis, & Romana pro eo Rege legatione functus, hæc ad Hieronymum Zuritam ſcripſit novâ Bilbili III. Calend. Januar. An. MDLXXIX. „ Edere eos vult (Auguſtinus) ut ad me ſcripſit: curabis autem, ut „ pauca vulgentur exempla, ut nempe inter amicos conſiſtant, & in eos, qui iſtæc non amant, „ haudquaquam incidant “. Hæc enim aliaque nonnulla, quæ leviter ſic attingebantur, eo ſpectabant, ut ſua numiſmata Zurita traderet. Qui tamen, quin id ageret, tam longe abfuit, ut illis etiam poſtulationibus nonnihil ſe commotum eſſe ſignificaverit; ſic enim ad Auguſtinum ſcripſit Cæſarauguſtæ Idib. Januar. An. MDLXXIX. „ Ea (Numiſmata) Rodericus Zapa- „ ta ſæpenumero a me, proxime vero novâ admodum ratione petiit. Hoc autem ideo magis „ mihi inſolens videtur, quod eam cenſeo ſolicitudinem ſibi tantummodo eſſe, qui illos ma- „ xime exoptet vulgari dialogos, in quibus nonnullas ipſe partes agat. Mihi quidem, vir am- „ pliſſime, quum tam valde te obſervem ac diligam, nunquam probatum eſt, ſic eos con- „ ſtitui Dialogos, ut poſt tuum in Hiſpaniam reditum appareat illos ſcripſiſſe te, a quo „ nimirum reſpublica litterarum nunc alia exſpectat, quæ majorem maximamque afferant „ univerſæ Eccleſiæ utilitatem. Itaque, meo judicio, præſtaret ita diſponi Dialogos, ut tunc „ a te ſcripti cum Bononiæ, vel Romæ, vel Neapoli, vel in Sicilia degeres, viderentur; „ loquentes autem in iis inducerentur viri doctiſſimi, maximique in rebus iſtis momenti: atque „ demum ita omnia fierent, ut æqua temporum ac locorum ratio haberetur. In qua tamen „ re illud profecto facies, quod tibi libitum erit “.

Tanta vero fuit Auguſtinus modeſtiâ, ut ad Hieronymum Zuritam IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX. Tarracone ſcribens, in ejus ſe ex parte ſententiam concedere teſtatus ſit. Etenim quum ſibi ſermo de iiſdem Dialogis eſſet: „ De illis (inquit) judicium tuum maxime „ probo: alias nimirum in eis perſonas inducendas eſſe; recte enim omnino exiſtimas multas „ ob cauſſas “. Factum tamen eſt cum Dialogi illi in vulgus editi ſunt, ut iidem, qui deſignati erant, loquentes inducti ſint; diſſimulatis tantum nominibus; adhibitiſque notis A, B, C, quas Andreas Schottus declaravit, priore littera Ant. Auguſtinum indicari affirmans, ſecundâ Rodericum Zapatam, tertiâ Joannem Auguſtinum.

Hos brevi Hieronymus Zurita vidit probavitque Dialogos, ante eorum etiam publicationem. Etenim Rodericus Zapata in epiſtola, quæ penes me eſt Idib. Mart. An. MDLXXIX. Bilbili data, hæc ad Auguſtinum ſcripſit: „ Apud nos heri Zurita fuit, ſolidumque diem com- „ moratus eſt, ut tuis Dialogis perfrueretur, ſimulque requieſceret. Amplius horas octo in con- „ clavi clauſos puto nos manſiſſe, ne quis nobis moleſtiam faceret “; paucilque interjectis: „ Dialogorum porro lectione, etſi totos legere non potuit, tantopere delectatus eſt, ut numiſ- „ mata, quæ penes illum ſunt, quum Madritum pervenerit miſſurum ſe ultro pollicitus ſit, qui- „ bus nimirum Hiſpanicis illuſtrandis rebus nonnihil acceſſionis fieri poſſe arbitratur. Monuit „ præterea, ut ad te ſcriberem, multa egregia numiſmata Valentiæ eſſe penes Joannem Aquilo- „ nium, multaque præſertim eidem a ſe data ſeu vendita, inter quæ rara & exquiſita eſſe non „ pauca, quibus item aliqua tuis Dialogis addi poſſint. Curandum id quidem negocii Valen- „ tiæ eſſet: Pro certo enim habet futurum, ut ſua numiſmata Joannes Aquilonius ad te mit- „ tat, quo ea poſſis inſpicere. Illud autem addebat, tam gravis argumenti, tantæque eruditio- „ nis Dialogos malle ſe latine fuiſſe ſcriptos, ne videlicet fructum ex illis caperent homines „ ineruditi: cui ego repoſui, paratum huic malo remedium eſſe ſi, ut factum iri ſignificabas, „ pauca typis vulgentur eorum Dialogorum exempla. Numiſmata item ſua vellet conſideran- „ da tibi, vel mihi deſcribenda mittere Villæ formoſæ * Regulus, qui a me Dialogos legendos „ petiit. Ego vero, quum eos ob periculum, ne deperdantur, mittendos non cenſeam, indices, „ quos in illos ago, cauſatus ſum “. Poſt hæc refert Zapata, quæ addi poſſe Zurita animadverterat; quæ quidem ſuo tempore publicanda erunt. Interim non eſt illud prætermittendum, Fulvio quoque Urſino fuiſſe ſententiam; majus operæ pretium facturum fuiſſe Auguſtinum ſi Dialogos ſuos latinis litteris conſcripſiſſet; cui quidem probare conſilium ſuum, epiſtolâ ad eum Tarracone datâ prid. Id. Januar. An. MDLXXXIII. ſic nititur Auguſtinus: „ Venio ad meos

„ de

* *Juan Paez de Castro Chroniſta y Capellan de Honor de Felipe Segundo.*

* *El Duque de Villahermoſa.*

[1] *In Epiſt. Romæ data ad Hier. Zuritam III. Cal. Mart. An.* 1547.

„ de Nummis & Inſcriptionibus Dialogos Hiſpanicos, quos cur ego non potius latinos fe-
„ cerim cauſſas quæris. Prima eſt: quod multa in eis pertractantur, quæ Italis quidem notiſ-
„ ſima ſunt, Hiſpanis vero non item. Alia: quod tribus libris de Hiſpaniæ Nummis diſſeri-
„ mus. Poſtrema: quod pleraque erant minute declaranda, atque id mihi quidem rectius lin-
„ guà vernaculà factum iri videbatur. Opto, ut cudantur Numiſmata ad eas formas quas mi-
„ ſi. Et quanquam Imagines quædam ſunt, quarum non recte ad Archetypum expreſſa ſunt
„ lineamenta, poſſunt eæ tamen refici, ſimilibus conlatis Nummis. Spero equidem, cœptis hiſce
„ meis fauturum te, dummodo in eis Dialogis nihil, ut ſcribunt, tibi præter linguam diſpliceat.
„ Illud autem nunciandum habeo, plus quingenta ex argento Cæſarum Numiſmata in agro
„ Tarraconenſi nuper inventa eſſe, a Severo ad Voluſianum partem maximam, quibus variæ
„ in averſa parte formæ. Inter hæc rarum unum *Manliæ Scantillæ Didii Juliani* uxoris (hu-
„ jus aliud æneum reperi Tarracone), alterum *Domitiæ* uxoris *Domitiani*. Ellogia etiam
„ quibuſdam in averſa parte ſingularia, ut de Eliagabalo *Antiſtes Sanctiſſimus*: enimvero fe-
„ ſtive. Græcum ab Aula miſſum ad me eſt Epirotarum Regis Pyrrhi numiſma aureum, in aver-
„ ſa item parte rarum“. Hæc porro epiſtola argumento eſt, eos Dialogorum nummos, ut a-
libi animadvertimus, cælatos fuiſſe Romæ, quo nimirum typi ad id miſſi fuerant. Quos venum-
dare, quum iis uſus fuiſſet, Auguſtinus forte cogitabat; ut apparet ex alia epiſtola prid. Id.
Jun. An. MDLXXIII. ad eundem Fulvium Urſinum ſcripta, ubi hæc habet: „ Si Ferrariæ
„ Regulo, vel hero tuo * emere mea Numiſmata conſilium fuerit, ego eis, aliquot millium — * *Alexandro Farneſio Cardinali.*
„ aureorum pretio, dabo muneri“. Quod tamen factum non eſt; etenim in ſecreto Romani
Pontificis tabulario, inter anni MDLXXXVIII. commentarios, ſchedula quædam eſt, in qua nu-
miſmata recenſentur, quæ in Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſcopi hæreditate * reperta ſunt. — * *En el eſpolio.*
Argentea quidem MCD., aurea vero CXXX. numero erant. His aliiſque antiquitatis monu-
mentis in Bibliotheca Regiæ Ædis D. Laurentii fuere ſedes, ut Joſephus Siguentius (1) refert.

Ii vero Dialogi Hiſpanice cum hoc titulo prodiere: *Dialogos de Medallas Inſcriciones i otras Antiguedades. En Bibliotheca Ant. Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconen. Con licencia del Superior. En Tarragona por Felipe Mey Anno* 1587.* Librum ego habeo hujus editionis, nullamque hiſpanicam præter hanc (*a*) novi. Aliam quidem ait Nicolaus Antonius ante hanc factam eſſe An. MDLXXV. *; rationem tamen, cur ita ſcriberet, non indicavit, neque ſane idoneam arbitror habuiſſe; quum Andreas Schottus, qui accuratam Scriptorum de numiſmatis exhibuit ſeriem, nullam talis editionis mentionem habeat, & clara cum ipſius Auguſtini, tum Roderici Zapatæ ſororis filii teſtimonia ſint, quibus perſpicuum fit, Dialogos illos anno MDLXXVIII. & inſequenti necdum vulgatos eſſe. Quoniam vero pauca horum dialogorum exempla publicata ſunt; ut quidem ex eo conjicitur, quod ad Hieronymum Zuritam ſcripſiſſe Zapatam diximus; tum maxime, ob eximiam eorum eruditionem, tam rara ſummique pretii ea exempla facta ſunt, ut eorum unum pluſquam octo millibus ſeſtertium * Londini veniiſſe Emmanuel Martius Alonenſis Decanus, antiquitatis ſtudio ætate noſtra perinſignis, ad me ſcripſerit. Undecim porro hi Dialogi ſunt, non vero decem, ut in Nicolai Antonii Bibliotheca mendoſe ſcriptum eſt. Laminæ in eo libro ſunt, quæ duobus tantum prioribus dialogis reſpondeant: hæ Romæ cælatæ ſunt, & in Hiſpaniam (2) poſt Auguſtini mortem perlatæ ad regiam, ut arbitror, Bibliothecam *.

* *In 4°.*

* *In 4°.*

* *Nouveta Doblones.*

* *Del Eſcurial.*

Archetypos ego multos habeo Numiſmatum, quæ hiſce Dialogis illuſtrantur, quos idem pictor poſtquam in ſchedulas delineaſſet, chartæ glutine affigens ordine diſponebat, ſingulis apponens numerorum notas, quo facilius eorum ordo aſſequi poſſet. Multam vero eorum dialogorum utilitatem; majorem ſane quam Zurita, qui illos non viderat, cenſuiſſet; probe novit Andreas Schottus: Qui quum ipſius Auguſtini hoſpitio uteretur, latine eos vertit, quoad potuit fideliter; nonnulla addens, quæ addenda eſſe, quum opus ſuum percenſeret, idem animadverterat Auguſtinus; cujus notas accurate ſervavit Schottus, iiſque, ut occaſio dabat, uſus eſt.

Verum etſi Schottus in vertendi diligentia cæteros anteceſſit; non deſuit tamen qui aliam ante eum interpretationem publicarit: Dionyſius nempe Octavianus Sada, qui ex parentibus Hiſpanis ab Oſca profectis in Italia natus eſt. Italica ea verſio eſt, quam habeo, cum hoc titulo, diſſimulato nomine auctoris: *I Diſcorſi del S. Don Antonio Agoſtini ſopra le Medaglie, & altre Anticaglie diviſi in XI. Dialoghi tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana con la giunta d'alcune Annotazioni e molti Ritratti di belle, e rare Medaglie. Si è meſſo di più nel fine l' originale Spagnuolo per ſodisfazione di molti* *; ubi nec annus in — * *In 4°.*

h 2 quo

[1] Frai Joſef de Siguenza *lib. IV. de la Hiſtoria de l' Orden de S. Geronimo Diſc. XI. pag.* 772.

[2] Schottus *in Præfat. interpret. Dialogor.*

(*a*) Repetita eſt Madriti An. 1744., quo tempore hanc hiſtoriam primo jam vulgaverat Mayanſius; eam vero infra commemorat in additionibus §. *Proxime vero.*

quo liber editus eſt, nec typographi nomen indicatur (*a*) quanquam Schottus ait, anno eum MDXCII. cum æreis tabulis Venetiis prodiiſſe, eodemque anno Romæ * cum tabulis ligneis. In minori libro * Numiſmata ſunt prioribus octo Dialogis reſpondentia, multis præterea interpoſitis, quæ in autographo non erant. Ad finem vero Index locupletiſſimus, qui Venantio cuidam Mazzutillio adſcribitur. Sed ibi deeſt autographum Hiſpanicum, quod in fronte libri typographus pollicetur.

** In fol.* ** In 4°.*

Verum, quum Franciſci Almeidenſis *, mei dum viveret amiciſſimi beneficio, exemplum penes me ſit epiſtolæ ab Emmanuele Martio ad Joannem Veletium * ſcriptæ, quæ maxime è re mihi videtur eſſe, eam hoc loco tranſcribere opportunum duco, quo nimirum & ipſa diutius conſervetur, & majorem ego hoc monumento eruditorum hominum gratiam mibi conciliem. Ejuſmodi vero epiſtola eſt: „ Feci ego quidem mandata tua, quibus utramque Dia„ logorum Ant. Auguſtini Italicam interpretationem jubeoas conſiderare me: & en tibi quæ „ mea de illis ſententia ſit, quæque in iiſdem animadvertenda mihi potiſſimum videantur. Il„ lud autem prima facie occurrit, quod in minori * libro interpres Italicus quis fuerit non „ apparet; neque enim illius nomen in fronte libri legitur, neque præfatio in eo eſt, aut e„ ditionis auctoritas, aut aliud quicquam id generis; quæ libris præponi mos eſt, ex qui„ bus id conjecturâ aſſequi ſaltem poſſit. Quanquam autem uterque liber eodem anno MDXCII. „ vulgati ſunt; manifeſtum tamen eſt, eos a diverſis auctoribus ſcriptos eſſe. Etenim ſum„ mopere interpretationes inter ſe differunt, & ea, quæ majori * libro continetur, elegantio„ ri ſtylo & magis Hetruſco exarata eſt, ac diſſimili prorſus genere dicendi. Ejuſdem vero „ novimus auctorem Dionyſium Octavianum Sadam. In hac præterea interpretatione ſeor„ ſum ſemper loquuntur dialogorum Perſonæ; idest perpetuo in ſeparatis verſibus interroga„ tionum & reſponſorum initia collocantur; quod non exiguum legentibus affert commodum. „ Non æque eſt in minori libro, qui continenti oratione ſcriptus eſt, ut fit, in Hiſtoriarum „ libris, cæteriſque ſimilibus: Quare loquentium nomina in paginarum latitudine expiſcari „ legentibus opus eſt, quod profecto non ſine difficultate aliqua & moleſtia fit. Multa etiam „ elogia in majori libro, diverſa ſcriptura, adiiciuntur, &, quæ maximi pretii ſunt, ædificiorum „ veterum, ſtatuarum, anaglyptorum, & gemmarum icones: ita celeberrimum * Tiberis, „ & * Nili, atque * Tigris ſimulacra, quorum priora duo in ædibus Vaticanis, tertium „ in Capitolio adſervantur: arcus item * Septimii Severi, qui, ut noſti, eſt in clivo Capi„ tolino, & * Titi, qui inter Capitolium & Amphitheatrum Veſpaſiani medius eſt: arcus inſu„ per, qui ſexto a Tarracone lapide conſpicitur, * dicatus L. Licinio Suræ: Ita etiam vetus magni „ pretii opus anaglypticum *, quod Barcinone eſt: & tres teſſeræ, quæ iis dabantur, qui ſpor„ tulas accepturi erant. Præclara equidem antiquitatis monumenta, quorum unicum eſt in mi„ nori libro. In hoc ego illud animadverti, quod, quum major liber aliquid autographo ſæpe „ addat, contra hic aliquid detrahere conſuevit. Exempli cauſa: Dialogo ſecundo * Auguſti„ nus ait, Nummum, qui Romæ in Templo S. Crucis Hieroſolymitanæ oſtenditur, & tan„ quam unus de triginta denariis colitur, quibus Chriſtus venditus eſt, idoneâ carere aucto„ ritate; quod evidentiſſimis meo judicio argumentis probat. Eam vero rem religioni habuiſſe „ videtur interpres, quippe qui non modo Auguſtini prætervat argumenta, verum etiam in „ eorum locum illud ſubſtituat: honorem numino illi ſacrarum reliquiarum tribuendum eſſe, „ quum talis Romæ habeatur. Quæ non niſi a Cœnobita aliquo potuit ratio excogitari: „ Quare id generis fuiſſe valde ſuſpicor illius interpretationis auctorem; qui ad honorem illi „ numino ſtabiliendum aliud præterea ſubjicit argumentum æque ſingulare: quod nimirum in „ oppido Populeto in eodem honore ſit quædam ex jaſpide teſſera, quam unam de illis fuiſſe „ narrant; quibus Chriſti tunicam milites ſortiti ſunt. Ex bis autem velim animadvertas, quam „ acri apteque compoſito ingenio fuerit interpres ille, quem Cœnobitam, ut mox dicebam, „ fuiſſe compertum habeo; taccum enim hæc redolent & cucullum.

** De Almeida Maſcarennas.* ** Velez de Leon.* ** En el libro en 4°.* ** La del libro en folio.* * Pag. 104. * Pag. 106. * Pag. 107. * Pag. 123. * Pag. 124. ** A dos leguas.* * Pag. 143. * Pag. 22.

„ Numiſmata porro in majori libro ſunt quæ ſequuntur:

„ Dialogo	I.	Numiſmata	LXXIII.
„ Dialogo	II.	Numiſmata	CCCXCV.
„ Dialogo	III.	Numiſmata	XCVI.
„ Dialogo	IV.	Numiſmata	XLI.
„ Dialogo	V.	Numiſmata	CXLIII.
„ Dialogo	VI.	Numiſmata	XXIV.
„ Dialogo	VII.	Numiſmata	XXV.
„ Dialogo	VIII.	Numiſmata	XX.
„ Dialogo	IX.	Numiſmata	VI.
„ Dialogo	X.	Numiſmata	III.

„ In additione & in fine libri Numiſmata XV.

„ Ex quibus omnibus Numiſmatum DCCCXLI. ſumma conficitur.

„ Sunt

(*a*) Verſionem, quæ hoc libro continetur, non eſſe Octaviano Sadæ attribuendam argumento eſt Emmanuelis Martii epiſtola mox afferenda ex Mayanſio.

Digitized by Google

„ Sunt autem in minori libro
„ Dialogo I. Numiſmata XXVIII.
„ Dialogo II. Numiſmara CCLXXXI.
„ Dialogo III. Numiſmata L.
„ Dialogo IV. Numiſmata XVIII.
„ Dialogo V. Numiſmata XXXV.
„ Dialogo VI. Numiſmata XXII.
„ Dialogo VII. Numiſmata XX.
„ Dialogo VIII. Numiſmata XXXII.
„ Ex quibus dumtaxat Numiſmatum CDLXXXVI. ſumma fit.

„ Quare duplo major ferme eſt ſumma prioris libri: & quod plurimi faciendum eſt, opportunis in eo locis collocantur numiſmata, ut Dialogorum poſtulat argumentum, quo peropportune accidit legentibus, ut quæ oporteant ante oculos habeant. Contra vero in altero omnia in fronte libri numiſmata poſita ſunt, maxime perturbato ordine, ſummâque eorum, qui legunt, moleſtiâ, quippe quibus ab initio libri perpetuo repetendi ſint nummi, de quibus in Dialogis ſermo eſt.

„ Atque hæc quidem mihi de utroque libro dicenda occurrebant. Illud autem velim animadvertas, non ideo a me minus honorifice de minori libro verba eſſe facta, quod ipſum contemnerem, ſed ut imperio tuo obtemperarem; etenim ut mihi in magno pretio ſit liber vel ejus reſpectus facit, qui eum mihi dedit muneri: qui utinam huic beneficio illud quoque addat, ut alia mihi multa imperet, in quibus, ut par eſt, exſequendis, & commodis ego ejus inſerviam & voluptatibus. Dabam domi X. Calend. Decembr. An. MDCCVI.

Poſt eorum Dialogorum memoratas hactenus editiones, rurſus hi cum hoc titulo prodiere: *Dialoghi di Antonio Agoſtini, Arciveſcovo di Tarragona ſopra le Medaglie, Inſcrizzioni, ed altre Antichità, tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana, da Dionigi Ottaviano Sada, e dal medeſimo accreſciuti: Con diverſe annotazioni Iſtoriche: e nuovamente illuſtrati con molte medaglie. Dedicati all' Ill. e Rever. Monſig. Carlo Maria Sacripante. In Roma preſſo Hieron. Maynardi* * 1736. Qui liber cum illo congruit omnino, qui An. MDCL. editus eſt; quare videndum eſt, an idem ſit, inſcriptione tantummodo immutata. *In fol.

Fridericus Jacobus Vicherius, quem ſuppreſſo nomine ſequutus videtur Nicolaus Antonius in MS. nota ad marginem ſuæ Bibliothecæ appoſita, aliam affert Italicam editionem, Romanam nempe an. MDC. * Aliam memorat Vicherius Italicæ interpretationis editionem Romæ factam An. MDCXXV. * Continet hæc ad lectorem Dionyſii Octaviani Sadæ monitum notabile, P. Torti, atque Andreæ Montani epiſtolam, & paucos Franciſci Bencii verſus. Aliam rurſus in hac Regia Bibliotheca vidi ego, cujus titulus eſt: *Dialoghi di D. Antonio Agoſtini Arciveſcovo di Tarragona intorno alle Medaglie, Inſcrizioni, & altre Antichità tradotti di Lingua Spagnola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada, e dal medeſimo accreſciuti con diverſe Annotazioni, & illuſtrati con diſegni di molte Medaglie, e di altre figure. In Roma appreſſo Filippo de Roſſi l' anno del Giubileo M. D. C. L.* * In hac editione non quidem Franciſci Bencii verſus, ſed Joſephi Caſtalionei carmen exſtat: Antonii quoque Auguſtini vitæ hiſtoria, ex laudatione Andreæ Schotti eruta: Elogium a Petro Joanne Nunneſio ſcriptum, & hominum eruditorum aliquot de Ant. Auguſtino judicia: Repertorium item & Commentarium in notas literarum compendiarias, quæ in nummis veterum reperiuntur; & Dialogorum XII. qui eo volumine continentur, Index: Quæ omnia deſunt in editione anni MDCXXV. Undecim Dialogorum numiſmata, & pene verba utriuſque editionis inter ſe congruunt, præterquamquod duo in editione anni MDCXXV. ad finem Dialogi IV. *, qui opportuno magis loco in editione anni MDCL. * collocantur. In hac tamen nullum pluſquam in anteriori numiſma eſt; quin etiam indiligentiâ contigit, ut ſex ibi ſchedæ prætermiſſæ ſint, quæ ad calcem libri, anno MDCXXV. editi, adjectæ fuerant, quæque ad paginam decimam octavam aptari debuiſſent. Poſterioris demum editionis libro duodecimi, quem Schottus addidit, Dialogi Italica interpretatio adjecta eſt, & auctorum, qui de nummis diſſerunt, brevis σύλλαβος. Latina porro Andreæ Schotti interpretatio Antuerpiæ prodiit typis Aertſſii (a) An. MDCXVII. * In hujus editionis libris notæ quædam ad marginem reperiuntur, quas Andreas Schottus ab Italica Dionyſii Sadæ interpretatione mutuatus eſt; atque aliæ nonnullæ, quas ipſe adjecit, multaque præterea ipſiuſmet Auguſtini additamenta. Quo ſane fit, ut in majori longe pretio editio hæc Antuerpienſis habenda ſit. Reperta autem hæc eſt * An. MDCLIII.

*In fol. *In fol. *In fol. *Pag. 127. *Pag. 127. *In fol. *En Amberes. *Don Andres Gonzalez de Barcia del Real Conſejo de Caſtilla i Camara.

Proxime vero Andreas Gonſaletius *, Regis & Ærarii in Regno Caſtellæ Conſiliarius, typis denuo hiſpanice deſcribendos curavit eos Antonii Auguſtini Dialogos; ſed quoniam is Madriti a. d. III. Non. Novembr. anni MDCCXLIII. antequam Dialogi in vulgus ederentur, fato functus eſt, ejus ex fratre nepos Andreas Gonſaletius ‡ me de eorum editione, quod hu-

‡ *El Doctor Don Andres Gonzalez de Barcia Carvallido.*

(a) *Por Henrique Hertiſio Anno* 1611. habet Mayanſius.

humanitatis ſuæ fuit, conſulendum putavit. Ego vero omnino publicandos cenſui, ut An. MDCCXLIV. Madriti factum eſt in officina Joſephi Martinetii *.

* In 4°.

Inter alia Ant. Auguſtini ſcripta, quæ ab ipſo quidem in vulgus edi cœpta ſunt, at non niſi poſt ejus mortem prodire potuerunt, fuit & Pars prima Epitomes Juris Pontificii veteris, quæ An. MDLXXXVII. Tarracone publicata eſt. Ex quo editionis anno manifeſtum eſt, inter poſthuma Auguſtini opera eam epitomen annumerandam eſſe. Quod idem oſtendunt cum facultas publicandi librum per Joannem Tereſium, Tarraconenſem in Auguſtini locum Pontificem deſignatum, facta, tum brevis ejuſdem libri præfatio. Præterea ipſemet Auguſtinus ſic de ea Epitome in libri ſecundi *de Emendatione Gratiani* poſtremo Dialogo loquutus eſt, ut appareat necdum eam tunc temporis publicatam fuiſſe; certum vero eſt, Dialogos ipſos poſthumum Auguſtini fuiſſe opus. Recte ergo poſthumam Juris Pontificii veteris priorem Partem Martinus Baillus & Andreas Schottus cenſuerunt; & erroris manifeſtus eſt Ant. Auguſtinus *, Auguſtini ex fratre nepos, qui in præfatione, quam addidit reliquis ejuſdem Operis partibus, primam autumat auctore ſuperſtite prodiiſſe. Illud autem forte errori occaſionem præbuit, quod, dum in vivis ageret Auguſtinus, typis ea deſcribi cœpta ſit. Quo poſito, cum primo vulgata eſt Juris Pontificii veteris Pars prima, non item reliquæ in vulgus editæ ſunt, quod imperfectas eas nonnulli cenſuiſſent. Quod plerumque ſane contingere iis aſſolet, qui aliena ſcripta, interdum non ordinata, aſſumunt pertractanda. At nihilominus Antonius Carraſa Cardinalis, Pontificiæ Bibliothecæ Præfectus, vir generis nobilitate doctrinà & religione clarus, petiit a Sixto V. Pont. Max. ut Auguſtini autographa extrahi Tarracone juberet. Quare ille Pontifex, utpote qui ſcriptis pretioſiſſimis Vaticanarum Ædium Bibliothecam, remque litteratam publicam libris optimis locupletare maxime ſtuderet, Franciſco Aduarti Cæſarauguſtano, erudito viro, Carthuſienſi Monacho, mandavit, ut ad urbem iret, atque illa Auguſtini autographa ſecum ferret. Etenim Aduartem, antequam Monachorum inſtitutum profiteretur, pluſquam biennium apud Antonium Auguſtinum commoratum eſſe ſciebat, atque ad ejus præcepta in ea Epitome adornanda conſcribendaque operatum eſſe.

* Jeſuita.

Sed quum ad exitum ſpectaret illius lucubrationis publicatio, Sixtus V. Pont. Max. & mox Franciſcus Aduartes, atque Antonius Carraſa Cardinalis naturæ conceſſere; quorum alter editionis auctor, alter vero præſidium futuri erant: atque idcirco ſpes, quam de ea editione homines præceperant, interiit. Quare Andreas Schottus in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca non modo inter inedita Auguſtini ſcripta poſuit ſecundam & tertiam partem Epitomes Juris Pontificii veteris, & in aliquot prioris, quæ jam edita fuerat, partis libros notationes quaſdam; ſed hæc præterea adjecit verba: „ Hæc autem ſcripta Romæ in Carthuſienſium cœnobio deliteſcunt ". Verum providentiâ Dei; a quo nempe omnia ad majorem ſui gloriam, atque Eccleſiæ utilitatem ordinantur; contigit, ut Cæſar Baronius Cardinalis, immortale Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ decus, quum Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus eſſet, ea juſſu Clementis VIII. Pontificis ſcripta colligi curaverit, & in Bibliotheca Vaticana collocari; ubi uſque adeo ſervata ſunt, donec Paulli V. Pontificis liberalitate Romæ anno MDCXI. prodiere. Hanc editionem, cujus exemplum penes me eſt, curavit Ant. Auguſtinus Societatis Jeſu, Auguſtini ex Joanne fratre nepos, qui eam tam longam lucubrationem patrui ſui Tarraconenſis Pontificis manu ſcriptam fuiſſe teſtatus eſt. Quod certe perſpicue oſtendit quouſque patiens ipſe laboris eſſet, & qua reverentia ab eo res ſacræ tractarentur, qui ea, quæ de ipſis agerent, ſcripta ne eruditis quidem viris deſcribenda permitteret.

Parvus eſt in ejus libri fronte commentarius cum hoc titulo: *De quibuſdam Veteribus Canonum Eccleſiaſticorum Collectoribus Judicium ac Cenſura:* Quem partes ſecunda ac tertia Epitomes Juris Pontificii veteris conſequuntur. In prima illius Epitomes parte de Perſonis diſſeruit Auguſtinus, in ſecunda de Rebus, in tertia de Judiciis; imitatus in hoc ordinem, quo Cajus Jureconſultus uſus eſt, & Juſtinianus Imperator in Inſtitutionibus, idemque ipſe in colligendis XII. tabularum fragmentis.

Utilitatem habet hæc Epitome plane miram: cuivis enim in ea præſto ſunt, ſuper qualibet Pontificii Juris quæſtione, innumera, & pene omnia quæ experi poſſint, digeſta monumenta, & auctoritates ex ſacris libris, Pontificum epiſtolis, Conciliis, & ſanctis Doctoribus depromptæ, a Divi Petri temporibus uſque ad Innocentium Tertium. Quæ ſane vel ſola lucrubatio ſatis erat, ad totos longiſſimæ vitæ annos honeſte utiliterque tranſigendos. Res enim ſummi laboris fuit, ex iiſdem originibus, nonnunquam occultiſſimis, tam multa & diverſa in lucem proferre. Illud tamen diſſimulandum non cenſeo, Franciſcum Florentem, eximiæ eruditionis virum, in Oratione, quam habuit An. MDCXXXII. *de recta Juris Canonici diſcendi ratione*, ſummam quidem in Auguſtino laudaviſſe Pontificii Juris peritiam; at ſummopere miratum eſſe, quod in ea lucubratione tot vir tam gravis teſtimonia attuliſſet ex quibuſdam epiſtolis, quas commentitias diligentiores Critici arbitrantur. Hac de re Joannes Bona Cardinalis, virtutibus ac doctrina inſignis, durius opinatus eſt, cum Ant. Auguſtinum non multum curæ poſuiſſe ſcripſit in affirmanda Eccleſiaſticarum legum auctoritate & χρονολογία: quam ſententiam valde improbavit vir maturæ ſapientiæ Nicolaus Antonius, quanquam erat Joannis Bonæ amiciſſimus. Si poſt tantos viros mihi quoque fas eſt quid ſentiam aperire, dicam equidem;

Ant.

Ant. Auguſtinum, qui in Gratiano emendando cenſorem egerat, ex vulgi ſententia loqui in Juris Pontificii Epitome voluiſſe; ſingula fragmenta illis attribuens, qui eorum vulgo auctores ferebantur. Etenim ea teſtimonia vim ſuam non amittunt ideo quod error aliquis ſit in nominum inſcriptione; immo vero eandem retinent, qua pollebant veri eorum ſcriptores.

Illud porro animadvertendum eſt, in Nicolai Heinſii Bibliotheca *, aliiſque Auguſtini ſcriptorum indicibus, cujuſdam ipſius lucubrationis mentionem fieri, cujus hujuſmodi habetur titulus: *De Pontifice Maximo, Patriarchis, Archiepiſcopis &c. Romæ. An. MDCXVII.* * Verumtamen non diſtincta hæc eſt ab Epitome Juris Pontificii veteris lucubratio, ſed ejuſdem pars: & inde error, ut videtur, profectus eſt, quod priorum forte librorum inſcriptiones pro univerſæ Epitomes titulo quiſpiam ſcripſerit, locum & tempus editionis addens, ſive ipſe deceptus, ſive ut deciperet (*a*). Illud etiam non eſt hic prætermittendum, primum ejuſdem Epitomes librum in quarto volumine * editum fuiſſe Bibliothecæ maximæ Pontificiæ Joannis Thomæ Rocaberti Archiepiſcopi Valentini, quæ An. MDCXCVII. Romæ prodiit. Ibi autem cum hoc titulo legitur: *Liber de ſummo Pontifice.* Et illud falſo adjectum eſt, eximium hoc Ant. Auguſtini Opus poſthumum An. MDCXIV. in vulgus editum eſſe, curante Alphonſo Ciaconio *; etenim vir iſte clarus jam ante mortem obierat, anno nimirum MDXCIX. Februario menſe, ætatis vero ſuæ anno LIX.

* *Pag.* 22.

* *In fol.*

* *Deſde la pag.* 161. *haſta la* 227.

* *Frai Alonſo Chacon de la Orden de Predicatores.*

Maxime vero in votis habuit Auguſtinus, ut incluti olim Hiſpaniarum præceptoris D. Iſidori Hiſpalenſis Antiſtitis quam emendata vulgarentur in Hiſpaniis ſcripta: Atque ad id reſpiciens deſiderium, hæc dum Ilerdæ moraretur IV. Id. Septembr. An. MDLXVII. ad Hieronymum Zuritam datâ epiſtolâ ſcripſit: „ Nonnulla ad me ſcriptorum D. Iſidori mittit Antonius Gratianus monumenta, quæ magni æſtimanda ſunt, propterea quod ejus auctoris ſint. Ut autem quoquo modo ad exitum cœpta perducantur pervelim. Concilia etiam Hiſpaniæ aliqua, nunquam antehac edita, vulgari ab eis ſpes eſt: quod utinam quamprimum fiat. Fieri vero ajunt Eccleſiæ Toletanæ ſumptibus, curante Garcia Loaiſenſe Carracæ in Carpetanis Archidiacono. Rem bellam futuram puto; cui ſi occaſio poſtulet rogo, ut feras opem. Ego vero inſpicere vellem antequam typis deſcribatur “. Voti ex parte compos factus eſt Auguſtinus. Etenim quum decreviſſet Philippus II. Rex litterarum amantiſſimus, gloriæque Hiſpanicæ gentis ſtudioſiſſimus, ut recte emendata D. Iſidori ſcripta in publicum proferrentur, viris quibuſdam cumprimis in tota Hiſpania doctis ac eruditis Didaco Covarrubiæ, Alvaro Gometio Caſtrenſi, & Joanni Grialio negotium dedit, ut ea ſcripta, ſummâ adhibitâ diligentiâ perpenderent, diverſiſque exemplis collatis a mendis expurgarent. Juſſit autem, ut vetera complura Alvaro Gometio traderentur eorum ſcriptorum exempla, Gothicis, ut vocant, ſeu melius Longobardicis litteris magnam partem ſcripta: ut nimirum Gometius ea invicem exempla quam accuratiſſime conferret, varias lectiones adnotaret, meliores ſeligeret, ſuaſque lucubrationes Ant. Auguſtini Tarraconenſis Pontificis cenſuræ ſubmitteret, & Petri Ciaconii, qui tunc temporis Romæ morabatur. Simul vero duobus his viris mandavit, ut eâdem diligentiâ in ſuis emendandis exemplaribus uterentur, ſuaſque cum Alvaro Gometio animadverſiones communicarent. In quo conficiendo negotio plus XXX. exemplaria ab omnibus iis viris adhibita ſunt. Multas vero in ea emendatione fuiſſe Auguſtini partes manifeſtum eſt, cum ex notis, in quibus frequentiſſime ipſius nomen legitur, tum etiam ex ſequenti capite illius epiſtolæ, quam (*b*) IX. Calend. Februar. An. MDLXXIX. Tarracone ad Hieronymum Zuritam ſcripſit: „ Eas ego “ (emendationes nempe in D. Iſidori libros) „ aggreſſus ſum mandato Regis, qui poſtquam ſum in Tarraconenſe Sacerdotium evectus iterum de iiſdem dedit mandata; atque novem jam vidi libros & in decimo verſor: cenſuram porro in ejus “ (Alvari Gometii) „ animadverſiones gravem & ſeveram ad eum mitto, & periculum ſubeo libens, ne quod bonum in ea eſt ſuum ipſe vindicet; de me autem vel nihil dicat, vel illud tantummodo: emendari ſcilicet a me perperam, quæ a ſe recte notata ſint. Verum ego fungor officio meo, & ſuo ille; meum namque laborem gratum ſibi eſſe teſtatur “.

Verum malo fato D. Iſidori ſcriptorum factum eſt, ut dum in libro XII. Etymologiarum emendando verſaretur Ant. Auguſtinus morte præreptus ſit (*t*). Quod ipſum Antonio Covarrubiæ accidit, & Alvaro Gometio, qui uterque ante eorum publicationem ſcriptorum, in quibus tantopere inſudaverant, naturæ conceſſere. Ea vero ſcripta anno MDXCIX. duobus voluminibus * comprehenſa Madriti edidit juſſu Philippi II. Regis Joannes Grialius, virorum doctiſſimorum, quos ſupra recenſuimus, notationibus maxime fultus, & aliorum quorundam, qui ultro labores ſuos in idem opus contulerunt: inter quos Cyprianus Suaretius Ocannenſis, inſignis Rhetor, & multiplici eruditione clarus, in librum Allegoriarum ſcholia addidit, quæ item edidit Grialius.

* *In fol.*

Quum

[t] Nicolaus Antonius *Bibl. Vet. Hiſp. lib. V. cap. IV. num.* 100.

(*a*) Sed & forte contigit, ut ex Auguſtini diſputationes peculiari libro editæ ſint.
(*b*) Eandem ſupra affert Mayanſius §. *Quare quum Zuritam.*

Digitized by Google

Quum Andreas Schottus Idib. Mart. anni MDLXXXV. Tarracone in hoſpitio eſſet apud Ant. Auguſtinum, quem plane ut parentem obſervabat (quemadmodum ipſe ait in præfatione, quam Itinerario Antonini præpoſuit, & Abrahamo Ortelio Geographorum ejus ætatis principi inſcripſit), cum Ant. Auguſtino egit de itinerario emendato, & eruditis Hieronymi Zuritæ interpretationibus illuſtrato typis deſcribendo. Quæ res tunc quidem temporis non eſt ad exitum perducta. Poſtea vero annò MDXC. cum Hieronymo Blanca (ut ex ejus epiſtola, quæ penes me eſt apparet) de eadem re Schottus egit, annoque demum MDC. Coloniæ Agrippinæ prodiit liber ex officina Birckmaniana ſumptibus Arnoldi Mylii; interpretationibus ante cum Abrahamo Ortelio communicatis; ut colligitur ex multis allegationibus quæ leguntur in hujus Theatro geographico jam pridem An. MDXCVI. iterum Antuerpiæ edito (1).

Quum igitur tam multas, & tam diverſas lucubrationes manibus verſaret Auguſtinus; plurimarum autem editionem maturaret, quippe qui probe de inſtante morte cogitabat, ſic volente Deo contigit, ut e vivis ereptus ſit. Anno ſiquidem vulgaris æræ MDLXXXVI. quum miſſionem ei, & ſempiterna præmia indulgere tam laborioſæ, utiliſque militiæ Deo placuiſſet, extremo morbo correptus eſt. Cui in eo morbo adſuit Joannes Tereſius *, Tarraconenſis maximi Templi Canonicus (ut vocant) Pœnitentiarius, Maurocanus primum Epiſcopus, deinde Helenenſis, tunc vero Dertoſanus Epiſcopus deſignatus cum moreretur Auguſtinus, in cujus locum poſt ejus mortem ſuffectus eſt. Hic igitur cuncta ei Sacramenta Eccleſiæ miniſtravit, in quibus ſuſcipiendis illud pietatis ſpecimen Auguſtinus dedit, quod tantum decebat virum; qui nullo mortis, cujus raro cogitationem abiiciebat, metu affectus ſumma conſtantia ac religione ſpiritum Creatori ſuo tradidit ætatis ſuæ An. LXIX. menſe III. die V. prid. Calend. Jun. antedicti anni MDLXXXVI. Qua die D. Petronillæ ſacrà Martinus etiam Aſpilcueta Vaſco * Romæ obiit [2]: Quo factum eſt, ut eàdem die duo ſumma luminaria Jus Pontificium amiſerit, quorum alter τῶν θεωρητικῶν facile princeps, alter vero inſignis πρακτικὸς extiterunt. Enimvero ad exitium hominum eruditorum fatalem annum! In quo Petrus quoque Victorius, & Marcus Antonius Muretus viri litteratiſſimi, unus Romæ, alter Florentiæ interiere (3): Madriti vero Antonius Perrenotus Cardinalis, vir multæ πολυτεχνῶ & exquiſitæ eruditionis (4).

* Natural del Lugar de Verdù en Cataluña.

* Navarro.

Graviſſimam atque ornatiſſimam laudationem in funere Auguſtini pronuntiavit Andreas Schottus: Qui An. MDLII. prid. Id. Septembr. Antuerpiæ natus, non ſecus ac ſi Patroni & Rectoris ſui jacturam animo proſpiceret, menſe circiter ante quam moreretur Auguſtinus, poſtquam biennium apud ipſum fuerat, prid. Non. April. in ſolemni Paſchæ feſtivitate ab Auguſtini ædibus ad Tirones Jeſuitarum tranſiit. Quorum inſtitutum antequam vir iſte inſignis amplexus eſſet, in Lovanienſi, Pariſienſi, Complutenſi, & Salamanticenſi Academiis optimis diſciplinis navavit operam. Per triennium græcam linguam Toleti docuit, quum in locum Alvari Gometii de Caſtro An. MDLXXX. ſucceſſiſſet. Inde vero An. MDLXXXIV. Cæſarauguſtam petiit, unde eum in domum ſuam Auguſtinus honeſtis admodum conditionibus arceſſivit. Contigit per eos dies, ut Parmenſis Regulus Alexander Farneſius Urbem Antuerpiam memoranda obſidione ſeptam teneret. Vovit autem Andreas Schottus nomen ſe ſocietati Jeſu daturum ſi ea civitas Hiſpanorum Regis imperio ſubjecta fuiſſet, & manſiſſet in officio. Quæ quum ita eveniſſent, votum reddidit anno ætatis XXXIV. quam ſacro Sacerdotii ordine fuiſſet ante Cæſarauguſtæ inſignitus, poſtaque Cæſarauguſtam rediit, ut ibi humaniores litteras doceret. Poſt hæc ſacros libros Valentiæ interpretatus eſt: ſodales ſuos Gandavi, & per tres annos Romæ oratoriam artem docuit, quum in locum ſucceſſiſſet Franciſci Bencii, clari nominis Poetæ & Oratoris, qui M. Antonium Muretum præceptorem habuerat. Poſt longam vero XX. annorum [5] peregrinationem tandem in Patriam redux, multum ibi docuit ſcripſitque, donec inſigni parta (quam non appetebat) gloria, ad illam perfruendam, quam maxime concupiverat, ad Superos evolavit a. d. X. Calend. Februar. An. MDCXXIX. ætatis ſuæ An. LXXVI.

Ea eſt profecto non exigua Andreæ Schotti commendatio, quod ipſum Ant. Auguſtinus hoſpitio accepit, & quod vir doctiſſimus Joannes Marianeus, qui paucos admodum ſuſpicere conſueviſſet, tanti eum fecit & eo uſque ipſius doctrinæ confiſus eſt, ut anno MDCXVIII. ſua ipſi erudita ſcholia in quattuor Evangelia inſcripſerit, atque ejus ſubjecerit cenſuræ; vicem nempe Schotto reddens, qui An. MDCVIII. ad Joannem Marianeum miſerat volumen tertium ſuæ Bibliothecæ, ubi clarorum Hiſpaniæ Scriptorum nomina, & elogia recenſentur. Gratias autem immortales inſigni huic viro debet Hiſpania, quæ tam valde ejus laboribus illuſtra-

ta

[1] Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. in Regno Arag. pag.* 197.

(2) Miræus *in Scriptor. XVI. Seculi num.* 119.

[3] Idem *ibid.*

[4] Tamayo *en la Continuacion de l' Enquirid.* de Fr. Alonſo Venero *pag.* 274.

(5) Andr. Schottus *in Dial. XII. Antiquit. in princ.*

ta eſt: atque eum decet virum inter hiſpanos homines annumerari, qui religioſum in Hiſpania inſtitutum amplexus ſit, adeoque Nationem dilexerit Hiſpanicam, ut memorabiles illos ediderit libros, quibus titulus eſt: *Hiſpania illuſtrata, ſeu Rerum, Urbiumque Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Æthiopiæque, & Indiæ ſcriptores varii collecti, & editi ab Andrea Schotto. Francofurti apud Cl. Marinum MDCIII.* * itemque aliam, de qua ſupra diximus, pereruditam lucubrationem, quam inſcripſit: *Hiſpaniæ Bibliotheca, ſeu de Academiis, ac Bibliothecis: item Elogia & Nomenclator clarorum Hiſpaniæ Scriptorum ab A.S. Francofurti apud Claudium Marinum, & Hæredes Joann. Aubrii MDCVIII.* * — * *In fol. IV. vol.* — * *In 4°.*

Eodem anno, quo mortuus eſt Auguſtinus, ut magis ipſius laudes vulgarentur, orationem ſuam Schottus enim hoc titulo publicavit: *Andreæ Schotti Laudatio funebris V. Cl. Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis. In qua de Vita Scriptiſque diſſeritur: de Perfecto item Juriſconſulto. Antuerpiæ ex Offic. Plantin. MDLXXXVI.* * Quo anno iterum Lugduni Batavorum ea laudatio edita eſt typis Rafelengii *, iterumque Pariſiis in officina Petri Chevalerii An. MDCVII. * Poſtmodum vero Auguſtini *de Emendatione Gratiani* Dialogis anno MDCLXXII. Pariſiis per Stephanum Baluzium publicatis * adjecta eſt (*a*), itemque libro *Vitæ clariſſimorum Juriſconſultorum* inſcripto, editoque Lipſiæ An. MDCLXXXVI. per Fridericum Jacobum Leickerium *; in quo libro notationes quædam eidem laudationi additæ ſunt, quæ nihil plane ad Ant. Auguſtinum pertinent. Ejuſdem laudationis fragmentum edidit item Schottus in ſecundo volumine ſuæ *Hiſpanicæ Bibliothecæ*, & in fronte latinæ interpretationis Dialogorum *de Numiſmatis.* — * *In. 4°.* — * *In 4°.* — * *In 4°.* — * *In 8°.* — * *In 12.*

Antedictæ laudationis titulus in cauſſa fuit, quamobrem incautiores plerique, nimiumque creduli, librum *de Perfecto Juriſconſulto & Epiſcopo* ſcripſiſſe Ant. Auguſtinum putaverint, cæteriſque perſuadere conati ſint. Nil tamen aliud eâ tituli ſententiâ continetur, quam quod oratione ſua voluit Schottus perfecti in Auguſtino Juriſconſulti & Epiſcopi ſpecimen exhibere.

Antiſtiti Antuerpienſi Levino Torrentio, qui, quum Romæ degeret, familiariſſime cum Ant. Auguſtino vixerat, orationem illam ſuam dedicavit Schottus. Ait vero in præfatione, pleniorem optaſſe ſe commentarium de Auguſtini Vita ſcriptiſque conſcribere, quo videlicet ægritudinem ex ea morte captam tantulum leniret; ſed nihil magis ſibi anguſtiâ temporis datum eſſe, quam ut ea perſtringeret, quæ occaſio poſtulabat. Verum ut oſtenderet, qua veritate ea quæ ſcripſit (præter morem in laudationibus receptum) niterentur, monuit, quinque ſe ante menſibus, quam moreretur Auguſtinus, non ſecus ac ſi futurum brevi id animo præſagiret, multa de rebus ejus ex ipſo ſciſcitatum eſſe Auguſtino, ab ejus ore pendens, quem (ut ipſe addit) quaſi e Cælo delapſum hominem venerabatur.

In Sacello, quod ipſe ſuis ſumptibus excitaverat, ſepultus eſt Archiepiſcopus Tarraconenſis in majori Templo nobiliſſimæ, & antiquiſſimæ illius urbis. Hoc autem ellogium (1) eſt ipſius e marmore ſepulcro appoſitum:

D· O· M· S·
ANT· AVGVSTINO· DOMO· CÆSARAVG·
ROMÆ· OLIM· IN· VRBIS· ET· ORBIS· LVCE
XII - VIRO· LITIVM· JVDICANOARVM
EX· ALIFANO· ET· ILERDENSI· EPISCOPO
TARRACON· ARCHIEP· IN· PAVPERES· MVNIFICO
BENE· DE· ANTIQVITATE· ET· LITTERIS· MERITO
IN· HOC· ÆDIS· SACRÆ· D· THECLÆ· VIRG· ET· M·
A· SE· AMPLIATO· MEMBRO· ET· AD· ARAM
IN· SPEM· RESVRRECTIONIS· QVIESCENTI
S· P· Q· TARRACON· P· H· C· ET· COLLEG· CANON·
PONI· CVRARVNT
VIXIT· ANNIS· LXX· M· III· D· III
OBIIT· OAMNO· PVBLICO
PRIDIE· KALENOAS· JVNIAS
MDLXXXVI

Petrus Nunneſius Grammaticus, Rhetor, & clarus e ſecta Ariſtotelis Philoſophus, qui amiciſſimum, & religioſa * affinitate conjunctum habuerat Auguſtinum, aliud ellogium ſcripſit, quod curioſiori Andreæ Schotti diligentiæ debemus. Illud autem hic referre operæ pretium eſt: — * *Abuſado.*

[1] Schottus *in Biblioth. Hiſp. pag.* 318.

(*a*) Quod idem factum eſt in Pariſienſi, ſive Neapolitana eorundem Dialogorum editione anni MDCCLX.

DEO· OPT· MAX·
SS· EVCHARISTIÆ· S·
ANT· AVGVSTINVS· ANT· PROCANC· F·
CÆSARAVG· PALATII· APOST· AVDITOR
EPISC· ALLIFAN·
PAVLI· III· AD· PHILIPP· ET· FERD· RECC· LEG·
SICILIÆ· CENSOR
ILERD· EPISC· MAX· PLAVSV· TRID· CONC· INTERFVIT
INDE· AD· TARRAC· ARCHIEP· TRANSLATVS
IVRIS· ET· HVMANITATIS· VINDEX· CLARISSIM·
IVDEX· INCORRVPTISSIM·
ELEEMOS· LARG· EXCELLENS
ORACVLVM· SAPIENTIÆ· TERRESTRE
EDITIS· AVREIS· LIBB· ATQVE· EDENDIS· RELICTIS
HOC· SACELLVM· SS· EVCHARISTIÆ· F· C·
CHRISTVM· AC· S· THECLAM· TVTELAREM
EX· ASSE· HEREDES· FACIENS
OBIIT· PRID· KAL· IVN·
AN· MDXXCVI· ÆT· LXIX

Annos jam exactos numeravit Petrus Nunneſius; diebus vero duobus erravit Schottus (*a*). Ad diem namque IV. Calend. Mart. An. MDXVII. natus eſt Ant. Auguſtinus; obiit autem prid. Calend. Jun. An. MDLXXXVI.

Staturà fuit Auguſtinus procerà, egregio corporis habitu, flavâ comà, ocellis perexiguis, hebetata oculorum acie [1] ob aſſiduam legendi codices præſertim MSS. conſuetudinem, & ob diligentem intentamque rerum obſervationem tenuiſſimarum, quæ in Veterum reperiuntur nummis, inſcriptionibus, cæteriſque ruderibus, quę nimirum perpetuo manibus verſabat Auguſtinus, qui & propterea ſemper vitreis utebatur. Extat in inferiori portici ædium D. Clementis Collegii Hiſpanorum Bononiæ (*b*) Ant. Auguſtini effigies depicta; æri vero inſculpta initio Hetruſcæ interpretationis Dialogorum de Numiſmatis * (ubi tamen pingui admodum facie exhibetur Auguſtinus); & in ipſius Bibliotheca, ubi ſic os vultuſque ejus refertur, ut in ſenectute ipſum fuiſſe narrat Andreas Schotius. Quare ad iſtius formam effingi per Joannem Palominum curavi imaginem, cum primum hæc vitæ Auguſtini hiſtoria in vulgus edita eſt; e qua tamen imagine radius unus adimendus erat fibulæ, qua pallium nectitur, ſtellæ figuram referentis, quæ ſeptenos tantum radios habere debuiſſet. Scribit Everardus Otto in Præfatione quarti voluminis Theſauri Juris Romani *, cuidam Auguſtini ſimulacro diſtichon fuiſſe appoſitum hujuſmodi:

* *In 4°. ſine nomine Auctoris.*

* *Pag. 25.*

Gloria Pontificum, Muſarum gloria, non plus
Debeo Juſtitiæ, quam mihi Juſtitia.

Ingenio fuit acerrimo, & perſpicaci, memorià tenaciſſimà. Quod autem aliqua oblivisci ſe interdum querebatur, hoc ei videlicet non ſemel contigiſſe neceſſe fuit, qui tam multa & tam diverſa mente complecteretur. Verum ea fuit potiſſima Auguſtino laus, quod exquiſito polleret judicio; ad quod augendum perficiendumque, quum naturà ſollers modeſtèque curioſus foret, lucubrationes ſuas, cogitationes omnes, peregrinationeſque dirigebat. Quo factum eſt, ut in rebus omnibus judicandis rectiſſimus ipſi, acutiſſimuſque ſenſus eſſet.

Patiens adeo laboris fuit, ut præter quam in neceſſariæ quietis horis, ab opere ceſſaret numquam, omneque tempus, & horas etiam diei moleſtiores in aliquam impenderet honeſtam exercitationem, quæ ipſum ab otio liberaret. Id ex ea quoque pereruditа epiſtola colligitur, quam anno MDLXXIII. IV. Id. Septembr. Ilerde ſcripſit, in cujus fine ſic ad amicum Zuritam ait: „ Per hæc tranſegi meridianas horas, tuà epiſtolà occaſionem dante". Quum autem (ut conjicio) ad eum ſcripſiſſet Zurita, parcendum ipſi eſſe paullum laboribus in provecta jam ætate, hæc prid. Id. Februar. anni MDLXXVI. reſpondit: „ Grandis admodum natu M. Varro fuit, ſcriptione autem ſemper ſummopere delectatus eſt, ut &, ni fallor, Iſocrates: eſt etiam quidam in Digeſtis ſenior, *etſi pedem in ſepulcro haberem, addiſcere vellem* [2]. Ego in hujus menſis exitu * ſexageſimum inibo ætatis meæ annum, nec „ te

* *Ad diem nempe IV. Cal. Martias.*

[1] Schottus *in Orat. Fun.*

(2) Pomponius *L.* Apud Julian. *XX. de Fideicomm. libert.*

(*a*) Sive auctor ſuperioris Epitaphii, qui forte dierum intercalaris menſis rationem habuit. Idem porro non recte annum LXX. vitæ Auguſtini inchoatum pro exacto ponere videtur.
(*b*) Inde nos eam deſumpſimus effigiem, quæ in fronte primi voluminis poſita eſt.

Digitized by Google

„ te multum ab hac ætate diſtare arbitror. Utinam, quod reliquum vitæ eſt, in Dei famu-
„ latu abſolvere utrique detur “.

Peculiare ipſi fuit genus dicendi grave, conciſum, nitidum; ſubdurum tamen, ut eſt omnibus fere Aragonenſibus; quamquam aſſidue, etiam ſenex, Ciceronem legebat eloquentiæ principem (1). Excellenti in ſtudiis μέθοδο uſus eſt, utilitatis tantummodo, dum aliquid addiſceret, rationem habens. Ad quam aſſequendam utilitatem tum auctorum, librorumque delectus maxime conducit, tum etiam ſi in iis legendis libris eam quis adhibeat diligentiam, ut optima quæque cujuſcumque argumenti annotet, ordine litterarum & temporis, quæ in multiplici diverſaque lectione reperiuntur: in iſtis autem legendis libris, qui vel ad nullam partem utiles, vel ſolius ſunt oblectamenti, tempus non terat, niſi tum forte, cum illis opus eſt. Quare Petrus Nunneſius, qui Ant. Auguſtino amiciſſimo utebatur, de uſu ſuæ collectionis epithetorum Ciceronis agens, ſolitum fuiſſe refert in amicorum colloquiis dicere Auguſtinum, quum de litterarum emolumentis loqueretur, miſerrimam videri ſibi diſcipulorum, præſertim Hiſpaniæ, conditionem, quos ab infantia diſciplinæ tradi mos eſſet eorum præceptorum, qui de utilitate doctrinæ ſuæ nihil, vel parum cogitarent, eaque docerent tantum, quæ & nullum ipſis proventum allatura, & ad vitæ commoda nihil unquam profutura eſſent.

Præclarâ fuit Auguſtinus caſtitate, & temperantia, qua priorem illam virtutem tuebatur. Quapropter mulierum familiaritatem perpetuo vitare ſolemne illi fuit.

Nunquam vero generis & cognatorum nobilitas multaque, qua florebat, eruditionis laus, ut inani gloriâ animum extolleret, effecerunt. Et quum Hieronymum Zuritam in ſuis promovendis honoribus ſtudioſiorem agnoſceret, ſic ad eum datâ epiſtola reſpondit Calend. Jun. anni, ut mea fert opinio, MDLXVIII. „ Scio equidem, optare te, ut Valentiæ, vel Cæſarauguſtæ,
„ vel aliquo ſublimiore in loco extremæ mihi ſedes ſint; verum deſtruit cogitatio mortis omne
„ humani honoris faſtigium; atque hi quidem noſtri in Eccleſia honores nihil aliud, quam gra-
„ viores curæ, ſunt. Et pluris ego amorem in me tuum, tuumque de me judicium facio, quam
„ omnia fortunæ dona “. Aliâ etiam epiſtolâ Ilerdæ IV. Id. Januar. datâ anno, ut conjicio, MDLXXVI., de alia concepta ſpe loquens, non minori animi moderatione & prudentia ad Zuritam ſcripſit: „ De habendo conventu, & de meo Complutum itinere rumor eſt: quid
„ rei ſit aperiet dies, ut & de Conſilio. Præſides certe ita ſcribunt, ut aliquid dixiſſe ſe indi-
„ cent, vel egiſſe, tuo nempe impulſu. Verumtamen quod Deo libitum erit, id fiat. Mihi qui-
„ dem non ea ætas eſt, qua me fumos deceat conſectari: quin hoc tantum me cogitare æquum
„ eſt, ut fabulam pro ea perſona, quæ mihi impoſita eſt, peragam “.

Animo fuit Auguſtinus perquam liberali, ſummâ in amicos munificentiâ; egregia vero miſericordia in egenos, quibus multam de ſua pecunia ſtipem largiebatur, ut & mendicantibus ordinum religioſorum viris, ſacrarumque virginum collegiis, & hoſpitiis ægrotorum. Apud eum pauperes puellæ dotem, indigentes autem cuncti, qui ad eum confugiſſent, ſuarum remedium neceſſitatum naniſcebantur. Eâ namque animi virtute adeo excelluit, ut in laudatione funebri, coram iis qui probe Auguſtini mores noviſſent, Schottus dixerit: Calices ipſum ſacros, & vaſa argentea pignori opponi ſæpe juſſiſſe, & libros, quos cariſſimos habebat, vendi, ſi pecunia in annonæ caritate deeſſet pauperibus alendis, quibus Tarraconenſis ager abundabat. Addit autem Schottus, tam inopem Auguſtinum deceſſiſſe, ut ad eum honeſte efferendum tumulandumque vix pecunia ſuppeteret. Inſigne in majori templo Tarraconenſi Sacellum ſuis ſumptibus ædificandum curavit, Auguſtiſſimo Corporis Chriſti Sacramento dicatum [2]. Anno autem MDLXXX. ædes quaſdam ſacras *, quæ antea eorum virorum fuerant, quos Canonicos Regulares vocant, tradidit aliis viris religioſis Ordinis D. Franciſci, quibus *Recollectis* nomen eſt (3).

* *De S. Miguel de Eſcornalbou.*

Tria habuit Provinciæ concilia, Diœceſis duo. Oppidum agrumque Reuſinum ſibi ſucceſſoribuſque ſuis de collegio ſacerdotum emit, eamque venditionem Gregorius XIII. Pontifex ratam habuit a. d. IV. Id. Decembr. An. MDLXXXII. [4].

In ſummis muneribus exercendis, quibus perpetuo functus eſt, omnes officii ſui partes diligenter ſancteque ſervavit. In XIIviratu Litium judicandarum juſtitiam, & integritatem oſtendit ſuam; in Legationibus cum prudentia fidem ac diligentiam; in luſtrandis provinciis temperatam æquitate ſeveritatem; eximiam in Epiſcopatu caritatem, & vehemens ſalutis animarum deſiderium; ſedulam quoque in eo curam, ut ſanctiori diſciplinâ homines viverent, maxime vero miniſtri altaris. Quare ſacris ordinibus initiari eos non patiebatur, qui a bonis moribus, & a doctrinis eſſent imparati; a quo propoſito nullâ unquam potuit ratione dimoveri. Ut in ſua Diœceſi ſacroſancta myſteria frequentiâ debitâ celebrarentur obtinuit, poſtquam inde execrationes eradicaverat, cæteraſque omnes nefarias jurationes (5).

i 2 Fa-

(1) Schottus *in Orat. fun.*

(2) Doctor Jo. Puig. *in Catal. Archiep. Tarrac. præfixo Conſtit. Synod. Tarrac. excuſis Barcinone An. MDCCIV.*

[3] Ganuza *Hiſt. de Arag. lib. IV. cap. VI.* Feliu *Anal. de Cathaluña*, que deve entenderſe por Ganuza.

[4] Doct. Jo. Puig. *loc. cit.*

[5] Frai Juan Gregorio Satorre *en los Alabanzas, i excelencias del SS. Nombre de Jeſus.*

Familia fuit ſemper Auguſtino perparva, ſed ea eximia (1). Joannem Metellum Sequanum virum eruditiſſimum, quem illius Pirithoi Theſeum appellavit Stephanus Pighius (2), Romæ per decem annos domi habuit [3]: ipſi Ilerdæ & Tarracone a ſecretis fuit Sebaſtianus Leo Cordubenſis, quem Paullus Manutius hominem ſtudioſum & eloquentem judicavit [4]; cujus ea vel maxima commendatio eſt, quod eo utebatur Auguſtinus familiariſſimo, utpote ſtudiorum ſuorum ſocio & adminiſtro, ut narrat Joannes Petrus Nunneſius (5), locuples certe teſtis. Adfuerunt item in ſtudiis Auguſtino Franciſcus Aduartes, Carthuſienſis poſtea Monachus, de quo ſuperius mentio habita eſt, & Andreas Schottus, qui maturiorem ævi & ſapientiæ Auguſtinum nactus eſt, ut erat poſtremis duobus vitæ ſuæ annis. Et tantam cepit brevi illo tempore Schottus utilitatem, ut rectorem ſibi, & ducem fuiſſe Auguſtinum in reſumendis, & impenſiore diligentiâ proſequendis humaniorum litterarum ſtudiis ingenue confeſſus ſit. Quin illud quoque addere non dubitavit, omne ſe, quod in eis ſtudiis profeciſſet, Auguſtino debere ſecundum Deum acceptum referre [6]. Qui quum in Auguſtini domo moraretur, ipſius juſſu, ut cenſeo, duos libros edidit, quos conjunctos ego vidi Valentiæ in Regii Collegii Corporis Chriſti Bibliotheca, quæ ſelectis libris rariſſimiſque adeo referta eſt, ot exquiſitum præclare oſtendat judicium conditoris ſui venerabilis viri Joannis Reberienſis, Antiocheni Patriarchæ, & Archiepiſcopi Valentini; quem in Divorum numerum relatum iri ſpes eſt non ambigua. Eorum librorum alter hujuſmodi habet titulum: *Alphabetum Græcum in quo I. de vera Græcarum litterarum ac Diphtongor. Pronunciatione, & Diviſione. II. de Accentibus, ac Interpungendi, Numerorumque Notis. III. Compendia Græcarum litterarum, vulgo abbreviationes vocant. IV. Chriſtianæ Fidei Rudimenta Græce. V. Græcæ loquendi Formulæ. Tarracone apud Philippum Mey* CIↃ. IↃ. XXCV. Alterius titulus hic eſt: *Photii ſelecta ex locis laudabilibus, quos Proclus ex Grammaticis excerpſerat, nunc primum edita. Ex Bibliotheca Antonii Auguſtini Tarraconenſium Archiepiſcopi, Interprete Andrea Schotto. Tarracone ex Typographia Philippi Mey M. D. XXCV.* * Quæ autem ad Proclum pertinent, ea ſunt deinceps Hanoviæ edita An. MDCXV. cum hac inſcriptione: *Procli Chreſtomathia Poetica, interprete & ſcholiaſte Andrea Schotto Antuerp. Acceſſere & notæ Pet. Joan. Nunneſii Valentini. Item fragmentum Scriptoris incerti antea Cenſorino tributum, & cum ejus de Die Natali libro continenter impreſſum, nunc correctius & aliquot Capitibus ex veteri libro additis auctius editum a Sud. Carrione Brugienſi: cum notis ejuſdem Nunneſii. Hanoviæ typis Wechelianis, apud Hor. de Joannis Aubrii MDCXV.* *

* *In 4°.*

* *In 4°.*

Ipſe Antonii Auguſtini typographus Philippus Meyus viris totius Hiſpaniæ doctiſſimis annumerandus eſt, qui & proſodiarum leges publice docuit in Valentina Academia; quæ humaniorum littèrarum ſtudiis tunc quidem adeo florebat, ut nulli eſſet ſecunda: a qua laude nunc, ut cæteræ Hiſpaniarum omnes, nonnihil decidit; quod ideo ſane malum irrepſit, quia opportunâ ei providentiâ occurrere homines negligunt. Falſo enim & per ſummam injuriam dicere quis auderet, doctis viris idoneiſque carere hæc regna. Suas proſodiæ leges in vulgus edidit Philippus Meyus, & priorum ſeptem librorum Ovidii Metamorphoſeon hiſpanicis verſibus interpretationem: ex quibus ſeptem libris ſenos, dum in heri ſui domo eſſet, interpretatus eſt: Ejus autem mors in cauſſa fuit, quamobrem non perfecerit inceptum opus. Utramque habeo in Bibliotheca mea lucubrationem, &, quoniam rara admodum eſt hæc poſtrema, operæ pretium me facturum arbitror, ſi epiſtolæ, qua ſuam Philippus Meyus interpretationem ad Raymundum Ladronium * miſit, fragmentum alleram; quo nimirum publici juris fiant, quæ hoc fragmento continentur. Ea vero hujuſmodi ſunt: „ In hoc haud parvi æſtimandum vel illud
„ eſt, quod aliquid ſui operis addere dignatus ſit maximi non io Hiſpaniis modo, ſed in tota
„ Europa momenti Vir (quod ſine cujuſquam injuria dictum volo), Antiſtes nimirum Tar-
„ raconenſis herus meus ampliſſimus Ant. Auguſtinus; de quo tanto cum deſiderio minutiſſima
„ quæque ſciſcitabaris eo ipſo tempore, quo vel jam fato conceſſerat, vel mox erat moriturus.
„ Quoniam vero opportune accidit, totam ab exordio rem cenſeo repetendam; quo nimirum
„ ea, quæ ad te ſcribo, per te cæteri noſcant homines eruditi. Eſt igitur animadvertendum, quod
„ in carmine, *La Fuente de Alcover* a me inſcripto, verſus ſedecim narrationis priores, qui-
„ bus initium *Llorando Venus &c.* Ant. Auguſtini ſunt, cui illos conſcribendi ea, quam mox
„ dicam, occaſio fuit. Prope Alcoverium, Tarraconenſis Pontificis Caſtellum, fons eſt, ut ajunt
„ (non enim vidi) in rupe concava, atque ad modum fornicis a natura excavata, quæ adjanto
„ undique conveſtitur, vulgari herba, per cujus germina aqua diſtillat. Quæ res, utpote rara,
„ quum provinciam ſuam perluſtranti Auguſtino commonſtrata eſſet, digna ei viſa eſt, quæ
„ poetica alacritate celebraretur; quare ex alio vocabulo ejuſdem herbæ, quæ & capillus vene-
„ ris nuncupatur, ſumpto argumento, lacrymarum criniumque Cypridis Metamorphoſin com-
„ men-

* *Cavallero de la Orden da S. Jago, i Gentil-Hombre de la Boca de Felipo Segundo.*

(1) Franc. Garcia *in Dedic. Parab. Evangelic.*
(2) *In Themide pag. 147.*
(3) Jo. Met. Seq. *in Epiſt. præfixa Hieron. Oſorii de Reb. Emman. Reg. Luſit. lib. XII.*
(4) *Epiſtolar. lib. II. Epiſt. XXV.*
(5) *In Præf. ad Epiſt. M. T. Cic.*
(6) *In Dedic. Orat. Fun.*

„ mentus eſt, & ſedecim illis verſibus deſcripſit. Quum autem recens ego inter ipſius familia- „ res receptus eſſem, eidemque librum Transformationum primum (non enim plures abſolve- „ ram) obtuliſſem, verſus illos mihi dari juſſit, mandavitque, ut idem argumentum paullo fu- „ ſius ego pertractarem; quod videlicet, ut facultas erat, præſtiti. Iſtæ vero me commemo- „ raſſe non ad hoc tantum proderit, ut palam ſit, nolle me id quod alienum eſt mihi vindi- „ care, ſed ad hoc maxime, ut eis, qui rite colunt ſtudia hujuſcemodi, præſidium ſit auctoritas „ tanti viri, qui quum tam inſigni eſſet doctrina & ſanctitate, non quidem ea ſtudia dedignaba- „ tur, ſed in honore habebat. Atque id ſane validiſſimum nobis munimentum eſt contra eos, „ qui, dum inſcitiam & negligentiam excuſant ſuam, aut ſententiam callide diſſimulant, ſtudia „ hæc infeſtis animis inſectantur “.

Jugiter Auguſtinus hominum, qui ingenio & eruditione præſtarent, commercio delectatus eſt, eoſque ſummo complexus eſt favore ac benevolentia. Ipſi, dum Romæ eſſet, conſuetudo fuit cum Pyrrho Ligorio Neapolitano *antiquario inſigni & pictore, qui quamvis latinæ linguæ rudis eſſet, quadraginta fere conſcripſit libros Antiquitatum de Nomiſmatis & Ædificiis, non ſecus ac conſcripſere Hubertus Goltzius, Æneas Vicus, Jacobus Strada, aliique; quorum ſi libros inſpexeris, omnes omnino auctores tum græcos, tum latinos quotquot extant, evolviſſe credas. Aliorum nimirum opera utebantur* [1]. Servantur hodie Auguſtæ Taurinorum in Sardiniæ Regis pinacotheca ſex & viginti Pyrrhi Ligorii antiquitatum volumina MSS. quæ dux Sabaudiæ Carolus Emmanuel ſeptingentis & viginti millibus ſeſtertium * emit, ut Joſephus Gemellius in ſuo itinerario (2) narrat. Familiares etiam habuit Sebaſtianum a Plumbo nuncupatum, & Jacobum Tretium excellentes illius ævi opifices, inter quos Sebaſtianus, præter quam quod Bullas plumbeas Paulli III. Pontificis conficiebat, ſummus etiam pingendi arte exſtitit (3).

* 18000 Ducatos.

In Hiſpaniam redux maxima in pleroſque gnavos homines beneficia contulit, atque tunc præſertim, cum eorum induſtria alicujus in re litteraria uſus eſſet. Ilerdæ Antiſtes officinam typographicam Complatenſem ad eam tranſtulit civitatem, ibique piſtrinum chartarium ædificandum curavit. Poſtea Tarracone quoque typographicam officinam perelegantem ſuà pecunià ſuſtentavit [4]. Eam vero, ut dictum eſt, adminiſtravit Philippus Meyus, de quo Auguſtinus in epiſtola, VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. ad Hieronymum Zuritam Tarracone data, hiſce verbis mentionem habuit: „ Typographus apud nos eſt adoleſcens, ſed valde ſolers, viduæ Meyi Valentini Filius, qui quamquam non eſt a pecunia ſatis paratus, „ officinam adornat ſuam. Opitulantur Mater & Vitricus, ego vero plus quam quivis facere. Spes eſt autem fore, ut Barcinone & Gerunda advehatur charta, quæ Januenſi * ſi- „ milis eſt “. Hæc videlicet tunc ſcribebat Auguſtinus, cum chartariæ officinæ nondum ad eum numerum creverant, quo nunc ſunt. Et nihilominus uſque hodie dubitatum eſt, immo vero, quod gravius eſt, etiamnum dubitatur (neſcio an ſincere) utrum charta optima, ut in cæteris regionibus, ita & in Hiſpania confici poſſit.

* Del Pelegrino de Genova.

Quoniam vero eà, quam diximus, in induſtrios litteratoſque homines Auguſtinus erat benignitate, ſingulari etiam benevolentia Franciſcum Patricium proſecutus eſt; quem Hieronymo Zuritæ, ſcriptà ad eum epiſtola Ilerdæ XI. Calend. Februar. anno, ut opinor, MDLXXIII. hiſce verbis commendavit: „ Has tibi litteras reddet Franciſcus Patricius philoſophus perinſi- „ gnis, cujus ad te librum miſi. De his, quæ eo libro continentur, licebit cum ipſo loqui, de- „ que aliis multis, quæ callet, & de vendendis comparandis excudendiſque libris, ſi hiſto- „ riam tuam cogitas ſeu latino ſermone, ſeu mavis vernaculo in vulgus edere. Talis enim „ eſt, qui recte cuncta hæc expediat “. Liber cujus Auguſtinus meminit is eſt, quem Franciſcus Patricius *Nova de Univerſa Philoſophia* inſcripſit. Qui liber a Præfectis Sanctæ Inquiſitioni interdictus eſt, donec expurgaretur; quod nondum effectum eſt. Ejus vero auctor vità deceſſit Romæ anno MDXCVII. ætatis ſuæ LXVII.

Verum non ſecus ac honore debito eos homines, qui bene de re litterarum publica meriti eſſent, proſecutus eſt Auguſtinus, mutuam hi quoque grati animi vicem ipſi reddere non neglexerunt. Multi enim docti viri ſuas illi dedicaverunt lucubrationes, eumdemque habere patronum, glorioſiſſimum ſibi arbitrati ſunt.

Ita Romanæ juriſprudentiæ decus, & præclarum lumen Lælius Taurellus, quum doctiſſimas ſuas in Aquilianam formulam, & legem Velleam, ſententiaſque Catonis explanationes An. MDXLIII. publicaret, libellum ad ipſum miſit *de Militis ex Caſu* inſcriptum [5]; Qui libellus ſive epiſtola in multis deinde editionibus librorum Auguſtini *Emendationum & Opi-*

[1] Ant. Auguſt. *Dial. IV. Antiquit. ex verſione* Andreæ Schotti.

[2] *Tom. II. pag.* 75.

[3] Ant. Auguſt. *Dial. VIII. Antiquit. ex verſione* Andr. Schotti

[4] Jo. Baptiſta Cardona *de Reg. S. Laur. Biblioth. pag.* 28.

[5] Meminit Ant. Auguſt. *Emend. lib. II. cap. II. & Lib. Singul. ad Modeſtinum ad L. IV.* §. Ulpianus. 13. *& ad L. VIII.* §. Jam vero. 7. *de Excuſationib. Dial. II. de Medallas pag.* 70.

Opinionum ſæpe repetita eſt, ut in quarto volumine *Theſauri Juris Romani* Everardi Ottonis *.

* *Ultrajecti apud Joannem Broedelenum An. 1703. fol. 1650.*

Hieronymus Oſſorius, Silvenſis poſtea in Algarbis Epiſcopus, vir doctus & diſertus, quum ab Italia in Portugalliam reverſus eſſet, ſuos eruditos ac perelegantes *de Gloria* Dialogos Romam miſit typis deſcribendos, in quibus duos arctiſſimo ſibi amicitiæ vinculo conjunctos loquentes induxit Ant. Auguſtinum, & Joannem Metellum Sequanum, maximis eoſdem laudibus extollens. Hi porro Dialogi anno MDLII. Florentiæ prodiere paullo poſtquam Florentini Pandectarum libri ab utroque eorum recenſiti (1) ſunt. Qui Dialogi in tanto pretio apud Reginaldum Polum purpuratum, acerrimi judicii multæque prudentiæ ac eloquentiæ virum, fuere, ut per propinquum ſuum, multa nobilitate cæteriſque laudibus clarum hominem, eos curaverit Britannicâ linguâ interpretari (2). Antonii vero Auguſtini judicium atque cenſuram uſque eo Oſſorius reverebatur, ut quum *de Nobilitate Chriſtiana* a ſe ſcriptum Dialogum ad ipſum miſiſſet, & nonnulla in eo Dialogo libere ab Auguſtino improbarentur, ea ſe in alia editione emendaturum reſponderit (3). De his ipſis Dialogis *de Gloria*, & *de Nobilitate* Ant. Auguſtinus, ſimul atque ipſi oblati ſunt, ex improviſo & feſtive dixit:

Gloria, Nobilitas ſcriptis celebrata diſertis
Clareſcent ſæclis innumerabilibus (4).

Baſilius Zancus Bergomas, Ordinis Lateranenſium Canonicus, vir multæ & variæ eruditionis, Ant. Auguſtino dedicavit *In omnes divinos Libros Adnotationes*, quæ una cum Quæſtionibus *in Librum IV. Regum*, & *in Librum II. Paralipomenon* per Antonium Bladum typis deſcriptæ ſunt Romæ An. MDLIII. *

* *In 4°.*

Petrus Simon Aprileus Laminitanus, humaniorum litterarum ac Philoſophiæ Præceptor, & in Cæſarauguſtana Academia Doctor cathedrarius, a. d. VI. Calend. Jul. An. MDLXX. Ant. Auguſtino eum dedicavit librum, cui titulus eſt: *M. Tullii Ciceronis Epiſtolarum libri tres: cum interpretationibus & ſcholiis Hiſpana lingua ſcriptis, quibus aditus facillimus aperitur ad non magno labore litteras Latinas perdiſcendas Petro Simone Aprileo Laminitano interprete, & Auctore &c. Tudelæ Per Thomam Porralis Allobrogem, ipſiuſmet Auctoris ſtudio, & opera correctum 1572. cum privilegio Regis per Decennium.* Quem deinde librum renovavit Aprileus, addiitque notis, cum hujuſmodi inſcriptione edidit: *Los dos Libros de las Epiſtolas ſelectas de Marco Tulio Ciceron, en que ſe pone el uſo de cartas Narrativas, i de Favor llamadas Comendaticias con traducion, i declaraciones de lengua Caſtellana.* Utrum vero typis deſcribendus eſſet, an ſecus, judicium permiſit tanto viro, qui quum eam utiliſſimam latinas docendi litteras rationem utique probaviſſet, prodiit Cæſarauguſtæ liber typis Joannis Solerii An. MDLXXXIII. * &, me ſuaſore, Valentiæ An. MDCCLX. per Joſephum Thomam Lucaſium iterum excuſus eſt *.

* *In 8°.*
* *In 8°.*

Lucubrationem quandam ſuam Auguſtino item dedicavit Andreas Capella Valentinus, qui quatuordecim natus annos Jeſuitarum amplexus eſt (5) inſtitutum; in quo non diu, tunc quidem, permanſiſſe, illud argumento eſt, quod de eo traditur: Ipſum nempe, poſtquam anno ætatis ſuæ XVIII. ad linguarum latinæ, græcæ, atque hebraicæ doctrinam utriuſque juriſprudentiæ lauream adjeciſſet, ſanctioris vitæ deſiderio Carthuſienſe ingreſſum eſſe monaſterium *Porta Cœli* nuncupatum, quod a Valentina urbe non plus abeſt ſtadiis octoginta *. Verum adverſa valetudine, & quadam injecta animo religione, ad Jeſuitas reverſus eſt, apud quos fuit collegii Valentini Rector, & in Romano collegio Doctor cathedrarius *. Sed poſtmodum confirmata valetudine, & venia a Gregorio XIII. Pontifice impetrata, rurſum ad Carthuſienſes Monachos rediit anno MDLXIX. quorum inſtitutum in Catalaunenſi *Scalæ Dei* Monaſterio a. d. XVI. Calend. Februar. An. MDLXX. profeſſus eſt. In quo poſtea Monaſterio, ut in antedicto *Portæ Cœli* Valentino, in Caſtellenſi *del Paular*, Mediolanenſi *D. Ambroſii*, & Neapolitano *D. Martini*, Antiſtes factus eſt. Provinciam luſtravit Galliam Ciſalpinam, idemque inter IXviros fuit, qui ſacro Carthuſianorum Ordini ad veterem diſciplinam revocando navarunt operam. Vir ſummæ ſanctitatis & doctrinæ, quem tanti fecit Philippus II. Rex, ut eum, Romani Pontificis auctoritate, in Aragoniæ & Catalauniæ Regnis Monachorum D. Benedicti Cœnobia, & Canonicorum, quos Regulares D. Auguſtini vocant, luſtrare, eorumque mores reformare juſſerit; tandemque, ut Urgellenſis inauguraretur Pontifex, curaverit; in quo munere exercendo, quantâ eſſet prudentiâ ac pietate præclare oſtendit (6). Is, quum in Monaſterio *Schalæ Dei* degeret, eximiam ſuam Ant. Auguſtino inſcripſit lucubrationem, cui titulus eſt: *Libro de la Oracion, en que ſe ponen Conſi-*

de-

* *Poco mas de tres leguas.*
* *Cathedratico de Prima.*

[1] Jo. Metell. Seq. *in Epiſt. Dedicat. præfixa Hier. Oſſorii de Reb. Emman. Reg. Luſit. libris XII.*
[2] Idem *ibid.*
(3) Nicolaus Antonius *in Anton. Auguſt.*
[4] Andr. Schott. *in Hiſp. Biblioth. pag.* 529.
[5] Rodriguez *Biblioth. Valent. pag.* 51.
[6] Idem *en la Bibliotheca Valentin.* Ximenes *en los Eſcritores Valencianos Tom. I.* ex Alfuara *Annal. Carthuſ. MS.*

*deraciones ſobre los Evangelios de todos los Dominigos del año, i algunas Fieſtas principa-
les. Va al fin Añadida una Carta o Coloquio interior de Chriſto nueſtro Redentor al ani-
ma devota: compueſta en Latin por el R. P. D. Juan Laſpergio, i traducida en Romance
por el miſmo Autor. En Lerida por Pedro Robles, i Juan de Villanueva año* 1575. * Il- * *En* 8°.
lum vero librum Auguſtini ſumptibus deſcriptum typis fuiſſe credibile eſt, quum & Ilerdæ
prodierit, & ſub illius munificentiſſimi Præſulis auſpiciis: Quemadmodum & aliud ejuſdem
auctoris ſcriptum, cujus eſt titulus: *Conſuelo de nueſtra Peregrinacion:* quod Ilerdæ pariter
per eoſdem typographos vulgatum eſt An. MDLXXIV. * Librum habeo *de la Oracion* rur- * *In* 8°.
ſum anno MDLXXVIII. per Joannem Solerium Cæſarauguſtæ editum *, ab Andrea Capel- * *In* 8°.
la retractatum, cum Laſpergiani libelli interpretatione & quibuſdam additis, quæ in priori
editione deſiderabantur.

Clariſſima veteris hiſtoriæ lux Onuphrius Panvinius primum Faſtorum librum an. MDLVII.
Ant. Auguſtino dedicavit (1), quum eſſet hic apud Ferdinandum I. Romanorum Regem Summi
Pontificis Legatus. Panvinio autem Auguſtinus Faſtorum, qui Siculi nuncupantur, exemplar com-
municavit; quo nimirum ille in ſuis conſcribendis libris uteretur. *Faſti* vero *Siculi* ideo hoc ha-
buere nomen, quod eos repererit Hieronymus Zurita in vetuſta quadam Siciliæ Bibliotheca.
Quod quum reſciſſet Auguſtinus, qui inter XIIviros litibus judicandis præpoſitos tunc Romæ
erat, Codicem ad ſe perferendum curavit, & Panvinio tradidit, ut hic faſſus eſt (2).

Stephanus Pighius Campenſis vir clarus, multumque in antiquitatis tum latinæ cum
græcæ ſtudiis verſatus, anno MDLXVIII. typis Criſtophori Plantini libellum * Antuerpiæ * *In* 8°.
edidit, quem inſcripſit *Themis Dea ſeu de Lege Divina.* In eo libello loquentes inducti ſunt
ipſe Pighius, Ant. Auguſtinus, & Antonius Morillonius, qui Lovanii fuerat in primis hu-
maniorum litterarum ſtudiis Pighii condiſcipulus, egregius adoleſcens, atque omnibus ingenii
& eruditionis laudibus ornatus, ut idem teſtatur Pighius (3). Quum autem hic ſuum in vul-
gus librum edidiſſet, judicio eum ſubmiſit Nicolai Florentini, qui inter ejus ætatis medicos
doctus habebatur. Et quum hic primas in Dialogo partes Antonio Morillonio attributas fuiſ-
ſe miraretur, illam Pighius attulit facti excuſationem, quod, etſi ob multam antiquitatis
peritiam cæteramque doctrinam, primæ Ant. Auguſtino partes deberentur, ſatius tamen illi
magiſque ex tanti viri dignitate viſum fuiſſe, ſi Judicis potius partes una cum Rodulpho Pio
purpurato ageret in eo Dialogo Auguſtinus, & in Pighii & Morillonii dicta cenſuram fer-
ret (4).

Ejus vero neceſſitudinis, quæ Ant. Auguſtino cum Pighio fuit, ipſe in epiſtola ad Hie-
ronymum Zuritam Ilerdæ ſcripta Calend. Jun. anno, ut conjectura eſt, MDLXXVIII. hi-
ſce verbis meminit Auguſtinus: „ Plurimam * Operio Præfecto meis verbis ſalutem dices, * *Al Señor Preſidente Operio.*
„ & hanc reddes epiſtolam; qua nimirum ei reſcribo, quam tu miſiſti, una cum diſertiſſimo
„ amici mei libello, cui *Themis* inſcriptio eſt “. In quo maxime conſideranda eſt modeſtia
Auguſtini, qui quum in eo libro loquens inductus eſſet, mentionem ejus rei nullam fecit.
Tantum nempe aberat, ut inani gloria extolleretur.

Joannes Metellus Sequanus; quo quidem homine Ant. Auguſtinus & in litterarum ſtu-
diis ſocio, & in vitæ conjunctione amiciſſimo totum quinquennium Bononiæ uſus fuit, poſt-
que habuit eum Romę comitem, perque familiarem decem annos (5); ſtatim ac de rebus Em-
manuelis Regis Luſitaniæ libros duodecim, quos Bononiæ Hieronymus Oſorius Sylvenſis apud
Algarbas Antiſtes latinis ſcripſerat litteris, ſive potius ex Regis Emmanuelis hiſtoria pedeſtri
ſcripta ſermone latine verterat, in manibus habuit, illos typis iterum curavit deſcribi, atque
ad Ant. Auguſtinum miſit, qui eâ tempeſtate ampliſſimum Ilerdenſe Sacerdotium obtinebat
An. MDLXXIV. * Id autem fecit Metellus, cum ut Ant. Auguſtino neceſſitudinis officia præ- * *In* 8°.
ſtaret, tum ut amicitiam ipſi ſuam ſignificaret eo miſſo libro, qui doctum in primis hominem
& eloquentem Hieronymum Oſorium auctorem haberet: cujus ei conciliaverat Auguſtinus fa-
miliaritatem, ſive potius convictum una etiam cum Hieronymo Calcena (6).

Hieronymus Zurita, hiſtoricus graviſſimus ille quidem, atque ſummo judicio plurimaque
integritate vir, ad Ant. Auguſtinum miſit librum Godefridi Malaterræ Monachi Alexandrini,
qui Valſecinæ in Salvatoris ædibus ſuorum præfecturam geſſerat; itemque librum de Roberti
Viſcardi, atque Regum Siciliæ Familiis, quem quidem librum ipſe e Ptolemæi Lucenſis An-
nalibus eruerat. Hæc omnia edita fuerunt Cæſarauguſtæ typis Dominici Portonarii An. * *In fol.*
MDLXXVIII. * Ii quidem libri mihi ſunt chartâ ampliſſimâ ſplendidiſſimâque deſcripti. Re-
liqua etiam habeo Hieronymi Zuritæ ſcripta, quæ ad hiſtoriam ſpectant.

Fran-

[1] Vide *Dedic. Faſtor.*

[2] *In Præf. Faſtor.* Dormer. *in Progreſſ. &c. pag.* 65.

[3] *In Themide pag.* 8. *& ſeqq. & pag.* 35.

[4] Vide Pighii *Epiſt. ad Nic. Florentinum ad calcem Themidis.*

[5] Jo. Metell. Seq. *in Epiſt.* qua ad Ant. Auguſt. miſit *Hier. Oſſor. de rebus Emmanuelis R. Luſit. libb. XII.*

[6] Idem *ibid.*

Franciſcus Garcia Dominicanus, qui in Tarraconenſi Academia Theologiam profitebatur, doctus plane vir & cumprimis pius, ad Ant. Auguſtinum miſit librum, qui inſcribitur: *Franciſci Garciæ Hiſpani Dominicani Emendationes eorum erratorum, quæ librariorum incuria in ſumma Theologica Sancti Thomæ hactenus reperiebantur. Tarracone apud Philip-*
* In 4°. *pum Mey An. MDLXXVIII.* * Sane nemini dubium eſſe poteſt, quin vir plane liberalis, quum is liber in ſuis deſcriberetur ædibus, & ſub ſuo nomine, ſuoque juſſu prodiret in lucem (ut ipſe Garcia ſcripſit in Præfatione) ſumptus in deſcriptionem fecerit; atque ita ſcriptori ſe gratum præbuerit: Præſertim vero quod eorum temporum ſic mores ferebant.

Franciſcus Turrianus, pietate ac eruditione inſignis vir Romæ An. MDLXXXI. ſub Auguſtini nomine edidit ab ſeſe latine redditam Interpretationem Theologicam, quam pridem græce ſcripſerat Joannes Sapiens, cognomento Cypariſſiota. Addiderat vero Turrianus σχόλια, notationeſque doctrinâ pleniſſimas. Is vero liber utiliſſimus ſane eſt ad ea probe intelligenda, quæ ſub Divi Dionyſii Areopagitæ nomine circumferuntur.

Joannes Granata Dominicanus; qui Novæ Bilbili natus erat, poſtquam diu multumque orationibus pro religione habendis laboraſſet, librum ſcripſit, & ad Auguſtinum miſit; quo quidem libro eas Jeſu Chriſti hiſtoriæ partes, quæ inter ſacra quotidie leguntur, interpretatus fuit, & moralibus explicavit quæſtionibus. Liber editus fuit Cæſarauguſtæ typis Petri Robele-
* In 4°. ſii An. MDLXXXV. *

Poſtremò (quod quidem ego ſciam) Michael Thomaſius Taxaquetus, ad Majorem natus Balearem, qui Tridentino Concilio inter Theologos interfuerat, atque in ampliſſimo Ilerdenſi Sacerdotio Ant. Auguſtino optimus optimo ſucceſſerat, doctus plane vir, & qui libros rariſſimos, manu præſertim ſcriptos, diligentiſſime colligebat: Maximas verò ob eam rem meretur laudes, quod Gregorio XIII. Pont. Max. inſtiterit etiam atque etiam, ut Decretum Gratiani corrigi emendarique juberet; neque ipſa ex illis fuit, qui plurimum in eo emendando decreto elaboraverunt (1): Is itaque ſapiens plane vir, qui Ant. Auguſtinum multâ complectebatur benevolentiâ, ad eum miſit manu librum ſcriptum, qui inſcribebatur: *Explanatio L. 1. de juſtitia & jure D. L. Diem functo. de Offic. Aſſ.* Hujus voluminis mentio fit inter Ant. Auguſtini
* Ad vol. poſtremum. libros latinos, qui manu eſſent ſcripti *. Atque illud obſervatione dignum eſt, eum librum noſtris temporibus in Laurentiana Regis Bibliotheca adſervari.

Sane tanta, tamque præclara hominum nobiliſſimorum obſequia illud aperte ſignificant, eos Ant. Auguſtino comi in primis, & liberali uſos fuiſſe. At equidem legendo obſervavi, neminem unum præſtantem virum iis temporibus fuiſſe, qui non in Auguſtini amicitiam conaretur obrepere. Illos vero omnes perſcribere, non id quidem ad Ant. Auguſtini hiſtoriam pertineret, ſed potius ad locupletiſſimam magnorum hominum ſeriem conficiendam. Tantum itaque de nonnullis Hiſpanis viris verba faciam; illis omnibus prætermiſſis, de quibus in his commentariis mentio eſt facta. En ergo qui fuerint neceſſarii ejus:

Didacus Mendozenſis, qui ab Hiſpaniarum Rege ad Venetos primum, mox ad Pontificem Max. & ad Tridentinum Concilium legatione functus fuit, vir ſummo loco natus, optimiſque artibus maxime eruditus, cujus ingenium plane facetum Ant. Auguſtinus monſtravit in Septimo Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque Dialogo (2).

Didacus Covarrubia, Segubienſis Antiſtes, qui in eo Collegio, quod negotiis præeſt Numantinorum & Carpetanorum Præfectum agebat, ſummo judicio plurimâque doctrinâ vir, juriſque cum civilis, tum pontificii ſcientiſſimus. De eo homine ipſe Auguſtinus ſcripſit, utriuſque animos veritatis cognoſcendæ ſtudio, minimeque vulgari amicitiâ fuiſſe conjunctos (3). Poſt vero quam is mortem obierat, de eo ſcripſit honorificentiſſime iis litteris, quas Tarracone ad Hieronymum Zuritam dabat a. d. VI. Id. Decembr. An. MDLXXVII. his verbis: „ Perculit me ſane de Covarrubiæ Præfecti obitu nuncius: Nec minus quantam frater ejus (4) jacturam fecerit, conſideravi. Atqui ſpero, Regem ei ſeſe gratum præbiturum “.

Benedictus Arria, qui in Carpetanorum montibus natus erat in oppido, quod Fregenal Serræ vocatur, propterea que Montanus vocitatus fuit, vir multis linguis eruditus, & Poeta cum primis nobilis, idemque Theologiæ peritiſſimus. Is quidem in Tridentino Concilio magnos tulit labores. De eo autem Ant. Auguſtinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam V. Calend. Sextil. dabat An. (ut quidem arbitror) MDLXXVI. ita ſcripſit: „ De Complutenſi expeditione rem in Arriæ Montani adventum reiiciendam puto. Is mecum fuit paucos dies, ſeque eâ re alieniorem oſtendebat. Fortaſſe pollicitationibus reddetur facilior “. Tunc Româ Arria revertebatur; ut apparet ex epiſtola, quam Latinus Latinius dedit ad Ant. Auguſtinum Romæ prid. Calend. Junias An. MDLXXVI. In ea enim Latinius inquit: Montanum eâdem die in Hiſpaniam profectum eſſe, ut ab Philippo Secundo Rege præmia conſequeretur la-

[1] Ant. Auguſt. *in lib. prior. de Emend. Grat. Dial. III. pag.* 22.

[2] Nic. Antonius *in Anton. Auguſt.* Ipſe Auguſtinus *in Dial. VII. pag.* 299.

(3) Idem Auguſtin. *ibid. Dial. V. pag.* 43.

[4] Ant. Covarr. Legvenſis, de quo vide *Nic. Antonium.*

Digitized by Google

laborum, quos ſuſtinuerat maximos, dum ſacros libros Regis juſſu typis curabat deſcribi.

Ad Auguſtini amicitiam acceſſit quoque Gaſpar Quiroga Cardinalis, Urbani Divæ Balbinæ Templi Sacerdos, Toletanus Pontifex, qui in Numantinorum & Carpetanorum Regno Magnum Cancellarium gerebat. Hic ab Pontifice Max. ejus in Hiſpania magiſtratus, quem ab inquirendis de religione erroribus nomen habere diximus, Præfectus creatus fuerat. De eo homine Ant. Auguſtinus litteris ad Hieronymum Zuritam Ilerdæ datis a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. ita ait: „ Scripſi ad Conchenſem Antiſtitem, uti me amare pergat: ejus e„ nim benevolentiam facio, ut debeo, plurimi. Novam illi dignitatem ſum gratulatus; de qua, „ quum Neapoli una eſſemus, divinaveram: Sed is fidem mihi non adhibebat “. Is Conchenſis Antiſtes, ſummus ſane vir, miſit ad Gregorium XIII. Pont. Max. viginti Hiſpaniæ Conciliorum acta e vetuſtiſſimis exemplaribus exſcripta: quæ collegerat Joannes Baptiſta Peretius Valentinus multâ vir ſcientia, qui primò in Toletano maximo Templo ſacerdotium geſſit: poſt vero Segobrigenſis Antiſtes fuit. Hunc vero Peretium Ant. Auguſtinus ſæpe magnis de rebus conſulere ſolebat. Ipſe (1) Joannes Baptiſta Peretius illis Conciliorum actis duos addidit libros eruditione refertos: qui ſunt Hiſtoria Conciliorum Hiſpaniæ, quæ ante Arabum, & Maurorum adventum habita fuerunt; & Hiſtoria Gothorum Regum Hiſpaniæ excerpta ex antiquis Conciliorum Codicibus, qui ſunt in Iſidori de Gothis libro, & ex Annalibus Vulienſis Antiſtitis. Ii hiſtoriarum libri Ant. Auguſtino teſte (2) multam continent utilitatem. Quare ipſe Auguſtinus in Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque Dialogo VIII. locum habere voluit illam Gothorum Regum Hiſpaniæ ſeriem: Atque illud quidem eſt notatione dignum, in totis illis Dialogis nihil aliud ex alieno reperiri; qua ex re facile apparet, quanti faceret Auguſtinus ſcripta Peretii neceſſarii ſui. Hic quidem mortem obiit in villa quadam, quæ eſt in Valentino ſuburbano, quò ſe contulerat Medicis, omnibuſque amicis ſuis inſtantibus; ut paterni cœli ſalubritate afflictam recrearet valetudinem. Enimvero ingraveſcente morbo quadrageſima die e vita migravit illa Jobi verba recitans: *Libera me, Domine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me.* Qua die is mortuus eſt, ea dies fuit poſtrid. Id. Novemb. An. MDXCVII. ætatis ſuæ LXIV. quum ſex omnino annos provinciam multa cum laude geſſiſſet. Aderat quum moreretur ſummus ille vir Joannes Ribera Valentinus Pontifex, qui eà etiam dignitate, quam Patriarchalem vocant, honeſtabatur. Hic morienti extrema religionis officia voluit ipſe præſtare. Bibliothecam Peretius teſtamento legavit Segobrigenſis maximi Templi Sacerdotum Collegio. Erat vero ea Bibliotheca cumprimis locuples ac ſplendida. Nanque erant in ea ſane permulti exquiſiti libri, partim qui ad humaniores litteras & ad hiſtoriam, partim qui ad theologiam, atque ad jus cum civile tum pontificium ſpectarent: Sed, quod omnia ornamenta vincebat, in librorum fere omnium margine obſervationes legebantur, quas ipſe ſcripſerat Peretius (3).

Seſe quoque in Ant. Auguſtini amicitiam dediderunt Petrus Joannes Nunneſius Valentinus grammatica, & rhetorica vir clarus, & qui cum latine, tum græce optime ſciret, atque in Ariſtotelica diſciplina acutiſſimus, & in geographia eruditiſſimus haberetur. Eum itaque Auguſtinus ſæpe de magnis rebus conſulere ſolebat; ut apparet ex multis ad Hieronymum Zuritam ſcriptis epiſtolis:

Hieronymus Blanca, qui Nunneſium audiverat, ex eoque latini ſermonis nitorem elegantiamque ebiberat. Scripſit verò cum prudenter, tum diligenter Celtiberorum res (4):

Joannes Paetius Caſtrenſis, qui natus erat Queri (id Carpetanorum prope Caracam eſt oppidum), eratque ſummo ingenio, multaque ſcientia vir præditus, atque propter inſignem Ariſtotelicæ doctrinæ notitiam celebrabatur maxime. Hic Philippi II. Hiſpaniarum Regis erat Annalium Scriptor, Sacrorumque Magiſter. Is illis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dedit Romæ III. Calend. Mart. An. MDXLVII. ſatis oſtendit, quanti faceret Ant. Auguſtinum, quantâque ipſe Auguſtinus benevolentiâ Zuritam complecteretur. Itaque his utitur verbis (5): „ Ant. Auguſtino valde familiariter utor. Is te mirifice diligit. Hominem eruditionis, virtu„ tumque amantiorem vidi nunquam. Optimos ille quidem libros habet permultos, præſertim „ qui ad juris, quam ipſe profitetur, ſcientiam pertineant “.

Bernardinus Gometius Miedeſius, qui primum in Valentino maximo Templo peramplum illud gerebat ſacerdotium, quod ab oppido Murviedro nomen accepit; poſtea vero ampliſſimum apud Lubetenſes ſacerdotium obtinuit, mortemque obiit An. MDLXXXV. Hominem certe ſua ſatis ſcripta oſtenderunt, ac potiſſimum quinque illi de Sale libri. Hic porro Ant. Auguſtinum præceptoris loco habere conſueverat (6).

(1) *In Præf. Fabor.* Dormer. *in Progreſſ. Hiſt. apud Celtib. pag. 65.*

(2) Anton. Auguſt. *in Biblioth. MS. Lat. num.* 258. *& in Antiquit. Rom. Hiſp. Dial. VIII. pagg.* 330. *&* 331. Aguirr. Card. *in Conc. Hiſp. vol. I. pag.* 24. *&* Hugo Grot. *in Proleg. Hiſt. Gothor. pag.* 47.

(3) Jo. Franc. Villagraſſenſis *in Antiquit. Segorbienſ. Temp. lib. & in Segorbienſ. Antiſtitum ſerie ad pag.* 208.

(4) Ant. Auguſt. *in Epiſt. ad Hier. Blancam.*

(5) Dorm. *in Prog. Hiſt. apud Celt. pag.* 478.

(6) *In Epiſt. ad Zurit. data, quæ habetur in Dormer. Progr. Hiſt. apud Celtib. pag.* 439.

Joannes Baptiſta Cardona, qui Valentiæ natus in Valentino maximo Templo ſacerdotium primò gerebat; poſtea autem Helenenſium, tum Viquenſium, ac tandem Dertolenſium Antiſtes fuit. Hic Ant. Auguſtino conjunctiſſimus quidem fuit, eique magni precii libros commodare ſolitus erat; uti conſtat ex iis litteris, quas ad ipſum Auguſtinum dedit Valentiæ IV. Nonas Sextil. An. MDLXXXI. quarum litterarum manu exemplum ſcriptum mihi eſt.

Bartholomeus Friaſius Albornotius Eborenſis, qui in Mexicanà Academià Juris profitebatur prudentiam: Et quum ingenium ei eſſet peracre, admirabiliſque memoriæ vis, doctrinà planè excellebat, multaſque callebat linguas (1); hiſtoriam vero magnà cum laude ſcripſit (2).

Alvarus Gometius Caſtrenſis, qui in quodam Carpetanorum pago prope Toletum natus erat, cui pago Olallæ nomen eſt, multà vir eruditione, Poeta minime vulgaris, & hiſtoriarum ſcriptor eximius (3).

Ambroſius Moralenſis: cujus viri nomen, dum Hiſpanorum res aliquo erunt loco, non poterit oblivioni mandari. Atqui Ant. Auguſtinus: propterea quod in judicando paullo eſſet ſeverior; & quamvis hominum amiciſſimorum res ageretur, ipſe tamen unam ſpectabat veritatem: iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat IV. Id. Octobr. An. MDLXXIII. hoc de Moralenſis Annalibus edidit judicium: „ Ambroſii Moralenſis librum feſtinanter legi. „ In id incidi caput, in quo de eo lapide, qui Barcinone ad Juſti Fanum eſt (4), ſermo „ habetur. Rem ſane male interpretatus eſt, nullàque prodidit veritate. In multis item aliis, „ quæ ad antiquitatem pertinent, mihi habere videtur quod diſcat. Cæterum ejus libri Hiſpa- „ nis hominibus utilitati erunt: Nam qui liber eſt de hominibus pro religione mortem paſ- „ ſis, is ſane mihi probatur: multa enim habet e veteribus eruta Bibliothecis, quæ ſciri „ digna ſunt“.

Permultis denique aliis omiſſis magna Auguſtino fuit neceſſitudo cum Antonio Gratiano Didaci F. Is vir mihi videtur a patre hereditatis loco habuiſſe ſtudium, induſtriam, ac diligentiam; quibus uterque probatiſſimos quoſque græcos libros Hiſpanice convertit. Hic itaque Philippo II. Regi a ſecretis fuit, & e græco Codice hiſpanicè reddidit (non tamen typis vulgavit) Hieronis Alexandrini librum τῶν πνευματικῶν, hoc eſt de machinationibus, quæ ad vacuitatem comparantur (5).

Ac ne cui forte Auguſtinus videatur cum viris tantum doctis amicitias iniiſſe: ſane permultis etiam utebatur familiariter, qui auſtere ſancteque viverent. Itaque magna cumprimis ei erat neceſſitudo cum Nicolao Factore Franciſcino Minorita. Hic Tarraconem ſe contulit: Atque quum Deo Immortali preces funderet, rerum divinarum contemplatione tantopere diſtinebatur, ut mente alienaretur. Hominem vidit Auguſtinus ita rerum cæleſtium meditatione occupatum, ut ſenſus omnino eum reliquiſſent: Quapropter eo, quo tunc ſtabat, modo pingi, atque hoc in tabula epigramma inſcribi voluit:

Dum guſtas, Factor, Domini dulciſſima verba,
Raptus es in cœlum, perfrueriſque Deo.
Inde redis lætus, cœleſti ac nectare plenus,
Atque doces cœlum ſcandere qua liceat (6).

Quoniam tales viros Auguſtinus habebat ſibi amicitià conjunctos, ſane jure ac merito ſcripſit ipſe ad Fulvium Urſinum effatum illud animadverſione digniſſimum: *Multo minoris pecuniam æſtimamus, quam amicitiam, ac laudem.*

Quum Joannes Baptiſta Cardona, Dertoſenſis Antiſtes, excellenti judicio prudentiàque vir, probe noſſet, quam eſſet acer Ant. Auguſtinus in litteratis viris, atque omnino ingeniorum momentis expendendis, quando agebatur de regiæ Bibliothecæ Præfecto, Miniſtriſque deligendis ad Philippum II. Regem ita ſcripſit: „ Certe nunc in viris eruditis eligendis Ant. „ Auguſtinus, ſi viveret, poſſet tuo, Rex, deſiderio cumulatiſſimè ſatisfacere: tantum in ho- „ mine erat judicii acumen (7)“.

Ardebat ſane Ant. Auguſtinus ſummo in omne litterarum genus ſtudio, vel amore potius. Nec vero doctrinam ad ſuperbiam comparabat; ſed tantum ad animi cultum, atque ut ipſe ſe regere, magnoſque ad virtutem progreſſus facere poſſet. Itaque Petrus Joannes Nanneſius (8) memoriæ prodidit, Auguſtinum, quod litterarum ſtudioſis maxime faveret, ſæpius ſolitum eſſe dicere: Sibi eorum hominum, Hiſpanorum præſertim, miſeram videri conditionem;

[1] Franciſcus Sanchetius Brocencius *in latinæ linguæ libro.*

[2] Nic. Antonius *in Barth. Friaſ.*

[3] Ant. Auguſt. *in Antiquit. Rom. Hiſp. Dial. pag.* 24. *itemque in multis Epiſt.*

[4] Idem *in Antiquit. Dial. IX. pag.* 347. Gruter. *pag.* 378. *num. L* itemque *in corrigendis, & animadvertendis*, ubi legendus ſane eſt.

[5] Nic. Antonius *in Anton. Gratiano.*

[6] Pancirol. *De clar. leg. Interpret. ad pag.* 383. *& ſeqq.*

[7] Jo. Bapt. Cardona *de Reg. D. Laur. Biblioth. pag.* 23.

[8] *In Præf. ad Epitheta M. T. Ciceronis.*

nem; propterea quod ab ineunte uſque ætate ſeſe ejuſmodi magiſtris in diſciplinam traderent qui nullam litterarum, ac optimarum artium, vel certe minimam noviſſent partem; adeoque ea adoleſcentes perdocerent, quæ nulli ipſis uſui eſſe poſſent. Sed ſane vehementius ea re angeretur, ſi noſtris viveret temporibus, cum certe tales humaniorum litterarum præceptores in Hiſpania non ſint, quales uterque Nunneſius, Pincianus, & Valentianus, aliique ſimiles ſe præbuerunt; qui omnes Ant. Auguſtini ætate, atque in ejus amicitia vixerunt.

Quum itaque in Auguſtino eſſet & inſignis librorum amor, & judicium plane exquiſitum; ſemper ob eam rem in optimis ejus ætatis libris colligendis plurimus fuit: Neque ea propter labori, neque ſumptui unquam pepercit; præſertim ut magnam librorum manu ſcriptorum vim adipiſceretur. Eximios idcirco librarios alere ſolebat. Ex illis vero fuit quidam Andreas Darmarus, qui (ut ipſe ait Auguſtinus (1)) Epidauri in Peloponneſo natus erat. Eum itaque hominem Auguſtinus Hieronymo Zuritæ commendavit litteris a. d. VIII. Calend. Jun. An. MDLXXIII. Ilerdæ datis hoc exemplo: „ Andreas Darmarus Græcus librarius tibi hanc „ epiſtolam reddet. Is quidem litterarum & librorum merces affert: Quare tibi ſatis ab ſeſe „ putavi iri commendatum; neque dubito, quin tu hominem liberaliter ampleĉtaris, & qui- „ bus rebus poteris (poteris autem quamplurimis) velis juvare; non modo apud Regem, cui „ quidem nonnulla proferet, ut græci manu libri ſcripti augeantur, ſed etiam ſi quid præterea „ ei opus fuerit. Quoniam vero a me mandata accepit, ut nonnullos libros, qui iſtic ſunt, „ mihi exſcribat, eorumque indicem habet in codicillis: Ideo abs te peto, ut homini eos libros „ cures permitti vel alium poſt alium, vel ea ratione, quæ tibi optima viſa fuerit. Eſt enim „ vir cumprimis fidelis mihique probe notus; græcam vero linguam plane callet. Quocirca ſi „ illa Regis juſſu volumina brevi eſſent vulganda, poſſet in ea re utilem navare operam: „ eſt enim diligentiſſimus. Reliqua ſuperioribus ad te litteris perſcripſi. Itaque non ero longior. „ Cura, ut valeas “. Eâ epiſtolâ Auguſtinus ſuæ in Darmarum benevolentiæ ſatis non putavit factum: ſed aliam etiam ſcripſit Barcinone IX. Calend. Decembr. eodem (ut conjicio) anno hoc exemplo: „ Andreas Darmarus Græcus, familiaris meus, venit ad vos cum libris, quos „ Regi exhibere cogitat. Is vir plane libris græcis exſcribendis, venundandiſque ſe alit. Tu ſi eum, „ quibus rebus opus habuerit, juvare volueris, mihi feceris pergratum. Exemplum orationis „ a Paëtio neceſſario noſtro habitæ, tum illius legum libri, quem tu Nuerofio Fiſci Advoca- „ to oſtenderas, velim cures ad me perferendum “.

Alias etiam de eodem librario ſic ſcripſit [2]: „ De Paëtii libris cupio ſcire, an in Regia „ Divi Laurentii Bibliotheca remanſerint, atque an inde poſſint exportari, necne. Habemus „ enim hîc græcum librarium, quem tibi commendaveram; habetque plurimos libros ſane egre- „ gios; ſed quos magno vendat pretio “.

Sane Ant. Auguſtinus librarium illum tanti æſtimabat, ut cum ad Laurentianam Regis Bibliothecam miſerit, in qua aliquot ſibi libros, quibus habebat opus, exſcriberet. Itaque litteris ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. Ilerdæ ſcriptis ita ait: „ Noveram quam abs te humaniter Andreas Darmarus fuerat exceptus; eumque ſciebam tuis „ Annalibus exſcribendis operam dare. Videbimus quid ab Laurentiana eruet Bibliotheca. Sa- „ ne, ut tu veriti ne ſcripſiſti, ſi optimi colliguntur libri, ne cui unquam communicentur; „ major inde jactura, quam utilitas exiſtat neceſſe eſt. Dicunt, ſeſe typographum conductu- „ ros, eoſque vulgaturos theſauros. At vereor, ne ſenes eo bono frui poſſint “. Hæc Auguſtinus CXCIII. abhinc annis cantabat: neque adhuc eò felicitatis ventum eſt.

Alio etiam Auguſtinus utebatur librario Nicolao Turriano: quod quidem ex earum litterarum quodam capite colligitur, quas ad Zuritam IV. Id. Octobr. An. MDLXXIII. Cæſarauguſtæ dabat. Id caput eſt hujuſmodi: „ Scripſit ad me Gratianus, Regem ſibi facultatem „ feciſſe, ut libri, quos ego cupiebam, exſcribantur: Addidit vero, ſeſe ab Nicolao Turria- „ no, quam ab Andrea Darmaro, malle exſcribi. Eum puto id velle, ut homini quæſtum „ præbeat. Mea id nihil refert: modo libri exſcribantur. Tu, ſi me amas, rem urge. Maxime „ cupio Baſilicorum librum VII. & initium libri VIII. tum initium libri De Legationibus “. Qui libri ex Baſilicis fuerint ab Ant. Auguſtino collecti, legi poteſt in Indice ejus librorum, qui manu græce eſſent ſcripti, qua agitur de jure civili: itemque in Jacobi Cujacii Præfatione libri LX. tum in Suaretii Notitia Baſilicorum, qui libellus editus etiam fuit cum totis Digeſtis Amſtelodami An. MDCLXIII.

Tam multa erant, quæ Ant. Auguſtinus ſibi mandaverat exſcribi, ut fortaſſe in ea exſcriptione uterque librarius operam navaverit: Quod quidem deprehendi poteſt e litteris ad Zuritam prid. Id. Februar. An. (ut puto) MDLXXIII. ſcriptis hoc exemplo: „ Accepi ab An- „ tonio Gratiano litteras, quibus notaverat libros omnes manu græce ſcriptos, qui in Regis Bi- „ bliotheca adſervantur. Id a me tibi arbitror deberi. Itaque hæc ad te ſcribere volui, ut ſci- „ res, me ex ea te maximam voluptatem cepiſſe. Majora ante, ut verum fatear, animo com-

(1) *In Epiſt. ad Hier. Zur. IV. Id. Sept. An. MDLXIII. Ilerdæ data.*

(2) *In Epiſt. Ilerdæ data VI. Cal. Quinct. An.* . . . . .

„ prehenderam: verumtamen & multi, & rari, & perveteres libri ſunt; ut plane theſaurum judicem. Si libri, quos his litteris indicatos habes, exſcribi poſſunt; duos librarios, quibus in ejuſmodi exſcriptionibus uti conſuevi, celeriter ad vos mittam “.

Non deerunt certe, qui otioſi hominis ineptæque diligentis eſſe judicent, hæc omnia perſequi, quæ minima videantur. Enimvero ii conſiderare debent, hæc omnino eſſe dicenda; propterea quod multam continent eorum librorum commendationem, qui ab illis librariis exſcripti fuerunt, cum dicimus eiſdem librariis Ant. Auguſtinum uſum fuiſſe. Quocirca Simon Eſcardius cum An. MDXCI. ederet Baſileæ librum *de Legibus Nauticis*, *Militaribus*, *Georgicis ſive Ruſticis* legentes admonuit: Seſe exemplo, quod Ant. Auguſtini fuiſſet, uſum eſſe. Quod quidem memoriæ tradidit Jacobus Gothofredus in Bibliotheca Juris Civilis Romani *. Atque Aguirrius Cardinalis ipſe quoque legentes monuit: Seſe acta Concilii Cæſarauguſtani tertii, quod habitum fuit An. DCXCI. Sergio Primo Pont. Max. contuliſſe cum quodam illorum exemplo, quod adſervabatur apud Ant. Auguſtinum Tarraconenſem Pontificem, qui illud exſcribi curaverat e quodam volumine Ædium Millanarum [1]. Et ſane jure ac merito hæc ſummi viri admonebant: Namque Auguſtinus non ſolum librariis utebatur, qui doctrina, ingenio, diligentiaque præſtarent; verum etiam volumina exſcripta cum exemplari jubebat conferri: ut ex litteris apparet ad Hieronymum Zuritam a. d. VIII. Calend. Januar. An. MDLXVII. ſcriptis hoc exemplo: „ Ad Joannem Paëtium ſcripſi, ut orationum græcarum, quas ipſe habet typis nondum editas, mihi facultatem velit facere. Tu illas exſcribi, poſtque cum exemplari diligenter conferri curabis, atque ad me mittes. Eſt in eo Collegio, ubi trium habetur linguarum uſus, qui poſſit in illis exſcribendis ſedulam navare operam. Tu arcæ noſtræ confidito “.

* Cap. 4.

Nullus erat in tota Hiſpania liber manu ſcriptus paullo exquiſitior, quem Ant. Auguſtinus non ſtatim ſibi curaret exſcribi. Itaque quum An. MDLXXVI. ex Hiſpania mitterentur ad Urbem nonnulla librorum lectiſſimorum exempla, Auguſtinus, Ilerdenſis tunc Antiſtes, ſibi etiam illorum exempla librorum curabat perferri: Ut conſtat ex litteris ad Hieronymum Zuritam prid. Id. Februar. ejuſdem anni datis hoc exemplo: „ Tu, quod vehementiſſime cupio, ea omnia, quæ ad Urbem mittenda ſunt, e vetere illo Conciliorum volumine eruta, bis exſcribi, atque ad me curabis perferri. Irazabalus librario pretium appendet “.

Neque vero in Hiſpania ſolum, ſed etiam alibi ſibi libros Auguſtinus curabat exſcribi. Itaque ad Zuritam neceſſarium ſuum V. Id. Majas An. MDLXXVI. Ilerdæ ita ſcripſit: „ Scito etiam mihi ab Urbe eorum librorum partem eſſe allatam, quos mihi exſcribi mandaveram. Indicem ab Roderico Zapata habuiſſe debes. Tibi arbitror probari. Jam Barcinonem pervenerunt “. Sane id Rodericus Zapata executioni mandavit iis litteris, quas a. d. VIII. Calend. Septembr. Biloili dedit hoc exemplo (2): „ Superioribus diebus litteræ mihi ab Ilerdenſi Antiſtite ſunt allatæ, quibus erat adſcriptum, tibi a me mitti oportere chirographum, quod cum hac erit epiſtola; teque illud miniatis ceris diſtincturum. Addebat etiam Romæ eſſe quandam Eneæ Sylvii manu hiſtoriam ſcriptam amplioribus litteris, quam ſibi emi mandaverat: Putat enim nonnulla poſſe de Alphonſo Rege continere. Se quidem ajebat non modo eam hiſtoriam, ſed alios etiam manu libros ſcriptos ſibi emi juſſiſſe; pro quibus ſex millia & quadringenta HS. * appendi oporteat: Qui libri magna Regum, & populorum negocia contineant, tituloſque habeant ſane egregios. Eorum vero indicem ad te quamprimum mittet “.

* 160. ducatorum nummûm.

Quum itaque Ant. Auguſtinus librorum omnium præſtantiſſimorum, manu præſertim ſcriptorum, cupidiſſimus eſſet; ea res effecit, ut adeo inſignem compararet Bibliothecam. Quod quidem ſatis patet ex eo volumine, quod illius Bibliothecæ continet Indicem librorum græcorum, qui manu eſſent ſcripti; tum Indicem librorum latinorum, qui item manu eſſent ſcripti; atque Indicem librorum variorum, qui typis editi eſſent. Id volumen in lucem prodiit Tarracone An. MDLXXXVI. ex officina Philippi Mey *. Edidit illud Martinus Lopetius Baillus paullo poſt Auguſtini obitum. Obierat vero Auguſtinus, ut diximus, prid. Calend. Jun. An. MDLXXXVI. Atque illius voluminis deſcriptio abſoluta fuit a. d. XI. Calend. Septembr. ejuſdem anni. Vulgatum vero fuit ſub glorioſiſſimo Divæ Theclæ nomine; cui quidem maximum Tarraconenſe Templum conſecratum habetur; atque in honorem, & ad memoriam Ant. Auguſtini ſempiternam. Ego vero ab Auguſtino illos Indices arbitror fuiſſe confectos: cum propterea quod ſummâ diligentiâ, ſummoque judicio comparati fuerunt, & multa continent præclara, quibus Martinum Baillum non crediderim fuiſſe tantopere eruditum; tum quod ipſe Baillus ſibi id opus minime tribuit: Neque vero ei poſt Ant. Auguſtini mortem ſatis fuit temporis, ut liber typis deſcribi totus poſſet; multoque minus, ut ipſi componerentur Indices: namque cum publicam is vidit lucem, duo tantum menſes & viginti præterea dies erant elapſi. Quocirca ego quidem ſic judico, vivo Ant. Auguſtino totum librorum græcorum, qui manu eſſent

* In 4°.

[1] Aguirr. Card. *in Vol. II. Concil. pag.* 732.

[2] Dormer. *in Progr. Hiſt. apud Celtiber. pag.* 446.

ſent ſcripti, Indicem fuiſſe typis expreſſum; tum magna ex parte fuiſſe typis deſcriptum Indicem etiam librorum latinorum, qui item manu eſſent exarati: propterea quia ante hujus Indicis Codicem CCLXXXVI. nihil in eo legitur, quod Auguſtini mortem indicare videatur; ad eum vero Codicum numerum, cum hominem nominare oporteret, illa legitur formula, qua mortuos appellare ſolemus: *Cujus recens memoria in benedictione eſt.* Ita etiam ad Codicem CCCXLIX. ſunt hæc verba: *Fælicis memoriæ.* Mitto quod Martinus Baillus, quum ad Codicem CCCII. verba haberet de tribus primis voluminibus Pontificalium Epiſtolarum, quas Decretales vocant, memoriæ prodidit, illis epiſtolis notationes, ſive interpretationes fuiſſe ſubjectas, quæ pluribus tribuerentur auctoribus, eaſque *Ant. Auguſtinus*, inquit, *cui ego viro inſerviebam, non vulgavit, ſed unas edidit epiſtolas ſuis ipſius notationibus illuſtratas.* Ita quum Martinus Baillus hæc animadvertiſſet, facile ego cenſuerim, ei quoque deberi aliam, quæ eſt in Indice librorum latinorum, obſervationem. Nam ad Codicem CDLXX. quum ſermo habeatur de quattuor Julii Frontini de Stratagematibus libris hæc leguntur verba: „ Hoc Frontini „ volumen cum quodam pervetuſto exemplari fuit diligenter collatum ab Andrea Schotto Antuerpienſi, familiari noſtro, qui dudum ſe Jeſuitarum adjunxit ſocietati “.

Hæc itaque putaverim ego fuiſſe addita librorum Indicibus, quos Ant. Auguſtinus parari mandaverat. Qui vir cum ad Codicem Indicis librorum variorum CMLXXV. perveniſſet ita adſcripſit: *Reliqua, quod alia urgent graviora, perſequi hoc tempore non licet.* Utebatur verò ſæpiſſime Auguſtinus eâ formulâ, eum finem ſcriptis imponeret, quæ alio tempore proſequi in animo habebat. Atque primum quidem de Emendatione Gratiani Dialogum ita concluſiſſe videmus: *Nunc quando utrique veſtrum non diſplicet, ut de Gratiani erratis agamus, in craſtinum diem differo quod ſum pollicitus. Alia enim urgent his potiora.* Decimumtertium quoque Dialogum ita: *Sed ſurgamus. Alia enim urgent.* Omnino id habebat in more, ut Dialogos per ſpeciem occupationum concluderet. At vero nihil magis facit, ut perſuaſum nobis eſſe debeat, eos Indices ab Ant. Auguſtino comparatos fuiſſe, quam quod ſummâ illos diligentiâ ſummoque in primis nitore videamus fuiſſe confectos. Nam in iis libris, qui manu eſſent ſcripti, notatum legitur qua ætate ſcripti fuerint, tum quæ libri ſcripturæque eſſet forma. In iis vero, qui typis eſſent deſcripti, notatum legitur quæ libro eſſet inſcriptio, quôve loco typis fuerit vulgatus, tum typographi nomen & voluminis forma; atque etiam ſæpiſſime ſi ad quem virum liber miſſus appareret, quando ejus viri nomen memoriæ prodendum viſum eſt. Quocirca illud nos plane piget, Auguſtinum non omnes, quotquot habebat, libros typis editos in eum Indicem conjeciſſe; ſed tantum eos, qui ad theologiam, atque ad jus cum civile, tum pontificium ſpectarent, itemque ad ea omnia, quæ cum illis principibus facultatibus affinitate quadam junguntur. Et ſane, quod ad eas attinet diſciplinas, optime ſumptum poni crediderim in illos libros, quos Ant. Auguſtinus habebat. Mihi illud Indicum volumen, cumprimis rarum exquiſitumque, dono dedit inſignis liberalitate vir Raimundus Marinetius Orgambidenſis: cujus doctrinam, in primiſque prudentiam, quibus conveniret, laudibus non proſequar. Etenim ſingulari vir modeſtiâ in ipſo ſilentio ſibi gratum agnoſcet animum.

Tam præclara Ant. Auguſtini Bibliotheca poſtea in Regiam Divi Laurentii Bibliothecam advecta omnis fuit. Quod quidem patet ex iis, quæ memoriæ tradidit Joſephus Seguntinus multâ doctrinâ, ſingularique modeſtiâ, atque integritate vir. Nam is in Societatis Hieronyminæ Hiſtoria ad caput undecimum, poſtquam dixit Regiæ illius Bibliothecæ fundamentum feciſſe veterem Philippi II. Regis Bibliothecam, eique poſt additos fuiſſe Didaci Mendozæ, docti viri ampliſſimique, libros, ita inquit: „ Aucta quoque Bibliotheca fuit Ant. Auguſtini Tarraconenſis „ Pontificis libris, quos ipſe manu accepi. Inter quos volumina erant multa cum latina, tum „ græca ſane pervetera, ipſorum manu auctorum exarata; multa item in illis linguis typis ex„ preſſa; multæque erant aliæ antiquitatis reliquiæ, de quibus aliàs verba fecimus “. Guidus Pancirolus litteratus vir, qui faceto elegantique erat ingenio, memoriæ prodidit (1), ſeſe audiviſſe qui dicerent, Ant. Auguſtinum ſupremis tabulis Bibliothecam, quæ ſibi eſſet, locupletiſſimam & vetuſtatis inſignem reliquiis, Philippo II. Hiſpaniarum Regi, qui ſe illam cupere dixerat, legaviſſe. Quod ego quidem non facile credam: Primo quod ipſi Auguſtino, ſicuti etiam Hieronymo Zuritæ minime placeret, libros in Laurentianam abdi Bibliothecam; in qua ita caute cuſtodirentur, ut ne cuiquam illos legendi videndique facultas fieret (2): Tum quod Joſephus Seguntinus, ſi id contigiſſet, rem, ut opinor, non omiſiſſet perſcribere: Deinde quod Pancirolus tantum ait, ſe audiviſſe qui id dicerent: Poſtremò quod, ſi res ita ſe haberet, locus ſane non fuiſſet iis, quæ Joannes Baptiſta Cardona Valentinus, Dertoſenſis Antiſtes, in egregio illo de Regia Divi Laurentii Bibliotheca libro ſcripſit; quum librum vulgarit poſt Auguſtini mortem non amplius annum, hoc eſt An. MDLXXXVII. In eo enim Philippo II. Regi ſtuduit ſuadere, uti librorum Ant. Auguſtini, tum Benedicti Ariæ Montani, tum Franciſci Turriani, aliorumque Indices curaret habere (3); ex iiſque omnibus librorum Indicibus unum jube-

[1] *De Clar. Leg. Interpr. pag.* 386.

[2] *In Epiſt. IV. Id. Sept. An. MDLXXIII. datâ.*

[3] Cardona *De Reg. D.Laur. Biblioth. pagg.* 6. & 14.

beret Indicem componi, in quo margines apparerent latiſſimi, ut in illis libri notarentur, qui jam ante in Regis eſſent Bibliotheca; indeque videri poſſet, quinam adhuc deeſſent, ex iis ſcilicet, qui tantis placuiſſent viris. Regem quoque hortabatur, ut ne fineret, aliquot Hiſpanorum hominum clariſſimorum ſcripta jacere diſperſa; ſed illa omnia in ſuam conferri Bibliothecam juberet: Et quidem inter cætera nominavit ſcripra Ant. Auguſtini. Quod ſane Cardona Dertoſenſis Antiſtes haud dixiſſet, ſi Ant. Auguſtini libri, & ſcripta jam in Regia fuiſſent Bibliotheca, vel teſtamento ad Philippum Regem ſpectarent; quum præſertim is Cardunæ liber Tarracone editus fuerit typis Philippi Mey, qui vir, quod inter Auguſtini familiares fuiſſet, rem quidem ignorare non poterat, quæ omnibus innoteſceret in ea civitate, unde libri eſſent exportandi. Illa Cardonæ verba in aureâ incidi laminâ, inque Regum mentibus inſcripta manere oporteret, ut executioni mandarentur. Sunt vero hæc (1): „ Sed quanquam multi in Hiſ-
„ pania ſint viri eruditiſſimi, qui litterarum ſtudiis aſſidue diſtineantur, ſemperque quippiam
„ meditentur, aut ſcriptitent; nihilominus vel quod ſuis ipſi ſcriptis perpoliendis aurium judi-
„ cio, quod ſuperbiſſimum habetur, nunquam ſatisfaciant; vel quod etiamſi ſua ſibi ſcripta pro-
„ bentur, quadam tamen verecundia modeſtiaque impediuntur, quominus illa in vulgus edant;
„ vel quod licet nullà impediantur cauſſà, non adeo ſint in nummis, ut quem oportet ſum-
„ ptum facere poſſint, proſpiciendum caute eſt, ne tantorum virorum lucubrationes, laboreſque
„ penitus pereant: Immo vero curandum eſt, ut ea omnia ſcripta Regiæ Bibliothecæ accedere
„ debeant. Equidem ſcio, multa in latebris occultari a præſtantiſſimis viris conſcripta; inter quos
„ ſunt Martinus Ayala Valentinus Pontifex, Ant. Auguſtinus Tarraconenſis Pontifex, Dida-
„ cus Covarrubia Segubienſis Antiſtes, Michael Thomaſius Ilerdenſis Antiſtes, Petrus Ciaconius,
„ Alvarus Gometius, Alphonſus Salmeronius, Aquilius Eſtacius, Sepulveda, Zurita, atque non-
„ nulli etiam, qui hodie vivant; ut ſunt Benedictus Arria Montanus, Petrus Joannes Nun-
„ neſius, Joannes Baptiſta Peretius, Joannes Baptiſta Morillorius, aliique; qui viri non ſolum
„ corpora cibis, verum etiam animos litteris alere conſueverunt ". Hactenus Joannes Baptiſta Cardona. Idem paullo inferius hæc addidit (2): „ Quum itaque virum ampliſſimum (Ant.
„ Auguſtinum) nominare debuerim, non poſſum, quin paullo uberius ea proſequar, quæ de Bi-
„ bliothecis hominum clariſſimorum emendis ſuperius attigi: Namque inter illas primum fortaſſis
„ tenet locum ipſius Bibliotheca Auguſtini. Equidem nullam aliam privati hominis vidi Biblio-
„ thecam, quæ melior & probatior eſſet, librorum vel copia, vel præſtantia ſpectetur; qui et-
„ iam rariſſimi ſint, & cum græci, tum latini. Eos ſane Regiæ Bibliothecæ debere omnes ac-
„ cedere nunc totis viribus curandum eſt. Nam poſtea ſi fuerint diſtracti vel penitus peribunt,
„ vel colligi ſine multa difficolrate non poterunt ". Idque Cardona confirmabat Michaelis Thomaſii Taxaquetii exemplo.

Atque ut librorum Ant. Auguſtini præſtantia clariùs videatur, unum addam, Joannem Baptiſtam Cardonam quum conſideraret quantam librorum notitiam haberet Auguſtinus, & cum Philippo II. Rege ageret de optimo Bibliothecæ Cuſtode deligendo, poſtquam oſtendiſſet, quantà is prudentià ſcientiàque inſtructus eſſe deberet, tametſi Auguſtinus mortem obierat, non potuiſſe, quin hæc diceret: „ Sane tam magno muneri ex ſententia obeundo aptiſſimus fuiſſet
„ Ant. Auguſtinus, Tarraconenſis Pontifex, multà vir ſcientià, & poſteritatis memoria di-
„ gnus. Is enim ſuperioribus diebus vità functus eſt ſibi magis, quam litteris opportuno tem-
„ pore. Ut quidem nunc ſe res habet, neminem prorſus mihi videor videre, qui ei muneri a-
„ ptior ſit Garzia Loaiſenſi, quem ampliſſimo loco natum, & cum litteris, tum vitæ gravi-
„ tate integriſque moribus inſignem Philippus Rex elegit, ut filium inſtituat, atque erudiat ".
(is erat Philippus Regis F. regnique heres.)

Quod attinet ad veteres libros, qui erant in Bibliotheca Ant. Auguſtini, legiſſe memini in commentario quodam, quod manu exſtabat ſcriptum in Bibliotheca Divi Laurentii ipſum Marinum Lopetium Baillum curaviſſe, uti ii libri in Bibliothecam illam comportarentur.

Indicem librorum Ant. Auguſtini, qui manu eſſent ſcripti, perlegi, atque nullam in eo mentionem fieri reperi de iis Annalibus, quos Juliano Peretio nonnulli tribuunt: Itemque tot Ant. Auguſtini ſcriptis, quæ quidem typis edita circumferuntur, nulla omnino de eo ſcriptore fit mentio. Ego quidem pro certo habeo, Ant. Auguſtinum, ſi eum noviſſet librum verba de illo alicubi debuiſſe habere, ut ejus ſententias ſive amplecteretur, ſive refelleret: Quum cæterorum tanta, tamque diverſa ea ſint, quæ iis Annalibus pertractantur; qui quidem multa continent mira prorſus, immo vero pleraque omnino ſingularia. Permulta etiam Ant. Auguſtini ſcripta, quæ nondum typis fuerunt edita, legi; præſertimque epiſtolas quamplurimas ad familiares datas, quibus quidem diligentiſſime ſignificabat de libris exquiſitioribus, qui in ſuas identidem perveniebant manus, deque iis, quos ipſe reperiebat; quorum quidem librorum exempla illis liberaliſſime concedebat: Atqui nullus ex tot Auguſtini familiaribus vidit, aut cognovit, fuiſſe apud eum ejuſmodi Annales, ac ejuſmodi Adverſariorum libros, quibus tam ridicule tan-

[1] Cardona *De Reg. D. Laur. Biblioth. pagg. 6. & 14.*

[2] Idem *ibid. pagg.* 23. & 24.

tanta oſtentatur eruditio. Præterea quum Index librorum Ant. Auguſtini inter omnia ejus ſcripta locum ratione temporis poſtremum obtineat, certe ſi apud Auguſtinum illi Adverſariorum libri, atque Annales Juliani fuiſſent, locum in eo Indice habituri eſſent. Ac ſi quis mallet pro ingenio dicere, Auguſtinum ea volumina adeptum eſſe poſtquam fuerat typis editus ille librorum, qui manu eſſent latine ſcripti, Index; hoc falsò dici crediderim: Nam illud ſemper obſtaret, debuiſſe ea volumina reperiri inter cæteros Ant. Auguſtini libros manu ſcriptos, qui eo demortuo in Regiam Divi Laurentii Bibliothecam comportati omnes fuerunt. Quæ quum ita ſint, pro certo ego quidem habeo, Laurentium Ramiretium Pratenſem in ea epiſtola, qua ad Gaſparem Guzmanenſem, qui Comes atque Dux dicebatur, miſit Juliani Peretii Annales, ac libros Adverſariorum falſe omnino hæc verba ſcripſiſſe: *Opus ſane omnigenum ab omnibus magnopere expetitum, laudatum a multis* (1), *& a fulgenti totius orbis lumine domino Ant. Auguſtino, Tarraconenſi quondam Præſule, pretio habitum, cui exſcriptum exemplar miſit Abbas Abis ex ipſius Juliani autographo, quod ea tempeſtate Ticini* (2) *aſſervabatur: quamvis Doctor Salazar de Mendoza in Monachorum S. Benedicti Fuldenſi apud Germanos Bibliotheca hodie cuſtare teſtetur.* In margine autem; uti quæ de Ant. Auguſtino affirmaverat comprobaret; Franciſci Portocarrerii Jeſuitæ Sacerdotis teſtem adhibuit librum hiſpanice ſcriptum De Virginis Deiparæ acceſſu ad maximum Toletanum Templum *. At Nicolaus Antonius in Hiſpaniæ Bibliotheca veteri * quærit quiſnam eſſet Abis ille Abbas Ant. Auguſtino æqualis; qui quidem Scythes, vel Ægyptius potius quam Italus videtur fuiſſe. Addi etiam debent quæ ſcripſit in libro De Hiſtoriis Commentitiis *. Id porro adeo longe abeſt a veritate, uti reliqua etiam omnia, quæ narrantur de Dextri ac ejus ſociorum Annalibus, qui eſſe dicuntur in manibus Joannis Ribuergæ, Laurentii Padillæ, qui in maximo Rondenſium Templo peramplum gerebat ſacerdotium, atque aliorum etiam, ut placet defenſoribus Annalium commentitiorum; quorum quidem falſitas ſatis a me demonſtrata fuit in eo libro, quem *Antijulianum* inſcripſi.

* *fol.* 2. *pag.* 2. *fol.* 48. *&* 49.
* *Lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 142.
* *Lib.* 1. *cap.* 12. §. 9.

Nos quidem Ant. Auguſtini ſcripta, quæ ipſe typis edidit, ſecundum temporis ordinem proſequuti ſumus; eâdemque ratione de iis agemus, quæ humato Auguſtino in lucem prodierunt.

Primum itaque, ut dictum ſupra eſt, illi Auguſtini librorum tres Indices editi fuerunt Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXVI. * Index utriurum librorum græcorum, qui manu eſſent ſcripti; Index librorum latinorum, qui item manu eſſent ſcripti; atque Index librorum variorum, qui pluribus linguis typis deſcripti eſſent. * *In* 4°.

Epitomes juris pontificii veteris prior pars Tarracone edita fuit typis Philippi Mey An. MDLXXXVII. * In eo legitur volumine, facultatem a Cenſoribus fuiſſe factam, ut in lucem proferri poſſent Dialogi de Emendatione Gratiani, itemque Dialogi Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque: propterea que ex eadem officina, eodemque anno vulgati fuerunt *. * *In fol.* * *In* 4°.

Juris pontificii veteris tum altera, tum tertia pars editæ fuerunt Romæ An. MDCXI. typis Ægidii Spadæ *. In ejus voluminis principio locum habet libellus, qui inſcribitur: *Ant. Auguſtini de quibuſdam Canonum Eccleſiaſticorum Collectoribus Judicium ac Cenſura.* * *In fol.*

Liber, qui inſcribitur: *Fragmenta Hiſtoricorum collecta ab Ant. Auguſtino, emendata a Fulvio Urſino. Fulvii Urſini Notæ ad Salluſtium, Cæſarem, Livium, Velleium, Tacitum, Suetonium, Spartianum, & alios*: Editus fuit Antuerpiæ An. MDXCV. * Id volumen habeo; atque in priore pagina a tergo leguntur hæc verba: „ Doctorum virorum nomi„ na qui elaboraverunt aut colligendis, aut illuſtrandis quibuſdam Hiſtoricorum fragmentis; „ ad quos Hiſtoricos notationes pertinent, quas hic liber continet. Fuerunt autem Ant. Augu„ ſtinus, Octavius Pantagathus, Gabriel Faernus, Petrus Ciaconius, M. Ant. Muretus, La„ tinus Latinius". Unus itaque Ant. Auguſtinus ea collegit fragmenta, ut admonuit Henricus Cibertus Dungeus, qui Theologiam profitebatur, atque in Antuerpienſi maximo Templo Sacerdotium gerebat, idemque libri Cenſor fuit. Sed qui illa fragmenta emendarunt & illuſtrarunt, fuerunt una cum Ant. Auguſtino illi omnes, de quibus mentio facta eſt. * *In* 8°.

Notæ chriticæ ad Divi Iſidori Etymologiarum libros in lucem prodierunt Madriti An. MDXCIX. inter ejuſdem Iſidori ſcripta, quæ Joannes Grialius duobus comprehenſa voluminibus * omnia edidit. * *In fol.*

Liber, qui inſcribitur: *Notæ in Canones LXXII. ab Hedriano Papa adverſus falſos accuſatores, & oppreſſores Epiſcoporum, & Pontificum in gratiam Ingelrami Mediomatricum Epiſcopi Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indictione IX. An. DCCLXXXV.* prodiit inter Conciliorum acta, quę Severinus Binnius edidit Coloniæ Agrippinæ An. MDCXVIII.

&

[1] Plures refert Doct. Salazarius Mendozenſis in libello, quem inſcripſit, *de Vita D. Ildephonſi, pag.* 37.

[2] P. Fr. Portocarrerus e Soc. Jeſu Presb. in libello Hiſpano idiomate ſcripto, *de Deſcenſione Deiparæ Virg. Mariæ ad S. Tolet. Eccleſiam, fol. II. pag.* 2. *fol. XLVIII. & XCI.* Suffragatur Fr. Franc. Bivarius *in Comment. ad Flavium Dextrum in I. P. Apolog.* §. *I. pag.* 14.

& reperitur in volumine IV. ad paginam DLXVII. Id opus ipſe Auguſtinus ſuum eſſe faſſus fuit, cum in libri primi Dialogo tertio de Emendatione Gratiani ad paginam XXV. Petrum Galeſium ſecum ita colloquentem introduxit: *Memini videre Romæ notas tuas ad Hadrianum, ſive Engelramum, in quibus de hac emendatione dicebatur, eamque aliis Burchardi, & Ivonis locis confirmabas.* Nondum hic liber publicam viderat lucem, cum Andreas Schottus laudationem funebrem recitavit, itemque cum Martinus Baillus librorum Ant. Auguſtini Indices in vulgus edidit; quapropter hunc eſſe eum librum crediderim, quem illi duo inter Auguſtini ſcripta nondum edita adnumerabant ita inſcriptum: *Ad Hadrianum liber ſingularis.* Hoc idem Andreas Schottus inquit in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, quam edidit An. MDCVIII. Mihi itaque erraſſe videtur Henricus Brencmannus [1], mirificâ eruditione acerrimoque judicio vir; qui eum ad Hadrianum librum ſingularem aliquid eſſe putavit, quod ad juris ſpectaret prudentiam. Id autem Brencmannus ajebat; quod putaret, illum alium librum fuiſſe jam ante Romæ vulgatum. Sed nimirum error ex eo profectus eſt, quod libri inſcriptionem non probe intellexiſſet. Mihi vero nunc diſputare haud placet, an illa pontificia decreta auctorem habuerint Hadrianum, vel Ingelramum, ſive, ut magis placet Stephano Baluzio, Divum Angelramum Metenſem Antiſtitem; neque an illa habere debeant auctoritatis multum, vel parum, ut Blondello placet. Nobis rem indicaviſſe ſatis eſt, ut qui veritatem ſedulo inveſtigant, judicio abſtineant, donec res ſit in aperto.

Damides (2) quidem dicere ſolitus erat, micas etiam colligendas eſſe, quæ e Deorum caderent menſa. Sane neſcio quid habent Ant. Auguſtini ſcripta, ut omnia mihi vehementer placeant, ne exceptis quidem illis, quæ ipſe per otium exaravit. Quare inter ejus ſcripta, quæ typis edita fuerunt, mihi enumeranda etiam viſa ſunt quædam carmina, quæ huc illuc diſperſa leguntur. Ejus generis ſunt duo illi verſus, quos cecinit quum legiſſet Hieronymi Oſorii de Gloria & Nobilitate libros (3): tum ii, quibus quæſtus eſt de Petro Ruitio Moroſenſi familiari, & collega ſuo; quòd tam longe gentium abeſſet, dum Cracoviæ juris profitebatur ſcientiam (4): tum ii quos cecinit quum Nicolaus Factor in divinarum contemplatione rerum ſenſus omnino reliquiſſet (5): tum verſus, quos miſit ad Latinum Latinium, quibus Latinius carmine reſcripſit, quod hodie quoque exſtat. Et ſane utrumque carmen tantâ nitet ſuavitate, ut mihi videantur digniſſima, quæ pluries multâ cum voluptate legantur. Ea Nicolaus Antonius in ſua exſcripſit Bibliotheca (6); quod is perraro in reliquis laudationibus facere conſuevit. Hîc tandem ſibi locum vindicant hiſpanici illi verſus, quos Philippus Meyus in id carmen conjecit, quod dicitur *La fuente de Alcovér* (7).

Sane inter Ant. Auguſtini ſcripta enumerare etiam oportet Epiſtolas quampluriınas cum latinas, tum hiſpanicas, quæ multifariam reperiuntur.

Quod ad latinas attinet, Lælius Taurellus Epiſtolam nobis ſervavit ſibi ab Ant. Auguſtino Bononiæ ſcriptam An. MDXLII. qua quæſiverat, quid ipſe ſentiret *De Militiis ex caſu* (8). Joannes Geneſius Sepulveda aliam ſervavit nobis epiſtolam, quam ei Auguſtinus Romæ ſcripſerat An. MDL. [9]. In libro de Legibus & Senatuſconſultis alia legitur epiſtola ad Fulvium Urſinum ſcripta. Hieronymus Blanca una cum ſuis de rebus Celtiberorum Commentariis Ant. Auguſtini epiſtolam mirâ conſertam eruditione typis vulgavit. In Latini Latinii epiſtolarum libris quædam eſt Ant. Auguſtini epiſtola Ilerdæ ſcripta Idib. Jun. An. MDLXXVII. qua ſuam aperuit ſententiam de Fermento, de quo Innocentius Primus verba fecit (10). Nicolaus Antonius, qui vir ſcripta hominum clariſſimorum diligentiſſime colligebat, memoriæ prodidit, multas penes ſe eſſe Ant. Auguſtini epiſtolas ad familiares ſcriptas, quas ipſe publicâ luce digniſſimas judicaret. Idem Nicolaus Antonius epiſtolas quoque videtur habuiſſe, quibus ad Ant. Auguſtinum reſcriptum fuit: Ait enim de quadam Lælii Taurelli epiſtola ad eundem Auguſtinum ſcripta. Didacus Joſephus Dormerus, qui Lacetaniæ peramplum gerebat ſacerdotium in ſuis Progreſſibus Hiſtoriæ apud Celtiberos * edidit Ant. Auguſtini epiſtolam ad Lælium Taurellum ſcriptam, quam indicaverat Sebaſtianus Leo iis litteris, quas Ilerdæ dabat a. d. XI. Cal. Quinctil. An. MDLXVIII. Aguirrius Cardinalis (11) duas nobis ſervavit Ant. Auguſtini epiſtolas perquam graves eruditioneque pleniſſimas. Earum ſcilicet unâ Auguſtinus reſcribebat ad Gre-

* Pag. 523.

go-

[1] *In Hiſt. Pandect. lib. IV. cap. IV. pag.* 348.

[2] Apud Philoſtratum *de vita Apollonii Tianei lib. I. cap. XIII.*

[3] Vide ſup. *pag.* 70. §. Hieronymus Oſſorius &c.

[4] Extant *in Hiſp. Biblioth.* ubi Schottus loquitur *de Pet. Ruit. Moroſ. Alcanicenſi vol. II. claſſ. VII. pag.* 399. Lanuza *in Celtiberor. Hiſt. vol. II. lib. V. cap. XLIX. pag.* 567.

[5] Vide ſup. *pag.* 74. §. Ac ne cui forte Auguſtinus &c.

[6] Nic. Antonius *in Ant. Auguſtin.*

[7] Vide ſup. *pag.* 68. §. Ipſe Antonii &c.

[8] Vide L. Taurell. *ad Gallum & L. Velleiam, ad Catonem, & Paullum enarrationes.*

[9] Vide Sepulv. *Epiſtolar. lib. V. Epiſt. LXXIII.*

[10] *Epiſt. ad Decentium.*

[11] *In vol. IV. Concil. pagg. 646. & 47.*

gorium XIII. Pont. Max. qui ab eo petierat, uti ſibi quoſdam manu libros ſcriptos mitteret: Altera vero ad Laurentium Surium Carthuſianum Auguſtinus ſcribebat de voluminum forma, quæ in Conciliorum actis tunc edendis obſervanda eſſet. Quoad priorem illud animadverſione dignum eſt, quod Pontificis Max. litteræ Auguſtino redditæ fuerunt, quum ipſe Ilerdà abeſſet Provinciæ Conventui interfuturus: Quapropter nullum dedit ei reſponſum antequam Ilerdam reverſus eſſet. Negocia enim, quæ ad id munus, quod gerebat, ſpectarent, omnino anteponenda duxit ei officio, quod tamen debebatur Pontifici Max. cujus de re litterariâ mandata exſequenda eſſent. Atque id exemplo omnibus eſſe oporteret: ſiquidem in ipſo colendo officio quidam ſervandus eſt ordo. Quanquam Auguſtinus quidem quæ opus erant ſtatim perquirere cœpit, deque eâ re mandata dedit diligentiſſime Hieronymo Zuritæ familiari ſuo. Altera autem ad Laurentium Surium ſcripta epiſtola ſæpius illa quidem legi deberet ab iis ſcilicet, qui de Conciliorum actis edendis cogitant, vel quibus præſtantiſſima Ant. Auguſtini conſilia executioni placet mandare.

Quod ad epiſtolas attinet hiſpanicas, Didacus Joſephus Dormerus, qui, ut diximus, Lacetaniæ peramplum gerebat ſacerdotium, in ſuis Progreſſibus Hiſtoriæ apud Celtiberos * longum affert epiſtolarum commercium, quod inter Ant. Auguſtinum, & Hieronymum Zuritam habitum fuerat. Mihi quidem eas epiſtolas in animo eſt temporis ordine aliquando donare, plurimis etiam additis, iiſque præſertim duabus, quas nobis Aguirrius Cardinalis (r) ſervavit ad Joannem Baptiſtam Peretium, qui poſt Segobrigenſis Antiſtes fuit, miſſas. * Pag. 273. & ſeqq.

Joſephus Rodericus Villapandus Marchio Compoſitenſis; qui Hiſpaniarum Regis Conſiliarius, eique ab intimis erat ſecretis, atque Regiis omnibus Chirographis tum de juſtitia, tum de gratia conſcribendis præerat; quum ego Madriti eſſem An. MDCCXXXIV. operamque his Commentariis navarem, mihi dixit, ſeſe curaturum, uti quædam exſcriberentur Ant. Auguſtini Epiſtolæ cùm hiſpanicè, tùm latinè & græcè conſcriptæ, neque unquam typis editæ, quas ego in publicum proferre cupiebam. At verò iis diligenter quæſitis in Barcinonenſi Bibliotheca, quæ eſt apud eorum hominum Collegium, qui calceis minime utuntur, nomenque a Carmelo Paleſtinæ monte acceperunt, facile agnovimus, eas epiſtolas haud fuiſſe ab Ant. Auguſtino conſcriptas; ſed ab aliis fuiſſe cum hiſpanice, tum latine ſcriptas ad Auguſtinum ipſum, atque ad alios etiam eruditiſſimos homines. Itaque illarum omnium manu exemplum ſcriptum mihi dedit, quod diligenter ſervo, plurimique facio: multa enim præclara continent cum de Ant. Auguſtino, tum de aliis quoque viris illius ætatis illuſtribus.

Præter illa Hiſtoricorum latinorum fragmenta, quæ Fulvius Urſinus vulgavit, Ant. Auguſtinus Poetarum quoque fragmenta collegit; idque majori certe effecit diligentia, quam quod de alio quocunque hactenus dici poſſit. De iis collectis fragmentis mentionem habuit Martinus Bailus in Ant. Auguſtini ſcriptorum Indice, qui reperitur in principio illius voluminis, quod Ant. Auguſtini Bibliothecæ Indices tres continere diximus; itemque Andreas Schottus tum in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, ubi de Auguſtino verba habentur; tum in Præfatione Dialogorum Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque, quos ipſe Dialogos latine reddidit. Ea ſic collecta Poetarum fragmenta viderat Fulvius Urſinus; adeoque multis extulit laudibus in eo libro, qui omni confertus eruditione inſcriptus ab eo fuit: *Virgilius Collatione Scriptorum Græcorum illuſtratus, opera & induſtria Fulvii Urſini. Antuerpiæ ex officina Chriſtophori Plantini An. MDLXVIII.* * Sunt in Hiſpani Regis Bibliotheca duo volumina *, quæ exhibent archetypum illorum fragmentorum exemplar. Continent etiam ea volumina plurimas ſchedulas ſolutas, quæ magnâ ex parte ad eas pertinent notationes, quæ leguntur in Antiquis Collectionibus Decretalium. Fragmenta Poetarum, Hiſtoricorum, & Oratorum adeo confuſa habentur, ut multis mentibus opus ei ſit, qui videre cupiat, an quid de illis deſit, velitque ea, quæ habentur, in ordinem redigere, ſingulaque ſuis tribuere auctoribus. Ad ſingula Poetarum fragmenta variæ acceſſerunt lectiones: licet vero ſcripturam non unius eſſe manus conſtet, charta tamen Italica mihi eſſe videtur: propterea que ſimillimum veri eſt, Ant. Auguſtinum, dum erat Romæ, illas fragmentorum varias lectiones ſibi exſcribi curaviſſe. E re certe foret, homines eruditos tam præclara litterarum monimenta in ordinem redigere, eoque, quo opus eſt, lumine illuſtrare. Nec vero difficile factu eſſet, ut id executioni mandaretur; ſi ut multis optima adeſt voluntas, ita magnorum patrocinia virorum ne deeſſent. Poetæ, quorum fragmenta collegit Ant. Auguſtinus, en qui fuerint: Nævius, Novius, Pacuvius, C. Aſinius Pollio, C. Aſinius Gallus, L. Pomponius, P. Pomponius Secundus, P. Ovidius Naſo, Q. Ennius, Trabea Comicus, Turpilius, Titinnius, A. Furius Antias, M. Furius Bibaculus, Helvius Cinna, C. Licinnius Calvus, T. Quinctius Atta, C. Memmius, Domitius Marſus, D. Laberius Mimus, L. Livius Andronicus, C. Lucilius, P. Terentius Varro Atacinus, Cæcilius, L. Afranius, M. Atilius, Fab. Doſennus, Hoſtius, Canius, Cn. Cornelius Lentulus Getulicus, Flaccus, L. Attius, Q. Lutatius Catulus, Porcius Licinius, C. Licinius Imbrex, Valerius Æditus, Q. Valerius Soranus, Cn. Matius, Ticidas, C. Cilnius Mæcenas, Æmilius Macer, Septimius Se-

* In 8°. ad pag. 7. 73. & 91.
* In 4°.

[r] *In vol. IV. Concil. pag. 650.*

genus, Alphius Avitus, Cn. Gellius, L. Calpurnius Piſo Frugi, M. Piſo, L. Piſo Poeta, L. Caſſius Hemina, L. Cornelius Siſenna, L. Cœlius Antipater, Q. Claudius Quadrigarius, C. Licinius Macer, Sempronius Aſellio, C. Julius Cæſar, M. Terentius Varro.

At vero Ant. Auguſtinus quum Bononiæ eſſet, quoſdam etiam ſcripſit Dialogos, quibus eas de jure pertractavit quæſtiones, quæ inter doctos homines multis cauſſam præbent controverſiis. Nec vero id effecit horridiori quodam diſputandi genere, ut juris mos eſt peritorum; ſed amœnitate qua potuit maxima; quod imitaretur e Græcis Platonem Socratica illa diſputandi ratione, e Latinis autem M. Tullium. Inducebat in iis Dialogis ſecum loquentes Bernardum Boleam, qui poſt Celtiberorum Procancellarius fuit, cuique ſe multum debere Auguſtinus dicebat, Joannem Soram Civem ſuum, qui in Bononienſi Academia juris civilis & pontificii profitebatur ſcientiam, indeque in Hiſpaniam rediit An. MDLIII. (1) & Petrum Ruitium Moroſenſem Collegam ſuum eruditum atque eloquentem hominem, qui item primum in Bononienſi, poſt vero in Cracovienſi Academia legum tradidit diſciplinam. Id omne ex epiſtola quadam conſtat, quam Ant. Auguſtinus ad Bernardum Boleam ſcripſit.

Diligentiſſime Ant. Auguſtinus ſingulas Digeſtorum partes invicem contulit; atque etiam ipſum Digeſtorum volumen contulit cum volumine Juſtiniani Inſtitutionum, itemque cum Juſtinianeo Codice. Laboris illius fructum aliquem volebat exſtare (2); ſed conſilium nunquam executioni mandavit.

Aliquid etiam ſcriptitare in animo habebat, unde conſtaret, in Juſtinianeo Codice multas eſſe conſtitutiones, quæ aliis Theodoſiani Codicis Conſtitutionibus locupletari, explicarique poſſent (3). Rem poſtea executioni mandavit mirificâ plane eruditionis ubertate, magnâque judicii vi Jacobus Gothofredus, ſuæ ætatis doctorum hominum facile princeps, ſed qui Calvinianis adhæreret partibus.

Conſtat ex epiſtola quadam, quam Auguſtinus ad Hieronymum Zuritam ſcribebat a. d. IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. fuiſſe ab eo libellum ſcriptum neſcio quo argumento; ſed in eo nonnulla notabantur, quæ fuiſſent a Cicerone minus diligenter pertractata. Nam poſtquam duo ejus rei attulit exempla, ita inquit: „ Hæc nimirum perſecutus ſum libello quodam, „ quem confeci. Tu illum aliquando leges “.

Martinus Baillus (4), Andreas Schottus (5), & Lælius Taurellus (6) librum quendam Ant. Auguſtini nominaverunt, qui inſcriberetur: *Ad Edictum Perpetuum:* Sed non dixerunt quid is liber contineret. Quocirca dubitaverim ego, an in eo libro ſeries eſſet argumentorum, quæ in Edicto Perpetuo pertractantur. Sane id Edictum commodiore donavit ordine Hadriani Cæſaris juſſu celebris ille Juriſconſultus Salvius Julianus. Hujus fragmenta collegit, tametſi minus probe, Emarus Ranconetus, multâ ille quidem, nec vulgari doctrinâ vir. Argumentorum autem, quæ in Edicto Perpetuo pertractarentur, ſeries colligitur e fragmentis Salvii Juliani, Caii, Sex. Pomponii, Furii Anthiani, Julii Paulli, Domitii Ulpiani, & Hermogeniani: Nempe hi viri eruditiſſimis commentariis Perpetuum illuſtraverunt Edictum. Ex ejuſmodi fragmentis Jacobus Gothofredus collegit ſeriem capitum, quibus Edictum conſtabat, ſive argumentorum, quæ in eo pertractabantur; remque paucis omnino paginis comprehendit. Certe id opus ſatis unum erat, ut multam hominis lectionem, eruditionemque admirabilem in omne ævum oſtenderet. Enimvero illud ego cuperem maxime, ea omnia fragmenta tum Edicti, tum Juriſperitorum, qui Edictum interpretati ſunt, in ordinem redigi, ut præſto ſemper ſint, commodeque reperiri poſſint. Sed quamvis non deſint fortaſſe qui rem poſſint conficere; deſunt vero qui opus præſtantiſſimum multâ liberalitate ſuſtentare, patrocinarique velint. Auguſtinus ſi minus hæc animo agitavit, forte in Edicti fragmenta Perpetui aliquid ſcriptitare voluit. Sed quum opus minimè appareat, omnino res in divinatione verſatur.

Franciſcus Turrianus in epiſtola, qua ad Ant. Auguſtinum Joannis Sapientis ſcripta miſit, memoriæ prodidit, ipſum Auguſtinum, quum Venetiis eſſet, ſimul contuliſſe aliquot exempla, manu quidem exarata, ſcriptorum Divi Dionyſii Areopagitæ. Porro id accidit An. MDLXI. Nam tunc temporis Franciſcus Turrianus ſcripſit ad Sirletum Protonotarium, ſeſe Venetiis cum Ant. Auguſtino fuiſſe, uti emerent librorum Divi Clementis Romani manu exemplar ſcriptum, quod poſtea ad Bibliothecam Vaticanam acceſſit. Id conſtat ex quadam ipſius Turriani Hetruſcè ſcripta epiſtola, quam Hieronymus Lagomarſinius in publicum protulit iis notationibus, quibus Pogianum illuſtravit (7).

Martinus Baillus in Indice librorum Ant. Auguſtini typis deſcriptorum ad volumen CMXLVI. neſcio quid notavit de aliis quibuſdam libris, quos item Auguſtinus invicem contulerat: Namque memoriæ prodidit, fuiſſe ab eo cum quibuſdam veteribus libris collatum id vo-

[1] Vide Sepulv. *Epiſtolar. lib. III. Epiſt. XXXIV.*

[2] *Emend. lib. I. cap. VII. non procul a fine.*

[3] *Ibidem.*

[4] *In Ind. Script. Ant. Auguſt.*

[5] Ipſe quoque *in Ind. Script. Ant. Auguſtin.*

[6] Apud Nic. Antonium *in Ant. Auguſt.*

[7] *Vol. III. pag. 299.*

volumen Martyrologium inſcriptum, quod Alexander Peregrinius emendavit, atque in vulgus edidit An. MDLX. * Ipſe vidi in Regia Divi Laurentii Bibliotheca hoc Alexandri Peregrinii volumen illuſtratum notationibus, atque emendationibus ſcriptis manu Ant. Auguſtini. ** In 4°.*

Idem Baillus in Indice ſcriptorum Ant. Auguſtini, & Andreas Schottus in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, atque etiam alibi adnumeraverunt inter libros ab Auguſtino conſcriptos quaſdam juris pontificii Inſtitutiones. Id volumen habuit Gabriel Sora Lobetenſium Antiſtes; ut apparet ex illius Bibliotheca *. Ego tamen habeo illarum Inſtitutionum priorem librum integrum; ſecundi vero libri nonnulla. ** Pag. 142. col. 2.*

Iidem Baillus & Schottus inter Ant. Auguſtini ſcripta, quæ nunquam fuerint edita, adnumerant etiam Conciliorum acta græca & latina una cum illorum hiſtoria, notationibus, variiſque lectionibus. Jam illa Conciliorum acta, ut dictum ſupra eſt, edita fuerunt (1). Conciliorum hiſtoriâ, ſicuti etiam notationibus, variiſque lectionibus illum crediderim uſum fuiſſe, qui Præfationes conſcripſit.

Non in unis generalibus Conciliis operam poſuit Ant. Auguſtinus; ſed etiam in Hiſpanienſibus Conciliis; ut Aguirrius Cardinalis teſtatur in Hiſpaniæ Conciliis ab eo collectis, ubi de ratione operis agit *. ** Num. VII.*

Omnino hæc ſunt, quæ Ant. Auguſtinum ſcripſiſſe novimus: quæ quidem omnia typis divulgari cupiebat, eruditiſſimus vir, Petrus Didacus Valerius quum Cæſarauguſtæ Præturam gereret An. MDCLXXXIII. eamque rem demandare volebat Didaco Joſepho Dormero, ut hic ſcripſit ad Nicolaum Antonium, qui quidem id conſilium laudavit litteris datis Madriti Idib. Jun. illius anni, atque apertius etiam litteris datis a. d. XIII. Calend. Quinctil. His enim ita ad Dormerum reſcripſit: „ Præclare Petrum Valerium acturum puto, ſi operâ tuâ, qui diligentiſ- „ ſimus eſſe ſoles, uſus fuerit in edendis Ant. Auguſtini ſcriptis omnibus, quæ reperiri poterunt; „ quod quidem magnopere in Galliis a doctis viris expetitur “. At vero fruſtra illud ceſſit eorum hominum deſiderium; ut alia etiam magnæ utilitatis conſilia, quæ Dormerus vir plane ſapiens, inire ſolitus erat; qui quidem ſi ea omnia executioni mandare potuiſſet, nemini uni certe fuiſſet inferior in Hiſpanorum hominum doctiſſimorum monumentis conſervandis. Illud autem vocari in dubium non poteſt, ſi omnia Ant. Auguſtini ſcripta colligantur unà (quod nos florenti ætate fruſtra conati ſumus) volumina prodire debere, quæ numero volumina vincant Jacobi Cujacii, qui vir non eruditione ſolum, ſed etiam ſcriptorum copiâ Juriſconſultorum princeps exiſtimatur. Mitto quantâ omnino dicendi brevitate, quantâque diligentiâ Auguſtinus uſus ſit; qui ſemper manu libros ſcriptos invicem conferret, atque in omnibus ipſos mallet adire fontes: Et ſane is mos multum extrahit temporis; ſed labor minime apparet. Omnino argumenta, quæ vulgum ſaperent, atque in omnium eſſent ore, ſpernebat: Neque unquam eadem iterum dicebat, quod Cujacius ſæpius facere conſuevit. Quamobrem certe fateri unuſquiſque debet, neminem unum ex iis omnibus, qui jus civile & pontificium illuſtraverunt, tanta, tantæque utilitatis ſcripta reliquiſſe. Atque id ſane multam habet admirationem; propterea quod Auguſtinus is vir eſſet, qui publicis diſtineretur muneribus, quibus quidem adeo diligenter fungebatur. Quæ quum ita ſint, non audio Ludovicum Morerium, qui dicat, Ant. Auguſtinum, quos adoleſcens oſtenderat, ingenii fructus non edidiſſe. Spero enim legentes, qui Ant. Auguſtini ſcripta, pro eo ac debent, plurimi facient, de ea judicabunt ſententia, quæ ſcilicet profecta eſt ab animi non maturo judicio: Id enim jactavit Morerius, quod non expenderat ſatis. Enimvero ne tanti res momenti unis meis verbis nitatur; atque ut omnes, quæ Auguſtinus ſcripſerit, cognoſcere breviter poſſint, duos ſubiiciam Ant. Auguſtini ſcriptorum Indices: Prior namque ea exhibebit ſcripta, quæ typis edita fuerunt; alter vero, quæ nunquam fuerint edita, ſcripta exhibebit.

[1] Vide ſup. *pag. 36.* §. Poſteaquam Auguſtinus &c. *& ſeqq.*

Index Antonii Auguſtini Scriptorum, quæ typis edita fuerunt.

Multa acceſſerunt doctorum hominum de eiſdem ſcriptis judiciа.

ANtonii *Auguſtini ad Lælium Taurellum Epiſtula, data Bononiæ VII. Cal. Novembr. MDXLII.* Lælius Taurellus in Epiſtola ad Franciſcum F. quæ legitur ante Commentariolum ad *leg.* Gallus. 29. *de liber. & poſth.* editum, ut conjector, Florentiæ An. MDXLIII. ita ſcripſit: *Addidi & quædam ſuper Militiis ex caſu nuncupatis: quæ proximis diebus ad nobiliſſimum omnique virtute cumulatum Ant. Auguſtinum Cæſarauguſtenſem reſcripſeram* (1): Hæc epiſtola typis iterum edita fuit in volum. IV. Theſauri Juris Romani Everardi Ottonis pag. MDCXXX.

Emendationum & Opinionum Liber. Ad Modeſtinum, ſive De excuſationibus Liber Singularis. An. MDXXXIV. MDXLIII. Andreas Schottus in Oratione Funebri Ant. Auguſtini ita inquit: *Quo libello, ſi molem ſpectes, in ſpeciem exiguo, ſi rerum utilitatem, ponderumque momenta æſtimes, ſinuoſis aliorum voluminibus anteponendo, &c.* Ægidius Menagius in Juris Civilis Amœnitatibus * hæc habet: *Circuitores vertit vetus Modeſtini Interpres: quo nomine barbarus ab Ant. Auguſtino Juriſconſulto ſane terſo, atque eleganti ad locum Modeſtini memoratum appellatur* (2). Joannes Auguſtus Bachius in Hiſtoria Juriſpr. Romanæ lib. III. cap. II. * ubi agit de Excuſationum libris Sex. Herennii Modeſtini ita ait: *Horum librorum fragmenta vulgari interprete neque diligenter, neque eleganter ſatis verſa, denuo melius, & elegantius convertit Ant. Auguſtinus libro ſingulari ad Modeſtinum de Excuſationibus, & animadverſionibus eruditis illuſtravit.*

* Cap. 35.
* §. XII.

Ant. Auguſtini Juriſconſulti Hiſpani Emendationum & Opinionum Libri Quatuor. Ad Modeſtinum, ſive De Excuſationibus Liber ſingularis. His libris maxima Juris Civilis pars ex Florentinis Pandectis emendatur & declaratur. Venetiis expenſis heredum Lucæ Antonii Juntæ Florentini. MDXLIII. Idib. Septembr. * Hi libri iterum in eadem urbe typis deſcripti fuerunt An. MDLXIII. * Mihi quidem ſunt iidem libri etiam Lugduni Gallorum editi hoc titulo: *Ant. Auguſtini Juriſconſ. Emendationum & Opinionum Lib. IV. Ejuſdem ad Modeſtinum, ſive de Excuſ. Liber ſingularis. Item Lælii Taurelli ad Gallum & Legem Velleam, ad Catonem, & Paulum, de Militiis ex caſu. Omnia quidem ſecundum Pand. Flor. editionem. Lugduni apud Joannem Frellonium MDLX.* * Item in eadem urbe hi libri typis deſcripti fuerunt annis MDLIV. MDLXXIV. MDXCI. MDCL. Baſileæ quoque in officina Oporini An. MDXLIV. * Tum Heidelbergæ An. MDXCIV. * Ac tandem Everardus Otto hiſce libris locum dedit in volum. IV. pag. MCDXXVI. Theſauri Juris Romani. Petrus Victorius in Variarum Lectionum Lib. VIII. cap. XXIV. ita inquit: *Ant. Auguſtinus in ſuis Emendationum & Opinionum eruditiſſimis libris, miro ſtudio curaque ab ipſo confectis &c.* Antonius Contius in Præfatione Digeſtorum a ſe editorum ita ſcripſit: *Illud ſemel velim prædictum, ita nos primis ſtudiorum annis Ant. Auguſtini eruditionem, prudentiam, candorem in purgando, & enucleando jure eſſe exoſculatos, nihil ut in eius Emendationum Libris a nobis intactum, aut illibatum relictum ſit, cuius non aliquem ſuccum in hæc noſtra alvearia contulerimus.* Guidus Pancirolus in Lib. II. pag. CCCLXXXIII. De claris legum Interpretibus ita inquit: *Eruditos quatuor Emendationum libros emiſit, qui magnum Juriſprudentiæ lumen attulerunt* [3]. Everardus Otto in Præfatione voluminis primi Theſauri Juris Romani ad pag. VII. ſic ait: *Nunquam ſatis dici poteſt, quantum ipſi, vel hoc ſolo nomine, univerſus debeat Juriſconſultorum ordo, quod primus indicavit præſidia, quæ ex Pandecte Florentino capi poſſint. Quum enim Alciatus, in diluculo renaſcentis Juriſprudentiæ, publice & privatim videre ſolitus fuiſſet Politianum, Bologninum, & Taurellum, quod vel feria omitterent, ut venerandum illud exemplar conſulerent, quamvis ipſe fugitivis tantum oculis, velut per tranſennam, illud a ſe inſpectum fateatur in Epiſtola ad Selvam, libris Diſpunctionum præfixa: Antonius noſter, nil moratus temerarium Præceptoris ſui judicium, decurſo ſtudiorum curriculo, Florentiam, Etruriæ Metropolim, ſe contulit, ibique Medicea liberalitate una cum Johanne Matalio Metello Sequano, quinquaginta Digeſtorum li-*

* In 4°.
* In 4°.
* In 8°.
* In fol.
* In 8°.

[1] Vide ſup. *pag.* 19. §. Nos quidem pluribus &c.

[2] Vide ſup. *pag.* 19. §. Ant. Auguſtinus experiri voluit &c.

[3] Vide ſup. *pag.* 20. §. Id operis omnium &c. *& ſeqq.*

libros cum Norica Haloandri editione, omnium, quæ tum quidem exſtabant, minus mendoſa, eruditis oculis, ſumma fide & accuratione contulit ad Codicem illum puriſſimum, quæque legendo, & commentando obſervarat, optima caſtigationum genera, aureis Emendationum & Opinionum libris, Venetiis, apud Juntas A. MDXLIII. explicata dedit.

M. Terentii Varronis Pars Librorum quatuor & viginti de Lingua Latina ex Bibliotheca Ant. Auguſtini. Romæ apud Vincentium Luchinum MDLVII. * In extremo volumine * In 8°.
hæc leguntur verba: *Romæ apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem MDLVII.* Tum multo poſt is liber typis iterum editus fuit longe ornatior, itaque inſcriptus: *M. Terent. Varronis Opera, quæ ſuperſunt; cum conjecturis, & notis Joſ. Scaligeri, Adr. Turnebi, Ant. Auguſtini, & P. Victorii: excud. Henr. Stephanus.* Joſephus Juſtus Scaliger in Varronis Præfatione ita inquit: *A quo* (ab undecimo Feſti libro) *Fragmenta incipiunt, quæ beneficio probiſſimi, atque eruditiſſimi viri Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis edita ſunt.* Idem Scaliger in Epiſtola, qua miſit ad ..... Conjectanea in Varronem typis edita Lutetiæ An. MDLXXXV. ita ait: *Quid aliud, quam me verſari in ea provincia* [emendandi Varronem] *quam magna cum laude ſummus vir Ant. Auguſtinus ſuſcepiſſet?* Inferius quoque ait: *Tanquam ignotum quantus vir ſit Ant. Auguſtinus, quem ſane eruditiſſimum ex ſuis ſcriptis expertus ſum.* Latinus Latinius in epiſtola ad Chryſoſtomum Memmium data Romæ IX. Calend. Septembr. An. MDLXXVII. ita ſcripſit: *Exſtant in Varronem Ant. Auguſtini, & Joſephi Scaligeri vigiliæ, quibus Grammaticorum labores levari in pleriſque locis implicatiſſimis poſſunt. Eæ nuper excuſæ ſimul cum Varrone integro ſunt.* Hadrianus Turnebus in Adverſ. lib. XXXIII. cap. XVII. ita inquit: *Ant. Auguſtinus vir & eruditiſſimus, & optime de litteris elegantioribus meritus; Varronis vero vindex, aſſertor, patronuſque unicus habendus; imo vero ejus potius Æſculapius exiſtimandus.* Franciſcus Robortellus in Diſputatione de Arte, ſive Ratione corrigendi Antiquorum libros ait: *Emendatur in libro Varronis edito Romæ ab eruditiſſimo, & ampliſſimo viro Ant. Auguſtino.*

Ad Jo. Geneſium Sepulvedam de Apologia Belli Indici Epiſtula data Romæ Calend. Aprilib. An. MDL. excuſa inter Sepulvedæ Epiſtolas lib. V. Epiſt. LXXIII. Salmanticæ apud Joannem Mariam de Terranova An. MDLVII. * Inter Auguſtini ſcripta hanc epiſtolam * In 8°.
recenſuit Martinus Baillus in Indice librorum editorum ab Ant. Auguſtino.

In Sex. Pompeium Feſtum de Verborum ſignificatione Notæ. Romæ, ut coniicio, *An. MDLX.* Andreas Schottus in Oratione funebri Ant. Auguſtini ita inquit: *Hoc otium* (quo Romæ ſcilicet fruebatur Auguſtinus) *Marcum Varronem, & Feſtum Pompeium illuſtravit, aliiſque, ut legi & intelligi poſſint, & calamiſtris inurerent ii, qui majori & otio abundarent & ſubſidio, in manus tradidit.* Juſtus Lipſius in Variarum Lectionum lib. III. cap. XXVII. ita ſcripſit: *Senſit id incommodum maxime neſcio cujus Paulli Diaconi culpa Feſtus, atque ita ſenſit, ut multis extraneis pro Collectoris ejus libidine admixtis, in Feſto Feſtum difficile ſit agnoſcere. Sed huic rei Ant. Auguſtini, quem ego virum, ut ejus dignitas & doctrina poſtulant, honeſtatis cauſa nomino, diligentia magnam opem attulit, qui multa Feſti propria loca ex vetuſtiſſimis membranis nobis reſtituit, atque ex ingenio etiam & optime ſua quædam emendavit. Sed quamquam ille & optimis aliquot Libris uſus ſit, & ingenio ac judicio in veterum ſcriptis tanto ſit, quantum in paucis cognovimus; videntur tamen, cum pauca quædam vel fugiſſe, vel præteriiſſe, e quibus unum ego nunc proponam, quod apud Feſtum variis locis depravate legitur.* Ger. Jo. Voſſius in lib. De
Philologia cap. V. * hæc ait: *Bene eſt, quod ſummus vir Ant. Auguſtinus, dum litibus judi-* * Num. XII.
candis Romæ operam daret, poſteaque ex Alliſano, & Ilerdenſi Epiſcopo Tarraconenſis factus Archiepiſcopus, ipſius Feſti Fragmentum ex Bibliotheca Farneſiana juris publici fecerit cum eruditis notis (1).

Liber, qui inſcribitur: *Ex Conciliis multorum Codicis Interpretatio ex Bibliotheca Ant.
Auguſtini, Epiſcopi Ilerdenſis. Ilerdæ Petrus Roburius menſe Junii. MDLXVI.* * vere Ant. * In 8°.
Auguſtini opus non eſt. Quanquam enim id volumen ex Ant. Auguſtini Bibliotheca prodiiſſet, non fuerat tamen ab ipſo compoſitum, ſed ab Antonio quodam Columbetto, ſub cujus
nomine typis editum fuit Lugduni An. MDXLII. * ita inſcriptum: *Conciliatores ſuper Codi-* * In 8°.
cem. Quo circa crediderim ego, Petrum Roburium typographum ab Ant. Auguſtino petiiſſe, ut aliquid ſibi edendum daret, atque Auguſtinum hoc dediſſe ei volumen. Ilerdæ enim prid. Non. Majas An. MDLVI. ita ad Fulvium Urſinum ſcripſit: „ Typographum hic, & par- „ vam Academiam habeo, quibus diſtinear. Sed qui mihi ſatisfaciant, viros non habeo “.

*Ant. Auguſtini Epiſtola ad Pium V. Pont. Max. data Barcinone Idib. Februar. An.
MDLVI.* edita ab Abrahamo Bzovio in ſuis Annalibus Eccleſiæ * ad illum annum. * fol. 274.

Conſtitutionum Græcarum Codicis Juſtiniani Imp. Collectio, & Interpretatio.

Juliani Anteceſſoris Conſtantinopolitani Novellarum ejuſdem Imp. Epitome, additis Latinis quibuſdam Novellis Conſtitutionibus ejuſdem. Cum Paratitlis, ſive Scholiis Petrus. Ro-

bu-

[1] Vide ſup. *pag.* 27. §. Horis, ut ajunt, ſubciſivis &c. *& ſeq.*

* In 8°. *burius MDLXVII. Ilerdæ* *. Hujus exemplar voluminis in Regis exſtat Bibliotheca, in qua illud ego vidi. Ant. Contius in Præfatione Digeſtorum a ſe editorum An. MDLXXI. ita ait: *Reliquam copioſiſſimam ſilvam ex uberrima Collectione Græcarum Codicis Conſtitutionum ab Ant. Auguſtino his ſuperioribus annis edita, in illam editionem noſtram tranſplantantes.* Egomet in Indice Librorum Juridicorum ita ſcripſi: *Eruditiſſimi Auguſtini diligentiæ invidiſſe videtur Franciſcus Deſmares, qui plurima illius Scholia Pithœis Fratribus tribuit, quaſi tanti viri, ut per doctorum ora volitarent, alienis plumis indigerent* (1). In volumine Ilerdæ edito eſt ad extremum libellus ita inſcriptus: *Verborum quorundam Juliani inter-*
* In fol. *pretatio.* Idem porro libellus pluribus auctus prodiit in eo volumine *, quod typis editum fuit Baſileæ An. MDLXXVI. ex officina Petri Pernæ ita inſcriptum: *Imp. Juſtiniani Novellæ Conſtitutiones, per Julianum Anteceſſorem Conſtantinopolit. de Græco translatæ. Nunc primum reſtitutæ, emendatæ, & auctæ, quibus adjectæ ſunt ejuſdem Juſtiniani, & Juſtini Imp. Conſtitutiones aliquot nunquam antea editæ Ex Bibliotheca Petri Pithœi, J. C. Acceſſere præterea Paratitla, ſive Scholia, & verborum quorundam Juliani Interpretatio, auctore Ant. Auguſtino, Epiſcopo Ilerdenſi, ut de cæteris taceam, quæ verſa pagina indicabit.*

Sacerdotale Volumen, quod Ordinarium Ilerdenſe dicitur, Ant. Auguſtini juſſu editum
* In 4°. *Ilerdæ apud Petrum Rob. MDLXVII.* * *Ter.* Ita habet Index Ant. Auguſtini Librorum variorum, qui typis editi eſſent. Andreas Schottus in Oratione funebri ita inquit: *Ilerdæ Eccleſiam rexit optimis & legibus, & inſtitutis: Eccleſiaſticos ritus, preceſque, quibus Sacerdotes adſueſcerent, compoſuit* (2).

Breviarium Ilerdenſe recens ab Ant. Auguſtino Epiſcopo Collectum. Ilerdæ apud Pe-
* In 8°. *trum Rob. MDLXXI.* * *Ter.* Videndus eſt Index librorum variorum Ant. Auguſtini ad volumen CMXXXII. (3). Recens hoc nuncupavit volumen; propterea quod aliud erat ejus generis Ilerdenſe volumen antiquius, quod Lugduni editum fuerat An. MDXXXI. typis Dionyſii Har-
* In 8°. ſii *, de quo mentionem fecit Ant. Auguſtinus in Indice librorum variorum ad volumen CMXXIX. Joannes Grancola in cap. V. lib. I. Commentariorum de Romano Breviario ita ſcripſit: *Concilium Tridentinum Patribus, quibus Catechiſmi cura demandata erat, præcepit, ut Miſſale, & Breviarium æque reformarent. Complures, ut unius modi in tota Eccleſia eſſent, optabant: alii vero Diœceſeon ſuarum peculiares ritus tuebantur. Quare Legati ejus rei definitionem vix anno haberi poſſe perſpicientes, ut ea Papæ permitteretur, auctores fuere. His Præſules aliquot minime aſſenſi ſunt, quos inter Ilerdenſis Epiſcopus longam orationem habuit, ut oſtenderet, quantum intereſſet Breviariorum, & Ritualium emendatio; palamque profeſſus eſt, opus eſſe ad eam rem exquiſitam Antiquitatis, Provincialiumque conſuetudinum notitiam, ſcientiam vero hanc in Romana Curia minime obviam eſſe, quæ viris careat in hoc ſtudiorum genere exercitatis: facilius vero tantum opus a Concilio, quam a privatis Doctoribus expectari poſſe. Attamen orationi exitus non reſpondit: abſolutum enim Concilium fuit, Ritualibus, & Breviariis non emendatis, quod demum præſtitit Pius V.*

Antiquæ Collectiones Decretalium cum Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis notis. Iler-
* In fol. *dæ apud Petrum Rob. & Joannem a Villanova An. MDLXXVI.* * Franciſcus Florens Aurelianenſis, juris Doctor, in Oratione de Recta Juris Canonici diſcendi Ratione ita ait: *Comparationem illam exactiſſimam Collectionum Antiquarum, cum Gregorii IX. quam neceſſariam eſſe toties inculcamus, ex antiquis Interpretibus, ut diximus, viderunt pauci, neglexerunt plures antiqui & novi, uſque ad noſtra tempora; quibus feliciori genio præditi, Antonius Demochales, Joannes Quintinus, Antonius Contius, clariſſimum olim hujus Scholæ lumen, & poſtremo Ant. Auguſtinus, hanc partem ſtrenue adeo tractaverunt, ut correctoribus Romanis, qui poſtremam manum operi impoſuerunt, tenuiſſimum ſpicilegium reliquerint.* Ze-
* Part. 7. cap. 1. §. 2. gerus Bernardus Vaneſpenius in libro De Hiſtoria Juris Pontificii * ita ſcripſit: *Utramque* (Decretalium ſcilicet Collectionem primam, & ſecundam) *edidit Ant. Auguſtinus; ac priorem doctiſſimis notis illuſtravit, ac præcipue Variantes Lectiones Capitulorum ex Originali, &*
* Cap. 2. §. 1. *aliorum Collectionibus exacte multoque labore annotavit.* Idem Vaneſpenius * ita inquit: *Eam* (tertiam ſcilicet Collectionem) *cum duabus præcedentibus edidit Ant. Auguſtinus, aſſeritque in Præfatione, ſe eadem nomina in Scholiis hujus Collectionis vidiſſe, quæ in aliis Colle-*
* §. 2. *ctionibus.* Idem Vaneſpenius * hæc ait: *Addidit* (Ant. Auguſtinus) *huic Collectioni* (quartæ ſcilicet) *Scholia veteris Interpretis Joannis Teutonici, & quorundam aliorum. Idem rurſus hujus collectionis, atque præcedentium librorum, & titulorum ordo* [4]. Ampliſſimus vir, juriſque idem conſultiſſimus Henricus Chriſtianus Senckenbergenſis, qui Cæſari a conſiliis eſt, quicum ſumma mihi eſt amicitiæ conjunctio, quemve honoris cauſſa nomino, in libro, qui

[1] Vide ſup. *pag.* 34. §. Eodem anno &c. & *ſeq.*

[2] Vide ſup. *pag.* 35. §. Eodem anno MDLXVII. Ilerdenſis &c.

[3] Vid. etiam ſup. *pag.* 35. §. An. MDLXXI. volumen edidit &c.

[4] Vide ſup. *pag.* 40. §. Eo ſane erat animo &c.

qui inſcribitur: *Meditatio de collectione antiquarum Epiſtolarum Decretalium Bernardi Cir-
cæ, quæ legitur in Cl. Joſ. Ant. Rieggeri Bibliotheca Juris Canonici* * quum verba haberet * Parte 1. pag. 6.
de hoc volumine ab Ant. Auguſtino primum comparato, ita ait: *Inſigni ergo orbem eruditum
beneficio affecit Ant. Auguſtinus, qui Ilerdæ hoc opus cum aliis ſimilis argumenti edidit,
unde poſtmodum Pariſiis MDCXXI.* * *recuſum eſt. Correctores equidem Romani diligentiſſimi,* * In fol.
*& hac aliiſque Collectionibus uſi fuerant, ſed quod tantum non omnibus magnis molimi-
nibus accidit, non ita omni ex parte feliciter, ut id quidem optaſſem. Deprehenduntur ſane
mille & plura errata; ubi manu medica adhuc hodie opus, ubique Bernardi in primis no-
ſtræ opis haud ſane invocabitur.* Iterum deſcripta typis, vulgataque ſunt ea volumina Romæ
a Dominico Baſa An. MDLXXXIII. * Tertiò Lutetiæ a Carolo Labbæo An. MDCIX. * * In 4°. * In fol.
Jacobi Cujacii notationibus aucta: Quartò in eadem urbe (ut quidem dictum fuit) iiſdem-
que Cujacii illuſtrata notationibus a Sebaſtiano Cramoyſio An. MDCXXI. * additaque tunc * In fol.
fuit *Notitia Epiſcoporum Orbis Chriſtiani*, ſive *Codex Provincialis Romanus*, quem nota-
tionibus illuſtraverat Albertus Miræus, fueratque ante editus An. MDCXIII. * ex officina Plan- * In 8°.
tiniana. Si quem contigerit velle hæc volumina rurſum typis deſcribere; ſcilicet ab eo ma-
nu exemplar ſcriptum conſuli oporteret, quod eſt in Regia Divi Laurentii Bibliotheca, noſ-
que ipſi vidimus, atque his verbis finem habet; *Et flenda ulterius non committat.* Videnda
etiam eſſent duo exemplaria typis deſcripta, notationibuſque ad margines manu ſcriptis illu-
ſtrata.

*Familiæ Romanæ, quæ reperiuntur in antiquis Numiſmatibus ab Urbe condita ad tem-
pora Divi Auguſti. Ex Bibliotheca Fulvii Urſini, adjunctis familiis XXX.* (1) *ex Libro Ant.
Auguſtini, Ep. Ilerdenſis. Romæ cum privilegio, curantibus heredibus Franciſci Tramezini.*
Atque in extremo volumine legitur: *Romæ impenſis heredum Franciſci Tramezini apud Jo-
ſephum de Angelis MDLXXVII.* * Fulvius Urſinus in epiſtola, qua ad Alexandrum Farneſium * In fol.
Cardinalem miſit hoc volumen, ita inquit: *Quorum ego incitatus exemplo atque auctoritate,
Delphini maximè, quem in primis adoleſcens ſenem colebam, quique unus mea ſtudia, qui-
bus poterat officiis (poterat autem quamplurimis) juvabat, & fovebat; Antonii etiam Au-
guſtini adjutus exquiſita non ſolum doctrina, ſed ſingulari hoc in genere ſcientia, in qua
pene ſolus excellit, cognitione & intelligentia..... ſtatui* (Familias Romanas) *in tuo no-
mine emittere, adjuncto Auguſtini Commentario, quem ille rerum graviorum cura impe-
ditus imperfectum ad me miſerat, ut cum meis Familiis ederem.* Andreas Schottus in no-
tationibus, quibus Attici vitam a Cornelio Nepote conſcriptam illuſtravit, * ita ait: *Nuper* * Cap. 18.
*Fulvius Urſinus Rom. de patria benemeritus, & Richardus Streinius Auſtriacus, & Reinec-
cius, Germani, de Familiis accurate ſcripſere: at nemo eorum, quos quidem viderim, au-
dierim, Familiarum Rom. omniſque Antiquitatis doctior Ant. Auguſtino Archiepiſc. Tar-
racon.* Ger. Jo. Voſſius in Lib. de Philologia cap. XIII. * ita ſcripſit: *De Romanis quoque Fa-* * §. IX.
miliis pulchre tractarunt Ant. Auguſtinus, & Fulvius Urſinus: uti & Richardus Streinius
(2). Emmanuel Martius, qui in Alonenſium maximo Templo Decem erat Sacerdotum Præ-
fectus *, in epiſtola, qua ad..... miſit Ferdinandi Ruitii Villegaſenſis Carmina, quum verba * Decanus.
haberet de Franciſca Mercadera, Cervallonenſis Comitis Uxore, quæ fœmina hiſtoriam, fa-
miliarum præſertim, perfecte callebat, ita ſcripſit: *In quo certe quantum illa profecerit, la-
tet neminem, ſummorum mehercule virorum exemplo Varronis, T. Pomponii Attici, M. Va-
lerii Meſſallæ Oratoris, Hygini, aliorumque: e recentioribus autem Raphaelis Volaterrani,
Fulvii Urſini, Ant. Auguſtini, Richardi Streinii, Jani Roſæ, & Glandorpii.*

*Ant. Auguſtini Ep. Ilerdenſis de iis, qui Proconſulibus, & Proprætoribus, & Proquæſto-
ribus dicebantur.* Fulvius Urſinus in Lib. de Familia Caſſia pag. LI. ita ſcripſit: *Sed ſin-
gularem ab iis omnibus, qui antiquitatis ſtudio tenentur, initurum me gratiam opinor, ſi
Ant. Auguſtini, Epiſcopi Ilerdenſis, viri doctiſſimi, ſuper huiuſmodi denariorum titulis
Commentariolum ab eo nuper ad me miſſum protulero, a quo etſi diſſentire mihi in aliquo
pro ejus viri auctoritate pene nefas ſit, quid tamen in ejus ſcripto mihi minus probetur,
in ipſis inſcriptionum explicationibus ſuo loco a nobis dicetur* (3).

Quum Ilerdenſem obtineret Provinciam, librum * quendam typis edi curavit, quo omnia * Librum
ſanctiſſimæ religionis præſcripta continebantur. Hoc memoriæ traditum fuit a Bartholomeo Doctrinæ
Sanſone Ilerdenſi; qui iis litteris, quas Barcinone a. d. VI. Calend. Martias An. MDLXXXIV. Chriſtianæ,
dedit ad Ant. Auguſtinum, qui jam Tarraconenſem Pontificatum obtinebat, miſſo ad eum ſive Catechiſmi.
libello, quo nova proponebatur ratio ab Italis inducta eas preces recitandi, quæ quidem pre-
ces nomen a Roſis acceperunt, ita ſcripſit: *Spero enim non minorem ex ea* (ratione) *utilitatem
populares meos omnes eſſe capturos, atque ex quadam noſtræ Religionis Chriſtinæ Doctrina
tuo nuper edita imperio: en quo quantum fructus, quantum utilitatis, non modo Ilerdenſes,*
ſed

[1] Schottus numeravit XXXII.
[2] Vide ſup. *pag.* 42. §. Dum grande &c. *& ſeqq.*
(3) Vide ſup. *pag.* 43. §. In hac editione &c.

ſed etiam exteri omnes perceperint, non attinet dicere. Illud tamen unum dicam (ſine dolo quidem) me ſemel Ilerdæ, Barcinone quidem bis typis mandatum vidiſſe.

De Nominibus Propriis τοῦ πανδέκτου Florentini cum Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, Notis. In extremo libro poſt Notationes legitur: *Tarracone ex officina Philippi* • *In fol.* *Mey MDLXXIX.* * Scilicet hoc ex illis erat exemplis, quæ non quidem vendenda, ſed amicis nominibus largienda auctor typis juſſerat deſcribi. Aliud erat mihi exemplum nullis notationibus, quod Carteretio, Granvillenſi Comiti dono dedi: eratque fortaſſe ex illis, quæ vulgata fuerunt antequam notationes deſcriberentur. Aliud item habeo Notationibus auctum, priori illi ſimile: Sed hujus inſcriptio Auguſtino mortuo fuit typis deſcripta; eique fuerunt addita hæc verba: *Barcinone Venales habentur apud Natalem Bareſton ad Forum Regium An. MDXCII.* Everardus Otto in Theſauro Juris Romani, quo equidem multa continetur clariſſimorum juris interpretum egregie ſcripta, fuitque typis deſcriptus Trajecti ad Rhenum apud Joannem Broëdelettum An. MDCCXXXIII. primas dedit huic Ant. Auguſtini inſigni libro, ut ita legentes majori voluptate alliceret. Is itaque in Præfatione ad pag. IV. bis utitur verbis: *Primum locum ſuo merito, boniſque avibus, occupat, viri ſummi, Ant. Auguſtini, opus præclarum De Nominibus Propriis τοῦ πανδέκτου Florentini. Quemadmodum enim ædificiis non modicam voluptatem, & amœnitatem conciliat, ſi aditus clariore luce niteat: ita gratior hic Theſaurus legentium ad oculos veniet, conſpecto ſtatim tam venerando nomine: cujus maxima dignitas, virtus, & eruditio, præter temporis rationem, & operis raritatem, priores partes ſibi poſtulare videbantur.* Atque poſtea hominem mirificis ornare laudibus perſeverat; quaibus ſcilicet ampliſſimi Juriſconſulti efferri ſolent: eaſque etiam repetit, quas alii viri præſtantiſſimi Auguſtino tribuerant; quas, qui hæc in manus ſument, poterunt ipſi in ea
• *V. illam in noſtr. vol. I. pag. 489.* præfatione legere. * Inferius vero ad pag. XIII. ita ait: *Viros etiam clariſſimos Salmaſium, Reineſium, Rupertum, & Perizonium, grandes Commentarios De Nominibus Romanorum molitos fuiſſe, accepimus; ſed quos aut immaturus obitus, aut aliæ occupationes Reſpublicæ Litterariæ inviderunt. Hæc autem propria & invidenda eſt Auguſtini noſtri gloria, quod tum in libro ſingulari De Familiis Romanorum, tum Lib. III. Emendationum cap. VIII. tum in opere, quod enarramus, inter primos primus, aut certe cum Sigonio æqualis, ad hanc nobiliſſimam eruditionis partem, ſine qua origo virorum illuſtrium eorumque res geſtæ ſciri non poſſunt, excolendam ſuſtulit ſigna, aliiſque Nationibus per Europam exemplum, quod imitarentur, reliquit.* In eo volumine Otto Auguſtini Notationes in ſingulis exſcripſit paginis: Addiditque ſuas ipſe in Præfatione Notationes, quæ Auguſtini librum magnopere illuſtrant. Henricus Brencmannus JC. & Academicus Florentinus in Lib. IV. cap. IV. de Hiſtoria Pandectarum ita ſcripſit: *Perrarus eſt, ſed tamen ſatis cognitus, exquiſitiſſimus ejus Tractatus De Nominibus Propriis τοῦ πανδέκτου Florentini cum Notis illius, impreſſus Tarracone An. MDLXXIX. Is mea opera perveniet ad ampliſſimum virum Corn. Van Bynkerſhoek atque hujus beneficio propediem in Germania recudetur poſt novam Corporis Juris editionem* [1].

Conſtitutionum Provincialium Tarraconenſium Libri quinque. Tarracone apud Philip-
• *In 4°.* *pum Mey MDLXXX.* * Joannes Tereſius Tarraconenſis Pontifex in volumine IV. Conciliorum Hiſpaniæ Aguirrii Cardinalis ad pag. CDLXXIII. ita inquit: *Tandem Ant. Auguſtinus etiam Prædeceſſor noſter, juris Pontificii periſſimus, & rerum antiquarum ſtudioſiſſimus, cum multa in eo Codice a Vicariis Auriæ* [2] *edito paullo aliter legeret, quam in Codicibus manuſcriptis in noſtro Archivo aſſervatis reperiſſet: aliam recentem nobis dedit editionem, in qua, & quæ editæ fuerant a Ferdinando Loazes, & Gaſpare Cervantes Cardinale, Prædeceſſoribus noſtris, Conſtitutiones addendas curavit, quæ mendoſe legebantur emendatis, & variis Lectionibus in manuſcriptis inventis ad marginem appoſitis, &c.* [3].

Conſtitutionum Synodalium Tarraconenſium Partes Quinque. Tarracone apud Philip-
• *In 4°.* *pum Mey. MDLXXXI.* * Mihi eſt hic liber præclarus, eſtque ab ſuperiore illo diverſus.

Canones Pœnitentiales cum quibuſdam Notis Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraco-
• *In 4°.* *nenſis. Tarracone apud Philippum Mey MDLXXXII.* * Martinus Baillus in Indice Librorum Ant. Auguſtini, qui manu latine eſſent ſcripti, ad Codicem CCCXLIX. ita ait: *Incerti Pœnitentiale, ab Ant. Auguſtino felicis memoriæ Romanum appellatum, quia ex urbe ad ejus manus pervenit, & ab eo editum eſt cum ipſius notis. Liber in membranis annor. CC. for-*
• *Canones Pœnitentiales.* *ma majoris quadrati.* Iterum Decreta * de pœnitentiis fuerunt typis edita Venetiis An. MDLXXXIV. * atque Lutetiæ una cum Pontificii juris Epitome An. MDCXLI. * Zegerus • *Sunt tria vol. in fol.*
• *In 4°.* Bernardus Vaneſpenius in Juris Pontificii Univerſi Parte II. * ita inquit: *Celebris ille Cano-*
• *Tit. IV. §. XIX.* *num* [de Pœnitentiis] *Interpres Ant. Auguſtinus.*

Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, de Legibus & Senatuſconſultis Liber. Adjunctis legum antiquarum, & Senatuſconſultorum Fragmentis, cum Notis Fulvii Urſini.

Ro-

(1) Vide ſup. *pag.* 49. §. Quandoquidem &c.

[2] Hieronymus Auria Card. & Archiep. Tarracon.

[3] Vide ſup. *pag.* 45. §. Iis primum, & *ſegg.* & *pag.* 47. §. Poſteriore anno &c.

Romæ ex Typographia Dominici Baſæ. MDLXXXIII. * In eo volumine tunc edito multi errores, aliaque vitia ſunt. Quamobrem iterum typis deſcriptum fuit, inſcriptumque: *Ant. Auguſtini, Archiep. Tarraconenſis de Legibus & Senatuſconſultis Liber: adjunctis Legum antiquarum, & Senatuſconſultorum Fragmentis, cum notis Fulvii Urſini, multo quam antea emendatius, additis etiam locorum quorundam notis, cum duobus Indicibus locupletiſſimis. Adiectus eſt Juſti Lipſii libellus de Legibus Regiis, & Xviralibus. Pariſiis, apud Joannem Richerium, via Joannis Lateranenſis, ſub ſigno arboris vireſcentis MDLXXXIV. cum Privilegio Regis* *. Hoc etiam certe præclarum volumen mihi eſt. Rurſum deinde typis fuit deſcriptum Lugduni An. MDXCI. * atque An. MDCVI. * Grævius locum illi dedit in ſuo Antiquitatum Romanatum Theſauro ad pag. MCXLII.

* In 4°.
* In fol.
* In 4°.
* In fol.

Hujus de Legibus, & Senatuſconſultis voluminis exemplar eſt in Vaticana Bibliotheca ad Cod. CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. CC. XXXI. atque aliud etiam ad Cod. CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. D. XXIII. Nimirum hæc duo exemplaria ſimul conferri debent, ut ſciri poſſit, utrum ſit poſterius; atque an ex illis unum, libro typis edito, fuerit auctum. Nam hic liber multis temporibus confectus fuit, diverſiſque rationibus fuit conſcriptus. Ex ea epiſtola, qua ad Fulvium Urſinum hoc volumen miſit, conſtat, Auguſtinum manus operi primò admoviſſe, quum eſſet Bononiæ; qua ex urbe exemplar miſit ad Lælium Taurellum, qui illud bis legit, reſcripſitque, ſe libri de Senatuſconſultis videndi deſiderio teneri. Hoc autem conſtat ex iis litteris, quas Taurellus ad Auguſtinum dedit Florentiæ IX. Calend. Februar. An. MDXLIV. Deinde negociis impeditus id opus neglexit. Bononiæ exemplar conſcriptum tradidit Pyrro Taro. Illud autem, quod ad Fulvium Urſinum miſit, fuit Romæ ſcribi cœptum novem, vel decem poſt annis. At enim Auguſtino hunc librum ad præſtantiſſimum aliquem virum mittere cogitanti, multa eaque diverſa ſeſe offerebant. Primò itaque illum miſit ad Hieronymum Fr. novem omnino menſes, ut puto, poſtquam eum perfecerat. Quoniam vero in ea epiſtola, quæ quidem nunquam typis edita fuit, multa ſunt, quæ ſciri debent, nonnullas ejus partes hîc exſcribam. Ait igitur: *Accidit tamen, neſcio quomodo, ut ad hæc ipſa conſcribenda nihil minus cogitantes accederemus. Nam cum ante aliquot annos Juris noſtri Civilis non mediocrem cognitionem ex variis variarum rerum ſcriptoribus colligi poſſe putarem; ſubciſivis quibuſdam horis, ut ajunt, eorum libros verſavi potius, quam legi, qui mihi ad veterum aut legum, aut temporum cognitionem ſatis eſſe videbantur. In his cum hæc ipſa Jura, quæ in Juſtiniani libris referuntur, quæ tamen nonnunquam diligentius explicata ſunt, tum alia permulta eiſdem libris vel abrogata, vel omiſſa, vel in alia nomina commutata animadvertimus. Quibus colligendis, aut declarandis, ſi Veterum Juriſconſultorum libri omnes exſtarent, non laboraremus. Ut enim in hac ipſa Urbe* (Roma) *ex dirutis magnorum ædificiorum parietinis, quantum Urbs hæc cæteris omnibus præſtiterit, cognoſcimus; ita ex brevibus & multis Juriſconſultorum ſententiis, quæ ab Juſtiniano collectæ, aut ab aliis conſervatæ ſunt, nihil fuiſſe quod in eorum libris deſideraretur, credendum eſt. Sed cum in hoc & in cæterorum Juris Interpretum voluminibus (ſive illorum temporum tenebris, ſive Artis tradendæ ignoratione) præter verborum accuratam interpretationem, temporum quoque antiquitatem neglectam eſſe doleamus; his autem recentibus, quibus verborum elegantia reſtituta eſt, non ſatis hæc pars illuſtrata eſſe videatur: collegeram aliquando omnium legum, quæ uſquam legiſſem nomina, quibus diem, & Conſules, & verba, ſi qua extarent, ſin minus eorum ſententiam addebam: neque earum uſus, ſi quem aut hodie haberent, aut quoquam ex tempore habere deſiiſſent, negligebatur. Et quoniam id ipſum non neminem fuiſſe aggreſſum vidiſſem; &, ut fit, qualicunque aliorum labore mallem frui, quam minus neceſſario ſtudio in eiſdem rebus verſari; decipi tamen permultos animadverti tum in aliis Legibus, tum etiam in XII. illis Tabulis, quæ jure fons, atque initium noſtri Juris appellantur. Itaque cum hæc noſtra ſimpliciora, & pleniora quibuſdam eſſe viderentur, dederam enim operam, ut quoad ejus poſſem, nihil relinquerem, & ut in his omnibus, quæ collegiſſem, fontes indicarem, unde emanaſſent, nihil Juris ſtudioſis, & noſtræ obſervationis cupidis negandum eſſe exiſtimavi ..... ita enim a me, quæ Juris Civilis ſunt, conſcribuntur, ut nihil pene omiſerim, quamvis vulgare, & cognitum, quod apertiorem, & planiorem viam ad ipſarum rerum cognitionem efficeret. Ita cætera tradidimus, quæ ex veteribus legibus, libriſque ſumuntur, ut ſine librorum lectione ex his ipſis verbis, quæ referimus, nihil non recte intelligi queat. Qua in re erunt fortaſſe, qui nos nimios eſſe dicant alienarum ſententiarum ſectatores: quippe cum permulta repererint, quæ aut neglecta, aut incognita nobis fuerunt. Sed utrique velim animadvertant, id mihi initio conſilii fuiſſe ut nihil fucatum, aut fallax; ſed quod apud varios variarum rerum, ut dixi, ſcriptores inveneram, memoriæ mandarem. Neque vero tum omnia aut potuiſſem, aut debuiſſem excerpere. Fugerunt enim, opinor, non pauca alias res agentem; multa hoc ipſum agentem deceperunt. Cur enim hoc non fatear, quod & mihi, & aliis ſæpe accidiſſe ſcio? Dedita vero opera quædam omiſi, quæ aut ex libris nullius fidei, atque auctoritatis, colligere potui, aut plus æquo grandiorem hunc libellum efficerent; neque ſatis neceſſaria eſſe putaveram, ſive quod ea ſatis nota fore per ſe crederem, ſive quod his, quæ ſcripſeram,*

eſſent conſentanea. Quod ſi quis eſt, qui ordinem quemcumque noſtrum minus probet, quo nos bonorum librorum lectoribus conſulimus [ut, cum in legis nomen inciderent, quid ea contineretur, reperire facile poſſent] ſi quis, inquam, eſt, cui hic litterarum ordo diſpliceat, & malit ordinem temporum ſequi, quod nobis difficilius in multis legibus viſum eſt, quominus ad eum modum hæc noſtra, aut a nobis omiſſa tradantur, non repugno .... Sed tamen eadem ipſa negotia me ad has leges edendas ante tempus movent. Quas etſi non intra trinundinum diem, intra nonum tamen annum dicam, an menſem, proferimus, ut liberiore deinceps animo toti in noſtro onere ſuſtinendo conſiſtamus. Reliquimus autem & Novellarum, & Juris Pontificii exornationem neſcio quam inchoatam, quæ ſi quando mihi otioſo eſſe licebit, abſolventur. Sed jam ad ipſas leges veniamus; quas omnes conſtat Populum Romanum tuliſſe ab initio Urbis uſque ad Tiberii Cæſaris imperium. Senatus vero Conſulta, quæ Placentini docti viri diligentiam ſecuti collegimus, magna ex parte poſt Tiberium facta ſunt. Non quod non permulta alia & Populus, & Senatus decreverit: ſed quod hæc ipſa ſine nominibus ſuis notiora. Quorum omnium cognitio non Juris ſolum Conſultis, ſed pene dixerim omnibus latinæ linguæ ſcriptoribus non parum utilitatis allatura eſſe videatur. Ita Auguſtinus ſcribebat ad Hieronymum Fr. qui fortaſſe conſilium dedit ei, uti librum de Legibus & Senatuſconſultis ad Paullum III. Pont. Max. mitteret; vel potius ipſe Auguſtinus rem animo agitavit, epiſtolamque confecit, quæ nondum publicam vidit lucem. Nonnulla in ea ſunt, quæ hîc exſcribi merentur: *Cum animadvertiſſem,* inquit, *ſæpenumero a noſtri ordinis hominibus quæri ſolitum, neque ab illis ſolum, ſed ab omnibus omnium Diſciplinarum ſtudioſis, quidnam eſſet illis legibus, atque Senatuſconſultis comprehenſum, ut quæ explicari ſine ipſarum legum ſcientia non poſſent; collegi aliquando, tum ex variis Juris Civilis libris, tum etiam ex Veterum monumentis (quod ab aliis inchoatum fuerat) quantum ad earum legum interpretationem facere videbatur. Et cum mihi ingenui hominis eſſe videatur, nihil fucatum, ac fallax, ſed ipſam rerum ſimplicem veritatem ſequi, omnes eos libros, e quibus earum legum interpretatio duceretur, referendos eſſe exiſtimavi. In duodecim vero Tabularum legibus [quæ multorum manus fuerunt paſſæ] eas ſolum recepi, quas a veteribus Scriptoribus relatas eſſe cognoveram. Secuti autem ſumus in his, non temporum, ſed litterarum ordinem, propterea quod multarum legum tempora ſunt nobis incognita, & hic noſter ordo per ſingulas leges quærenti aptiſſimus eſt. Itaque ſingularem hunc librum De Legibus & Senatuſconſultis inſcripſimus Juſtiniani imitatione, qui quartam Digeſtorum ſive Pandectarum partem libros ſingulares inſcripſit; item Ulpiani, Paulli, & Modeſtini, qui variis de rebus libros ſcripſiſſe dicuntur, in quibus Julium Paullum hac eadem appellatione uſum eſſe conſtat. Ad leges quoque & Senatuſconſulta, permulti Juris Interpretes ſcripſerunt, quorum libros nobis ſive Juſtiniani conſilium, ſive temporum injuria abſtulit: cum maxima quidem certe noſtræ Diſciplinæ jactura. Quanquam illud in malis nos conſolari ſolet, quod optimorum Principum atque eruditiſſimorum liberalitate, & prudentia in veterem ſplendorem Divinarum, atque Humanarum rerum Scientiæ reſtituantur.* Tandem quoniam liber de Legibus minime fuit typis deſcriptus ante An. MDLXXXIII. in lucem prodiit e quodam exemplari exſcriptum, quod Tarracone miſit ad Fulvium Urſinum, quem ſummâ complectebatur benevolentia. Hic vero in libri præfatione ita ſcripſit: *Etſi ad communem litterarum cauſam, tantum omnes contulerint, quantum expeti par fuit ab Hominibus excellentis ingenii, ſummaque doctrina excultis; videtur tamen Ant. Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis amplius quiddam & perfectius aliis in ea re præſtare potuiſſe: qui præter multiplicem omnium pene diſciplinarum cognitionem, exquiſitamque Juris Civilis, in quo fere ſolus excellit, peritiam, Romæ ſtlitibus judicandis ſumma cum laude XIIvir diu vivendo, eam ſibi univerſæ Romanæ Antiquitatis ſupellectilem comparavit, ut ex præſtanti talium rerum intelligentia plurimum ornamenti ad Legum Romanarum tractationem afferre potuerit. Hoc igitur uſu, atque hoc genere ſcientiæ adjutus cum præclarum hunc de Legibus & Senatuſconſultis Commentarium Tarracone ſuperioribus menſibus ad me miſiſſet, ut ego illum, ſi mihi videretur, cum eruditis quibuſdam viris, qui ſæpius jam editionem ejus ſcripti flagitaverant, communicarem; ita pro mea in res Romanas propenſione, & erga clariſſimum virum obſervantia ſum ejus libri lectione delectatus, ut tantam ſtudioſis hominibus doctrinam, tantamque utilitatem diutius deberi non ſim paſſus.* Andreas Schottus in cap. ult. Notationum, quibus Attici Vitam a Cornelio Nepote conſcriptam illuſtravit, ita inquit: *Qua de re docte, ut omnia, Ant. Auguſtinus in duodecim Tabb. libro ſingulari de Legibus & Senatuſconſultis, quo omnium hactenus diligentiam induſtriamque ſuperavit.* Henricus Brencmannus in Lib. IV. cap. IV. Hiſtoriæ Pandectarum ita ait: *Ante omnia quoque celebris eſt Auguſtini de Legibus & Senatuſconſultis Liber, & omnium manibus teritur* [1]. Laurentius Andreas Hambergerus in Obſervationibus, quibus Gravinæ Origines Juris Civilis illuſtravit, quæ inter ejus Diſſertationes Juris leguntur, ita ad pag. CCCLXXV. inquit: *Nemo autem hoc in ſtadio longius progreſſus eſt, nemo propius a cal-*

(1) Vide ſup. *pag.* 42. §. Dum grande &c.

calce abſuit, quam Ant. Auguſtinus, vir cum cæterarum maximarum rerum, tum vero juris civilis peritia præditus, cui tantum debent legitimæ ſcientiæ ſtudioſi, quantum hominem homini debere vix fas eſt. Nam priorum plerique ſuo ſe defunctos officio putabant levi nominum, & auctorum cujuſque legis enumeratione; argumenta vero, & ſententias fere præteribant: hic autem, leges ipſæ ut perfecte ederentur, laboravit; ideoque non ſcriptores tantum exteros, & alia Antiquitatis monumenta, ſed cumprimis Juriſconſultorum quoque libros conſuluit, & ſic opus illud de Legibus & Senatuſconſultis adjuvante Fulvio Urſino diligentiſſimo homine, qui ad colligendas vetuſtatis reliquias quaſi natus videri poterat, ſumma cum laude produxit. Ordinem ſecutus eſt eundem, quem & Lætus cum Zaſio probaverat, nempe litterarium: præmiſit autem generalem de legibus diſputationem, in qua definitionem legis, de partibus ejus, a quibus leges latæ ſint, quomodo latæ, quo in loco, quo tempore, quibus de cauſis, de ſuaſione, & diſſuaſione, de interceſſione, quomodo in æs inciſæ, & conſervatæ, quinam legibus ſoluti ſint, denique de abrogatione, & aliis ſimilibus quam licebat diligenter expoſuit. Jo. Gottl. Heineccius in cap. X. Proemii Aotiq. Rom. Juriſprudentiam illuſtrantium ita inquit: *Romanarum Legum Senatuſque Conſultorum Hiſtoriam plures dederunt, in quibus eminent Paullus Manutius, Ant. Auguſtinus, Paullus Merula, Franc. Hotomanus, Janus Vincentius Gravina.*

Epiſtola ad Hieron. Blancam de Laudibus Cæſarauguſtæ, & veteribus Pontificibus illius, data Tarracone Calend. Februar. MDLXXXIV. edita Cæſarauguſtæ apud Laurentium Robles, & Didacum Fratres, Anno MDLXXXVIII. * poſt finem Commentariorum Hieronymi Blancæ Cæſaſauguſtani de Rebus Celtiberorum. Epiſtolam hanc, non tamen integram, Aguisrius Cardinalis edidit in Vol. I. pag. VII. Conciliorum Hiſpaniæ: Itemque Joſephus Catalanius, cum illa Aguitii volumina iterum ederet, in Vol. I. pag. XVII. Sed Andseas Schottus illam, omnino mutilam, edidit in Bibliothecæ Hiſpanæ Vol. I. pag. CXXV. Qui vitiis litteris, quas ad Hieronymum Blancam dabat Valentiæ ex Paullianis Ædibus Non. Januar. An. MDXC. ſcripſit, e re maxime futurum fore, ſi is locum in ſuis Commentariis illi Epiſtolæ dediſſet. His autem utitur verbis: *Illud miror cur Epiſtolam illam eruditionis, & ſingularis in patriam amoris, Ant. Auguſtini Viri Cl. in calcem libri reiicere, quam ſuo illam in loco inſerere malueris. Nec enim bonis & antiquis inſolens eſt Hiſtoricis Epiſtolas, aut id genus alia, quæ ad rem quidem, qua de agitur, pertineant, ſuis quæque locis inſerere: ut in Joſepho inſigni Hiſtorico (quem ego ſcriptorem cum Sacris Litteris legens, jam Sacris his initiatus, plurimi, ut par eſt, facere cœpi) videre eſt. Illud tamen pro te facit, ne quid diſſimulando prævaricari merito videar, prolixiorem eam eſſe, quam ut narrationis filum tenere, ſuo quidem loca commode potueris.* Hieronymus Blancas in Commentariorum de Rebus Celtiberorum pag. V. ita ait: *Hujuſmodi argumentum diligentiſſime, ut cætera, Illuſtriſſimus Ant. Auguſtinus, Tarraconenſis Archiepiſcopus, in Epiſtola, quam ad me miſit, pertractavit. Illius infra exemplum in extrema horum Commentariorum parte ſubiicere decrevi, ut ad communis patriæ laudem tanti viri etiam teſtimonium accedat.* Egomet in mearum Epiſtolarum Præfatione ad pag. XIV. ita ſcripſi: *Si eruditiſſimus Nic. Antonius publicaſſet [ut in votis habebat] Ant. Auguſtini Epiſtolas, nunc poſſemus proferre noſtrum de illis judicium. Minime dubito, quin viderentur eſſe tanto viro digniſſimæ: hoc eſt prudentes, eruditæ, graves, ut ſunt ejus omnia. Sed ſi ex ejuſdem una aut altera Epiſtola ejus Operibus præfixa rem æſtimare poſſumus, deeſſet illis neſcio quid eutrapeliæ, cui ſe non ſemper accomodaſſet tanti viri gravitas. Et ut dicam, licet invitus, quod ſentio, lepidiores optaremus. Sed maxime dolendum eſt, litteratis viris deeſſe ideas perfectiſſimas erudite ſcribendi. At bene ſit Hieron. Blancæ Aragonenſium Rerum luculentiſſimo Scriptori, & magni Hieron. Zuritæ ſucceſſori digniſſimo, qui unam ejus Epiſtolam, velut ex naufragio tabulam, immortalitati conſecravit.* His ſcriptis nactus ſum Ant. Auguſtini Epiſtolas, quas habuere clariſſimi, & eruditiſſimi viri Nicolaus Antonius, & Petrus Diatius Valerius, aliique amici mei ſuo loco memorandi; & pleniſſimæ ſunt bonæ frugis, quod lectores, Deo favente, comprobabunt.

* *In fol.*

Conſtitutiones Concilii Provincialis Tarraconenſis editæ menſ. Novembr. & Decembr. Anni MDLXXXIV. Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXV. * Joannes Puigius juris & theologiæ Doctor, ac Tarraconenſis Academiæ Præfectus, qui in Tarraconenſi maximo Templo Sacerdotium illud gerebat, quod a Pœnitentiis * nomen accepit, in volumine Conſtitutionum Synodalium Provinciæ Tarraconenſis, quæ ſtatutæ, ac latæ fuerant in illius Diœceſis Concilio celebrato ab Joſepho Lina, Pontifice Tarraconenſi An. MDCCIV. IV. Non. Majas *, atque in earum Conſtitutionum Indice ita ſcripſit: *Hic* (id eſt Tarracone) *vigilantiſſimi Paſtoris munus implendo, Eccleſiaſticæ Diſciplinæ amplificator aſſiduus, volumen Conſtitutionum ſecundò edendum curavit.* Hoc volumen, rariſſimum quidem, mihi eſt.

* *In 4°.*
* *Canonicus Pœnitentiarius.*
* *In fol.*

Ant. Auguſtini Archiep. Tarraconenſis Juris Pontificii Veteris Epitome, Pars prima. Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXVII. * Iterum Epitome Juris Pontificii edita fuit Romæ typis Ægidii Spadæ An. MDCXI. * Rurſumque Romæ typis Stephani Paullini An. MDCXIV. tribus voluminibus * comprehenſa: Itemque Lutetiæ additis Decretis de Pœnitentiis * An. MDCXLI. tribus tunc quoque comprehenſa voluminibus *. Andreas Schottus

* *In fol.*
* *In fol.*
* *In fol.*
* *Canon. Pœnitential.*
* *In fol.*

in Oratione funebri inquit: *Nec his contentus ad artem redigere (quod in Jure Civili M. Tullius aliquando cogitarat) cœpit Antonius Jus Sacrum nimis diffuſe, nec ſatis via & ordine traditum: edita nuper Epitome Juris Pontificii Veteris, ad artem methodumque revocata ea parte, quæ de Perſonis eſt: Altera enim de Rebus ipſis, & Tertia de Actionibus atque Judiciis, quo ordine Juſtinianus Imper. Inſtitutiones edendas curavit, eu* (a) *adverſariis Alexandri Peretti Cardinalis Montalti auſpiciis lucem tandem Romæ aſpeuerunt, verendum alioqui erat, ne parentis immaturo interitu partus ille aut poſthumus, nec ſatis politus exiret; aut, quod Deus ne ſiverit, perpetuo deliteſceret. Quam enim partem Veneris Apelles inchoatam reliquit, nemo pictor eſt inventus, qui abſolvere auderet.* Nicolaus Antonius in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, ubi agit de Ant. Auguſtioo, ſic ait: *De cujus Operis fine, utilitate, & excellentia videſis cognominem Auctoris Antonium Auguſtinum Jeſuitam in Præfatione ad integram hujus Epitomes editionem Pariſinam Anni MDCXLI.* Everardus Otto in Præfat. vol. I. Theſauri Juris Romani pag. VII. ita ſcripſit: *In qua* [Juris Pontificii Veteris Epitome] *labore immenſo geſta, decretaque Romanorum Pontificum, Synodos ubique terrarum coactas, Œcumenicas, & Provinciales, earumque ſanctiones diligentiſſime conquiſivit, transcripſit, contulit, & in capita quædam certa ſeriemque ordinatiſſime digeſſit. Duodecim ejus libros priores de Perſonis ipſe Tarracone An. MDLXXXVI.* * (MDLXXXVII.) *reliquos autem octo & viginti de Rebus, & de Judiciis, ejus ex fratre filius eu autographo Vaticano, in forma eadem majore, Romæ edidit, cum effigie ejus præmiſſa An. MDCXI.*

* In fol.

Ampliſſimus vir Fridericus Adulphus Hanſenus Ehrencronenſis in ſuâ Bibliothecâ Electâ ad pag. XVII. commemoravit de quodam libro, qui ita inſcriberetur: *Ant. Auguſtinus de Pontifice, & Patriarchis, & Primatibus, Archiepiſcopis, & Metropolitanis Epiſcapis; ſive Pontificibus vel Sacerdotibus, Conciliis, & Synodis, Chorepiſcopis, & Presbyteris, Diaconis, & Hypodiaconis, & Diaconiſſis, Acolytis, & aliis Clericis inferioribus, Monachis, & Canonicis Regularibus, & de Sacris Virginibus, Laicis, Catholicis, Hæreticis, Apoſtatis & Schiſmaticis, Judæis, & Paganis, Romæ MDCXVII.* Notavit autem, eum librum rarum eſſe. Item David Clemens in volumine altero ſuæ Bibliothecæ Curioſæ ad pag. CCXXXIX. de eodem libro mentionem habuit typis edito ab Andrea Phæo. At vero ejuſmodi libro nihil aliud continetur præter unam Epitomes Juris Pontificii priorem partem, qua de Perſonis taotum agitur.

Ant. Auguſtini, Archiep. Tarraconenſis, De Emendatione Gratiani Dialogorum Libri duo. Tarracone apud Philippum Mey. MDLXXXVII. * Latinus Latinius in Epiſtola ad Ant. Auguſtioum data Romæ Non. Januar. An. MDLXXXVI. * ita inquit: *Quarto Nonas attulit ad me Molianus tuus Dialogos quinque Prioris Libri de Emendatione Gratiani inſcriptos, nuper a te editos, quos ſtatim avidiſſime legi, ſimulque Notas, non omnes tamen; oculis enim cogor invitus parcere. Agnovi tamen in eis admirabilem diligentiam tuam, gravitatis ſimul, & urbanitatis ſale conditam, atque ad ſtudiaſorum utilitatem ita accomodatam, ut ſperem, poſteritatem tibi plurimum debituram.* Ex hoc Latinii teſtimonio inferri poteſt, Ant. Auguſtinum cum amicis communicare ſolitum fuiſſe ea, quæ typis identidem deſcribebantur ex Dialogis de Emendatione Gratiani, antequam eorum Dialogorum facta eſſet editio. Eſt vero mihi obiter illuſtrandum, quod Latinus Latinius obſcure notavit; qui quidem vir naturâ erat ambitioſior. Itaque quanquam Ant. Auguſtinum collaudaviſſet; propterea quod Hiſpanos quoſdam homines, qui erant Michael Thomaſius Taxaquetus, & Petrus Ciaconius, honeſtiſſimis appellaverat verbis: dixit tamen, illos laudem, quæ ei debebatur, ſibi eripuiſſe: *Neque enim*, ioquit, *ipſi, neque Romani Emendatores primum obſervaverunt, in Gratiani Decreto perperam pro Chriſoſtomo fuiſſe Chromatium nominatum.*

* In 4°.
* Pag. 290. & ſeq.

Stephanus Baluzius Tutelenſis in horum Dialogorum Præfatione * ita ſcripſit: *Eodem tempore* [quo ſcilicet Romæ Gratiani Correctioni opera dabatur] *vir celeberrimus, & eruditiſſimus Ant. Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, ut oſtenderet, quantum adjumentum afferre ipſe poſſet huic operi, Dialogos ſcripſit de Emendatione Gratiani refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro.* Idem Baluzius in Præfatione illa * vocavit hos Dialogos *Laborioſum viri doctiſſimi Opus.* Zegerus Bernardus Vaneſpenius in lib. de Hiſtor. Jur. Pontif. * Part. VI. cap. III. * ita ait: *Vir in re Canonica verſatiſſimus, quique ſummo ſtudio Libros duos Dialogorum de Emendatione Gratiani ſumma eruditione confertos edidit, Ant. Auguſtinus* (1).

* Num. 30.
* Num. 32.
* in Tractatu Hiſtorico-Canonico.
* §. III.

Dialogos de Medallas, Inſcriciones, i otras Antiguedades. Eu Bibliotheca Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis. En Tarragona por Felipe Mey. 1587. En 4. Scriptum fuit, eos Dialogos ex Ant. Auguſtini Bibliotheca prodiiſſe; neque enim ab ipſo Auguſtino vulgati fuerunt: quod fortaſſe æra, quibus nummi, de quibus in iis Dialogis agitur, eſſent inciſi, nondum ſibi ab Urbe omnia fuiſſeot allata. Nam illi tantum nummi apparent, qui ad prio-

[1] Vide ſup. *pag.* 55. §. Quot vir iſte &c. *& ſeqq.*

(a) Ex Ant. Auguſtini Vita Antiquitatum Romanarum Dialogis præfixa hæc verba deſumpta ſunt. Secus autem in Oratione funebri leguntur, ut infra pag. XCIV. §. *Juris Pontificii.*

Digitized by Google

priores duos Dialogos pertinent. At ego procul dubio crediderim, eos Dialogos fuiſſe An. MDLXXVIII. typis cœptos deſcribi. Nam iis litteris, quas ad Fulvium Urſinum dedit prid. Id. Septembr. illius anni, ita inquit: „ Typis curo deſcribi volumen *De Nominibus Propriis* „ τῶ παιδικῶ; itemque librum aliarum quarundam rerum, quæ ſane minus probe digeſtæ ſunt, „ quæve ad antiquitatem, atque ad concilia pertinent". Quid de Conciliis dicere voluerit, non ſatis conſtat. Illud in dubium vocari non poteſt, fuiſſe ab eo Conciliorum Tarraconenſium acta collecta, quibus notationes quaſdam addidit; ut ipſe Auguſtinus ait de Emendat. Gratiani lib. I. Dial. II. Andreas Schottus in Epiſtola, qua hos Dialogos ab ſeſe latine redditos miſit ad Nicolaum Roccoxium Equitem Antuerpienſem VI. Conſulem, ita ſcripſit: *Nomiſmatum quidem ænigmata explanarunt latino, & populari ſermone nonnulli, ſed hujus noſtri* (Ant. Auguſtini) *luminibus obſtruere* (*ſi quod in his judicium eſt meum*) *nemo hactenus eſt viſus. Quis enim paria unquam fecit?* Idem Schottus in Indice eorum, qui de Nomiſmatis ſcripſerunt, & Imagines exhibuerunt, ait: *Ant. Auguſtinus Princeps Antiquariorum*. Ezechiel Spanhemius in Præfatione Diſſertationum de Præſtantia & Uſu Numiſmatum ita ſcripſit: *Verſantur quidem in omnium manibus ſoli ferme, qui hactenus ſtudioſos Antiquitatis his myſteriis initiant, Ant. Auguſtini Dialogi, viri, ſi quiſquam alius ſua ætate, Romanæ & Antiquitatis & Juriſprudentiæ ſtudiis exculti egregiè & perpoliti; judicii autem, quod pluris adhuc facio, exacti valde, ac limati.* Idem in Diſſertat. I. pag. XXV. ita inquit: *Religio foret præterire hoc loco Ant. Auguſtinum Tarraconenſem Archiepiſcopum, quo nemo adhuc forte felicius hanc ornavit provinciam, aut uſum illi ac dignitatem ſuam luculentius aperuit* (1). Et Diſſertat. IV. pag. CCCIV. ita dixit: *In qua ſententia fuiſſe jam olim video virum hujus Antiquitatis intelligentiſſimum Ant. Auguſtinum.* Hetruſce poſtea hi Dialogi redditi, atque in lucem emiſſi fuerunt ita inſcripti: *Diſcorſi di Antonio Agoſtino ſopra le Medaglie diviſi in XI. Dialoghi tradotti dallo Spagnuolo. In Roma per Aſcanio e Girolamo Donangeli.* 1592. * Langletenſis Abbas in Hiſtoriæ perdiſcendæ Methodo * ait, fuiſſe eos Dialogos * *In 4°.*
hetruſce redditos An. MDLXXIX. Sed, ubi id volumen ſit, nemo novit. Sunt vero mihi hi * *Vol. 9.*
Dialogi hetruſce redditi, atque ita inſcripti: *I Diſcorſi del S. Don Antonio Agoſtini ſopra* *pag. 177.*
le Medaglie & altre Anticaglie diviſi in XI. Dialoghi tradotti dalla lingua Spagnuola nell' Italiana. Con la giunta d' alcune Annotazioni, e molti ritratti di belle e rare Medaglie. Si è meſſo di più nel fine l' Originale Spagnuolo per ſodisfattione di molti. * Quo an- * *In 4°.*
no, quo in loco, & a quo typographo liber fuerit editus, in ejus inſcriptione non legitur: Neque etiam in voluminis fine iidem hiſpanice ſcripti Dialogi reperiuntur; quod in libri inſcriptione fuerat expreſſum. Qui Dialogos hetruſce converterat, ille nomen celavit ſuum; neque librum ulli magno viro (ut moris eſt) miſit; neque præfationem confecit ullam. Nummos addidit permultos. Ad extremum volumen Index rerum omnium, quæ Dialogis continentur, ab Venantio Mazzutillio comparatus habetur. Iidem quoque Dialogi extant alias hetruſce redditi, atque ita inſcripti: *Dialoghi di D. Antonio Agoſtini intorno a le Medaglie, Inſcrittioni, & altre Antichità tradotti di lingua Spagnuola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada. Roma.* 1650. Nummos id volumen habet ligno inciſos [2]. Iidem fuerant antè typis editi ita inſcripti: *Dialoghi d' Antonio Agoſtino intorno alle Medaglie, Inſcrittioni, ed altre Antichità, tradotti di lingua Spagnuola in Italiana da Dionigi Ottaviano Sada. In Roma* 1592. * Alias etiam typis editi fuerunt ita inſcripti: *Dialoghi di D. Antonio Agoſtini* * *In fol.*
Arciveſcovo di Tarracona intorno alle Medaglie, Inſcrittioni, & altre Antichità tradotti da Dionigi Ottaviano Sada, & di nuovo accreſciuti con diverſe annotationi, & illuſtrati di molte Medaglie, & altre figure. All' Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Sig. Card. Lodovico Lodoviſio, Vicecancelliere di S. Chieſa. Stampati da Andrea Fei, ad iſtanza di Pompilio Totti & Andrea Montano l' anno del Giubileo 1625. *in Roma.* In extremo volumine hæc leguntur verba: *In Roma appreſſo gli Stampatori Camerali. Con licenza de' Superiori* *. Hoc vo- * *In fol.*
lumen diligenter conferendum eſt cum ſuperiore volumine anni MDXCII. ut cognoſci poſſit, an unum idemque volumen ſit commutata inſcriptione. Volumen hoc poſt libri inſcriptionem habet quandam Octaviani Sadæ Præfationem; quæ quidem non reperitur in volumine typis edito An. MDCL. * Eam ſequitur Sadæ Præfationem Index eorum, quorum ſcripta in his * *In fol.*
Dialogis appellantur; tum Epiſtola, qua Pompilius Tottus, & Andreas Montanus illud volumen ad . . . . . miſerunt. Apparent poſtea nummi optimo donati ordine; qui quamvis in ligno inciſi fuerint, ſatis tamen habent dignitatis, numeroque præſtant illis, quos Auguſtinus primò in lucem emiſerat. Undecim tantum Dialogos volumen continet, tercentiſque conſtat paginis. Præclarus in eo eſt rerum omnium, quæ totis Dialogis continentur, Index: quem ſequitur nummorum aliquot explanatio, qui nummi ad duodevigeſimam paginam pertinere debuerant; niſi tardius in auctoris manus perveniſſent. Ea porro explanatio XII. omnino paginis continetur.

Tho-

[1] Vide ſup. *pag.* 57. §. Quod in Dialogis iſtis &c. & *ſeqq.*

[2] Schombergius Baro, *in Biblioth. vol. I. pag.* 62.

Thomas Hydes in indice Bibliothecæ Bodlejanæ ait, hos Dialogos fuiſſe typis editos etiam • *In fol.* An. MDC. *

• *In fol.* Philippus quidem Roſſius illos typis edidit Romæ An. MDCXLVIII. *

Poſtremo hi Dialogi ſecundum priorem editionem Tarraconenſem typis editi fuerunt ita inſcripti: *Dialogos de Medallas, Inſcriciones, i otras Antiguedades. Ex Bibliotheca Ant. Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconen. Al Rei nueſtro Señor por mano de D. Sebaſtian de la Quadra. Con privilegio. En Madrid: en la Officina de Joſef Franciſco Martinez Abad, en* • *In 4°.* *la Calle del olivo bajo. Año de 1744.* * Editionis auctor extitit Andreas Gonzaletius Barcienſis, qui inter Numantinos & Carpetanos Regii Conſilii, atque Ærarii Præfectum agebat; eoque vita functo volumen in lucem emiſit Andreas Gonzaletius Barcienſis Carvallidus, uti dictum ſupra a nobis eſt.

Æternæ memoriæ viri Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, Bibliotheca Græca M. S. Latina M. S. Mixta ex Libris editis variar. Linguarum. Tarracone apud Philippum • *In 4°.* *Mey MDLXXXVI.* * Henricus Brencmannus in Hiſtor. Digeſtor. Lib. IV. cap. IV. pag. CCCXLIX. ita ſcripſit: *Poſtremo rariſſimus eſt, & ejus rei cauſa cum manuſcripto propemodum æquiparandus Bibliothecæ Ant. Auguſtini Librorum manuſcriptorum Index, Tarracone MDLXXXVI. forma, quam vocant in quarto. In eo, ſi recte memini, perpendit uſum, & auctoritatem illorum Librorum, in quibus adeo & eorum, quæ ad Jus Civile ſpectant. Vidi, nec uſquam alibi videre contigit, hunc Librum in magnificentiſſima Barberinorum Bibliotheca, ad quam mihi quotidianus, & familiaris acceſſus ab Eminentiſſimo illius poſſeſſore perhumaniter concedebatur* (1).

Fragmenta Hiſtoricorum collecta ab Ant. Auguſtino, emendata a Fulvio Urſino. Fulvii Urſini Notæ ad Salluſtium, Cæſarem, Livium, Velleium, Tacitum, Suetonium, Spar- • *In 8°.* *tianum, & alios. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana. MDXCV.* *

Notæ Criticæ ad Divi Iſidori, Epiſcopi Hiſpalenſis, Etymologiarum Libros XII. priores, • *In fol.* *Madriti ex Typograph. Regia MDXCIX.* * Jo. Grialius in Præfatione ita ſcripſit: *Ant. Auguſtinum ſanctiſſimum Antiſtitem, deque ſuis Libris toto orbe notiſſimum, cum ad XII. Librum perventum eſſet, hoc eſt opere prope in medio, mors occupavit* (2).

Concilia Generalia Eccleſiæ Catholicæ Gr. Lat. Pauli V. auctoritate edita. Tomi IV. • *In fol.* *Romæ ex Typ. Vat. MDCVIII.* * Andreas Schottus in Hiſpan. Biblioth. pag. CCCXX. ita inquit: *Concilia Græca & Latina, quæ Romæ nunc* (anno ſcilicet MDCVIII. quo ſuam Bibliothecam Schottus edidit) *Pontificum liberalitate in Vaticana Typographia excuduntur* (3).

Juris Pontificii Veteris Epitome Auctore Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. Ant. Auguſtino, Archiepiſcopo Tarraconen. Pars Secunda & Tertia de Rebus & Judiciis. Romæ. Ex • *TT. II. in fol.* *Typographia Ægidii Spadæ MDCXI.* * Initio prioris voluminis legitur ejuſdem *Ant. Auguſtini de quibuſdam veteribus Canonum Collectoribus Judicium ac Cenſura*: quod Judicium egregium vocavit Nicolaus Antonius. De Epitomes autem utilitate vide Præfationem Partis Secundæ & Tertiæ, quam conſcripſit Antonius Auguſtinus Jeſuita (4). Andreas Schottus in oratione, quam habuit in Funere Ant. Auguſtini, ita inquit: *Nec his contentus, ad artem redigere, quod in Jure Civili M. Tullius aliquando cogitarat, cœpit Antonius Jus Sacrum, nimis diffusè, nec ſatis via & ordine traditum, edita nunc Epitome Juris Canonici, ad artem methodumque revocata ea parte, quæ de Perſonis eſt. Altera enim de Rebus ipſis, & Tertia de Actionibus, atque Judiciis, quo ordine Juſtinianus Imp. Inſtitutiones edendas cu-* • *V. ſup. pag. 92. §. Ant. Auguſtini Archiep.* *ravit, in adverſariis* * *adhuc latent, lituris plenæ. Verendum itaque, quod invitus refero, atque utinam falſus augur aliquando deprehendar, ne parentis immaturo interitu partus ille, aut poſthumus ſit, nec ſatis politus exeat, aut, quod Deus ne ſiverit, perpetuo deliteſcat. Quam enim partem Veneris Apelles inchoatam reliquit, nemo pictor eſt inventus, qui ab-* • *In 8°.* *ſolvere auderet.* Sunt in Vaticana Bibliotheca Epitomes Juris Pontificii volumina * exiguæ molis XXXVII. quibus quidem præclari operis partes tres totæ continentur. Volumen autem ejuſdem Bibliothecæ CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. CDLXXXIV. prima continet illius operis rudimenta: Conſtat enim pluribus chartæ generibus ſimul junctis, ac ſutis, itemque ſchedulis fruſtiſque, quorum alia aliis conglutinata ſunt, atque emendationes & additamenta continent. Pleraque Auguſtinus ipſe ſuà manu ſcripſit: in nonnullis vero manum Franciſci Aduartis mihi videor agnoſcere: quædam etiam ab ipſius Auguſtini Nepote, & ab aliis quoque ſcripta fuerunt. Ibi etiam extat Epiſtola, qua liber Peretio Cardinali miſſus dicatuſque fuit; poſtque il- • *Vicem gerentis.* lam Cenſoris * Decretum, uti liber edi poſſet: Ut ſatis quidem conſtet, eo exemplari typographum uſum fuiſſe. Supra diximus, priorem Epitomes partem Tarracone typis deſcriptam fuiſſe An. MDLXXXVII. Auguſtino autem demortuo Franciſcus Aduartes partem alteram,

ter-

[1] Vide ſup. *pag. 76.* §. Quum itaque Ant. Auguſtinus &c. & *ſeqq.*

[2] Vide ſup. *pag. 36.* §. Poſteaquam Auguſtinus a Tridentino &c. & *ſeqq.*

[3] *Ibidem.*

[4] Vide ſup. *pag. 62.* §. Inter alia &c. & *pag. 79.* §. Juris pontificii &c.

tertiamque ad Urbem advexit; atque ibi fuerunt typis deſcriptæ. Quoniam vero non poterat ſine maximo impendio, multiſque difficultatibus ex Hiſpania afferri prior pars typis deſcripta, quæ una totius operis perfectioni deerat; hæc quoque iterum Romæ typis deſcripta fuit An. MDCXVII. De utraque Urbana editione ſatis quidem habeo, ut ſuſpicer; ſed ſane nihil certo ſciri poteſt: proptereaquod exemplar manu multorum ſcriptum apparet, ac profecto nihil de eorum hominum, ne Franciſci quidem Aduartis, manu affirmari poteſt; ut ex iis, quæ dicturi ſumus, poterit colligi.

Itaque, quod ad primam attinet partem, ſuſpicione id commodius mihi videor attingere: nam facili negotio inſtitui comparatio poteſt: Atque ſi quid ſit diſcrepantiæ, niſi Romana editio quid probatius exhibeat, Tarraconenſem certe editionem ſequi debemus, quippe quæ coram Auguſtino peracta fuit.

In alterâ autem, itemque in tertiâ parte difficile factu eſt, ut ſciri poſſit, an emendationes, & additamenta ipſe fecerit Auguſtinus, vel alius quiſquam; omnia enim æque in exemplari ſunt; atque Auguſtini ſcriptura vel lituris ſublata fuit, vel deliteſcit.

Tantum duo quædam ſunt, quæ nonnihil veritatem nobis aperire poſſent. Atque, quod ad primum attinet, ſciri oportet, Franciſcum Aduartem (qui ad Urbem manu volumen ſcriptum advexit) quæ ſibi eſſet de eo toto opere opinio, multis verbis ad Carrafam Cardinalem ſcripſiſſe. Nam volumen compoſuit ſatis magnum, quo de operis inſcriptione, atque ordine, deque ſecundâ tertiâque parte fuſe diſputavit. Priori parti notationes adjecit in margine voluminis Tarracone editi: atque ſi cæteræ notationes ejuſmodi forent, nihil reliquum feciſſet.

Quod autem ſpectat ad alterum, miſſo Aduartis volumine, miſſiſque notationibus, quæ ſunt in volumine typis deſcripto, obſervari debent ea, quæ apparent in exemplari, quod Aduartis manu ſcriptum exſtat: veriſimile enim eſt, id exemplar omnia continere additamenta, vel etiam illud ipſum eſſe, quod Aduartes, Auguſtino vitâ functo, ab ipſo Auguſtino ſcriptum fuiſſe credi voluit: at certe non eſt illud, quod ab Ant. Auguſtini Nepote ſcriptum fuit, quodque ipſo mandante Auguſtino auctum, emendatumque fuiſſe crediderim. At vero ipſum volumen, quomodo ſe res habeat, oſtendet.

His itaque animadverſis, opus eſſet, ut quis prudenter, ac ſedulo conferret notationes omnes, atque animadverſiones, quæ Aduartis libro continentur, cum primâ Epitomes parte, quam Auguſtinus ipſe typis curavit deſcribi; ut agnoſci poſſet, an in eâ parte cum Romæ typis iterum deſcripta fuit An. MDCXVII. quicquam fuerit immutatum de Tarraconenſi editione habitâ An. MDLXXXVII. tum etiam an in ſecundâ tertiâque parte, quæ Romæ typis deſcriptæ fuerunt An. MDCXI. fuerint ob Aduartianas notationes immutatæ Ant. Auguſtini ſententiæ, ac dicendi formæ, de quibus ſermo iis notationibus habetur.

Ex uſu etiam foret ipſas Aduartis animadverſiones cum Epitomes exemplari, quod in Bibliotheca Vaticana adſervatur, diligenter conferre; ut inde colligi poſſet, utrum emendationes illæ, illaque additamenta, præſertim quæ Aduartis manu ſcripta apparent, inducta fuerint contra ac ipſe ſcripſerat Auguſtinus: nam ſi Aduartis obſervationes potiorem locum conſecutæ ſunt, certe ea, in quæ obſervationes illæ cadunt, expulſa fuerunt, perpetuoque addicta ſilentio. Hac ratione non ſine multo quidem labore, ſed tamen certiſſimis viis reſtitui poſſent ea, quæ Ant. Auguſtinus ſcripta reliquit, atque ſub ſuo nomine haberi voluit, ejectis iis, quæ homini attributa fuerunt ſub ſpecie emendationis, vel ornamenti.

Nunc jam abs re non erit hic addere caput quoddam Epiſtolæ Martini Joannis Auguſtini, qui vir in Tarraconenſi maximo Templo ſacerdotium, & ærarii præfecturam gerebat, ſcripſitque hanc Epiſtolam anno (ut mihi quidem videtur) MDCXVII. quod ex iis, quæ Epiſtolâ ipsâ continentur, inferri poteſt. Porro eam dedit ad Andream Schottum Jeſuitam, hiſque uſus eſt verbis: „ Morlaneſius Sacerdos a me notationes petiit, quibus Auguſtinus Tarraconenſis Pontifex priorem Epitomes partem illuſtravit. Id enim agitur, ut in Belgis Epitome univerſa iterum typis deſcribatur. Eas ego tantùm habeo, quæ ad tria priora libri primi capita pertinent. Reliquas enim, quas vidi, quæve complectebantur capita omnino octo, cupientem me exſcribere tempus defecit. Exſcriptæ fuerunt ad te mittendæ. Quanquam librarius negligentiorem ſe in eo præbuit, quod verſiculorum initium fecit verbis illius capitis, ad quod notationes pertinent; itemque quod vacua intervalla non reliquit, quibus verba græca ſcriberentur. Tum etiam varias quaſdam lectiones, quæ debuerant in margine exſcribi, ipſis admiſcuit notationibus. Eas itaque ad te miſi emendatas, hiſque omnibus purgatas erroribus: quod quum facerem, non eò certe ſpectabam, uti illæ typis deſcribantur; ſed cupiebam, aliquem reperiri, qui eas imitatus notationibus totas tres Epitomes partes illuſtret; quibus quidem ea omnia perſequatur, quæ ad unumquodque caput ſpectantia invenerit in Conciliorum Actis, atque in Pontificum Maximorum Epiſtolis, quæ poſt Innocentii Tertii tempus divulgatæ fuerunt; cujus quidem rei ſpecimen, ac exemplum notationes, quas miſi, exhibent. Hoc enim Ant. Auguſtinus cupiebat, uti Epitomes vetuſtatem, notationes autem noſtrorum temporum uſum referrent". Hactenus Martinus Joannes Auguſtinus. Haſce Ant. Auguſtini notationes quærere oporteret apud Belgas in Jeſuitarum Collegio, in quo Schottus mortem obiit: ibi fortaſſe erit etiam Commentarius, quem ipſe Martinus Joannes Auguſtinus

de

de Ant. Auguſtini vitâ conſcripſit: Nam eâdem Epiſtolâ poſt ea, quæ ſupra a nobis exſcripta ſunt, ita ait: „ Commentarium quoque ad te miſi, quem de Auguſtini Pontificis vitâ la„ tine conſcripſi. Equidem nibil non exſcripſi ex iis, quæ abs te in Laudatione ſunebri, atque „ io Bibliothecâ Hiſpanâ dicta ſunt. Quæ unius Oratoris erant omiſi, itemque nonnulla, „ quæ biſtoriam obſcuriorem reddere mihi viſa ſuot. Nonnulla etiam emendavi, ut veritati io„ ſervirem. Quædam etiam addidi, licet perpauca. Tu, ſi confidentius egi, habe me excuſa„ tum; quòd & homini mihi omnibus rebus conjunctiſſimo, & neceſſitudini noſtræ nimiùm „ ſortaſſe tribuerim “. Ex his verbis colligi poteſt, Commentarium illam, quem Martinus Joannes Auguſtinus de Patrui ſui vitâ confecit, paullo plura habuiſſe, quam quæ Andreas Schottus ſcripſerat; ipſumque præterea Schottum nonnunquam erraviſſe, cujus quidem errores erant fortaſſe, qui a nobis etiam his commentariis emendati ſunt.

Jam vero, ut ad Juris Pontificii Epitomen revertamur, liber Romæ in pergraves incidit controverſias. In Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. DXXIV. habetur Franciſci Aduartis de eâ Epitome judicium. Homo in ipſo dicendi initio libri inſcriptionem carpit. Diſſerit pluribus rationibus in uttamque partem; ſed ad extremum eam inſcriptionem defendit. Tum animadvertit, toto opere eaſdem ſæpe leges uſurpari, inculcarique: veruntamen ait, eas nunquam integras iterum adduci, imò verò ſæpius illarum capita tantùm indicata eſſe. Obſervat quoque, Ant. Auguſtinum, cum librum exſcriberet, hæc eadem ipſum ſibi objeciſſe. Suſpicati etiam ſe inquit futurum, ut Romæ Auguſtinus male audiret; propteteaquod minores Pontifices * Romanis Purpuratis prætuliſſet. Poſtea autem nonnulla Epitomes capita, nonnullosque verſiculos obſervationibus, ac notationibus illuſtrat. Enimverò hoc Aduartis opus neque continuatum, neque ad finem perductum eſt. Chartâ porrò Aduartes uſus eſt planè obſoletâ; quinimo ſcripſit quandoque in intervallis vacuis epiſtolarum, quæ ſibi ab amicis mittebantur, inter quas una apparet Paleotti Cardinalis Bononiæ data a. d. VIII. Calend. Septembr. An. MDXCIII. in qua præter cætera hæc verba leguntur: „ Ex litteris tuis III. I„ dus datis magnâ cum voluptate intellexi, te optime valere, atque Conciliorum Generalium „ Acta, quæ latinè conſcripta ſunt, Præfationibus exornare “. Qua ex re colligi poteſt, magnum Ant. Auguſtini opus, quod Conciliorum Generalium Acta complectebatur, a publica luce tunc temporis non abfuiſſe; ut revera non multo poſt ea Acta edita ſuerunt.

* Epiſcopos Cardinalibus.

Notæ in Canones LXXII. ab Hadriano Papa adverſus falſos accuſatores & oppreſſores Epiſcoporum & Pontificum in gratiam Ingelrami Mediomatricum Epiſcopi Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indict. IX. Anno DCCLXXXV. editæ ſuerunt An. MDCXVIII. in Concil. vol. V. pag. DLXV. & ſeqq. ſecundum editionem Severini Binnii [1]. Has ſcilicet Notationes crediderim ego illum eſſe librum, quem Martinus Baillus, & Andreas Schottus inter Auguſtini ſcripta, quæ quum ipſi ſcriberent typis nondum fuerant vulgata, adnumeraverunt; qui liber inſcriberetur *Ad Hadrianum Liber Singularis.* Ant. Auguſtinus idem de Emendatione Gratiani lib. I. Dial. III. Pettum Galeſium ſecum ita loquentem induxit: *Memini videre Romæ Notas tuas ad Hadrianum, ſive Engelramum, in quibus de hac emendatione dicebatur, eamque aliis Burchardi, & Ivonis locis confirmabas.* Præterea idem Auguſtinus Dial. XV. ejuſdem libri poſtquam oſtendiſſet, Gratianum falſo tribuiſſe Concilio Sexto aliquot leges Trullanas, ita inquit: *Conjungi his poſſunt illa Hadriani nomine Capita ad Ingelramum, quæ cum Hadriani nibil habeant, ejus nomine feruntur.* Zegerus Bernardus Vanelpenius in lib. * de Hiſtor. Jur. Pont. Part. IV. Cap. II, poſtquam multa, quæ eodem ſpectarent, in medium attulerat, ita collegit: *Hinc non obſcurum eſt, Ant. Auguſtinum ſciviſſe hæc Capitula habita quidem fuiſſe Hadriani: ideoque eis & titulum vulgarem præpoſuiſſe; ſed tamen credidiſſe, ea ab Hadriano non fuiſſe ex Synodis & Decretis Pontificum collecta. Nec id ſane ſine fundamento credidit. Collectio enim plena eſt falſis illis Pſeudo-Iſidorianis Decretalibus, quemadmodum in Notis ſuis ad ſingula pene capita oſtendit Ant. Auguſtinus. Veriſimile autem non eſt, Hadriano notas fuiſſe dictas Decretales; quandoquidem Anno DCCLXXIV. offerens Canonum Codicem Carolo Magno, ſolas Decretales a Dionyſio Exiguo relatas eidem inſeruerit, nulla harum Decretalium facta mentione, aut ullo ex illis relato Decreto. Quare plures hodie credunt cum Ant. Auguſtino, hæc Capitula non ab Hadriano eſſe collecta, ſed eſſe Agilrami, qui ea ex novitiis veterum Pontificum Epiſtolis ut plurimum collegerit, & Hadriano obtulerit; & ita ſuſpicatur Stephanus Baluzius in Præfatione ad Dialogos Ant. Auguſtini de Emendatione Gratiani.*

* In Tractatu Hiſtorico-Canonico.

Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis Epiſtula ad Latinum Latinium, data Ilerdæ Idib. Jun. MDLXXVII. typis edita Romæ Anno MDCLIX. * *Inter Latini Latinii Viterbienſis Epiſtolas, pag. CLXXI.* Eà Epiſtolâ Auguſtinus ſcripſit, quid ipſe ſentitet de Fermento, de quo Inoocentius Primus verba fecit in Epiſtola I. ad Deceotium (2).

* In 4°.

Li-

[1] Vide ſup. *pag.* 79. §. Liber, qui inſcribitur: *Notæ* &c.

[2] Vide ſup. *pag.* 80. §. Quod ad latinas attinet &c.

Liber Epiſtularum ad diverſos recenſetur a Martino Baillo inter libros non editos. Poſtea tamen nonnullæ beneficio eruditiſſimorum virorum luce publicâ fruuntur.

Libro de Cartas Eſpañolas. Nicolaus Antonius iis litteris, quas Madriti a. d. VIII. Calend. Quinctil. dabat, cum Didacum Joſephum Dormerum multis efferret laudibus, propterea quod in Progreſſibus Hiſtoriæ apud Celtiberos plurimas hominum clariſſimorum epiſtolas in publicum protuliſſet, ita ſcripſit [1]: „ Ea, quæ tu Hieronymi Zuritæ laudationem ſubſequi voluiſti, & „ quidem cum reliquis mirifice junguntur, & ad Hiſtoriæ Progreſſus patefaciendos egregie ju„ vant. Nobis vero ſcriptorum plane theſaurum præbuiſti hominum nobiliſſimorum, qui vel „ rebus gerendis, vel litterarum ſtudiis patrum noſtrorum memoriâ floruerunt. Et ſane ea res „ multam, ut puto, eſt voluptatem allatura omnibus iis, quibus ejuſmodi ſcripta probantur. „ Illæ ad Zuritam ſcriptæ Epiſtolæ omnes hominis continent laudationem; nec minus illis ipſis, „ qui eas ſcripſerunt, laudi eſſe debent: Neque enim quis eorum minor eſt, quam Ant. Au„ guſtinus Tarraconenſis Pontifex, Hieronymus Oſorius Sylvenſis in Algarbis Antiſtes, atque „ alii hujus indolis. Eas dico epiſtolas hominum clariſſimorum præclara quædam eſſe moni„ menta, maximique fragmenta precii: Quandoquidem ſi dividatur ſpeculum in partes ut ut „ multas; tamen earum quælibet eandem ſervat virtutem, quam integrum ſpeculum habuiſſet: „ Atque uti virorum, qui cæteris excellunt artibus, geſtæ res omnes omniaque plane verba, „ tametſi minima ſint, obſervatione habentur digna; quod id hominum virtuti, eorumque „ memoriæ tribuatur: Ita eodem honoris genere eos, qui litteris excellunt, proſequi debemus. „ Quorum ſcilicet adumbratio quævis locum habet potiorem apud eos omnes, qui teretes au„ res habent intelligenſque judicium, quam perfecta aliorum opera “.

Carmina nonnulla ſparſim edita (2). De hoc Poetices, humanarumque artium ſtudio notari debent quæ ipſe Auguſtinus Andreæ Schotto dixit, quæve fuerunt ab eodem Schotto in Laudatione funebri memoriæ prodita: Nam poſtquam de ejuſmodi ſtudiorum utilitate verba fecit, ita inquit: *Poeticam idcirco adoleſcens attigit; pangebatque interdum Carmen, alternis verſibus longiuſculis, non invito Apolline. Equidem de me* [*inquit*] *confitebor ingenue, nunquam me ab his ſtudiis abhorruiſſe, ſed ad illa reſpectum habere; ſine quibus litteris nihil diu victurum poſterorum memoriæ prodi poteſt. Nec me pudet, nec cur pudere debeat, video. Ceteros pudeat, qui ea fere, quæ ingenii tarditate, vel ignavia conſequi non potuerunt, in aliis damnare ſolent, & vitio vertere, ne ſe ipſi ignaviæ, vel inſcientiæ condemnare tacito quodam præjudicio cogantur. O tempora! O mores! O inſipiens hoc ſeculum, & inficetum! Jaceret profecto juriſprudentia, reliquæque diſciplinæ peſſum irent denſâ tenebrarum caligine involutæ, niſi litterarum lumen accederet.*

Index Antonii Auguſtini Scriptorum, quæ nondum typis edita fuerunt.

Acceſſerunt probationes, quibus ea Auguſtinum ſcripſiſſe oſtendimus.

JUris Pontificii Inſtitutiones recenſentur a Martino Baillo (3), & Andrea Schotto (4) inter libros non editos. Volumen quorundam fragmentorum libri primi, & libri ſecundi harum Inſtitutionum mihi eſt, paginiſque conſtat LVIII. * quod quidem mihi exſcribi curavi ex exemplari, quod erat apud Michaelem Cebrianum Caurienſem Antiſtitem. Franciſcus Royeſius Andegavenſis Juris Doctor in Proœmio Inſtitutionum Juris Pontificii, ita ſcripſit: *Utinam editæ eſſent Juris Canonici Inſtitutiones, quas ab Ant. Auguſtino ſcriptas fuiſſe ait doctiſſimus Baluzius ad Decretum Gratiani. Proculdubio iis me totum dediſſem, nec ullatenus manum admoviſſem calamo.*

* *De 58. fojas en 4°.*

Concilia Græca & Latina [quæ ut conjector (5) Romæ typis edita fuerunt An. MDCVIII.] *cum Hiſtoria, & Scholiis & Variis Lectionibus* [6]. Andreas Schottus in Oratione, quam habuit in funere Ant. Auguſtini, ita inquit: *En quo Tridentino Concilio domum*

[1] *Hiſpanor. Epiſt. Morales, Militares, Civiles, & Litterariæ ab Greg. Mayanſio Siſcario collectæ & editæ. Madriti typis Jo. Zunnigenſis An. MDCCXXXIV. in 8°. ad pag.* 148. *& ſeq.*

[2] Vide ſup. *pag.* 80. §. Damides quidem &c.

[3] *In Indice ſcriptorum Ant. Auguſt.*

[4] *In Hiſp. Biblioth. pag.* 320.

[5] Vide ſup. *pag.* 36. §. Poſteaquam Auguſtinus &c.

[6] Baillus & Schottus *locis allegatis.*

revertit, Concilia Œcumenica quatuor, quæ Beatus Gregorius P. M. quatuor Evangeliis ſubjungere, & æquare non dubitavit, collectis in Italia ex omnibus Bibliothecis exemplaribus Græcis, græce edere cogitabat, quod ea Canonum Collectio eo magis indigere hac lucubratione videretur, quo infeliciori nata erat ſeculo, ex Compilationibus Burchardi Wormacienſis, Ivonis Carnotenſis, Deuſdedit Cardinalis, Anſelmi Lucenſis, & Gratiani Monachi, qui & ipſi eu Sanctorum Patrum Eccleſiæ Catholicæ ſcriptis hinc inde ſententias in claſſes redigere & ad capita revocare conati ſunt. Nicolaus Antonius in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, ubi agit de Ant. Auguſtino, ſic ait: *Hiſtoria Conciliorum nondum ſuo tempore editorum, quam ſcripſiſſe eum refert Hieronymus Romanus de la Higuera in Hiſtoria adhuc MS. Toletanæ Urbis & Regni*
* Fol. 565. *lib. IX. cap. IX.* In Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCIƆƆƆ. CMLVIII. * quidam manu (quæ certe non eſt Ant. Auguſtini) liber ſcriptus exiſtit, qui ita inſcribitur: *Index librorum ex Bibliotheca Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, ad Conciliorum & epiſtolarum Pontificiarum editionem pertinentium.* Paginis conſtat duodecim circiter. Libri capita hæc ſunt: *Græci libri Conciliorum non editi: Latini libri non editi Conciliorum. Variæ lectiones, & exemplaria antiqua Conciliorum. De Hiſtoria Conciliorum. Epiſtolæ Pontificum Romanorum non editæ. Variæ lectiones, & exemplaria Epiſtolarum Romanorum Pontificum. De Vitis Romanorum Pontificum libri, & variæ lectiones. De Prooemiis eorum, qui Concilia collegerunt.* Tanto ſcilicet rerum apparatu Conciliorum actis edendis opus erat. Sane hujuſmodi ſedulitate edocemur, qua ratione præclara quæque peragi debeant.

Una cum Conciliorum Actis Hiſtoria quoque eſſe debebat. Porro de ea Conciliorum Hiſtoria verba fecit Rodericus Zapata litteris ad Ant. Auguſtinum datis a. d. X. Calend. Decembr. An. MDLXXXIII.; quarum quidem litterarum manu exemplum ſcriptum habeo. Iis enim ita ſcripſit: „ Conciliorum Hiſtoriam, quam typis edere conſtitueras, abs te parari vehementer cupio: nam poſt illorum Epitomen aptiſſimum habebit locum. Ipſum eſt etiam „ opus gravitate plenum, tuoque nomine, tuaque doctrina digniſſimum “.

Correctiones Dionyſii Areopagitæ collatis inter ſe variis exemplaribus manuſcriptis. Franciſcus Turrianus in Epiſtola, qua ad Ant. Auguſtinum miſit Joannis Sapientis ſcripta, ita inquit: *Memini, Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine, quod neſcio an ipſe recorderis, quòd ante annos multos, cum Correctiones Dionyſii Areopagitæ Venetiis ſumma diligentia, collatis inter ſe variis exemplaribus manuſcriptis a te olim cum juvenis eſſes, deſcriptas & notatas petiiſſem, ipſum illum librum annotatum, & correctionibus refectum liberaliter more tuo miſiſti, quem ego* ὡς ἱερὸν κειμήλιον ἐν θησαυροῖς.

Martyrologium more S. Rom. Eccleſiæ univerſalis ſcriptum, & emendatum ab Alexandro de Peregrinis Presbytero Brixienſi, & collatum cum veteribus Libris ab Ant. Augusti-
* In 4°. *no gratæ recordationis viro. Venetiis apud Jo. Variſcum MDLX.* * Ita Martinus Baillus ſcriptum reliquit in Indice Librorum variorum Ant. Auguſtini ad Volum. CMXLVI. Habetur hic liber typis deſcriptus; notationibuſque Ant. Auguſtini ad margines illuſtratus in Regia Divi Laurentii Bibliotheca, ubi ego eum vidi.

Dialogi Legales, ſive Quæſtiones Juris Dialogorum more tractatæ. De his ipſe Ant. Auguſtinus verba fecit in Epiſtola ad Bernardum Boleam data VII. Id. Octobr. anno (ut colligi poteſt) MDXL. Eam epiſtolam habuit Nicolaus Antonius, ut conſtat ex ejus Biblioth. Hi-
* Col. 2. ſpan. vol. I. pag. LXXX. * Eam etiam habuerunt clariſſimus vir Petrus Diatius Valerius, & nobiliſſimus Ferdinandus Velaſcus, qui mecum illam communicavit. Itaque Auguſtinus ita ſcripſit: *Ad mea ſtudia venio, quæ Tibi curæ eſſe certo ſcio. Eſt etiam quod ad Te pertineat. Cum enim aliquando cum Hieronymo fratre de meæ vitæ ratione per litteras agerem; petiit is a me, ut conſcriberem aliquid, quo meorum ſtudiorum fieri certiores poſſent ii, qui Magiſtratus in Hiſpania deſerunt. Ego vero invitus cœpi: quodque præ me ſemper tuli, bonis litteris Juris noſtri ſcientiam conjungere, Dialogis aliquot Quæſtiones acriter a noſtris Doctoribus diſputatas conſcribo, quibus mei mediocritatem ingenii inveniendis, collocandiſque, & diluendis argumentis, cognitionem Latinæ Linguæ, ſi quam habeo, exornanda quæſtione, & ad Tullianam Socraticamque imitationem deducenda [quoad per me fieri poteſt] oſtendo. Si quæris quicum in his diſputem: Tecum primum, cui magnam eorum partem debeo, cumque Ruitio [1] & Sora [2] opinor, condiſcipuliſque aliis meis, qui poſt meam profectionem, Bononiam, inque meam venerunt familiaritatem. Quæ cum confecero, perpetuam unam, aut alteram interpretationem ſumam. Inſanire me dices: ſcio: eam autem ſolam ob rem non inſanio: quod ſe eſſe ſanos inſani credunt, cum ego me dementem exiſtimem. Morem tamen Hiſpanis hominibus gerò. Neque tamen me putes edere vulgo hæc: non enim tanti eſt, quod ambio. Quanquam nullo negotio peccati adoleſcentia veniam impetraret. Præſtat tamen non peccare pudori?* His Auguſtinus ſignificavit, ſeſe ſcribere ſolitum fuiſſe, magis ut ſuis morem gereret, quam quod ad eam rem paratus ſatis eſſet. Ex alia Epiſtola, quam Bononiæ ad eundem Boleam ſcripſit III. Id. Maj. An. MDXLI. duos Dialogos ad eum mi-

[1] Petrus Ruitius Moroſenſis. [2] Joannes Sora.

miſiſſe conſtat. Nam ita inquit: *Gregorius noſter Romã Dialogos duos tibi perferendos curabit: in quibus nihil invenies te lectore dignum, ut laudes: erunt tamen (ſcio) ſatis multa, quæ reprehendas; de quibus mihi quid ſentias, explicabis. Cum his quoque litteris Carmina habebis, quibus ego varie luſi, dum otioſus eſſe neſcio. Quæ tamen omnia ita leges, ut tua: namque pro noſtrorum animorum conjunctione nihil ſit inter nos oportet, quod utriuſque non ſit.* His ſcilicet Ant. Auguſtinus per ocium diſtinebatur.

Digeſtorum cum Inſtitutionibus, & Conſtitutionum Codice Comparatio. Ipſe Ant. Auguſtinus in Emendationum lib. I. ita non procul a fine ſcripſit: *Itaque non ſolum Digeſta inter ſe comparanda, ſed & Inſtitutiones ad Digeſta, & ad Conſtitutionum Codicem conferendas curavi: in quo mirum in modum Florentinis Libris adjutus ſum: quod alio tempore omnibus patefaciam.*

Ad Hadrianum liber ſingularis. Commemoravit de hoc libro Martinus Baillus inter Ant. Auguſtini libros, qui nondum typis editi fuerant. Petrus autem Galeſius, qui in Dialogis de Emendatione Gratiani introductus fuit loquens, ita in tertio Dialogo ait: *Memini videre Romæ Notas tuas ad Hadrianum, ſive Engelramum* [1]. Videndus eſt Vaneſpenii liber, qui inſcribitur *De vera idea, quam Canonum ſtudioſus habere debet de Sacris Canonibus, eorumque auctoritate* [2].

Ad Edictum (3) aliquid Auguſtinus ſcripſit (4). Nicolaus Antonius in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca, ubi agit de Ant. Auguſtino, ita inquit: *Elaborabat & ad Edictum Perpetuum opus, cujus meminit Lælius Taurellus in litteris ad noſtrum datis XIII. Calend. Septembr. MDXLVI. apud me MSS.* Apud me eſt Epiſtola, quam Nicolaus Antonius indicavit, atque ex ea commodius tota res cerni poteſt. Hæc autem verba habet: *Illud potius, quod ad Edictum compoſuiſſe ſignificaſti, ut perficias: nam opere in illo fortaſſe nonnihil judicii cognitioniſque noſtræ eſſe poterit. Libens ibi conſuetudinem meam tenebo: & quoniam ita velle ſoles, quod opus erit, admonebo Te: quo auctore non dubito nos omnibus legum noſtrarum fontibus apertis, atque purgatis [eos] tandem purius, & copioſius hauſturos. Porro perge, mi Auguſtine, & quod Tu non minus verè, quam belle de ludorum quinque interpretatione ſcripſeras, cornicum oculos confige: probe enim noſtris hiſce magiſtris Juris oſtendis, quanta ipſi non cognoverunt, qui cæteros ſe docere poſſe arbitrabantur.* Scriptà Epiſtolà Taurellus hæc addidit: *His litteris datis ſubiit reputatio, num recte facturus videreris, ſi opuſculum tuum ad perpetuum Edictum Duci noſtro inſcriberes, ac nuncupares: argumentum videretur opportunum vellendi aurem, ut Pandectarum editionem cogitares. Totum autem judicio tuo relinquo.* Hactenus Lælius Taurellus. Hoc Ant. Auguſtini opus ut credamus fuiſſe poſtea abſolutum, vel ſaltem perductum ad aſſum (ut ajunt) vitulinum, nobis auctor eſt Martinus Baillus; qui quanquam alia permulta omiſerit, tamen opus hoc inter illa recenſuit, quæ publicam nondum viderant lucem.

In Pandectas Florentinas Index verborum omnium, & variæ Lectiones, teſtibus Martino Baillo & Andrea Schotto. Ant. Auguſtinus in principio Præfationis Libri de Nominibus Propriis τῷ πανδέκτῃ Florentini ita ſcripſit: *Quod de Poeta neſcio quo ludens Horatius dixit, amphoram cum cœpiſſet inſtituere, currente rota urceum feciſſe: idem mihi propemodum accidit, ingens Opus de Digeſtorum Verbis incipienti; in quo dum in perrenni re multos dies laboro, tandem aliquando pars hæc de Nominibus Propriis e manibus elabitur meis.*

Liber incerti argumenti. Ant. Auguſtinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat Ilerdæ IV. Id. Septembr. An. MDLXXIII. ita inquit: „ Hæc pluribus perſecutus ſum „ verbis libello quodam, quem tu quandoque, ut ſpero, videbis “.

Fragmenta Veterum Scriptorum, Poetarum, & Oratorum Latinorum ab eo (Ant. Auguſtino) *olim collecta: nam Hiſtoricorum veterum edidit nuper Fulvius Urſinus in Plantiniana Officina Antuerpiæ & aliorum cum ſuis ad eos, qui exſtant, Hiſtoricos Latinos Notis An. MDXCV.* Hoc Andreas Schottus in Hiſpaniæ Bibliotheca *, & Martinus Baillus in ** Pag. 320.*
Indice Scriptorum Ant. Auguſtini non editorum memoriæ tradiderunt: Itemque Fulvius Urſinus in *Virgilio Collatione Scriptorum Græcorum illuſtrato*, & edito Antuerpiæ ex Officina Chriſtophori Plantinii An. MDLXVIII. * ubi ita ait: *Livii quoque Andronici ἐν Ἐρωτοπαιγνίων* ** In 8o. pag. 7.*
Libris verſus exſtant apud Ant. Auguſtinum Epiſcopum Ilerdenſem, in Fragmentis Latinorum Poetarum, quæ quidem ille perquam diligenter congeſſit (5). Jam hoc volumen librario exſcribendum tradi debebat, ut inde typis deſcriberetur: Nam ipſe Ant. Auguſtinus litteris ad Fulvium Urſinum datis poſtrid. Non. Sextil. An. MDLXVI. ita inquit: „Quod ad Poetas, „ vetereſque aliquot Scriptores attinet, nunc res confici haud poteſt. Librariis enim eruditis ca-

(1) Vide ſup. *pag.* 79. §. Liber, qui inſcribitur: *Notæ* &c.

[2] *Part. IV. de Capitulis vulgò Hadriani Papæ.*

[3] Martinus Baillus *in libris non editis.*

[4] Vide ſup. *pag.* 82. §. Martinus Bailles &c.

[5] Vide ſupra *pag.* 73. & 91. *ejuſdem Collationis*, & Vide etiam *pag.* 85. §. Liber, qui inſcribitur: *Fragmenta* &c.

Digitized by Google

„ reo. Sed tamen id volumen quamprimum typis edendum tradam“. Poſtea, ut videtur, miſit ad Urſinum Fragmenta Hiſtoricorum; hæc enim typis deſcripta fuerunt Antuerpiæ in Officina Plantiniana An. MDXCV. At non ita de Fragmentis accidit Poetarum; quæ, licet non omnia, collegerat Robertus Stephanus, atque typis vulgavit Henricus ejus Filius An. MDLXIV. Quod attinet ad hæc ſimul juncta Fragmenta veterum Hiſtoricorum, Poetarum, aliorumque Scriptorum; eorum nomina ab Ant. Auguſtino memoriæ prodita apud me ſunt. Illos enim Scriptores in claſſes ſeptem ſupra viginti diſtribuit; in quibus numeravit Scriptores ſexcentos atque unum Comicos, Tragicos, Bucolicos, Hiſtoricos, itemque alios. Id mihi videtur adoleſcens adhuc ſcripſiſſe Auguſtinus: Nam id ſcriptum una Latinorum Scriptorum nomina continet. Tamen utiliſſimum, iis cognoſcendis, eſt; quanquam ibi minime legitur quid ab illis ſcriptum fuerit. Volumen CCCIↃↃↃ. CDXLI. Bibliothecæ Vaticanæ continet aliquot ſchedulas manu Ant. Auguſtini ſcriptas, in quibus nonnulla, eaque diverſa Tragœdiarum T. Attj, & Livii Andronici Fragmenta collegit; eaque emendavit, ac probatiora fecit.

Liber epiſtolarum ad diverſos. Erat hic liber in Ant. Auguſtini Bibliotheca; ut quidem memoriæ prodidit Martinus Baillus in Indice voluminum, quæ nondum publicam viderant lucem. Sed quoniam, exceptis mercatoribus, rari ſunt qui epiſtolarum omnium, quas ſcribunt, exemplum apud ſeſe velint eſſe: Ideo, quod ad Ant. Auguſtini epiſtolas attinet, hoc præ oculis habere debemus, noſque ad ea loca, ubi eas epiſtolas exſtare ſcimus, referre. Itaque in Alvenſis Ducis Bibliotheca adſervantur aliquot Ant. Auguſtini epiſtolæ ad Petrum Ciaconium datæ; atque in plerisque de Emendatione Gratiani agitur. Volumen … Bibliothecæ Vaticanæ continet tres epiſtolarum libros, quæ ad multos viros doctos ſcriptæ ſunt. Ejuſdem Bibliothecæ volumen CCCIↃↃↃ. CCCXCV. inter Octavii Pantagathi (1) ſcripta habet nonnullas Ant. Auguſtini epiſtolas ad ipſum Pantagathum miſſas. Item volumine CCCCCCIↃↃↃↃↃↃ. CCXLIII. continentur Ant. Auguſtini epiſtolæ ad Latinum Latinium ſcriptæ. In volumine quoque CCCCCCIↃↃↃↃↃↃ. DXXXI. adſervatur Ant. Auguſtini epiſtola ad Gervinium Calenium ſcripta de Editione Conciliorum. Tum volumen CCCCIↃↃↃↃ. CIV. eas continet, quas ad Fulvium Urſinum hetruſcè ſcripſit; quarum quidem exemplum mihi dedit amicus meus, vir eruditione inſignis, Franciſcus Peretius Bayerius, qui in Toletano Maximo Templo ſacerdotium, atque Ærarii præfecturam gerit.

Mediolani quoque in Bibliotheca Ambroſiana nonnullæ adſervantur Ant. Auguſtini epiſtolæ.

Certe Nicolaus Antonius haud noverat tot Ant. Auguſtini epiſtolas in multis exſtare Bibliothecis. Itaque collegit quamplurimas, de quibus hoc edidit judicium (2): *Epiſtolas plures ad amicos dedit, prelo quidem digniſſimas, quarum bonam partem penes me habeo.* Hæ ſcilicet latine erant conſcriptæ. Etiam Petrus Diatius Valerius plurimas collegit: Atque multi fuerunt præſtantiſſimi viri, qui illas inter ſe communicavere. Quas Petrus Diatius Valerius collegit, eæ adſervantur in Bibliotheca, illa quidem lectiſſima, Ferdinandi Velaſcenſis, hominis doctrina excellentis, qui liberaliter mecum illas communicavit. His ego alias addidi, atque etiam eas, quas typis editas vidi: Ut omnes unum conficiant corpus, ac legentes illas commodius, utiliuſque ſimul junctas habeant. Ut autem omnes ſciant, quæ mihi ſint, hic perſcribam, de illis verba ſingillatim facturus quo tempore, ſi vita ſuppetat, in publicum eas omnes emittam. Itaque hæ ſunt (a):

ad Albionem (Didacum)	I.
ad Auguſtinum (Hieronymum)	I.
ad Boleam (Bernardum)	XXI.
ad Gregorium XIII. Pont. Max.	II.
Harlenii (Arnoldi) ad Ant. Auguſtinum II.	
ad Latinium (Latinum)	II.
ad Eundem opinio de Fermento	I.
Latinii (Latini) ad Ant. Auguſtinum II.	
ad Majum (Michaelem) Procancellarium	III.
ad Manriquium (Rodericum)	I.
ad Mendozenſem (Didacum)	II.
Metelli (Joannis) Sequani ad Ant. Auguſtinum III.	
ad Paſchalem (Matthæum)	IX.
	XLIII.

Paul-

[1] Vide ſup. *pag.* 25. §. Octavius Pacatus &c.

(2) *In Biblioth. Hiſp. ubi agit de Anton. Auguſtin.*

(a) Has omnes Epiſtolas Joſephus Rocchius, humaniſſimo viro Gregorio Mayanſio in primis favente, his voluminibus editurus eſt.

XLIII.

Paulli IV. Pont. Max. ad Ant. Auguſtinum quo tempore eum legavit ad Ferdinandum Primum Cæſarem I.

ad Paullum III. Pont. Max. I.
ad Perrenotum (Antonium) Atrebatenſem Pontificem II.
ad Pium V. Pont. Max. I.
ad Quadram (Joannem) I.
ad Rojalenſem (Didacum) II.
ad Ruitium (Petrum) Moroſenſem IV.
ad Sepulvedam (Joannem Geneſium) I.
Sepulvedæ (Joannis Geneſii) ad Ant. Auguſtinum I.
ad Solerium (Michaelem) I.
ad Surium (Laurentium) I.
ad Taurellum (Lælium) II.
Taurelli (Lælii) ad Ant. Auguſtinum XI.
ad Torreſium (Hannibalem) I.
ad Victorium (Petrum) I.
Victorii (Petri) ad Ant. Auguſtinum I.
ad Villaloboſium (Baptiſtam) I.
ad Urreſium (Hieronymum) I.
Zuritæ (Hieronymi) qua ad Ant. Auguſtinum miſit veteres Annales Indicibus auctos I.

LXIII.

Præfationes quoque Ant. Auguſtini has habeo:

Præfatio Antiquarum Collectionum Epiſtolarum Pontificiarum, quas Decretales appellant.

Præfatio Collectionis & Interpretationis Conſtitutionum Græcarum Codicis Juſtiniani Imperatoris.

Præfatio Epitomes Novellarum Juliani Anteceſſoris.

Præfatio Quinque Librorum Conſtitutionum Tarraconenſium An. MDLXXX.

Præfatio Conſtitutionum Provincialium Tarraconenſium An. MDLXXXI.

Præfatio Conſtitutionum Tarraconenſium An. MDLXXXI.

Hactenus de Epiſtolis latine conſcriptis, ac Præfationibus, quæ apud me ſunt. Quæ hiſpanice ſunt Epiſtolæ conſcriptæ, circumferuntur typis editæ, atque multis diſperſæ libris, ita uti alibi diximus [1].

Mihi quoque eſt Commentarius quidam, quem Ant. Auguſtinus confecit dum reſponderet ſeptem quibuſdam curioſis quæſtionibus: Atque item Commentarius, quo egit de Sueſſa, Sueſſula, & Sinueſſa.

Carmina nonnulla. Erant hæc Carmina in Ant. Auguſtini Bibliotheca, ut Martinus Bailius ſcriptum reliquit: Nunc autem neſcio ubi ſint. Verumtamen Joſephus Fineſtreſius, quo homine familiariſſime utor, mecum communicavit latina duo Epigrammata, itemque hiſpanica duo, quæ in tabulario Ilerdenſis maximi Templi adſervantur. Ea hic ſubiiciam, ut tutius ſerventur. Unum ex latinis conditum fuiſſe crediderim in laudem Sepulchri Jeſu Chriſti, quum Auguſtinus Ilerdam ſacrâ hebdomade perveniſſet. Eſt autem hoc:

Hic ſitus eſt mundi lux Chriſtus nomine Jeſus,
Cui Pater omnipotens, ipſe quoque omnipotens,
Mortale induerat Corpus Deus atque caducum,
Exuit hoc ſeſe ſponte ſua moriens.
Hic primus Cœli reſeravit clauſtra foreſque,
Quæ a primis fuerant condita temporibus.
Ac loca ſenta ſitu primus ſpoliavit averni
Ducens aſtra ſuper victor ovans animas.
Felices animæ, felix victoria leti:
Hic vere eſt ſacro terra levis tumulo.

Alterum quoque ad ipſum Jeſum Chriſtum confecit quo tempore quartanâ laboraret febri. Eſt vero hujuſmodi:

Alma

(1) Vide ſup. *pag.* 81. §. Quod ad Epiſtolas &c. *cum ſeqq.* & *pag.* 97. §. Libro de Chartas &c.

Alme Puer, ſanctis quem Virgo amplectitur ulnis,
Virgo cœleſti numine facta Parens,
Cernis ut exiles febris mihi paſcitur artus,
Cernis quam ſævus concutit oſſa tremor.
Cum ſequitur miſeras exurens flamma medullas,
Urit ut arentes lucida pruna faces.
Tu Puer, Æternus cui dat Pater omnia poſſe,
Tutela humani Sancte Pater generis,
Si labefacta gravi ſub pondere tota recumbit
In Te uno famuli ſpeſque ſaluſque tui,
Aut morbum pelle, aut vires mihi ſuffice tantas,
Queis poſſim læto pectore ferre mala.

Hiſpanicum, de quo diximus, Carmen eſt longe elegantiſſimum: Eoque Deum Opt. Max. Summum Genitorem Jeſu Chriſti, qui humana induit membra, atque in Crucem actus eſt, ita alloquitur:

Tu, que Dios tienes por nombre,
I al Hijo de mas regalo
En ſemejanza de malo
Hecho le tienes un Hombre,
Que eſtà colgado en un palo;
Haz que yo en mi cruz eſtè
Con ojos de nueva luz
En la carne, i en la fè,
Porque conozca en ſu cruz
Qien es, qual eſtà, i porquè.

De nonnullis aliis latinis Carminibus in horum Commentariorum curſu ſermo a nobis eſt habitus. Quibus addendi ſunt quidam verſus, quibus Petrum Ruitium Moroſenſem Collegam atque amicum ſuum, qui inter Sarmatas verſabatur, conſalutavit, quoſque memoriæ prodidit Andreas Schottus in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca *. Sunt autem hujuſmodi:

* Vol. 2. pag. 322.

Lugete, o Latii graves leveſque
Vates, dulciſonum meum Poetam,
Trux quem Sarmata detinet, volentem
Veſtris nunc oculis magis placere.
Lugete, o Socii aureis libellis,
Juſtos qui faciunt, malos coercent.
Trux nam Sarmata detinet RUIZUM,
Omnes quem diligunt amantque docti.

In Indice librorum Ant. Auguſtini latinorum, qui manu eſſent ſcripti, legitur volumen CCXLIV. ita inſcriptum: *Editio ſive Interpretatio Canonum Concilii Nicæni ex Arabico cum Cenſura & Concordia eorumdem Ant. Auguſtini Archiepiſcopi.*

Mihi in Bibliotheca ſunt Notationes quædam, quibus Ant. Auguſtinus Orthographiam Aldi Manutii Paulli Filii illuſtravit.

Eſt etiam apud me manu exemplar ſcriptum Commentariorum quorumdam, quibus Ant. Auguſtinus Juſtiniani Imperatoris Inſtitutiones perſecutus eſt; qui tamen haud producti ſunt ultra libri II. caput XXIII. *De Fideicommiſſariis Hereditatibus.*

In mea item Bibliotheca adſervatur quidam Ant. Auguſtini *Commentarius ad titulum de regulis Juris.* Hunc porro libellum ipſe exſcripſi ex exemplari, quod mihi benevole commodaverat Michael Cebrianus Caurienſis Antiſtites; quodque non ſine multa difficultate legi poterat, proptereaquod vitia habebat quamplurima. Enimvero labore & induſtria ad veram lectionem reſtitui poteſt: eſt enim perbrevis quædam multarum legum collatio [a].

Tum etiam habeo commentarium, quo Ant. Auguſtinus Didaci Covarrubiæ librum De Veterum Numiſmatum Collatione expendit, ejuſque aliquot reprehendit errores.

Conſcripſit Auguſtinus libellum quendam, qui duodecim omnino paginis conſtat, nulla inſcriptione. Continet vero Indicem, quo naturali litterarum ordine nonnullæ exhibentur atque explicantur Romanorum Nummum inſcriptiones. Hunc habeo libellum manu mea exſcriptum.

Com-

[a] Improbo ſcilicet labore hunc Commentarium, illoſque de Juſtiniani Inſtitutionibus reſtituere conati ſumus.

Commentariolum quoque paginarum omnino ſex confecit *De Notis*; hoc eſt de iis litterarum colligationibus, quibus Romani veteres uterentur. Præfatio hæc habet verba: *Valerii Probi & Paulli Diaconi De Notis libelli exſtant valde mendoſi. Id enim malo dicere, quam mendaces & ineptos. Quamobrem elicere viſum eſt ex omnibus antiquitatis monumentis, quorum exempla exſtant, notas, eaſque non litterarum ordine, ſed rerum in locos quoſdam digerere, ne ex ea commixtione ſequatur obſcuritas.*

Libellum etiam Ant. Auguſtinus ſcripſit *De Ratione docendi & diſcendi Juris*; quem Madriti manu habebat ſcriptum Joannes Solorzanenſis: ut memoriæ tradidit Petrus Diatius Valerius Notatione quadam, qua illuſtravit priorem Ant. Auguſtini epiſtolam ad Matthæum Paſchalem ſcriptam.

In Regia Divi Laurentii Bibliotheca peramplum exſtat volumen *, quod ipſe vidi; atque continet plurima, eaque diverſa Ant. Auguſtini Commentariola. Itaque, ut pateat cujus generis ea ſint, unum hic exſcribam. *Canones Trullanos CII. ſub Juſtiniano II. conſcriptos reiiciendos eſſe, probatur ex auctoritate ſcriptorum, & ex ratione multiplici. Auctores Theophanes Græcus Hiſtoricus. Vide ejus Proœmium. Humbertus Silvæ Candidæ Epiſcopus Apocriſiarius Leonis IX. apud Conſtantinum Monomachum in libello contra Epiſtolas Michaelis Patriarchæ C. P. Theodorus Balſamon, & Matthæus Monachus, maximi Latinorum detractores. Rationes, quia Generale Concilium ſine R. Pontificis auctoritate nullum ſit &c.* * In fol.

In eadem Regis Bibliotheca quædam Joannis Metelli Sequani Epiſtola eſt, eruditionis illa quidem pleniſſima; quæ (ut mea fert opinio) ſcripta fuit obſequii in Ant. Auguſtinum gratia. Eà autem diſputatur *Quid in libro de Legibus Philopono præſtandum.*

In Bibliotheca Vaticana inter plurima, quæ manu Octavii Pantagathi ſcripta habentur, ac in volumine CCCIↃↃↃ. CCCXCV. reperiuntur, quamplurimæ ſunt Ant. Auguſtini ſchedulæ, quæ continent emendationes, correctioneſque, quibus Ciceronis, Cæſaris, & Salluſtii ſcriptorum vulgata exempla fecit probatiora, indicatis interdum Manutii, Griphii, aliorumque exemplis, quæ emendabat.

In ejuſdem Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCCIↃↃↃↃↃↃ. DXXII. liber quidam eſt Ant. Auguſtini ita inſcriptus: *Silva in Sacram Scripturam ex Conciliis ac Patribus.* Eſt quidem exemplum ex archetypo exſcriptum, ſed cujus manu exſcriptum fuerit prorſus latet. Habet autem collecta omnia Sacrorum Librorum loca, quibus uſi ſunt in conſcribendis legibus pontificiis Pontifices, qui Conciliis interfuerunt, iidemque Pontifices Max. in Epiſtolis, quibus nomen Decretalibus eſt. Initio facto ab ipſo Generationis * libro res ad Divi Joannis Εὐαγγέλιον perducitur. Sed in hujus operis initio, ac fine deſunt nonnulla. Verumtamen ſatis oſtenditur quantum operæ Ant. Auguſtinus conſumpſiſſet in Sacris Libris, in Conciliorum actis, in Pontificio Jure, atque in Pontificum Epiſtolis: itemque ſatis demonſtratur, quantâ ipſe induſtriâ, quantâque diligentiâ in ſcientiarum ſtudiis uteretur. * Geneſis.

In ipſius Vaticanæ Bibliothecæ volumine CCCCCCIↃↃↃↃↃↃ. CCLII. exemplar exſtat libri cujuſdam Ant. Auguſtini ita inſcripti: *Obſervationes de Synodis & Collectoribus Canonum.* Legitur in eo libro, ipſum fuiſſe dono datum illi Bibliothecæ ab Antonio Aquinate, qui Sarnenſis primò Antiſtes, poſtea Tarentinus Pontifex fuit. Hic ſecundam ac tertiam partem Epitomes Juris Pontificii editionis cauſſa, quæ peracta fuit Romæ An. MDCXI. perlegerat mandante Aloyſio Iſtella, qui ei rei præerat. Porro hic Obſervationum liber duas habet partes. Prior quidem pars continet perbrevem Conciliorum hiſtoriam; qua auctorum, qui de Conciliis ſcripſerunt, ſeries habetur. Opus minime eſt abſolutum; atque omnino conſtat quibuſdam notationibus. Initium eſt ductum ab anno poſt Chriſtum natum LXVIII. Sed ante lineæ nonnullæ apparent punctis obductæ, quibus ſignificatur deeſſe proœmium. Finem facit An. MXXIII. ſive, ut verius dicam, finis deſideratur: Conſtat enim, ea omnia deeſſe, quæ ad conſequentia tempora pertinent, vel quia Ant. Auguſtinus nihil amplius ſcripſerit, vel quia quæ ſcripſit haud fuerunt collecta, quod fortaſſe magis ad veritatem accedit. Namque illæ chartæ inter ſe colligatæ non erant; atque cum ſimul junctæ, ac ſutæ fuerunt, nullà diligentià fuit temporum ordo ſervatus, quem tamen ea ſcriptio ſequi debuerat: Atque Auguſtinus certe ordinis voluerat habere rationem, quippe qui inter unum alterumque annum, ac item inter unum alterumque Concilium intervalla vacua reliquerat: ex quo videri poteſt, hæc nihil aliud fuiſſe, niſi quædam commentariola, quæ ſcriptitabat, atque identidem augebat, prout ſua ſibi induſtria, ac librorum lectio occaſionem offerebat. Pſeudoconcilia haud omiſit; itemque dubia, variaſque de nonnullis rebus ſententias indicavit. Alterà operis parte continetur opinio atque judicium de iis, qui pontificias leges collegerunt. Profecto eſt unum atque idem cum eo libello, qui editus habetur ante ſecundam partem Epitomes Juris Pontificii. Ne hoc quidem opus exſtat perfectum: Atque ſatis patet, hæc quoque commentaria quædam fuiſſe. Porro in hoc manu volumine ſcripto ea omnia deſiderantur, quæ in libello typis edito poſt ſingula de iis auctoribus judicia leguntur deſcripta eo typorum * genere, quod hominis ſcripturam maxime imitatur. Quare hæc exiſtimaverim addita ab eo fuiſſe, qui librum edidit. Opus hoc credo ego Ant. Auguſtinum ſibi ipſi paraviſſe, vel certe, ſi de eo typis edendo cogitavit, abſolvere non potuiſſe. Quamobrem libellus hic non fuit editus ante priorem Epitomes partem, * Typis Curſivis.

quæ

quæ An. MDLXXXVII. typis deſcripta fuit Tarracone, qua quidem in urbe Auguſtinus manebat. Poſtea vero Romæ putatum fuit, publicam ei libello deberi lucem; quanquam ab auctore minime abſolutus fuiſſet. At commentaria, quæ ad Concilia pertinebant, vel in ordinem redigi ſine multa difficultate non potuerunt, vel longius ab perfectione abeſſe viſa ſunt. Itaque prætermiſſa fuerunt; unaque fuit pars altera typis edita, qua de iis, qui pontificias leges collegerunt, diſputatur; quod in ea major eſſet rerum continuatio, ac minora apparerent vacua intervalla relicta, quæ tamen explera fuerunt iis, quæ deſcripta exſtant, uti diximus eo typorum * genere, quod ſcribentem hominem imitatur maxime.

* *Typis Curſivis.*

Quædam etiam in Bibliotheca Vaticana adſervatur ſeries chartarum Ant. Auguſtini; quæ inter ſe junctæ non ſunt, nullumque habent ordinem nullamque μέθοδον. In iis exſcribebat Auguſtinus antiquitatis reliquias, inſcriptioneſque, quas in Urbe reperiebat. Hæc Auguſtinum maximâ feſtinatione ſcripſiſſe conſtat. Veruntamen repræſentavit diſtributionem, formam, characterem, omniaque, quæ in illis vetuſtatis reliquiis, ac inſcriptionibus obſervaverat. Hac de re in ſuis ſcriptis Auguſtinus verba nonnunquam fecit.

In Indice Bibliothecæ Vaticanæ ad volumen CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. XXXVIII. legitur hic libri titulus: *Collectio Scripturarum Antiquarum cura & ſtudio Ant. Auguſtini, Petri Ciaconii, Panvinii; Patris Octavii &c.* Sed aperto volumine, quod ei numero reſpondet, nihil repertum eſt, quod vel in titulo, vel in iis, quæ volumine continentur, reſpondeat Indicis ſignificationi. Itaque mendum in ea re Index videtur habere.

Hæc omnia ab Ant. Auguſtino ſcripta fuerunt. Sed præterea in animo habuit eorum omnium vitam mandare litteris, qui Bononiæ in Divi Clementis Collegio, quod Ægidius Albornotius Cardinalis jampridem inſtituerat, fuiſſent. Id conſilium Auguſtinus ad Joannem Soram, amicum hominem, perſcripſit: Atque ea epiſtola, ſive aliquod illius epiſtolæ exemplum pervenit poſtea in Nicolai Antonii, eruditiſſimi viri, manus, qui ſe illam legiſſe memoriæ tradidit [1].

Sunt qui dicant, Ant. Auguſtinum neſcio quid ſcripſiſſe de illis legibus, quæ *Regulæ Cancellariæ* vulgo appellantur: Namque in nonnullis XIIvirum litium judicandarum Deciſionibus, quas Alphonſus Garcia in eum conjecit librum, qui inſcribitur *de Beneficiis* [2], legitur, Auguſtinum de illis Regulis ſcripſiſſe. Eam rem eruditiſſimus Nicolaus Antonius obſervavit, ſuâque ipſe notavit manu in ſuæ Bibliothecæ Hiſpanæ margine. Henricus Brencmannus, qui vir mirificam plane eruditionem, intelligenſque haberet judicium, memoriæ prodidit [3], ſeſe, quum Florentiæ eſſet, in ea Bibliotheca, quæ in Mariæ, quam vocant Novam, ædibus eſt, in quoddam manu volumen ſcriptum incidiſſe, quod ita inſcriberetur: *Repertorium R. P. D. Ant. Auguſtini olim Rotæ Auditoris, de Regulis Cancellariæ*: Sed ſibi præter unum Auguſtini nomen nihil in eo volumine eſſe videri, quod vel in minima re Ant. Auguſtinum redoleret. Vidi ego apud Michaelem Cebrianum, Caurienſem Antiſtitem, volumen peramplum * manu ſcriptum, quod paginis conſtaret CDXXVI. atque ita inſcriberetur: *Repertorium Deciſionum Sacri Palatii Auditorum cum Scholiis Ant. Auguſtini.* Sane hic liber pragmaticorum hominum barbariem referebat, nihilque erat in eo, quod Ant. Auguſtino dignum eſſet.

* *In fol.*

Non deſunt etiam, qui Auguſtino volumen quoddam referant acceptum, quod inſcribitur *Repertorium ſive Epitomatarum Deciſionum Rotæ &c.* Omnino duobus libris conſtat, qui habentur etiam inter Rotæ Deciſiones, quas Theodoſius Rubeus vulgavit Romæ ex Vaticana Typographia An. MDCXXXVII. * Ego quidem haud facile dixerim, an id volumen illud idem ſit, quod Gabriel Sora Lobetenſium Antiſtes inter ſuæ Bibliothecæ manu volumina ſcripta recenſuit * ita inſcriptum: *Repertorium Ant. Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis.* Henricus Brencmannus memoriæ tradidit [4], ſeſe quum Romæ eſſet in Pamphiliorum Bibliotheca vidiſſe inter manu volumina ſcripta quinque, vel ſex Ant. Auguſtini Deciſionum libros, qui ab legulejorum fuiſſent barbarie fœdati, atque fori omnino ſaperent ſtilum. Addidit quoque, ſimile vero eſſe, legulejos illos Auguſtini nomine ea ſcripſiſſe, quæ, quo tempore is XIIviratum gerebat, acta judicia fuerunt. Opus hoc, de quo Brencmannus fecit mentionem, illud ipſum videtur eſſe, quod reperitur in Bibliothecæ Vaticanæ volumine CCCCCCIƆƆƆƆƆƆ. CCXX. ita inſcriptum: *Index Repertorii Antonii Auguſtini.* Hic liber continet multas de jure civili & pontificio opiniones minime inter ſe colligatas, ac ſecundum naturalem litterarum ordinem diſpoſitas, quæ, uti loca communia, in commentarios referebantur, ut in judiciis præſto eſſent. Opus haud multi eſt faciendum, atque, uti viro cuidam docto, quo familiariter utor, videtur, Ant. Auguſtino tribui non debet; propterea quod eâ in re totâ ſcribentis deſideratur judicium. Fuerat hic fortaſſe inter Ludovici Gometii libros, quos Ant. Auguſtinus emit. Qui forte apud ſeſe habent hæc manu volumina ſcripta, eorum omnium collatione inſtitutâ, ſcire poterunt, an ex iis ſit volumen illud, quod Burchardus Struvius typis edi-

* *In fol.*

* *Pag. 254. col. 2.*

[1] Nic. Antonius *in Ant. Auguſt.*

[2] *Part. 11. c. 1. num. 71. & Part. 12. c. 11. num. 289.*

[3] *In Hiſtor. Pandectar. lib. IV. cap. 4.*

[4] Idem *ibid.*

editum eſſe affirmavit in ſua Bibliotheca Juris Selecta * ita inſcriptum: *Theodoſii Rubei Singularia ex Deciſionibus Rotæ Romanæ ſelecta cum Ant. Auguſtini Repertorio Romæ MDCXXXVII.*

* Cap. 9. §. 1.

Sunt qui dicant, Ant. Auguſtinum neſcio quid ſcripſiſſe de Tarraconenſis Pontificis inter omnes Hiſpaniæ Pontifices Principatu: Sed tantum dicunt, ſe audiviſſe qui de ea re affirmarent; librum autem ſe non vidiſſe. Inter cæteros Gaſpar Ibannetius Segubienſis *, vir ampliſſimo loco natus, multaque clarus eruditione, in ſuis Diſſertationibus Eccleſiaſticis * ita inquit: „ Celtiberi quidem, iique omnes, qui ad id regnum pertinent, ne ſe quoad Pontificum dignitatem, & ſacrorum religionem cæteris Hiſpaniæ populis inferiores eſſe fateantur; totis „ viribus, majori tamen modeſtiâ, confirmare ſtudent, Tarraconenſem Pontificem quondam „ omnium Hiſpaniæ Pontificum Principem fuiſſe: atque de eâ re multa divinitus dicunt fuiſſe „ ſcripta ab Ant. Auguſtino, & a Paullo Rajuſio; quorum quidem libri nondum in lucem „ prodierunt “.

* *Hic erat Marchio Agropolitanorum, & Dominus Pagi Corpani.*

* *Diſſert. 4. cap. 3.*

Ant. Auguſtinus iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat Ilerdæ a. d. V. Calend. Sextil. An. MDLXXVI. ita ſcripſit: „ Quod ad Roccafulleſios attinet, librum ad te miſi “. Ludovicus Salazarius Caſtrenſis memoriæ tradidit, hoc ſcripto contineri τῶν γενεαλογίαν Roccafulleſiorum: quo Salazarii monito uſus eſt Didacus Sayaſius, qui Cæſarauguſtæ in maximo Templo ſacerdotium gerebat, in iis, quæ addidit libro de Familiis apud Celtiberos Illuſtribus; qua de re videri poteſt Erneſti Franckenhauſii, ſummo inter Danos loco nati, Bibliotheca Hiſpana (1); quem quidem librum ſibi Franckenhauſius tribui voluit, tametſi illum revera Joannes Lucas Corteſius perſcripſerat (2).

Age vero illud in dubium vocari non poteſt, Ant. Auguſtinum conſcripſiſſe Dialogos de Inſignibus & Familiis Nobilitatis Hiſpanæ. Et quoniam horum editio Dialogorum occaſionem nobis præbuit, quare hos de Auguſtini vita Commentarios mandaremus litteris (a): ideo non alienum ab inſtituto noſtro fore putavimus, ut illos reapſe ab Auguſtino fuiſſe conſcriptos oſtenderemus. Erat hiſtoriæ penitus cognoſcendæ cupidiſſimus vir (3); id quod eximia ejus, exquiſitaque eruditio ſatis aperte declarat. At vero illud plane exploratum eſt, perfectam hiſtoriæ notitiam acquiri haud poſſe, niſi quattuor partes, quibus hiſtoria conſtat, penitus agnoſcantur: Quarum quidem una ad rerum narrationem, altera ad locorum diſpoſitionem, ad temporum ordinem tertia, quarta autem ad clariſſimarum familiarum ſpectat origines. Ergo oportuit, Ant. Auguſtinum, qui hiſtoriam plane calleret univerſam, in hac quoque hiſtoriæ poſtrema parte plurimum potuiſſe ſtudii. Revera amavit illam tantopere, ut optima quæque de familiarum inſignibus, & genere collegerit. Quocirca libros multâ diligentiâ quærebat, quibus ejuſmodi argumenta pertractarentur; ut ex iis, quæ dicturi ſumus, clarum erit.

Quum itaque Ant. Auguſtinus An. MDLXXIII. Cæſarauguſtæ eſſet, dedit ad Hieronymum Zuritam IV. Id. Octobr. litteras hoc exemplo: „ Intellexi, quendam tibi eſſe librum, in quo „ de clariſſimarum familiarum inſignibus, ac genere diſceptetur. Neſcio an is liber una cum „ aliis aliquot libris tuis in Carthuſianorum ſit ædibus. Tu, ſi id fieri poteſt, cura, ut liber in „ meas perveniat manus. Mihi enim multa ſunt ejus generis multorum ſcripta. Omnino aliquid ejuſmodi velim in lucem emitti “: Iiſdem poſt litteris hæc addidit: „ Vitalis Oſcenſium „ Antiſtitis vidi librum, qui eſt apud Fiſci Advocatum “ (is erat Michael Joannes Peretius Nueroſenſis). Hic fuit Vitalis Canellaſius, qui ab An. MCCXXXVII. uſque ad An. MCCLII. Oſcam Antiſtes tenuit, teſte Franciſco Didaco Ainſenſi in Oſcenſium Hiſtoria *, teſte item Martino Carrillo in Commentario de Oſcenſium Antiſtitibus *. Hic Vitalis Canellaſius fuit apud Celtiberos, veluti Tribonianus alter: Sed Triboniano illi veteri integritate in jubendis legibus longe præſtitit. Ilergetum leges collegit; ut memoriæ tradidit Didacus Morlaneſius teſte Nicolao Antonio in ſua Bibliotheca Vetere *. Collegit quoque Celtiberorum leges de judiciis; ut ipſe Morlaneſius memoriæ prodidit teſte Joanne Franciſco Andrea Uztarrozenſi (4). Collectæ eæ leges fuerunt jubente Provinciæ conventu, qui Oſcæ agebatur An. poſt Regnum Celtiberorum conditum MCCLXXXV. poſt Chriſtum vero natum MCCXLVI. uti ſcriptum reliquit idem Uztarrozenſis loco, quem indicavimus, & Blanca in Commentariis de Rebus Celtiberorum (5). Eas etiam leges doctiſſime interpretatus fuit teſte Hieronymo Zurita in ſuis Annalibus (6). Tandem inter illos fuit, qui Saguntinorum de judiciis leges collegerunt, uti

* *Pag. 398.*

* *Pag. 312. & 313.*

* *Lib. 8. cap. 3. §. 78.*

(1) *Genealogico-Heraldica pagg. 32. 362. & 408.*

(2) Greg. Mayanſius *in vita Fr. Ramoſii Manzanenſis num. 72. & ſeqq.* apud Greg. Meermanum *in vol. V. Theſ. Jur. Civ. & Pont.*

[3] Vide ſup. *pag.* 12. §. Si quid temporis &c. & §. Sæpe accidit.

(4) *In Notitia Auctor. MSS. qui citantur ab* Hier. Blanca *in Coronationib. Regum Aragoniæ in* Vitali Canellaſio.

[5] *Pag. 166.*

(6) *Lib. 3. cap. 42. ſecundæ edit.*

(a) Mayanſius ſuam hanc Hiſtoriam primum edidit una cum Auguſtini libro *De inſignibus* &c. Anno MDCCXXXIV. Madriti typis Joannis Zunnigenſis.

conſtat ex lege prima, atque uti ſcripſit Pettus Antonius Beuterus in ſuis Hiſpaniæ Annalibus (1). Itaque Vitalis Canellaſius alius omnino fuit ab Petro Vitali, qui inter Celtiberos natus, Theologiæ Doctor, in Gutreanis ædibus Præfecturam, & in celebri illo Montaragonenſi Fano ſacerdotium gerebat. Is librum ſcripſit de Familiis apud Celtiberos illuſtribus. Hunc itaque librum Ant. Auguſtinus ſcribebat, ſeſe apud Fiſci Advocatum vidiſſe. Neque vero in lucem hactenus prodiit. Librum autem illum fuiſſe ab ..... Zayaſio, qui item in Montaragonenſi Templo ſacerdotium gereret, adauctum memoriæ prodidit Ludovicus Salazarius Caſtrenſis in quodam librorum de Nobilium Familiarum origine Indice manu ſcripto *; quod Gerardus Erneſtus Franckenhauſius notavit. Jam vero iis litteris, quas Ant. Auguſtinus Ilerdæ IX. Calend. April. ad Hieronymum Zuritam dabat, quantam ex eo cepiſſet voluptatem oſtendit, quod Becerri liber in ſuas perveniſſet manus: Is vero liber ſcriptus fuerat vivo Petro Numantinorum & Carpetanorum Rege, qui ab ſeveritate nomen accepit: in eoque diſceptatur de Dynaſtatum & virorum principum familiis imperiiſque. His itaque Auguſtinus utitur verbis: „ Becerri librum multà legi cum voluptate. Quod attinet ad temporum ordinem, optime mihi videtur „ congruere cum libro illo de Familiis Illuſtribus, quem Petrus Luſitanus Comes conſcripſit “. Quid Becerri libro contineretur fuſe perſecutus eſt Ambroſius Moralenſis in libro de Divi Dominici Familia *. Id ſcripſit etiam Nicolaus Antonius in ſua Hiſpaniæ Bibliotheca Vetere *; itemque Gerardus Erneſtus Franckenhauſius in ea, de qua dictum ſupra eſt, Bibliotheca *. Vix Auguſtinus de eo libro ſcribendi finem fecerat, quum eàdem epiſtolà, idem etiam ſequutus argumentum, ita inquit: „ De Metellini libro tu curabis “. Sed de hoc Metellini libro clarius etiam ſcripſerat iis litteris, quas Ilerdæ dedit prid. Id. Februar. An. MDLXXVI. hoc exemplo: „ Quod ad librum illum de Familiis Clariſſimis attinet, tu velim Cæſarauguſtam ad aliquem perſcribas, qui librum ab Metellino petat, atque ad me mittat, vel Joanni Auguſtino, ſive ejus familiaribus det “. Tum vero a. d. V. Id. Majas ejuſdem anni ſcripſit, ſibi librum illum fuiſſe redditum, ſeque oſtendit in eodem illo argumento operam poſuiſſe. Itaque his omnino verbis uſus fuit: „ Mihi etiam Metellini de Inſignibus liber redditus fuit una cum „ ejus litteris. Sane quædam mihi magnopere probantur. Nonnulla vero alia minus. Multa „ jam ante cognoveram e quodam libro, qui, neſcio quo auctore, Salamantiæ in meas per„ venit manus. Ei ego quidem libro ea omnia addidi, quæ in hiſtoriis legeram, ac præ„ ſertim in Ferdinandi Peretii Guzmanenſis libris: Quem quidem ego omnibus Hiſpanienſibus „ hujus generis ſcriptoribus præſtare judico. Petri Luſitani liber eſt quidem uberior, majore„ que nitet diligentia. Sed de familiarum inſignibus parum in illis, ſeu potius nihil. Ferrantes „ Megia, qui librum de Nobilitate ſcripſit, & Moſſenus Didacus Valerius, uti etiam Scriptor „ Rerum Cantabricarum (2) inferiores Caſaneo, cæteriſque Gallis ſcriptoribus, ut puto, ſunt. „ Libros etiam id genus Ilergetibus reperi auctoribus. Sed ex iis nihil potui eruere præter con„ ſuetudinem, ac ſpecimen inſignium multarum familiarum, quæ noſtris quoque temporibus „ exiſtunt “.

* Num. 28.

* Fol. 335. pag. 2.

* Lib. 9. c. 4. §. 277.

* Genealogico-Heraldica pag. 6.

Sane ex his omnibus, quæ dicta a nobis ſunt, manifeſte conſtat, Ant. Auguſtinum plurimos collegiſſe Genealogorum libros, atque nonnulla etiam ejus generis ſcriptitaſſe. Quare opus eſſe non arbitror in medium afferre, quæ Auguſtinus ipſe ad Hieronymum Zuritam ſcripſit litteris Ilerdæ datis Calend. Jun. anni (ut quidem conicio) MDLXVII. Sunt vero hæc: „ Meus de Familiarum apud Luſitanos Nobilium Inſignibus liber non quidem luſitanice, „ ſed ſcriptus hiſpanice eſt “. Quanquam enim Auguſtinus ex his videatur verbis de libro aliquo loqui, quem ipſe ſcripſiſſet; poterat nihilominus illum appellare ſuum dominii cauſſa. Ei ſane quæ item ad Zuritam ſcripſit litteris Ilerdæ datis a. d. IV. Id. Januar. An. MDLXXVI. noſtræ apertiſſime favent ſententiæ. Sunt verò hujuſmodi: „ Tu quidem de eo Inſcriptionum „ libro rem ſcripſiſſe ſcholam omnino ſapere “. Eum ego librum ab Auguſtino conſcriptum non crediderim fuiſſe. Contrà verò ad Auguſtini librum mihi videntur ſpectare hæc, quæ interius addidit: „ Quod ad Familiarum origines Inſigniaque attinet, multorum nos quidem libros le„ gimus, atque e ſingulis excerpſimus aliquid. Ad te quandoque mittam, quæ ſcriptitavi. In „ Ludovici Zaparæ libro nonnulla apparent inſignia perperam depicta. Id vero cum ejus, „ tum illius, qui librum emendavit, multà accidit negligentià “. Ludovicus Zapata, qui Coholi & Jugubeladæ imperium obtinebat, vir fuit poetices amantiſſimus, quod ſcripta ejus ſatis declarant. Itaque vir præclarus exiſtimans opus hoc haud eſſe perfectum litteris ad Ant. Auguſtinum Patruum datis III. Non. Februar. An. MDLXXXIV. ita ſcripſit: „ Maxime „ cuperem, Dialogos de Inſignibus abſolvi, illos autem Antiquitatum typis edi “. Antonius ipſe Auguſtinus, uti ſupra diximus, ſcripſit, ſeſe ex multorum libris multa excerpſiſſe. Jam vero poſteaquam Commentarius hic noſter divulgatus primum fuerat Joſephus Stephanus Noriegenſis, Sacerdos Præmonſtratenſis, qui nuper fuerat Celſonenſium Antiſtes deſignatus, mihi commodavit hoſce τῆς γενεαλογίας Commentarios, de quibus mentionem Ant. Auguſtinus fecit; ſed unde eos habuiſſet, haud dixit. Liber ita inſcribebatur: *Armas de todos los Reyes, i gran-*

(1) *Lib. 2. cap. 41. pag. 223.*

(2) Steph. Garibajus Zamalloanus.

i grandes Principes del Eſtado aſſi fieles, como infieles, comenzando de los Emperadores. Sequebantur inſignia Regum, ac familiarum Hiſpaniæ clariſſimarum. Atqui ex eo potiſſimum libro plurima Auguſtinus petiiſſe videtur, ut ſcriberet de Inſignibus & Familiis Nnbilitatis Hiſpanæ. Longe ante hic liber ſcriptus fuerat; nam pagina XXV. hæe habebat verba: „ Ant. „ Auguſtinus ſodalis Collegii Bononienſis de Inſignibus & Familiis Nobilibus Hiſpaniæ “. Quamobrem illud ſatis conſtat, Ant. Auguſtinum de Familiarum clariſſimarum inſignibus ac genere ſcripſiſſe aliquid; tum deſideraviſſe, id quod ſcripſerat & ab Hieronymo Zurita videri, & typis quandoque divulgari.

Ant. Auguſtino e vivis ſublato, ut libri τῆς γενεαλογίας litteratis hominibus cariſſimi ſolent eſſe, ita illi Dialogi maximo in precio habebantur: adeoque in Bibliothecis abditi fuerunt, ut quamvis Ant. Auguſtini ſcripta vulgo plurimi fierent, tamen ii pauciſſimis innotuerint, & penè dixerim, nemini contigiſſe illos habere, ſive legere.

Alphonſus Ciaconius in en libro, cui Bibliothecæ nomen eſſe voluit, ubi agit de Ant. Auguſtino, ita inquit: *De Inſiguis* (nam in ea Bibliotheca plurima ſunt errata typographica) *& Armis varia, vivit hoc anno MDLXXXIII.* Petrus Mantuanus in Commentariolo de Harenſium Comitis Origine, quod reperitur in eo eruditione præclaro libro, qui inſcribitur *Seguro de Tordeſillas*, fuitque Mediolani typis editus An. MDCXI. * ita ait: „ Negari „ non poteſt, quanquam iis temporibus hæc cognomina haud erant in uſu, ac mihi Ant. Au- „ guſtini ſententia perplacet, horum apud Hiſpanos cognominum inſigniumque uſum recen- „ tem eſſe, vel quingentis ante annis natum eſſe; iis tamen nominibus, & cognomentis, quæ „ in hiſce privilegiis leguntur, ſatis declarari, hæc omnia ad Velaſcenſium familiam pertinere “. Petrus Mantuanus eorum habebat rationem, quæ Ant. Auguſtinus ſcripſerat in Dial. I. cap. XVI. Joſephus Pellicerus Oſſaunus Tovarenſis in libello de Nobilitate ac Meritis Blaſii Alagonii Arborenſis, qui Villaſorenſium habebat imperium *, ita ait: „ His omnibus addi poſ- „ ſunt ea, quæ leguntur in libello quondam typis edito de Familia & Origine Roccorum Cam- „ poſrigidenſium, qui viri inter Oretanos (*a*) clariſſimi exſtant: quo etiam in libello mentio „ facta eſt de libello alio Ant. Auguſtini, Tarraconenſis Pontificis, de Genere Orgelenſium „ Comitum “.

* Pag. 15.

* Fol. 18. pag. 1.

Claudius Meneſterius in eo libro, quem inſcripſit *Le veritable art du Blaſon & l'origine des Armoiries*, Lugduni edito An. MDCLXXV. * nonnulla de his Dialogis ſcripta reliquit; ſed ſe illos vidiſſe haud dixit: Immo vero ſe illius hiſtoriam ſcriptionis ignotaſſe oſtendit. Ait enim, Auguſtinum illos Bononiæ Dialogos conſcripſiſſe: quum revera Salamantiæ opus inceperit, neque unquam toto vitæ curſu illud horis ſubciſivis proſequi intermiſerit; ut ſeſe occaſio identidem offerebat; atque quo tempore Ilerdaia Antiſtes tenebat inventa in ordinem cœperit redigere. Hæc porro Claudii Meneſterii ſunt verba: „ Antonius quidem Au- „ guſtinus, Tarraconenſis Pontifex, qui juris ſcientiam, atque numiſmatum totiuſque antiqui- „ tatis notitiam calleret, quum in Italia atque in Bononienſi eſſet Academia librum hiſpano „ conſcripſit ſermone de Inſignibus; cui quidem libro plurima addidit inſignia depicta. Non- „ dum is liber typis fuit editus; ſed in quibuſdam dumtaxat Bibliothecis adſervatur. Inſcribitur „ vero de Illuſtrium Familiarum Inſignibus, Originibuſque, atque aliis antiquitatis reliquiis, quæ „ cum ad Hiſpaniam atque ad ejus Nobilitatem, tum ad alias quoque orbis terrarum par- „ tes pertinent “.

* Pag. 31.

Majorem certe fidem Nicolai Antonii teſtimonium meretur. Hic enim in ſua Bibliotheca Hiſpana *, quum de Ant. Auguſtino ſermonem haberet, poſt hoc verbum *Sacram* hæc ſua ipſe addidit manu: „ Liber, ſive Dialogus de Familiis Nobilitatis Hiſpanæ ſub ejus “ (ſcilicet Ant. Auguſtini) „ nomine adſervatur manu ſcriptus in Bibliotheca, quæ fuit Comitis Vil- „ laumbroſani una cum Didaci Fernandetii Mendozenſis de Nobilitate libro “. Poſtea vero typis vulgata fuit Bibliotheca Petri Nunneſii Guzmanenſis, qui Montallegrenſium, Quintanenſium & Villaumbroſanorum obtinebat imperium, An. MDCLXXVII. atque in ea * hæc leguntur verba: „ Librum de Familiis Hiſpaniæ Nobilibus ſcripſit ſub Catholicis Regibus Di- „ dacus Fernandetius Mendozenſis; in quo etiam volumine Dialogi quidam Ant. Auguſtini, „ Tarraconenſis Pontificis, de Familiis Hiſpaniæ Nobilibus manu ſcripti * continentur “.

* Pag. 80. col. 2. lin. 59.

* Fol. 107. pag. 1.

* In fol.

Audivi de Joſepho Roderico, Compoſitenſi Marchione, prudentiſſimo plane viro, quum diceret, ſibi quondam fuiſſe horum Ant. Auguſtini Dialogorum exemplum, quod ſibi exſcribi curaverat ex alio, quod fuiſſet apud Joſephum Dormerum, qui Lacetaniæ peramplum gerebat ſacerdotium; ſeque illud dono dediſſe Ludovico Salazario Caſtrenſi, qui Hiſpaniarum Regi Annalibus conſcribendis inſerviebat. Certe Ludovici illius Caſtrenſis ſcripta τῆς γενεαλογίας apertiſſime oſtendunt, fuiſſe ab eo hos Dialogos non ſine multa utilitate perlectos: De illis autem (quod meminerim) nullum habuit verbum. Sed quæ ipſe Ludovicus cum Gerardo Erneſto Franckenhauſio communicavit egregie illa quidem rem juvant. Itaque homo Da-

O 2 nus

(*a*) Oretani pop. qui eam antiquitus incolebant regionem, quæ hodie dicitur *Eſtremadura*, ubi eſt urbs dicta *Alcantara*, in qua hæc Roccorum familia florebat.

nus in ſua illa, de qua dictum ſupra eſt, Bibliotheca, cujus quidem libri auſus eſt corrumpere titulum, qui ab Joanne Luca Corteſio vere fuerat adſcriptus, additis etiam nonnullis animadverſionibus, quæ auctore Corteſio indignæ prorſus ſunt, ad cap. LIV. ubi perperam quidem ſcripſit, Ant. Auguſtinum religioſo ordini addictum fuiſſe, de bis Auguſtini Dialogis ſermonem babuit, atque legentes ad Stephani Corberæ rejecit teſtimonium, de quo inferius dicturi ſumus pluribus verbis.

Noſtra certe nunc intereſt, ut dicamus, qua ratione hi Dialogi, quos edere inſtituimus ex una in alteram, tandemque in noſtram pervenerint manum.

Poſt Ant. Auguſtini mortem hotum exemplum Dialogorum in manus incidit Galcerandi Albanelli Illiberini Pontificis, qui ampliſſimo inter Ilergetes loco natus erat, atque, quod ad rem maxime pertinet, cum Ant. Auguſtino ſanguine jungebatur. De illo exemplari exſcriptum exemplum fuit, quod in Bibliothecam pervenit Stephani Corberæ Barcinonenſis, qui librum illum confecit, qui inſcribitur *Cataluña illuſtrada.* Hic Stephanus Corbera, ut omnes quidem ſcirent, qua ipſe ratione eum adeptus eſſet librum, ita legentes allocutus eſt: „ Hunc
„ eruimus librum e quadam ſcriptorum congerie, quæ quidem adſervabatur apud Galcerandum
„ Albanellum, qui vir in præſens Regis filium erudit " (is erat Philippus, qui poſt Hiſpaniarum Rex hujus nominis Quartus extitit). „ Maximam Dialogi Sexti partem novimus deeſ-
„ ſe. Quare poſtremæ vacuæ apparent paginæ, eæque, ſi quando liber in noſtras pervenerit ma-
„ nus, a nobis complebuntur. Illud te, Lector, monitum volo, ea capita fuiſſe addita, quæ
„ Auguſtino vita functo ab Rege fuerunt tradita: neque enim poterant in exemplari eſſe. Si
„ tamen ex eo exſcribatur exemplum, optimum prodibit: Librarii enim facile ab ſedulitate
„ recedunt. Atque ſane, ſiquid in iis Dialogis deſit, id omne librariorum culpæ tribuendum
„ puto. Nemo enim ignorat quantopere Auguſtinus omni litterarum genere excelleret; qui
„ quidem apud omnes Europæ populos maximo eſt in honore. Vale. An. MDCXIX. "

* *Lib. V. cap. XIII.*

Idem Stephanus Corbera in eo ipſo libro * memoriæ iterum prodidit, ſibi hos fuiſſe Dialogos his plane verbis: „ Sane his omnibus peregrinis ſcriptoribus honori id tribuam, ut
„ eorum opiniones ſententiâ comprobem ampliſſimi viri Ant. Auguſtini, Tarraconenſis Pon-
„ tificis, qui Celtiberis omnibus, eique toti regno gloriæ loco eſt: Namque ejus quidem no-
„ men latiſſime in Hiſpania patet; virtus vero doctrinaque admirationi potius, quam laudi-
„ bus locum reliquit. Itaque vir præſtantiſſimus libro quodam (qui mihi quidem in Bibliothe-
„ ca eſt) de Hiſpanæ Nobilitatis Familiis & Inſignibus, quum ſermonem inſtituiſſet de no-
„ vem illis Germanis, qui primum in Hiſpaniam Otgerio Catalone Duce venerunt, unde
„ poſtea Ilergetum omni regioni eſt Catalauniæ nomen quæſitum (ut ille ait), poſtquam dixit
„ Provinciam fuiſſe in IX. diviſam Conventus, hæc addidit verba: His ego quidem refragare
„ non auſim, propterea quod multis nituntur rationibus, maxime vero quod plurima apud Iler-
„ getes familiarum ſint nomina, quæ ex illis profecta eſſe videntur, adeoque eam rem ma-
„ gnopere comprobant. Quum itaque ſummi viri adſit auctoritas, ſane contrariam ſuſtinere
„ velle ſententiam hominis eſſet, qui non veritatem inquireret, ſed novis ſtuderet rebus;
„ quive potius pertinaciam, quam amaret manſuetudinem ".

Ex eo Dialogorum exemplo, quod apud Stephanum Corberam adſervabatur, ſibi Paullus Ignatius Dalmaſeſius exemplum curavit exſcribi; qui poſtea hæc memoriæ prodidit:
„ Hoc exemplum exſcribi curavi ex eo, quod Stephanus Corbera eruerat e quadam ſcriptorum
„ congerie, quæ apud Galcerandum Albanellum adſervabatur. Id Corberæ exemplum in mea
„ eſt Bibliotheca ipſius manu Corberæ ſcriptum, ejuſque nomine munitum. Hæc Barcinonæ
„ ſcribebat Paullus Ignatius Dalmaſeſius Roſenſis Calend. Januar. An. MDCCII. (1) ".

De eo exemplo, quod hodie in Regis eſt Bibliothecâ, ſibi aliud exſcribi curavit Blaſius Antonius Naſſarius Ferrizenſis, qui inter Regiæ Bibliothecæ cuſtodes præfecturam gerebat, atque in Acobenſi Mariæ Fano primus erat Sacerdos. Is ſane vir propter excellentem doctrinam, atque de omni litterarum genere judicium plane intelligens adeo inſignis eſt, ut laudibus minime opus habeat. Enimvero non poſſum, quin fatear, homini me plurimum debere; propterea quod quum me Ant. Auguſtini ſcriptorum tantopere cognoviſſet ſtudioſum, mihi dono dedit illud horum Dialogorum exemplum, quod ſibi curaverat exſcribi, eoſque a me voluit in manus hominum edi.

Aliud quoque exemplum habuit Ludovicus Salazarius Caſtrenſis, atque hodie exſtat inter manu volumina ſcripta, quæ cum plurima, tum certè maximi pretii ipſe legavit Sodalibus Benedictinis Martini Monſerratenſis, qui Madriti ſunt. Ii porro homines inſigni quodam fortunæ dono adepti ſunt præclaram ſane manu librorum ſcriptorum ſeriem, qui quidem omnes ex iis ſunt, qui maxime noſtrorum temporum Bibliothecas illuſtrant.

Jam vero hos Dialogos fuiſſe ab Ant. Auguſtino ſcriptos maniſeſte conſtat cum ex iis, quæ diximus, tum ex iis, quæ dicturi ſumus. Primum namque ex ipſis conſtat Dialogis, illos fuiſſe ſcriptos quo tempore Ant. Auguſtinus ei rei erat certe idoneus; hoc eſt quum Hiſpaniæ
Rex

(1) Hujus Dalmaſeſii videri debet Diſſertatio Hiſtorica de Paulli Oroſii Patria *cap. XVIII. pag.* 201.

Digitized by Google

Rex eſſet Philippus Secundus (1), qui ad regnandum acceſſit An. MDLVIII. atque fuit e vivis ſublatus An. MDXCVIII. quo tempore Luſitanorum tenebat Regnum Sebaſtianus (2), qui Regnum inibat An. MDLVII. vitâque functus eſt An. MDLXXVIII. eodemque tempore Valentinum obtinebat Pontificatum Franciſcus Vaſco (3), qui ab Paullo IV. Pont. Max. cooptatus fuit a. d. IV. Non. Maj. An. MDLVI. mortemque obiit XVI. Calend. Maj. An. MDLXIII. vivo adhuc Joanne Auſtriaco (4), qui apud Belgas Proregem gerebat, extremumque clauſit diem An. MDLXXVIII. In quinto Dialogo, qui, eo quod ſit abſolutus, poſtremus dici quodammodo poteſt, ſermonem habuit Auguſtinus de Familia Gironum, cujus novam quandam γενεαλογίαν ait (5) paullo ante editam fuiſſe. At ibi loquebatur Auguſtinus de quadam Epitome nonnullarum Hiſpaniæ hiſtoriarum, in quibus hiſtoriis agitur præſertim de illa Gironum familia. Eum porro librum ediderat Compluti Hieronymus Gudiellus An. MDLXXII. * Hæc omnino tempora, quæ a nobis notata fuerunt, eam, ſi recte inſpiciamus, Ant. Auguſtini ætatem comprehendunt, qua ipſe certe erat ad hos conſcribendos Dialogos idoneus, initio ducto ab An. MDXXVIII. quo anno Salamantiam, ut ſcientiis operam daret, ſe contulit. Aſt præter hæc omnia qui ſub littera A loquens inducitur dicit, ſe Salamantiæ [6], Barcinone (7), Venetiis [8], atque in Sicilia (9) fuiſſe: quæ quidem indicia Ant. Auguſtino omnia conveniunt. Ac ſi multa invicem placeat conferre, facile agnoſci poterit, magnam verſari ſimilitudinem inter illa, quæ in hiſce Dialogis leguntur, & illa, quæ Ant. Auguſtinus alibi ſcripſit. Namque in quinto Dialogo [10] de ea egit Tarraconenſi inſcriptione, quæ incipit: *C. Valerii Auguſtini &c.* atque illam ad cognomentum, quo ipſe utebatur, retulit. Eam vero rem notavit etiam in Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque Dialogo primo; itemque iis litteris, quas ad Hieronymum Zuritam dabat prid. Id. Septembr. An...... Tum in Dialogo priore memoriæ prodidit, Montacutenſem Comitem fuiſſe ſanguine conjunctum ei, qui littera C notabatur, uni ſcilicet ex iis, qui loquentes in dialogis inducebantur, eratque..... Itaque multa invicem poſſent conferri. Enimvero qui magis demonſtrari poteſt, hos Dialogos revera ab Ant. Auguſtino fuiſſe ſcriptos, quam ſtili ſimilitudine? Omnino eruditionis mirifica ubertas, atque ejus quidem eruditionis, quæ lectiſſima ſit, puriſque hauſta fontibus, multoque ordine inſignis. Magna eſt eorum, qui loquentes inducuntur, modeſtia, ſingulariſque prudentia. Eorum quoque hominum egregie dignitas ſuſtentatur; ut quidem hæc ſcribendi difficillima ratio, vel una maxime, expoſcit. Stilus vero apparet omnino nitens, conciſuſque, planeque ei ſimilis, quo uſus fuerat Auguſtinus in conſcribendis Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque Dialogis. Pronunciationis veſtigia, etiam poſt tot, quæ exſcripta fuerunt, exempla, eadem apparent. Legitur enim *abun*, & *abunque*, quæ erat peculiaris Ant. Auguſtino, Petro Ciaconio, aliiſque perpaucis hiſpanice ſcribendi ratio: Eam vero Hieronymus Zurita jure ac merito reprehendit: Nos autem illâ in his Dialogis uſi ſumus; ut ſcilicet tanti viri etiam nævi religioſe ſerventur. Nos etiam oportere credidimus, hos edi dialogos eâ omnino ratione, qua illos auctor ſcriptos reliquit. Neque ideo parum operæ ſtudiique conſumpſimus, ut illos iis omnibus mundaremus, quæ otioſi homines vel ignari, vel malitioſi huc invexerant; ut obſervaverat pridem Stephanus Corbeta. Ac ſi quis error, quod prætertim attinet ad cognomenta, adhuc ſit reliquus, id tot exemplorum multitudini, quæ fuerunt exſcripta, tribuendum eſt: quare non poteſt nimis frequenter iis ſedulitas commendari hominibus, qui manu potius, quam utuntur intellectu. Id ſane plurimi laboris fuit, quod ſexcentos librariorum errores emendaverimus. Neque enim mihi poſſunt aliena tam probe innoteſcere, ut iis, quorum illa ſunt. Quare ſi quæ noſtram aufugerint induſtriam; ego quidem monita quævis lubenti excipiam animo, ut quum iterum hos Dialogos typis [Deo favente] in lucem proferam, emendatiores, quam modo ſint, emitti illi quidem poſſint.

Mirum certe non eſt, quoniam hi Dialogi manu circumferebantur ſcripti, Gabrielem Naudeum illos haud noviſſe: qui idcirco in libro, cui Bibliographiæ Politicæ nomen eſſe voluit *, dixit, Fulvium Urſinum, Ant. Auguſtinum, & Ricardum Streinium ſcripſiſſe tantum de Familiis Illuſtribus, quæ ad antiquitatis hiſtoriam pertinent; minimè vero de iis, quæ pertinent ad hiſtoriam noſtrorum temporum.

Itaque hæc omnino ſunt, quæ nobis de Ant. Auguſtino non quidem diù, ſed multâ quærentibus diligentiâ reperire licuit. Ac quidem veluti è palea triticum, ita nos ea, quæ multorum diſperſa libris latebant, eruimus. Quocircà noſter certè labor multo fuiſſet minor, ſi ii, qui, quum viri ſummi memoria adhuc exſtaret, ejus vitæ hiſtoriam vel ſcribere cogitaverunt, vel reapſe ſcripſerunt, ſuos in manus hominum Commentarios ediddiſſent.

Nam-

* In fol.

* Pag. 71.

[1] *Dial. II. num. VIII.*
(2) *Dial. III. num. XXVI.*
(3) *Dial. III. num. X.*
(4) *Dial. II. num. X.*
(5) *Num. XLIII.*
(6) *Dial. I. num. XIV.*
(7) *Ibidem.*
(8) *Dial. V. num. XXXV.*
(9) *Ibidem.*
(10) *Num. XXXIV.*

Namque Andreas Schottus, qui duos poſtremos annos in Auguſtini fuit familiâ, homineque familiariter utebatur; eo ſcilicet ſpectans, ut quæ ad tantum virum pertinerent, omnia penitus cognoſceret (1); in oratione, quam in Ant. Auguſtini funere recitavit, atque in ea epiſtola, qua illam Orationem ad Levinum Torrentium, Antuerpienſem Antiſtitem, miſit, ſe paratum eſſe dixit Auguſtini hiſtoriam litteris mandare: ſed nova conſilia, novæque occupationes hominem diſtinuerunt.

Martinus Auguſtinus, qui in Tarraconenſi Servatoris Fano ſacerdotium gerebat, & Antonius Auguſtinus Jeſuita (Ant. Auguſtini Tarraconenſis Pontificis nepotes ambo) uterque Patrui ſcripſit hiſtoriam: ille enim, Didaco Murillo teſte (2), jam opus erat editurus (3). Hic vero librum confecit, qui inſcribebatur: *De rebus geſtis Ant. Auguſtini Tarraconen. Pont. Commentarius juxta temporum ordinem digeſtus.* Complectebatur is liber Ant. Auguſtini vitæ hiſtoriam, illam quidem fuſè conſcriptam: Ita enim Nicolaus Antonius audiverat de Joanne Franciſco Uztarrozenſi, qui Celtiberorum ſcribebat Annales. Horum vero ſcriptorum nullum in meas pervenit manus; neque enim reperire potui, eorum ullum apud quemquam noſtris eſſe temporibus.

Nonnulla etiam, quæ ad Auguſtinum ſpectarent, breviter perſecuti ſunt [quanquam novi quidem nihil attulerunt] Didacus Murillus in Commentario de Cæſaraugustanis Scriptoribus *, quem quidem commentarium adjecit libello de Extructione Ædis Pilarianæ; Vincentius Blaſcus Lanuzenſis in volumine poſtremo * Hiſtoriæ Celtiberorum cum ſacræ, tum profanæ; Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpanâ; Joſephus Dormerus in Progreſſibus * Hiſtoriæ apud Celtiberos; Gerardus Erneſtus Franckennauſius in ea Bibliothecâ *, de qua dictum ſupra eſt, ubi, uti diximus, per imprudentiam ſcripſit, Ant. Auguſtinum vitam in religioſo ordine egiſſe, quod certe haud ſcripſerat Joannes Lucas Corteſius, cujus quidem ſcripta ſibi voluit tribui: ſcilicet his capiuntur erroribus, qui aliena augent ſcripta. Tandem aliis quamplurimis miſſis David Clemens in Bibliotheca * illâ ſua memoriæ multa tradidit de editionibus ſcriptorum Ant. Auguſtini.

* *pag.* 458.
* *Lib.* 4. *cap.* 6. *pag.* 342.
* *Pag.* 323.
* *Pag.* 30.
* *Curioſa, Hiſtorica, & Critica vol.* 2. *pag.* 248.

Illud profectò nos etiam atque etiam dolemus, quod ne librum quidem videre potuimus, quo continentur *Litteræ diverſæ Paulli IV. in forma Brevium in commendationem Antonii Auguſtini, Epiſcopi Alliſani, Nuntii apud Ferdinandum Romanorum Regem, ad ipſam Majeſtatem ſcriptæ, ac ad alios Principes pro variis negotiis.* Nam quum ego quidem noviſſem, cum librum apparere in Indice librorum Ant. Auguſtini, qui manu latine eſſent ſcripti *, mihi ſtatim in mentem venit, eum reperiri debere in Laurentianâ Regis Bibliothecâ: atque illo diligenter quæſito ibi revera eſſe cognovi. Itaque, ut libri exemplum habere mihi liceret, amicum hominem, qui meis favere rebus conſueverat, adhibui. Enimverò inclementiore utebamur fortunâ: adeoque noſtrum fruſtra ceſſit deſiderium, reſque publica multis illa quidem carebit, quæ ego certe ex eo eruiſſem volumine, ut hoſce meos illuſtrarem Commentarios. Atque utinam teſtimonia nobis innotuiſſent, quæ Paullus Quartus Pont. Max. Ant. Auguſtini virtuti, ſcientiæ, prudentiæque dare non dubitavit. Itaque quoniam nobis in eà re ſatis minime factum fuit, ea ſubjicere placet, quæ viri in republica ampliſſimi [a] de Antonio Auguſtino cogitaverint, ac ſcripſerint.

* *Num.* 546.

Ju-

(1) Vide *Orationis Funebr. Dedicat.* *pag.* 439.
(2) *In lib. de Exſtruct. ædis Pilarianæ* (3) Vide ſup. *pag. 96. in princ.*

(a) Hominum ampliſſimorum de Ant. Auguſtino judicia locum habuerunt in Primo Volumine pag. XXIII. & ſeqq. Tamen nonnulla, quæ ab eruditiſſimo Gregorio Mayanſio addita poſtea fuerunt, hic ſubjiciuntur.

Judicia Doctiſſimorum Virorum de Antonio Auguſtino Archiepiſcopo Tarraconenſi.

Petrus Victorius in Epiſtola ad Ant. Auguſtinum data Florentiæ anno 1563. cujus exemplum habeo manuſcriptum cum hac temporis nota, quæ omiſſa eſt in editione Epiſtolar. Petri Victorii pag. 117. ita ſcripſit agens de Philippicarum editione Gabrielis Faërni, quem Auguſtinus multum adjuvit: *Incidi ergo in locos plures, quos judicio ipſius, cognovi curâ, acumineque tuo illuſtratos, & ab omni prorſus macula purgatos. Tu enim quemadmodum gravioribus ſtudiis egregiam operam navaſti, ita etiam humaniores litteras induſtria ſedulitateque tua plurimum expoliſti. In quo ſane merito multum Tibi debent ſtudioſi earum, qui nullum unquam laborem fugeris, ut ipſas ornares, & integriores formoſioreſque undique redderes.*

Idem Obſervationum libro 12. cap. 28. *Verba conſtitutionis jam dedit optimus, & doctiſſimus Ant. Auguſtinus, cui omnes non modo Juris, ſed & bonarum artium ſtudioſi tantum debent, ut debere etiam ſe palam profitentur multi, quantum homo homini debere poteſt.* & cap. ſeq. *Ant. Auguſtinus, doctiſſimus Juriſconſultus, ſanctiſſimus Epiſcopus.*

Bernardinus Gometius Miedesius Commentariorum de Sale lib. 5. num. 32. editionis 2. an. 1579. *In Urbe quidem* (Roma) *floruere non pauci; atque in primis noſter Ant. Auguſtinus Sacri Palatii Cauſarum Auditor æquiſſimus, Alliſanorum prius, poſt Ilerdenſium religioſiſſimus Pontifex deſignatus: Sed nunc tandem pro tantis ejus ab ipſa uſque Generali & Œcumenica Tridentina Synodo, cui perdiligens, perque officioſus interfuit, ſuſceptis in Eccleſia Dei laboribus, quos permiro ſui exemplo, atque integritate vitæ ſuſtentas, ad Metropolitanam Eccleſiam Tarraconenſem, Patriarchalem ſæpe nuncupatam, a Gregorio XIII. Pont. Max. Philippo II. magno Hiſpaniarum Rege depoſcente, perhonorifice tranſlatus. Is non modo univerſi Juris, ſed totius Antiquitatis, atque eruditionis copia refertus, primus ipſe Etruſcorum Pandectas noſtro ſæculo pene ignotas reſerare eſt aggreſſus. Tum etiam Græcas multorum Imperatorum Conſtitutiones ad Eccleſiaſticam præſertim libertatem & dignitatem maxime pertinentes, Latinis antea ignotas auribus edidit, multoque majora in dies litterarum monumenta in Pontificii Juris & Sacrorum Conciliorum illuſtrationem molitur.*

Petrus Joannes Nunnesius De recta atque utili ratione conficiendi Curriculi Philoſophiæ fol. 24. pag. 1. *Quale exemplar* (Stobæi) *nos vidimus apud Ant. Auguſtinum Archiep. Tarracon. virum, cujus nomen nulla vetuſtas obruet.* & fol. 143. pag. 2. de Ant. Auguſtino loquens: *Quam ſententiam approbavit continuo eruditiſſimus nunquam pro dignitate ſatis laudatus, exemplar egregium probitatis, & integritatis incorruptæ. Sed de illo alias.*

Petrus Faber Semeſtr. lib. 3. cap. 12. *Hoc animadvertendum eſſe duxi, proptereaquod ab Ant. Auguſtino elegantiſſimo inter Hiſpanos Juriſconſulto, ac religioſiſſimo Epiſcopo in eo, quem de Legibus, & Senatuſconſultis non ita pridem edi curavit Fulvius Urſinus, libro, minime exprimitur quo tempore id factum Senatuſconſultum* (Vitracianum) *fuerit.*

Franciscus Boeus in Brevi totius Juris Chronologia prope finem, quam præmittit Expoſitionibus Inſtitutionum: *Ant. Auguſtinus, vir ad miraculum eruditus, ſed in primis Critices gloria præſtans Pandectis Florentinis adjutus, aliiſque exemplaribus collatis multos nævos, & maculas fœdiſſimas ex Jure ſuſtulit, & Pandectas imprimis expurgavit & quaſi pumice exornavit.*

Vincentius Joannes Lastanosensis en el Muſeo de las Medallas deſconocidas Eſpañolas, pag. 81. *Don Antonio Aguſtin, Arzobiſpo de Tarragona, cuyo nombre nunca ſe puede referir ſin recomendaciones, i elogios, por las glorias que en ſus eſcritos conſigue la Ciudad de Zaragoza ſu Patria, el Reino, i toda Eſpaña.* Pag. 96. *Don Antonio Aguſtin, Arzobiſpo de Tarragona, clariſſima autoridad de la Juriſprudencia, i de la Antiguedad.*

Franciscus Didacus Sayensis en los Anales de Aragon, cap. 91. pag. 595. *Eſte Arzobiſpo de Tarragona, ſingular ornamento del nombre de ſu Padre, i de la Caſa Aguſtina, i lumbrera del Derecho Canonico; cuya erudicion ſacroprofana, llenò el ſeno a la mayor codicia de las buenas, i mejores letras.*

Jos. Ant. Rieggerus in Præfatione Dialogorum Ant. Auguſtini de Emendatione Gratiani: *Non vereor, ne ſit quiſquam in Hiſtoria Litteraria novus adeo, atque hoſpes, cui Ant. Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis inſignia in omne ſcientiarum genus merita non ſint quam notiſſima. Neque enim facile eorum eſt aliquis, qui in commendanda poſteritati doctorum hominum memoria paullo diligentius verſati ſunt, qui viro de re litteraria egregie merito dignam nominis celebritate laudem non dixiſſet.*

Ale-

Alexander Politus de Patria in teſtamentis condendis Poteſtate, lib. 1. cap. 3. num. 6. *Vir doctiſſimus, cui paucos Hiſpania habet, qui comparentur, qui præferantur, neminem, Ant. Auguſtinus.*

Everardus Otto in Præfatione Volum. I. Theſauri Juris Romani, pag. 6. *Cujus* (Ant. Auguſtini) *de laudibus quidquid dixero, minus erit. Is enim Divini & Humani Juris Antiſtes fuit ſanctiſſimus, & vindex humanitatis, omnium, quos unquam vidit Hiſpania, doctiſſimus; homo vere πολυμαθέστατος, totius Antiquitatis promus condus, omnigenæ eruditionis theſaurus, & aſtrum ſeptem radiorum; quod in Gentilitiis ejus Inſignibus, ut olim in Wambæ, Regis Hiſpaniæ Gothici nummis, & in vetuſtioribus Romanis aſtrum ſex radiorum, capiti Auguſti Cæſaris impoſitum, ſpectabatur.* Et cætera quæ magnificentiſſime de illo prædicat,

Privilegium Senatus Populique Romani in gratiam Familiæ Auguſtinorum. *

* *Dormer, in Progreſſib. Hiſt. apud Celtib. pag.* 604.

QVOD ANT. VELLIVS I. C. ET ADVOCATVS CONSISTORIALIS: DOMINICVS CAPOFERREVS: VINCENTIVS QVINTIVS, ALMÆ VRBIS CONSERVATORES, DE VIRO CLARISSIMO ANT. AVGVSTINO ANT. AVGVSTINI F. ILERDENSIVM EPISCOPO ET VIRIS FORTISSIMIS IOAN. AVGVSTINO ANT. F. ET VINCEN. AVGVSTINO FRAN. F. EQVITIBVS, EX NOBILISSIMA COLONIA ROMANORVM CÆSARAVGVSTA EDETANORVM HISPANIÆ CITERIORIS AB AVGVSTO CÆSARE DEDVCTA, A QVO IPSAM AVGVSTINORVM GENTEM ORIGINEM, ET NOMEN CVM COLONIA DVXISSE CENSENDVM EST, ROMANA CIVITATE DONANDIS, AD SENATVM RETVLERVNT, QVID FIERI PLACERET. DE EA RE VNIVERSI ITA CENSVERVNT. CVM AD AVGENDAM, SERVANDAMQVE REMP. INSIGNES VIROS IN CIVES ROMANOS RECIPERE, EISQVE PRÆMIA, HONORESQVE TRIBVERE, MORE MAIORVM STATVTVM SIT: CVMQVE S. P. Q. R. ANT. AVGVSTINVM ANT. AVGVSTINI F. ILERDENSIVM EPISCOPVM, NOVERIT IN HAC IPSA VRBE OPTIMVM IVDICEM STLITIBVS IVDICANDIS SACRI PALATII APOSTOLICI MVLTOS ANNOS EGISSE, ET INSIGNES LEGATIONES PONTIFICVM ROMANORVM IVSSV IN BRITANNIAM, ET IN GERMANIAM OBIVISSE, ET PRÆCLARA LITTERARVM MONVMENTA, TAM DE VETERI NOSTRO IVRE ROMANORVM, QVAM DE IVRE PONTIFICIO, ET ANTIQVO STATV REIPVB. CONSCRIPSISSE, QVAS OB RES SENATVM EXISTIMARE AMPLISSIMVM VIRVM CIVITATE ROMANA ESSE DONANDVM INQ. SENATORIVM ORDINEM, PATRICIOSQVE VIROS CVM DVOBVS FORTISSIMIS VIRIS EX EADEM FAMILIA IOAN. AVGVSTINO ANT. F. ET VINCEN. AVGVSTINO FRAN. F. COOPTANDVM. ITAQVE SENATVI PLACERE, VT EISDEM ANT. AVGVSTINO ANT. F. IOAN. AVGVST. ANT. F. VINCEN. AVGVST. FRAN. F. EORVMQVE FILIIS, NEPOTIBVS, ET PRONEPOTIBVS, ET POSTERIS, TAM NATIS, QVAM NASCITVRIS, VTRIVSQVE SEXVS PERSONIS, IN PERPETVVM NOBILES PATRICIOS CIVES ROMANOS ESSE, EOSQVE IN SENATVM VENIRE, ET IN EO SENTENTIAM DICERE, MAGISTRATVS GERERE, SACERDOTIA OBTINERE, BONA LIBERA, ATQVE IMMVNIA HABERE, HISQVE IMMVNITATIBVS, HONORIBVS, PRIVILEGIIS VTI, FRVI, FVNGI, POTIRI LICERE, PERINDE * AC SI IN IPSA VRBE EX VTRISQVE CIVIBVS ROMANIS NOBILIBVS PATRICIIS NATI FORENT, INQVE OMNIBVS REIP. N. HONORIB. COOPTATI, LECTIQVE FVISSENT EODEMQVE IVRE ESSE, QVO OPTIMO IVRE CIVES ROMANI, NOBILES PATRICII SVNT, AVT VNQVAM FVERVNT: EAMQVE GENTEM FAMILIAM HABEANT, QVAM IPSI MALVERINT EX OMNIBVS GENTIB. FAMILIIS ROMANORVM MAIORVM, MINORVMVE GENTIVM, CENSVERVNT. QVÆ CVM OMNIBVS PLACVISSENT, EADEM ACTIS PVBLICIS CONSCRIBI, ET CONSERVARI VOLVERVNT, AC DE EA RE SCRIBÆ PVBLICI HOC PRIVILEGIVM CONSCRIPSERVNT IX. KAL. IVLIAS, ANNO MDLXXIII.

* PROINDE *ſcribit Dormer.*

H. Fuſcus Sacri S. P. Q. R. Scriba.
Vinc. Martholus Sacri S. P. Q. R. Scriba.

IN-

Index rerum, & verborum, quæ notari debent in Antonii Auguſtini Vitæ Hiſtoria.

Numeri Paginas indicant.

ABis, Abbas, 79.
Academiæ Hiſpanienſes, 64.
– veteres tres, 34.
Accurſiani, 19.
Accurſius (Franciſcus), 19.
Actionum nomina in jure, 47.
Acugna (Joannes), 39.
Aduartes [Franciſcus], 55: 62: 68: 94: 96. ejus de Epitome Juris Pontificii veteris judicium, Ibid.
Ædes Millanæ Cogollenſes, 37.
Ægidius (Joannes), 29.
Ærtſſius, 61.
Æthiopiæ res illuſtratæ, 65.
Aguilera (Joannes), 25.
Aguirrius (Joſephus Saentius) Cardinalis, 80: 91.
Ahun, Ahunque, 109.
Ainſenſis (Franciſcus Didacus), 105.
Aligonius [Blaſius], 107.
Alanus Epiſtolas Decretales τοῖς σχολίοις auxit, 40. & ſeq.
Albanella (Aldonza), 11.
Albanellus (Galcerandus), 108.
Albanus (Jacobus), 41.
Albion [Jacobus], 17.
Albornotius (Ægidius), 16.
Alciatus [Andreas], 14: 15: 16: 19.
Alcoverium Caſtellum, 68: 80.
Alexander (Joannes), 13.
Alexandrinus (Joannes Antonius), 14.
Allipha, 28.
Almeidenſis [Franciſcus], 60.
Alphonſus Pontifex Ferdinandi Regis F. 39.
– Rex, 50.
Alteenſes, 11.
Amaſæus (Romulus), 14: 16.
Amphitheatrum Veſpaſiani, 60.
Andronicus (Livius), 99.
de Angelis (Joſephus), 87.
Angelramius [Divus], 80.
Angulenſis [Andreas], 38.
Anſelmus Lucenſis Antiſtes, 41: 98.
Anthianus [Furius], 82.
Antiquitatis reliquiæ, 57. & ſeqq.
Antonius (Nicolaus), 16: 38: 58: 62: 80: 91: 107: 110.
Antuerpia obſidione ſepta, 64.
Aprileus (Petrus Simon), 70.
Aquila Cærula, Albanellorum inſigne, 11.
Aquilius Gallus [Cajus], 19: 69: 84.
Aquilonius (Joannes), 58.
Aquinates (Antonius), 103.
Aragonenſis (Joannes), 45.
Archintus (Philippus), 39.
Arinnenſis (Joannes Franciſcus), 50.
Arias Montanus (Benedictus), 72: 78.
Aſparrago Pontifex, 45.
Aſpilcuetenſis (Martinus), 32: 64.
Aſpiratio, 50. & ſeqq.
Aſſeſſorum officium, 72.
Altenſis ſumma, 47.
Atticus (T. Pomponius), 87.
Aubrius, 65: 68.
Averianus [Joſephus], 19.
Auguſtina (Hieronyma), 11.
– (Iſabella), 11: 21: 33.
Auguſtini [Divi] Confeſſionum vetuſtiſſimus Codex, 51.
Auguſtini [Antonii] & Cujacii de Andrea Alciato judicium, 17.
– Imagines variæ, 66. ejus in ſtudiis methodus, 67.
– Parentum mors, 12.
Auguſtinorum cognomen. Vide Diploma de Romana Civitate.
Auguſtinus (Antonius) Proavus Antonii Auguſtini Pontificis, 12.
– [Antonius] Pater Antonii Auguſtini Pontificis, 11: 38. & ſeqq. Legatus ad Pontificem Max. 49. Detruſus in carcerem & quare, 38: 39: 54. Liberatur, abſolvitur, 39.
– (Antonius) Tarraconenſis Pontifex naſcitur, 1: 44. a quo grammaticam didiciſſet, 12. in Complutenſem Academiam a Hieronymo F. mittatur, 12. biennio ibi mitioribus litteris & Philoſophiæ operam dat, Ibid. tum Salamantiæ Juri Civili, Ibid. in flumine Tormeſio aquis demergitur: Juris Civilis doctor appellatur, Ibid. dolore lateris laborat, 13. fratris juſſu iter Bononiam verſus arripit, Ibid. Patavium pergit, 14. Ejus de clarioribus ſui ævi Juriſconſultis judicium, 14: 15. in Collegium D. Clementis Bononienſe cooptatur, 16. ſtudiis Civilibus, Humanioribus, Græcæ linguæ, Muſis, & muſicæ arti operam dat, 17. Juris Civilis & Pontificii Doctor ſolemni ritu Bononiæ appellatur, Ibid. Florentiam pergit & ad Collegium redit: Collegium relinquit inſcio præfecto, pœna mulctatur, liberatur, Ibid. Venetias pergit, 18. librum Emendationum & Opinionum, qui poſtea fuit quartus, typis deſcribi curat, Ibid. quo uteretur ſtilo, 19. libros Emendationum quattuor, & de Excuſationibus libellum mittit ad Lælium Taurellum; hic ad Jacobum Taurellum Fr. 20. Venetias repetit, Ibid. in Marciana Bibliotheca plurimus eſt,

22. *ad urbem accedit: XIIvir litium indicandarum renuntiatur*, Ibid. *Græcarum Conſtitutionum volumen ad Lælium Taurellum mittit*, Ibid. *ad D. Clementis Collegium mittit munera*, 24. *apud Julium III. Pontificem plurimum gratia valet, ab eoque mittitur in Britanniam: inde in Belgas proficiſcitur*, Ibid. *ad urbem redit*, 25. *quibus Romæ amicis uteretur*, 25. & ſeqq. *ejus de Onuphrio Panvinio judicium*, 26. *Alliphanus Antiſtes renuntiatur, ſacris initiatur & oleo Pontificali inungitur*, 28. *ad Ferdinandum Cæſarem Legatus mittitur, & mox Neapolim indeque Alliphans contendit*, Ibid. *Siciliam cenſor inviſit, atque inde Neapolim navigat, & ad urbem redit*, 29. *Ilerdenſis Antiſtes creatur*, 30. *Româ Tridentum proficiſcitur, ibique bis fuiſſe eum credit Mayanſius: labores pro republica Tridenti ſuſtinet plurimos*, 31. *auctor eſt patribus Tridentinis, ut litium præmia Curiis (ut vocant) Epiſcopalibus adimerentur*, 32. *Decretum* de recipiendis & obſervandis Decretis Concilii *conſcripſiſſe creditur*, Ibid. *magnam librorum manuſcriptorum vim Bononiam ad D. Clementis Collegium mittit: Tridento Barcinonem pervenit terreſtri itinere*, Ibid. *Barcinone Ilerdam contendit: uti Tridentini Decreta Concilii ſervari deberent edicit, non ſine Collegii Sacerdotum Ilerdenſis offenſione: ad eum Latini Latinii percontatio: Auguſtini reſponſio*, 33. *Mayanſii de ea re ſententia*, 34. *Ilerdæ Concilium iterum habet: pecuniam Ilerdenſi Templo donat: graviter ægrotat*, 35. *Barcinone Antiſtitum Concilio, quod habebatur, intereſt*, 36. *Ilerdam redit, ubi Concilium tertio habet*, 37. *Ilerdenſem Academiam cenſor viſitat: exſul in oppidum Montionem ire cogitur: brevi inde redit, & Concilio Tarraconenſi adeſt*, Ibid. *Romana civitate donatur una cum ſuis omnibus, atque eorum poſteris utriuſque ſexus*, 43. *Collegium Divæ Virgini dedicatum Ilerdæ luſtrat: nonnulla ibi decreta edit*, 44. *Tarraconenſis Pontifex creatur*, Ibid. *Tarraconenſis Eccleſiæ poſſeſſionem per procuratores capit: urbem Tarraconem ingreditur*, 45. *Diœceſis conventum habet*, 46. *conventum Provinciæ*, 47. *de Emendatione Gratiani Dialogos ſcribere aggreditur*, Ibid. *Hiſtoriarum ſcribendarum munus Hieronymo Blancæ imponit, eique opitulatur*, 48. *opitulatur & Hieronymo Zuritæ, cui res adſcribendum ſuppeditat, ejuſque ſcripta emendat*, 48. & ſeqq. *Joanni etiam Paetio Caſtrenſis*, 49. *ejus ſtilus ad Numantinorum & Carpetanorum uſum accommodatus*, 51. *Ciceronem imitabatur*, 54. *Gratiani Decretum emendavit*, 55. & ſeq. *antiquitatis reſtituendæ ſtudioſus*, 57. & ſeqq. *diem obit: effertur: in ſepulcrum conditur; cui inſcriptio adjungitur*, 63. & ſeqq. *ejus ætas, ſtatura, ingenium, mores*, 66. & ſeqq. *quibus virtutibus a natura eſſet inſtructus, quaſque ipſe ſibi comparaſſet*, 66. & ſeqq. *in maximo Tarraconenſi Fano, ſuis ſumptibus ſacrarium ædificandum curavit*, 67. *Tarracone ter Provinciæ bis Diœceſis conventum habuit*, Ibid. *quot quibuſque muneribus functus*, Ibid. *quos domi haberet familiares*, 68. *ingenioſiſſimis viris familiariter utebatur*, 69. *homines doctiſſimi ſua ad eum ſcripta miſerunt*, 69. & ſeqq. *erat librorum amantiſſimus*, 74. *eorum præſertim, qui manu eſſent ſcripti*, 75. & ſeq. *ejus libri veteres poſt ejus mortem in regiam D. Laurentii Bibliothecam comportati*, 78. *Auguſtini ſcripta, quæ eo humato in lucem prodierunt*, 79. & ſeqq. *quam multa ſcripta reliquerit*, 83. *ea ſcripta univerſa colligere atque in vulgus edere conſilium fuit Petro Valerio, & Joſepho Dormerio, itemque Gregorio Manzanſio*, Ibid. *Index ſcriptorum ejus, quæ typis edita fuerunt*, 84. & ſeqq. *Index eorum quæ nondum typis fuerunt edita*, 97. & ſeqq. *de eo judicia clarorum Virorum a Gregorio Mayanſio nuper collecta*, 111: 112.
– (*Antonius*) *Jeſuita*, 62.
– [*Franciſcus*], 52.
– (*Guillelmus*), 12.
– (*Hieronymus*), 11.
– (*Joannes*), 11: 32: 43: 49: 50: 51: 52: 53: 58: 62.
– [*Martinus*], 56.
– (*Petrus*), 11: 32. *mortem obit*, 35. *ejus Epitaphium*, Ibid.
– (*Vicentes*) *Vincentii F.* 55.
– (*Vincentius*), 43. 49.
ab *Auria* (*Hieronymus*) *Cardinalis*, 45.
Auſtriacus [*Joannes*], 109.
Ayala [*Martinus*], 78.

B*Achius* [*Joannes Auguſtus*], 84.
Baillus [*Martinus Lopezius*], 76. & ſeqq.
Bal amon [*Theodorus*], 23.
Baluzius [*Stephanus*], 56: 57: 65.
Barcino, 44: 55.
Bareſtonius [*Natalis*], 47.
Baronius [*Cæſar*], 62.
Baſa [*Dominicus*], 89.
Baſilici Libri, 26: 27: 34: 75.
Baſterrius Prætor (*Auguſtinus Orovius*), 47.
Becerri Liber, 106.
Beda Preſbyter, 47.
Bellomontani Franciſcus, & Joannes, 39.
Bembus (*Petrus*), 38: 54.
Bencius (*Franciſcus*), 61: 64.
Beniſenſes, 11.
Bentinus (*Michael*), 27.
Berguntio Piſanus, 23.
Bernardus Maior, qui tertium Epiſtolarum Decretalium volumen compoſuit, 40.
– *Parmenſis*, 41.
Berous, ſive *Beroyus* (*Auguſtinus*), 13.
Berruguetes, 12.

Digitized by Google

Beſſarionis Bibliotheca, 22: 23.
Beuterus (Petrus Antonius), 106.
Bibliotheca Barberinia, 94. *Regia D. Laurentii*, 42: 75: 77. *Fameſiana*, 28. *Hiſpana Andreæ Schotti*, 65. *Hiſpanica Gerardi Franckenhauſii*, 107. *Florentina ad Mariæ, quam vocant Novam*, 104. *Pamphilia*, Ibid. *Vaticana*, 62: 108. *Comitis Villaumbroſani*, 107. *Ottoboniana*, 57.
Bibliothecæ Ant. Auguſtini Indices tres, 76: 77.
Bibliothecæ Cuſtos, 78.
Bibliothecæ Italiæ locupletiores, 34.
Binnius (Severinus), 79.
Bladus (Antonius), 27: 70: 85.
Blãnca (Hieronymus), 40: 48: 73: 80.
Blaſcus Lanuzenſis (Vincentius), 110.
Boerius (Nicolaus), 34.
Bolandellus (Franciſcus), 27.
Bolea (Bernardus), 14: 17: 82: 98.
Bologninus, 84.
Bona (Joannes), 62.
Bonamicus (Lazarus], 14: 15: 16.
Bononia, 13. & ſeqq.
Borbonius (Ludovicus) Galliæ Regis F. 28.
Brencmannus [Henricus], 21: 80.
Breviarium Romanum, 29: 86. *Ilerdenſe recens*, 35.
Britannia, 24.
Broæus [Franciſcus], 26.
Bulgarus juris interpres, 19: 23.
Burchardus Wormacienſis, 98.
Bynkerſhoekius (Cornelius), 88.
Bzovius (Abrahamus), 85.

C*Abanilla [Hieronymus]*, 39.
Cæleſtinus Tertius, 40.
Cælius [M.], 53.
Cæſar [C. J.], 52: 79: 94.
Cæſarauguſta, 11: 45. *ejus laudes, & Veteres Pontifices*, 48: 91.
Cajus Jureconſultus, 62: 82.
Calcena [Hieronymus], 17: 71.
Calenius [Gervaſius], 40.
Calpenſes, 11.
Camaldulenſis [Ambroſius], 34.
Cancellariæ Regulæ, 104.
Canellaſius [Vitalis], 105: 106.
Canones Pœnitentiales, 47.
Canonici juris diſcendi ratio, 86.
Canonum Eccleſiaſticorum Collectores, 62: 79: 94.
Canus [Melchior], 30.
Capella [Andreas], 70.
Capilli Veneris, 68.
Capitolium, 60.
Cardona [Joannes Baptiſta], 56: 74: 77. & ſeq.
Carmina Latina tria a Mayanſio celata, 101: 102. *unicum Hiſpanicum*, 102.
Carolus Quintus Cæſar, 20: 29: 45.
Carrafa [Antonius] Cardinalis, 62.
Carranzenſis [Bartholomæi] Cathechiſmus magnos inter Tridentini Conventus Patres clamores excitat, 31. *quæ Auguſtini ſententia*, Ibid. *qui enixus*, 31: 32.
Carrio [ſud.] Brugienſis, 68.
Carteretius Granvillenſis Comes, 47: 88.
Caſaneus [Bartholomæus], 106.
Caſaſius, ſive *Caſauſius [Bartholomæus]*, 30.
Caſaubonus [Iſaacus], 56.
Caſtalioneus [Joſephus], 61.
Caſtigatio ſcriptorum alienorum quomodo fieri debeat, 49. & ſeqq.
Cataluña iluſtrada, 108.
Cathechiſmus Romanus a quibus conſcriptus, 29.
Catonis [M.] ſententiæ de jure, 19: 53: 69.
Celtiberi, 11.
Celtiberorum loquendi, ac ſcribendi conſuetudo, 50: 67. *Annales*, 49: 52.
apud *Celtiberos [Progreſſus Hiſtoriæ]*, 80: 81. & paſſim.
Cenſorinus, 68.
Centuriæ, 26.
Cervantes (Gaſpar) Cardinalis, 88.
Ceſpedenſis (Balthazar), 25.
Chevalerius (Petrus), 65.
Chriſolora, 34.
Chriſti Divinum Corpus an deferri debeat per ſpeciem tum panis, tum vini, 31.
Chromatius pro Chryſoſtomo perperam in Gratiani Decreto nominatus, 92.
Χρονολογία *legum*, 46.
Ciaconius (Alphonſus), 55: 63.
– *(Petrus)*, 55: 63: 78: 79: 109.
Cibertus Dungeus (Henricus), 79.
Cicero (M. Tullius), 30: 67: 82: 92.
Ciofanius (Hercules), 56.
Circa (Bernardus), 40: 87.
Cironius (Innocentius), 42.
Clemens (David), 57.
Clemens VIII. Pont. Max. 31: 62.
– *XI. Pont. Max.* 32.
Clementis (Divi) Collegium, 12: 16: 24: 32: 66: 104.
Clivus Capitolinus, 60.
Codex Juſtinianeus, 34. *a Gregorio Haloandro typis editus*, 18. *Theodoſiano Codice illuſtratur*, 82. *& Conſiliis multorum interpretationibus auctus*, 85.
Collectionum quattuor Decretalium Exemplum Archetypum, 42.
Collegium Divi Clementis, Vide Clementis.
– *Ilerdenſe, quod a Maria in Cœlum evecta nomen accepit*, 44.
– *Valentinum, quod a corpore Chriſti nomen habet*, 68.
Colocius (Angelus), 27.
Colomeſius, 56.
Coloniæ, 58.
Columbetius (Antonius), 85. *Liber*, Ex Conſiliis multorum Codicis Interpretatio *inſcriptus, hunc habuit auctorem non vero Ant. Auguſtinum*, Ibid.
Columbus (Ferdinandus), 36.
Commentariola diverſa, quæ ſunt in Regia D. Laurentii Bibliotheca, 103.
Commentarius ad Inſtitutiones Juſtiniani Imperatoris, 102.

– ad Tit. de Regulis Juris, 102.
– de Notis, 203.
– de Veterum Numiſmatum collatione, 102.
Concilia, 37. generalia quatuor, 36. Hiſpaniæ, 36: 37: 63: 73: 76: 84. Galliæ, 37. Concilium Lateranenſe, 41. Ilerdenſe, 36: 37. Cæſarauguſtanum, 76. Provinciæ Tarraconenſis, 45. & ſeqq. Tridentinum, 24: 31. & ſeqq. Conciliorum Acta græca, & latina, 36: 94. Hiſtoria, Notationes, & variæ Lectiones, 36: 37: 94: 97. de Conciliorum Actis edendis epiſtola, 81.
Conſtitutiones Novellæ, 18: 22: 34: 35: 46. Conſtitutionum Græcarum Codicis Juſtinian. Collectio, & Interpretatio, 85. Conſtitutiones Provinciales Tarraconenſes, 45: 47.
Conſuetudines epiſtolarum multum temporis extrahunt, 46.
Contius (Antonius) 35: 41: 86. Multa ex Ant. Auguſtini Collectione Græcarum Codicis Conſtitutionum tranſtulit in ſuam editionem, Ibid.
Corbera (Stephanus), 108: 109.
Cornelius (Melchior), 55.
Correa (Thomas), 48.
Corteſius [Joannes Lucas], 108.
Coſco (Ludovicus), 39.
Covarrubia (Antonius), 72.
– [Didacus], 32: 63: 72: 77. & ſeq. 102.
Cremoyſius (Sebaſtianus), 87.
Cujacius (Jacobus), 18: 26: 27: 34: 83.
Culantrillus, 69.
Cuſturetius, 32.
Cypariſſiota (Joannes Sapiens), 72.
Cypriani (Divi) ſcriptorum exemplar pervetuſtum, 51.

DAcierus (Andreas), 28.
Dalmaſeſius Roſenſis (Paullus Ignatius), 108.
Damides, 80.
Darmarus (Andreas), 75.
Decreta Cæſarum, 47.
Decretalium Epiſtolarum quatuor priores Collectiones, 40. & ſeq. 77: 86. & ſeq. nonnullæ commentitiæ, 62.
Delphinus (Gentilis), 26: 87.
Demochares (Antonius), 86.
Deſcriptores, 50. eorum in orthographia, & interpunctione licentia, Ibid.
Deſmareſius [Franciſcus], 35: 86.
Deſpuigius (Bernardus), 49.
– [Michael], 30.
Deuſdedit Cardinalis, 98.
Dextri & Sotiorum Annales commentitii, 79.
Dialogi Legales inediti, 98.
– qua ratione conſcribendi, 109.
Digeſta, quæ vocantur, volumina collata inter ſe, cum Inſtitutionibus, & cum Juſtinianeo Codice, 82. Nomina Propria, quæ iis continentur, 46. & ſeq. 88.
Dii antiquitatis falſi, 38.
Dionyſius Areopagita (Divus), 22: 72: 82: 98.
– Exiguus, 96.
Diſciplina hominum religioſorum, 36.
Domitia Domitiani uxor, 59.
Dormerus (Joſephus Didacus), 80. & ſeq. 97: 105.

EDicta Prætorum, 47.
Edicti Perpetui argumentorum ſeries, diſpoſitio, interpretationes, 82.
Eduardus Octavus Britanniæ Rex, 24.
Eggius [Benedictus], 28.
Eliogabalus, 59.
Emmanuel Luſitaniæ Rex, 53: 71.
Engelramus, Vide Angelramus, & Ingelramus.
Epiſtolæ Auguſtini Latinæ ad diverſos tres & ſexaginta, Præfationes ſeu a Mayanſio recenſitæ, 100: 101. Tum variorum ad Auguſtinum epiſtolæ duo ſupra viginti, Ibid.
– a clariſſimis viris ad Auguſtinum ſcriptæ, 81.
– Decretales, Vide Decretales.
Equites, de quibus in Hiſtoriis Hiſpanienſibus memoriæ proditum eſt, 36.
Eraſmus (Deſiderius), 54.
Eſcardius (Simon), 76.
Eſtatius (Aquilius), 55.
Eulogius (Divus), 37.
Excuſationes tutelarum, 19. & ſeq. 84.
Expunctiones quid, 19.

FAber [Franciſcus], 43.
Fabra (Anna), 28.
Fabrorum familia doctis viris illuſtris, 12.
Fabrotus [Carolus Hannibal], 27: 34.
Fallor (Nicolaus), 74: 80.
Faernus (Gabriel) 25: 26. & ſeq. 79.
Familia Fabia, 43.
– Fulvia, 43.
– Furia, 43.
– Licinia, 42.
– Manlia, 42.
– Marcia, 42.
Familiæ Nobiles apud Hiſpanos, 105. apud Celtiberos, 106. apud Luſitanos, Ibid.
– Romanæ, 42. & ſeqq. 87.
Farneſianum Varronis exemplar, 28.
Farneſius (Alexander), 25: 64. obſidione premit urbem Antuerpiam, Ibid.
– (Alexander) Cardinalis, 42: 43: 87.
– (Rainutius) Cardinalis, 28.
Faſtorum Siculorum volumen ab Auguſtino Panvinio traditum, 71. unde Faſti Siculi nuncupati, Ibid.
Fazellus (Joannes), 16.
Ferdinandus Cardonenſium dux & princeps, 11: 21.
– Hiſpaniæ Rex cognomento Catholicus, 38. & ſeq. eius Hiſtoria, 53.
– Primus Cæſar, 28: 71.
Fermentum, 80.
Ferrarienſis (Philippus), 38.
Ferreira [Joannes Laurentius], 38.
Ferrerius (Divus Vincentius), 50.
Ferrierus Præſes, 31.
Feſtus (Sext. Pompeius), 27. & ſeq. 85.
Flaccus (Verrius), 27.

Florens [*Franciſcu*], 55: 62.
Florentia, 17. & ſeqq.
Florentinum τῶ πανδεκτῶν volumen, 18.
Florentinus (*Nicolaus*), 71.
Forerius (*Franciſcus*), 32.
Foſquerarius [*Franciſcus Ægidius*], 29.
Fragius (*Petrus*), 44.
Franciſcus Primus Galliæ Rex, 38: 44.
Frankenhauſius (*Gerardus Herneſius*), 105: 106: 107: 110.
Frellonius (*Joannes*), 84.
Frontinus (*Sext. Julius*), 77.
Fructuoſus [*Divus*], 45.

G *Aleazus Maria Mediolani Dux V.* 28.
Galeſtus [*Petrus Joannes*], 55: 63: 99. *an duo hoc nomine extiterint*, 56.
Gallenſis, ſive *Vallenſis* [*Joannes*], 40.
Gallienus Cæſar, 45.
Gallorum orthographia, 52.
Gambarus (*Laurentius*), 26.
Ganuzenſis [*Greida*], 11.
Gaveranius (*Petrus Aloyſius*), 49.
Garcia (*Alphonſus*), 104.
– [*Franciſcus*], 47: 72.
Garibaius (*Stephanus*), 52.
Gaſtelunus, 31.
Γενεαλογία, 12.
Germana Hiſpaniæ Regina, 38.
Gilbertus, 40.
Gironum Familia, 109.
Glandorpius, 87.
de *Gloria Dialogi*, 70.
Goltzius [*Hubertus*], 43: 69.
Gobertus, 52.
Godefridus Milaterra, 71.
Gometius Caſtrenſis [*Alvarus*], 29: 38: 40: 53: & ſeq. 58: 63. & ſeq. 74: 78.
– *Herrerenſis* (*Ferdinandus*), 39.
– (*Ludovicus*), 104.
– *Medeſius* (*Bernardinus*), 73.
– *Oriolenſis* (*Ludovicus*), 22.
– (*Ruiſius*) *Silvenſis*, 24.
Gonzaletius (*Andreas*) de Barcia, 61.
– (*Andreas*) de Barcia Carvallido, 61.
– *Davila* [*Ægidius*], 37.
– *Villaſimplicenſis* (*Joannes*), 39.
Gothofredus (*Dionyſius*), 27.
– (*Jacobus*), 82.
Gothorum Regum Imagines in Nummis, 58: 73.
Gozadinus (*Ludovicus*), 13.
Græca lingua, 16.
Granata (*Joannes*), 72.
Grancola (*Joannes*), 86.
Granvela Cardinalis, Vide Perrenotum.
Gratianus (*Antonius*), 36: 63: 74: 75.
– (*Didacus*), 74.
– *Monachus*, *Gratiani Liber*, *qui* Decretum *inſcribitur*, 36: 72. *eiuſdem Decreti emendatio*, 55. & ſeq. 92: 98.
Gravina (*Janus Vincentius*), 90: 91.
Gregorius [*Divus*] *Nyſſenus Epiſcopus*, 47.
– (*Divus*) *Thaumaturgus*, 47.
– *VII. Pont. Max.* 41.
– *IX. Pont. Max.* 40: 41: 86.
– *XI. Pont. Max.* 32.
– *XIII. Pont. Max.* 36: 44: 56: 73: 81.
Grialius [*Joannes*), 63: 79.
Gudiellus [*Hieronymus*], 109.
Guicciardinius (*Franciſcus*), 50: 52.
Guillandus [*Melchior*], 26.
Guimerenſis (*Galcerandus*) *Comes*, 55.
Gutherius (*Jacobus*), 43.
Guzmanenſis [*Gaſpar*], 79.

ad H *Adrianum Liber Singularis ineditus*, 99. *de eo Lælii Taurelli ad Auguſtinum epiſtola*, Ibid.
Hadrianus Imperator, 82.
– *Pont. Max.* 79: 86.
Hagenius (*Joannes Fridericus*), 57.
Haloander (*Gregorius*), 18: 23.
Hambergerus (*Laurentius Andreas*), 90.
Hanſenus (*Fridericus Adulphus*), 92.
Harizenſes, 11.
Harmenopolus, 27.
Henricus Octavus Britanniæ Rex, 24.
Hermogenianus Juriſconſultus, 82.
Hermopolita (*Theodorus*), 27.
Hervetus [*Gentianus*], 26.
Hiero Alexandrinus, 74.
Hieronymianæ Societatis Hiſtoria, 77.
Hiſpaniæ ſcriptores, 64. *res illuſtratæ*, 65. *homines pro religione mortem paſſi*, 74.
Hiſtoria, *Eius partes*, 13: 105.
Hiſtorici Hiſpani uſque ad an. MDLXXVIII. 52. *Græci & Latini*, Ibid. & ſeqq. *Hiſtoricorum Latinorum fragmenta*, 79: 81: 94.
Hommelius (*Carolus Ferdinandus*), 47.
Honcala (*Antonius*), 29.
Honorius III. Pont. Max. 41: 97.
Hotomanus (*Franciſcus*), 91.
Hurtadus Mendozenſis (*Didacus*), 22.
Hyginus, 87.

J *Aſon JC.* 16.
Ibannerius (*Gaſpar*), 105.
Icones Veterum ædificiorum, *ſtatuarum*, *anaglyptorum*, *& gemmarum*, 60.
Imagines Antiquæ Clarorum Virorum, 43.
Imperatorum nomina in Digeſtis, 46. & ſeq.
Indi jure ne an injuria ab Hiſpanis bello laceſſiti? 29.
Indiæ Scriptores, 65.
Inedita de Conciliis, 98.
Ingelramus, 96.
Innocentius I. Pont. Max. 80: 96.
– *III. Pont. Max.* 40: 41; 45.
– *IV. Pont. Max.* 41.
– *XI. Pont. Max.* 32.
Inſcriptiones Legum reſtituendæ, 46.
– *Veteres*, 55: 58: 59: 92.
Inſtitutionum Juris Pontificii fragmentum apud Myanſium, 97.
Interdicta, 47.
Joannes Andreæ Filius, 41.
– *Epiſcopus Sabinienſis*, 45.

– *Ju-*

– *Juris Pontificii Interpres*, 41.
– (*Ludovicus*), 39.
– *Sapiens*, 82.
– *Teutonicus*, 41.
Johannes an recte ſcribatur, 51: 52.
Joſephus hiſtoricus, 91.
Iſidorus [*Divus*], 36: 37: 54: 63: 79: 94.
Iſocrates, 66.
Julianus C. P. Anteceſſor, 34: 35: 85.
– (*Salvius*) *Juriſconſultus*, 82.
Julius III. Pont. Max. 24: 28.
Junta [*Bernardus*], 20.
– (*Thomas*), 20.
Juntæ Tipographi, 84.
Ivo Carnotenſis, 98.
Juris Civilis cognitio, 13. *Interpretes*, 13. & ſeq. 16: 34. *Hiſtoria*, 34: 46. & ſeq.
– *Pontificii Epitomes*, 57: 62: 79: 94. & ſeqq. *cognitio*, 62. & ſeqq. *Inſtitutiones*, 83.
Juriſconſulti Munia quæ ſint, 20.
Juriſperiti Veteres, 20. *Eorum nomina*, & *fragmenta*, 46.
Juſtini minoris Leges Novellæ, 23.
Juſtinianus Imperator, 25: 52.

L *Abbæus* (*Carolus*), 27.
Lacius Wolfangus, 28.
Lætus [*Pomponius*], 27.
Lagomarſinius (*Hieronymus*), 82.
Langelierus (*Arnulphus*), 26.
Laſpergius (*Joannes*), 71.
Latina Lingua, 16.
Latine ſcribendi ratio, 38: 54.
Latinius (*Latinus*), 26: 46: 56: 72: 79: 80: 96.
Latinorum Scriptorum Claſſes ſeptem ſupra viginti, Scriptores ſexcenti ab Auguſtino enumerati, 100.
Laurentiana Hiſpaniarum Regis Bibliotheca, Vide Bibliotheca.
Laurentinus (*Jodocus*), 39.
Laurentius Vetus Epiſtolarum, *quas* Decretales *vocant*, *Interpres*, 40: 41.
Lebrijus (*Antonius*), 53.
Leges Nauticæ, *Militares*, *Georgicæ*, 76.
– *Romanæ*, 47: 48: 88. *Regiæ*, 48. *Decemvirales*, Ibid.
de *Legibus* & *Senatuſconſultis liber multis temporibus fuit ab Auguſtino confectus*, 89. *qua ratione*, 89: 90.
Leickerius [*Fridericus Jacobus*], 65.
Leo (*Franciſcus*), 55.
– (*Sebaſtianus*), 36.
Leonis Sapientis Leges Novellæ, 23.
Letorius (*Divus*), 47.
Libellus de Ratione docendi, & *diſcendi Juris*, 103.
– *quo Romanorum Nummum Inſcriptiones nonnullæ explicantur*, 102.
Librarii quales ſeſe exhibere debeant, 76.
Libri Sacri Regis juſſu typis deſcripti, 73.
Ligorius (*Pyrrhus*), 69.
Lina (*Joſephus*), 91.
Lipſius [*Juſtus*], 48.
Livius (*Titus*), 38: 52: 79: 94.
Loaiſenſis [*Garcias*], 63: 78.
Loazes (*Ferdinandus*), 88.
Loquendi ratio varia, 53.
Lotharingius (*Carolus*) *Cardinalis*, 32.
Lucaſius (*Joſephus Thomas*), 70.
Luchinus (*Vincentius*), 85.
Lullus (*Joannes*), 32.
– (*Galcerandus Paullus*), 32.
– (*Raymundus*), 32. *Pro eo Concilii Tridentini Decretum*, *referente Auguſtino*, Ibid.
Luna (*Joannes*), 20.

M *Adrutius* (*Ludovicus*) *Cardinalis*, 32.
Maffejus (*Aquilæus*), 28.
Majus [*Michael*], 16: 20.
Malaterra (*Godefridus*), 71.
Malulius (*Hieronymus*), 32.
Manriquius Larenſis (*Joannes*), 39.
Mantua (*Marcus*), 14.
Manucius (*Aldus*), 27: 51.
– (*Paullus*), 54.
de *Marca* [*Petrus*], 57.
Maria Britanniæ Regina, 24.
Marianeus (*Joannes*), 64.
Marinus [*Claudius*], 65.
Marſa (*Joannes*), 55.
Martinettus [*Joſephus*], 62.
– *Lunenſis* (*Jacobus*), 38.
– *Orgambidenſis* (*Raymundus*), 77.
Martius (*Emmanuel*), 59: 60.
Maſtrichtius (*Gerardus*), 57.
Matthæus Monachus, 34.
Mayanſius (*Gregorius*): *Ejus propoſitum in his conſcribendis Commentariis*, 11. *ejuſdem liber* de Cartas Eſpañolas, 97. *deſiderium*, 81.
Maynardus [*Hieronymus*], 61.
Mazzutellius [*Venantius*], 60.
Medices [*Coſmus*], 20.
Meermannus (*Gerardus*), 27.
Megia (*Ferdinandus*), 106.
Megius (*Petrus*), 45.
Memmius (*Chryſoſtomus*), 85.
Menagius (*Ægidius*), 19: 28.
Mendozenſis (*Didacus*), 72: 77.
Meneſterius (*Claudius*), 107.
Mercadera (*Franciſca*) *Cervallonenſis Comitis uxor*, *hiſtoriam*, *familiarum præſertim perfecte callebat*, 87.
Merula (*Paullus*), 91.
Meſſala (*M. Valerius*), 87.
Metellinus (*Joannes*), 106.
Metellus Sequanus (*Joannes*), 17: 18: 20: 24: 25: 34: 46: 68: 70: 71.
Meurtius (*Joannes*) *quæ de Petro Galeſio ſcripſit*, *ea falſa eſſe Mayanſius cenſet*, 56.
Meyus (*Philippus*), 47: 57: 59: 68: 69: 72: 76: 78: 79: 80: 88: 91. & ſeqq.
Militia ex caſu *nuncupata*, 69: 80: 84.
– *quæ Chriſtianum deceat*. 29.
Miræus [*Albertus*], 87.
– (*Ludovicus*), 34.
Modeſtinus [*Herennius*], 19: 20: 84.

Molianus, 92.
Montaltenſis (Ludovicus), 39.
Montanus (Andreas), 61.
Montemajorenſis (Ferdinandus), 39.
de Morales [Ambroſius], 37: 53: 54: 74.
Moragueſius (Andreas), 32.
Morenus (Jacobus Joannes), 55.
Morerius (Ludovicus), 83.
Morillonius (Antonius), 71.
Morillorius (Joannes Baptiſta), 78.
Moronius Cardinalis, 31.
Morvillerius (Joannes), 26.
Montenſis (Petrus), 39.
Mucia Familia Hominum doctiſſimorum altrix, 12.
Muglicianus [Antonius], Pragenſis Pontifex, 31.
Muguetius (Franciſcus), 57.
Municipiorum Numiſmata, 58.
Muretus (M. Antonius), 64: 79.
Murillus (Didacus), 110.
Murius [Vincentius], 32.
Mylius [Arnoldus], 64.

NAſſarius Ferrizenſis (Blaſius Antonius), 108.
Naudeus (Gabriel), 109.
Nepos (Cornelius), 87.
Nicolaus Ticinenſis Dominicanus, 39.
Nili Simulacrum, 60.
Niſidellinus (Udenus), 17.
de Nobilitate Chriſtiana Dialogus, 70.
de Nominibus Propriis Pandectarum liber qua ratione recudendus fuiſſet ex Myinſii ſententiá, 47.
de Nominibus Romanorum Commentarios moliti fuerant Salmaſius, Reineſius, Rupertus, & Perizonius, 88.
Noriegenſis [Joſephus Stephanus], 106.
Nueroſius (Joannes Peretius), 75.
Numiſmata aurea & argentea in hereditate Auguſtini reperta, 59.
Nummi Veteres, 57: 92.
de Nummis & Inſcriptionibus Dialogi probantur Hieronymo Zuritæ, 58. quare eos non latine ſcripſerit Auguſtinus, 59. Dialogorum de Nummis & Inſcriptionibus Interpretationes Duæ Italicæ anni 1592. ad invicem comparantur, 60. Eorundem Dialogorum Editiones variæ, 59. & ſeqq. 93. & ſeqq.
Nunneſius (Ferdinandus), 75.
– (Petrus Joannes), 55: 65: 73: 74: 78.
Nutricius an recte ſcribatur, 52.

OBſervationes de Synodis & Collectoribus Canonum, quæ ſunt in Bibliotheca Vaticana, 103.
Odofredus, 23.
Officina Typographica Complutenſis, 69.
Operius (Joachimus), 71.
Orationes Græcæ typis nondum editæ, 76.
– in Hiſtoriis, 50: 52.
Oratorum Latinorum fragmenta, 99.
Ordinarium Ilerdenſe, 33.
Ordines Sacri, 67.
Ortelius (Abrahamus), 64.
Orthographia, 49: 50: 52.
Oſſorius (Hieronymus), 17: 54: 97. Vernaculam Emmanuelis Regis Hiſtoriam latine vertit, 53: 71. de Gloria, & de Nobilitate Chriſtiana Dialogos ſcripſit, 70: 80.
Oſtienſis (Henricus), 41: 47.
Ovidii Metamorphoſeon priorum ſeptem librorum hiſpanicis verſibus interpretatio, 68.

PAcatus ſeu Pantagathus (Octavius), 25: 27: 79.
Padilla (Laurentius), 79.
Padillanus (Garzia), 39.
Paetius Caſtrenſis [Joannes], 24: 30: 58: 73: 75: 76.
Palafoxius Rebolledenſis (Rodericus), 11.
Palominus (Joannes), 66.
Pancirolus (Guidus), 77.
Pandectarum exemplum Noricum, 18. Florentinum, ſeu Piſanum, 18: 20: 54: 84. Nomina propria, 88. Verborum omnium index, 99.
Panvinius (Onuphrius), 26: 71.
Pariſius (Petrus Paullus), 13. de eo Auguſtini judicium, 13: 14.
Parrhaſius [Joannes], 16.
Paſchalis (Matthæus), 13. & ſeqq.
Patavium, 14.
Patinius (Carolus), 44.
Patricius (Franciſcus), 69.
Paullinus (Stephanus), 91.
Paullus [Julius] Juriſconſultus, 82.
– librorum Feſti corruptor, 28: 85.
– III. Pont. Max. 22: 24: 69.
– IV. Pont. Max. 25: 28: 107: 110.
– V. Pont. Max. 62: 94.
Peccatorum Remedia, 47.
Pegna [Franciſcus], 55.
Pelethierus (Claudius), 35.
Pellicerus Oſſaunus (Joſephus), 107.
de Pennafort [Divus Raymundus], 41.
Peraſyxus (Arl. Arn.), 22.
Peregrinus (Alexander), 83: 98.
Peretius Bayerius [Franciſcus], 100.
– Gonzalus, 24.
– Guzmanenſis (Ferdinandus), 12: 106.
– (Joannes Baptiſta), 73: 78: 81.
– (Julianus), 78.
– Numeroſenſis [Joannes], 105.
Perettus (Alexander), 92.
Perhorrecencia, 28.
Perna (Petrus), 86.
Perrenotus (Antonius), 16: 20: 21.
– (Nicolaus), 21.
Petreyus (Joannes), 18.
Petrus Luſitanus Comes, 106.
– Mantuanus, 107.
– Numantinorum & Carpetanorum Rex, qui a ſeveritate nomen accepit, 106.
Phaeus (Andreas), 92.
Philippus II. Hiſpaniæ Rex, 24. & ſeq. 29. & ſeqq.

ſeqq. 36. & ſeq. 44: 54: 58: 63: 70: 72: 74: 77.
– *III. Hiſpaniæ Rex*, 78.
– *IV. Hiſpaniæ Rex*, 108.
Photius Byzantinus Patriarcha, 23: 68.
Pighius [*Stephanus*,] 71.
Pi?rinum Chartarium in Hiſpania, 69.
Pithœi Fratres [*Franciſcus & Petrus*], 35: 86.
Pius IV. Pont. Max. 30: 55.
– *V. Pont. Max.* 55: 56: 85.
– (*Rodulphus*) *Purpuratus*, 71.
Plantinius (*Chriſtophorus*), 38: 71: 81.
Plato, 82.
Plinius, eiuſque dicendi ratio, 54.
Pœnitentiale Romanum, 47.
Pœnitentium Liber, 47.
Poetæ Latini, & eorum fragmenta, 81: 99.
Poetices ſtudium, 69.
Politianus (*Angelus*), 18: 21: 84.
Polus (*Reginaldus*) *Cardinalis*, 24: 54: 70.
Polybius, 37: 38. *ejus Libri XL.* Ibid.
Pompeius (*Cneus*), 45.
Pomponius (*Sextus*) *Juriſconſultus*, 82.
Pontacus (*Arnaldus*), 55.
Pontius [*Martinus*], 39.
– [*Petrus*], 37.
– *Porphyrogenneta* (*Conſtantinus Cæſar*), 26.
Porralis [*Thomas*], 70.
Portocarrerius (*Franciſcus*), 79.
Portonarius [*Dominicus*], 71.
Privilegium Senatus Populique Romani in gratiam Familiæ Auguſtinorum, 112.
Proclus, 68.
Proconſules, 44: 87.
Propræfectus Scribarum, ſeu Procancellarius apud Celtiberos, 11.
Proſtratores, 87.
Proquæſtores, 87.
Prudentius (*Aurelius*), 45.
Ptolemæus Lucenſis, 71.
Puigius [*Joannes*], 91.
Pulgaris [*Ferdinandus*] *Orationes*, 50. *ſcribendi ratio*, 52. *Ipſius Hiſtoriam Antonius Lebrijus interpretatus eſt*, 53.
Pyrrhi Epirotarum Regis Numiſma aureum, 59.

Q*Uadra* (*Joannes*) *duplex*, 12.
Quintana (*Petrus*) *Scriba*, 39.
Quintilianus, 54.
Quintinius (*Joannes*), 41: 86.
Quiroga [*Gaſpar*] *Cardinalis*, 73.

R*Abanus Maurus*, 47.
Raſelengius (*Franciſcus*), 65.
Ratiſius (*Paullus*), 105.
Ramirezius Pratenſis (*Laurentius*), 79.
Ramirus Rex, 37.
Ranconetus (*Emarus*), 34.
Rebertenſis [*Joannes*], 68: 73.
Rergous [*Jacobus*], 47.
Reitius [*Guillelmus Otto*], 27.
Remundus (*Floremundus*), 56.
Repertorium Deciſionum Rotæ an ſit Aut. Auguſtino attribuendum, 104.
Reuſium, 67.
Richerius (*Joannes*), 89.
Rieggerus (*Joannes Antonius*), 87.
Rihuerga (*Joannes*), 79.
Robles [*Laurentius, & Didacus*] *fratres*, 91.
Robortellus (*Franciſcus*), 85.
Roburius [*Petrus*], 71: 72: 85: 86.
Rocabertus (*Joannes Thomas*), 63.
Roccafulleſii, 105.
Roccomius (*Nicolaus*) *Eques*, 93.
Rodericus [*Joannes*], 47.
– [*Joſephus*] *Marchio Compoſitenſis*, 81: 107.
Romanus de la Higuera (*Hieronymus*), 98.
Roſa (*Janus*), 87.
de Roſſi (Filippo), 61.
Rovillius [*Guillelmus*], 40.
Rubeus [*Theodoſius*], 105.
Rufus [*Baptiſta*], 25.
Ruizius Moroſenſis (*Petrus*), 80: 82: 98.
– *Villegaſenſis* [*Ferdinandus*], 87.

S*Acrorum Liber* Miſſale *nuncupatus, eiuſque Auctores*, 29.
Sada (*Dionyſius Octavianus*), 59. & ſeqq.
Sadoletus (*Jacobus*): *ejus dicendi ratio*, 54.
Salazarius de Mendoza Doctor, 79.
– *Caſtrenſis* (*Ludovicus*), 105. & ſeqq.
Salluſtius (*C. Criſpus*), 52: 53: 79: 94.
Salmeronius (*Alphonſus*), 7°.
Salviatus (*Joannes*) *Cardinalis*, 25.
Sanchetius [*Joannes*], 16.
Sancius Rex, 37.
Sanſon [*Bartholomæus*], 87.
Saraglus [*Philippus*], 28.
Sarpius (*Paullus*), 31.
Scaliger (*Joſephus Juſtus*), 27. & ſeqq. 85.
– (*Julius Cæſar*), 27.
Scantilla Manlia Didii Juliani uxor, 59.
Schedæ nonnullæ emendationum, quæ ſunt in Bibliotheca Vaticana, 103: 104.
Schottus (*Andreas*) 30: 40. & ſeq. 58. & ſeq. 64. & ſeq. 68: 76: 82. & ſeq.
Schultius [*Georgius Ludovicus*], 57.
Scriptorum veterum fragmenta, 79.
Sebaſtianus Luſitanorum Rex, 109.
Seguntinus (*Joſephus*), 77: 81.
Senatuſconſulta, 47: 48: 83.
Senckenbergenſis (*Henricus Chriſtianus*), 86.
Sepulveda [*Joannes Geneſius*], 30: 78: 85.
Sergius I. Pont. Max. 76.
Seripandus (*Hieronymus*) *Cardinalis*, 25.
Servilia Judiciaria, 43.
Severus, 59.
Siciliæ Reges. De eorum Familiis Liber, 71.
Sigonius (*Carolus*), 28: 54.
Siquentius (*Joſephus*), 59.
Siliceus (*Antonius*), 54.
Silva in Sacram Scripturam quæ eſt in Bibliotheca Vaticana, 103.
Sirletus (*Guillelmus*) *Cardinalis*, 26.
– *Protonotarius*, 82.
Siſebutus, 37.
Sixtus V. Pont. Max. 31: 52.
Socinus (*Alexander*), 15.

– *Bar-*

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBRI QUATUOR.

AD MODESTINUM, SIVE DE EXCUSATIONIBUS

LIBER SINGULARIS.

ITEM DE MILITIIS EX CASU

Auguſtini ad Lælium Taurellum, & Taurelli ad Auguſtinum Epiſtolæ.

ANTONII AUGUSTINI
EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
LIBRI PRIMI
Ad Michaelem Majum Procancellarium.
PRAEFATIO.

CUm a primis temporibus ætatis ita nos, Mai, juris civilis cognitioni dederimus, ut doctiſſimis hominibus audiendis multos annos peregrinationem noſtram non moleſte tulerimus: & cum ab eorum latere diſceſſimus, cœpimuſque noſtras operas ad juris civilis libros intelligendos applicare, qua in re & veterum peritorum, & noſtrorum temporum juris interpretum libris uteremur, addidiſſemuſque curæ nonnihil Latinæ, Græcæque linguæ, quod utriuſque maximam cognitionem in noſtrorum librorum optimis auctoribus videremus: Nulla res nos magis dubios, incertoſque dimittebat, quam quod non eandem omnibus legum libris ſcripturam, quodque moleſtiſſime ſemper tuli, contrariam non uno, atque altero loco, ſed pene ſexcentis inveniremus. Namque ita exiſtimabam non poſſe quemquam aliorum diſceptationes definire, aut de jure interrogatum reſpondere, aut diſcipulos docere ſuos, aut defendere clientes, quæ juriſconſulti munia eſſe putantur, ſi de legum ipſarum verbis dubitaret. Itaque cum didiciſſem optimam juris civilis partem ex nobiliſſimis illis libris, qui Florentiæ nunc ſunt, patrum noſtrorum memoria fuerant Piſis, exſcriptam eſſe: cum primum per cæterarum partium juris ſtudia licuit, a COSMO MEDICE Tuſcorum Duce humaniſſimo impetravi per JO. LUNAM civem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobilitatem, morum comitatem Cæſari, He-

Digitized by Google

truriæque toti valde carum, ut mihi, & JO. METELLO Sequano adoleſcenti moribus & ingenio præclaris tandiu illis libris uti liceret, quandiu noſtrorum librorum emendationi operam dare voluimus. Nos vero id egimus, ut non ſolum, quæ in noſtris libris mendoſa eſſe videbantur, mutaremus, ſed etiam quæ vulgo clariora cenſerentur, non relinqueremus: propterea quod ea, quæ aliter ſcripta in aliis ſunt, quod ex ipſorum librorum lectione cognovimus, adulterina, adventitiaque eſſe neceſſe eſt. Cum enim hi libri deſcribi, & interpretari cœpti ſunt, quo tempore barbara quædam lingua erat ſola, quæ ne his quidem temporibus, quibus omnes diſciplinæ in veterem ſplendorem reſtituuntur, aboleri poteſt, nec a noſtris gymnaſiis, judiciis, & libris expelli, ea omnia, quæ aut græce ſcripta ſunt, aut quæ habent aliquid vetuſtioris elegantiæ, quæ maxima in veteribus conſultis fuit, in barbara & ignota dicendi genera, maxima ſententiæ mutatione facta, converterunt. Deinde cum ea, quæ propter librariorum errorem non multis litteris mendoſa in Tuſcis illis libris ſunt, in cæteris ſcriptorum audacia & diverſa inter ſe, & multis modis mendoſa, maximis interpretum controverſiis cauſam dediſſent, nos illa ipſa menda, & errores, quorum maximæ parti diligens lector ignoverit, eiſdem pene litteris, & lituris accepimus. Sed cum antiquiſſimum illud juris civilis monumentum ſine ullis, aut raris verborum, atque membrorum ſpatiis ſcriptum ſit, ipſaque litterarum figura Romanæ Græcæque veteri ſcripturæ proxime accedere videatur, niſi quod quædam a Gothis accepta, qui jam inde a Theodoſianis temporibus Latinis, Græciſque hominibus conjuncti fuerunt, agnoſcere videbamur, & fugientibus ob vetuſtatem litteris, & aliquot locis emendatorum audacia obliteratis: ad has, inquam, difficultates Angeli Politiani libros adhibuimus, qui pri-

primus noſtrorum hominum errorem cognoſcens, illos libros cum ſuis contulit, cujus laboribus multa Digeſtorum loca accepta ferenda ſunt, quæ alii ejus libris uſi ediderunt, & quod ad conficiendum illum laborem tam brevi tempore (neque enim tres amplius menſes ei rei impendi) maxime utile fuit, uſus ſum & judicio, & ingenio præclaris, & libris LAELII TAURELLI Fanenſis doctiſſimi & integerrimi viri, cujus hac eadem in re optime poſiti labores maximum propediem juris civilis ſtudioſis lumen præſtabunt. His auxiliis uſus cum in illa feſtinatione non ſatis temporis adhibuiſſem ad ſingulorum utilitatem expendendam, id enim ſolum agebam, ut pene dixerim totidem litteris noſtri libri, quot illi conſtarent: Bononiam reverſus cœpi hos ipſos libros in eam rationem emendatos ad cæteros omnes, & ad interpretes eorum applicare : atque ita reperi, me non ſolum expectatione mea non eſſe fruſtratum, ſed longe compendio rerum ſuperatum. Neque enim ſolum ſcribendi varietate, quæ tertio quoque verbo inveniebatur, liberatus ſum, ſed & permulta, quæ certa eſſe exiſtimantur, maximo librariorum, & interpretum peccato non recte ſcripta eſſe animadverti. Quæ cum mihi neceſſaria eſſe viderentur, quæ omnes, qui juris prudentiæ operam dant, non laterent, conceperam animo majus noſtris viribus onus, omnes has emendationes, noſtrorumque interpretum errores indicare. Neque id tantum cogitabam, quod pro certo putarem Florentina emendatione mutandum eſſe, conſcribere, ſed quod in Florentinis ipſis libris mancum, aut mutilum, aut incertum eſſe exiſtimarem, & ut uno verbo dicam, omnes L. Pandectarum libros ad illorum ſcripturam, a quibus orti ſunt, reducere. Sed me de curſu noſtrorum ſtudiorum illuſtriſſimi viri FERNANDI CARDONENSIUM DUCIS ſororis viri juſſa, & mihi cariſſimorum fratrum preces,

qui-

quibus ego nihil negare poſſum, domum revocant, & noſtra cogitata præcipitare cogunt. Accidit tamen percommode, quod hi ipſi libri Lælii noſtri opera, qui in maximis occupationibus maxima tamen diligentia & ante noſtram lectionem & poſtea uſus eſt, quamprimum in oculos manuſque omnium venient. Itaque nos Læliano munere contenti maximos illos minutatim ſingula expendendi labores in aliud tempus rejecimus: tantum ſelegimus inſigniores quoſdam locos, qui nobis aut ob Tuſcos libros mendoſi, aut ob noſtram illis de rebus opinionem non recte interpretati eſſe videbantur, eoſquè quattuor his libris collocavimus, quos emendationum atque opinionum inſcripſimus. His id a nobis actum eſt, ut illorum optimorum librorum ſcripturam, quippe quæ ſola ut fuit, ſic eſſe debuit, maximam lucem noſtris libris afferre oſtendamus. Addimus aliquando quæ noſtra opinio ſit de rebus ab his ignoratis, qui dicendi & Latine loquendi artem ut cæteras diſciplinas, quas omnes veteres juriſconſulti complecti videbantur, a juris ſcientia alienas eſſe arbitrantur. Librum quoque ſingularem ad Modeſtinum ſive de excuſationibus, quem ſuperioribus diebus ad illuſtrem ingenio, moribus & diſciplinis ANTONIUM PERNOTUM NICOLAI F. Atrebatenſem Pontificem cum quarto libro noſtrarum emendationum miſimus: his libris conjunximus, quod non multum ab eadem re diſcedere videbatur. Quæ omnia tibi arbitror qua tu es prudentia & elegantia, non injucunda fore, non quod his rebus indigeas vir peritiſſimus, & totius Citerioris Hiſpaniæ negotiis occupatiſſimus, ſed quod a me, cujus parentes amaſti, fratres diligis, ſtudiis faves, hæc qualiacumque noſtræ ſcientiæ auxilia proficiſcantur.

AN-

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Florentinis Pandectis, an verum ſit ex eis cæteras eſſe exſcriptas, utque erratum in omnibus libris ſit, præpoſtere quibuſdam chartis ſcriptis, atque etiam titulis.

QUo honore, quaque, ut ita loquar, veneratione Etruſcæ Pandectæ Piſis olim, nunc Florentiæ habitæ ſint, arbitror ignorare neminem; id tamen jure, injuriave fiat, venit nonnunquam in dubitationem. Nam qui eos libros ab ipſo Juſtiniano, aut a Triboniano potius conſcriptos exiſtimant, ut cum de alicujus loci ſcriptura dubitaretur, haberent homines, quo venirent: minui Cæſarum majeſtatem exiſtimant, ſi non omni honoris genere cumulentur. (*a*) Qui vero introſpexere mancam aliquando, & lituris, punctiſque notatam crebrius, quam optimis libris faciendum erat, ſcripturam; (*b*) item illi, qui quod ipſi efficere non poſſunt, vituperant, reprehendendos eos eſſe arbitrantur, qui in legendis illis elaborant. Sed mihi neutri audiendi eſſe videntur. Nam cum eos libros diligentiſſime perlegiſſem, in ea ſententia ſum, ut unicum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes omnino, qui hodie extant Digeſtorum libri, conſcripti ſunt: ſed tamen id non credam Juſtiniani tempore ſcriptum fuiſſe. Utrumque quibus argumentis mihi probetur, oſtendam.

(a) *Ang. Pol. in epiſt. & miſc. & Boiog. in interpr.*

(b) *Alc. lib. 3. cap. 12. diſp. &* §. Cato.

Et principio illud, quod in omnibus rebus permagnum exiſtimabatur, prætereundum non eſt, omnium juris civilis ſtudioſorum hominum eam eſſe a majoribus acceptam opinionem, & a veteribus præceptoribus per manus ad nos traditam ſententiam, illos libros integritatem ſcripturæ ſemper ſervaſſe, [*e*] totoſque Piſis fuiſſe, [*d*] quamvis cæteri mendoſi, mancique circumferrentur. (*e*) Itaque ipſum Bartolum traditur, cum eſſet ei cum Peruſino Baldo magna de re contentio, & de cujuſdam capitis ſcriptura dubitaretur, Piſas ad hoſce libros miſiſſe: [*f*] vulgoque fabula neſcio quæ de Baldo jactatur, manus eum in bonos libros intuliſſe, capiteque Cornelia lege eſſe damnatum. Sed hæc, ut dixi, fabula tanto viro minime digna faceſſat. Illud ſine dubio eſt, in optimorum virorum controverſia Piſanis Digeſtis obtemperatum: quod nunquam feciſſent, niſi ex eo libro cæteros ortos eſſe arbitrarentur.

[c] *Sal. l.* 1. *de reb. cred.*

(d) *Bart. in rub. ſol. matr.*

[e] *Alber. poſt Accurſ. l.* Quærebatur. §. Tres partes. *ad l. Falc.*

(f) *Bart. l.* Si creditor. §. *ult. de diſtr. pig. l.* Nemo. *de pact. l.* Filiusf. §. Divi. *l.* Ea lege. *C. de cond. ob cauſ. Alex. l.* Si filiof. §. Si vir. *ſol. mat.*

Jam vero illud me vehementer movit, atque adeo coegit, quod illorum librorum errata maximam varietatem omnibus libris crearunt his locis, quibus de ſuo noſtri emendare audebant: quibus vero erratum non eſſe illi arbitrabantur, totidem verbis, eiſdemque erroribus ſcriptum eſſe videam. Oſtendit mihi Florentiæ Lælius Taurellus jureconſultus, vir optimus, & mihi amiciſſimus, præpoſtere in omnibus libris tres ultimas Digeſtorum chartas eſſe, propterea quod idem error a ſe tum primum animadverſus conglutinatoris peccato in illis Florentinis libris eſſet. Quem errorem dum explico, velim, ut is, qui hæc legat, librum quinquageſimum Pandectarum in manibus habeat: quo poſſit facile, quæ ſcripſi, cognoſcere. Solent librarii, ut facilius conglutinent libros, collectiones quaſdam chartarum facere, quas novo verbo quinterniones, aut quaterniones, Græci τετράδια appellant. His vario modo Pandectarum ſcriptores uſos animadverti, denis ſæpe, & octonis chartis, quaternis nonnunquam, & ſenis collectionem illam componentes, prout librorum diviſio patiebatur. Extremo autem loco quotenis chartis initio collectio illa conſliterit, ignoramus: extant quidem quinque non ante multos annos inter ſe conglutinatæ. Quod ut mihi ſit veriſimile in Malfitana bibliotheca, [*g*] vel, ut quibuſdam videtur, in Byzantia, cum negligenter eo libro uterentur, extremæ chartæ, ut fit, aut amiſſæ ſint, aut vetuſtas eas tales reddidit, ut Piſani, qui eos libros expoliverunt, abſtulerint. Neque tamen eſt, quod deſiderentur: his enim, quæ extant, totus ille tractatus *De diverſis regulis juris* ſcriptus olim fuit, hodie uno capite mancus eſt. Erravit tamen Piſanus [ut opinor] librarius: qui, cum quinque illas diſſolutas chartas ad extremum conglutinaret, non animadvertit earum ordinem. Habuitque errati nonnullam excuſationem, quod ea, quæ ſcriptu-

(g) *Vigl. ante Theophili inſtit.*

Digitized by Google

pturi ſumus, ut vera eſſe negari non poteſt, ſic non facile quiſquam deprehendiſſet. Tota autem res ita ſe habet. Quinque illarum chartarum, quas extremas in Tuſcis Pandectis eſſe diximus, & diſſolutas, prima, tria extrema verba habet trigeſimi ſecundi capitis: (*a*) (utor autem his numeris, qui licet illis libris non fuerint adſcripti, habent tamen veterum legum, quæ in multa capita dividebantur, imitationem. [*b*]) Secunda quoque charta, extrema quattuor verba capitis LXXIII. [*c*] retinuit, quod fecit, ut utraque ſuo loco conglutinaretur: cum imperitiſſimus quiſque, quid cujuſque eſſet, facile cognoviſſet: ut etiam quintam, quæ extrema erat, agnoverunt, propterea quod non tota conſcripta fuit: at reliquas duas, quoniam a duorum capitum initiis CXVIII. [*d*] & CLX. [*e*] inciperent, non recte conſtituerunt. Eum errorem Lælius meus ita deprehendit: extremum caput chartæ tertiæ Florentiæ eſt CLIX. [*f*] in cæteris libris, idque ita ſcriptum illic: *Idem* [ſignificatur autem Javolenus] *libro ſexto epiſtularum. Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non*, ut ultimum verbum deſideretur: ſed tamen ultima charta, ante initium CC. capitis (*g*) veſtigia quædam tenuia apparent hujus verbi *paruit*, quod verbum ſi CXCIX. capiti [*h*] conjungatur, quod per ſe ſatis integram ſententiam obtinet, nihil efficiet: ſi vero illi CLIX. [*i*] mire quadrabit expuncto verbo *obtemperat*, quod Florentiæ non eſt; Accurſius tamen proximo conjunxit, [k] ſed quoniam id verbum non ſatis cognitum, neque erat illic neceſſarium, varie ſcriptum eſt. Florentiæ extrema parte chartæ quartæ ita eſt ſcriptum: *in ſolidum tenentur*, *hoc eſt*, *unuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt*: & eadem hæc duo puncta adſcripta, ut illic addi ſolent ad capitum finem. Accurſiani ſcribunt, *hoc eſt*, *ut unuſquiſque pro ea parte, qua heres eſt*, *patiatur*, *aut condemnetur*, *aut conveniatur*. Politianus eodem errore deceptus: *qua heres eſt fuit* deſcripſit, unde Bologninus *eſt ſit*, & ab eo Haloander in Noricis libris *qua heres ſit*.

Eſt etiam hujus rei fortiſſimum argumentum ex libris juriſconſultorum, qui ſingulis capitibus Florentiæ ſcripti ſunt, ut juſſerat Juſtinianus. (*l*) Nam fieri non poteſt, ut CXCIX. [*m*] caput ex Ulpiani libro LXXI. ad edictum ſit, ut eſt, & CC. (*n*) ex ejuſdem libro VII. epiſtularum, cum in indice eorum librorum, ex quibus Pandectæ ſumptæ ſunt, Ulpiano nulli epiſtularum libri adſcribantur. At ſi CLIX. [*o*] conjunxeris, cujus verba retulimus, Javoleno adſcribetur, qui epiſtularum libros quattuordecim ſcripſiſſe dicitur. Ex his itaque apparet, CLIX. caput CC. conjungendum: quæ vero inter ea capita ſunt, ante CXVIII. (*p*) ſcribenda: ut poſt CXVII. [*q*] quod Pauli eſt libro XI. ad edictum, caput CLX. [*r*] ſequatur Ulpiani libro XII. ad edictum, & cætera capita ex libris ad edictum Pauli & Ulpiani ſumpta adſcribantur, quoad perveniatur ad CC. (*ſ*) caput, ante quod illa, quæ antea ſcripſi, interponenda ſunt; hoc eſt, capiti CXCIX. [*t*] adſcribendum eſt caput CXVIII. [*u*] quod Caii eſt libro XXVI. ad edictum provinciale, & quæ proxima ſunt ad CLX. [*x*] quod alio loco collocavimus; ſed centeſimo quinquageſimo nono [*y*] adſcribes ducenteſimum, [*z*] & reliqua omnia. Hæc emendatio multo eſſet apertior, ſi, ut Florentiæ eſt, omnibus libris ſingulorum capitum inſcriptiones extarent, quod, ut antea ſcripſi, Juſtinianus fieri juſſerat. (*aa*) Eſt enim perpetuo fere a Triboniano in Digeſtis obſervatum, ut quoad rerum tractandarum ordo pateretur, librorum etiam ordo, ex quibus illa deſcribebat, ſervaretur. Quod præſertim ſub titulo *De verborum ſignificatione*, & hoc *De diverſis regulis juris antiqui* factum eſt: ut ex interpretatione edicti perpetui Pauli, Ulpiani, ac Caii, quæ ad hoſce titulos pertinerent, edicti ordine ſervato, collocarentur. Item quæ ex Sabinianis libris Ulpiani, Pomponii, & Pauli ſumuntur, eodem ordine, quo Sabinum arbitror ſcripſiſſe, conſcriberentur. Iſque ordo noſtra, aut Lælianâ potius emendatione belle ſervatur. Ex his apparet, errorem Piſani librarii omnes librarios ſecutos, & negare audeo extare aliquem Digeſtorum librum, quo non idem error ſit. Quibus conſequens eſt, ex Florentinis cæteros omnes deſcriptos: quod ſi verum eſt, ut eſſe oſtendi, ad eorum librorum ſcripturam omnes libri emendandi, omnia negotia, controverſiæque omnes tranſigendæ ſunt, quo nihil majus, aut amplius dici poſſe videretur. Hujus ſententiæ eſt non leve argumentum, quod nihil ad hanc diem ſit a Politiano, Budæo, Alciato noſtro, aut cæteris græce reſtitutum, quod ab aliis libris ſit ſumptum, quam ab his ipſis, de quibus loquimur, aut ab eorum exemplis, non ante multos annos ſcriptis.

Huc accedit inſigne erratum Læliano illi ſimile, explicatione facilius. Erraverat illatum Pandectarum librarius libro XXXVII. Digeſtorum, & poſt tractatum *De dotis collatione* eum tractatum ſcripſerat, qui in omnibus hodie libris extat, *De ventre in poſſeſſionem mittendo*, poſt quem, illum, quem ſcribere debebat *De conjungendis cum emancipato liberis*. Id cum poſtea ſive ipſe librarius, ſive libri dominus animadvertiſſet, in margine hæc verba adſcripſit ad titulum *De ventre in poſſeſſionem mittendo:* ὗτος ὁ τίτλος μετὰ τὸν ἑξῆς ἐςὶν: duo tamen ultima verba ductu quodam calami ita conjunxit, ut ne Politianus quidem intellexerit. In ejus enim libro nos Florentiæ ſimilem notam vidimus illi, quam Græcus ille, quiſquis fuit, fecerat. Et cum ex Politiani libro eandem Bologninus deſcribendam curaſſet: Gr. Haloander ἐξῆνεςιν interpretatus eſt, ut in Noricis libris edidit: quod verbum quid ſibi velit, ignoro. Eſſe tamen verum, quod antea ſcripſi, erratum a librario, atque uti ſcripſit, emendatum errorem, emendandum in cæteris eſſe: indice titulorum, & nu-

(a) *L.* Quod attinet. *de div. reg. jur.*
[b] *L.* Capite quinto. *de adult. teſt. de lege Aquil. in pr.* & §. Liberum. & §. Capite tertio. *atque apud Cicer.*
[c] *L.* Quo tutela.
(d) *L.* Creditor.
(e) *L.* Qui in ſervitute.
(f) *L.* Non poteſt dolo.
(g) *L.* Quotiens nihil.
(h) *L.* Ad ea. *in fine.*
[i] *L.* Non poteſt.
(k) *L.* Ad ea. *ubi Accurſ.*
(l) *L.* 2. §. Tanta. *C. de vet. jur. enucl.*
(m) *L.* Ad ea.
(n) *d. l.* Quotiens.
(o) *d. l.* Non poteſt.
(p) *L.* Creditor.
(q) *L.* Prætor.
(r) *L.* Qui in ſervitute.
(ſ) *d. l.* Quotiens.
(t) *L.* Ad ea.
(u) *L.* Creditor.
(x) *L.* Prætor.
(y) *L.* Non poteſt.
(z) *L.* Quotiens.
(aa) *L.* 2. §. Tanta. *de vet. jur. enucl.*

numero, qui ad eum titulum nonus, ad proximum octavus Florentiæ eſt adſcriptus, probatur. Item ex initio & inſcriptione primi capitis utriuſque tractatus. Scribit Ulpianus libro XLI. ad edictum. (*a*) *Sicuti liberorum eorum, qui jam in rebus humanis ſunt, curam Prætor habuit: ita etiam eos, qui nondum nati ſint, propter ſpem naſcendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus eſt, dum ventrem mittit in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis.* Hæc Ulpiani verba multo aptius & manifeſtius ſcripta ſub titulo *De ventre* poſt tractatum *De conjungendis* erunt. Refert enim ſe eo Ulpianus, ut cum ſub illo proximo titulo liberis conſultum ſit natis, hoc ventri conſulatur: Cui conjungitur apte tractatus *De carboniano edicto* eodem XLI. libro ab Ulpiano traditus. Ille autem *De conjungendis cum emancipato liberis* ab Ulpiano libro XL. tractatur quod ipſum oſtendit ante illos duos eſſe collocandum, & poſt tractatum *De dotis collatione*, qui ex eodem libro eſt. Secutus autem Tribonianus eſt, quoad licuit, perpetui edicti ordinem, ut conſtitut. I. (*b*) de veteri jure enucleando fieri juſſit Juſtinianus, & id expreſſum eſt capite altero de ſtatu hominum. Unde conſequens eſt librarii errorem omnes ad hanc diem librarios ſecutos propter Græci illius emendatoris minime perceptam notam: item illud cognoſcimus e Græcia eos libros in Italiam allatos: neque enim fieri potuit, ut cum juris civilis cognitio non ante multos hic annos reſtituta ſit, ſuperioribus in barbarorum profligatione poſt Juſtinianum actis, ejuſmodi liber a Græcis librariis ſcriptus, aut ab eiſdem emendatus in Italia, aut a Latinis hominibus fuerit. Niſi forte eos audiamus, qui Ravennam Exarchoſque neſcio quos loquuntur. (*c*) Magis probo eos libros, cum jus civile Bizantii traderetur, ſcriptos poſt aliquot annos, quam Juſtinianus e vita migravit. Fuiſſeque ſtudioſi alicujus viri in Græcia non publicos, mihi fit veriſimile. Maximum ejus rei ſignum eſt, quod numerorum & verborum notis uſi multis locis librarii ſint: quas notas Juſtinianus tribus conſtitutionibus fieri prohibuit. (*d*) Hoc habent ab Juſtiniani temporibus alienum, item quod antea dicebam alios reprehendere, menda frequentia partim ſublata, partim ſcriptorem deſiderantia. Quæ ablata ſunt, oſtendunt ad alicujus libri exemplum eos libros emendatos: quæ adhuc deprehenduntur, indicant non ut ſingulare quoddam juris monumentum, ut nunc merito habentur, initio habitos eos libros.

[a] *L. 1. de ventre in poſſ. mitt.*

[b] §. Cum hæc.

(c) *Accurſ. in rub. ſol. matr.*

(d) L. 1. & 2. C. *de vet. jure. & in proœm. dig.*

CAPUT II.

Quibus locis multi negationem aut addant aut auferant, quid in Florent. Pand. ſcriptum ſit. Et principio de Noricorum librorum erratis.

JActa ſunt, ut arbitror, ſuperiori capite fundamenta eorum librorum auctoritatis, quibus noſtras emendationes tuemur. Neque enim digitum progredi potuiſſem, niſi conſtituiſſem antea ab illorum librorum ſcriptura, utpote origine & fonte juris præclaro, diſcedi neutiquam poſſe. Nunc illud explicemus, quod maxime utile eſſe cenſeo omnibus his, qui aut in foro, aut in gymnaſiis jus civile tractant: & ajentis negantiſque ſcripturæ varietatem, quod eo libello, quem ſuperioribus diebus ad Antonium Pernotum Nicolai F. Pontificem omnibus naturæ & Minervæ dotibus præſtantiſſimum miſimus, qui quartus eſt noſtrarum emendationum, facere cœperamus, (*e*) e multis Digeſtorum locis auſeramus. Illud tamen illic egimus, ut Noricorum librorum eo in genere errata emendaremus, propterea quod contra in eis minime in emendatis libris eſſet, atque Florentiæ repetiſſem. Nunc vero & id genus quædam addemus, & multo plura, de quibus, & ab Accurſio, & ab ipſo Haloandro, & And. Alciato, atque aliis dubitatum eſt. Marcianus libro tertio inſtitutionum ſcribit: (*f*) Religioſum locum unumquemque ſua voluntate facere, dum mortuum infert in locum ſuum: *in commune autem* (inquit) *ſepulchrum etiam invitis cæteris licet inferre: ſed & in alienum locum concedente domino licet inferre: & licet poſtea ratum habuerit, quam illatus eſt mortuus, religioſus locus fit.* Sic Florentiæ eſt: at in cæteris, ut etiam libro II. inſtitutionum (*g*) vel in Noricis libris, & licet poſtea ratum non habuerit, quam illatus eſt mortuus: exiſtimant autem interpretes *ratum non habere* eo loco ſignificare, eum qui conceſſerat, pœnituiſſe. Sed falli eos & Florentini libri, & Theophilus græcus inſtitutionum interpres manifeſto oſtendunt. Eſt enim illic *ratum* ut debet, acceptum: ut illa ſtipulatione *Ratam rem dominum habiturum*, (*h*) & juris civilis regula, *In maleficiis ratihabitio mandato comparatur:* (*i*) ut religioſus locus fiat, quamvis non concedente domino illatus ſit mortuus, modo id ratum habuerit. In hoc Haloander cum cæteris erravit: in illo ſolus capite VII. de pactis. (*k*) Cum enim Florentiæ, ut in aliis libris ſit: *Si ob maleficium ne fiat promiſſum ſit, nulla eſt obligatio ex hac conventione*: edidit, *is ſi ut maleficium fiat, promiſſum ſit*, quod nullam haberet difficultatem. Item ſolus, quod ſciam, cap. XIV. (*l*) *Quod metus cauſa* edidit. *Si quis per metum reus ſit conſtitutus, & fidejuſſorem nolentem dederit: & ipſe, & fidejuſſor liberatur.* Cum in cæteris, ut Florentiæ, eſſet: *fidejuſſorem volentem dederit.* Secutus autem eſt ni fallor, quod poſtea dicitur. *Si ſolus fidejuſſor metu acceſſit, non etiam reus, ſolus fidejuſſor liberabitur.* Quaſi vero prius de utriuſque metu, poſtea de ſolo fidejuſſore agatur. Sed multo elegantior eſt vulgaris ſcriptura, ut non connexæ, ſed ſeparatæ ſententiæ ſint, & priori ſpecie reus metu, fidejuſſor ſponte, poſteriori e contrario contraxerint. Sub titulo quoque de capite minutis Paulus ait: (*m*) *Tutelas etiam non amittit capitis minutio: ex-*

(e) *c. ult.*

(f) *L.* In tantum. §. Religioſum. *de div. rer.*

(g) §. Religioſum. *inſt. de rer. div.*

(h) *D. rem ratam hab. & inſt. de ſatiſd. in pr.*

(i) *L.* Hoc jure. §. In maleficio. *de div. reg. jur.*

(k) *L.* Jurisg. §. Si ob maleficium. *de pact.*

(l) *L.* Item ſi cum exceptione. §. Labeo ait. *quod met. cauſ.*

(m) *L.* Tutelas. *de capit. minut.*

Digitized by Google

ceptis his, quæ in jure alieno perſonis poſitis deferuntur. Haloander *non deferuntur* qui alios ſcribere teſtatur: *quæ alieno jure perſonis proximis deferuntur.* Sed illud in Florentino & Accurſiano libro eſt, & ab omnibus receptum. At ſub titulo ad L. Aquiliam in omnibus libris non recte ſcriptum eſt cap. LII. (*a*) *conſulebatur, num damnum injuria videretur dediſſe?* Sed ut Florentiæ ſcriptum fuit: *Conſulebat, num damnum injuria non videtur dediſſe, quoniam prior flagello percuſſus eſſet?* Errori cauſam dedit recentis cujuſdam audacia, qui in ipſis illis libris negans verbum circunſcripſit hoc pacto '*non*', quo deleri olim verba ſolebant; idque non recte factum eſſe ex Alſeni reſponſo cognoſcitur. Sed & caput XVI. (*b*) de interrogationibus in jure, mendoſum circunfertur: Cujus verba Florentiæ ſunt hæc ULPIANUS *libro XXXVII. ad edictum. Si ſervus ab hoſtibus captus ſit, de quo quis in jure interrogatus reſponderit in ſua poteſtate eſſe: quamvis jura poſtliminiorum poſſint efficere dubitare nos: adtamen non puto locum eſſe noxali actioni, quia non eſt in noſtra poteſtate.* Haloander non peſſime edidit: *Quamvis jure poſtliminium poſſit interim nos efficere dubitare.* Hervagius vero, cum Noricam editionem ſequi ſe profiteatur, hoc loco *non* pro *nos* edidit. In aliis libris legi: *Quamvis jura poſtliminii poſſint iterum non reficere*; & Accurſius ait alias *efficere*, alias *reficere*. Sed hæc non erant hujus loci: illud videamus, quod capite XIV. [*c*] de ſervo corrupto & Haloander & Hervagius a recepta Florentini libri ſcriptura diſceſſerunt. Et cum ubique ſcriptum ſit. *In hac actione non extra rem duplum eſt: id enim, quod damni datum eſt, duplatur*: illi ediderunt, *in hac actione extra rem duplum eſt. Sed cum damnum duplari dicatur, non duplum extra res a ſervo corrupto ablatas eſt, ſed alterum tantum ſolvit, quanti damnum æſtimabitur.* Sic in furto dicitur, quadruplum extra rem eſſe, in vi bono raptorum non eſſe. (*d*) Majus illud peccatum eſt capitis XXIV. (*e*) de pigneraticia actione, quod male punctis diſtinctum, & ob id negatione addita mendoſum in omnibus libris eſt. Sic autem, ni fallor, ſcribendum. *Quod ſi accepit jam pecuniam ſuperfluum reddit.* (Verba autem facit de creditore, qui pignus pluris vendidit, quam debebatur) Deinde adiicit *In pigneraticio judicio venit, & ſi res pignori datas male tractavit creditor, vel ſervos debilitavit. Plane ſi pro maleficiis ſuis coercuit &c.* Vulgo ita ſcriptum eſt. *Quod ſi accepit jam pecuniam, nec ſuperfluum reddidit, in pigneraticio judicio venit.* Et poſtea intervallo facto, quo compendiaria quædam Bartoli ſententia, ut ſolet, ſcripta eſt. *Et ſi res* inquit, *pignori datas male tractavit creditor*, & quæ reliqua ſunt. Haloander vero a vulgari eo ſolum diſcedit, quod utraque ſententia conjuncta, atque addito verbo hoc *quemadmodum*, ita ſcribit. *Quod ſi accepit jam pecuniam, nec ſuperfluum reddit, in pigneraticio judicio venit quemadmodum & ſi res pignori datas male tractavit creditor.* Sed præſtat, quod Florentiæ eſt, & nos principio ſcripſimus. Neque quemquam moveat, quod puncta arbitratu noſtro addamus atque mutemus. Sunt enim Florentiæ rara admodum, & ob id multis locis in noſtris libris erratum eſſe, paulo poſt oſtenſurus ſum. Similis error eſt, ſed non tantum nocuit cap. I. [*f*] de in rem verſo. Cujus verba ſunt. ULPIANUS *libro XXIX. ad edictum. Si hi, qui in poteſtate aliena ſunt, nihil in peculio habent; vel habeant non in ſolidum tamen: tenentur qui eos habent in poteſtate, ſi in rem eorum, quod acceptum eſt converſum ſit.* Noricus tamen liber, ut cæteri vulgo: *Si hi qui in poteſtate ſunt aliena, nihil in peculio habeant, in ſolidum tamen tenentur qui eos habent in poteſtate.* A quibus ille caſus omittitur cum peculium ſolvendo non eſt. Sub titulo vero Locati capite XXXVI. [*g*] negans verbum ab Haloandro additum eſt, ſed ita additum, ut idem adfirmaverit alios aliter ſcribere. Tractatur autem eo capite de opere averſione locato, hoc eſt cum totum certa mercede locatur (*h*) quamvis Accurſius locationem ita factam interpretetur, ut conductor periculum præſtet: quod falſum eſſe alio loco ſcripturus ſum. Interea ut Florentiæ id caput ſcriptum ſit videamus. FLORENTINUS *libro ſeptimo inſtitutionum. Opus, quod averſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculo* (*i*) *eſt. Quod vero ita conductum ſit, ut in pedes, menſuraſve præſtetur: eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit: & in utraque cauſa nociturum locatori, ſi per eum ſteterit, quo minus opus adprobetur, vel admetiatur.* His noſtra opinio adverſus Accurſianos probari videtur: additur poſtea quod Haloander corrupit. *Si tamen vi majore opus prius interciderit, quam adprobaretur: locatoris periculo eſt, niſi ſi aliud actum ſit.* Haloander *non eſt*; ſcio etiam in veteri quodam libro *conductoris periculo eſt*, legi; ſed in utroque mendoſe. Additur enim: *Non enim amplius præſtari locatori oporteat, quam quod ſua cura, atque opera conſecutus eſſet.* Capite vero XLVIII. (*k*) de jure dotium in omnibus fere libris ſcriptum eſt: *Ne ſi aliter obſervaremus, ſi intra annum nuptiæ factæ non ſint, videri poſſit dos ex ea obligatione non deberi*; cum ſcribendum ſit, ut Florentiæ eſt: *videri poſſit dos ex ea obligatione deberi.* Quamvis non nego defendi illam ſcripturam poſſe, ſi ita in optimo omnium libro eſſet. Haloandri ſolius error eſt cap. XXXVII. (*l*) de excuſationibus; eſt enim hoc pacto in omnibus ſcriptum, quos vidi: *Si errore potius, quod ſe pro jure trium liberorum, quod allegabat, excuſatum crederet, quam malitia ab adminiſtratione ceſſaſſet, utilem actionem non dandam*: is *actionem dandam* edidit. Item cap. primo (*m*) de Tutela, duobus locis ſcripturam mutavit. Cum enim in Florentino libro ſit, ut in cæteris: *Uſque adeo autem ad contutores non venitur, ſi ſint ſolvendo contutores, ut prius*

ad

(a) *L.* Si ex plagis. §. 1. *ad l. Aquil.*

(b) *L.* Si ſervus ab hoſtib. *de interrog.*

(c) *L.* Ut tantum. *in princip. de ſervo corr.*

(d) §. Ex maleficiis. *inſt. de act.*

(e) *L.* Eleganter. §. Et ſi vendiderit. & *ſeq. de pignor. act.*

(f) *L.* 1. *de in rem verſo.*

(g) *L.* Opus. *Locati.*

(h) *Arg. l. ult. de l. Rhodia. Hal. Nov.* LXIV.

(i) *Periculum Fl.*

(k) *L.* Tali facta. *de jure dot.*

(l) *L.* Qui teſtamento. *in fine. de excuſ.*

(m) *L.* 1. §. Plane. *de tutel. & rat.*

ad magiſtratus, qui eos dederunt, vel ad fidejuſſores veniatur: edidit ille, *ſi ſolvendo tutores non ſint.* Non inficior, locum obſcurum eſſe, & difficilem ob ea, quæ poſtea dicuntur; ſed cenſeo mutari non oportere veterem ſcripturam. Paulo poſt, [*a*] quod dicitur: *Nec enim eadem eſt obligatio furti ac tutelæ, ut quis dicat plures eſſe actiones ejuſdem facti, ſed plures obligationes*: ille ſcripſit, *ut quis non dicat.* Neque etiam mutare debuit, quod capite tertio (*b*) de contraria tutelæ, & utili actione, fuerat ſcriptum recte: *Et ſi ante impendit in rem pupillarem, mox in uſus ſuos vertit: non videbitur vertiſſe quantitatem, quæ concurrit cum quantitate ſibi debita, ut ejus ſummæ non præſtet uſuras.* In Norico eſt: *ut ejus ſummæ uſuras præſtet.* Illud cum aliis erratum, quod cap. III. (*c*) de injuſto rupto &c. edidit: *Sed & ſi ſtante hoc* [aut *ante hoc*] *aliud teſtamentum, a quo poſthumus exhæredatus non ſit, factum ſit.* Eſt enim Florentiæ. *Sed & ſi ſit ante hoc aliud teſtamentum, a quo poſthumus exhæredatus ſit: placet, ſive poſt mortem teſtatoris naſcatur, ſive vivo teſtatore, utrumque ruptum eſſe, & ſuperius per inferius, & inferius per poſthumum.* Sub titulo de heredibus inſtituendis caput XIX. (*d*) multo aliter interpretandum eſt, & ſcribendum, quam vulgo fiat. Ejus verba ſunt hæc, in optimis illis libris ita ſcripta: ULPIANUS *libro VII. ad Sabinum. Ex facto etiam agitatum, Pomponius & Arrianus referunt: ſi quis vacua parte relicta ita inſtituerit: ſi mihi Sejus heres 'non' erit, quem non inſtituerat, Sempronius heres eſto: an hic occupare poſſit vacantem portionem?* Diximus antea, cum fuiſſe veteribus delendi morem, ut verba illis ſemicirculis includerent; & quamvis illo loco (*e*) recens manus agnoſcatur, hoc vero antiqua eſſe videtur. Et mihi probatur verbum hic negans delendum eſſe, ſit licet in Norico, & in cæteris omnibus, quos vidi. Eſt etiam idem verbum circumſcriptum cap. XXIV. [*f*] Depoſiti: *non facile dicendum 'non' eſt*, & inductum cap. LVIII. (*g*) de ædilicio edicto *non prius venditori reſtitui* NON *debeat*: inductum quoque, & expunctum cap. VI. (*h*) Rem pupilli: *nam ſi præſens ſit, & fari* NON *poteſt.* Quibus locis negationem ſcribit nemo. Sic itaque arbitror in condicione fuiſſe, *ſi mihi Sejus heres erit*, & de Sempronio dubitatum, non de Sejo, ut vulgo creditur. Ridiculum autem eſt, quod Accurſius ait, eſſe, qui non *quem non inſtituerat*, ſed *quem inſtituerant* ſcribant.

(a) §. *ult.* *eod. l.*

(b) *L.* 3. §. Plane. *de contrar. tut. act.*

(c) *L.* 3. §. Ex his. *de injuſt. rupt.*

[d] *L.* Ex facto. 1. *de hered. inſt.*

[e] *L.* Si ex plagis. *ad l. Aquil.*

[f] *L.* Lucius. 1. *Depoſ.*

(g) *L.* Quæro. *de ædil. edict.*

(h) *L.* Servum. *rem pup. vel adol. ſ. ſ.*

Capite vero XXXVI. (*i*) de teſtamento militis, recte fuerat: *Nec inſtitutum, cum bonæ fidei poſſeſſor fuerit, quod inde ſervari non potuiſſet, præſtare.* Licet Haloander *ſervari potuiſſet* ediderit: in Florentino tamen libro una littera peccatum eſt, eſt enim *præſtari* ſcriptum, non *præſtare.* Caput etiam nonum (*k*) de legatis mendoſum in Norico, & in Florentino libro eſt; illius tamen libri mendum majus. Florentiæ quidem hæc verba ſine mendo ſunt: POMPONIUS *libro tertio ad Sabinum. Id, quod apud hoſtes eſt, legari poſſe, Octavenus ſcripſit.* Cætera non recte perſpiciuntur, propterea quod imperitus neſcio magis, an audax quidam, quem non ante multos annos fuiſſe ſuſpicor, ſuper ea, quæ pene obſoluerant, ita ſcripſit: ET POSTUMINª EE IN IURE CONSISTERE his ipſis notis, quæ eum fuiſſe recentem arguunt. Agnoſci tamen videbatur, quod Haloander edidit, & in Politiani libro legebatur *& poſtliminium jure conſiſtere.* Lælio vero noſtro *poſtliminii*, non *poſtliminium* ſcriptum eſſe viſum eſt, quod in Mediolani ante XL. annos editis libris, ut illis temporibus diligenter ſatis, quos ab Alciato præceptore meo laudari audio, ſcriptum fuiſſe ſcio. Haloandri erratum ut dicebam, majus eſt, quippe qui: Id, quod apud hoſtes eſt, legari non poſſe; ediderit adverſus omnium librorum ſcripturam. Sic etiam capite LXVIII. (*l*) libro II. de legatis, vulgarem hanc ſcripturam mutavit: *Sed ſi pars fundi ſimpliciter, non quæ Mævii fuit, legetur, ſolutio prior non peremit alteram actionem*, & *ſolutio prior peremit*, ſcripſit; item pro *neque plures in uno fundo dominium juris intellectu, non diviſione corporis optinet, namque plures* edidit. Sed videndum eſt, ne non *diviſione*, ſed *diviſionem* ſcribendum ſit, quod Florentiæ fuerat ſcriptum, & hodie ultima littera deleta extat. Totus quidem certe hic locus habet difficultatem. Illud etiam non placet, quod cap. XCVIII. (*m*) de conditione & demonſtratione ſcripſit: *Titiæ, ſi nupſerit, ducenta, ſi non nupſerit, centum legavit.* Multo enim melius Florentiæ hoc pacto eſt: PABINIANUS *libro VII. Reſponſorum. Titiæ ſi non nubſerit, ducenta, ſi nubſerit, centum legavit: nubſit mulier: ducenta, non etiam centum reſidua petat. Ridiculum eſt enim eandem & ut viduam, & ut nuptam admitti.* Sed oblitus Haloander eſſe videtur, quod capire LXXII. (*n*) ſcriptum eſſet: perinde ſcilicet haberi, ac ſi mulier condicioni paruiſſet.

(i) *L.* Militis. §. Miles in ſupremis. *de teſtam. mil.*

(k) *L.* Id quod. *de legat.* 1.

(l) *L.* Mævius. §. Duor. *de legat.* 2.

[m] *L.* Titiæ. *de cond. & dem.*

(n) *L.* Mulieri & Titio. *eod. t.*

Caput vero. VL (*o*) de conjungendis cum emancipato liberis, jam inde ab Accurſio dubitatur quo pacto ſcribendum ſit. Florentiæ quidem ita ſcriptum eſt. SCAEVOLA *libro V. Quæſtionum. Si quis filium habens in poteſtate, extraneum in nepotis locum quaſi ex eo filium natum adoptet, mox filium emancipet: non jungetur hic nepos filio emancipato: quia deſiit eſſe emancipato ex liberis.* Noricus liber habet: *Quia non deſiit eſſe emancipatus ex liberis.* Eleganter Florentiæ ſcriptum eſt, caput VL (*p*) de manumiſſis vindicta, contra, quam in aliis omnibus libris eſt, his verbis. JULIANUS *libro ſecundo ad Urſejum Ferocem: Servus communis, quin a minoribus viginti annis dominis poſſit apud conſilium manumitti, quamvis unus ex ſociis cauſam adprobaverit, dubium non eſt.* Errori vulgari cauſam dedit, quod non intelligeretur, quid eſſet cauſam adprobare: eſt enim hic in conſilio Prætoris, aut conſulis adeſſe: ad quod adſeſſo-

[o] *L.* Si quis filium. *de conjung. cum em. lib.*

[p] *L.* Servus comm. *de man. vind.*

res, (*a*) pedanei judices & juriſconſulti advocabantur: ut elegantius Alciatus (*b*) noſter tradit libro I. παρέργων, quam Theophilus I. inſtitutionum. Hi cauſam manumittendi probabant, ut liceret minori XX. annis ex Lege Ælia Sentia manumittere. Et ipſe quidem conſul, aut Prætor minor, niſi cauſa probata apud collegam, manumittere non poterat: (*c*) at qui in ſervo partem haberet ex Juliani ſententia in conſilio eſſe poterat. Quod ſi de ſolo conſenſu ejus, ut Accurſiani credunt, actum eſſe exiſtimemus: Florentina ſcriptura nullam dubitationem, vulgaris minime, niſi ego fallor, veram ſententiam obtinet. (*d*) Dinus quidem apud Albericum [*e*] varietatem hanc agnoſcit, Haloander cum vulgari facit: Nos & optimus ille liber, & rei ipſius tractatio illud affirmare cogit. Sed reliqua videamus. Addidit Haloander negandi verbum cap. IV. [*f*] de ſtatuliberis, Florentinæ ſcripturæ, cujus Accurſius mentionem facit, non probans tamen. Eſt autem hæc. *Stichus, ſi hæredi meo anno ſervierit, liber eſto. Quærendum eſt, annus quomodo accipi debeat? an qui ex continuis diebus trecentis ſexaginta quinque conſtet, an quibuſlibet?* in Norico libro eſt *an qui non quibuslibet? aut qui biſſexto?* quod Accurſius probat. Sed *quibuslibet* interpretor non continuis, ut poſtea dicitur, ſi quibuſdam diebus, aut valetudo, aut alia juſta cauſa impedimento fuerit, quominus ſerviat; quo vero Haloander reſpexerit, non intelligo. Item capite XXV. (*g*) de adquirenda, vel omittenda poſſeſſione, in Florentino, & Norico libro librariorum, ut arbitror, peccato, ita ſcriptum eſt. *An vero, quod quaſi magis probatur, uſque eo poſſideamus, donec revertentes non aliquis repellat.* Et ſcribendum eſſe *nos* pro *non* exiſtimamus. Sic etiam Hervagium capite XVI. (*h*) de interrogationibus, erraſſe antea ſcripſi. Qui tamen hoc loco, ut volumus, *Nos* edidit. Erravit eodem pacto Tuſcorum librorum ſcriptor cap. I. de legatis libro III. (*i*) *Hæc utique nemo credet in teſtamentis non eſſe probaturos.* Recte autem factum eſt, cum neuter error latius patuerit. Omnium librorum error eſt cap. XV. (*k*) de uſurpationibus & uſucapionibus illis verbis. *Si ſervus, quem poſſidebam, fugerit, niſi pro libero ſe gerat, videbitur a domino poſſideri.* Eſt enim ſcribendum, ut Florentiæ eſt. *Si pro libero ſe gerat.* Sub titulo de tabulis exhibendis capite primo ad extremum ita (*l*) dicitur: *Sed & ſi deletum ſine dolo ſit teſtamentum:* in Norico libro eſt. *Sed & ſi dolo teſtamentum ſit deletum.* Priorem ſcripturam Accurſius probat, & Tuſcus liber. De itinere actuque privato cap. V. (*m*) ita ſcribendum: *Si quis ſervitutem jure impoſitam non habeat: habeat autem velut longæ poſſeſſionis prærogativam ex eo, quod diu uſus eſt ſervitute: interdicto hoc uti poteſt.* Haloander tamen, *ſi quis ſervitutem jure impoſitam habeat*, neſcio quid ſecutus ſcripſit. Capite vero VII. (*n*) de exceptionibus, vulgarem errorem ſecutus eſt, illis verbis *quia ſi deceptus non ſit.* Eſt enim in optimo illo libro: *Quod ſi deceptus ſit in re, tunc nec ipſe ante habet auxilium, quam reſtitutus fuerit, nec fideiuſſori danda eſt exceptio*, ut differat in re deceptus ſit, an ab alio circumſcriptus minor, quod Accurſius probare videtur: *in re* autem ſcribendum, non *jure*, ut multi ſcripſere.

(a) *L. ultim. de off. aſſeſſ.*
(b) *Alciat. lib. 1. cap. 41. parerg. Theoph.* §. Eadem. *quibus ex cauſ. man.*
(c) *L. un. de off. conſ. l.* Apud filium. §. 1. *de man. vind.*
(d) *arg.* §. *ult. inſt. de donat. l. un. C. de comm. ſerv. man.*
[e] *Alber. d. l.* Servus.
[f] *L.* Cum hæres. §. Stichus. *de ſtatu lib.*
(g) *L.* Si id, quod. §. *ult. de adq. poſſ.*
[h] *L.* Si ſervus. *de interrog. in jure.*
(i) *L.* 1. §. 1. *de legat.* III.
(k) *L.* Si is qui pro empt. §. Si ſervus. *de uſucap.*
(l) *L.* 1. *in fine de tabul. exhib.*
(m) *L.* Apparet. §. Si quis. *de itiner. actuq. pr.*
(n) *L.* Exceptiones. *in fin. de excep.*

Caput quoque XXXII. (*o*) *de* obligationibus & actionibus varie ſcriptum eſt Florentiæ hoc pacto: PAULUS *libro tertio decretorum. Conſtitutionibus, quibus oſtenditur hæredes pœna non teneri, placuit, ſi vivus conventus fuerat, etiam pœnæ perſecutionem tranſmiſſam videri, quaſi lite conteſtata eo mortuo.* Haloander *tranſmiſſam non videri* edidit *alii remiſſam.* Sunt etiam qui non *eo mortuo*, ſed *cum mortuo* ſcribant, ut aliquando Florentiæ fuit. Mihi illud probatur propter XXV. (*p*) caput, quo dicitur: *Omnes pœnales actiones poſt litem inchoatam & ad hæredes tranſeunt. Eo* autem *mortuo*, Haloander *poſt mortem* interpretari viſus eſt. Ego vero totum illud *quaſi lite conteſtata eo mortuo*, ita interpretor: ut, quaſi is mortuus ſit poſt litem conteſtatam, intelligamus. Illud miror proditum ab Accurſio (*q*) quid in optimis libris ſcriptum eſſet, & ne Haloandrum quidem eos ſecutum eſſe cap. VIII. (*r*) de acceptilationibus, cum non ineptiſſime ſcriptum eſſe videatur. ULPIANUS *libro XLVIII. ad Sabinum. An inutilis acceptilatio utile habeat pactum, quæritur? & niſi in hoc quoque contra ſenſum eſt, habet pactum.* Cum alio loco Paulus ſcribat, (*ſ*) *Si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur.* Vulgaris tamen ſcriptura eſt, *& niſi in hoc quoque conſenſum eſt, non habet pactum*, aut *nec habet* ut in Norico. Alii apud Accurſium ſcribunt, *niſi contra ſenſum eſt, non habet pactum.* Hac tamen in re aqua hæret. Item cap. III. (*t*) de publicis judiciis, cujus verba in Tuſco libro hæc ſunt: ULPIANUS *libro XXXV. ad Sabinum. Publica accuſatio reo, vel rea ante defunctis, permittitur.* In aliis ultimum verbum eſt *perimitur*, in Norico *non permittitur.* Caput vero XI. (*u*) de captivis non recte ab Haloandro negandi verbo ex Bulgarino apud Accurſium accepto, editum fuiſſe alio loco a nobis ſcriptum eſt. (*x*) Amovendum quoque eſt id verbum a Noricis libris cap. II. (*y*) de adminiſtratione rerum, illis verbis *non ſecundum legem uſurpata revocentur.* Addendum autem omnibus libris, capite LXXIX. (*z*) de verborum ſignificatione. Eſt enim in Etruſco libro, *Utiles impenſas eſſe, Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe non ſinant.* Quibus verbis ſignificatur non ſatis eſſe illis impenſis dotem deteriorem eſſe non ſinere, ſed meliorem dotem facere oportere: eſſent autem illæ neceſſariæ; cum eodem loco neceſſariæ eſſe dicantur, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Sic capite V. (*aa*) de impenſis dicitur. *Utiles autem impenſæ ſunt, quas maritus utiliter fecit, remque meliorem uxoris fecerit, hoc eſt, dotem:*

(o) *L.* Conſtitutionibus. *de act. & obl.*
[p] *L.* Omnes. *eod.*
(q) *Accurſ. L.* An inutilis. *de accept. l.* Si unus. §. *ult. de pactis.*
(r) *d. l.* An inutilis.
(ſ) *d. l.* Si unus. §. *ult.*
(t) *L.* 3. *de pub. jud.*
(u) *L.* Quod ſi filius. *de captiv.*
[x] *lib.* 4. *emend.* 10.
(y) *L.* 2. *in princ. de adm. rer. ad civ. pert.*
(z) *L.* Impenſæ. *de verb. ſignif.*
[aa] *L.* Quod dicitur. *in fine. de impenſ. in rer. dot. fact.*

quæ

quæ verba Haloander immutavit hoc pacto: *Utiles autem impenſæ ſunt, quas maritus utiliter fecit, quæque rem mulieris meliorem reddunt.* Hoc miror præceptorem meum fugiſſe: illud recte ſcribit cap. CLXXXIII. (*a*) *Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium, non ex eo, quod tabulis claudatur:* eſt enim ita in Tuſco codice, niſi quod *cluditur* veteri more ſcriptum eſt, pro *clauditur.* In Norico *nempe ex eo*, ut gratificatum grammaticis videatur: quos non reprehendit Juriſconſultus in verbi origine, ſed ab eis in ſignificatione diſcedit. Reprehendendus autem Haloander, quod ut parciſſime dicam, ineleganter caput III. (*b*) de diverſis regulis juris antiqui, ediderit: *Ejus eſt non velle, qui poteſt & velle.* Minus male cæteri, *ejus eſt nolle*, ediderunt. Neque enim illi audiendi ſunt, qui aliud eſſe dicant non velle, atque nolle. (*c*) Nam, ut Cicero ait in Oratore: *Libenter veteres copulando verba jungebant, ut ſodes pro ſi audes, ſis pro ſi vis, nequire pro non quire, malle pro magis velle, nolle pro non velle.* Et alio loco: *Non ſcire barbarum iam videtur, neſcire dulcius.* Itaque non arbitror, elegantes viros, quales jureconſulti illi fuere, eo dicendi genere uſos. Non ignoro, Haloandrum id ſcribendum curaſſe ſub titulo de adquirendo rerum dominio in calce IX. capitis, (*d*) item conſtitutione tertia de theſauris; (*e*) ſed in eo abuſus eſt veteribus libris noſtrorum temporum vitio. Quod etiam fecit, ut Cæleſtinus Pontifex eo verbo uteretur, (*f*) & alii, quorum erroribus facile ignoſcendum eſt. Sed ad tertium illud caput revertor. Eſt id Florentiæ ita ſcriptum: ULPIANUS *libro tertio ad Sabinum. Ejus eſt non nolle, qui poteſt velle.* Interpretari autem id facile licet capite primo de tributoria. (*g*) *Scientiam hic eam accipimus*, inquit Ulpianus, *quæ habet & voluntatem. Sed ut ego*, inquit, *puto, non voluntatem, ſed patientiam. Non enim velle debet dominus, ſed non nolle.* Miror tamen, Conſtantinum Harmenopulum libro extremo τȣ̃ προχείρȣ ita vertiſſe. ὁ δυνάμενος θέλειν, δύναται καὶ μὴ θέλειν. niſi credendum ſit, duarum negationum vim Græce interpretatum, non ad Latinæ linguæ uſum. Sed hæc tamen hactenus.

(a) L. Tabernæ. de verb. ſignif.
[b] L. 3. de reg. jur.
[c] Accurſ. l. Titius. 1. de action. empt. Bart. & Imo. l. Jam dubitari. de her. inſtit. Alex. l. Qui ſe patris. C. unde liber. num. 7. & 8. Pan. & cæteri c. Prudentiam. §. Sexta. de off. del. Dec. d. l. 3. de reg. jur.
(d) L. Qua ratione. in fin. de adq. rer. d.
(e) L. 3. C. de theſaur. lib. X.
(f) d. c. Prudent. §. Sexta.
(g) L. 1. §. Scientiam. de tribut. actione.

CAPUT III.

De eodem genere errorum in aliis libris.

LOngiores proximo capite fuimus, quam putaveramus initio fore: tamen in hac re omnium, ut arbitror, utiliſſima ſatietas eſſe nulla poteſt. Quod ſi quis exiſtimat, me Haloandri probi, ut opinor, viri, & de jure civili bene meriti laboribus invidentem longius eſſe provectum, quam neceſſitas rei cogere videbatur: næ is fallitur vehementer. Tantum enim Gr. Haloandro defero, cum ob eam diligentiam, quam in edendis Juſtiniani libris adhibuit omnium maximam, tum ob Novellarum conſtitutionum, & Græce, & Latine a ſe primum editarum munus: quantum alium deferre ſcio neminem. Eo tamen antea animo ejus libros reprehendi, quod his libris ſæpius facere cogor, ut ſi ab his non multis mendis purgentur, in omnium manibus verſari, & haberi poſſint: quod ipſum quantum oſtendat benevolentiæ meæ ſignum, nemo non videt. Fuit autem id a me neceſſario factum, ut in uno genere librorum verſarer, & accidit percommode, ut tanta diligentia Norici eſſent ab Haloandro ſcripti. Nam ſi omnibus juris ſtudioſis prodeſſe voluiſſem, ut cupio, & ſpero; omnes omnium librorum errores me, quod infinitum erat, ſignificare oportebat. Nunc his libris comparatis, qui jam multis exemplis exſcripti in omnibus bibliothecis ad manum habentur, noſtræ emendationes omnibus facile, ut deſidero, erunt utilitati. Hac una tamen in re a me ipſo diſcedo propter rei compendium, & quales ſpero fructus; & hoc loco quantum Norici libri cæteris præſtent, oſtendam: multa enim loca (quod paulo ante ſum pollicitus) contra, atque oportuit, & in Norico, & in Tuſco libro eſt, edita enumerabo. Et principio illa, quorum varietatem Haloander ſignificavit, ſcribam. Scribit Papinianus libro II. Quæſtionum. [*h*] *Exhæredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ placuit; idemque & in matre juris eſt, cujus hæreditas ad filium non pertinet.* Haloander ait *alii ad filium pertinet.* Paulus libro VIII. ad edictum. [*i*] *Furioſus non eſt habendus abſentis loco, quia in eo animus deeſt, ut ratum habere non poſſit.* Accurſius ait eſſe, qui ſine NON ſcribant, *poſſit.* Ulpianus libro XV. ad edictum. (*k*) *Quia tandiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu judicati convenietur.* Accurſius: Quidam *non conveniatur* ſcribunt. Idem Ulpianus libro XVI. ad edictum. [*l*] *Puto autem* [inquit] *ab omnibus, qui tenent, & habent reſtituendi facultatem, peti poſſe.* Haloander, qui ſupraſcriptas quoque varietates ſignificat, hoc loco quoſdam ſcribere ait *peti non poſſe.* Africanus libro VII. Quæſtionum [*m*] *Cum utriuſque domini periculum in rebus peculiaribus eſſe debeat.* Haloander *neutrius domini* in margine ſcripſit. Paulus libro II. ad Plautium. [*n*] *Propter quæ fiat, ut patris familias nomine reſpondendo non obliger:* in margine Norici libri *obliger.* Calliſtratus libro II. Quæſtionum: (*o*) *Eorum vero, qui ita ſervaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo, qui in navigatione jactum fecit, ſi quædam ex his mercibus per urinatores extractæ ſunt.* Quidam *non ſunt* ſcribunt. Javolenus libro VII. ex Caſſio: (*p*) *Demonſtratione fundi facta, fines nominari ſupervacuum eſt. Si nominentur, etiam ipſum venditorem nominare oportet, ſi forte alium agrum confinem poſſidet.* In Norico libro non recte hæc verba diſtincta ſunt, & eſt in margine ſcriptum: *Igitur ſi non nominentur.* Illud falſum eſt, quod Accurſius ait capite X. (*q*) de tutelis Piſanam ſcri-

[h] l. ult. de his, qui not. inf.
(i) L. 2. de proc.
[k] L. Item venit. §. Item recte. de her. petit.
[l] L. Officium. in fine. de rei vind.
(m) L. Sed poſtquam. commun. div.
(n) L. Confeſſionibus. de interr. in jure.
[o] L. Navis onuſtæ. §. 1. de l. Rhod.
(p) L. Cum ſervo. de contr. empt.
(q) L. Etiam. de tutelis.

ſcripturam eſſe: *Etiam municeps tutor dari poteſt, dummodo municipi detur.* Eſt enim hæc: ULPIANUS *libro ſecundo ad edictum. Etiam non municeps tutor dari poteſt, dummodo municipi detur;* quam Haloander jure ſecutus eſt. Sic etiam falli exiſtimo cap. L. de verborum obligationibus (*a*) cujus verba Florentiæ ſunt hæc: ULPIANUS *libro quinquageſimo ad edictum. In illa ſtipulatione per te non fieri, non hoc ſignificatur, nihil te facturum, quominus facere poſſis: ſed curaturum, ut facere poſſis.* In quibus ſi bis *poſſis* pro *poſſim* ſcriptum eſt, non repugno: falſum tamen eſt in Piſano libro deeſſe *non*, quod Accurſius adſerit. Niſi forte utroque loco *Pilei liber* non *Piſanus* intelligendus eſt: quod erratum facile ex hac nota *Pi.* manare potuiſſet; eſt autem uterque locus recte ab Haloandro editus. Marcellus quoque libro VIII. Digeſtorum (*b*) ſcribit: *periniquum eſt, eum, cui forte poſt viginti annos vel amplius, in mentem venit tutelam repoſcere: etiam uſuras poſtulare.* Haloander aliquos *non venit*, ſcribere ait; ego exiſtimo eoſdem *per annos* non *poſt* ſcripſiſſe: ut alicubi vidi. Paulus libro VII. Quæſtionum. (*c*) *Nam quem ille non dedit tutorem, eum voluiſſe tutelam adminiſtrare filii, dicere non poſſumus.* Cæteri omnes præter Noricum, & Florentinum librum *noluiſſe* habent, cætera quoque diverſa hoc pacto. *Nam ille, qui non dederit tutorem, eum noluiſſe tutelam adminiſtrare filii, dicere non poſſumus.* Ulpianus libro XXXVI. ad edictum: (*d*) *In ordinem ſubſidiaria actio non dabitur, ſed in magiſtratus: nec in fidejuſſores eorum.* Haloander in margine *nec in magiſtratus.* Cajus libro XV. ad edictum provinciale: [*e*] *Si eodem teſtamento miles eundem heredem, deinde exheredem ſcripſerit: adempta videtur hereditas. Cum in paganorum teſtamento ſola hereditas exheredatione adimi non poſſit.* Accurſius eſſe etiam ait, qui *adimi poſſit*, ſcribant: & ut ſolet, utramque ſcripturam interpretatur. Ulpianus libro IX. ad Sabinum (*f*) *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio poteſt. Quid enim intereſt, ſi Titius in capitolium aſcenderit mihi legetur: an ſi voluerit?* Accurſius de interrogatione inter Joannem, & Rogerium controverſiam fuiſſe refert. Haloander ſcriptum hoc pacto aliquando. *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio non poteſt. Quia enim intereſt &c.* Nos hac de re alio loco ſcripſimus. (*g*) Celſus libro nono Digeſtorum: (*h*) *Servus quoque legatus ſi interim manumittatur, & poſtea ſervus factus ſit, peti poteſt.* Accurſius notat eſſe, qui *non poteſt*, ſcribant. Papinianus libro VII. Reſponſorum (*i*): *ſi fundi Sejani pretium a fundi Mæviani pretio non magna pecunia diſtingueretur.* Accurſius non debere ait deeſſe verbum negans ut deerat in aliquibus libris. Ulpianus libro LXXIX. ad edictum: (*k*) *Plane ſi quis omiſſa ſtipulatione litem de legato conteſtatus eſt: probandum eſt ceſſare debere ſtipulationem.* Vulgo *nec ceſſare* ſcriptum eſt. Idem libro XLI. ad edictum: (*l*) *Plane ſi mater concedat hunc quoque defuncti filium eſſe, idcircoque partem dimidiam hereditatis ſolam ſibi vindicet ex bonis paternis: non erit judicium in tempus pubertatis differendum.* Sic Florentiæ ſcriptum eſt, in Norico eſt eadem ſententia aliis verbis. *Plane ſi mater non negat, &c.* Sed in margine *negat.* Quam varietatem Accurſius notavit: ſed error increbuit. Item ille apud Paulum libro LIV. ad edictum. (*m*) Cujus verba Florentiæ ſunt hæc: *Commodius dicitur, etiam ſi ſciero rediiſſe eam in meam poteſtatem. Nec enim ſufficit, ſi eam rem, quam perdidit, ignorante me ſervus adprehendat: ſi modo in peculio eam eſſe volui: nam ſi nolui, tunc exigendum eſt, ut ego facultatem ejus nactus ſim.* At in vulgaribus libris eſt: *Si modo in meo peculio eam eſſe nolui, nam ſi volui, item perdidi*, non *perdidit*: de qua ſola varietate mentionem facit Accurſius. Nam cum dicit, *nolui*, ſcilicet eſſe in peculio, aptius eſt Florentinæ & Noricæ ſcripturæ, quam vulgari. Eodem pacto apud Ulpianum libro. LXX. ad edictum. (*n*) vel in Accurſiano libro ſcriptum fuiſſe arbitror. *Si quis cum non denuntiaſſet opus ſe facturum, eique denunciatum eſſet, ne faceret, fecerit: utilius puto probandum vi eum feciſſe.* In vulgaribus eſt *cum denuntiaſſet.* Item apud Javolenum libro XI. epiſtularum: (*o*) *Ea enim locatio, quam ſecutus es, perinde eſt, ac ſi interpoſita non eſſet, &, ſi ſtatim tu opus facere cœpiſſes.* Vulgo eſt, *ea enim locatio, quam ſecutus non es.* Licet hoc loco non multum intereſt, quoniam alterum ad rem geſtam, alterum ad rem, a qua receſſum eſt, ſpectat. Illud miror fuiſſe, qui ſcriberet apud Paulum libro IX. ad Sabinum (*p*) quod Haloander notat: *Nec potuit poſt furtum factum &c.* cum in omnibus libris ſit: *Sed poteſt poſt furtum factum tabulas nanctus eſſe actor, ut ex eo probet, quanti ſua interfuerit, ſi tabulas nanctus non eſſet.* Item apud Macrum libro II. de re militari [*q*] ſcriptum eſt; *& ſi ſine ignominiæ mentione miſſi ſunt, nihilominus ignominia miſſi intelleguntur.* Sed Haloander refert contrariam ſcripturam, ut *nihilo magis* dicatur.

Hæc habui quæ de Haloandrinis dubitationibus ſcriberem, ita enim interpretor, quod his varie ſcriptum oſtendit. Nunc de eodem genere errorum in aliis libris præter Noricos, quos Haloander non ſignificavit, tractemus. Scribit Ulpianus libro IV. de officio Proconſulis: (*r*) *Cum de conſuetudine civitatis vel provinciæ confidere quis videtur: primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando judicio conſuetudo firmata ſit.* Accurſius *non contradicto*, arbitratur melius ſcribi: ego contra ſentio. Illud nihil intereſt cap. XVI. (*ſ*) de ſtatu hominum ſcribaturne: *quæſtio ergo facti potius eſt, non juris*, ut Florentiæ eſt: an *facti potius eſt, quam juris*, ut vul-

(a) L. In illa. 2. de verb. obl.
(b) L. Maximeque. de adm. & per.
(c) L. Ex his. de excuſ.
(d) L. 1. in princ. de mag. conv.
(e) L. Si certarum. §. Si eodem. de teſtament. mil.
(f) L. 1. de legat. 2.
(g) lib. 4. cap. 15.
(h) L. Si chorus. in fin. de leg. 3.
(i) L. 1. de reb. dub.
[k] L. 1. in fine princ. ut legat.
[l] L. 3. §. Si is qui. de Carb. ed.
(m) L. Sequitur. §. Labeo. de uſurpat. & uſucap.
(n) L. Aut qui aliter. in fine princ. quod vi aut clam.
(o) L. Stipulatus es. in fine. de fidejuſ.
(p) L. Quidam. de furtis.
(q) L. Milites. §. Miſſionum. de re milit.
(r) L. Cum de conſuetud. de legib.
(ſ) L. Idem erit. de ſtat. hom.

vulgo. Sed quod Politiano (*a*) debemus, intererat, eſſet ne negans Florentiæ verbum capite XII. (*b*) de officio Procoſ. ubi id caput ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro ſecundo ad edictum. Legatus mandata ſibi juriſdictiono, judicis dandi jus habet.* Sunt enim, qui apud Accurſium *jus non habet*, ſcribant. Papinianus vero libro X. Reſponſorum (*c*) ait, *Sed venaliciarium ex provincia reverſum Publiciana actione non utiliter acturum.* Et ſunt qui ſcribant, *non inutiliter acturum.* Haloander *inutiliter* edidit: & ut verum fateamur, eo capite priora poſterioribus non cohærere videntur. Neque Accurſium audio *venaliciarum ſervorum emptorem* interpretantem: fuiſſe enim aliquot emptores antea dictum erat. Melius cognoſcitur quis ille fuerit ex capite CCVII. (*d*) de verborum ſignificatione, quo mangones appellat, qui ſervos vendere ſolent: quod ex ejus ipſius capitis initio cognoſcitur. De illa autem Bartoli cum Baldo controverſia, qua de capitis VII. (*e*) de diſtractione pignorum ſcriptura fuit dubitatum, dictum eſt a nobis antea. Quod vero capite VI. (*f*) de excuſationibus vulgo circunſcrebatur, *& neque judicare, neque legatos eſſe, neque in militia numerari volentes, neque ad alium famulatum eos cogi:* minus male in veteribus libris eſt *numerari nolentes*, & in Noricis *invitos.* Sed Florentiæ, cum illa e græcis Modeſtini libris ſex excuſationum ſumpta ſint, græce ita habentur, ut Hervagius primus edidit καὶ μήτε κρίνειν, μήτε πρεσβεύειν, μήτε εἰς στρατείαν καταλέγεσθαι ἄκοντας. Quæ nos cum cæteris, quæ ex illis Modeſtini libris accepta libro XXVI. & XXVII. digeſtorum extant, vertimus: [*g*] & ad Antonium Pemotum noſtrum miſimus. Erravit tamen poſtea is, qui ex Politiani libro ſextum illud caput deſcripſit, qui Alciato noſtro detulit, unde Hervagius accepit. Nam cum vulgo ſcriptum ſit: [*h*] *Legum vero doctores in aliquo præſidatu docentes remiſſionem non habebunt: Romæ autem docentes a tutela, & cura remittuntur:* quod etiam Haloander edidit: Hervagius hoc pacto: νόμων δὲ διδάσκαλοι ἐν ἐπαρχίᾳ διδάσκοντες ἀφίενται. Cum Florentiæ ſit. ἄφεσιν οὐχ ἕξουσιν, ἐν ῥώμῃ δὲ διδάσκοντες ἀφίενται. quod cum vulgari, barbaraque interpretatione convenit. Sed alia videamus. Cap. XXIII. (*i*) ſub eodem illo titulo, varie ſcriptum eſt, ſi Accurſio credimus. Florentiæ, & in Haloandri ita: ULPIANUS *libro II. Reſponſorum. Propter magiſtratum, quem in municipio quis erat adminiſtraturus: tutelæ excuſationem non habere reſpondi.* Sunt tamen qui *habere* ſcribant. Illud nihil intereſt apud Paulum libro V. Sententiar. (*k*) *verecundum* ut vulgo, an *inverecundum*, ut Florentiæ ſcribatur, quod Accurſius notat, neque belle interpretatur *valde verecundum*: eſt enim impudens potius. Illud intereſt, quod apud Papinianum libro VIII. Reſponſorum (*l*) corruperunt illis verbis: *Ælio Philippo fideicommiſſum ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia nubere noluiſſet.* Scriptum enim in multis libris eſt, *nubere voluiſſet*: Sed & apud Calliſtratum libro II. Quæſtionum: (*m*) *Nam legatum purum invenitur, & ideo non inutile ſit*; ſed Florentiæ, & in Norico eſt, *inutile ſit*, quam varietatem Accurſius notat. Adde apud Julianum libro XXIV. Digeſtorum (*n*) eſſe, qui negans verbum auferant illis verbis. *Ideo ſi ex prima parte edicti bonorum poſſeſſionem non petierit.* Item nobilitato illi capiti primo (*o*) de operis novi nuntiatione, & ſub titulo de remiſſionibus. Illud ita ſcriptum in Tuſco libro eſt: ULPIANUS *libro LII. ad edictum. Hoc edicto promittitur: ut ſive jure, ſive injuria opus fieret, per nuntiationem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi jus is, qui nuntiaſſet, non haberet.* Alterum hoc pacto ULPIANUS *libro LXXI. ad edictum. Ait Prætor, Quod jus ſit illi prohibere, ne ſe invito fiat, in eo nuntiatio teneat. Cæterum nuntiationem miſſam facio. Sub hoc titulo remiſſiones proponuntur & verba Prætoris oſtendunt remiſſionem ibi demum factam, ubi mutatio non tenet: & nuntiationem ibi demum voluiſſe Prætorem tenere, ubi jus eſt nuntianti prohibere, ne ſe invito fiat. Cæterum ſive ſatiſdatio interveniat, ſive non: remiſſio facta hoc tantum remittit, in quo non tenuit nuntiatio.* Hæc aliter vulgo ſcribuntur, & Accurſius utroque loco varietatem ſignificat: de qua magna contentio inter Accurſianos eſt. Apud Paulum quoque libro XV. ad Plautium [*p*] eadem varietas ab Accurſio notata eſt. Noricus & Tuſcus liber ita ſcripti ſunt. *Ideoque in ſucceſſoribus locum non habere uſucapionem.* Præceptoris mei liber antiquus ſatis, ſed ab Florentinis deſcriptus, *novam habere uſucapionem*, alii *locum habere*, alii *locum non habere.*

Sciinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Item apud Paulum libro ſingulari de concurrentibus actionibus [*q*] quod Florentiæ eſt: *Sed verius eſt, remanere quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non habet*, habent alii: *ſed verius eſt non remanere*, ut Accurſius notat. Sed & quod pace præceptoris dixerim, mihi ejus ſententia non probatur [*r*] apud Scævolam libro XXVIII. Digeſtorum (*s*) negandi verbum eſſe delendum. Eſt enim Florentiæ hoc modo. *Reſpondit, ſi Seja non ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniam offerre, jure uſuras non deberi.* Alciatus aliorum librorum ſcripturam ſecutus ſcribit: *Et ſi Seja ante ceſſaſſet. Quod etiam Ulpianus ſcribit libro XXIX. ad Sabinum.* (*t*) *Nec non & ipſi domino dari placet, & ſic fit, ut non teneatur furti, & agat.* Scio mutare aliquos in ajentem orationem, *ut teneatur furti.* Alciatus quoque noſter libro I. Diſpunctionum (*u*) caput LXXXIII. [*x*] de furtis aliter in antiquo libro ſcriptum eſſe ait, atque vulgo habetur. Habetur autem Florentiæ hoc pacto: PAPINIANUS *libro I. Reſponſorum. Ob pecuniam civitati ſubtractam actione furti, non crimine peculatus tenetur.* Exiſti-

(a) *Polit. cap. 78. Miſcell. Nebriſſ. verbo* Non. *& Bud.*
(b) *L.* Legatus mandata. *de off. proconſ.*
(c) *L.* Mandatum. *mandati.*
(d) *L.* Mercis. 2. *de verb. ſign.*
(e) *L.* Si creditor. *in fin. de diſtr. pign.*
(f) *L.* Si duas. §. De philoſoph. *de excuſ. tut.* l. Sed &.
(g) *Libro ſing. ad Modeſt.*
(h) §. Amplius. *in fine, e. l.*
(i) *L.* Propter magiſtratum, *eod.*
(k) *L.* Ex imperfecto. *de legat.* 3.
(l) *Leg.* Pater Severianam. *de condict. & dem.*
(m) *Leg.* Cum ſervus. *de cond. & dem.*
(n) *Leg.* Ideo. *de Carb. edict.*
(o) *L.* 1. *de op. nov. nunt l. uo. de rem.*
(p) *L.* Si is qui. *in fin. de uſurpat. & uſuc.*
(q) *Leg.* Qui ſervum. *in fine. de oblig. & action.*
(r) *Alciat. lib.* 1. *cap.* 13. *diſpunct.*
(s) *Leg.* Qui Romæ. §. Seia. *de verb. oblig.*
(t) *Leg.* Itaque full. §. 1. *de furtis.*
(u) *cap.* 3.
(x) *L.* Ob pecuniam. *de furtis.*

Digitized by Google

ſtimat ille ſcribendum *nec non*, *pro non*: ne contra Papinianus, atque Marcianus (*a*) dixiſſe videatur. Sed ni fallor, diverſa hi, non contraria dixerunt. Sunt etiam, qui capite III. (*b*) de jure fiſci nolint idem juris eſſe in theſauris in locis religioſis repertis atque in ſacris. (*c*) Itaque non *Si in locis fiſcalibus vel publicis, religioſiſve* ſcribunt, *ſed publicis non etiam religioſis*. Sed mirandum non eſt ſi aliquid aliquando diſſimile & contrarium fortaſſe, in tam magna ſententiarum multitudine reperiatur. (*d*) Caput quoque decimum [*e*] de jure fiſci Albericus ait ſcribere aliquos hoc pacto: *Non puto facile delinquere eum, qui* &c. Florentiæ eſt: MODESTINUS *libro ſingulari de præſcriptionibus. Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderis*. Sed & CIII. [*f*] de verborum ſignificatione multis modis ſcribitur. Florentiæ ſic eſt: MODESTINUS *libro VIII. Regularum. Licet capitalis latine loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis, vel amiſſionis civitatis intelligenda eſt*. Alii *non tamen*, alii *pœnæ tamen* ſcribunt. Conſtantinus illud quidem ſequi videtur his verbis (*g*) τὰ κεφαλικὰ θάνατον δηλῶσι, κὶ πολιτείας ἔκπτωσιν. Jure autem a præceptore meo in libris Paradoxorum (*h*) illi reprehenduntur, qui caput CXXX. (*i*) de verborum ſignificatione ita ſcribunt. *Lege obvenire hæreditatem non proprie quis dixerit & eam, quæ ex teſtamento defertur*. Cum in omnibus libris ſit *non improprie*. Capite etiam CLXVI. (*k*) Sunt qui ſcribant, *tamen multum abeſt a vilico*; cum optima ſcriptura ſit: *is qui ruſticarum rerum rationes diſpenſes, ibique habitet, non multum abeſt a vilico*. Multo plura eſſe exiſtimo, quæ varie ſcribantur: quæ neque in mentem veniunt, neque poſt Florentinorum librorum lectionem in meas manus inciderunt. Quanquam non me fugit eſſe ex his, quæ a me conſcripta ſunt, multa, quæ amatoribus ſuis mirifice placeant, & nonnulla etiam mihi non diſplicebant: Sed malui rem ita, ut erat, exponere. Nam & hic ipſe noſtrarum opinionum amor, quam Græci φιλαυτίαν appellant, has tantas diſcordias, & varietates creavit: cum ea, quæ nos fateri pudet ignorare, mendoſa eſſe exiſtimamus.

(a) L. 4. *in fine. ad l. Jul. pecul.*
(b) L. 3. §. *ult. de jure fiſci.*
(c) *arg.* §. Theſauros. *de rer. div.*
(d) L. 2. §. Si quid autem. C. *de vet. jur. en.*
(e) L. Non puto. *de jure fiſci ubi Alber.*
[f] L. Licet. *de verb. fig.*
(g) *Conſtit. lib. ult. tit. ult. prochiri.*
[h] *Alc. lib.* 4. *cap.* 7. *parad.*
(i) L. Lege. *de verb. fig.*
[k] L. Urbana familia. *eod.*

CAPUT IV.

De inſcriptionum ſingulorum capitum utilitate, & principio de mendis ob eas effectis.

JUſſerat Juſtinianus ea conſtitutione, (*l*) quæ in conſtitutionum codice ſub titulo de veteri jure enucleando poſterior eſt, & ante Digeſta græce & latine Florentiæ ſcripta: ut a quo juriſconſulto ſingula accepta eſſent, ſignificaretur; uno autem loco omnium librorum e quibus Digeſta exſcripta fuerant, index ſcriberetur. (*m*) Utrumque præclarus ille liber ſolus habet. Quamvis indicem Norici quoque libri habent e Politiani epiſtula quadam, (*n*) ut arbitror, confectum: nam qui Florentiæ eſt, græcus eſt, & locis aliquot diverſus. Singulorum vero capitum inſcriptiones quattuor & viginti fere libris Haloander primus edidit: Cæteras neque Politianus, neque Bologninus, a quo Haloandrinæ ſumptæ ſunt, deſcripſere, Nos vero primum ut nihil mancum aut imperfectum haberemus, deinde utilitate rei ducti, omnes deſcripſimus. Quid autem ex ea re commodi accipi poſſit, ſcribendum hoc loco eſſe exiſtimavi. Et principio illud vel maximum eſt, quod in illo ipſo deſcribendi labore cognovimus. Eſt enim his locis quos ſcripturus ſum, ex inſcriptionibus quæ Florentiæ cum juriſconſultorum verbis conjunctæ ſunt, unum atque alterum verbum acceptum, quod totum nonnumquam caput immutat. Cujuſmodi eſt caput quartum (*o*) de ſuppellectili legata: quod vulgo ita ſcribitur: *Inſtrumenti ſignificatione rhedæ, & ſedularia in ſuppellectili annumerari ſolent*. In Norico non *ſedularia* ſed *ſeliquaſtra* ſcriptum eſt. At in Florentino totum caput hoc pacto eſt ſcriptum. *Idem* (ſignificatur autem Paulus, cujus proximum caput eſt) *libro ſingulari de inſtrumenti ſignificatione redæ & ſedularia ſuppellectili adnumerari ſolent*. Eſt autem ex eodem libro caput XCVII. [*p*] de legatis libro XXXII. neque tamen in verborum contextum illic inſtrumenti ſignificatio inducta eſt. Appellaturque is Pauli liber in eo indice, de quo antea ſcripſimus: *De inſtructo, & inſtrumento* μονόβιβλον. Non itaque minus rhedæ ſuppellectilis erunt, quam earum ſedularia, ſic enim interpretor; hoc eſt, quæ in rheda ſedenti ſubiiciebantur. Eodem pacto caput LXVIII. [*q*] ad L. Falcidiam non recte Venulejo, aut, ut Haloandro placuit, Maximo ex libro ad L. Falcidiam adſcribitur. Neque initium faciendum eſt, ut vulgo: *Hæreditatum computationi* (aut ut in Norico *computationis*) *in alimentis faciendæ, hanc formam eſſe Ulpianus ſcribit*. Sed ut in Florentino: AEMILIUS MACER *libro ſecundo ad Legem Viceſimam hereditatium. Computationi in alimentis faciendæ hanc formam eſſe Ulpianus ſcribit, ut a prima ætate &c.* Ab eodem eſt caput VII. [*r*] Qui teſtamenta facere poſſunt: licet id Haloander Marciano, alii Marcello adſcripſeriot, & ita lex viceſima hereditatum ab Juſtiniano appellatur conſtitutione ultima de edicto D. Hadriani tollendo. *Edicto* inquit [*ſ*] *Divi Hadriani, quod ſub occaſione viceſimæ hæreditatum introductum eſt, quieſcente, quia viceſima hæreditatis a noſtra receſſit Republica*. Ea autem quæ fuerit, & quibus caſibus aut temporibus locum habuerit, tradit Alciatus noſter memoriæ libro III. Diſpunctionum. (*t*) Sed & Haloander caput XIII. (*u*) de tranſaction. & XXXVII. [*x*] de religioſis, eodem pacto inſcripſit. Apud Alciatum vero emendanda inſcriptio eſt CLIV. (*y*) capitis, de verborum ſignificatione, & non MARCELLUS *libro I.*

[l] L. 2. §. Tanta. C. *de vet. jur. en.*
[m] §. Ne autem. *eod. leg.*
[n] *An. Pol. lib.* 11. *epiſt.*
(o) L. Inſtrumenti. *de ſup. leg.*
[p] *L.* Servis urbanis. *de legat.* 3.
(q) L. Hereditatum. *ad l. Falc.*
(r) L. Si mutus. *de teſtam.*
(ſ) L. *ult.* C. *de ed. D. Had. toll.*
(t) *cap.* 6.
(u) Leg. Nulli. *de tranſact.*
(x) Leg. Funeris. *de rel. & ſum. fu.*
[y] L. Mille paſſus. *de verb. ſign.*

ſcri-

ſcribendum, ſed MACER *libro primo ad legem vicenſimam*: ſic enim eſt Florentiæ. In indice quoque ſcriptum eſt Μάκρου εἰκοστῶν βιβλία δύο, & Haloander edidit εἰκοστῶν, ſive ad legem viceſimam hereditatum libros duos.

Erratum etiam eſt capite primo de bonis damnatorum [*a*] quod Haloander ita edidit: *Et populi damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur.* Mirum mihi videbatur imperio a populo ptincipi, & in principem conceſſo (*b*) licuiſſe populo vitam, aut civitatem cuiquam adimere: & videbam Accurſianos ſcribere, non *& populi*, ſed *ſupplicii damnatione.* Sed tamen Florentina ſcriptura mihi omnem dubitationem abſtulit. Ea eſt hæc: CALLISTRATUS *libro primo de jure fiſci, & populi. Damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas:* niſi etiam velis verbum *damnatione* inſcriptionis eſſe. Nam, ut alio loco ſcripturus ſum, nullis interpunctionibus omnia pene illis libris ſcripta ſunt, exceptis Juriſconſultorum, cujus ſingula capita ſunt, nominibus, quæ grandioribus litteris, ut nos imitati ſumus miniatis tamen, in ſeparati verſus initio conſcripſerunt. Illud vero mihi probatur, *ut de jure fiſci, & populi* Calliſtrati liber inſcribatur, ut apud Paulum libro V. Sententiarum titulus XIII. licet in indice, & ſub titulo de jure fiſci libro L. Digeſtorum tantum de jure fiſci ille Calliſtrati liber appelletur. Dignus vero venia error fuit capite XLI. [*c*] de liberali cauſa, cujus initium in Norico, ut in cæteris libris, eſt: *liberalis cauſa ſi in obſcuro ſit, in quo fuerit ſtatu is, qui pro libertate ſua litigat: prior audiendus eſt &c.* Florentiæ vero fuit: PAULUS *libro ſingulari de articulis liberalis cauſæ: ſi in obſcuro ſit, in quo fuerit ſtatu is, qui pro libertate ſua litigat:* & quæ poſtea. Quo nihil manifeſtius dici poteſt: & tamen indoctus neſcio quis ultimam *cauſæ* litteram expunxit, unde error in omnes libros venit. Neque quemquam moveat quod ea inſcriptione Pauli liber nullus in indice reperiatur: nam neque *De articulis* reperies: neque *De formula teſtamenti*, unde ſumptum eſt caput XCVI. (*d*) libro III. de legatis. neque *De conceptione formularum*, unde eſt XX. (*e*) caput *De exceptionibus*, aut *De dotis repetitione*, aut *De adſignatione libertorum*, unde accepta ſunt LXVIII. & LXIX. [*f*] caput de diverſis regulis juris. Quæ omnia in libris ſingularibus Pauli in indice deſunt Florentiæ; in Norico autem indice, ille *De adſignatione libertorum* ſolus eſt: ut credendum ſit mancum ea in re indicem eſſe. Hujus generis ille error eſt, quem primus præceptor meus indicaſſe videtur, niſi quis Accurſio indicii præmium deferat: quamvis uterque ea in re dubitet: ut fortaſſe Haloandro locus ſit. Caput XLVIII. (*g*) de verborum ſignificatione, ſic olim ſcriptum fuit. *Qui neque ſequantur, neque ducantur. Solutum non intelligimus eum &c.* quæ verba nemo recte interpretabatur: quo ad cognitum eſt, ex inſcriptione excerpta eſſe. Florentiæ ſic

[a] *L.* 1. *de bon. dam.*

(b) *L.* 1. *de conſtit. princ.* §. Sed & quod. *de jure nat.*

(c) *L.* Liberalis. *de liberali cauſa.*

[d] *L.* Si plures. *de legat.* 3.

(e) *L.* Exceptiones. *de except.*

(f) *L.* In omnibus. *l.* Invito. *de reg. jur.*

(g) *L.* Qui neque. *de verb. ſign.*

reperimus: GAJUS *libro ad edictum Prætoris Urbani, titulo, qui neque ſequantur, neque ducantur.* Sic capite XXX. [*h*] de noxalibus actionibus: *Idem libro ad edictum prætoris Urbani, titulo de damno infecto:* & cap. XIII. (*i*) ad exhibendum *titulo de liberali cauſa*, & aliis locis *titulo de publicanis, de re judicata, de operis novi nuntiatione, de teſtamentis, de legatis, de aquæ pluviæ.* Illa itaque verba edicti cenſenda ſunt. Sub eodem titulo erratum etiam eſt in omnibus libris præter Noricum capite CLVII. [*k*] quod ita ſcribebatur: *Quantum ad juris pertinet largam ſignificationem* [ſic enim Alciatus noſter ſcripſit] *paries eſt ſive murus, ſive maceria eſt.* Florentinus liber habet: ÆLIUS GALLUS *libro primo de verborum, quæ ad jus pertinent, ſignificatione. Paries eſt ſive murus ſive maceria eſt*, quod Accurſius ſignificare videtur: apud Gellium (*l*) quoque & Macrobium (*m*) legi ex libro ſecundo Cæcilii Galli de ſignificatione verborum, quæ ad jus civile pertinent, veſtibulum ædium partem non eſſe; & arbitror Ælium pro Cæcilio ex hoc loco emendandum eſſe. In indice hic Juriſconſultus non eſt, ſed Haloander eum ob hoc caput adſcripſit. Eſt autem illic Galli neſcio cujus Aquilæ reſponſorum liber, a Politiano perperam Aquilii Galli appellatus (*n*) ab Haloandro non male Julii Aquilæ. A quo libro eſt extremum caput (*o*) ſub titulo de ſuſpectis tutoribus: non ex IV. Juliani ad Minutium, ut Haloander edidit. Adde, quod extremi capitis, de bonis damnatorum (*p*) inſcriptio ante Haloandrum fuerat capitis vice habita: eſt autem hæc: PAULUS *libro ſingulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.* Cujus libri appellatio in indice illo extat. Solus Haloander errat, dum caput LXXIII. (*q*) de diverſis regulis juris Ulpiano adſcribit, & ita incipere putat: Q. MUTIUS *Sempronio. Quo tutela redit, eo & hereditas pervenit.* Nam Florentiæ Ulpiani nomen non eſt; Sed ita exorditur: QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA *libro ſingulari* ὅρων. *Quo tutela redit, &c.*

Sic etiam in Alciati noſtri libro erratum XVII. cap. (*r*) de fideicommiſſariis libertatibus: ut enim ipſe refert libro primo Diſpunctionum, ita ſcriptum eſt: CELSUS *lib. XXI. ad Sabinum. Acciolam Claudius cum viſum tibi fuerit, manumitte.* Eſt enim ſcribendum: *ex libro vicenſimo primo Digeſtorum Scævolæ.* CLAUDIUS. *Cum tibi viſum fuerit manumittere, utiliter datur fideicommiſſa libertas.* Significatur autem Claudius Tryphoninus, qui notas ad Scævolam ſcripſit, quod & Haloander ſignificat, & multis Digeſtorum locis cognoſcitur. [*s*] Bartoli liber, & veterum, *Scævolæ Claudius* minus male habuerunt. Hæc de ejuſmodi errorum genere.

(h) *L.* In noxalibus. *de nox. act.*

[i] *L.* Si liber homo. *ad exhib.*

(k) *L.* Quantum. *de verb. ſign.*

(l) *A. G. lib.* 16. *c.* 5. *noct. Att.*

(m) *Macr. lib.* 6. *cap.* 8. *ſat.*

(n) *Polit. lib.* 11. *ep.*

[o] *L. ult. de ſuſp. tut.*

(p) *L. ult. de bon. dam.*

[q] *L.* Quo tutela. *de reg. jur.*

[r] *L.* Scævola. *aut.* Acciolam. *de fideic. lib. Alc. lib.* 1. *cap.* 14. *diſpunct.*

(s) *L.* Qui negationem. *de adm. tut. l.* A teſtatore. *de cond. & dem.*

CAPUT V.

Cur in libris Caii proconſulem Accurſiani Prætorem interpretentur, quantumque ea in re fallantur, ac de Cajo nonnulla.

NOn parvam illam utilitatem ex his inſcriptionibus eſſe duxi, quod ſæpe dubita-

C ve-

veram, quid eſſet, quod multis Digeſtorum locis cum de Prætoris edicto ageretur, Proconſulis meotio fieret, ut titulo quod metus cauſa, capite primo dicitur: *Ait prætor*, (*a*) *quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo.* Et oono: (*b*) *Animadvertendum autem, quod Prætor hoc edicto generaliter, & in rem loquitur*, item aliis. Sed XIX. [*c*] Scribit Cajus, *Quod autem in heredem eatenus pollicetur actionem Proconſul, quatenus ad eum pervenerit: intelligendum eſt ad perpetuo dandam actionem pertinere.* Sic ſub titulo: quod cum eo cap. I. omnia, *Proconſul agit, ut qui contraxit &c.* at cap. II. *Ait Prætor in eum, qui emancipatus &c.* Et cum animadvertiſſem ea capita, quibus Proconſulis mentio fieret, accepta eſſe ex Caii libris ad edictum provinciale, intelligere viſus ſum, quid varietatem crearet. Neque enim Accurſiani audiendi ſunt, qui Proconſulem Prætorem appellatum putant. (*d*) Erat Proconſulis in provincia pleniſſima juriſdictio, ut omnium magiſtratuum urbanorum partes ad eum pertinerent. [*e*] Itaque ut Prætor Urbanus Romæ, [*f*] ſic in provincia Proconſul, in Prætoria Prætor edicta proponebant, qoæ provincialia appellabantur. Videre ejuſmodi edicta licet apud Ciceronem in Verrinis, de quibus etiam in Proconſulatu ſuo ad Atticum ſcribit. Cajus hujus modi provinciale edictum duobus & triginta libris eſt interpretatus, Urbanum fortaſſe pluribus. Sed Juſtiniani tempore duodecim extabant, quod illo librorum indice conſtat, in quo Politianus erravit edictum publicum pro urbico ſcribens. Illud ſcilicet prædici non oportet, non ut initio variaſſe Prætores & Proconſules in edictis, ſed edictis perpetuis uſos, quorum collectionem Salvius Julianus ex Hadriaoi auctoritate fecit: quod Budæus & Alciatus (*g*) præclare manifeſta omnibus fecerunt: idque etiam duabus conſtitutionibus (*h*) proditum reperi. Mirandum itaque non eſt, ſi Proconſul a Cajo edicti auctor appelletur: ab Ulpiano vero Prætor: cum alter urbanum edictum interpretetur, alter provinciale: ut ex illorum capitum inſcriptionibus ab Haloandro editis cognoſcitur: niſi quod cap. I. quod cum eo, non *libro VIII.* ſed *IX.* ſcribendum, item ſecundo capite *libro XXIX.* non *VIII.* Ita interpretari oportet caput primum de alienatione. LXVIII. pro ſocio. XLI. de hæreditatis petitione, atque alia id genus. (*i*) quæ Haloander recte Cajo illis libris adſcripſit. Adde etiam ex his, quorum inſcriptiones omiſit, caput II. de teſtamento militis, [*k*] quod ita ſcriptum Florentiæ eſt: GAJUS *libro quintodecimo ad edictum provinciale. De militis teſtamento ideo ſeparatim Proconſul edicit: quod optime novit ex conſtitutionibus principalibus propria atque ſingularia jura in teſtamento eorum obſervari.* Sed & aliis locis Proconſulis mentio fit non a Cajo, ſed ab Ulpiano, aut Paulo, in libris de officio Proconſulis, ut cap. II. (*l*) de curatoribus furioſo & aliis dandis: quod ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro primo de officio Proconſulis. Sed & aliis dabit Proconſul curatores, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, vel dari jubebit.* Item VIII. capite: (*m*) ULPIANUS *libro ſexto de officio Proconſulis. Bonorum ventris nomine curatorem dari oportet: cumque rem ſalvam fore viri boni arbitratu ſatiſdare Proconſul jubet.* Utrumque caput Haloander Cajo adſcribit, Sed quod de Cajo diximus, non perpetuo, ſed magna ex parte verum eſſe reperietur. Utitur enim non numquam is Prætoris appellatione, ſed raro. Quod aut a Prætore in Prætoria provincia edictum tum interpretaretur aut id putandum eſt Tribonianum mutaſſe: nt cap. XV. (*n*) de noxalibus actionibus extremo quod quiſque juris, & primo teſtamenta quemadmodum aperiantur: hoc ex XVII. libro eſt ad edictum provinciale. Sed ſub eodem titulo capite ſeptimo (*o*) quod ex eo ipſo libro eſt, Proconſulis mentio fit: quod facit, ut exiſtimem id aut dedita opera ab Juſtiniani miniſtris, aut caſu a librariis mutatum. Et quoniam tam multa de Caii libris ſcribimus, quærendum videtur, quis hic Cajus fuerit: quod adhuc in controverſia eſt. Sunt enim qui a Pomponio (*p*) in Servii Sulpitii diſcipulis Titum Cajum appellatum eſſe credant, aut Cajum ſolum. Sunt qui Juſtiniani familiarem credant, propterea quod is ſuum appellet initio inſtitutionum, & libro quarto titulo de publicis judiciis (*q*) ſunt qui Cajum Noſtrum appellatum arbitrentur, ut a Juſtiniano illic & a Pomponio quodam loco appellatur (*r*) quod neſcio quam verum ſit. Mihi quidem aliquando probabatur C. Caſſium eo nomine iotelligi, a quo Caſſianorum ſchola Pomponio & Plinio. Nam exiſtimabam, ut dicitur cap. XXVIII. (*s*) de ſtatu liberis, *quod Javolenus ſcripſit libro VI. ex Caſſio, Statuliber ante, quam condicio libertatis obtigerit, ſi quid comparaſſet, peculio legato non ceſſurum, in libris Caii Caſſii ſcriptum eſt.* Sic cap. LII. (*t*) de condemnatione & demonſtratione quod ex libro II. Javoleni ex Caſſio eſt, commentaria Caii, & cap. LXXVIII. (*u*) de ſolutionibus quod ex undecimo eſt, libri Caii intelligendi ſunt Caii Caſſii eſſe, ex quo Javolenus quindecim libros ſcripſit. Poſtea vero cum reperiſſem a Cajo Caſſium ipſum & Sabinum referri, (*x*) illis quidem Javoleni capitibus credidi Caſſium ſignificatum, cæteris locis non item. Hoc ipſum adverſus eos facit, qui Sulpitii diſcipulum arbitrantur. Sed & illud, quod ad S. C. Tertyllianum & Orphitianum ſcripſiſſe dicitur, ut ex in ſcriptionibus VIII. & IX. capitis ad S. C. Tertyllianum (*y*) apparet: quæ ſenatuſconſulta multo poſt Sulpitiana tempora lata fuerunt, alterum Hadriani, (*z*) Divi Marci alterum tempore. [*aa*] Qui vero Juſtiniani familiarem exiſtimant a Pomponio (*bb*) refelluntur; ſed & ea conſtitutione, quæ libro primo Codicis Theodoſiani extat ſub titulo de reſponſis prudentum. (*cc*) Quam ob rem arbitror eum non multo tempore poſt Salvii Juliani ætatem fuiſſe, quo & Sex-

[a] *L.* 1. *Quod metus cauſ.*
[b] *L.* Metum. §. Animadvertendum. *eod.*
[c] *L.* Quod autem. *eod. l.* 1. *&* 2. *quod cum eo.*
(d) *Accurſ. d. l.* 1. *& d. l.* Quod autem. *& l.* 1. *de alien. jud.*
[e] *L.* Si in aliquam. *in fine. & ſeq. de off. Proc.*
(f) *L.* 2. §. Eodem tempore. *de orig. jur.*
[g] *Bud. l.* 2. *de ſtatu hom. Alciat. lib.* 2. *cap.* 27. *diſpunct. & rub. de edend.*
[h] *L.* 2. §. Sed quia divinæ. *de vet. jur. en. l.* Si quis ſervum. *C. de cond. ind.*
[i] *L.* 1. *de al. jud. mut. cauſ. l.* Nemo. *in fine. pro ſocio. l.* Si quo tempore. *de her. per. l.* Si noxale. *de nox. action. l.* Illud quæſitum. *ad l. Aquil.*
(k) *L.* 2. *de teſt. mil.*
[l] *L.* 2. *de cur. fur.*
(m) *L.* Bonorum. *eod.*
(n) *L.* Prætor. *de nox. act. ult.* quod quiſq. *jur. l.* 1. *teſtam. quæ ap.*
(o) *L.* Sed ſi quis. *eod.*
[p] *L.* 2. §. Servius. *de orig. jur.*
[q] §. Quas in pœn. *inſt.* §. Item lex Cornelia. *de pub. jud. & in proœm. Dig.* §. Et antea.
[r] *L.* Cum ſervus. *de ſtip. ſerv.*
(s) *L.* Si hereditas. *de ſtatu lib.*
[t] *L.* Si quis legata. *de cond. & dem.*
(u) *L.* Si aliem. *de ſolut.*
[x] *L.* Adeo. §. Cum quis. *de acq. rer. dom.*
(y) *L.* In ſuſpenſo. *l.* Sacratiſſimi *ad S. C. Tert.*
(z) *in princ. inſt. de S. C. Tert.*
(aa) *de ſ. c. Orph. in pr.*
[bb] *d. l.* Cum ſervus.
(cc) *l. un. de reſpon. prud. in C. Theod.*

Sextus ille Pomponius fuit. Hæc de Cajo, cujus extant iuſtitutionum libri duo breviores, ut arbitror, quam ab eo ſcripti ſunt: ſed qui multum ad Juſtiniani inſtitutiones conducant.

Eſt itaque non parva hæc inſcriptionum utilitas, ut quis ille juris conſultus ſit, & qua de re eo libro tractarit, ante cognoſcatur. Cum enim nihil aliud ſcriptura ſit, quam hominis loquentis repræſentatio: hæc multo major fit, cum ſcriptorem ipſum cognoſcimus, & rei ipſius tractandæ ordo, qui ex libri inſcriptione apparet, ante oculos verſatur. Quod ex his, quæ ſcripturus ſum, cognoſcetur apertius.

CAPUT VI.

Quid in ejuſmodi inſcriptionibus ſignificet ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium.

JUvat maxime, ut antea ſcripſi, ad juriſconſultorum interpretationem cognoſcere, quo pacto ab ipſis juriſconſultis illud ipſum tractaretur. Et tria genera tractandi in eorum libris deprehendi: aut enim libero ſcriptorum officio fungebantur, cujuſmodi libri opinionum, ſententiarum, definitionum, regularum ſunt: aut ad aliorum interrogationem reſpondebant: ut libris reſponſorum, aut epiſtularum: aut leges ſenatuſve conſulta, principum conſtitutiones, Prætorum edicta, juriſque conſultorum libros interpretabantur, in breviorem librum colligebant, notis reprehendebant, &, ſi quid deerat, addebant. Hujus generis ſunt, quæ ad edictum, ad leges, ad ſenatuſconſulta, ad oratiunem D. Severi, aut Marci inſcripta videmus. Sed & illa de quibus tractaturi ſumus ad Sabinum, ad Vitellium, ad Urſejum, ad Plautium, quæque apud Papinianum Ulpianus & Paulus, apud Scævolam Claudius Tryphoninus & Paulus notarunt. Sed cum cætera nemo, qui vel mediocri ingenio ſit, non animadverterit, illud doctiſſimos quoſque fugit, [*a*] libris ad Sabinum, aut Plautium interpretationes Sabinianorum, aut Plautianorum ſignificari. Solus Viglius vir & doctus, & diſertus libro II. inſtitutionum [*b*] ex Juſtiniani verbis ſub titulo ex heredibus inſtituendis id percepit. Juſtiniani verba ſunt hæc: *Quod non per innovationem induximus, ſed quoniam æquius erat, & Atilicino placuiſſe, Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſſurium Sabinum quam ad Plautium ſcripſit, refert.* Cum enim Maſſurii Sabini mentio fiat apud Pomponium, [*c*] qui ante Paulum fuit: fieri non potuit, ut ad eum ita mitteret libros, ut quos Cicero ad Q. fratrem aut ad Brutum miſit. Ex hoc Viglii argumento initium noſtra inveſtigatio cepit, & in Florentinis Pandectis permulta hujus ipſius rei veſtigia invenimus. Nullum autem majus eſt, quam quod eſt XLIX. capite [*d*] ad L. Falcidiam, quod ex libris Pauli ad Plautium ſumptum eſt: Plautii verba notis his notata ſunt, quibus nos in Pandectarum Florentinarum verbis utimur,* illi vero librarii in Prætorum, aut Principum verbis ab jureconſulto relatis. Eſt enim id in librariorum bonorum uſu, ut aliena verba nota quadam ad marginem adſcripta notentur. Florentina, qua & nos utimur, ab Iſidoro diple appellari videtur, quod duabus lineis in angulum coactis fiat: quo verbo Cicero libro VIII. epiſtularum ad Atticum utitur, cujus rei Victorius teſtis eſt: illud vero caput ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro XII. ad Plautium. Plautius ſervo, quem tibi legaveram, fundum legavi: Atilicinus, Nerva, Sabinus, primum in ſervo rationem legis Falcidiæ, habendam*, & cætera eiſdem notis notata ad illa verba: *Paulus. Caſſii ſententia utimur*: & quæ ſequuntur, quæ nullis notis notantur. Ex hoc capite XLII. [*e*] cognoſcimus de condicionibus & demonſtrationibus: quod ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro VIII. ad Plautium. Plautius. Rogatus eſt heres a liberto teſtatore, &c. Paulus. Hoc jure utimur.* Item quod proximum eſt, [*f*] ita incipit: IDEM *libro nono ad Plautium. Qui heredi dare juſſus eſt.* Deinde. *Plautius. uni eu heredibus fundum legavit, &c. Paulus: hoc jure utimur.* Adde IX. (*g*) de auro argento, quod Haloander Paulo libro V. ad Plautium adſcribit, ſed Florentiæ liber nonus eſt. Illud recte Haloander fecit, dum Pauli & Plautii atque aliorum juriſconſultorum nomina, quæ per ſe ſcripta ſunt, grandioribus litteris notat. Confirmat hoc idem de Plautio caput LXI. (*h*) de procuratoribus ſumptum ex libro I. ad Plautium, cujus initium eſt: *Plautius ait*, & XXII. (*i*) de damno infecto, quod eſt ex libro X. ad Plautium, cujus nomen eodem pacto accipiendum. Fallitur autem vehementer hac in re Accurſius, qui ſæpe teſtatorem, ſæpe Juriſconſultum Plautium appellat. Haloander intellexiſſe viſus eſt, niſi quod capite XIII. (*k*) *Qui potiores*, Nervæ & Proculi nomen nulla de cauſa grandioribus litteris ſcripſit: cum Pauli ſolum nomen ſcribendum foret. Nimis multa de Plautio ſcripſi, ad quem Paulus libros XVIII. Javolenus quinque Pomponius ſeptem ſcripſit: ad Vitellium venio, ad quem idem Paulus libros quattuor. Is Vitellius Sabinus appellatus eſt: ut capite XVIII. (*l*) de hæredibus inſtituendis cognoſcitur, quod etiam his notis exornatum eſt, de quibus ante ſcripſimus. Ejus verba ſunt hæc: PAULUS *libro I. ad Vitellium. Sabinus. Quæſitum eſt, ſi plus aſſe paterfamilias diſtribuiſſet*, & reliqua *Paulus. Eadem ratio eſt &c.* Totidem libros ad Neratium ſcripſit: & ſub titulo de donationibus inter virum & uxorem LXIII. capite (*m*) etiam in Norico libro poſt relata Neratii verba ſcribitur: *Paulus notat*, quod verbum crebrius tacetur, & intelligendum eſt, ut cap. CXL. (*n*) de verborum obligationibus quod ita illic ſcribitur: PAULUS li-

(a) *Alciat. in l. ult. ante primam C. Partem. & ante l. Eo. C. De usu. quod intereſt & ante prætermiſſa.*

[b] *Vigl. in princ. de her. inſt.*

(c) *L. 2. §. Hi duo. de orig. jur.*

(d) *L. Plautius. ad leg. Falcidiam.*

(e) *L. Plautius. de cond. & dem.*

[f] *L. Qui heredi. §. Plautius. e.*

(g) *L. Plautius. de auro argento leg.*

[h] *L. Plautius. de proc.*

(i) *L. Si proprietarius. §. ult. de damn. inf.*

(k) *L. Inſulam. qui potior.*

(l) *L. Quæſitum. de her. inſt.*

(m) *L. De eo. de don. int. vir.*

[n] *L. plurib. in princ. de verb. obl.*

* Notabantur enim ab Auguſtino verba Pandectarum Florentinarum, hac ad ſui libri marginem adſcripta nota »

libro tertio ad Neratium: pluribus rebus præpoſitis &c. Paulus. Sed verius & hic tres eſſe, & quæ poſtea: & capite XXIV. (*a*) de inſtructo, vel inſtrumento legato: PAULUS *libro III. ad Neratium. Fundus, qui locatus erat, legatus eſt cum inſtrumento: inſtrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus. An quod coloni fuit?* Quod caput non recte ab Haloandro in duo capita diviſum eſt, ſed ita ſcribendum, ut idem multa ſcribit. (*b*) Fuit autem Neratius Priſcus Proculianus Celſi patris auditor, (*c*) & ex ejus libris regularum, membranarum, & reſponſorum multa capita in Digeſtis exſtant. Ad Sabinum redeo, ad quem idem Paulus libros ſexdecim, Ulpianus unum & quinquaginta, Pomponius triginta quinque ſcripſit. Hic ille eſt Maſſurius Sabinus, qui publice primus reſpondit, (*d*) a quo Sabiniani appellati, qui ei in ſchola ſucceſſere. Quod non ſolum ex eo inſtitutionum loco cognovimus, (*e*) ſed ex inſcriptione hac primi capitis, de legationibus: ULPIANUS *libro VIII. ad Maſſurium Sabinum.* & ex ultima conſtitutione (*f*) ſub titulo de heredibus inſtituendis. Id etiam nos alio loco ex Gellii libro XI. deprehendiſſe teſtati ſumus (*g*) libro IV. cap. IV. Nam quod Gellius refert, Sabinum libro II. juris civilis ſcripſiſſe: id nos apud Ulpianum libro XLI. ad Sabinum reperimus: (*h*) eumque tres juris civilis libros ſcripſiſſe traditum eſt. Itaque in horum trium juriſconſultorum libris ad Sabinum, opinor notas, aut interpretationes quaſdam Sabinianorum librorum fuiſſe: apparentque ejus rei veſtigia frequentiſſime in Digeſtis, ut cap. XX. & XXVII. de contrahenda emptione [*i*] quorum alterum Pomponii eſt libro IX. alterum Pauli libro VIII. ad Sabinum, quod ne Haloander quidem recte edidit. Item ſub titulo de in diem addictione multis capitibus [*k*] recte ab Haloandro ſcriptis. Sic cap. XVII. (*l*) de heredibus inſtituendis, quod Ulpiani eſt libro VII. ad Sabinum, & cap. CLVIII. & L. de legatis libro III. [*m*] quæ ex libro XXIII. & XXIV. Ulpiani ad Sabinum ſunt. Sexcenta ſunt ſimilia, in quibus tamen facilius falli poſſumus, propterea quod non ſunt nominibus diſtincta, ut illa Neratii & Plautii. Eodem pacto de Juliani libris ad Urſejum Ferocem, & ad Minicium interpretabere; quod ex Ulpiani verbis intelligimus ſub titulo communi dividundo: [*n*] *Urſejus*, inquit, *ait, cum in communi ædificio vicinus nuntiavit.* & poſtea: *Julianus autem recte notat; ita demum hoc verum eſſe, ſi interfuit ædium hoc fieri.* Item cap. XLVIII. (*o*) de jure dotium, quod eſt ex libro II. ad Urſejum Ferocem poſt relata Urſei verba additur: *Julianus notat.* Et cap. XXXVI. (*p*) de ſolutionibus, quod eſt ex libro II. ad eundem dicitur: *Julianus notat; verius eſt me eam partem perdidiſſe:* quod non recte in Norico libro eſt: neque cap. CI. (*q*) de legatis. *Julianus notat*; quod eſt ex primo libro. De libris ad Minicium ſcribitur cap. LXI. (*r*) de rei vindicatione. Quod ita Florentiæ eſt: JULIANUS *libro VI. ex Minicio. Minicius interrogatus ſi quis navem ſuam aliena materia refeciſſet &c. Julianus notat.* Ex quo loco nihil intereſſe apparet ex Minicio, an ad Minicium; ex Sabino, an ad Sabinum ſcribatur. Sed tamen frequentius animadverti, hanc diſtinctionem locum habere, ut ſi verba veteris juriſconſulti ſola referantur, *ex* eo ſcribatur; ſi recentioris, aut ſola, aut cum illius *ad* eum. Quod in his, de quibus tam multis in re perſpicua agimus, locum habet: idem in Pomponii ad Q. Mucium libris eſt reſpondendum, cujus multa in libris de legatis referuntur: ut omnia illa pene, quæ Q. Mucii mentionem faciant, Pomponii in libris ad Mucium eſſe dicenda ſint. Unius tantum capitis exemplo contentus ero ſub titulo de auro, argento legato, numero XXXV. (*s*) Pomponii libro nono ad Q. Mucium. Quo quaſi dialogo colloqui videntur Mucius, & Pomponius. Hæc vereor, ne aliquibus longiora eſſe videantur; ſed qui ingentes noſtrorum interpretum commentarios, quibus unum, atque alterum caput interpretantur, evolverit: mirari deſinet, me de toto jure civili verba facientem, non multis chartis in multorum capitum interpretatione verſari.

(a) L. Fundus. *de fund. inſtr.*

(b) L. Quod filio. *mand.* l. Quod ſervus. *de pe-culio &c.*

(c) L. 2. *in fine. de orig. jur.*

(d) L. 2. *prope finem.*

(e) *In pr. de her. inſt. ubi Vigl.* l. 1. *de legation.*

(f) L. *ult.* C. *de hered. inſt. A. Gellius lib.* 11. *cap. ult.*

(g) *Lib.* 4. *cap.* 4.

(h) L. Fallit. §. Qui alienum. *de furt.*

[i] L. Sabinus. *l.* Qui a quolibet. *de contr. empt.*

(k) L. Ubi autem. §. Cum igitur. *l.* Sabinus. *l.* Quod autem. *de in diem addict.*

(l) L. Item quod Sabinus. *de her. inſt.*

(m) L. Cum filio. *l.* Librorum. *de legat.* 3.

(n) L. Si quis putans. §. *ultimo. comm. div.*

(o) L. Tati. *in fin. de jure dot.*

[p] L. Si pater. *de ſolut.*

(q) L. Ab omnib. §. In teſtamento. *de leg. pr.*

[r] L. Minicius. *de rei vind.*

(s) L. Scribit. *de auro & arg. leg.*

CAPUT VII.

Quam multa in jure civili totidem verbis ſcripta ſint.

NOn parum ad multorum capitum interpretationem pertinere arbitror, ſi quæ de eadem re dicuntur, in unum locum conferantur. Quod cum Irnerius, Joannes, Azo, Bulgarus, Accurſius magni nominis viri animadvertiſſent, in ea re toti fuerunt, ut ſimilibus contrariiſque locis adſcriptis faciliorem juris civilis cognitionem efficerent. Laudandum id quidem fuit, ſi intra eum modum cæteri conſtitiſſent; nunc vero nimio quodam amore noſtram artem juvandi, ingenti librorum mole oppreſſa magis, quam ſublevata eſſe videtur juris prudentia. Et Juſtinianus quidem ait, (*t*) ſimiles ſe quoſdam locos reliquiſſe, quoniam neceſſe erat propter rerum cognitionem ſub duobus titulis idem ſcribi: aut cum eſſet aliis rebus permixtum id, detrahi non potuit, ne confuſius, aut obſcurius traderentur res, quam ab ipſis eſſent auctoribus tractatæ, aut quod facile fuit in tantis voluminibus humano ignoſcendoque errore labi. Hos ego locos, & ſi non omnes, hic ſcribendos exiſtimavi, propterea quod ex ſingulorum capitum inſcriptionibus cognoſcimus eſſe ex eiſdem libris ſumptos: & ſi quid mutatum, aut mendoſum eſt, nullo periculo aut emendatur, aut intelligitur. Hujuſmodi ſunt permulta ſub titulis de verborum ſignificatione, & de diverſis regulis juris. Sunt autem hæc: Sub priore caput LXXVI. (*u*) PAULUS *libro LI. ad edictum. Dediſſe in-*

(t) L. 2. §. Si quid autem. C. *de vet. jur. en.*

(u) L. Dediſſe. *de verb. ſig.*

tel-

telligendus eſt etiam is, qui permutavit, vel compenſavit. Eadem inſcriptio, & ſententia eſt capite XIX. (*a*) de liberali cauſa: ex quo interpretandum hoc eſt. Item caput CIV. (*b*) MODESTINUS *libro II. excuſationum.* ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Eadem verba ſunt cap. II. de excuſationibus, (*c*) quod nemo animadvertit, propter inepti interpretis errorem, qui τὰ τέκνα altero loco *liberos*, altero natos vertit: cum utroque *liberos* ſcribere debuiſſet, quod nos alio loco diximus. [*d*] Adde caput CLXVII. (*e*) ULPIANUS *libro XXV. ab Sabinum. Carbonum appellatione materiam non contineri.* quæ verba nimis dure excerpta ſunt ex LIII. (*f*) capite libri III. de legatis: quod ex eodem Ulpiani libro eſt. Sed illic ita ſcribitur: *Si lignum ſit paratum ad carbones coquendas, atque conficiendas* (ſic enim Florentiæ eſt) *ait Ofilius libro quinto juris partiti, carbonum appellatione huiuſmodi materiam non contineri.* Cæteræ quoque partes, ſi comparentur, apertiorem efficient utriuſque capitis mentem: quibus utroque loco additum Pauli caput eſt libro IV. ad Sabinum. (*g*) Sub titulo de diverſis regulis juris caput XXX. (*h*) ULPIANUS *libro XXXVI. ad Sabinum. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.* Idem Ulpianus ait cap. XV. (*i*) de condicionibus, & demonſtrationibus; ſed libro XXXV. ad Sabinum, non ſexto: in quo arbitror, aut Pandectarum librarium, aut nos erraſſe. Exemplum quidem certe illi regulæ aptum illic eſt, quo Conſtantinus quoque Harmenopulus utitur libro IV. titulo II. Similis error ſuperiori eſt cap. XLVII. (*k*) quod Ulpiani nomine libro XXX. ad edictum inſcribitur: cum tamen illa verba *ſocii mei ſocius, meus ſocius non eſt.* capite XX. (*l*) pro ſocio libro XXXI. ſcripta fuiſſe dicantur; ejuſmodi tamen errores movere nos non debent. Caput vero LXXI. (*m*) quod Florentiæ poſt LXXII. eſt, & ultimum caput de uſuris, ita ſcribitur: JAVOLENUS *libro III. ex poſterioribus Labeonis. Fructus rei eſt vel pignori dare licere.* Et LXXXI. (*n*) interpretandum eſt per LXVI. (*o*) mandati: eſt enim utrumque Papiniani libro tertio reſponſorum. Initium vero LXXXV. capitis (*p*) eſt cap. LXX. [*q*] de jure dotium, utrumque Pauli eſt libro VI. Quæſtionum. Illud animadvertendum eſt, quam appoſite caput XIX. (*r*) de re judicata, capite CXXXIII. (*s*) de diverſis regulis juris declaretur, quod ex eodem libro ſexto Pauli ad Plautium ſumptum eſt. Dicitur illic eum, qui donationis cauſa convenitur, in quantum deducto ære alieno facere poteſt, condemnandum. *Et inter eos*, inquit, *quibus ex ſimili cauſa pecunia debetur, occupantis potior erit cauſa, immo nec totum, quod habet, extorquendum ei puto: ſed & ipſius ratio habenda eſt, ne egeat.* Extremam hujus capitis partem non ad eum ſolum referri, qui donationis cauſa conveniatur: ex illa juris regula intelligimus. Sic CLV. (*t*) caput (ſequor autem numeros Noricæ & vulgaris ſcripturæ, non ut antea ſcribi hæc capita oportere ſcripſimus) illud itaque caput per L. (*a*) de condicion. & demonſtration. interpretabimur: ſunt enim ex libro VII. Differentiarum Modeſtini deſcripta. Caput vero CLVII. (*b*) ita ſcribendum eſt: MODESTINUS *libro ſingulari de ritu nuptiarum. Semper in conjunctionibus non ſolum quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit:* quamvis Haloander dubitet *conventionibus*, an *conjunctionibus* ſcribendum ſit. Hoc enim & inſcriptio oſtendit, & caput XLII. (*c*) de ritu nuptiarum ex eodem libro exſcriptum, & Conſtantinus ita ſcribens libro IV. titulo VI. *ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς ζητοῦμεν.* Item capitis CLXVIII. [*d*] initium ex libro XV. ad edictum Ulpiani, ex quo etiam eſt cap. XIII. (*e*) de hereditatis petitione, ubi idem dicitur. Caput autem CLXXXIII. (*f*) & XIV. (*g*) de legibus ſunt ex libro LIV. Pauli ad edictum. Emendandum vero eſt cap. CXCIV. (*h*) Ulpiani libro LXIX. ad edictum ex capite I. de vi, & de vi armata, hoc pacto. *Dejecit, & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur.* Nam illo capite I. dicitur: *Dejeciſſe autem is videtur, qui mandavit, vel juſſit, ut aliquis dejiceretur.* Et poſtea. *Sed & ſi quod alius dejecit, ratum habuero, ſunt qui putant ſecundum Sabinum & Caſſium, qui ratihabitionem mandato comparant, me videri dejeciſſe, interdictoque iſto teneri, & hoc verum eſt: rectius enim dicitur, In maleficio ratihabitionem mandato comparari.* Vulgo autem erratum eſt in illo altero capite. Capite quoque CXCVIII. [*i*] quod dicitur: *Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit:* cap. I. de ſuperficiebus reperitur: utrumque eſt Ulpiani libro LXX. ad edictum. Initium vero proximi capitis (*k*) eſt etiam cap. XI. (*l*) quod vi, aut clam: ex libro LXXI. Ulpiani ad edictum. At CCVII. caput, (*m*) Ulpiani eſt libro I. ad L. Juliam & Papiam, ut XXV. (*n*) de ſtatu hominum. Hæc iiſdem inſcriptionibus ſub illis titulis reperi, atque aliis locis fuerant ſcripta. Sunt etiam non pauca ſimilia a diverſis jure conſultis ſcripta, ut cap. XXIV. (*o*) de verborum ſignificatione. Caii libro VI. ad edictum provinciale, & LXII. (*p*) de diverſis regulis, Juliani libro VI. Digeſtorum. Item LXV. (*q*) regula ejuſdem libro LIV. Digeſtorum & cap. CLXXVII. (*r*) de verborum ſignificatione, Ulpiani libro XLVII. ad Sabinum. Sed & ſub eodem titulo capite CCXIII. (*s*) Ulpiani libro I. regularum dicitur: *Lata culpa eſt nimia negligentia, id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt;* & CCXXIII. (*t*) PAULUS *libro II. ſententiarum. Latæ culpæ finis eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt;* & ſub titulo de diverſis regulis, quod dicitur cap. CXXXVIII. (*u*) Pauli lib. XV. ad Plautium, invenies cap. CLXXI. (*x*) ejuſdem lib. XXI. ad edictum. Item ſimilia ſunt caput XXIX.

(a) L. Vel permutavit. *de lib. cauſ.*
[b] L. Natorum. *de verb. ſig.*
(c) L. 2. §. Non ſolum. *de excuſ.*
[d] *Lib. ſing. ad Modeſtin.*
[e] L. Carbonum. *de verb. ſig.*
(f) L. Ligni. *in fine. de legat. 3.*
(g) L. Pali. *de verb. ſig. & de legat. 3.*
(h) L. Nuptias. *de reg. jur.*
(i) L. Cui fuerit. *de cond. & dem.*
[k] L. Conſilii. *in fine. de reg. jur.*
(l) L. Nam ſocii. *pro ſocio.*
(m) L. Fructus. *de re jud. Labt. de uſur.*
(n) *Leg.* Quæ dubitatio.
(o) L. Qui mutuam. *man.*
(p) L. In ambiguis.
(q) *Leg.* In ambig. *de jur. dot.*
[r] L. Inter eos. *in fine. de re judic.*
(s) L. In condemnatione. *de div. reg. jur.*
(t) L. Expreſſa. *ead.*

(a) L. Nonnunq. *de cond. & dem.*
[b] L. Semper. *de reg. jur.*
(c) L. Semper. *de ritu nupt.*
(d) L. Nemo prædo.
(e) *Leg.* Nec ullam. §. Si quis ſciens. *de her. pet.*
(f) L. Quod contra.
(g) L. Quod vero. *de legib.*
(h) L. Hoc jure. *L. 1.* §. Dejeciſſe. *de vi, & de vi arm.*
(i) L. Invitus. *de reg. jur. l. 1. de ſuperf.* §. Is autem.
(k) L. Ad ea.
(l) L. Is qui in puteum. §. Si tutoris. *quod vi aut clam.*
(m) L. Res judicata.
[n] L. Ingenium. *de ſtatu hom.*
[o] L. Nihil eſt aliud. *de verb. ſign.*
(p) L. Hereditas. *de regul. jur.*
[q] L. Ea eſt natura.
(r) L. Natura. *de verb. ſign.*
[s] L. Cedere. *in fin. eod. tit.*
(t) L. Latæ. *eod.*
[u] *Leg.* Cum principalis. *de reg. jur.*
(x) L. Nihil. *in fin. eod.*

(*a*) Pau-

(*a*) Pauli libro VIII. ad Sabinum. & CCX. (*b*) Licinnii Rufini libro II. regularum. In quibus diligentiam Triboniani deſideramus. Alia non pauca, [*c*] quæ ſub illis titulis dicuntur, & etiam Digeſtorum locis non ab eiſdem conſultis ſcripta reperiuntur: quoniam ab inſcriptionum utilitatibus aliena ſunt, prætermitto.

Sed ad cæteras Digeſtorum partes venio, quæ ſimilitudine hac intelligi facilius poſſunt. Ut ſi quæras cap. VI. (*d*) de legibus exemplum reperies facile cap. VII. (*e*) ſi pars hæreditatis petatur: utriuſque inſcriptio & emendatio Haloandro debetur, apud eundem reperies ex eodem loco acceptum VII. caput (*f*) de rerum diviſione, & VI. (*g*) de religioſis. Item ultimum de officio Prætorum & V. (*h*) de officio Præſidis quorum tamen altero Prætor, altero Præſes provinciæ tutorem ſe, aut judicem dare prohibetur. Sed & caput quartum de officio Præſidis ita ſcribendum eſt: ULPIANUS *libro XXXIX. ad edictum. Præſes provinciæ majus imperium in ea provincia habet omnibus poſt principem*: & VIII. [*i*] de officio Proconſulis ita: ULPIANUS *libro XXXIX. ad edictum. Et ideo majus imperium in ea provincia habet omnibus poſt principem*: loquitur autem hoc loco Ulpianus de Proconſule, illic de præſide. Haloander in librorum numero errat, & quod ob eam, ut opinor, repetitionem, ait deeſſe alicubi duo illa capita de officio Præſidis. Errat etiam in inſcriptione capitis IV. (*k*) de officio adſeſſorum, quod caput, quoniam de ejus ſcriptura a multis dubitatur, (*l*) ita ſcribendum, ut in Tuſco libro eſt: PAPINIANUS *libro quarto Reſponſorum. Diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis, quod a legatis præſtitutum eſt debetur: modo ſi non poſtea comites cum aliis eodem tempore fuerunt.* Apud Ulpianum vero libro XXXII. ad edictum (*m*) ita ſcribitur: *Papinianus, quoque libro quarto Reſponſorum ſcripſit, diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis præſtandum, modo ſi non poſtea comites cum aliis eodem tempore fuerunt.* Haloander *libro III.* pro *quarto* edidit. In Florentino libro, quod capite IV. (*n*) de his, qui notantur, de prævaricatore dicitur, aliquod litteris mendoſe ſcriptum eſt; emendari autem poteſt per caput I. de prævaricatione, quod ex eodem libro Ulpiani eſt. Item capitis XXI. (*o*) de minoribus inſcriptio emendanda in Noricis libris propter caput X. [*p*] de judiciis: eſt enim utrumque ex Ulpiani libro X. ad edictum. Et initium X. capitis [*q*] de uſufructu earum rerum, ita ſcribendum eſt: ULPIANUS *libro LXXIX. ad edictum. Quoniam pecuniæ uſus aliter amitti non poteſt, quam his caſibus.* Sic enim eſt cap. VII. (*r*) *Uſufructuarius quemadmodum.* Illud apte diviſum eſt, quod cap. XVII. (*s*) de ædilicio edicto, & LXVII. (*t*) de furtis ex libro I. Ulpiani ad edictum ædilium ſumptum eſt: utroque enim loco eadem ratio diverſis exemplis adfertur. Caput vero quartum [*a*] de pignoribus, & eodem numero de fide inſtrumentorum (*b*) totidem pene verbis deſcripta ſunt ex Caii libro ſingulari de formula hypothecaria: hoc enim pacto is liber adfertur, non ad formulam Triboniani, aut collegarum. Ille error eſſe videtur, quod ſub titulo de jure dotium duo capita ejuſdem ſententiæ ex Javoleni libro VI. poſteriorum Labeonis ſcripſerint LXXX. (*c*) & LXXXIII. (*d*) Item ſub titulo de re judicata XVIII. (*e*) & initium VI. (*f*) quæ Ulpiani ſunt libro LXXI. ad edictum. Recte autem ſcriptum eſt, & conferri poteſt caput quartum [*g*] de obligationibus & actionibus & ultimum de extraordinariis cognitionibus, quæ ſunt Caii libro III. rerum cottidianarum ſive aureorum. Hæc ſunt quæ ab uno libro accepta, duobus Digeſtorum locis ſcripta animadverti. A diverſis vero inveni hæc. Relata eſt apud Pomponium libro XXVI. ad Sabinum, (*h*) Celſi ſententia: eam repperimus cap. XXXIII. (*i*) de pactis. Item Marcelli apud Paulum libro III. ad Sabinum, [*k*] capite nono (*l*) de ſervitutibus prædiorum urbanorum, quod in Pandectis Florentinis X. eſt, quoniam primum eſt, quod aliis libris ultimum ſub titulo de ſervitutibus. Juliani quoque libro LXXXVI. Digeſtorum apud Ulpianum libro XXXII. [*m*] & XVIII. (*n*) ad edictum, de ſutore, qui forma calcei cervicem pueri percuſſit, & oculus ei effuſus eſt: cujus rei ſimile quiddam Alexandro Philippi F. Magno eveniſſe dicitur, (*o*) ut oculorum caliginem ob lapidis eodem loco ictum paſſus ſit. Sexti quoque Pedii de æſtimatione rerum opinio apud Paulum libro II. ad Plautium, (*p*) & libro II. ad L. Juliam & Papiam [*q*] refertur. At de eo, qui a furioſo pecuniam accepit, apud Pomponium libro VI. ex Plautio, (*r*) & libro ſingulari regularum (*s*) eadem fere dicuntur. Sub titulo de peculio capite ultimo Scævola libro VI. Digeſtorum reſpondiſſe ſe ait idem quod capite LIV. [*t*] ex libro primo reſponſorum accepto reperitur: in quo Tribonianus erravit. Item ſub titulo de diſtractione pignorum extremum caput Florentiæ hoc eſt: SCAEVOLA *libro ſexto Digeſtorum. Arbitri dividundæ hereditatis inter heredes cum corpora hereditaria diviſiſſent nomina quoque communium debitorum ſeparatim diverſa ſingulis in ſolidum adſignaverunt: quæſitum eſt, an unuſquiſque eorum debitore ſibi addicto ceſſante in ſolutione pro ſolido* [*u*] *pignus ſub eo nomine obligatum vendere poſſit? Reſpondit potuiſſe:* hoc caput Haloander omiſit, quoniam quidem XI. [*x*] capite ejuſdem Scævolæ libro I. reſponſorum idem ſcriberetur & ſub titulo de uſuris, quod Modeſtinus ait libro IX. differentiarum [*y*] *equis per fideicommiſſum legatis, poſt moram heredis fœtus quoque debentur:* ex Papiniano antea libro VII.

Re-

(a) *Leg.* Quod initio. (b) *L.* Quæ ab initio. [c] *L.* Tigni. *de verb. ſign. l.* tigni. *ad exh. l.* adeo. §. Appellatione. *de adq. rer. dom. l.* aliud. *de verbor. ſign. l.* non videtur. *de reg. jur. l.* meo. *de verb. ſign. l.* ſi legatus. §. Si quis bona. *ad S. C. Treb. l.* morbus. *de verb. ſig. l.* quæſitum. *de re jud. l.* commendare. *de verb. ſig. l. L.* Titius. *de poſt. l.* pupillus. §. Servo. *de verbor. ſign. l.* libertas. *de ſtatu hom. l.* jure. *de div. regul. jur. l.* nam hoc. *de cond. ind.*

(d) *L.* Nam ad ea. *vel potius* τὸ γρα. *de leg.*

(e) *L.* Antiqui. *in fin. ſi pars her. pet.*

[f] *L.* Sed divi fratres. *de rer. div.*

[g] *L.* Vel quod. *in f. de relig. l. ult. de offic. Præt.*

[h] *L.* 5. *de off. Præſ. l.* 4. *de offic. præſ.*

[i] *L.* Et ideo. *de off. procoſ.*

[k] *L.* Diem functo. *de off. adſ.*

(l) *Alciat. lib.* 4. *cap.* 20. *diſp.*

[m] *L.* Sed addes. §. *ult. locat.*

(n) *L.* Athletas. §. Calumniator. *de his qui not. inf. l.* 1. *de prævaric.*

(a) *L.* Contrahitur. *de pignor.*

[b] *L.* In re. *de fide inſtr.*

(c) *L.* Si debitor. 1. *de jure dot.*

(d) *L.* Si debitor. 2. *eod.*

(e) *L.* Item miles. *de re judic.*

(f) *L.* Miles. *in pr. eod.*

(g) *L.* maleficio. §. Si judex. *de oblig. & act. l. ult. de extr. cogn.*

(h) *L.* Avos. *de pactis dotal.*

(i) *L.* Avus. *de pactis.*

(k) *L.* Si is qui binas. *de uſurp.*

[l] *L.* Caurus. *de ſervit. præd. ſur.*

[m] *L.* Item quæritur. §. Item Julianus. *locati.*

[n] *L.* Sed & ſi. *in fine. ad l. Aquil.*

(o) *Plutarc. in Alexand. vita.*

(p) *L.* Si ſervus. *ad l. Aquil.*

[q] *L.* Pretia rerum. *ad l. Falc.*

(r) *L.* Si a furioſo. *de reb. cred.*

(s) *L.* Si a furioſo. *de obl. & act.*

(t) *Solvendo.* Fl.

a

(u) *L.* Filioſ. *l. ult. de pecul. l. ult. de diſtr. pign.*

[x] *L.* Arbiter. *de diſtr. pign.*

[y] *L.* Equis. *de uſur.*

(o) *L.* Deſtitiſſe. *de min.* [p] *L.* Deſtitiſſe. *de jud.* [q] *L.* Quoniam. *de uſufr. ear. rer.* [r] *L.* Si uſusfructus. *in fin. uſufr. quemad.* (s) *L.* Quid ſit fugitivus *de æd. ed.* (t) *L.* Qui ea mente. *de furtis.*

Digitized by Google

Reſponſorum fuerat relatum. [a] Illud præterea reperi ſub titulo ad S. C. Tertyllianum [b] cujuſdam Severi conſtitutionis verba ab Haloandro & Accurſio non animadverſa. Sunt autem eadem cap. II. qui petant tutores; hoc pacto. *Divus Severus Cuſpio Rufino. Omnem me rationem adhibere ſubveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo; & ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis, rejectiſve, non confeſtim aliorum nomina dederit, jus non habeat vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum:* quæ verba non recte in Norico libro ſunt. Ejuſdem Severi, & Antonini conſtitutio refertur cap. VI. (c) de excuſationibus, & XI. de muneribus. (d) quod alio loco a nobis ſcriptum eſt. Jam vero Scævolæ reſponſum, quod ex libro V. reſponſorum extat cap. XXIV. (e) de appellatione apud eundem libro XXV. Digeſtorum relatum eſt. (f)

Hæc habui, quæ in hoc genere animadvertenda putarem. Valde enim utile exiſtimavi, quod apud Scævolam [g] Julianus feciſſe dicitur, duobus capitibus commixtis interpretationem facere. Itaque non ſolum Digeſta inter ſe comparanda, ſed & inſtitutiones ad Digeſta, & ad conſtitutionum codicem conferendas curavi: in quo mirum in modum Florentinis libris adjutus ſum, quod alio tempore omnibus patefaciam. Nunc illud etiam Conſtitutionibus addam collegiſſe me quaſdam ſub diverſis titulis repetitas: quinque quidem ſub titulo de ſacroſanctis eccleſiis ſimul, ſunt extremis codicis illius libris repetitæ. (h) At trigeſima nona [i] ſub titulo de epiſcopis & clericis, eſt etiam ſub titulo de pactis XXIX. (k) ex qua illi eſt dies, & conſul addendus, qui in Noricis libris deeſt, & ex ultima de officio diverſorum judicum, conſtitutioni II. de proximis ſacrorum ſcriniorum. [l] Illud miror non eandem eſſe X. de pactis (m) & I. de pactis conventis. Poteris autem ex libro II. Codicis Theodoſiani diem & coss. addere conſtitutioni extremæ de incolis, & XIII. de dignitatibus. Sunt aliæ non paucæ, quæ ex illo codice locupletari, interpretarique queant: quod nos aliquando oſtendemus. Sed ut ad illam repetitionem revertamur: nolim quemquam Triboniani conſilium reprehendere: cur toties bis eadem ſcripſerit. Sunt enim permulta neceſſario ſeparatis tractatibus ſcribenda; ſunt alia, quæ illa repetitione memoriæ mandantur. Idque videmus delectationis cauſa poetas feciſſe.

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine (n) dicunt.

Et alio loco:

Littoreis ingens inventa ſub illicibus ſus.

in quo Romanus vates Græcum imitatus eſt. Unde illud noſtri Martialis eſt. (o)

Edita ne brevibus pereat mihi charta libellis,
Dicatur potius τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

(a) L. Equis. *eod.*
(b) L. 2. §. Si mater non petierit. *ad. ſ. c. Tert.* l. 2. §. Divus. *qui petant tut. lib. ſing. ad Modeſtinum.*
(c) L. Si duas. §. Sed & reprobari. *de excuſat.*
[d] L. Ut gradatim. §. Reprobari. *de muneribus.*
(e) L. Negocium. *de appell.*
[f] L. *ult. de re judic.*
(g) L. Gallus. §. Ille caſus.
[h] C. *de ſacroſanct. eccleſ.* l. Ad inſtructiones. l. Abſit. *de priv. do. An. lib.* 11. l. Sacroſancta. l. *ult.* C. *de annonis. & trit. lib.* 10. l. qui ſub præ. l. unde collegiatis *lib.* 11. l. Jubemus nullam. l. 2. C. *de navi non excuſ. lib.* 11. l. nemինem. l. 2. *de urb. muner. lib.* 10. & l. nullus. *de curſu pub. lib.* 12.
(i) L. Si quis in conſcribendo. *de epiſcopis & cler.*
(k) L. Si quis. C. *de pact.*
(l) L. *ult.* C. *de off. div. jud.* l. 2. C. *de proximis ſacror. ſcrinior. lib.* 12.
(m) L. Legam. C. *de pact.* l. 1. C. *de pact. conven.* l. mulieres. *in* C. *Theod. de juriſdictio.* l. *ult.* C. *de incolis lib.* 10. l. mulieres. C. *de dignitatib. lib.* 12.
(n) *Verg.* 1. & 3.
(o) *Lib.* 3. & 8.

CAPUT VIII.

De aliis inſcriptionum utilitatibus.

Cajus libro quarto ad L. XII. Tabularum ſcribit: (p) *Sodales ſunt, qui ejuſdem collegii ſunt, quam Græci* ἑταιρείαν *vocant. His autem poteſtatem facit lex pactionem quam velint, ſibi fore: dum ne quid ex publica lege corrumpant.* Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata eſſe. Nam in luc ita eſt ἐὰν δὲ δῆμος &c. Hæc Caii verba nunquam recte ſcripta ſunt, quoniam ſine illa inſcriptione, de qua lege ageretur, vix eſſet, qui ſuſpicaretur: (q) Nunc nihil apertius eſt, quam lege XII. tabulatum Sodalitates permiſſas, idque translatitium eſſe ex Solonis lege. Item apud Pomponium libro VII. epiſtularum: (r) ita ſcribitur: *Apud Julianum ita ſcriptum eſt: hæres rogatus ſervum manumittere,* & quæ ſequuntur. Deinde. *An hæc vera putes? Nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum, & ſeptuageſimum annum ætatis duxi: memor ſum ejus ſententiæ, qui dixiſſe fertur:* κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. Nemo eſt qui non opinetur hæc Pomponii verba fuiſſe, item hanc præclaram ſententiam, Juliani. Ego vero omnia ejus, qui per epiſtulam id a Pomponio petierat. Græcam autem ſententiam veteris alicujus philoſophi fuiſſe arbitror, cui ſimilem Lucianus neſcio quo libello refert. Pomponii autem reſponſum illud eſt: *Belliſſime Ariſto, & Octavenus putabant,* & quæ poſtea ſunt. In hanc ſententiam me & inſcriptio, & Florentina ſcriptura ducunt. Sic etiam arbitror ex inſcriptione interpretandum eſſe caput CCXVI. (s) de verborum ſignificatione, cujus verba ſunt hæc; ULPIANUS *libro primo ad legem Æliam Sentiam. Verum eſt eum, qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori ejus vincula ſint adhibita.* Si ſervus ob delictum a domino vinctus fuiſſet, poſtea manumiſſus, dediticiam libertatem conſequebitur ex lege Ælia Sentia. [t] Exiſtimat Ulpianus locum non habere legem ſi carcere incluſus ſit: cum tamen alio loco dicatur nihil intereſſe, parietibus quis, an compedibus teneatur. (u) Hujuſmodi multa Digeſtorum capita interpretari poſſunt: ut quæ ex libris ad L. Juliam, & Papiam ſub illo ipſo titulo de verborum ſignificatione, & ſub titulo de ritu nuptiarum ſcripta ſunt. Huc accedit quod nonnumquam referri illos libros videas, ut Novella CVIII. (x) Papinianus libro XIX. quæſtionum: (y) & ejuſdem reſponſum (z) conſtitutione VIII. (aa) de inſtitutionibus, & libro XI. reſponſorum: (bb) apud Marcianum libro ſingulari ad formulam hypothecariam. (cc) Marcianus idem in inſtitutionibus apud Juſtinianum ſub titulo de L. Aquilia: [dd] eſt autem id quod refert apud illum VII. libro inſtitutionum. (ee) Item Cajus ab Juſtiniano rela-

(p) L. *ult.* *de coll. & corp.*
(q) *Sic l. ult. fin. reg.*
(r) L. Apud Julianum. *de fideic. lib.*
(s) L. Verum eſt. *de verb. ſign.*
(t) §. *ult. de libertinis. ubi Theoph. Paulus lib. 4. ſent. tit. de manum. Alc. lib. 1. cap. 36. par.*
(u) L. Succurritur. *ex quib. cauſ. maj.*
(x) *Auth. de reſtitut. in princ.*
(y) *Titius ad Treb.*
(z) *Leg.* Cum pater. §. Vicos. *de leg.* 2.
(aa) L. Si teſtamentum. C. *de inſtit. vel ſubſt.*
(bb) *l. 3. in princ. Dig. qui potio.*
(cc) *Leg.* Creditor. §. Papinianus. *eod. tit.*
(dd) *Inſtit. de L. Aquil.*
(ee) *Leg.* Legatis. §. Pecorib. *de leg.* 3.

latus eſt in interpretatione legis XII. tabularum ſub titulo de publicis judiciis libro IV. inſtitutionum. (*a*) eſt libro primo ad L. XII. Tabularum, ut ex CCXXXIII. [*b*] capite de verborum ſignificatione cognoſcitur, ex quo totus ille inſtitutionum locus emendandus eſt; quod nos aliquando diximus. (*c*). Ad eorum, quæ ſcripſimus, ſimilitudinem, poſſunt ſexcenta alia conſcribi. Illud addam, quod non mediocris utilitatis exiſtimari oportet: ejusmodi inſcriptionibus reperiri facile poſſe in ſententiis Pauli, & Caii inſtitutionibus quæ hodie exſtant, veram multorum locorum interpretationem. Licuiſſet utinam per tam multas multarum nationum ferocium, & barbararum in Latinum nomen incurſiones, ut ſi optimis Sulpitii, Aquilii, Bruti, atque Mutiorum libris caruiſſemus, item eorum, quos hi, ex quibus Pandectæ conſtant, in ore ſemper ferunt, Sabinorum, Labeonis Proculi Celſi utriuſque, aut Nervæ: at his ipſis frui licuiſſet, Papiniani, Ulpiani, Pauli, Juliani, & Scævolæ. Ex his enim Pauli & Caii reliquiis quantam jacturam fecerimus, cognoſcimus. Sunt autem hi ſententiarum & inſtitutionum libri ita mendoſi, & mutili, ut non minorem indignitatem quam utilitatem (quæ tamen magna eſt) lector his legendis ferat. Quæ vero hinc ob inſcriptiones reperimus in libris ſententiarum; namque hi minus mendoſi ſunt, uno loco collegimus: ex his utiliora ſunt hæc. Nam licet ad Digeſtorum emendationem prohibuerit Juſtinianus eis libris uti: [*d*] ad interpretationem certe, & antiquitatis cognitionem uti licet. (*e*)

(a) §. Item. *l.* Cornelia. *de jub. jud.*
(b) *L.* Si calvitur. §. Telum. *de verb. ſign.*
(c) *Lib.* 2. *cap.* 5.
(d) *L.* 1. & 2. *C. de vet. jur. en.*
(e) *Vigl. in princ. de teſtam.*

Et principio caput XIV. (*f*) de ſtatu hominum, quo dicitur non eſſe eos liberos, qui contra formam humani generis converſo more procreantur; ex libro quarto Sententiarum Pauli titulo de inteſtatorum ſucceſſione eam accipit interpretationem, ut cum S. C. Tertylliano, mater ingenua trium liberorum jus habens, aut libertina quattuor, ad filii bona admittatur: (*g*) ſi mulier monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, in eum numerum liberorum id non numeretur. At partus, qui membrorum officia ampliavit, quia aliquatenus videtur effectum [ſic enim ſcribendum eſt] matri prodeſt. Capite XXXVIII. [*h*] de pœnis, quod dicitur: *Judices pedanei, ſi pecunia corrupti dicantur, plerumque a præſide, aut curia ſummoventur:* id Pauli interpres libro V. Sententiarum titulo ad L. Juliam repetundarum ita interpretatur, ut pedanei judices ſint, qui ex delegatione cauſas audiunt; quod Alciatus noſter probat libro I. παρέργων [*i*] licet Digeſtorum locum eſſe non dixerit: tamen ut rem multis juris civilis locis convenientem refert. Sed & totum fere illud caput ex eo libro V. eſt, qui Florentiæ eſt inſcriptus. Nam licet capitis initium non repererim: quod de auctoribus ſeditionis dicitur, illic ſub titulo de ſeditioſis eſt; & quod de abortionis, aut amatorio poculo, ſub titulo de ſicariis & veneficiis: De eo, qui teſtamentum aperuit, ſub titulo ad L. Corneliam teſtamentariam, & quæ de inſtrumentis poſtea ſcripta ſunt. Emendandum autem eſt, quod illic pro interpretatione ponitur ſeptimæ ſententiæ, & ut Pauli ſententia ſcribendum. Similis error eſt ſub titulo de fiſci advocato. Interpretatio enim tertiæ ſententiæ reperitur in Digeſtis ſub titulo de heredibus inſtituendis cap. LXXXIX. [*k*] In quo etiam Gratianus magni nominis vir errat, (*l*) quem errorem mirandum non eſt deprehendiſſe adhuc neminem: eſt enim nuper hic ſententiarum liber editus, & a Gratiano Theodoſianus codex appellatur. Cujus appellationis ea cauſa eſt, quod nuſquam hæ ſententiæ extent ſine conſtitutionibus Theodoſianis. Itaque Gratianus non ſolum in libri nomine errat, ſed quod non diſtinguit verba Pauli ab ejus interprete, ſed ut apertioribus interpretis verbis libentius utitur. Nam quod ab eo ſcribitur, *propter ſuperfluam appellatorum ſententiam &c.* interpretis verba ſunt ſententiæ primæ tituli De cautionibus, & pœnis appellationum, libri quinti ſententiarum: ex eo autem loco emendandum eſt, ut non *apud judicem appellare*, ſed *judici* ſcribatur: neque *ad judicem, ad quem provocaverit*, ſed *quem:* eſt enim utrunque genus loquendi elegantius. Quod vero poſtea dicitur: *Habita dinumeratione XX. milium diurnorum per ſingulos dies computetur*: aut in vulgaribus ſententiis deeſt, aut Gratianus addidit ex cap. III. (*m*) de verborum ſignificatione. At illud *ab eo, quo appellatum eſt*, (*n*) & reliqua ſumpta ſunt ex titulo de dimiſſoriis litteris: & inter Pauli verba illud ex interprete inſertum eſt. Iſta jam ſuperius ſub titulo de cautionibus & pœnis appellantium interpretata ſunt. Indicabat autem interpres illum locum, ex quo Gratianus priora illa ſumpſerat: Sed in eo deceptus eſt vir minime malus, quod omnia unius eſſe verba credidit. Interpretis quoque illa verba ſunt, *Quicunque non confidentia juſtæ cauſæ* (*o*) *&c.* ſub titulo de reddendis cauſis appellationum; in quibus emendandum eſt, ut non *ne abiiciatur appellare, voluerit*, ſed *ne addicatur*, ut illic eſt, ſcribatur. De quo verbo alio loco ſcripturus ſum. (*p*) Ex interprete etiam & Paulo accepit, quæ poſtea ſcribit (*q*) titulo poſt provocationem quid obſervandum ſit, & titulo de meritis appellationum. Sed ut in his optimi viri & docti temporum culpa errent, facile ferendum eſt; nos ad noſtra Digeſta revertamur. Et in Noricis libris emendari etiam debet inſcriptio XLVIII. capitis (*r*) De minoribus ut non *libro III.* Sententiarum, ſed *primus* ſcribatur. Sic enim Florentiæ eſt, & ejus initium eo libro reperitur. Quod vero XXIV. [*s*] idem liber inſcribitur; non arbitror ad totum caput pertinere, quippe quod non ſententiis conſtet, cujus item initium ſolum extat. Ejuſmodi ſunt, quæ ex inſcriptionibus elici poſſunt: quibus illud etiam cognoſcetur, quo ordine edictum perpetuum, cujus optimus interpres Ulpianus eſt, conſtitutum fuerit: Id in li-

(f) *L.* Non ſunt liberi. *de ſtatu hom.*
(g) *Inſt. de S. C. Tertyll. in princ.*
[h] *L.* Si quis aliquid. §. Judices. *de pœnis.*
(i) *cap.* 41.
(k) *L.* Imperatorem. *de her. inſt.*
(l) *cap.* Propter. & *ſeqq.* 2. *q.* 6.
[m] *L.* Itinere. *de verb. ſign.*
(n) *cap.* Ab eo. 2. *q.* 6.
(o) *quicunq. c. eod.* & *q.*
(p) *lib.* 2. *cap.* 3.
(q) *quotiens.* C. *omnino. ead. q.*
(r) *L.* Minor ſe. *de minor.*
(s) *L.* Quod ſi minor. *eod.*

libris ad edictum poterit obſervari. In libris vero diſputationum & reſponſorum, reſpondendi & diſputandi rationem, in differentiis, & definitionibus & ſententiis, quam apte tractationi rerum reſpondeant, animadvertes. Quod ſolum in omnibus rebus conſiderandum eſt: ut conſtent omnia ſuis partibus, quibus compactis veluti quædam honeſti harmonia efficiatur.

CAPUT IX.

Quibus locis erratum eſſe opinemur ob verborum interpunctiones.

CUm omnes libros e Florentinis ortos eſſe antea ſcripſerimus: illi vero ita ſcripti ſint, ut non orationibus ſolum, ſed ne verbis quidem ipſis diſtincti ſint: quod, ut in antiquis monumentis apparet, Romani homines his punctorum & ſpatiorum intervallis non uterentur: mirandum non eſt, ſi in ſeparandis orationibus eſt erratum. Admonuit me hujus rei Lælius Taurellus meus ante Pandectarum illarum lectionem: & duos mihi locos oſtendit belle hac ratione emendandos. Alter eſt Papiniani (*a*) ſub titulo de nautico fænore, quem ita Haloander Budæum ſecutus edidit: *nec pignora vel hypothecæ titulo majoris uſuræ tenebuntur pro operis ſervi trajecticiæ pecuniæ gratia ſecuti.* Deinde: *Quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem non ultra duplum centeſimæ debetur.* Eſt autem ita emendandus, ut ſeparata oratio ſit. *Pro operis ſervi trajecticiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt: ad finem centeſimæ, non ultra duplum debetur.* Sic enim verborum ordo a Budæo mutatus, reſtituendus eſt. Hæc ita ſcribenda eſſe ex eo apparet, quod numquam in ſingulos dies uſuræ promitterentur, ſed in menſes, aut in navigationem. Itaque quod in dies ſingulos in ſtipulatum fuerat deductum, pro operis erat ſervi creditoris, qui ut recte Accurſius exiſtimat, cum debitore navigabat (*b*) quod centeſimam excedere non oportebat: hoc eſt, ut centeſima uſura altero tanto amplius ſorte non eſſet. Hoc ita intelligendum eſt, cum ratio ſcilicet ſortis & uſurarum nauticarum & operarum duceretur. Eſt enim conſtitutum, ut ſi uſuræ centeſimæ ſortem æquaverint, nihil amplius ſolvatur. (*c*) Qua in re præceptoris mei opinionem [*d*] adverſus Budæum (*e*) ſequor. Et Accurſius in eo ſolum errat, quod putat anno centeſimam uſuram ſortem æquare, cum centum menſibus id faciat: (*f*) ex quo nomen accepit, quippe quæ centeſima pars ſortis eſſet. Illud igitur, quod pro operis ſervi ex ſtipulatione debetur, centeſimam uſuram non excedet, & ſi nautica uſura excederet eam ſæpe. (*g*) Ita fiet, ut non ultra duplum debeatur. Alter locus eſt ſub titulo de agnoſcendis & alendis liberis cap. I. illis verbis, quæ iniquitatem maximam habere videbantur: *Si quis longo tempore abfuerit, & reverſus uxorem prægnantem invenerit, & idcirco rejecerit, ſi quid ex his quæ ſenatuſconſulto continentur, omiſerit, ſuum heredem ei naſci.* Recte enim Lælius exiſtimabat his, quæ antea ſcripta ſunt, conjungenda eſſe hæc; ut dicatur, *cæterum ſi eſſet*, aut ut alii ſcribunt, *ſi ceſſet*, aut *ſi eſſe ſatis injurioſum ait, ſi quis longo tempore abfuerit &c.* Videbiturque hæc Juliani ſententia eſſe, quam Ulpianus alio loco refert his verbis: *Sed ſi fingamus abfuiſſe maritum, verbi gratia, per decennium reverſum anniculum inveniſſe in domo ſua: placet nobis Juliani ſententia, hunc non eſſe mariti filium; & hæc convenientia eſſe videntur his, quæ paulo ante ejuſdem Juliani eſſe dicuntur.* [*h*] Sed hæc, atque alia vir ille doctiſſimus explicaturus eſt quam primum. Interea nos, quæ illis ſimilia vidimus, ſcribamus: & principio id, quod Florentiæ una ſolum littera mendoſum eſt cap. II. de eo quod certo loco ita dicitur. *Scævola libro XV. quæſtionum ait, non utique ea quæ tacite inſunt ſtipulationibus, ſemper in rei eſſe poteſtate, ſed quid debeat, eſſe in ejus arbitrio: an debeat, non eſſe; & ideo nec locum eſſe.* Sic enim in Norico libro eſt, in aliis *& ideo locum*; quæ verba quid ſibi velint ignoro: Florentiæ melius: *& ideo cum qui Stichum aut Pamphilum promittit eligere poſſe quod ſolvat, quamdiu ambo vivant*, quod ſi *cum* pro *cum* ſcripſeris nihil erit apertius, conjuncta, ut a me factum eſt, proxima oratione. Eſtque hæc emendatio a figura litterarum, qua liber ille conſcriptus eſt, non aliena; & hoc audio Lælio etiam meo probari: cui etiam probatur, ut cum quis Stichum legamus, quod non improbo. Similem emendationem recipit cap. VII. [*i*] de peculio illis verbis: *Sunt quidam inquit, qui putant peculium ſervum habere non poſſe:* namque ita ſcribendum eſt, *ut puta ſi alter ex dominis furioſus ſit, vel pupillus: ſi ut quidam, inquit, putant, peculium ſervus habere non poteſt, niſi concedente domino.* Unius litteræ error eſt & ſimilis ſeparatio cap. IV. (*k*) quibus modis pignus ſolvitur. Quod ſcribitur: *Sed & ſi non conceſſerat pignus venundari, ſed ratam habuit venditionem: idem erit probandum eum velle.* Deinde: *Quæritur ſi forte &c.* Florentiæ eſt *idem erit probandum. Belle quæritur, ſi forte venditio & alia.* In eodem verbo erratum eſt cap. IV. (*l*) de uſu & habitatione; *non velle inquilinum dici, qui cum eo habitet*; in Tuſco libro elegantius eſt, *non belle*, ſed in eo quoque erratum cap. V. [*m*] de operis novi nuntiatione. Sed illic ea ſolum littera erratum; in aliis libris ſeparatione & mutatione verborum: quod enim vel in Norico libro legitur: *æquum eſt, nos operis novi nunciatione jus noſtrum nobis conſervare velle.* Scriptum eſt Florentiæ: *Sed & ſi in ædes noſtras quis immittit, aut in loco noſtro ædificet: æquum eſt nos operis novi nunciatione jus noſtrum nobis conſervare: & velle Sextus Pedius definiit tri-*

(a) L. Nihil intereſt. *de naut. fœn.*

(b) L. Trajectitiæ. *de oblig. & action.*

[c] L. Si non ſortem. *in princ. de condi. ind. l.* Uſuræ. *l.* De uſuris. C. *de uſur.*

(d) *Alc. lib. 1. cap. 32. parerg.*

(e) *Bud. l. 3. de aſſe.*

(f) *Soci. l. 3. §. ult. ad l. Falc.* Th. §. Plus. *de action. &* §. Sed & quod. *princ. de jure nat.* Conſt. Harm. *lib. 3. tit. 7. Alciat. & Bud. multis locis.*

(g) *d. L.* Eos. *l. 1. §.* Idem Julianus. *de lib. agn. l.* Filium. *de his qui ſui.*

(h) *d. l. 1. §.* Julianus. *l. 1. §.* Scævola. *alias eſt. l. 3. de eo quod cert. loc.*

(i) L. Quam Tuberonis. *in princ. de pec.*

(k) L. Si debitor. *in fin. quib. mod. pig. vel hyp. ſolv.*

[l] L. Cæterum. *in princ. de uſu, & hab.*

(m) L. De pupillo. §. Sed & ſi. *& ſeq. de op. nov. nunt.*

triplicem eſſe cauſam operis novi nuntiationis: quod ſi belle ſcribas, pulchre illum locum emendaveris. Idem faciendum eſt cap. II. [*a*] ſub titulo de ſuis & legitimis, illis verbis: *Unde vel quæri poteſt*, quod olim *velle* fuerat ſcriptum. Sed ſcribendum eſt *belle*, item cap. II. [*b*] ad S. C. Tertyllianum. *Tractari*, inquit, *belle poteſt*. Quibus locis quantum Accurſius fallatur, ſcribere nolo. Illud videamus, quod ſub titulo de ædilicio edicto cap. XIV. (*c*) ſcribitur: *& verius eſt quod Pedius*: an ita ſcribi debeat, ut illa *& verius eſt*, ad ſuperiorem orationem pertineant, deinde dicatur. *Quod Pedius idem ait, ſi una alicuius præciſa ſit: tollere magis, quam præſtare redhibitionem, quod morbus minuitur: ego puto, ſi morbus deſinit, non eſſe redhibitioni locum*, Huc accedit, quod alio loco ſcripſimus, erratum eſſe cap. VIII. (*d*) de excuſationibus. Cum dicitur: *& propter hoc neque ipſi habent privilegium neque filii eorum*. Scribendum enim eſt *filiis*, & proximo, ut vocant, paragrapho illa verba conjungenda ſunt. Sic enim ea Græce ſcripta ſunt: καὶ διὰ τοῦτο οὔτε αὐτοὶ ἔχουσι προνομίαν, οὔτε τοῖς τούτων παισὶν παλαιστρατιῶται ἐπίτροποι δοθέντες κατασχεθήσονται; *ob hoc*, inquit, *neque ipſi privilegium habent, neque ſi eorum filiis veterani tutores dentur, obligabuntur*. Jamvero quod cap. CXI. (*e*) de legatis ſcribitur: *ſecundum vulgarem formam juris, ſi liberos ſuos emancipare rogatus fuerit, non cogitur, hoc facere*, ex Tuſci libri ſcriptura ſeparandum eſt hoc pacto: *& eatenus* (inquit) *reſtituenda eſt, quatenus hæreditas teſtatoris patitur ſecundum vulgarem formam juris. Sed ſi liberos ſuos emancipare rogatus fuerit, non cogitur hoc facere*. Et recte. Eſt enim illud notius non poſſe defunctum onerare heredem amplius quam in hereditate eſt. Accurſiana vero interpretatio ridicula eſt, etiam ſi hæc non ita ſeparanda ſint. Ea etenim eſt vulgaris forma, quæ in vulgus nota eſt, ut vulgaris cautio paulo poſt, (*f*) vulgaris quæſtio, (*g*) exceptio, (*h*) formula [*i*]. Item capite primo ad S. C. Tertyllianum (*k*) vulgo ſcriptum eſt: *poterit ex hoc S. C. admitti, quaſi vulgo quæſitus filius*. Sed non *filius* ſcribendum eſt, ſed ut Florentiæ eſt: *Filio, qui mortis tempore matris civis Romanus fuit, ſi ante aditam hæreditatem in ſervitutem deducatur, legitima hereditas non defertur*. Sic etiam verborum & interpunctionum error eſt capite LXV. (*l*) de adquirendo rerum dominio, quæ ita ſcribi debent: *Si qua inſula in flumine propria tua eſt, nihil in ea publici eſt*: hæc Labeonis verba ſunt libro VI. Pithanon a Paulo epitomatorum, ut ex inſcriptione cognovimus. Reprehendit eam ſententiam Paulus: *immo* (inquit) *in eo genere inſularum, ripæ flumini, & littora mari proxima, publica ſunt: non ſecus, atque in continenti agro idem juris eſt*. Hoc autem loco duo puncta Florentiæ ſunt, & non nihil ſpatii. Deinde Labeonis verba ſcribuntur: *Si qua inſula in flumine publico proxima tuo fundo nata eſt, ea tua eſt*. Quæ a Paulo reprehenduntur. Aliorum librorum ſcripturam piget ſcribere. Emendandum etiam eſt ſub titulo ut in flumine: a [*m*] quod dicitur: *Poſſunt autem etiam hæc publica eſſe non publica*. & ſcribendum: *Poſſunt autem etiam hæc eſſe publica. Publicano plane qui lacum vel ſtagnum conduxit, ſi piſcari prohibeatur utile interdictum competere, Sabinus conſentit*. Caput CXXXIII. (*n*) de verborum obligationibus ad finem ita ſcribendum eſt: *Aut ſi ſic volumus factam eſſe ſtipulationem neque per te, neque per hæredem fieri, ut ad unam vim primam teneat: ſi vim fecerit amplius ex hæredit committi non poterit. Ergo ſi actum ſit quaſi ex ipſius vi, tota ſit conſumpta? quod non eſt verum*. Si diligenter animadvertas, hac ſcriptura nihil apertius eſt hoc capite, quod maxime obſcurum exiſtimatur. Nihil enim aliud agitur toto eo capite, quam ut negetur illa ſtipulatione *neque per te, neque per hæredem tuum vim fieri ſpondes*, de uno tantum promiſſoris facto agi. Nam & de hæredis, & de alia promiſſoris vi promiſſum eſſe credendum eſt. Quam hæc varie ab Accurſio, & cæteris ſcribantur, nemo ignorat. Nos Florentinam ſcripturam ſecuti ſumus: niſi quod ut antea ſcriptum eſt, puncta illic nulla ſunt, ne verba quidem ſeparata. Non ita multum intereſt cap. XX. (*o*) de captivis quo pacto ſcribatur. Sed tamen ſic Florentiæ eſt: POMPONIUS *libro XXXVI. ad Sabinum. Si captivus, de quo in pace cautum fuerat, ut rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit, non eſt ei poſtea poſtliminium. Verum eſt expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperint dominia eorum agrorum ad priores dominos redire*. Alii ſcribunt *non ei poſtea eſſe poſtliminium verum eſt*. Sub titulo de verborum ſignificatione CXCVII. (*p*) caput ita ſcribendum eſt: ULPIANUS *libro quinquagenſimo ad edictum. Indicaſſe, eſt detuliſſe: arguiſſe, accuſaſſe, & conviciſſe*: Et ita Alciatus diſtinguit, ſed ob libri ſui notas, ut opinior, pro L. libro I. edidit. Sed & multis illius tractatus capitibus non recte librorum numerum, aut appellationem adſcribit eadem, ni fallor, de cauſa, ut cum ad S. C. pro *ad Sabinum* (*q*) *epiſtolarum epitomarum* (*r*) ſcribit: quod quoniam non multum ad interpretationem ſemper juriſconſultorum facit, ferendum eſt. Sed tamen hoc loco inſcriptio me docuit ad S. C. Silanianum illa verba pertinere. Nam, ut opinio mea fert, cap. III. de illo S. C. [*s*] quod ex eodem illo L. libro Ulpiani acceptum eſt, ita ſcribi oportet: *utrum autem is ſolus videatur indicaſſe vel arguiſſe, qui ad hoc proſilit ultro, an etiam is, qui cum accuſaretur ipſe, detorſit in alium crimen?* vulgo *vindicaſſe* ſcribitur, in quo librarii Florentinorum librorum errorem ſequuntur, quod ex illo altero loco ſub titulo de verborum ſignificatione conſtat. Utroque enim loco, ut arbitror, illius S. C. verba referuntur, quæ male diſtincta in Noricis ſunt, ut in cæteris, Alciati libro excepto, cujus interpretatio tamen

(a) L. 2. §. Unde. *de ſuis & leg.*

(b) L. 2. §. Tractari. *ad S. C. Tertyll.*

[c] L. Quæritur. §. Item. *de eod. de æd. ed.*

(d) L. Sed & milites. §. 1. *ſeq. de excuſ.*

(e) L. Filiusf. §. Secundum. *de legat.* 1.

(f) §. Divi. 1. *e. l.*

(g) L. Vulgaris. *de furt.*

(h) L. Bebius. *de pac.*

(i) L. Si ſervus. *de furtis.*

(k) L. 2. §. 2. *ad S. C. Ter.*

(l) L. Si epiſtolam. §. Si qua. *de adq. rer. dom.*

(m) L. un. §. Poſſunt. *ut in fl. pub. nav.*

(n) L. Si ſic. *de verb. obl.*

(o) L. Si captivus. *de capt. & poſt. rev.*

(p) L. Indicaſſe. *de verb. ſign.*

(q) L. Etiam. *& ſeqq.*

[r] L. Pueris. *eod.*

(s) L. Si quis in gravi. §. Utrum. *de S. C. Silan.*

ſcri-

ſcripturæ non reſpondet. Addi ſupra ſcriptis poteſt, quod ſub titulo de pigneraticia emandavimus, [*a*] item difficile illud caput (*b*) de verborum ſignificatione de quo alio tempore ſcripſimus. [*c*] Hoc genere emendationis Accurſius utitur crebro, ut ſub titulo de conſulibus illis verbis: *apud collegam vero cauſa probata, poteſt.* & cap. XIII. (*d*) de jurejurando. *Julianus ait eum, qui juravit fundum ſuum eſſe: poſt longi temporis præſcriptionem etiam utilem actionem habere debere.* Scribi enim poſſe exiſtimat, *qui juravit fundum ſuum eſſe poſt longi temporis præſcriptionem*, & libro III. inſtitutionum (*e*) illa ſtipulatione *ſi navis ex Aſia venerit hodie dare ſpondes?* an venerit hodie, an hodie dare ſcribatur, dubitat. Theophilus *venerit cras* ſcribit; ex qun apparet, & ex Juſtiniani verbis poſteriorem ſcripturam probandam. Haloander quoque interpunctiones mutavit capite IV. (*f*) de officio ejus, quod ita ſcribendum eſt, ut antea ſcribebatur: *Imperatores Severus & Antoninus Braduæ Proconſuli Africæ. Cum propriam juriſdictionem Legatis tuis dederis: conſequens eſt, ut etiam de ſuſpectis tutoribus poſſint cognoſcere. Ut poſſeſſio bonorum detur, vel ſi cui damni infecti non caveatur, ut is poſſidere jubeatur, aut ventris nomine in poſſeſſionem mulier, vel is, qui legatum eſt, legatorum ſervandorum cauſa in poſſeſſionem mittatur, mandari poteſt.* Item cap. XIII. (*g*) de tutoribus & curatoribus datis, ſeparandum non eſt diverſis ſententiis, quod ab Haloandro fit. Sed ita ad finem ſcribendum: *Sed ſi puella duodecimum annum impleverit, tutor deſinit eſſe, quoniam tamen minoribus annis deſiderantibus curatores dari ſolent: ſi curator patronus petatur, fides inquiſitionis pro vinculo cedet cautionis.* Neque etiam probo, quod cap. LX. (*h*) de re judicata ſcribit: *Sonticus autem exiſtimandus eſt, qui cuique rei agendæ impedimento eſt litiganti.* Sed quod in aliis libris eſt: *Litiganti porro quid magis impedimento eſt, quam motus corporis contra naturam?* Sed & *cujuſque rei* ſcribendum eſt, non *cuique*. Sic Alciatus noſter libro IV. [*i*] diſpunctionum conſtitutionem XII. de prædiis minorum, ob æs alienum, tantum cauſa cognita, ſcribens, adverſus omnium interpretum ſententiam intelligendam putat. Sic etiam ex Græca interpretatione apud Viglium (*k*) capitis XII. (*l*) de bonorum poſſeſſione contra tabulas ſcribendum eſt eo capite: *Si prius teſtamentum extet jure factum, quo filius exhæredatus eſt. Sequens imperfectum, in quo præteritus ſit filius: poſteriore teſtamento præteritus recte petet bonorum poſſeſſionem, ſi remoto quoque filio potiores ſint in ea hæreditate, poſteriore teſtamento ſcripti hæredes, & ita jus habet: ut cum is &c.* Non vero ex illis verbis *ſi remoto* alia oratio incipiat. Horum exemplo, quæ ſupra ſcripta ſunt, omnibus ſuadeo, ut ſi quid aut iniquum, aut minus apte ſcriptum repererint, quod facile punctis ablatis, aut additis reſtituatur: id facere non dubitent. Habent optimorum librorum notam ſcripturam; habent majorum & recentium juriſconſultorum exemplum. Servetur modo is, qui in rebus omnibus deſiderant, modus.

(a) *L.* Eleganter. §. S; vendiderit. *de pign. act.*

(b) *L.* Annuculus. 1. *de verb. ſign.*

(c) *lib.* 4. *cap.* 6. *l. un. de conſul.*

(d) *L.* Si duo patroni. §. Julianus. *de jurejur.*

(e) §. Iterm ſi quis. *de inut. ſtip. ubi Theoph.*

[f] L. Cognitio. *de off. ejus.*

(g) *L.* Si Impuberi. *de tutor. & curat. dat.*

(h) *L.* Quæſitum. *de re jud.*

[i] *L.* Ob æs. C. *de præd. mi. Alciat. lib.* 4. *cap.* 5. *diſp.*

[k] *Vigl.* §. Ex eo. *quib. mod. teſ. inf.*

[l] *L.* Si duob. §. 5. *de bon. poſ. cont. tab.*

ANTONII AUGUSTINI

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM LIBRI SECUNDI

Ad Michaelem Majum Procancellarium

PRÆFATIO.

MAximos, ni fallor, fructus, Mai, ſuperiori libro oſtendiſſe viſus ſum, Tuſcarum Pandectarum ſcriptura prolata; quid enim majus dici poteſt, quam permultis locis contrariam veritati ipſi ſententiam majores noſtros defendiſſe demonſtrare? Cui rei acceſſit, quod ad multarum partium juris interpretationem conducere videbatur: ut de appellatione librorum, e quibus noſtri ſumpti ſunt, & de interpunctionibus verba façeremus. Nunc vero de eo genere errorum tractandum eſt, quod ob ignoratum dicendi genus infinita loca occupavit. In quibus explicandis vereor, ne id mihi vitio dent, quod nuper non Gul. Budæo ſolum, qui & ſi primus noſtra memoria elegantiam ad jus civile applicare cœpit, tamen non ille quidem magnos in jure progreſſus cognoſcenda utriuſque linguæ antiquitate impeditus fecit: ſed etiam Andreæ Alciato familiari tuo, meoque præceptori, cujus libris quaſi poſtliminio juris prudentia rediſſe viſa eſt in civitatem Romanam. Namque ita ajunt civilem ſcientiam totos homines deſiderare, qui nihil aliud agant, curent, cogitent, quam ut quid Accurſio, Bartolo, Baldo, Alexandro, & cæteris doctis viris, ſed alienis ab omni elegantia viſum fuerit, defendant, legum verba ignorent licet, temporum nullam habeant rationem, quibuſcumque verbis & libris utantur, rudes denique, & omnium aliarum rerum ignari appellentur, dum illud unum dicere poſſint nihilo fuiſſe ſe Accurſium, aut Bartolum earum rerum peritiores. Eoſque feriunt, qui hujuſmodi dicendi illecebris tenentur, totos in verborum interpretatione verſari: quaſi vero aliud permultis libris Labeo, Ulpianus, Paulus, Scævola, & cæteri faciant, quam legum, edictorum, teſtamentorum, ſtipulationum verba interpretari. Sed & hoc ipſum, quod criminantur, ex eorum peccato natum eſt. Neque enim multus hac in re Alciatus, Budæus, Viglius, Pyrrhus, Zaſius, & Haloander eſſent: niſi docti illi viri, temporum illorum peccato optimam hanc juris partem non eſſent aſſecuti. Et quod ajunt nolle ſe Bartolo, aut Accurſio peritiores eſſe, agnoſco eorum verecundiam: Sed arbitror illum ipſum Accurſium & Bartolum, ſi reviviſcerent, aut cæteros, quos nominant egregios viros, qui quantum illis temporibus elaborari potuit, operam dederunt, ut jus civile & diſcerent & docerent: libenter e Græca & Latina lingua multarum legum interpretationem ac-

Digitized by Google

acceptnros, ſeque & barbaris verbis, & interpretationibus inanibus exoneraturos. Hanc vero ipſam librorum emendationem quis non probaturos eos opinetur? cum & ipſe Bartolus mathematica, & Judaicam (ſi diis placet) linguam didicerit? & Baldus, atque alii dialecticis e ſophiſtarum ſcholis, quæ tum vigebant, jus civile juvaſſe dicantur? Quid vero de Accurſio dicam? quo labore & quanta diligentia ſcripturæ varietatem ſignificat? verborum origines & ſignificationes ex omnibus omnium generum libris eliciat? quantam denique curam in toto jure civili declarando ſimilibus, contrariiſque locis adſcriptis oſtendat? Ad hujus tempora, aut ad ea, quæ conſecuta ſunt, ſuſpiciant velim hi, qui tantum interpretibus deferunt, ut omnia alia juris ſtudioſo abiicienda eſſe cenſeant: quos enim magis profeciſſe cæteris ſcimus, dies, noctesque hoc unum agebant, ut ipſos juris civilis libros, quos ſolos, aut cum paucis interpretibus habebant, diligentiſſime verſarent. Hæc una res totos homines habebat, a qua cum quæſtionum, diſputationumque novarum inventis poſteri diſceſſerunt, dum ingenioſorum & acutorum nomen captant, juris interpretum amiſerunt. Quanquam hæc non ita a me ſcripta ſunt, ut eos reprehendam, per quos profecerim. Nam & multum Paulo Pariſio ſummo antea juris, nunc etiam religionis antiſtiti debemus, qui Bart. Socinum præceptorem diſputando imitabatur, copia vincebat: & Marianum Socinum Patavii aliquot menſes audivimus patrui ſui acumine, judicio clariore diſputantem: Andream vero Alciatum Jaſonis diſcipulum alia quidem ratione, ſed diſputantem tamen audivimus, qui omnes in omnibus interpretum libris declarandis verſabantur, quod mihi, cum illis opera dabam, probabatur; cum ab eorum ſcholis diſceſſi, neſcio quomodo non optime factum videbatur. Nunc video nos harum diſputationum laqueis temporum vitio teneri, ſapientiſſimumque eſſe exiſtimari fortuna, atque temporibus uti quibuſcumque, optare quidem certe, & curare, ut præſtantiſſima, ſi poſſis, ſin minus meliora vulgaribus facias. Sed ut ad bonarum litterarum hoſtes revertar, admonendi ſunt, ne dum elegantiam in jureconſultis perſequuntur, optimos illos & elegantiſſimos viros, qui Digeſtorum libros conſcripſerunt, calumnientur, neve dum verborum interpretes accuſant, eiſdem conſultis, & optimis illis Accurſii præceptoribus, atque diſcipulis diem dicant. Rogandi autem ſunt, ut facile patiantur alios veterum juriſconſultorum imitatores, atque amatores eſſe, cum ipſos nemo de delitiis & amoribus ſuis barbarorum ingentibus voluminibus interpellet. Reprehendique ſe non moleſte ferre debent, ſi ſibi conſtare volunt, & illam elegantiæ, & antiquitatis contemptionem perpetuo ſervare. Sed nos nimium multa de non multis, ut arbitror, ignorationis tenebris cæcis hominibus: ad ea, quæ polliciti ſumus, veniendum eſt.

AN-

ANTONII AUGUSTINI
EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Multa in Digeſtis græco dicendi genere ſcripta reperiri.

Linguam latinam multa e Græcia accepiſſe nemo eſt, qui neſciat. Cum enim Romani homines neceſſarium bellum cum omnibus omnium terrarum nationibus geſſiſſent, armis, quam lingua præſtare ſatius putabant. Contra Græci cum ſe facile & multitudine & locorum opportunitate ab hoſtibus defenderent: diſciplinas dicendi, quam bellandi magis frequentabant. Itaque cùm hæc natio in illius poteſtatem venit: has ipſas cogitationes, & linguæ excolendæ curam ſecum tulit. In quo ne victores a victis vincerentur, cum otium aliquod Romanæ civitati datum eſt, dicendi arte uſi ſunt. Sed cum inops lingua copia illa careret verborum, quæ varietate ſua, amores illos orationis excitat, ut auditores, quocunque velit, trahat: a nutrice & altrice ſua & verba permulta, & dicendi quædam genera mutuo accipiebat. Elaborarunt, ut hoc ipſum multis exemplis oſtenderent, Priſcianus magni nominis grammaticus, & maximum noſtrorum temporum ornamentum Gul. Budæus. Quorum exemplo nos & ſi noſtræ diſciplinæ ſtudiis impediri minorem operam Græcæ linguæ dederimus, quam ad ejuſmodi res tractandas opus eſſe videbatur, tamen hoc qualecumque eſt, quod ob eam linguam in noſtris libris animadvertimus, non inutile mihi viſum eſt in unum locum collocare. Ejuſmodi res perquirendi mihi occaſionem Haloander & Politianus dederunt: qui his locis, quos poſtea ſcripturus ſum, græcam interpretationem ſuis libris addiderunt. Nam principio Juſtinianus quadam conſtitutione, quæ & in conſtitutionum Codice, (*a*) & Florentiæ ante digeſta ſcripta eſt, ait: *Cum itaque nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas:* ſtudioſum Haloander σπουδαῖον interpretatur, quod eſt ſtudio & amore, curaque dignum. Eodem verbo eadem conſtitutione utitur, quod non recte ſcriptum eſt in Norico libro. Sed ita ſcribendum: (*b*) *Sed & hoc ſtudioſum nobis eſſe volumus: ut ſi quid &c.* Item ſub titulo de latina libertate (*c*) ſcriptum eſt: *Studioſiſſimum nobis viſum eſt, hæc quidem omnia, & Latinam libertatem reſecare.* & Novella conſtit. VI. (*d*) barbare verſa, neque enim Græca extat: *ideoque nihil ſic erit ſtudioſum Imperatoribus, ſicut ſacerdotum honeſtas.* Altera conſtitutione, (*e*) quam ante digeſta Haloander tertiam ſcripſit, quod etiam in Tuſco libro eſt, ſed numeris græcis adſcriptis notatum eſt præpoſtere ſcriptam eſſe: fit enim ejus mentio in ea, quæ ſecunda ſcripta fuit: (*f*) illic itaque eſt ſcriptum: *Quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum huc, atque illuc in diverſas ſententias producentes in infinitum detraxerunt, ut pene omnem Romanam ſanctionem eſſe confuſam.* Nam verbum *cerneres*, quod vulgo additur, illic non eſt, græco, ut Politianus adſcripſit, dicendi genere, cujus apud Budæum mentio fit in græca quidem conſtitutione, quæ eodem tempore, & eadem ſententia ſcripta eſt, eadem figura dicitur. ὅπερ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἰνδίκτου γιγνομένου νομοθεσίας: ὥστε καὶ τοίγε οὕτω βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς ἐκ τῆς τῶν ποικίλων ὑπομνημάτων διαφορᾶς εἰς ἀνεξίθυμητον ἐκτεθῆναι πλῆθος. Simile huic eſt ſub titulo de officio Quæſtoris (*g*) *Hodieque optinuit,* (*h*) *in ut: differenter Quæſtores creari.* Sic enim eſt Florentiæ. Haloander *ut* illud non ſcripſit. Nos quoque tertia conſtitutione, quæ vulgo ſola ante Pandectas ſcripta eſt, Florentiæ ſcriptum vidimus: (*i*) *Cum oportet prius animas, & poſtea linguas fieri eruditos,* pro quo Halnander ſcripſit *animis* & *linguis*; ſed illud Græcum eſt, quo latini poetæ præſertim utuntur,

Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluenteis.

Sub titulo vero de legatis animadverti Cajum græcorum more *tanti* & *quanti* nominibus uti: (*k*) atque adeo totus ille locus alienus a latinorum uſu eſſe videtur: *Sed non in ampliores,* inquit, *quam decem, qui legati ſunt, quod ſi minus ſunt: in tantos, quanti inveniantur.* Sic Juſtinianus, atque alii imperatores multis conſtitutionibus ſcribunt. (*l*) Cujuſmodi eſt, quod Valla reprehendit, *quanti mercenarii in domo patris mei ſunt.* Sed in eo græcos imitantur, qui τοσοῦτος pro *tot*, & *tantus* uſurpant. Sic mulier pro uxore lib. III. de legatis: (*m*) *Semproniæ mulieri meæ reddi jubeo ab heredibus meis centum aureos*: τῆς γυναικὸς enim nomine & quæcunquæ mulier, & uxor ſignificatur. Sic *ſin autem* pro *ſinminus*, ut ἐὰν δὲ græcis, quod Budæus notat. *Seia teſta-*

(a) L. 1. in pr. C. de vet. jur. en.

(b) d. l. 1. §. Sed & hoc.

(c) L. un. C. de lat. lib. toll. in princ.

(d) Auth. quomod. op. ep. in princ.

[e] L. 2. §. Hoc autem. C. de vet. jure en.

(f) In proœm. Dig. in princ.

[g] L. un. de offic. quæſt. Dig.

(h) ut in nos.

(i) in proœm. Dig. ad finem.

(k) L. Si ita legatum. de legatis. 1.

(l) L. 2. C. de offic. Pr. Pr. Afr. multis locis. l. cum quæſtio. in fin. C. de legatis. l. ult. C. de curſu pub. lib. 12.

[m] L. L. Titius. §. 1. de leg. 3. l. Titia. de auro argent. leg.

ſtamento ita cavit. Si mihi per condicionem humanam contigerit, ipſa faciam: Sin autem, ab heredibus meis fieri volo. Sic illud, quod Valla non probat, græco dicendi modo defenditur. Haloander ſcripſit *ſin minus autem.* Addē id, quod Victorius animadvertit: cap. I. (*a*) de aqua & aquæ pluviæ arcendæ. *Idem ajunt*, inquit Ulpianus, *aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperficiem ex vicini in ſuam derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus eſſe. Ex vicini* pro *ex vicini fundo*, quod multi ſcribunt, dictum eſt: ut Cicero *per Varronis, per Locuſtæ, in Saturni, ad concordiæ* græco dicendi genere uſurpat. Sic ad extremum VIII. capitis (*b*) ſi ſervitus vindicetur: *Nam & in balineis, inquit, vaporibus cum Quintilla cuniculum pergentem in Urſi Julii inſtruxiſſet, placuit potuiſſe tales ſervitutes imponi.* Sic enim fuerat in optimis illis libris ſcriptum, ſed emendatum eſt (ſi emendare corrumpere eſt) *pergentem in hortis Julii.* Unde factum in hortos, aut in hortum in cæteris. Sed illud longe elegantius Haloander quoque in Alexandri conſtitutione (*c*) ſcripſit: *Et ſi per principis quodam calore fuerit pejeratum:* quod alii ſcribunt *per principis venerationem.* Sed ego ſalutem potius aut genium illic intelligo, ut apud Ulpianum cap. XIII. (*d*) de jurejurando. Sed & capite altero de origine juris (*e*) cum dicitur: *Ad commilitones confugit, qui univerſi de Algido, ubi tunc belli gerendi cauſa legiones erant relictis ducibus priſtinis, ſigna in Aventinum tranſtulerunt:* utroque loco montem intelligo, quamvis in Algido Nebriſſenſis noſter fallatur. Simile eſt, cum verbum actionis deſideramus: ut titulo de tutelæ, & rationibus detrahendis: item de aqua, & aquæ pluviæ arcendæ. Et illa finium regundorum: familiæ erciſcundæ, depoſiti, mandati, locati & conducti, furti adverſus nautas, arborum furtim cæſarum, expilatæ hereditatis, ſtellionatus: & ſi qua alia, quibus *De actione* addendum eſt. Sed cum dicimus contra tabulas datur, aut unde vi, *bonorum poſſeſſionem*, aut *interdictum* ſignificamus. Proximum huic generi eſt, cum verbum *cauſa*, aut *gratia*, aut *nomine* deſideratur. De qua re multa e Græcis & Latinis libris exempla Priſcianus & Budæus adferunt. Nos in noſtris libris hæc reperimus, quorum multa ſunt ab Haloandro ſcripta mendoſe. PAULUS *libro III. quæſtionum.* (*f*) *Si legati condicionalis relicti filio familias, pater ab hærede rem propriam ejus pignori accepit.* POMPONIUS *libro III. ex Plautio.* [*g*] *Labeo ait, ſi nemo ſit, qui a parte promiſſoris interpellari trajecticiæ pecuniæ poſſit.* ULPIANUS *libro XXVIII. ad edictum.* [*h*] *Nam ejus rei, in quam præpoſitus eſt, contractum eſt. Alfenus libro II. Digeſtorum a Paulo epitomatorum.* [*i*] *Topiarium enim ornandi, ſaltuarium autem tuendi & cuſtodiendi fundi magis, quam colendi paratum eſſe.* PAULUS *libro V. Quæſtionum:* (*k*) *& poſterior magis admonendi emptoris, & liberandi ſe eandem legem reperierit: nec poterit &c.* ULPIANUS *libro XV. ad edictum.* (*l*) *Nam & Divus Marcus in cauſa Pythodori, qui rogatus erat, quod ſibi ſuperfuiſſet ex hereditate reddere, decrevit: ea, quæ alienata erant non minuendi fideicommiſſi, nec pretium in corpus patrimonii rediſſet,* (*m*) *& ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere:* IDEM *libro XXXIII. ad edictum.* [*n*] *Si patri propter condemnationem Romæ, ubi dos petatur, eſſe non liceat: filiæ ſatis dotis fieri oportet.* IDEM *libro LXXIII.* (*o*) *Si ſatiſdetur alicui certæ pecuniæ, recedere eum a pignoribus debere.* PAPINIANUS *libro III. reſponſorum.* (*p*) *Ante pretium ſolutum dominii quæſtione mota, pretium emptor ſolvere non cogetur: niſi fidejuſſores idonei a venditore ejus evictionis offerantur:* IDEM *libro XXVII. quæſtionum.* [*q*] *In propoſito enim diem non differendæ actionis inſertum videri.* ULPIANUS *libro XXXI. ad edictum.* (*r*) *Si proxeneta intervenerit faciendi nominis, ut multi ſolent:* IDEM *libro XLI. ad Sabinum.* (*s*) *Verum eſt, quod plerique probant, fundi furti agi non poſſe:* IDEM *libro LXI. ad edictum.* [*t*] *Si ſepulchri violati filius aget, quamvis hereditarii: quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiſcere.* Reperient alii id genus plura, quæ facile his exemplis intelligent. Hujuſmodi eſt, quod Juſtinianus libro III. inſtitutionum ait: (*u*) *Laudamus quidem Prætores ſuæ humanitatis:* quod Theophilus vertit ἐπαινεῖ μὲν τῆς φιλανθρωπίας τὺς πραιτωρας. Deſideratur etiam tempus græco more cap. ult. [*x*] Quæ in fraudem creditor. *Nec eum*, inquit Venulejus Saturninus, *qui hiberno habuerit fundum centum, ſi ſub tempus meſſis, vindemiæve fructus ejus vendere poſſit decem, idcirco duas res, id eſt fundum centum, & fructus decem eum habere intelligendum.* Et apud Scævolam libro V. Reſponſorum (*y*) in Norico eſt, ut Florentiæ: *Et uſque in hodiernum per Titium non ſtet, quominus reliquum ſolveret:* alii enim *diem* addunt. Politianus præter ea animadvertit cap. V. [*z*] qui ſatiſdare cogantur: græcum verbum expreſſum eſſe illis verbis: *Quia ſane non quælibet injuria eſt, duci in jus eum, qui ſatis idoneum fidejuſſorem det:* non quælibet ἀτυχοῦντα interpretatus eſt Haloander σύστασιν. agnovit cap. XI. (*aa*) libro III. de legatis. *Hic enim*, inquit Ulpianus, *extinguitur conſtantia debiti.* Budæus quoque eleganter ait, eum, a quo peteretur, ea de cauſa fugientem in multis conſtitutionibus (*bb*) appellari, quod φυγὴν a Græcis appellatur. In eo tamen errat ſæpe, quod exiſtimat Juſtiniani conſtitutiones propter dictionis inelegantiam e Græcis verſas eſſe: una enim illa excepta, quæ ſub titulo de religioſis barbare conſcripta extat, cæteras omnes amiſimus. Novellarum tamen liber Haloandro debetur, qui, ut erat diligentiſſimus vir, quæ etiam in Conſtitutionum codice deſiderentur, ſignificavit. Qua de re aliquando verba faciemus: nunc ad rem noſtram redeamus. Animadverti, ſæpe jureconſultos uſos

qui-

(a) L. 1. §. Idem ajunt. *de aqua pl. arc.*
(b) L. Sicut autem. *in fine. ſi ſerv. vind.*
(c) L. 2. C. *de reb. cred.*
(d) L. Si duo. *in fine.* 7. *Dig. de jurejur.*
(e) L. 2. §. Initium. *de orig. jur.*
[f] L. Si legati. *de pignor.*
(g) L. 2. *de nav. fœn.*
(h) L. Cuicumq. §. Non tamen. *verſ.* Si ei. *de inſt. act.*
[i] L. Cum quæreretur. §. *ult. de leg.* 3.
(k) L. Titius. *de ſerv. exp.*
(l) L. Sed & ſi lege. §. quod autem. *de hered. petition.*
[m] *Rediſſe Fl.*
(n) L. Si cum dotem. §. Si patri. *ſol. mat.*
[o] L. Item liberatur. *in fin. quib. mod. pig.*
(p) L. Habitationem. *de peric. & comm. r. v.*
[q] L. Liber homo. 2. §. 1. *de verb. obl.*
(r) L. 2. *de proxeneticis.*
[s] L. Verum. *de furtis.*
(t) L. Pro herede. *in fin. de adq. her.*
(u) §. Ceterum. *inſt. de legit. adg. ſuc. ub. Theoph.*
(x) L. Ult. §. Si procurator. *verſ.* nam cum fundus. *quæ in fraud. cred.*
[y] L. Si ita quis. §. Seja. *de verb. obl.*
(z) L. Si vero. *qui ſatiſa. cog.*
(aa) L. Fideicommiſſa. §. Si rem. *de legat.* 3.
(bb) L. Cum ante. C. *de rec. arb. l.* 2. C. *de jurejur. pr. calt. l.* Properand. *de j. ult. de bon. quæ lib. ult. de præſ.* 30. *vel.* 40. *ann.*

quibuſdam participiis, ſic enim appellantur, quæ raro ab aliis uſurpentur, quibus Græca lingua abundat, ut apud Ulpianum libro LXIII. ad edictum: [a] *Si quis igitur compenſare poteus, ſolverit, condicere poterit*: & apud Celſum libro XXIII. Digeſtorum: (b) *Si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonſtret.* Apud Pomponium libro V. ad Q. Mucium: (c) *Uxore mea ſtipulata me prohibeas.* Ulpianus libro XXIX. ad edictum: (d) *Res venditæ non alias deſinunt eſſe meæ, quamvis vendidero, niſi ære ſoluto, vel fidejuſſore dato, vel alias ſatisfacto*: & libro VI. Diſputationum: (e) *An poſtea ei ſatisfacto ſervus conſtitutione uti poſſit?* Illud etiam, quo ſæpe Juſtinianus utitur, Græcum eſt: *Reproba pecunia non liberat ſolventem reprobis videlicet nummis reddendis.* (f) *Statim tenuit eum prius decretum, quaſi in loco tertiæ tutelæ quarta ſubroganda*; (g) *condemnatio autem ejus duplum continet, facienda æſtimatione quanti domini interſit non lædi.* (h) Item illud: *Niſi parata ſit mulier pati maritum tollentem.* (i) Idem dicendum eſt de uſu infinitivorum, ut grammatici appellant. Ulpianus cap. I. de inofficioſo teſtamento: *Cognati enim propris, qui ſunt ultra fratrem, melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent, cum optinere ſpem non haberent.* Paulus cap. XVI. (k) mandati: *Si quis mihi mandaverit in meo aliquid facere, & fecero: quæſitum eſt, an ſit mandati actio?* Modeſtinus cap. XXVI. [l] de pignoribus: *Pater Sejo emancipato filio facile perſuaſit, ut quia mutuam quantitatem acciperet a Septicio creditore, chirographum perſcriberet ſua manu filius ejus, quod ipſe impeditus eſſet ſcribere*: ita quidem Florentiæ eſt, ſed fortaſſe præſtaret: *impeditus eſſe ſcribere.* In edicto quoque quod eſt ſub titulo de privilegiis creditorum, vel potius de rebus auctoritate judicis poſſidendis, ille enim Florentiæ non eſt, ait prætor: (m) *Quod poſtea contractum erit, quam is cujus bona venierins, conſilium receperit fraudare.* Thryphoninus cap. L. [n] de re judicata: *Ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur.* Quod vero Juſtinianus ait: (o) *hoc ipſum velle mulieris ab inſidiis nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur*: uſurpatum a latinis eſt. Maxime vero omnium utile illud eſt, quod Accurſium non latuit, cum *tantum*, aut *ſolum* negationi non additum intelligendum eſt. Supra enim ſcripta magna ex parte delicatos ſolum lectores offendunt, hæc attentiſſimum & acutiſſimum quemque perturbant. Agnoſcitur autem jureconſulti ſententia aut ex ipſa rerum iniquitate, aut ob verbum *ſed &*, aut *verum etiam*, aliudve ſimile, proximo membro additum. Cujus rei apertiſſima primum exempla conſcribam. Paulus libro XX. ad edictum: [p] *non enim ſolutio eſt hereditatis reſtitutio, ſed & ſucceſſio, cum obligetur.* Idem libro VII. ad edictum: [q] *armatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt, ſed etiam eos, qui aliud, quod*

(a) L. Si ambo, de comp.
(b) L. Quod meo. §. Si venditorem. de adq. poſ.
(c) L. Si ſtipulatus fuero. de verb. ob.
(d) L. Procuratoris. in fin. de trib. act.
(e) L. Is qui ſuis. §. Si ab ignoto. de manumiſſ.
(f) L. Eleganter. §. Qui reprobos. de pigner. act.
(g) L. Si is qui tres. in princ. de excuſat.
(h) L. Furtim. in fin. l. Facienda. arb. fur. cæſ.
(i) L. Pro voluptariis. de impenſ. l. 1. de inoff. teſt.
(k) L. Si quis mihi, mand.
(l) L. Fidejuſſor. §. pater. de pignor.
(m) L. Ait Prætor. de priv. cred.
[n] L. Ne liberalitate. de re jud.
(o) L. un. in fin. C. de rap. virg.
[p] L. Non enim. ad S. C. Treb.
(q) L. Armatos. ad L. Jul. de vi pub.

nocere poteſt. Cajus libro XXI. ad edictum provinciale. [r] *Armorum appellatio non utique ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.* Marcianus libro ſingulari ad formulam hypothecariam: [s] *Sed & non ſolvendæ omnis pecuniæ cauſa, verum etiam de parte ejus.* Idem eſt, ſi illud *&*, aut *etiam* non addatur; in illo enim adverſante verbo intelligitur: quod Budæus animadvertit a Cicerone uſurpatum, nos etiam in uſu juriſconſultorum eſſe ſcimus ut apud Ulpianum: (t) *Liberos ſenatorum accipere debemus, non tantum ſenatorum filios, verum omnes, qui geniti eu ipſis, exve liberis eorum dicantur.* Quid enim inter eam ſententiam intereſt, & hanc? *Invitum autem in ſervitutibus accipere debemus, non eum, qui contradicit, ſed eum, qui non conſentit.* (u) Hæc autem nihil ab illa differt apud Ulpianum libro VIII. ad edictum: *invitum accipere debemus non eum tantum, qui contradicit: verum eum quoque, qui conſenſiſſe non probatur.* [x] Itaque nulla differentia conſtituenda eſt altero membro repetitionis nota addatur, necne; ut nihil interſit inter principio poſita exempla, aut alia, ſi qua ſunt, id genus; (y) & ea, quæ infra ſcribam. Ulpianus libro LXX. ad edictum: (z) *Cottidiana autem aqua non illa eſt, quæ cottidie ducitur, ſed ea, qua quis cottidie poſſit uti, ſi vellet.* Idem libro LVI. (aa) *Domum accipere debemus, non proprietatem domus, ſed domicilium.* Idem libro XXXVIII. (bb) *Quod ſi receperit ſalvum fore caupo vel nauta, furti actionem non dominus rei ſubreptæ, ſed ipſe habet.* Celſus libro XXV. Digeſtorum: [cc] *Prædia dicimus aliquorum eſſe non utique communiter habentium ea, ſed vel alio aliud habente.* Sic Alciatus [dd] noſter & Zaſius [ee] accipiendum exiſtimant, quod cap. ult. de edilicio edicto (ff) dicitur: Veteratorem non ſpatio ſerviendi, ſed genere & cauſa æſtimandum. Sed & illud ſuperioribus exemplis ſimile eſt, ſed alia ratione ſcriptum cap. CXXXIV. [gg] de verborum ſignificatione: *Anniculus non ſtatim, ut natus eſt, ſed trecenſimo* (ſic enim eſt Florentiæ) *ſexagenſimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die*: hoc eſt *non tantum exacto*, ut præceptor meus ſcribit. Illud quoque diſſimile eſt, licet prima fronte ſimile eſſe videatur cap. I. [hh] de manumiſſionibus. *Non enim majori viginti annis permitti manumittere, ſed minorem manumittere vetari.* Quibus verbis neque negatur, majores manumittere poſſe, neque verbum *ſolum* addendum eſt: ſed negatur, ita concepta verba, ut majori ſolo permittatur; ſed ita eſſe concepta dicitur, ut minor prohibeatur. Græcum etiam eſt, plurium negantium verborum uſus, ut apud Ulpianum libro LXXXI. ad edictum: (ii) *Cum nemine nihil faciente* (kk) *locus ipſe publicus damnum inferat ſui natura*: & ante Noncam editionem conſtitutio XVII. (ll) de re militari, ita ſcribebatur: *Neminem in nullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, ſine noſtri numinis ſa-*

(r) L. Armor. de verb. ſign.
(s) L. Res. de pignor.
(t) L. Liberos. de ſenat.
(u) L. Invitum. de ſerv. præd. urb.
[x] L. Filiusfam. §. Invitus. de procur.
[y] L. Deniq. quod vi aut clam.
(z) L. 1. in pr. de aqua cott. & æſt.
(aa) L. Lex Cornelia. §. Domum. de injuriis.
[bb] L. un. §. Quod ſi furti adv.
(cc) L. Litus. 1. in fin. de verb. ſign.
(dd) Alc. l. Anniculus. 2. eod.
(ee) Zaſ. in antinom.
(ff) L. ult. §. Servus. de æd. ed.
(gg) d. L. Anniculus.
(hh) L. 1. de manumiſ.
(ii) L. Flominum. in princ. de dam. inf.
[kk] favente. Fl.
(ll) L. Neminem. C. de re militar. lib. 12.

cra

Digitized by Google

cra probatoria in poſterum ſociari concedimus. Et V.(*a*) de metatis: *Ad nullum prædium publicum, vel privatum domus noſtræ, vel cujuſcumque juris nullus metator accedat.* Novella quoque XVII. [*b*] quod dicitur καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς μηδὲν περαιτέρω τῶν περιεχομένων τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει δικαστικῶν ἐκ τῶν ἀναλωμάτων ζημιοῦσθαι, verſum barbare eſt: *& non permittere nihil ultra, quam continetur ſacra noſtra conſtitutione, occaſione cauſalium expenſarum damnificari.* Sed hic quidem, interpres, ut velit, utatur. Ad juriſconſultos revertamur. Non minus græcum eſt, a Cicerone tamen uſurpatum, quod Budæus [*c*] & Alciatus [*d*] notant: *Manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſt nolle nec jurare, nec jusjurandum referre.* [*e*] *Et quid ergo ſi nihil de ea re, neque emptor neque venditor cogitaverunt?* (*f*) atque ſexcenta ſimilia. (*g*) Item illud, quod uterque notant, & Florentiæ eſt uno loco duorum dicendi modorum exemplum: ULPIANUS *libro XLVIII. ad Sabinum.* [*h*] *Non tantum autem civiliter, ſed nec naturaliter obligatur, qui ita adnuit, & ideo recte dictum eſt, non obligari pro eo, nec fidejuſſorem quidem:* priori oratione verbum negans deſiderari videtur, hac abundare: cui ſimilis eſt libro II. inſtitutionum: [*i*] *Ut neutrum eorum neque conſentientibus mulieribus procedatur*, & conſtitutione ſingulari de rei uxoriæ actione: (*k*) in Norico libro: *ut fundum dotalem non ſolum hypothecæ titulo dare, nec conſentiente muliere maritus non poſſit, ſed nec alienare:* utroque loco verbum *nec* pro *ne quidem* ſcriptum eſt. Ejuſmodi ſunt, quæ græcæ linguæ cognitione melius intelliguntur, & velim, ut ea omnibus juris civilis ſtudioſis tam familiaris eſſet, quam Modeſtino, Papiniano, & Scævolæ fuit, aliiſque omnibus, e quorum libris Digeſta conſcripta ſunt. Nam & hæc ipſa, quæ in manibus habemus, breviore tempore addiſceremus, & græcorum conſultorum interpretationibus juvaremur ad ea, quæ amiſimus, reſtituenda. Nam ſi hi, qui primoribus labris græcæ linguæ fructus guſtavimus, profeciſſe nos aliquid exiſtimamus vel levi hoc ſapore, aut odore ejus linguæ: ſi omnes ſimul in hanc rem incumbant, credendum eſt, maximos ſe fructus percepturos.

(a) L. Devotum. C. de metat. & epid. eod. lib.
(b) Auth. de mand. pr. §. Sit tibi.
(c) Bud. l. In eo. de ritu nupt.
(d) Alc. l. Duob. de verb. sign.
(e) L. Manifeſtæ. de jurejur.
(f) L. Si venditor. in fin. de act. empt.
(g) L. 2. de cur. bon. da. l. Verum. de ver. sig. l. 2. C. de ſerv. fug. nov. 2. auth. de her. & fal. §. In ordinatum.
[h] L. 1. de verb. obl. §. Si quis ita.
[i] In pr. inſt. quib. alien. licet.
(k) L. un. §. Et cum lex. C. de rei ux. act.

CAPUT II.

Antiquitatis, & elegantiæ multa in Digeſtis ignorata veſtigia.

NIhil aliud proximo capite egimus, quam ut optimorum librorum ſcripturam græcæ linguæ imitatione tueremur: nunc vero aliorum defenſio ab antiquitate & elegantia petenda eſt. Sed ita velim, quæ utroque loco ſcripſimus, accipiantur, ut de rebus difficillimis, & temporum vetuſtate obſoletis verba facientem liceat mihi allucinari nonnunquam. Illud quidem certe, quo ad ejus facere potero, operam dabo, ut ſi certa omnia, quaſi Delphica oracula, præſtare nequeam, at me nullum laborem recuſaſſe oſtendam, ut vero ſimillima perſcriberem. Et initio de dicendi genere Tullianis amatoribus ſatis noto ſcribam, quibus id locis Florentiæ repererim. Scribit Celſus libro XVI. Digeſtorum: [*l*] *Cui ſervus ipſius ſubſtitutus eſt, ſervum ſuum adire juſſit: ſi idcirco fecit, ne legata præſtaret, utraque præſtabit, & qua heres eſt, & qua omiſſa cauſa teſtamenti poſſidet ex ſubſtitutione hæreditatem ſalva Falcidia ei ſervata.* Item Paulus libro II. ad L. Juliam & Papiam: (*m*) *Sed nec ille*, inquit, *qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt: nec expectandum eſt, dum vendat, ſed in præſentia non qua filius alicujus, ſed qua homo æſtimatur.* Huic ſimile eſt illud Horatianum:

Qua res qua ratio ſuaderet, quaque modeſte
Munificum eſſe licet.....

Sed & ſemel ſcriptum reperitur multis locis, diverſa tamen ſignificatione. Ulpianus libro L. ad edictum: (*n*) *Attamen ubi deceſſit, qua extinctum legatum & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locum dicit.* Idem libro XLI. ad Sabinum: (*o*) *Plane ſi uſusfructus meus in eo ſervo eſſe cœperit: dicendum eſt furti actionem non extingui, qua fructuarius dominus non eſt.* Paulus libro XXVIII. ad Edictum: (*p*) *Creditum ergo a mutuo differt, qua genus a ſpecie.* Ulpianus libro LXII. ad edictum: (*q*) *Sed vir præfectorius an Conſulari feminæ præferatur, videndum. Putem præferri, qua major dignitas eſt in ſexu virili.* Quo tamen loco ex *qua*, *quia* factum eſt. Illud miror XVIII. cap. (*r*) de re judicata, ita ſcriptum eſſe: ULPIANUS *libro LXVI. ad edictum. Item miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatus, eatenus, quatenus facere poteſt, cogitur ſolvere:* cum VI. cap. (*s*) quod totidem verbis ſcriptum eſt, *eatenus*, *qua* vel in Norico libro ſit, & apud Javolenum lib. XI. ex Caſſio: [*t*] *Litus publicum eſt eatenus, qua maxime fluctus exæſtuat.* Itaque exiſtimo apud Ulpianum librarium ex proximo verbo id accepiſſe. Errat idem, ni fallor apud Venulejum lib. VII. ſtipulationum, (*u*) illis verbis: *Non poteſt reperiri, qua altera potius, quam alteram conſummari.* Arbitror enim ſcribendum eſſe, *qua alteram potius.* Et apud Marcellum libro V. Digeſtorum: (*x*) *Ut Alfenus ait urbs eſt Roma, quæ muro cingeretur, Roma eſt etiam qua continentia ædificia eſſent. Qua muro & ædificia* ſcribendum. Haloander *qua* utroque loco recte, ſed *in continenti* pro *continentia* non recte ſcripſit. Illud recte Florentiæ eſt apud Ulpianum libro XXXI. ad Sabinum: [*y*] *Sed hæ impenſæ non petentur, cum maritus fructum totum anni retinet, qua ex fructibus prius impenſis ſatisfaciendum eſt.* Et multum diverſa ſed non ignorata ſignificatione apud Julianum libro III. ex Minicio: [*z*] *Si gemina arbor eſſet, & ſupra terram jun-*

[l] L. Cum ſervus. ſi quis omn. cauſ. teſt.
(m) L. Pretia rer. ad l. Falc.
(n) L. 1. §. Si pater. 2. de S. C. Silan.
[o] L. Falſus creditor. in fin. de furtis.
[p] L. 2. §. Creditum. de reb. cred.
(q) L. 1. de ſenat.
(r) L. Item miles. de re jud.
[s] L. Miles. eod.
[t] L. Litus. 2. de verb. ſig.
[u] L. Si reus. de duob. reis.
(x) L. Ut Alfenus. de verb. ſig.
[y] L. Fructus. in fin. ſol. mat.
[z] L. Si gemina arb. jur. caeſ.

ſtura ejus emineret, una arbor videtur eſſe. Sed ſi id, qua jungeretur, non exſtaret, totidem arbores ſunt, quot ſpecies earum ſupra terram eſſent. Quæ verba mendoſa multis modis circunſeruntur, quamquam ne ſuperiora quidem uſquam recte ſcripta vidi: ut etiam ea, quæ ſcripturus ſum. Sed minus mirandum eſt: hoc enim quod ſcripſi, inter bonarum literarum ſtudioſos notum eſt ſatis: Quis autem, quid *datuiri, reſtituiri, præſtatuiri, defenſuiri* ſibi vellet, unquam audivit? De quibus ego id ſolum habeo dicere, reperiſſe me id genus dicendi crebro, pro eo quod in uſu elegantium virorum eſt, *datum, reſtitutum, præſtitum, defenſum iri.* Sed tamen id in Digeſtis ſolum, & in Catonis libro de re ruſtica legi, nuſquam tamen ſine mendo eſt, exceptis Florentinis Pandectis, & Victoriana Catonis ſcriptura: *Et defenſuiri* quidem his locis reperi. Ulpianus libro nonodecimo ad Sabinum ſcribit: [*a*] *Ego puto, quoniam non hoc voluit ſocer ut bis dotem hæres præſtet, mulierem agentem eu teſtamento cavere debere defenſuiri heredem adverſus maritum: ergo & maritus idem debebit cavere adverſus mulierem defenſuiri, ſi prior agat.* Et poſtea: (*b*) *Sed non alias eum legatum conſecuturum, quam ſi caverit heredes adverſus mulierem defenſuiri.* Idem libro II. Fideicommiſſorum: [*c*] *Unus igitur qui occupat, agendo totum conſequitur, ita ut caveat defenſuiri adverſus cæteros fideicommiſſarios eum, qui ſolvit.* Idem libro XVIII. ad edictum: [*d*] *Quid ergo eſt, ſi a pluribus conveniatur, ſi quidem unus occupavit, an melior ſit condicio, ut ipſi ſoli dedatur? an vero vel omnibus dedi debeat, vel cavere debeat defenſuiri adverſus cæteros?* Quo tamen loco Florentiæ ſupraſcripta eſt littera *M.* Sed & *defenſum iri* uno, atque altero loco repperi cap. XXXI. [*e*] de hæreditatis petitione: *Si caverit ſe petitorem defenſum iri:* & XVI. (*f*) ad S. C. Trebellianum: *Aut cavere illi hæredem defenſum iri eum adverſus legatarios, cæteroſque:* & XXVIII. (*g*) pro ſocio, *omnes dividere & cavere, cum dies venerit, defenſum iri ſocium.* Quorum neutra mendoſa eſſe dicere audeo. Sic *debituiri.* Ulpianus libro II. ad edictum: [*b*] *Creditam non eſſe ante, quam mota ſit, quoniam debituiri non eſt certum.* Scævola libro I. Quæſtionum: (*i*) *Reſpiciendum enim eſſe, an quantum in natura hominum ſit, poſſit ſciri debituiri*; licet Florentiæ ſit *ſcire dedituiri.* Labeo libro II. poſteriorum a Javoleno epitomatorum: (*k*) *Si ambo Capuæ habitaſſent, legatum matri debituiri putavi, quamvis una non habitaſſent. Sin autem in aliud municipium tranſiſſent, unius anni tantum modo debituiri.* Sic *reddituiri.* Proculus libro VIII. epiſtularum: [*l*] *Sed qui petent, cavere debebunt, ſi hæreditas evicta fuerit, quod legatorum nomine datum ſit. reddituiri.* Julianus libro XL. Digeſtorum: [*m*] *Cavit, quod amplius, quam per legem Falcidiam liceret, cepiſſet, redituiri.* Et *tradituiri.* Idem libro XLII.

(a) L. 1. §. Celſus. *alias eſt. l.* 2. *in princ. de dote rel.*

(b) §. Per contrarium. *ead. l.*

[c] L. Fideicommiſſa. §. Item ſi quis. *verſ.* Unus. *de legat.* 3.

[d] L. Si quis a multis. *de noxal. action.*

(e) L. Si quid. *in pr. de her. petit.*

[f] L. Cogi. §. Inde. *ad S. C. Treb.*

(g) L. Si ſocii. *pro ſocio.*

(h) L. Quod ſi ab initio. *de reb. cred.*

(i) L. Reſpiciendum. *eod.*

[k] *Qui quatuor. alias. l.* Qui concubinam. §. Uxori. *de legat.* 3.

[l] L. Licinnius. *in fin de legat.* 2.

(m) L. Ita tamen. §. heres. *ad S. C. Treb.*

[*n*] *Non aliter fideicommiſſario tradi debet, quam ut caveatur euiſtente condicione tradituiri eum.* Paulus libro XVII. ad Plautium: [*o*] *non aliter litem æſtimari a judice, quam ſi caverit actor, quod per ſe non fiat, poſſeſſionem ejus rei non tradituiri.* Attamen additum hoc loco *M* Florentiæ inter veriſiculos. *Datuiri* quoque ſcriptum ſuerat apud Ulpianum libro XLIX. ad Sabinum: [*p*] *Stipulatus a Mævio fuerit fundum Titio datuiri.* Sed imperitus lector lineam addidit, id recentis factum eſſe ex eo apparet quod medio verſiculo id verbum ſit. Nam ut Diomedes grammaticus ſcribit veteres librarii extremis verſiculorum verbis eam lineam addebant, quod neque locus *M,* aut *N* litteram caperet, neque dividi ſyllabarum litteræ deberent. Quod perpetuo in Florentinis illis libris factum animadvertimus.

Ex hoc loco Catonis verba a Pet. Victorio docto plane, & diligente utriuſque linguæ magiſtro notata intelligentur: *Ponderibus modiiſque domini datoiri.* Sunt enim ſtipulationis ad venditionem oleæ adhibitæ, quamvis quod dicitur *primæ cotulas duas,* non intelligam. Sed ex hoc Catonis loco & tam multis Digeſtorum exiſtimo antiquum fuiſſe dicendi genus ex veteribus illis actionibus & cautionibus ſumptum. Nam licet ex ſupra ſcriptis exemplis poſſet quis librariorum eſſe erratum putare, ut una littera minus ſcriberent: tamen & ille conſenſus, & inſra ſcripta exempla, quibus pluribus litteris erratum eſſet: omnem ſcrupulum auferent. Sed ante quam illa ſcribamus, emendandus eſt, ut opinor, ita Javoleni locus libro II. epiſtularum: (*q*) *Ut ratio habeatur, quanti Titii interſuerit eo loco, quo convenerit pecuniam datuiri:* licet Florentiæ ita ſit *dari* in Norico majus mendum eſt *pecuniam non dari.* Eſt autem hic locus cum aliis conjungendus, quibus male erratum eſſe ſcripſi in Noricis libris. Ad *reſtituiri* venio, quod apud Mæcianum eſt libro X. fideicommiſſorum: (*r*) *Decretum eſt, ut petitori caventi evicta hæreditate reſtituiri, ſolveretur.* Et apud Julianum libro XIII. Digeſtorum: [*s*] *Et præterea cavere debet, quidquid ex hæreditate liberti ad eum pervenerit, reſtituiri.* Et Paulum libro IV. Quæſtionum: [*t*] *Vel interpoſita cautione, ſi priores agant, qui privilegium non habent reſtituiri quod acceperunt.* Ulpianum libro II. Diſputationum: [*u*] *Plane repromittere eum oportet, ſi in poteſtatem ſuam pervenerit, reſtituiri.* Sed hoc loco addita ſyllaba *tum* eſt inter verſiculos, ut reſtitutum iri dicatur. Idem ſactum eſt apud Julianum libro XXXV. Digeſtorum [*u*] illis verbis: *Ita ut tibi caveam tempore mortis meæ aut capitis deminutionis reſtituiri. Præſtatuiri* quoque frequentius, quam *præſtituiri* invenitur. Pomponius libro XXXI. ad Q. Mucium: (*y*) *In vendendo fundo, quædam etiam ſi non dicantur, præſtanda ſunt: veluti ne fundus evincatur, aut uſus fructus ejus, quædam ita demum ſi dicta ſint, veluti viam, iter, actum, aquæductum præſtatuiri:* quæ verba in

(n) L. Si pater. §. Cum ſub conditione. *de fideicom. liber.*

[o] L. Hæc ſi res. *de rei vind.*

(p) L. Stipulatio iſta. §. Si quis inſulam. *de verb. oblig.*

(q) L. Pecuniam. *de comp.*

(r) L. Si heres. *ſi cui plus quam per l. fa.*

(s) L. Si quis ſervum *de action. emp.*

(t) L. Ex facto. *in fin. de pecul.*

(u) L. Si pecuniam. §. Item ſi quis. *de cond. caut. dat.*

(x) L. Si tibi decem. *de uſuf. ear. rer.*

(y) L. In vendendo. *de cont. emp.*

No-

Norico libro multis mendis ſcripta ſunt. Adde Paulum libro XXXVI. ad edictum: (*a*) *Non alias fundum mulieri reddi oportere, quam caverit, ſiquid præter unius anni locationem maritus damnatus ſit, id ſe præſtatuiri.* Florentiæ tamen *præſtatum iri eſt* ni littera expuncta. Id prætermiſſum eſt apud Ulpianum libro XXXII. ad edictum: (*b*) *Et ſi aperte in venditione comprehendatur, nihil evictionis nomine præſtatum iri.* At *præſtituiri* eſt apud Javolenum libro II. ex Plautio: (*c*) *nec poſtea quicquam præſtituiri.* quod fortaſſe mendoſum eſt. *Statuiri* quoque ſcribendum cenſeo apud Ulpianum libro VI. fideicommiſſorum: [*d*] *Repromiſſio plane exigenda eſt voluntati defuncti ſtatuiri.* licet Florentiæ ſit *ſtaturi. Actum iri* autem, non *actuiri* (*e*) & *prohibitum iri* non *prohibituiri* [*f*] reperi, & fortaſſe ſunt: ut alia permulta, quæ nunc in mentem non veniunt. Sed nimis etiam hæc multa ſunt, quæ nollem inveſtigatores antiquitatis celaſſe. Addam ad extremum ad hunc locum pertinere, quod Gellius libro X. (*g*) ait *vulgo dici, audio illi injuriam factum iri: aut illi contumeliam dictum iri*, Catonem vero dixiſſe *contumelia mihi factum itur.* Utrumque interpretatur, *itur ad contumeliam dicendam, faciendam.* Illius nullam rationem invenio, quod cap. XXVI. (*h*) de pignoribus Florentiæ eſt: *Nec meſuiri ex hoc ſolo, quod mandante patre manu ſua perſcripſeris inſtrumentum chirographi.* Sed arbitror, *meſui* ſcribendum. Sed tamen hæc hactenus.

Nunc de quibuſdam verbis videamus pervetuſtis, quæ qui in noſtris libris vident mutare ſolent. Quale eſt *geno* pro *Gigno*, & Victorius refert ſe apud Ulpianum repperiſſe cap. XVII. de legatis: (*i*) *Si qua filia mihi genitur ei heres meus centum dato.* Idem ego cap. XIV. (*k*) de rebus dubiis vidi: *Si quis mihi filius aut filia genitur, heres mihi eſto.* Utitur eo Varro, & Lucretius *uſionem* quoque antiquum nomen agnoſcit, de quo Haloander dubitat apud Alfenum libro II. Digeſtorum a Paulo epitomatorum: (*l*) *Nam & ſi vina diffudiſſet, habiturus uſioni ipſe & heres ejus, tamen omne in penu exiſtimari.* Sed alio loco in Norico eſt: (*m*) *Si factum aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, ſive id ſuæ, ſive alterius uſionis cauſa paratum eſſet.* Idem verbum non apud Catonem ſolum, ſed apud Gellium (*n*) non bonum latinitatis auctorem vidi. *Cæteroquin* in Ciceronis libris eſt reſtitutum, in pandectis ſcribendum apud Ulpianum libro VIII. Diſputationum: (*o*) *Sed enim hæc pœna magis eſt, ut adverſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit: cæteroquin adverſus heredem ejus tranſire non debet.* Haloander tamen id verbum ſcripſit apud Ulpianum libro IV. Diſputationum: (*p*) *Rerum Italicarum ſignificatione eas contineri, quas perpetuo quis ibi habuerit: atque ita diſpoſuit, ut perpetuo haberet: cæteroquin ſi tempore, in quo tranſtulit in alium locum &c.* Sic fortaſſe ſcribendum eſt cap. LVIII. (*q*) pro ſocio. Nam Florentiæ eſt ſcriptum: *Cæteri, ſi id actum dicatur, ut quadriga fieret*, & quæ poſtea. *Viſionis* verbum Lælius noſter animadvertit e multis Digeſtorum locis ſublatum eſſe: ut e conſtitutione quadam Juſtiniani: [*r*] *Et in his partibus in quibus perfectiſſime viſiones expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc dividere, ac ſeparare penitus erat incivile.* Vulgo enim *juſſiones* ſcriptum eſt: in græca tamen conſtitutione θεσπίαι dicuntur, quod verbum latino par eſt. Hinc emendari & intelligi Ulpiani ſententia poteſt libro XV. ad edictum, (*s*) cujus verba, quoniam negandi verbo deminuta, & aliis mendis corrupta ſcribuntur, infra ſcripta ſunt: MARCELLUS *libro quarto Digeſtorum. Tractat, num non ſeneatur: quaſi id, quod erogaverit ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, ſed ad coheredes. Nam etſi is, qui heres non erat, totum quicquid apud ſe fuit, conſumpſiſſes ſine dubio non tenetur, quaſi locupletior non factus. Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus relaſis, una prima: deinde alia, poſſe dici totum quod ſupereſt, reſtituere eum debere, quaſi ſuam partem conſumpſerit: tertia, utrique quod conſumptum eſt, decedere: ait utique non nihil reſtituendum.* Eſt tamen in Tuſco libro *di*, additum ad verbum *viſionibus*: ex quo ad cæteros libros manavit, *diviſionibus*. Haloander maluit *Deciſionibus* ſcribere. Apud Ulpianum quoque libro XXIX. ad edictum. (*t*) Florentiæ ſolum recte eſt: *Proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionem, in prima viſione, ubi quaſi debitrix delegata eſt: exceptionem ei Senatusconſulti Marcellus non daret*, alii *in Primi*, aut *in prima fidejuſſione.* Qua de re magna inter Accurſii præceptores contentio fuit. Accedit Ulpiani libro VII. diſputationum (*u*) auctoritas: *In omnibus autem viſionibus quæ propoſitæ ſint, ubi creditor vel non numeratam pecuniam accipit, vel numeratam iterum accipit: repetitio contra eum competit.* Sed hoc etiam loco *di* adſcriptum eſt, & Haloander *Deciſionibus* ſcribit. Nihil autem additum apud Paulum libro III. Quæſtionum: (*x*) *In omnibus autem viſionibus quas præpoſuimus, licentia concedenda eſt ei, cui onus probationis incumbit, adverſario ſuo de rei veritate jusjurandum inferre.* Idem tamen error in cæteris libris, quibus *juſſionibus*, aut *deciſionibus* ſcriptum eſt. Iam vero quod idem Lælius per litteras a me interrogatus, de militiis, quæ vendi, aut obligari poterant, libellis editis ſcripſit, *dicit gratia* juriſconſultos ad imitationem veterum uſos: belliſſime dictum eſt. Si enim inter ſe conferantur, quæ ipſi ſcripſerunt uſus eorum verborum apparebit. Scribit Cajus libro I. de verborum obligationibus: (*y*) *Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia, numerationis loco intercedant.* Ulpianus

(a) L. Si filiofam. *in fin. ſol. mat.*
(b) L. Ex empto. §. Ibidem. *de action. empt.*
(c) L. Quod ſi in venditione. *de fur. de her. vel act. vend.*
(d) L. Si quando. *ut dep. ſeu fideic.*
(e) L. Si cum dos. *de act. rer. amo.*
(f) L. Prohibere. *in fine. quod vi aut clam.*
(g) Gell. *lib.* 10. *c.* 14.
(h) L. Fidejuſſor. §. Pater. *de pign.*
(i) L. Qui filiab. *de legat.* 1.
(k) L. Si is qui ducenta. §. *ult. de reb. dub.*
(l) L. Cum quæreretur. *verſ.* Lana. *de legat.* 3.
(m) L. Q. Mucius. *de auro arg.* §. Si factum.
(n) *Gell. lib.* 4. *cap.* 1.
(o) L. Ejus qui. *de jure fiſci.*
(p) L. Ex facto. §. Res. *de her. inſt.*

(q) L. Si id quod. *in princ. pro ſocio.*
(r) L. 2. §. Si quid autem. C. *de vet. jur. enucl.*
(s) L. Sed & ſi lege. §. Adeo. *de hered. petit.*
(t) L. Quamvis. §. Si mulier. *ad S.C. Vell.*
(u) L. Si fidejuſſor, §. In omnib. *mandati.*
(x) L. Cum de indebito. §. In omnib. *de prob.*
(y) L. Sæpe. *commod.*

(a) L. 1. §. Excuſantur. de S. C. Sil.

nus libro I. ad edictum: (a) *Nam ſi finxit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit: nihil hoc commentum ei proderit.* quibus locis multi *ditis*, quidam *dantis* (b) ſcribunt. Ciceronis verba ſunt hæc vulgo, ut mendoſa notata, actione VI. in Verrem: *Attamen ut poſſit ſe dicere emiſſe, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis cauſa daret.* Quibus locis nihil aliud exiſtimo *dicis cauſa* ſignificare, quam quod ipſi jureconſulti perfunctorie, aut defunctorie appellant; (c) hoc eſt, ut defungi ſuo munere viderentur. Nam pecunia ob id (opinor) commodabatur, ut numerationis loco, quod hodie quoque fit in emptionibus, donationibus, & nonnunquam in judiciis, negocio peragendo intercederet, quod in ſervo, qui ſe auxilium domino ferre ſimulavit, commentum appellatur. Apud Ciceronem vero illa verba *ut poſſit ſe dicere emiſſe*, præclare elegans hoc dicendi genus declarant. Modeſtinus *ὀτίκας καὶ ἀφροντίστως χάριν* eadem ſignificatione utitur: [d] quod alio loco oſtendimus (e) minus eſſe ab interpretibus perceptum. Uſum dicendi ſcripſimus: originem ignorare nos fatemur; neque enim pudet, in re præſertim non vulgari, neſcire id nos, confiteri. Quamquam neſcio quomodo in tam depravatos mores ventum eſt, ut turpe eſſe exiſtimetur nihil non cognitum, nihil non certum, & ſine ulla dubitatione manifeſtum eſſe non affirmare. Sed nos malumus veritati, quam temporibus ſervire.

[b] Alc. lib. 4. cap. 15. diſpunct.

[c] L. 2. §. Non ſolum. ad S. C. Tertull. l. un. C. qui num. lib. Fund. l. Exempto. §. Idem. de action. emp.

(d) L. 2. qui pet. tut. l. Scire oportet. §. Sufficit. de excuſ.

[e] lib. ſing. ad Modeſtin.

CAPUT III.

De additione, & adjectione.

Libro XVIII. Digeſtorum titulus eſt de in diem addictione, qui vulgo ante aliquot annos de in diem adiectione ſcribebatur; ſed Vallæ, Budæi, & Alciati auctoritate mendum id ſublatum eſt. (f) Sub eo vero titulo multis locis *adiectio* * fuerat, & *adiciendi* verbum: quibus omnibus ex illorum voluntate mutatis non minus mendoſos libros effecerunt, quam antea fuerant. Eum errorem indicarunt nobis Florentini libri, in quibus non ſæpius eſt *addictionis*, quam *adiectionis* nomen aut *addicere*, quam *adicere*. Sic enim illic ſcribitur, non *adiicere*; ut *abicere* etiam, & *reicere*, non *abiicere*, & *reiicere*; quod ipſum non inutile poetarum interpretibus eſſe poteſt: nobis vero, multo utiliſſimum fuit; deprehendimus enim facile, ob hanc ſcripturam erratum eſſe non in vulgaribus ſolum libris, ſed in illis ipſis etruſcis. Mea autem opinio in horum verborum differentia ea eſt: ut cum in diem addictio ita fiat, ille fundus eſto tibi emptus centum, niſi ſi quis intra illum diem meliorem conditionem attulerit: (g) ſi quis adjectionem ad pretium fecerit, & id rei domino placuerit, addicet ei rem: ſi nemo adjecerit, illi in diem emptori addictio facta conſiſtit. Idem in auctionibus, quæ ab hoc augendi, ſeu adiciendi negocio appellantur, dicendum eſt; ut res illi addicatur, qui aliorum licitationi adiciendo, plurimo rem mercatus ſit, aut vectigal conduxerit. Ulpianus libro XXVIII. ad Sabinum: [h] *Si res in diem addicta intercíderit, vel ancilla deceſſerit: an partus, vel fructus ejus nomine adiectio admitti poſſit? & negat admittendam adjectionem: quia alterius rei, quam ejus, quæ diſtracta eſt, non ſolet adiectio admitti.* Quo loco ſi *addictio* ſcriberetur, ut cæteri volunt, ineptus Ulpianus foret, vel potius Julianus, cujus ſententia refertur. Paulus libro V. ad Sabinum: (i) *Licet autem venditori, meliore allata conditione, addicere poſteriori: niſi prior paratus ſit plus adicere:* quæ verba recte in vulgaribus libris ſcripta ſunt, in Florentino una littera plus, *addicere*, non recte. Nec poſtea apud eundem libro XXXIII. ad edictum: [k] *Neceſſe autem habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, ut ſi quid alius addicit ipſe quoque addicere poſſit.* Scribendum autem eſt *adicit*, quod alii ſcripſerunt. Apud Julianum vero libro XIII. Digeſtorum (l) in cæteris erratum: nam Florentiæ eſt: *Sed ſi proponatur, a creditore pignus in diem addictum: non poteſt videri bona fide negocium agi, niſi adiectio recipiatur.* Et apud Ulpianum bis libro XXIII. ad Sabinum: (m) *Nec impedire quicquam vel hoc agi, ut ſæpius fundus collocetur, dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia adjectione res a venditore diſcedat. Deinde ſi tribus vendentibus duo poſteriori addixerint, unus non admiſerit adiectionem: hujus partem priori, duorum poſteriori emptam.* Illud recte omnes ſcripſerunt: (n) *Si quis mihi totum fundum ad diem addixiſſet, poſtea vero pretio adiecto dimidium alii addixerit.* Et apud Julianum libro XV. Digeſtorum: (o) *Cum duo ſervi duobus ſeparatim denis in diem addicti ſint; & extiterit qui pro utroque triginta det: refert unius pretio decem, an ſingulorum quina adiciat. Secundum ſuperiorem adjectionem, is ſervus in tempus erit, cujus pretio adiectio facta fuerit; ſecundum poſteriorem adiectionem, uterque ad poſteriorem emptorem pertinebit.* Quo capite nihil dici poteſt aptius ad noſtram opinionem. Sed & poſtea apud Africanum ſcribitur: [p] *Cum in diem duobus ſociis fundus ſit addictus, uno ex his pretium adiciente, etiam pro ipſius parte a priore venditione diſcedi rectius exiſtimatur.* Et apud Javolenum: (q) *Fundo in diem addicto, ſi poſtea pretium adjectum eſt, & venditor alio fundo applicito cum ipſum fundum poſteriori emptori addixerit, & id ſine dolo malo fecit; priori emptori obligatus non erit.* Et poſtea: *Id enim ſolum intuendum eſt, an priori venditori bona fide facta ſit adiectio.* Quamvis hæc varie ſcribantur. Illud vereor, ne apud

Pom-

(f) Alciat. lib. 6. cap. 7. parad. Bud. in rub. de in diem ad Vallæ lib. 5. cap. 18.

(g) L. 1. de in diem add.

[h] L. Ubi autem. §. Si res. de in diem addict.

(i) L. Licet. eod.

(k) L. Neceſſe.

(l) L. Sed ſi proponatur.

[m] L. Quod autem.

(n) L. Quod ſi uno.

[o] L. Cum duo.

[p] L. Cum in diem.

[q] L. Fundo.

* Vid. Briſſ. de V. S. Lib. I. in verb. *Abiicere*, & in verb. *Addico*, & in verb. *Adiicere*.

Pomponium libro IX. ad Sabinum (*a*) oon recte Florentiæ ſit: *Quod ſi intra diem adiectionis heres exiſtat: melior conditio ei adferri poteſt:* niſi fingamus adjectionem diem habuiſſe, quod mihi non probatur. Hæc ſunt ſub eo titulo emendanda; ſub aliis vero alia ſunt eadem ratione reſtitnenda. Cujus modi eſt cap. XLI. (*b*) de rei vendicatione: *Sed & ſi cui in diem addictus ſit fundus; ante, quam adjectio ſit facta, uti in rem actione poteſt; poſtea non poterit.* Et ultimo de jure fiſci: *Plane ſi medio tempore inter primam licitationem & ſequentem adjectionem percepti fuiſſent, ad venditorem pertinere:* quo tamen loco *addictionem* pati poſſumus. Sed conſtitutione prima de vendendis rebus civitatum: (*c*) *Adjectio* non *addictio* ſcribenda eſt: *Si ſine ulla conditione prædia vendente republica comparaſti; perfecta venditione, nulla ratione vereris, ne adjectione facta auferri tibi dominium poſſit.* Non enim illud timebatur, ne poſt addictionem hoc eſt emptionem, res auferatur; ſed ne adjectio fiat; in qno Pyrrhus & Haloander falluntur, non Accurſius & Bartolus. Quod vero dicitur: *Tempora enim adjectionibus præſtituta ad cauſam fiſci pertinent:* fortaſſe ad ejuſmodi addictiones, quæ in diem fiunt, pertinet: ut nihil inter privatorum adjectiones, & fiſci, ſeu civitatum interſit. Sed hac in re incertus ſum. Illud confirmari poteſt multis conſtitutionibus (*d*) ſub titulo de locatione prædiorum civilium, atque aliis. *Addicendi* autem verbo non in emptionibus & auctionibus ſolum, ſed in ſententiis quoque utebantur, ut alio loco (*e*) ſcripſimus emendandum eſſe apud Gratianum. (*f*) Item cum dicitur: *Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur* [*g*] & *de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur,* (*h*) aut *cum uno nummo bona ejus, qui ſolvendo non erat, addicebantur:* (*i*) Quæ doctorum virorum commentariis pervulgata ſunt. Hæc autem ipſa, quæ de addictione & adjectione ſcripſimus, audio Bartolinum neſcio quem aliquando tentaſſe. Sed mihi ejus libri videndi copia facta non eſt. Equidem vehementer cupio omnibus probari, quod ſentio; in quam rem optimis, ut opinor, Tuſcarum Pandectarum teſtimoniis utor: ſed ſi hac in re, aut qua alia fallor, nihil mihi erit antiquius, quam ut quamprimum vera dicenti manus dem.

(a) *L.* Si prædio.
(b) *L.* Si quis. *de rei vind. l. ult. de jure fiſci.*
(c) L. 1. C. *de vend. reb. civ. lib.* 11.
(d) *L.* 2. *& cæteris de locat. præd. civ. lib.* 11. *l.* Eos qui auctione. *de diverſ. prædiis. eod. lib. l.* Si quis auctoritate. C. *de omni agro deſ. eod. lib.*
(e) *lib.* 1. *cap.* 8.
(f) C. Quicunque. 2. *q.* 6.
[g] C. *ne pro dote.*
(h) *inſt. de eo cui lib. eod.*
(i) Theophil. *inſtit. de ſucc. ſublat. in pr. Bud. d. rub. de in diem add.*

CAPUT IV.

De inſtructo, & inſtrumento.

Mirum fortaſſe aliquibus viſum eſt; cur Haloander libro XXXII. Digeſtorum titulum, qui in aliis libris de fundo inſtructo & inſtrumento legato ſcribebatur; de inſtructo, vel inſtrumento legato ſcribendum curaverit. Cujus rei ſi illam rationem addamus, quod ita legerit in Bolognini libro, qui Politiani libri ad optimum illud Florentinum exemplum emendati, emendationes continet; ſatis fortaſſe quæſtioni factum erit. Accedet, quod videre potuit in indice Paulum ſingularem librum de inſtructo & inſtrumento ſcripſiſſe: item in Juſtiniani Novella CXXVIII. (*k*) utriuſque nominis fieri mentionem. Sed magis arbitror eum vidiſſe, inſtructique ab inſtrumento differentiam apud Ulpianum inveniſſe libro XX. ad Sabinum: (*l*) qui cum rettuliſſet Sabini ſententiam exiſtimantis uberius eſſe fundi inſtructi legatum legato fundi cum inſtrumento: *Quanto igitur* (inquit) *hoc legatum uberius eſt, videndum eſt: & Sabinus definit, & Caſſius apud Vitellium notat: omnia, quæ eo collocata ſunt, ut inſtructior eſſet paterfamilias, inſtructo inquit continebuntur: id eſt, quæ ibi habuit, ut inſtructior eſſet. Hoc ergo legato non agri inſtrumentum, ſed proprium ſuum inſtrumentum reliquiſſe videtur.* Hæc verba illam interpretationem accipiunt, de qua in græcis dicendi modis ſcripſimus: ut non ſolum agri inſtrumentum, ſed etiam patris ipſius familias inſtructi appellatione contineatur. Itaque inſtructum id eſſe exiſtimemus, quod fundi aut alterius rei inſtructæ legato continetur; inſtrumentum quod per ſe nominatum eſt. Scævola libro III. Reſponſorum: (*m*) *Sejæ ex parte heredi inſtitutæ, ſi heres erit: fundos per perceptionem dederat inſtructos cum ſuis vilicis, & reliquis colonorum.* Deinde: *Non amplius deberi, quam in codicillis, quos ſane poſt oblivionem teſtamentariæ ſcripturæ feciſſet, inſtructi appellatione contineri velle ſe, manifeſte oſtendiſſet.* Et libro VI. Digeſtorum (*n*) reſpondit: *poteſt hæc verba, ſicut eſt, ad inſtructum referre*, licet Florentiæ *referri* ſcribatur. Hæc quidem recte Haloander ſolus edidit: at capite tertio (*o*) de inſtructo, *inſtrumentum* pro *inſtructo* ſcripſit: cujus verba in Florentino libro ſunt hæc: PAPINIANUS *libro VIII. Reſponſorum. Fundum inſtructum libertis patronus teſtamento legavit; poſtea codicillis petit, ut morientes partes ſuas fundi ſuperſtitibus reſtituerent: nec inſtructi mentionem habuit: talem, in cauſam fideicommiſſi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus.* Tam late autem patere inſtructi legatum, duæ Antonini & Diocletiani conſtitutiones teſtes ſunt ſub titulo de verborum ſignificatione. (*p*) Sub eodem quoque in Digeſtis Ulpianus libro XXVIII. ad edictum [*q*] ſcribit: *Inſtructam autem tabernam ſic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis conſtat.* Sed Paulus libro IV. ad Sabinum: [*r*] *Tabernæ cauponiæ inſtrumento legato* loci inſtrumenta contineri ait, ut vaſa: *cauponæ* quod *negotiationis nomen ſit, etiam inſtitores.* Huc arbitror pertinere quod conſtitutione ſecunda (*s*) de bonis vacantibus dicitur: *Cum adjacentibus & mancipiis, & pecoribus & fructibus & omni jure ſuo, ut ea quæ ad inſtructum poſſeſſionis vel domus pertinent, tradenda ſint.* Paulus vero libro tertio ſententiarum *inſtructionis* verbo uti maluit. *Uxores eorum,* inquit, *qui mercedes præſtare conſueverunt, neque inſtructionis,* ne-

(k) *Nov. de public. tributis.*
(l) *L.* Quæſitum. §. Sed ſi fundus. *de fund. inſtr.*
(m) *L.* Sejæ. *in pr. eod.*
(n) *L.* Prædia. §. Ita. *eod.*
[o] *L.* 3. *e.*
(p) L. 1. *& 2. C. de verb. ſign.*
(q) L. Inſtructam. *de verb. ſign.*
(r) L. Tabernæ. *de inſtruct.*
(s) L. 2. C. *de bon. vac. lib.* 12.

Digitized by Google

neque inſtrumenti appellatione continentur. Potuerunt etiam juris conſulti *inſtructu* uti eadem ſignificatione; namque M. Cicero libro III. de oratore ait: *Quocumque ingreditur, eodem eſt inſtructu, ornatuque comitata oratio.* Hæc habui, quæ de *inſtructo* & *inſtrumento* ſcriberem: neque enim Iſidori [*a*] probatiſſimæ vitæ viri, non etiam eruditionis interpretatio horum verborum referenda erat. Quam enim quiſque norit artem (ut in proverbio eſt) in hac ſe exerceat.

(a) *Iſid. lib. 5. etym.*

CAPUT V.

Quis Sobrinus, quis Conſobrinus ſit, & quis propius Sobrino.

CAjus libro VIII. ad edictum provinciale (*b*) ſcribit: *Quarto gradu ſunt fratres patruele, ſorores patrueles; ideſt, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur; item conſobrini conſobrinæque, id eſt qui quæve ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini; item amitini, amitinæ; ideſt qui quæve ex fratre & ſorore propagantur.* Sed fere vulgus omnes iſtos communi appellatione conſobrinos vocat. Idem Paulus libro ſingulari de gradibus & adfinibus & nominibus eorum ſcripſit. (*c*) Addit Juſtinianus libro III. inſtitutionum: (*d*) *Amitæ tuæ filii* (ea autem eſt patris tui ſoror [*e*]) *conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.* Et Paulus libro IV. ſententiarum ſcribit. * *Quarto gradu veniunt ſupra abavus, abavia: infra abnepos abneptis: ex obliquo fratris, & ſororis nepos, neptis: frater patruelis, ſoror patruelis; ideſt patrui filius, filia: conſobrinus, conſobrina; ideſt avunculi, & materteræ filius, filia: amitinus, amitina; ideſt amitæ filius, filia.* Sunt autem hæc ita ſcribenda, quibus Juſtiniani ſententia confirmatur; ut amitini duo inter ſe eſſe nequeant; cum patrueles poſſint, aut conſobrini eſſe. Hæc de conſobrinis, quorum mentio fit apud Julianum libro XL. Digeſtorum (*f*) & Papinianum libro VIII. Reſponſorum. (*g*) Emendandus autem Nonius Marcellus eſt, ut ei cum juriſconſultorum ſententiis conveniat. Utitur conſobrini nomine Cicero in Ligariana, & libris de oratore, & officiorum & Terentius in Hecyra: *cedo quid reliquit Phania conſobrinus noſter?* Quo tempore non exiſtimo fratres conſobrinos appellatos, ut patrueles dicebantur. Nam Cicero L. fratrem in Verrinis & epiſtulis ad Atticum appellat, quem libro V. de finibus cognatione patruelem, amore germanum fuiſſe prædicat. De conſobrino non memini. Sed ad ſobrinos, & propius ſobrinis veniamus. Sunt autem ſobrini, qui e duobus conſobrinis, generatim eo nomine accepto, naſcuntur: at ſi alter ſine liberis ſit, alter habeat; ille hujus filiis propius ſobrino eſt: ſobrini vero mei filius ſobrino natus appellatur.

(b) L. 1. §. Quarto. *de gradibus & adfinib.*

(c) L. Juriſconſult. §. Quarto. *verſ.* Eodem gradu. *eod. tit.*

(d) §. Quarto. *inſtit. de gradib.*

[e] §. Tertio. *eod. Paulus lib. 4. ſent. tit. de gradib.*

(f) L. Ita tamen. §. Heres. *ad S. C. Treb.*

[g] *L. 1. in fin. de inſtructo. l. 1. C. unde leg.*

Hæc ita vera eſſe, his juriſconſultorum verbis oſtendam, quæ obſcura, & ob eam cauſam mendoſa eſſe videntur. Cajus eodem illo libro: [*h*] *Sexto gradu ſunt, qui ex fratribus patruelibus aut conſobrinis aut amitinis undique propagantur, qui* (*i*) *proprie ſobrini vocantur.* Juſtinianus idem ipſum ait: (*k*) *Sexto gradu ſobrini ſobrinæque, ideſt qui, quæve ex fratribus vel ſororibus patruelibus vel conſobrinis vel amitinis progenerantur.* De ſobrino nato Paulus ait: (*l*) *Hic proximo nomine definitur parenti ſuo ſobrinus* [*m*] *ut Trebatius ait: rationemque nominis hanc reddidit, quod ultimi cognationum gradus ſobrinorum fiunt. Itaque ſobrini filium recte proximum nomen ab eo ipſo, hujus ſobrini filius dicetur.* Horum mentio fit apud Ulpianum libro LVI. ad edictum [*n*] & Paulum libro II. ad legem Juliam & Papiam, [*o*] & Juſtinianum libro III. inſtitutionum: titulo de ſucceſſione cognatorum. (*p*) Propius vero aut propior ſobrino, qui etiam propius ſobrinus dicitur, is eſt, de quo antea dicebam: qui patri meo conſobrinus eſt: CAJUS *quinto*, inquit, (*q*) *gradu ſunt, propior ſobrino, propior ſobrina: iſti ſunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. Hoc eſt* (ut Ulpianus libro XLVI. ad edictum ait (*r*)) *patris ejus, de cujus cognatione quæritur, conſobrinus, conſobrina, ſive frater patruelis.* Patruus enim magnus meus avi mei frater eſt, (*s*) ejus filius patri meo frater patruelis eſt, aut etiam conſobrinus; mihi propior ſobrino. Paulus ita ſcribit: (*t*) *Quinto gradu ſunt patrui magni filius, filia, amitæ magnæ filius, filia, avunculi magni filius, filia, materteræ magnæ filius, filia. Perſonæ, quas enumeraverimus a patrui magni filio ei de cujus cognatione quæritur propius ſobrinis vocantur: nam ut Maſſurius ait; quem quis appellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſve conſobrinus aut conſobrina: ab eo conſobrini conſobrinæve, filius filia nominatur.* His verbis apparet non eſſe propius ſobrinis eos, qui conſobrinis noſtris nati ſunt, quod Accurſiani exiſtimant, & Pompejus, & Haloander: [*u*] ſed appellari a Paulo videmus conſobrini, conſobrinæve filium, filiam. At propius ſobrinis hi ſunt, qui parentibus noſtris conſobrini ſunt, avis noſtris fratrum, aut ſororum filii: aut etiam nobis patrui magni, amitæ magnæ avunculi magni, materteræ magnæ filii. Sed animadvertendum eſt, cum plures ſunt, propius ſobrinis, aut propios ſobrinos: cum unus ſolus eſt, propius ſobrino, aut propiorem ſobrino, aut propium ſobrinum a jureconſultis appellari: licet Haloander propius ſobrino, aut ſobrinis ſolum utatur. Idem Paulus ait: (*x*) *Patrui nepos neptis &c. amitæ nepos, vel neptis &c. avunculi nepos neptis &c. materteræ nepos neptis. &c.* (hæc tamen tria verba in Florentino libro deſunt) *his omnibus, quos a patrui nepote*

[h] *L. 3. de gradib.*

[i] quæ *Fl.*

(k) §. Sexto. *inſt. eod.*

[l] L. Juriſconſultus. §. Septimo. *verſ.* Patrui majoris.

[m] *ſobrino ego.*

(n) L. Lex Cornelia. *in princ. de injuriis.*

[o] L. Lege Julia. *de teſtibus.*

[p] §. *ult. inſt. de ſucc. cognat.*

(q) L. 1. *in fine. de grad.*

(r) * L. 2. *eod.*

[s] *d. l.* 1. §. Quarto.

[t] L. Juriſconſult. §. Quinto. *verſ.* Patrui magni.

(u) *Hal. in proœm.* C.

(x) *d.* §. Quinto. *verſ.* patrui nepos.

* Vid. Briſſ. de V. S. Lib. I. in verbo *Amita*, & Franc. Baldouin. in Comm. ad Inſtitut. Lib. III. tit. VI. de grad. cognat. ad verb. *Item Sobrini, Sobrinæque.*

re propoſuimus is, de cujus cognatione quæritur, propius ſobrino eſt: nam patris, vel matris eorum conſobrinus eſt. Hoc verum eſſe ita apparet: patrui mei filius mihi conſobrinus eſt, hujus filio, qui patrui mei nepos eſt, ego propius ſobrino ſum. Idem ait: (*a*) *Patrui majoris, amitæ majoris, avunculi majoris, materteræ majoris* (ſunt autem hi proavi & proaviæ fratres & ſorores (*b*)) *filius, filia. Hi omnes, quos propoſuimus a patrui majoris filio: avo aviæ* (*c*) *eſſe ejus, de cujus cognatione quæritur, fratribus, & ſororibus eorum conſobrini, conſobrinæve ſunt: at patri, matrique ejuſdem, fratribuſque, & ſororibus utrius eorum, propius ſobrinis.* Verum eſt, quod Paulus ait. Nam ſi de Titii hæreditate agatur, & hi patrui majoris, aut aliorum filii ſe proximos agnatos dixerint: ita cognationem oſtendent. Avus, inquient, noſter, abavus Titii fuit; pater autem, patruus major Titii, hoc eſt proavi frater; nos avo Titii, conſobrini: patri propius ſobrinis. Licet autem idem, ſi de feminini ſexus cognatione ageretur, reſpondere. Item quod de ſingulis perſonis dicitur, in fratribus quoque earum locum habere nemo dubitat. Deinde ait: (*d*) *Patrui magni nepos, vel neptis, amitæ magnæ nepos, vel neptis, avunculi magni nepos, vel neptis, materteræ magnæ nepos, vel neptis. Hi omnes proavi, aut proaviæ ejus, de cujus cognatione quæritur, pronepotes & proneptes: ejuſdem avi, aviæve fratris, ſororiſve nepotes, nepteſve; & contra horum, ejuſdem avus, avia, patruus magnus, amita magna, avunculus magnus, matertera magna. Erunt autem pater, materve ejuſdem fratreſque, & ſorores utrius eorum propii ſobrini, ipſe his ſobrinus eſt, & invicem huic* (*e*) *illi ſobrini.* Hæc ex ſupra ſcriptis manifeſta ſunt: diximus enim ſobrinos eſſe inter ſe duorum conſobrinorum filios: ſobrinus itaque meus eſt patrui magni mei nepos: noſtri enim avi fratres ſunt, parentes conſobrini; proavus idem ſobrini pater propius ſobrinus mihi eſt, item meus ſobrino. Et hæc hujus appellationis cauſa eſſe videtur: quoniam non ſobrinus eſt, ſed propius uno gradu nobis eſt. Item ait: (*f*) *Septimo gradu ſunt patrui maximi, amitæ maximæ, avunculi maximi, materteræ maximæ filius, filia. Hæ omnes perſonæ, quas a patrui maximi filio enumeravimus, proavi, proaviæque ejus, de cujus cognatione quæritur, conſobrinæ ſunt: avi, aviæque ejuſdem propius ſobrinis.* Patruus maximus eſt abavi frater, (*g*) ejus filius proavo meo conſobrinus, avo propior ſobrino. Ad extremum ait: (*h*) *Patrui majoris & aliorum nepos, neptis &c. His perſonis avus, avia ejus, de cujus, cognatione quæritur, propius ſobrinis ſunt: pater mater, ſobrinus ſobrina; is de cujus cognatione quæritur, ſobrino natus eſt.* Deinde: *Patrui magni*, & aliorum *pronepos, proneptis &c. Horum patres, matreſque ei, de cujus cognatione quæritur, ſobrini, ſobrinæque ſunt; ipſe autem iſdem ſobrino, ſobrinave natus.* Hæc ſunt, quæ Paulus de ejuſmodi perſonis ſcribit: & ſi mendoſi libri circunferantur. Ex quibus in inſtitutionibus quoque emendandum eſt, & in conſtitutionum codice, quod ab Accurſiano errore manavit, & conniventibus oculis omnes prætermiſerunt: neque enim arbitror ei, qui legerit ea, quæ ſupra ſcripta ſunt, audacius, quam verius pronuntiatum id a me eſſe videbitur. Accurſiani erroris origo eſt ex libro III. inſtitutionum. Cum enim ab Juſtiniano ſcribatur: (*i*) *Quinto gradu ſunt fratris patruelis, vel ſororis patruelis, conſobrini, & conſobrinæ, amitini, & amitinæ filius, filia. Propior ſobrino, propior ſobrina: hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.* Quæ ex libro VIII. Caii ad edictum provinciale, (*k*) cujus verba antea retulimus, accepta eſſe videntur. Ea Accurſius ita interpretatur, *ut propior ſobrino*, vel, ut ipſe appellat, *propior ſobrinus* ſit conſobrini filius, & ex eo, quod poſtea dicitur, *hi ſunt patrui magni filii*; neſcio quomodo aliam perſonarum appellationem efficit. Hæc origo eſt, & fons cæterorum malorum, nam qui eam interpretationem acceperunt, addendum eſſe cenſuerunt Juſtiniano eas perſonas enumeranti, quæ ſexto gradu ſunt, propioris ſobrini filios, quod in omnibus libris, qui in vulgus noti ſunt, ſcriptum eſſe video: (*l*) at non in vetuſtioribus, cujuſmodi in Albornotiana noſtra bibliotheca, quam ſingulariter de religione, & diſciplinis, & patria meritus ÆGYDIUS ALBORNOTIUS reliquit, qui hanc ſedem Hiſpanis hominibus conſtituit: liber eſt non ita antiquus, ut Accurſianis notis careat. Non infitior tamen debuiſſe Juſtinianum conſobrinorum nepotes ſexto gradu enumerare; (*m*) quod Cajus fecerat, ex quo cætera accepta videntur: ſed hi non propioris ſobrino filii appellantur, ſed ut dixi, conſobrinorum nepotes. At propioris ſobrino filii ſunt, qui ſobrini proprie appellantur, hoc eſt, ut Cajus & Juſtinianus interpretantur, qui, quæve ex duobus conſobrinis procreantur. Conſobrinorum vero nepotes omiſiſſe Juſtinianum, Theophilus locuples aliis in rebus teſtis eſſe poteſt: qui tamen, in alio genere erroris verſatur, quod poſtea refellam. Ad Accurſianos redeo, & eorum audaciam, niſi mea major eſt. Supra a me ſcripta ratione auſi iidem ſunt conſtitutioni alteri *Unde legitimi* [*n*] interpretationem addere de ſuo, quæ conſtitutionis verba eſſe hodie exiſtimamus: IMPP. DIOCLET. ET MAXIM. *AA. Zenoni: Cum propius ſobrino, ideſt conſobrina natum, rebus humanis inteſtato defunctum proponas: intelligis ſine auxilio bonorum poſſeſſionis ejus te ſucceſſionem vindicare non poſſe.* Sic autem Haloander edidit, alii *cum propiorem ſobrinum, id eſt natum a conſobrina ſcribunt.* Accurſius addit, *id eſt, in quinto gradu a conſobrina, qui reſpectu ſequentis dicitur ſobrinus propior.* Quæ verba cum mihi tanto viro digna non viderentur; inveni, aut falſo eſſe Accurſio adſcri-

(a) §. Sexto. *verſ.* Patrui majoris fil.

(b) *ead. l.* §. Quinto. *verſ.* Patruus major.

[c] *Delendum fortaſſe.*

(d) *Ead.* §. Sexto. *verſ.* Patrui magni nep.

[e] Hih *Fl.*

[f] §. Septimo. *verſ.* Patrui maximi fil. *ead. l.*

(g) §. Sexto. *verſ.* Patruus maximus. *ead. l.*

(h) *d.* §. Septimo. *verſ.* Patrui majoris.

(i) §. Quinto. *inſtit. de gradib. cognat.*

[k] *d. l.* 1. §. Quinto.

(l) §. Sexto. *inſt. eod.*

(m) *L.* 3. *eod.*

(n) *L.* 2. *C. unde legit.*

ſcripta, quoniam in Albornotiano libro non ſunt, aut non ita ſcribenda eſſe. * Sed ut duo illa verba *a conſobrina*, ex contextu conſtitutionis irrepſerint: & Accurſianæ notæ, quæ in Fradinianis libris duæ ſunt, tres ſint. Quamquam hæc minime neceſſaria ſunt: ut enim antea ſcripſimus, illam propioris ſobrino interpretationem adulterinam eſſe ſuſpicamur. Cujuſmodi multa in omnibus omnium diſciplinarum libris ex interpretibus inferuntur. Maximum illud ſignum eſt, quod apud Paulum oſtendimus, numquam conſobrini filios eo nomine appellatos, ſed patrui magni filios tam crebro, ut legentem tæderet, opinor, multitudinis exemplorum. Quod ſi & hi, & illi propius ſobrinis appellantur: ut Pompejum & Haloandrum ſcripſiſſe ſcio: utros intelligemus altera conſtitutione (*a*) *communia de ſucceſſionibus*; aut ſi quo alio loco eorum mentio fiat? Deinde credendum non eſt, tantam rem, quæ maximis tenebris omnes illos cognationum gradus impleret, jureconſultos illos veteres, aut Tribonianum fugiſſe. Poſtremo, quibus argumentis utantur, videmus; quibus noſtra tueamur, expoſita ſunt: illi mendoſis libris, Accurſio, & Pompejo plus deferunt, quam nos Florentinis Pandectis, Pauli & cæterorum auctoritati. Sed nos ejuſmodi hominum & librorum conſenſum, rerum tractationi, & ipſi, niſi vehementer fallor, veritati numquam præferendam putabimus. Ad Pauli ſententias, & Theophili inſtitutiones venio, cum quibus mihi alterum certamen eſt. Scribit Paulus: (*b*) *Quinto gradu veniunt ſupra quidem atavus, atavia; infra adnepos, adneptis; ex obliquo fratres & ſorores, pronepos, proneptis.* Jam hæc mendoſa ſunt: ſcribendum enim eſt: *Fratris & ſororis:* & poſtea: *fratres patrueles, ſorores patrueles, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius, filia.* Scribendum eſt *fratris patruelis, ſororis patruelis.* Addit *proprius ſobrinus, ſobrina; ideſt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius filia.* Opinor ſcribendum eſſe *propius ſobrinus*, quod ſemel in Digeſtis eſt; (*c*) aut *ſobrino*, quod eſt crebrius. Deinde ait: *Sexto gradu veniunt ſupra tritavus, tritavia, infra trinepos, trineptis; ex obliquo fratris & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis* [ſic enim ſcribatur, oportet] *amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ, patrui magni, amitæ Magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ, nepos, neptis. Propioris ſobrini filius filia, qui conſobrini appellantur.* Hæc verba multis modis ſunt mendoſa. Nam ſi quinto gradu propiorem ſobrino eſſe dixerat patrui magni, aut aliorum filium: propioris ſobrino filius, & patrui magni nepos idem eſt. Item quod ait, conſobrinos eos appellari, falſum eſt: appellantur enim ſobrini, ut antea ſcripſimus; quod etiam in ſeptimi gradus perſonis emendandum eſt. Sed & Theophilus emendandus eſt (*d*) aut corripiendus, quod omnes appellet conſobrinos. Qui ita diſtinguit, ut propius ſobrinis appellet *proprios conſobrinos:* ſobrinos vero *majores conſobrinos.* Nos itaque illud probamus, conſobrinos eſſe fratrum, aut ſororum filios, quos Hiſpani *primos germanos* appellamus; conſobrinorum filii ſobrini, a nobis vulgo *primi ſecundi* inepte dicti ſunt; propius vero ſobrinis ſunt parentum conſobrini, quos *thios* græco, translaticioque verbo vocamus. Quo verbo proprie utimur aptius, cum patruum, amitam, avunculum, materteram ſignificamus. (*e*) Sobrinorum vero nomine pro fratrum, aut ſororum filiis abutimur, quos barbare nepotes Accurſiani appellare ſolent. [*f*] Sed hac ſuper re nimis multa ſcripſimus.

(a) *L.* 2. *C. comm. de ſucc.*

(b) *Paulus lib.* 4. *ſentent. tit. de gradib.*

[c] *L.* Juriſconſult. §. Sexto. *verſ.* Patrui magni nepos.

[d] *Theoph.* §. Quinto. §. Sexto. *de gradib.* & §. *ult. de ſucceſſ. cogn.*

(e) *Sic* §. Tertio. *inſt. eod.* & *in auth. de her. ab int. ven.*

(f) & *alii. c.* Tua nos. *de conſ.* & *adfin.*

CAPUT VI.

Scribendum eſſe aliquot Digeſtorum locis decies, centies, *aut* milies.

FEcimus proximo capite ejus loci mentionem, quo Haloander, (*g*) quid propius ſobrino ſignificet, exponit: eoque nos excitati pluribus verbis rem ſatis obſcuram explicavimus. Sed quoniam eodem loco Florentinorum librorum ſcripturam in *centies, aureorum* laudat: eadem in re verſari, utpote eleganti, neque ſatis noſtris cognita, peropportunum eſſe exiſtimavi. Neque aliquis expectet a me, ut quæ docte Budæus, Portius, & Alciatus (*h*) hac de re ſcribant, referam: ea enim malo in eorum libris legi. Tantum ſcribam, quibus Digeſtorum locis ea, quæ ab ipſis dicuntur, locum habeant. Sed ille Portii & Haloandri ſcrupulus evellendus eſt. Multum hi differre exiſtimant *decies* an *deciens* ſcribatur: & ſcire oportet veteres ſæpe *N* inter *E* & *S* poſuiſſe, ut mollius id proferrent. Nam & *totiens*, & *quotiens*, in antiquis monumentis, & Florentinis Pandectis ſcriptum vidimus, & *thenſaurum*, & *quadragenſimum*, *trigenſimum*, & *vicenſimum*, ut hoc ipſum *deciens, centiens, miliens.* Quibus tamen abſtinere nonnunquam librarios illos animadvertimus: & ſi aliis, his præſertim locis, quibus, ſi ea differentia vera eſſet, maxime neceſſaria fuit, utendum erat; ſervatum tamen non eſt. Celſus libro XVIII. Digeſtorum: (*i*) *Propemodum tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici poteſt. Sic enim dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Centies* aureorum, non *centiens*, nec *centum* ſcriptum eſt. Item Paulus libro II. Decretorum: (*k*) *Imperator* (inquit) *interrogavit partem legatarii quærendi cauſa: pone, inquit, in condito centies aureorum eſſe, quæ in uſum ſumi ſolerent: diceres, totum, quod eſſet relictum in arca, deberi?* Hoc tamen

(g) *Hal. ante* C.

(h) *Bud.* & *Portius libris de aſſe. Alciatus lib.* 3. *cap.* 1. & 2. *diſpunct.*

[i] *L.* Propemodum. *de verb. ſign.*

(k) *L.* Ofidius. *in fin. de legat.* 3.

* Non aſſentitur Ant. Contius de Grad. Affinit. & Conſanguinit. & nomin. eorum Tit. X. Lib. XXXVIII. Pandect. verb. *Feſtus.*

men loco *N* inter verſiculos additum eſt. Interpretatur hæc capita recte Haloander, ut centies centena milia aureorum intelligantur. Quam interpretationem Budæus & Portius primi omnibus libris, quibus compendiarium id dicendi genus eſſet, fecerunt. Maximum illud ejus rei ſignum eſſe videtur, quod ne eos quidem fugit, videre nonnunquam ſcriptum decies centena, ut illud eſt:

........Decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento: quinque diebus
Nil erat in loculis.

Et apud Papinianum libro XXIX. Quæſtionum: (a) *Imperator quoque noſter Severus filiæ Flavii Athenagoræ, cujus bona fuerant publicata, de fiſco ideo numerari decies centena dotis nomine juſſit, quod ea, patrem præſtitiſſe dotis uſuras, allegaſſet.* Quo etiam loco *N* additum eſt: & intelligendum eſt decies centena milia ſeſtertiorum nummorum. Cur enim potius decies centena dicerent, quam mille? Sed moleſtiam numerorum hac brevitate vitabant in pecunia percenſenda, non etiam aliis rebus ſeciſſe veteres animadverti. Itaque Juſtinianus recte quadam conſtitutione ſcripſit: (b) *Extanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo milia, verſuum autem tricies centena extendebatur*, quod alia conſtitutione græco dicendi genere ſcripſerat: (c) *Duo pene milia librorum eſſe conſcripta, & plus, quam trecenſiens decem milia verſuum a veteribus effuſa.* Nam græce trecentæ myriades verſuum dicuntur. Illud itaque in uſu Romanorum fuit, ut cum *decies*, aut *centies* dicerent aureorum, aut ſeſtertium; vel eum *decies*, aut *vicies* centena, toties centena milia augerent, quot ille numerus, qui enuntiabatur, ſignificabat. Sed & ſi *decies* ſolum dicatur, idem intelligendum eſt. Papinianus libro VII. Reſponſorum: [d] *Cum uxori mandatum eſſet, ut moriens filiæ communi decies reſtitueret.* Quod nuſquam recte ſcriptum vidi, Tuſcos libros ſemper excipio. Significatur eo verbo is numerus, qui a nobis *milio* vulgo dicitur:

(a) L. Cum de in rem verſo. de uſuris.
(b) in procem. Dig.
(c) L. 2. §. Sed cum omnia. C. de vet. jure enucl.
(d) L. Avia. §. Pater. de cond. & dem.

Si dederint ſuperi decies mihi milia centum,
Dicebas nondum Scævola factus eques:
Qualiter à vivam? quam large? quamque beate?
Riſerunt faciles, & tribuere dei.
In jus o fallax, atque infitiator eamus:
Aut vive, aut decies Scævola redde deis.

Eleganter quoque apud Paulum libro V. ad Sabinum ſcribitur: (e) *Non eſt ſtatuliber, cum libertas in tam longum tempus collata eſt, ut eo tempore is, qui manumiſſus eſt, vivere non poſſit: aut ſi tam difficilem, immo pene impoſſibilem condicionem adjecerit, ut aliunde ea libertas optingere non poſſit, veluti ſi heredi miles dediſſet.* Vulgo *mille* ſcribitur, quæ facilis condicio fuiſſet. Florentiæ tamen una littera minus ſcriptum eſt *miles*. Eſt enim vel ditiſſimi liberi hominis patrimonium miles centena milia nummorum; ac ſi Budæi æſtimationem probamus, vicies quinquies centena milia aureorum nummorum, quibus hodie utimur, excedit.

(e) L. Cum heres. §. 1. de ſtatu lib.

CAPUT VII.

Seſtertium, denariumque non recte doctos quoſdam viros æſtimaſſe; & quæ ſit conſtitutionis ultimæ de donationibus juſta interpretatio.

POſtulant ea, quæ ſcripta ſunt, atque adeo flagitant, ut de ſeſtertii nummi æſtimatione tractemus. Quæ res non ita expedita eſt, & facilis, ut poſt multas multorum eruditiſſimorum virorum lucubrationes eſſe oportuit. Nam licet uno omnes ore pronuntient, denarium aſſibus decem, ſeſtertiis quatuor æſtimari: tamen video injectum eſſe maximi laboris, & ob eam rem peritiſſimo viro Gul. Budæo ſcrupulum ex Vitruvio & Tacito, & quod me ad hæc ſcribenda movit, animadverti, Juſtiniani conſtitutione, (f) & Mæciani de ejuſmodi rebus libro non ante multos annos reperto, ſeſtertium aſſibus quattuor; denarium ſexdecim æſtimatum. Itaque nemo, opinor, mihi vitio dabit, ſi Juſtiniani, qui jus civile nobis conſtituit, & Voluſii Mæciani, e cujus libris publicorum & fideicommiſſorum, multa in Digeſtis capita ſunt, auctoritatem ſecutus, ab aliorum opinione diſcedo. * Quamquam non hoc diſcedere eſt: ſed certis limitibus eorum ſententiam circumſcribere. Mæciani enim verba ſunt hæc: *Denarius primo aſſes decem valebat, unde & nomen traxit, quinarius dimidium ejus, ideſt quinque aſſes, unde & ipſe vocatur; ſeſtertius duos aſſes & ſemiſſem, quaſi ſemis tertius græca figura* ἕβδομον ἡμ τάλαντον: *nam ſex talenta, & ſemitalentum eo verbo ſignificantur. Lex etiam XII. tabularum argumento eſt, in qua duo pedes & ſemis, ſeſtertius pes vocatur. Sic autem ſcribendum eſt, non ſemiſſis tertius.* His Mæciani verbis Budæi, Alciati, Portii ſententia confirmari videretur, niſi addidiſſet: *Nunc denarius ſexdecim, victoriatus & quinarius octo, ſeſtertius quatuor aſſes valet.* Idem Vitruvius (g) ſcribit, non longe ab initio libri tertii, cujus verba Budæus libro V. de aſſe refert: ea etiam nos hic referemus. Quod libenter facimus, ne ullum ſcrupulum lectoribus relinquamus: *Noſtri*, inquit, *primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario denos æreos aſſes conſtituerunt, & ea re compoſitio nummi ad hodiernum diem denarii nomen retinet, etiamque quartam ejus partem, quod efficiebatur, ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe, ſeſtertium vocitaverunt. Poſtea quoniam animadverterunt, utroſque numeros eſſe perfectos & ſex, & decem, utroſque in unum conjecerunt, & fecerunt perfectiſſimum*

(f) L. ult. C. de donat.
(g) Vitruvius lib. 3. cap. 1. de architect.

* Vid. ad hæc Frideric. Brummer. in comm. ad l. Cinciam. Cap. 14. n. 22.

mum decuſſiſſexis. Hujus autem rei auctorem invenerunt pedem. E cubito enim, cum dempti ſunt palmi duo, relinquitur pes quattuor palmorum; palmus autem habet quattuor digitos: ita efficitur, uti habeat pes ſexdecim digitos, & totidem aſſes æreos denarius. Placet enim mihi Budæi emendatio, ut non *æreus denarius*, ſed *aſſes æreos* ſcribatur. Hæc Vitruvii verba Budæum acriter torſerunt, & ita cum eo tranſigit, ut nonnihil declinet de certa illa conſtituta in perpetuum æſtimatione. Ex ſupraſcriptis Juſtiniani conſtitutionis verba intelligentur: quæ neſcio an alicujus receperint interpretationem: menda quidem certe receperunt. Sunt autem hæc in Norico libro editorum optimo: IMP. JUSTINIANUS *A. Joanni P. P. Verba ſuperflua, quæ in donationibus poni* (*a*) *ſolebant, ideſt ſeſtertius nummi unius, aſſium quattuor, penitus eſſe reicienda cenſemus.* E quibus illud *ideſt* libenter auferrem. In recentioribus libris mendoſe ſcribitur: *ſcilicet ſeſtertii nummi, unius aſſis, vel quattuor*; in antiquioribus melius, *ſeſtertii, nummi unius, aſſium quattuor.* Quibus illud ſignificabatur, ſeſtertium nummi unius æſtimatione eſſe, quod Budæus libro I. de aſſe fatetur: aſſium vero quattuor, quod Mæcianus ſcribit. Scribebantur autem in donationibus, vel ut ſeſtertii ambiguitatem auferrent, propterea quod, ut a doctiſſimis viris proditum eſt, (*b*) ſeſtertium mille ſeſtertiis æſtimaretur: vel quoniam [quod hodie fit] ut probos nummos conſcriberent, ejus legitimam æſtimationem addere ſolebant. At cum Juſtiniani temporibus *ſolidis, & ſiliquis, & tremiſſibus*, ut poſtea ſcripturus ſum, uterentur: ſuperflua illa formulæ donationis verba erant exiſtimanda. Cujus rei extat illud non minimum argumentum, quod libro tertio inſtitutionum Juſtinianus refert (*c*) lege Papia conſtitutum; ut ſi centenarii liberti, id eſt, hi, qui centum millibus ſeſtertiorum cenſerentur, jus trium liberorum non haberent, virilem partem cum filiis patronus haberet. Quam tamen ſummam idem Imperator Græca conſtitutione in ſuorum temporum pecuniam mutavit, & centenarios libertos non a ſeſtertiis illis majoribus centum, ſed a totidem aureis vocari voluit: non quod eadem pecunia eſſet, ſed ut idem nomen conſervaretur (quod eleganter alii jamdiu ſcripſerunt) & ut uſus vulgaris pecuniæ ratio haberetur. Quæret aliquis: quo tempore ſeſtertii æſtimatio fuerit mutata? Et id Plinius libro XXXIII. (*d*) prodidiſſe mihi videtur. Ejus enim verba ſunt: *Argentum ſignatum eſt anno urbis DLXXXV.* [aut ut Budæo placet DLXXIII.] *Q. Fabio Coſ. quinque annis ante primum Punicum bellum, & placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertius pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impenſis reſpublica non ſufficeret: conſtitutumque, ut aſſes ſextantario pondere ferirentur: ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum.* Sextantarii aſſes apud Sex. Pompejum ſeptennium duraſſe dicuntur, cum initio librales fuiſſent, ut Mæcianus quoque [*e*] & Gellius ſcribunt. Deinde ait Plinius: *Poſtea Annibale urgente, Q. Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti. Placuitque denarium ſexdecim aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis.* Quid hoc clarius, aut apertius dici poteſt? ut oſtendat ante Q. Fabii Dictaturam illis denariis & ſeſtertiis Romanos uſos, quorum æſtimationem cæteri tradiderunt: poſtea his, in quorum æſtimatione Juſtinianus, Mæcianus, Vitruvius & Plinius conſentiunt. Neque illi audiendi ſunt, qui Plinianam ſcripturam mendoſam putant, nec qui hæc, dum Annibal moleſtus Romanis fuit, viguiſſe credunt. Alterum enim non facile credendum eſt, alterum eſt manifeſto falſum. Extant enim diverſorum temporum ſcriptores, qui id ſuis quiſque temporibus valuiſſe ſcribant. Quod vero poſtea Plinius ſcribit: *ita reſpublica dimidium lucrata eſt*; recte Budæus ad ſextantarios aſſes refert. At quod ait: *In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus*: ſignificat diurnum denarium, quem, ut Tacitus Cornelius ſcribit, milites merebant, decem aſſibus ſemper æſtimatum: idque apud Tacitum queritur Pannonicus miles, cur decem aſſes, non vero denarium acciperent. Denique ſcribit, lege Papiria ſemunciales aſſes factos: quod arbitror numquam immutatum. Quod vero Varro libro IV. de verborum origine, Apulejus apud Priſcianum libro VI. Aruntius apud eundem libro ſingulari de ponderibus, & Sex. Pompejus ſcribunt, denarium aſſes decem, quinarium, ſeu victoriatum quinque, ſeſtertium duos & ſemiſſem valuiſſe: præteriti temporis æſtimationem omnes exprimunt; hoc eſt, unde origo eorum verborum manaverit, ab illis ſcilicet initiis a Plinio conſcriptis. Plutarcho vero & Dionyſio, ac cæteris, e quibus argumenta erroris optimi viri ſumunt, ita reſpondeo, de his rebus ſcripſiſſe eos, quæ ante Q. Fabii Dictaturam geſta fuerunt: quo tempore antiqua illa æſtimatio locum habet: ut de Camilli exilio, Servii Tullii regis cenſu. Namque ita conſtituendum eſt, ut, ſi Plinium in tempore, quo æſtimatio mutata eſt, non erraſſe putamus, non ita de his, quæ ante ſecundum bellum Punicum geſta ſunt, exiſtimemus; atque de his, quæ Tullianis, aut Cæſarum temporibus. Concidat itaque neceſſe eſt, omnis illa ſeſtertiorum & denariorum æſtimatio, quam eadem ratione ad omnes libros applicabant: vel potius coercenda eſt, ut ad tempus, quo de agitur, referatur. Jam vero ut ad noſtram pecuniam vetus ratio conferatur, mutanda eſt recepta ab ſtudioſis viris æſtimatio. Niſi quod hi, qui ponderibus uſi ſunt, ſi illud probare poſſint, nihilo antiqua pondera a noſtris differre: & argenteos, aureoſque nummos veteres non contendendo deminutos appenderunt: facile poterunt eos ex ipſorum nummorum notis, & pondere ad noſtros referre. Hæc de ſeſtertio.

(a) *L. ult. C. de donat.*

(b) *Bud. Port. libri de aſſe. Alc. lib. 3. c. 1. 2. & 9. diſp. & l. Lecta. de reb. cred. & lib. ſing. de pond.*

[c] §. Poſtea. & *ſeq. de ſucc. lib. inſtit.*

[d] *Plin. lib. 33. c. 3. nat. hiſt.*

(e) *Mæcian. lib. de aſſe in fin. A. Gell. lib. 20. c. 1.*

Google

CAPUT VIII.

De aſſis & unciæ partibus.

GRavi ære veteres uſi initio urbis fuere: binc, ut Plinius ait, libra in emptionibus imaginariis uſi poſtea ſunt; (*a*) hinc diſpenſatores, expenſa & accepta, compenſare, & impendere dictum eſt: poſtea ita ſignatum eſt, ut æris libra as appellaretur, duæ dupondium; idem enim pondo, & libra ſignificat: (*b*) dupondii, & ſemiſſis pondere ſeſtertius, decem aſſium denarius appellaretur: quamquam plerique ſcribunt, ſeſtertium & denarium argenteos nummos fuiſſe, quod ipſe probo. As, quod libram penderet, duodecim uncias continebat: ejus partibus juriſconſulti in hæreditatibus, atque aliis partitionibus uti ſolent. De quibus Ulpianus libro VI. Regularum ita ſcribit: (*c*) *Hæreditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia uſque ad aſſem, puta hæc: Sextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.* Idem Juſtioianus ſcribit libro II. inſtitutionum: (*d*) utroque loco ſunt, qui *ſeſcuncem* addant octavam aſſis partem; ſed neque in Tuſco libro, neque in Theophili inſtitutionibus eſt *ſeſcuncia* (ſic enim appellatur a Mæciano) ut ſeſcuncis nomen ab Accurſianis fictum eſſe videatur. Eſt autem quadrantis dimidium, hoc eſt uncia ſemis. Ejus mentio fit ab Ulpiano libro XIV. ad edictum: [*e*] *Proinde*, inquit, *ſi ſint ex duobus filiis nepotes ex uno plures, tres puta, ex uno unus: unicum ſeſcuncia, unum ex illis ſemuncia querella excludit:* & alii aliis locis. (*f*) Uncia vero a Mæciano & Varrone in duas *ſemuncias* dividitur, ſic enim vocant, non *ſemiuncias*, ut quidam apud Ulpianum (*g*) & Scævolam (*h*) ſcribunt: in tres *binas ſextulas*, quas *duellas* Palæmon appellat. Binæ ſextulæ dicuntur, quod ſextula ſit ſexta unciæ pars. Cicero pro Cecinna: *Facit hæc hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, Ebutio ſextulam aſpergit.* Quarta unciæ pars *ſicilicus* dicitur: hujus mentio apud Scævolam libro XXII. Digeſtorum. (*i*) Quidam filium ex dodrante uxorem ex quadrante hæredes inſtituit: filii fideicommiſit, ut reſtitueret uxori, quæ filii noverca erat. Hæreditatem ab uxore petiit, ut menſtruos aureos denos filio præſtaret, quoad is XXV. ætatis annum impleviſſet, quo tempore dimidiam ei hæreditatis partem reſtitueret: filius, deducta quarta, dodrantem reſtituit, hoc eſt ſextante & ſicilico deducto, ſemiſſem, ſemunciam, & ſicilicum reſtituit: itaque noverca dodrantem ſemunciam ſicilicum, privignus ſextantem ſicilicum habebant: quæſitum eſt, an cum privignus viceſimum quintum annum impleviſſet, ſemiſſem noverca ſuæ partis, hoc eſt trientem ſemunciam ſicilicum, & ſicilici dimidium, quæ *ſcriptula* tria dicere poſſumus, reſtituere debeat: an vero quod ad ſemiſſem ei deeſt totius hæreditatis, addere: & hoc Scævola reſpondit reſtituendum eſſe. Id autem erat quadrans ſemuncia ſicilicus: & ſane nimium inepti fuerunt, qui *ſiliquam* illic pro ſicilico ſcripſerunt, cum illa uncia ſit CXLIV. pars, hæc quarta: quos jure præceptor noſter reprehendit. (*k*) *Scriptulum* vero, io cujus mentionem incidi, idem eſt, quod vulgo *ſcrupulus* appellatur: eſt autem XXIV. unciæ pars: quod Accurſium non fugit. [*l*] Appellatum ſcriptulum videtur, ut Agricola medicus ait, ad τȣ̃ γράμματος imitationem. Scriptuli dimidium *ſimplium* vocari Mæcianus ait, Palæmon *obolum*. Qui addit ad Mæciani partitionem *drachmam*, quæ octava unciæ pars Græcis eſt, deinde ait:

Semina ſeu alii ſiliquis latitantia curvis
Adtribuunt ſcrupulo .....

Sed id ad pondus referri videtur; quamquam ut Mæcianus ſcribit, ponderis eadem diviſio eſt, quæ æris. Quamobrem illud quoque adſcribam, ſcriptulum in ſex ſiliquas partiri, obolum in tres. Emendandi igitur a Pootificii juris interpretibus ſunt hi verſus: (*m*)

Tres ſiclos obolus, obolos tres dragma, ſed octo
Uncia fert drachmas, duodena dat uncia libram.

Atque ita ſcribendum eſt:

Tres ſiliquas obolus, obolos ſex drachma, ſed octo
Uncia fert drachmas.

Quodque deinde dicitur:

Siclus habet ſeptem dragmas obolo minus uno.

Ea de cauſa dictum eſt, quod ſæpe in ſacris libris ſcriptum ſit, viginti obolis ſiclum conſtare: (*n*) Sanctiſſimus tamen ille vir Hieronymus ſcribit, (*o*) quattuor drachmas pendere *ſiclum*, ſive *ſtaterem*; utroque enim nomine idem ſignificatur: & Joſephus libro III. Atticas eſſe ait, quos ſecutus Iſidorus ſemunciam ſiclum pendere ſcribit. Viginti itaque illi oboli Judaici ſunt, ut *mina* quoque illa, quæ ſiclis ſexaginta conſtat, Ezechiele auctore. Sed ad unciæ Romanæ partes revertamur. Et Agricola Celſum ſecutus ſeptimam unciæ partem *denarium* appellat, in quo Budæum, Alciatum, Portium reprehendit, qui par pondus denario, & drachmæ eſſe ſcripſerunt. Qua de re, quoniam ad jus civile, non attinet, neque ſatis mihi cognita eſt, verba facturus non ſum. Hæc mihi e doctorum virorum lucubrationibus addenda eſſe videbantur, ad illas Ulpiani (*p*) partes aſſis.

(a) *Inſtit. de teſtam. in princ.*

(b) L. Scribit Q. Mucius. *de auro arg. leg.* §. Item ſcribit.

(c) L. Servum. *in fin. de her. inſtit.*

(d) §. Hereditas. *inſtit. de her. inſt.*

(e) L. Papinianus §. Quoniam. *de inoffic. teſt.*

(f) *L. ult. de conjung. cum emp.* l. Liberto. §. Filium. *de ann. legat. l. ult.* C. *de lib. præt. l.* Filium. *de leg. præſt.*

(g) *d.* §. Quoniam.

(h) *d.* §. Filium.

(i) *d.* §. Filium.

[k] *Alex. in rub.* C. *de metall. lib.* 11. & *l.* Frugem. *de verb. ſig.*

(l) *Accurſ. l.* 1. C. *de metall. lib.* 10.

[m] *Jo. Theu.* §. Item in Levitico. *de pœn. diſ.* 1.

(n) *cap.* judices. 1. *q.* 1. *Ex.* 30. *Levit. ult. Num.* 10.

[o] *Hier. Ezech.* 4.

(p) *d. l.* ſervum. *in fin.*

CAPUT IX.

De auri, æris, argenti libra, auro, ſive ſolido, ſiliqua, & tremiſſe.

COnſtitutionis quintæ, (*q*) aut, ut Haloander ſcribit, quartæ de ſuſceptoribus verba

(q) L. Quotienſcumque. C. *de ſuſc. præp. & arc. lib.* 10.

ſunt hæc: *Quotienſcumque certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri maſſa tranſmittitur: in ſeptuaginta duos ſolidos libra feratur accepta.* Libra itaque auri duobus & ſeptuaginta aureis æſtimabatur, quod Budæus & Haloander tentant corrumpere, & *duo de quinquaginta*, aut *quinquaginta* ſcribere, propter antiqui aurei æſtimationem. Sed nihil mutandum eſſe Conſtantinus Græcus jureconſultus me docuit libro III. *προχειρω.* & Demetrius Alabaldus, & Iſidorus qualeſcumque ſcriptores ad ejus modi quidem certe res non admodum leves. Aliis conſtitutionibus ſinguli ſolidi viginti æris libris æſtimantur, (*a*) argenti libra ſolidis quinque, [*b*] itaque libra auri æſtimabatur argenti libris quattuordecim ſeſcuncia ſicilico: æris vero libris mille, & quadringentis quadraginta: Argenti libra æris libris centum, hoc eſt, ſeſtertiis ſexcentis, denariis centum & quinquaginta, ſi aſſes ſemunciales, ut Plinius ſcribit, erant, & ſeſtertii aſſium quattuor, denarii ſexdecim: de quo antea ſcripſimus. Sed mihi non fit veriſimile, eadem ratione nummorum a Plinii ad Conſtantini & Arcadii ætatem, quorum illæ conſtitutiones ſunt, per multorum imperatorum tyrannidem uſos Romanos, & Bizantios. Illum potius errorem indicemus, in quem nollem optime de jure civili meriti noſtri interpretes incidiſſent. Neque enim tam crebro reprehendendi darent anſam Nebriſſenſi noſtro, qui non nihil jus civile adjuvit. Scriptum eſt Conſtantini conſtitutione [*c*] de argenti pretio: *Jubemus ut pro argenti ſumma quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferat.* Quinos ſolidos [*d*] Accurſius, Albericus, Jaſon, & quod magis miratus ſum, Pyrrhus Anglebermeus, decem interpretantur. Idem aliis locis fecerunt Accurſiani temporum barbarorum peccato. (*e*) Jam igitur conſtat, quæ eſſet argenti, æris, & auri librarum æſtimatio, ut ſi multa aliquot unciarum, aut librarum æris, auri, argenti indicatur legibus, in quot ſolidos aureos ea referenda ſit, cognoſcere facile poſſimus. (*f*) Vel ſi eorum ſententia vera ſit, qui nihilo has noſtras uncias ab illis differre exiſtimant: & inter nos nulla unciarum differentia ſit, ſed per tot ſeculorum intervallum, per tot terrarum ſpatia eiſdem ponderibus ſemper utamur ponderis nomine cognito ex his, quæ proximo capite ſcripta ſunt: facile licebit ejuſmodi interpretari. Namque ſi velis balucæ, aut auri ſcrupulos conſtitut. I. & V. de metallariis interpretari, cum ſcrupulis XXIV. uncia conſtet, ſi quid *baluca* ſit, ex Budæo, Alciato, aut Pyrrho cognoveris, ſine ulla difficultate, niſi te pondera fefellerint, quod velis, aſſequeris. In ſolidis aureis major dubitatio eſt, duo enim aureorum nummorum genera Budæus (*g*) & Alciatus conſtituunt, quorum neutro hodie utamur, & Digeſtorum aureos ab inſtitutionibus, & conſtitutionibus Juſtiniani ſeparant: eo argumento uſi, quod Tacitus dena ſeſtertia cauſarum patrono mercedis nomine permiſſa ſcribat, Ulpianus centenos aureos. (*h*) Cumque fiat ea ratione, ut ſeſtertium aureis decem æſtimetur: idque ſit mille ſeſtertiorum; conſequens eſt, aureum Ulpiani tempore centum ſeſtertiis mutuatum. Hæc illi quidem ſcribunt, quæ omnibus facile probaverint: addunt tamen, quaternos nummos, ex unciis ſingulis auri olim factos, quod non ſatis intelligo, quibus argumentis probetur. Nam quod Iſidorus ait, ex unciis ſingulis ſenos factos, veterem ſcripturam conſtitutione IV. (*i*) de ſuſceptoribus confirmat: duodecima enim illius ſummæ aureorum LXXII. pars hi ipſi ſex aurei ſunt; & cum altera conſtitutione [*k*] ſcriptum ſit, vicenis libris æris ſolidos ſingulos æſtimari, quæ vicenæ libræ noſtra ſeſtertiorum ratione CXX. ſeſtertios, eorum ratione multo plures efficiunt: mihi non fit veriſimile tam deminutos aureos pluris illis æſtimatos. Sed & illud probo, ut licet aliqua fortaſſe aureorum differentia fuerit, quod veriſimile videtur, tamen credendum non ſit, Juſtinianum eiſdem nummorum nominibus non eaſdem interpretationes afferri voluiſſe, cum omnes Digeſtorum conſtitutionum, & inſtitutionum libros quaſi ab ejus unius manu conſcriptos accipi voluerit. (*l*) Sed quid opus eſt verbis? Tangere manu propemodum hoc ipſum videmur. Scribit Ulpianus lib. LVII. ad edictum (*m*) ſi libertus in jus vocaverit patroni filium pœnalem in factum actionem dandam, *id eſt quinquaginta aureorum*: idem ſi patronus, aut ſine venia vocatus eſt, aut ſi qualemcumque fidejuſſorem dederit, & libertus non acceperit, idem Ulpianus, Modeſtinus & Calliſtratus ſcribunt. (*n*) Juſtinianus libro IV. inſtitutionum (*o*) *ſolidorum quinquaginta* conſtitutam eſſe pœnam ait. Quis dubitet de eadem pecunia agi? Quid? quod capite I. (*p*) de his qui effuderint vel dejecerint, Prætor ait: *Si eo ictu homo liber periſſe dicetur, quinquaginta aureorum judicium dabo?* Idem Juſtinianus ſcribit ſub titulo de obligationibus, quæ quaſi ex maleficio naſcuntur; & quod alio loco ait Prætor: (*q*) *ne quis in ſuggruenda, protectove ſupra eum locum, qua volgo iter fiet, inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat cuius caſus nocere cui poſſit: qui adverſus ea fecerit, in eum ſolidorum decem judicium dabo.* Juſtinianus ſcribit [*r*] pœnam *decem aureorum* eſſe conſtitutam. Non poſſumus idem crimen majoris & minoris æſtimationis aureis (quod ridiculum eſſet) coercere. Itaque mea ſententia eſt, aureos omnes conſtitutione illa æſtimatos, ut ſeni unciam conſtituerent: quamobrem *ſextulæ* nonnunquam appellati ſunt; (*s*) namque ſupraſcriptum a nobis eſt, eam eſſe ſextam unciæ partem: quo fit, ut ſi ſcriptula, ſeu ſcrupuli XXIV. in uncia ſint, ut ſunt, quattuor ſcriptula aureus ille pendat; aut ſi malis, octo *ſimplia*, vel obolos; ſed in ſcriptulo ſex ſiliquas ineſſe diximus: ſiliquis igitur XXIV. aureus æſtimatur. Quæ res Juſtiniani Novella conſtitutione CXXX. [*t*] manifeſta eſt, qua octava ſolidi pars tres ſiliquæ eſſe dicuntur. Eam conſtitu-

tio-

(a) *L. un. C. de collat. æris lib. eod.*

(b) *L. un. C. de arg. pret. lib. eod.*

(c) *L. un. C. de arg. pret. lib.* 10.

(d) *Accurſ. & Pyrrh. d. l. un. Alb. & Jaſ. l. ult. Dig. in jus voc.*

(e) *Accurſ. l.* Si ita ſtipulatus fuero. *in princ. de verb. obl. l.* Ut agendi. *decurſu pub. lib.* 11. *l.* Sciendum. *de legatum. l.* Qui teſtam. *de metallar. lib.* 11.

(f) *6. l. 2. C. de repiſc. aud. l.* Civitas. *C. de off. rect. prov. l.* Properandum. *§.* Sin autem utraq. *de judic. l. un. in fin. de ratiou. op. pub. l.* 1. *l.* Per annos. *C. de metall. lib.* 10.

(g) *Bud. lib.* 5. *de aſſe. Alciat. lib.* 3. *cap.* 9. *Diſpunct.*

(h) *L.* 1. *prope finem. de extr. cog.*

(i) *d. L.* Quicumq. *C. de ſuſcept. lib.* 10.

[k] *d. L. un. C. de coll. æris. lib. eod.*

(l) *L.* 1. *§.* Sed ſi quid. *C. de vet. jur. enucl.*

(m) *L.* Si libertus. *de in jus vocat.*

[n] *L.* In eum. *l. ult. eod. l.* 2. *in jus vocat. ut eant.*

(o) *§. ult. de pæna tem. lit.*

(p) *L.* 1. *in princ. de his qui eff. vel dej. §.* Item is. *inſt. de obl. quæ quaſi ex mal.*

[q] *L.* Si vero. *§.* Prætor. *de his qui eff.*

(r) *d. §.* Item is.

[s] *Vid. Alc. in rub. de metall. & lib.* 2. *c.* 22. *parerg. l.* Etiam. *l.* Hæc enuntiatio. *de verb. ſign. & lib. ſing. de ponderib.*

(t) *auth. de naut. uſur.*

tionem Haloander græce non edidit, propterea quod in Florentino Marcianæ bibliothecæ libro, quem Ludovicus Bononienſis deſcribendum curavit, ea conſtitutio deſideraretur. Quod ſacit, ut dubitem, an ne ea ſit, quam Novella CX. [a] abrogat: neque enim me earum conſtitutionum ordo movet, quod aliquando præpoſtere multa ex eo libro ſcripta eſſe deprehendi. Et plane ita eſt. Nam cum Venetiis hos libros edendos curarem, atque ego legum & decretorum Pontificiorum libris græcis legendis darem operam: incidi in Marcianæ bibliothecæ librum pervetuſtum Novellatum, ex quo omnia fere, quæ in Norico deſunt, deſcripſi, quorum utilitas ut omnibus juris ſtudioſis prodeſſe poſſit brevi efficiam. In eo optimo libro Græca illa conſtitutio, quæ CXXX. exiſtimatur περὶ τῶν ναυτικῶν δανείων CVI. eſt; cui adſcriptum eſſe vidi id, quod antea dicebam ταυτὴν ἀναιρεῖ ἡ ρι. Nam CX. περὶ τῶν τόκων hoc enim loco, ut in cæteris libris illic eſt, hanc ſine dubio abrogat; & utraque eſt ad Joannem P. P. miſſa. Sed, ut ad ſiliquas revertar, earum hanc eandem æſtimationem in Novella Majoriani de curialibus agnoſcere viſus ſum, ſed locus mendoſus eſt, quem nolo de meo cum antiquo exemplo caream, emendare. Illud ſane in Accurſio & Pyrrho deſidero, quod ſiliquas *ſolidos* interpretantur conſtitut. ſingulari (*b*) de imponenda lucrativis deſcriptione: quamquam ille alio loco Iſidorum veræ interpretationis teſtem citat; (*c*) quod ex ſupra a me ſcriptis, atque aliis conſtitutionibus conſtat, [*d*] quæ hanc interpretationem accipiunt. Hoc itaque ſiliquæ nomen non ruſticorum ſolum eſt ut apud Vergilium:

(a) *auth. de naut. uſur.*

(b) *L. un. C. de impon. lucr. deſcr. lib. 10. ubi Accurſ. & Pyrr.*

(c) *Acc. auth. nullam cred. agr.*

(d) *Nov.* 123. *auth. de ſanct. ep.* §. Sportular. *auth. ſed hodie. C. de epiſc. & cler. Nov.* 32. & 34. *auth. ad hæc. C. de uſur. & Nov.* 59.

Unde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen:

In qua ſignificatione Paulus utitur: [*e*] ſed & ponderis eſt, & nummi genus. Erat etiam aureus nummus, qui *tremiſſis* dicebatur, ſiliquarum octo pondere, ut tres ſolidum penderent. Quorum mentio fit conſtit. III. de militari veſte, & XVI. de erogatione militaris annonæ: quod neque Accurſius, neque Iſidorus ignorarunt: Et Haloander recte uſus eſt eo Novell. XXVIII. & XXIX. Sed ut illud, quod omnium utiliſſimum eſſe putant, non prætermittam: ſciendum eſt, receptum eſſe a noſtri temporis interpretibus juris, aureos hos nummos, quibus hodie utimur, multo eſſe illis, de quibus ſcripſimus, minores. Namque ita exiſtimant, libram auri XCVI. conſtare, unciam octonis aureis: ut aureus drachmæ ſcilicet pondere ſit, aut ſcriptulorum trium, obolorum ſex, vel ſimpliorum; & ſinguli octonis denis ſiliquis auri æſtimentur: Cum illos alteros ſextulæ pondere eſſe dixerimus, ſcriptulorum quattuor, ſiliquarum XXIV. Inde quingentos illos donationum ſolidos (*f*) DCLXVI. ſiliquis ſexdecim, æſtimare oportet: non octingentis, ut multi ſcribunt. [*g*] Servorum quoque pretia conſtitui poſſunt, qui aliquibus conſtitutionibus (*h*) quindenis aureis æſtimantur, hoc eſt, noſtrorum temporum vicenis: aliquibus [*i*] pro ut artificium, quo imbutus eſt ſervus, & ætas melior eſt, varia æſtimatio fit. Centenarii quoque liberti illi dicendi ſunt, [*k*] qui CXXXIII. aureos, ſiliquas XIV. in bonis habent: eadem quantitate honoraria merces advocatis permiſſa eſt, (*l*) qua in re video præceptorem meum variare. Nam cum de ea mercede agitur, exiſtimat, grandem pecuniam, æſtimatione veterum aureorum facta præſtari poſſe: (*m*) alio loco non putat, donationem, quæ quingentos vulgares aureos excedat, valere. (*n*) Mihi Accurſianorum ſententia probabilior eſſe videtur: qua omnibus Juſtiniani libris eandem aureorum interpretationem faciunt, quod antea ſcripſimus: qua vero libram auri & illo, & hoc tempore parem pondere eſſe exiſtimant, dubitare me ſupra ſcripſi. Sexcenta ſunt ſuperioribus ſimilia, quæ non peſſime eadem ratione interpretantur.

(e) L. Frugem. *de verb. ſig. ubi Alciat.* 6. *l.* 3. C. *de milit. veſt. lib.* 12. *l.* Jubemus. *in pr.* C. *de erog. mil. annon. e. lib. ubi Acc.*

(f) *L. pen.* C. *de donat.*

(g) *Jaſon. l.* 2. §. ex his. *num.* 16. *de verb. obl.* 6. *Alc. l.* Hæc enunciatio. *de verb. ſig.*

(h) *L. ult.* C. *quod cum. inf. l.* Si quis argentum. C. *de donat.*

(i) *L.* 3. C. *comm. de leg. l.* 1. C. *de comm. ſerv. man.*

(k) §. Sed noſtra. *inſt. de ſucc. lib.*

(l) *L.* 1. *in fin. de extraord. cond.*

(m) *Alc. lib.* 3. *cap.* 9. *diſpunct.*

(n) *Idem d. l.* Hæc enuntiatio.

CAPUT X.

De centeſima uſura.

EXtat Valentiniani conſtitutio (*o*) in Theodoſiano codice, qua quadrupli pœna punitur is, qui quicquam ultra centeſimam acceperit. Cujus interpres ita ſcribit: *Si quis plus quam legitima centeſima continet, ideſt, tres ſiliquas in anno per ſolidum amplius debitori ſub occaſione neceſſitatis accipere, vel auferre præſumpſerit, conſtrictus quadrupli pœna reſtituet.* Hoc Alciatus noſter ita interpretatur, (*p*) ut hanc exiſtimet centeſimæ uſuræ definitionem, cum ob ſingulos aureos tres ſiliquæ quotannis accipiuntur. Mihi vero, quod pace præceptoris dixerim, major centeſima illa uſura eſſe videtur. Nam ſi tres ſiliquæ obolum conſtituunt, quæ octava eſt ſolidi pars, ut eodem loco ait: fieri non poteſt, ut octava pars centeſima uſura ſit. Finge etenim octingenta credita, octo in ſingulos menſes centeſimæ uſuræ nomine deberi nemo negat: hæc duodecies aucta XCVI. anno vertente erunt: cum centum octava ſcilicet ſit pars. Deinde ſi centum duodecim quotannis pariunt, XXV. tria efficiant neceſſe eſt: at ſiliquas quattuor & viginti ſolidus valet; non igitur hæ, tres patere poſſunt. Illud itaque arbitror interpretem voluiſſe, vel ut majorem centeſima illam trium ſiliquarum pronuntiaſſe, vel ut ſui temporis uſuram, quæ non multum a centeſima abeſſet, pro centeſima interpretaretur. Neque hoc mirum cuiquam eſſe videatur, cum hanc ipſam octavæ partis uſuram, hoc eſt, trium ſiliquarum in ſingulos ſolidos Novella conſtitutione CXXX. (*q*) vel potius CVI. in nauticis uſuris enumeret: eoque argumento Socinus utitur [*r*] ad optimam illam centeſimæ uſuræ interpretationem, quam a Barbaro Hermolao acceperat, confirmandam: eſt tamen apud Socinum idem ille error emendandus, quem ex Hermolai libro, & Columella Budæus ſuſtulit libro I. de aſſe: octo enim jugera pro ſeptem ſcripta ſunt; ſed & nuper majore erro-

(o) *L.* 2. C. *Theod. de uſur.*

[p] *Alc. l.* Frugem. *de verb. ſign. & lib.* 2. *cap.* 23. *parerg.*

(q) *Auth. de naut. uſur.*

(r) *Soc. l.* 3. *in fin. ad l. Falcid.*

ro-

rore in Victoriano Columella (*a*) commiſſum eſt, ut, quod ajunt, ipſi nobis fontes ſitire videantur. Quamobrem operæ pretium eſſe putavi totam illam rationem ſemiſſium uſurarum de Columellæ ſententia explicare. Nam cum vellet is oſtendere majores fructus ex vineis, quam ex fœnore ſemiſſium uſurarum ſumi: *Septem*, inquit, *jugera unius vinitoris operam poſcunt, hic plurimum octo millibus ſeſtertium emi poteſt, ſeptem jugera totidem millibus; vites vero & pedamenta, quæ vineæ dotem appellare poſſis, binis milibus in ſingula jugera, horum ſumma eſt ſeſtertium XXIX. millium.* Hæc ſumma, ſi octo jugera eſſent, ut Barbarus, Socinus, & Nebriſſenſis ſcribunt, & ante Budæi admonitionem, vulgo habebatur: ad XXXII. millia creſceret. Quæ multo majorem efficeret ſummam ſemiſſium uſurarum, biennii, quo ſi in nominibus eadem pecunia collocata foret, fructus illos afferret: quam a Columella ſcribitur. Scribitur autem hoc: *Huc accedunt ſemiſſes uſurarum ſeſtertium tria millia & quadringenti & octoginta nummi biennii temporis, quo velut infantia vinearum ceſſat a fructu. Viginti enim novem millia quotannis uſuris centeſimis eam ſummam efficient, in ſingula millia centenis vicenis nummis enumeratis. Semiſſes vero uſuræ biennio non plus centeſimis in annum augentur.* Deinde ait: *Si vineæ vinitoriſque pretium cum his uſuris conjungas, fiet ſumma XXXII. millium CDLXXX. nummorum, Quam pecuniam ſi in nominibus poſueris, reddet fructus mille nongentorum quinquaginta fere ſeſtertiorum, ratione illa ſemiſſium uſurarum, ut in ſingula centum, ſenos ſeſtertios, in ſingula millia, ſexagenos numeres.* In Victoriano libro non hæc ſumma eſt, ſed mille ſeptingentorum quadraginta nummorum quæ uſura eſt illorum XXIX. millium; errorque ex Budæi libro I. de aſſe non diligenter ab eo, qui hunc locum corrupit, lecto [ut opinor] manavit. Fructus vero vineæ eam ſummam excedere ait, quoniam, inquit, deterrimi generis vineæ ſingulos culleos ſingula jugera ferunt, culleus urnas quadraginta capit, hæ trecentis nummis veneunt, ſepties itaque trecentis nummis auctis, ſumma fiet, duorum millium, & centum nummorum. Maximam a nobis gratiam inierunt Hermolaus, Socinus, & Budæus, qui perpulchram hanc interpretationem adverſus Accurſianos Columellæ auctoritate ducti invenerunt; non minorem Alciatus noſter, (*b*) qui multis argumentis hoc ipſum tuetur; item ejus diſcipulus Viglius, qui Theophili inſtitutionibus prolatis, quibus non obſcure hæc interpretatio ſcripta eſt, (*c*) bene de jure civili eſt meritus. Sed & illi nos juvarunt, qui Conſtantini Harmenopuli epitomen ediderunt, cujus libro III. de uſura centeſima verba ſunt in hanc ſententiam græce conſcripta: *Centeſima uſura eſt, cum duodecim aurei poſt annum ob centenos dantur. Propterea quod ex centum ſingulis menſibus unus datur, qui ſi ad univerſa centum reſpexeris centeſimus eſt: jure igitur centeſima ea uſura dicitur. Illud deinde ſciendum*, inquit, *eſt, quæ quadrantes uſuræ ſint, aut trientes, quæque ſemiſſes & beſſes.* Deinde quaſi ex alio libro addit: *Trientes uſuræ ſunt, cum in ſingulas libras ſolidi quattuor præſtantur, ſemiſſes cum ſex, quadrantes cum tres; at centeſimæ cum duodecim in ſingulas libras præbentur. Dicet aliquis, qui fieri poteſt, ut centeſima uſura hæc appelletur, cum libra non centum aureorum ſit, ſed LXXII? Scire*, inquit, *oportet centeſimam ſignificare, cum certa quantitas in duodena dividitur, & centeſima dicitur, quod olim qui centena habebant, duodena in commune ferebant: ſed hæc illi veteres. Nos quæ fieri videmus, ſcripſimus.* Hæc ille, ex quibus illud manifeſto cognoſcimus, nomen centeſimæ uſuræ non ex centum menſibus, quibus uſura par ſit ſorti, ut multi ſcribunt, poſitum eſſe, ſed quod centeſima ſortis pars uſura eſſet, quippe menſtrua; qua in re mendoſo libro Alciatus noſter uſus (*d*) nobilis illius cautionis ſub titulo de rebus creditis calculum ducit obſcurius, quam neceſſe eſt. Nam Florentiæ ita ſcriptum eſt, ut in Norico libro: *Tunc eo amplius, quo poſt ſolvam pœnæ nomine in dies triginta quinque denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mævius, ſpopondi ego L. Titius.* Quibus verbis centeſima uſura deſcripta eſt, non major; quæ eſſet, ſi *in dies XXV.* ſcriberemus. Ejus libri error ex notis, quas Juſtinianus fieri vetuit hac de cauſa, ortus eſt. Sed ad Conſtantinum revertamur, quod ſcribit centeſimæ uſuræ rationem fuiſſe immutatam, ut cum centeni aurei nummi quotannis olim efficerent duodenos poſtea ex LXXII. quot in libra eſſe antea ſcripſimus, [*e*] totidem recipiantur, quæ uſura centeſimam triente amplius excedit; & veriſimile eſt Conſtantini tempore Bizantii eam uſuram conſuetam, cum Azonis & aliorum qui eodem fere tempore in Italia jus civile docebant, non acerbiſſima viſa eſt illa vetus uſurarum interpretatio. Ex qua re mirari non oportet, Theodoſiani codicis interpretem, qui propius a Juſtiniano abſuit, aliquanto majorem centeſima centeſimam appellaſſe. Leonardus Portius maximus antiquarum rerum inveſtigator, cujus libri duo de ſeſtertio & ponderibus non minus Italis placuerunt, quam quinque illi Budæi eodem tempore conſcripti, illud ipſum de ſemiſſibus uſuris, & Hermolai errato cognoviſſe ſe ait, & uſurarum rationem ante ipſum Hermolaum ſciviſſe. Pliniique (*f*) eundem illum locum, quo Barbarus illa ſcripſit, in hujus rei probationem affert. Plinius ait: *L. Opimio Coſ. vini amphoræ centenis nummis emptæ, ſingulas uncias vini ſingulis nummis venderet quis poſt CLX. annos: & pares fructus cum eo perciperet, qui ex ea pecunia ſemiſſes uſuras acciperet.* Quod ita verum eſt, ſi Portio & Hermolao demus octoginta libris amphoram pendere. Sed mihi Agricolæ (*g*) medici ratio veriſimilior videtur, ut non ponderis, ſed menſuræ libræ illæ ſint.

Octo-

(a) *Columell. lib. 3. cap. 3. de re ruſtica.*

(b) *Alciat. l. 3. cap. 1. diſpunct. l.* Lecta, *de reb. cred.*

(c) *Theoph.* §. Sed & quod princ. *de jur. nat.* §. Plus. *de action.*

(d) *Alciat. d. l.* Lecta. *& lib. 3. cap. 2. diſpunct.*

(e) *d. l.* Quotiens. *C. de ſuſcep.*

(f) *Plin. lib. 14. cap. 5. ubi Hermol. in ſec. caſt. Portius lib. 2. de ſeſtert.*

(g) *Georg. Agric. lib. 1. de ponderib.*

Octoginta itaque libræ, quas amphora capit duodecies auctæ nongentas ſexaginta uncias habent: eadem ſumma uſurarum ſemiſſium eſt, centum nummorum poſt CLX. annos, ſenis ſcilicet nummis in annos ſingulos enumeratis. Hæc ſunt Accurſianorum erroris convincendi potiſſima argumenta. Nunc addam quibus juris civilis locis hæc interpretatio conveniat; ſi modo prius illud ſcripſero, quod, vel me tacente, intelligi poteſt, uti nos aſſis partibus in uſurarum quantitate enuntianda. Cujus rei ea ratio eſt, quod cum *ſemiſſes uſuras* dicimus, ſemiſſem centeſimæ partis uſuram eſſe ſignificamus; ſic *quadrantes*, *trientes*, *beſſes*, *quincunces*, cum tantam centeſimæ partem uſuræ nomine menſibus ſingulis præſtamus. Quamobrem & latinis conſtitutionibus, & græcis non ſemiſſes ſolum uſuræ dicuntur, ſed *ſemiſſes centeſimæ*, aut dimidia centeſimæ pars. Leviſſimarum uſurarum mentio fit a Scævola libro II. Reſponſorum: (a) *Præfectus*, inquit, *legionis ita teſtamento cavit: Volo, ut ſit in arbitrio tutorum filii mei, ſi voluerint hujus ſummæ uncias inferre uſurarum nomine, ita ne nummi diſpargantur, Quæro ſi apparuerit pecunia fænerata a tutoribus judicio tutelæ uncias uſuras, an vero eas, quas ſtipulati ſunt, præſtare debeant?* Uncias, aut, ut alii ſcribunt, *unciarias uſuras* Budæus interpretatur, quæ ſingulos nummos e centenis quotannis efficiunt. Leves quoque uſuras Ulpianus libro XXXV. ad edictum, [b] quincunces & trientes appellat. Sunt autem trientes cum e ſorte centum nummorum quotannis IV. præſtantur, quincunces cum quinque: aut trientes cum ob CCC. ſingulis menſibus nummus unus penditur, quincunces cum ob CCXL. idem eodem tempore datur. Hæ uſuræ pupillares appellantur. Sed quoniam nihil utilius exiſtimatur interpretatione tertii capitis [c] ad L. Falcidiam, ejus extrema ſententia referenda eſt: *Item ſi Reipublicæ in annos ſingulos legatum ſit, cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat, tantum videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad uſuras trientes ejus ſummæ, quæ legata eſt, colligendas.* Quod ita interpretandum eſt, ut ſive menſtruum, ſive annuum quid Reipublicæ legetur, ut videri poſſit, quanti hoc legatum æſtimetur, ne heredi, aut cæteris legatariis noceat, ſi Falcidia uſus non eſt heres, cum debuerat: aut ſi uſus eſt, cum non debuerat quartam deducere: tum æſtimatio ea fiet, ut quod menſtruum, aut annuum legatum eſt, uſura triens eſſe cenſeatur, & ejus æſtimatio veluti quædam ſors. Fac enim quaterna annua eſſe legata, ejus legati æſtimatio eſt centum nummorum. Fac totidem legata menſtrua, mille & ſexcentis nummis æſtimabitur. Joannes Græcus Juriſconſultus apud Viglium (d) his fere verbis utitur: *Ea quantitas legata videtur, quantam ſi teſtator legaſſet, efficeret poſt annum trientes uſuras pares legato annuo. Ut ſi decem aureos legaverit annuos, CCL. legaſſe videtur: hujus enim ſummæ triens uſura eſt, decem. Si vero viginti legata ſint annua, quingenta legaſſe cenſetur: Namque quingentorum uſura triens eſt viginti.* Hæc ille. Ex quibus apparet, XXV. annis tantam quantitatem fieri ex fructibus legati, quanti æſtimatum hic eſt. Æmilius tamen Macer ait: [e] *Si Reipublicæ uſusfructus legetur, ſive ſimpliciter, ſive ad ludos triginta annorum computatio ſit.* At Cajus: [f] *Si uſusfructus municipibus legetur, centum annos obſervandos eſſe ait.* Juſtinianus vero reditus donationem XV. annorum fructibus æſtimat. (g) Sed his de rebus legendus Socinus eſt. Nos addamus Leonis conſtitut. [h] centeſimæ partem tertiam trientes appellari, ſed & ab Juſtiniano ita ſemper appellantur, (i) quoniam tertia centeſimæ pars, uſuræ nomine menſibus ſingulis ſolvitur. Sic quarta centeſimæ conſtitutione ultima de petitione hereditatis. Nam ſi quadringentorum quaterna ſingulis menſibus centeſima uſura eſt, ſinguli nummi quadrans erit. Paulus libro ſingulari de uſuris (k) hac etiam appellatione utitur, niſi additum id a Triboniano de ſuo ſit, quod multis locis feciſſe, credendum eſt. *Quincuncium & ſemiſſium uſurarum*, a Paulo eodem loco fit mentio. (l) Item a Scævola libro V. reſponſorum. (m) Semiſſes Juſtinianus dimidiam centeſimæ appellat nobili illa conſtitut. XXVII. [n] de uſuris, qua, quis quanta uſura uti poſſit, definit. Semiſſes eſſe diximus cum ducentis acceptis ſinguli nummi menſibus ſingulis præſtantur, quæ efficiunt in annum duodecim nummos. Harum multis digeſtorum & conſtitut. locis mentio fit, (o) quoniam civiles & modicæ hæ uſuræ eſſe cenſebantur, cujus rei Plinius auctor eſt. Eadem illa Juſtiniani conſtitutione (p) *beſſium uſurarum* mentio fit, quæ ſunt cum acceptis centum poſt annum octo præſtantur, aut menſtrui denarii ſinguli, ſi ſors CL. ſit. *Sextantes*, *ſeptunces*, *dodrantes*, *dextantes*, *deunces uſuras* non memini me in noſtris libris vidiſſe; ſed ſicubi reperiuntur, eam interpretationem accipiunt, ut quot uncias id nomen ſignificat, tot nummi annui in centeſimum quemque pendantur. Hæc uſque ad centeſimam uſurarum ratio eſt: quam arbitror legitimam appellari ab Ulpiano libro XXXV. ad edictum. (q) Majorumque in Digeſtis mentio, quod ſciam, non fit propter Juſtiniani conſtitutionem. Duæ tamen centeſimæ, ad quas ex Gratiani conſtitutione (r) tenebantur, qui poſt quatuor menſes non ſolverent, quod judicatum erat eos debere, ita ex ſupra ſcriptis intelligendæ ſunt, ut quinquageſima ſingulis menſibus uſuræ nomine præſtetur, hoc eſt centum nummis acceptis trigeſimo quoque die bini, anno vertente, XXIV. Has Juſtinianus in centeſimam convertit. (s) M. Cicero libro V., & VI. epiſtularum ad Atticum non binas ſolum, ſed quaternas centeſimas, ſe Ciliciæ Proconſule, Salaminios debuiſſe refert: tamen translaticio edicto uſum centeſimas obſervaturum ſe cum anniverſario *anatociſmo* edixiſſe. Eſt autem

ana-

(a) *L.* Titium. §. Præfectus. *de adm. & per. tut.*

(b) *L.* tutor. qui reperto. §. qui autem ſint. *eod.*

(c) *L.* 3. *in fine. ad L. Falc. ubi Soc.*

(d) *Vigl. ante Theoph. inſt.*

(e) *L.* Hereditatum. *ad L. Falc. in fin.*

(f) *L.* Si uſusfructus. *de uſu & uſuf. leg.*

[g] *L.* Si quis argentum. C. *de donat.*

(h) *L.* Hac edictali. §. his illud. C. *de ſec. nupt.*

(i) *L. ult.* §. Præterea. C. *de jure dot. l. un.* §. Sin autem. *de rei ux. act. l.* Eos. C. *de uſur. Nov.* 2. & 22. *l. ult.* C. *de pet. hered.*

(k) *L.* Cum quidam. *in fin. de uſur. Dig.*

(l) *ead. l. in princ.* & §. Fiſcus.

(m) *L.* Creditor. *in fin. de ſolut.*

[n] *L.* Eos. *de uſur.*

(o) *L.* Dominium. *quod juſſu. l.* Qui negotia. *in princ. mand. l.* Titius. *de praſ. verb. l.* Qui ſemiſſes. *de uſur. l.* 1. C. *de his quib. ut. ind. l.* 2. C. *de uſur. rei jud. l.* 3. C. *de fiſc. uſur. lib.* 10.

[p] *d. l.* Eos.

(q) *L.* Tutor qui repertorium. §. Pecuniæ. & *ſeqq. de adm.* & *per.*

(r) *L. un. de uſur. rei jud. in cod. Theod.*

(s) *L.* 2. C. *de uſur. rei jud.*

Digitized by Google

anatociſmus renovatio ſingulorum annorum, ut uſoræ uſurarum debeantur, quod merito Juſtinianus fieri vetuit. [*a*]

[a] L. *ult.* C. *de uſur. l. ult.* C. *de uſur. rei jud. vid. Bud. l.* Nihil intereſt. *de naut. fœn.* & *lw.* 1. *de aſſ.*

CAPUT XI.

De menſuris, & *vaſis*, & *pedali menſura.*

CUm de aſſe & libra, & nummorum diverſitate ſupra a nobis ſcriptum ſit: conſequens eſſe videtur, ut de menſuris ſcribamus. De his enim rebus, quæ pondere, numero, menſurave conſiſtuut, ſimilis in jure civili tractatio eſt: [*b*] & qoi illas res accurate tractarunt, hæc ipſa diligenter perſecuti ſunt. (*c*) Ex quorum libris nos, quæ ad jus noſtrum pertinere videbuntur, eliciemus. *Culleus* capaciſſimum menſuræ & vaſis genus fuit: urnas enim quadraginta capere, Colnmellæ illom de ſemiſſibus uſuris locum interpretantes diximus. In hunc inſuebatur parricida cum cane, gallo gallinaceo, ſimia, & vipeta ſimillimis monſtro huic feris, (*d*) ea re ejus capacitas indicatur, fuiſſeque ex corio Theophilus ſcribit, & Rhetorum lege illa ficta dicebatur: *Qui parentem necaſſe judicatus erit, is obvolutus & obligatus corio, deiciatur in profluentem.* Scævola libro V. Digeſtorum: [*e*] *Titius cum pecuniam mutuam accepit a Caio Seio ſub pignore culleorum; iſtos culleos cum Seius in horreo haberet; miſſus eu officio annonæ centurio culleos ad annonam ſuſtulit.* Ulpianus libro XXIII. ad Sabinum: (*f*) *Vino legato utres non debebuntur, nec culleos quidem deberi dico. Dolium* menſuræ genus non eſt, ſed vas variæ amplitudinis, ut etiam *feriæ* & *cuppæ.* Nam quod Plinius ait: *Polypi caput dolii magnitudine amphorarum quindecim capau:* non ſignificat eam eſſe dolii definitam menſuram, ſed magnitudinem polypi oſtendit. Ulpianus eodem illo libro: [*g*] *In doliis non puto verum, ut, vino legato, & dolia debeantur, maxime ſi depreſſa in cella vinaria fuerint, aut ea ſunt, quæ per magnitudinem difficile moventur. In cuppis autem, ſive cuppulis puto, admittendum eſt eas deberi: niſi pari modo immobilis in agro, velut inſtrumentum agri, erant. Hæc in vaſis vinariis non ſunt.* (*h*) Sed Julianus ait libro VI. ex Minicio [*i*] dolia & ferias tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent: nam ad alium uſum transferri poſſent, veluti ſi frumentum in his addatur. Sed frequentius eſt, ut de vinariis doliis & feriis juriſconſulti tractent. (*k*) *Cadus* Amphora Attica a Palæmone dicitur, ab aliis metreta, aut ceramium, capit urnas tres. *Metretæ* mentio fit a Cajo libro X. ad edictum: [*l*] *Quod ſi*, inquit, *vinum ita venierit, ut in ſingulas amphoras, item oleum, ut in ſingulas metretas, item frumentum, ut in ſingulos modios, item argentum, ut in ſingulas libras certum pretium diceretur.* Et poſtea: *Sed & ſi ex doleario pars vini venierit, veluti metretæ centum.* Sed animadverteudum, eſt Florentiæ *ſingulos metretas* ter ſcriptum fuiſſe; ſic enim a Græcis. ὁ μετρητὴς dicitur: quod emendatum eſt ob latinæ linguæ uſum. At cadi multis locis mentio fit, ſed vinarii. (*m*) *Amphora*, quæ *quadrantal* quoquedicitur, duas urnas capit, hujus capacitas unius pedis quadrati eſſe dicitur cubi figura, ſic enim Palæmon ait, hoc eſt ut pedem lata, longa, atque alta ſit. A qua figura cæterarum menſurarum capacitas cognoſcetur. Hæc enim viceſima pars cullei eſt; *ſeſquiamphoram* vero cadus capit. Cæteras menſuras Mæcianus perſequitur his verbis: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſeu, congios octo, ſextarios XLVIII., heminas XCVI., quartarios CXCII., cyathos DLXXVI.* Pedem vero ſexdecim digitorum, ne quis vulgarem exiſtimet, intelligere opus eſt. Hujus menſuræ mentio frequens apud noſtros, illa animadvertenda apud Labeonem (*n*) de navi duum milium amphorarum: ejuſdem capacitatis naves in Lentuli ad Senatum litteris Budæus interpretatur XC. aut paulo amplius *toncllorum*, hoc enim nomine nautæ iu ſimili re utuntur. Tertia parte minores illæ naves ſunt conſtitutione Theodoſii, (*o*) quæ duum millium modiorum capaces eſſe dicuntur. Multo illa ampliſſima eſt apud Scævolam libro VII. Digeſtorum: (*p*) *Navem conduxit, ut de provincia Cyrenenſi Aquilejam navigaret, olei metretis tribus milibus impoſitis, & frumenti modiis octo milibus.* Illud etiam ſciendum eſt, in amphoras & cados non uſus perpetui cauſa vina diffundi, ut in dolia; ſed tantiſper dum uſus comprobaretur. (*q*) Vendi enim & legari ſolebant cum ipſis cadis & amphoris. Sed & ſi vinum legetur, hæc vaſa accedunt, quia *credibile eſt*, inquit Ulpianus, (*r*) *mentem teſtantis eam eſſe, ut voluerit acceſſioni eſſe vino amphoras: & ſic*, inquit, *loquimur habere nos amphoras mille, ad menſuram vini referentes.* Et licet vinarium vas eſſe amphora videatur, (*s*) tamen non eſſe Julianus ait, [*t*] niſi dum vinum habet; quia aliud in his addi poſſit. Ab amphora amphorarium vinum dicitur a Proculo libro III. ex poſterioribus Labeonis, (*u*) & urnalia vaſa ab urna, congiaria a congio dicta ſunt. Paulus libro IV. ad Sabinum: (*u*) *Sed videndum, ne inter inſtrumentum tabernæ cauponæ, & inſtrumentum cauponæ ſit diſcrimen, ut tabernæ, non niſi loci inſtrumenta ſint, ut dolia, vaſa, ancones, & calices, & trullæ, quæ circa cænam ſolent traici; item urnæ æreæ, & congiaria, ſextaria, & ſimilia: cauponæ autem, cum negotiationis nomen ſit, etiam inſtitores.* Ita autem hæc Pauli verba ſcribere oportet, ut in Tuſco libro ſunt. Amphora, ut Mæcianus ait, capit urnas duas, congios octo, ſextarios XLVIII. a quibus menſuris illa vaſa cognoſces; *ſextarius* a ſexta congii parte dicitur, ut *quartarius* a quarta ſextarii. Sed quod de *trulla* circa cænam ſcriptum eſt, nemo miretur: mentio enim fit apud Ciceronem in Verrina illa oratio-

(b) L. 2. §. Mutui. *de reb. cred. l.* 1. §. 1. *de obl.* & *action.* §. Conſtituitur. *de uſufr. l.* Quod ſæpe. §. In his. *de contr. empt.*

[c] *Bud. lib.* 5. *de aſſe. Portius lib.* 2. *Alc. lib. ſing. de pond.* & *lib.* 4. *cap.* 21. *diſp. Georg. Agric. lib.* 1. 2. 3. *de pond.*

(d) L. Pœna. *de L. Pomp.* §. Alia. *de pub. judic. ubi Theoph.*

(e) L. *ult. in fine. de pign. actio.*

(f) L. 3. *in fine. de trit. vino.*

(g) *d. l.* 3.

[h] L. Vinum cum vaſis. *eod. tit.*

(i) L. Vinaria. *de verb. ſig.*

[k] L. Cui vinum. *l.* Si heres. *quod trit.* 6. *l.* 3. *in fin. de pen. leg. l.* 1. *de per.* & *comm.*

(l) L. Quod ſæpe. §. In his. *de contr. empt.*

[m] *d. l.* Cui vinum. *l.* Vinum. *l. de trit. vino.*

[n] L. *ult. in fin. de L. Rhodia.*

(o) L. Jubemus. C. *de ſacr. eccl. l.* 2. C. *de nav. non excuſ. lib.* 11.

(p) L. Colonus. §. 1. *locat.*

[q] L. Vino. *l.* Vinum. *de trit. vino.*

(r) L. 3. *eod.*

(s) L. 1. *l.* Cum certus. *l.* Cui vinum. *eod.*

[t] L. Vinaria. *de verb. ſign.*

[u] L. *ult. de trit.*

(x) L. Tabernæ. *de inſtr.*

Digitized by Google

tione de Signis; trullæ vinariæ ex gemma cum aureo manubrio, Horatius in ſermonibus:

Qui Vejentanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla.....

Sed & noſtri argenteas trullas inter vaſa non ſordida enumerant.(*a*) *Modius*, ut antea ſcriptum eſt, eſt tertia amphoræ pars: ejus mentio in Digeſtis multa, quoties de re frumentaria agitur: [*b*] item in conſtitutionibus (*c*) quibus modiatio dicitur ipſa frumenti penſitatio. [*d*] Solvebatur autem frumenti quinquageſima, ordei quadrageſima, vini & lardi viceſima. (*e*) De ſextario dictum eſt ſextam eſſe congii partem: utrumque vini vas eſt, aut liquentium rerum. (*f*) Hæc de ejus modi menſuris, quarum mentio in jure fit. Cæteras alii tractent, quibus illam unciarum controverſiam relinquo. Pedis tamen mentione admoniti, & menſuræ nomine, illud ad extremum addamus de alio genere menſurarum, quod non minus frequens in jure eſt. *Pes* babet palmos quattuor, ut Frontinus ſcribit, uncias duodecim, digitos ſexdecim; *Paſſus* pedes habet quinque, ut Columella ait libro V. de re ruſtica. *Actus quadratus* undique finitur pedibus CXX. quod duplicatum facit *jugerum* longitudine pedum CCXL. latitudine CXX. *Stadium* habet paſſus CXXV. octava miliarii pars. *Centuria* initio centum jugerum modus erat poſtea ducentorum. Pedum mentio multa in jure, ut de via, cujus latitudo ex lege XII. tabularum in porrectum octo pedes habet, in amfractum, ubi flexum eſt, ſexdecim. [*g*] Item illa Solonis lege de intervallo arborum & ædificiorum ab alienis ſub titulo finium regundorum, (*h*) in qua neſcio qua de cauſa Alciatus noſter ſcriptum eſſe Florentiæ ait [*i*] τὰ δὲ ἄλλα δένδρα δύο πόδας, cum non δύο ſed πέντε ſit, ut apud Plutarchum in Solonis, & Conſtantinum libro II. titulo IV. Eodem loco de *Orgya* dicitur, quæ habet pedes ſex, ut Herodotus ait. (*k*) Ad legem Solonis pertinent duæ conſtitutiones [*l*] ſub titulo de aquæ ductu, & quæ Frontinus libro II. de aquæ ductibus ſcribit. De paſſibus multa referri poſſunt, quæ ad miliaria quoque pertinerent: (*m*) item de jugeribus, ut ſub titulo de cenſibus (*n*) & de contrahenda emptione, (*o*) atque aliis locis. Stadium apod Marcianum reperitur, (*p*) unde Juſtinianus accepit.

Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor.

Quamobrem hæc ſatis ſunt.

(a) *L.* Cum aurum. §. Argento. *l.* Sejæ. *de aur. arg. leg. l.* 3. *de ſupp. leg.*
(b) *L.* Quidam. *de tritico. l.* Paulus. *de verb. ſign. l.* Stipulationum quædam. *l.* Ubi. *de verb. obl.*
(c) *L.* Modios. C. *de ſuſc. pr. & arc. lib.* 10. *l. ult. de fr. Alc. l.* 5. *l. de ann. civ.* Nov. 130.
(d) *L. ult.* C. *de naufr. lib.* 11. *l. ult. de ann. civ.*
(e) *d. l.* Modios. *de ſuſc.*

(f) *Eadem leg.* Modios. *Theophil.* §. Conſtituitur. *de uſufruct.*

[g] *L.* Viæ. *de ſerv. præd. ruſt.*
(h) *L. ult. fin. reg.*
(i) *Alciat. l.* Quinque pedum. *C. fin. reg. & fin. lib.* 2. *cap.* 6. *diſp.*
[k] *Bud. l. ult. ſi mend. fal.*
[l] *L.* 1. *& l.* Omnis. *de aqued. lib.* 11.
(m) *L.* 3. *l.* Mille. *de verb. ſign. l.* Scire oportet. *de excuſ. l.* 1. *de off. P. V.*
[n] *L.* Forma. *de cenſib.*
(o) *L.* Qui fundum. §. Qui agrum. *de contr. empt.*

[p] *L.* In tantum. *de diviſ. rer. inſt. eod.* §. Univerſitatis. *adde. l.* Civitatib. *de legat.* 1.

ANTONII AUGUSTINI

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
LIBRI TERTII
Ad Michaelem Majum Procancellarium

PRÆFATIO.

HAbuir hoc, Mai, multorum ſeculorum ſerie Hetruria, ut ab aliis regionibus neſcio qua teligione ejus res habeantur auguſtæ. Quis enim ignorat aruſpicum, & augurum diſciplinam, ſine quibus neque leges ferre, neque comitia habere, neque prælium inire Romana reſpublica poterat, totam Etbruſcorum fuiſſe? Quis veterem illam Ethruſcam linguam non maxima veneratione coluit, quippe quæ a primis illis Aſſiriis, a quibus Italia habitari cœpta eſt, relicta eſſe videbatur? His vero tempotibus omitto quantum Tuſcorum linguæ & libris Itali omnes honoris deſerant: ingeniis certe præſtare ejus ſoli homines exiſtimantur. Huc acceſſit, quod ob Medicez illuſtriſſimæ ſamiliæ liberalitatem, alti ſunt omnes pene, qui patrum, & avorum memoria docti habiti ſunt, græca quoque lingua ab eadem ſervata eſt græcorum librorum multis, & ingentibus bibliothecis comparatis, qua diligentia ſunt in vetuſtiſſimis quibuſque latinis libris quærendis uſi: ut nemo ſit cujuſcumque diſciplinæ ſtudioſus, qui ſe non multum Tuſcis, aut libris, aut hominibus debere fateatur. Noſtrum quidem certe jus utriſque permulta, atque adeo omnia accepta ſerre oportet. Ut enim interpretes omnes juris enumeres, non facile quemquam Bartolo, Accurſio, Dino, Cyno, Angelo, Baldo, præferas. Sed multo maximum beneficium eſt, quod ab inſigni illo Pandectarum monumento accepit, ſine quibus non manca, ſed nulla pene erat noſtra diſciplina. Nam ut demus ex eo libro cæteros ortos non eſſe, quod falſum eſſe antea ſcripſimus, ſed fingamus nullum initium exſtare horum librorum, quod in conſtitutionum codice moleſtiſſime ſerimus, quam magnis in tenebris verſaremur? Quid enim facilius improbiſſimo, & impudentiſſimo cuique eſſet, quam quod fieri cœptum erat, tribus litteris mutatis, negans verbum, aut addere, aut auſerre? Sed & cætera verba quis repugnaret, quominus arbitratu ſuo mutatent: cum horum librorum theſauris in Hetrutia conſervatis, neminem non audere videamus in his libris, quibus omnium gentium gubernacula reguntur, quod in plebeis vulgaribus audere religio eſt? Maximas igitur gratias agere Coſmo Medici Duci oportet, qui in majorum ſuorum inſtitutis perſeverans noſtram ſcientiam tam præclare juvat, ut reprehendere videatur ſuorum civium avaritiam, qui tales libros obſoleſcere, & oblitterari paterentur. Multum Lælio Taurello noſtro debetur, qui hoc unum curat, ut in omnium manus venire poſſint; quem ego optimum virum, juris, & bonarum litterarum peritiſſimum locupletem noſtrarum emendationum teſtem appello. Cujus libtis qui, aut cum his, aut eodem tempote edentur, hos volo indices non ſatis plenos exiſtimari. Tertiam itaque partem noſtrarum emendationum, atque opinionum aggrediamur, qua ſilvam quandam non injucundam, ut atbitror, locorum mendoſorum oſtendam, quæ mendis illorum librorum ope ablatis, quaſi vepribus quibuſdam, & dumetis aſpetis, faciles, & ſuaves aditus habere videatur.

AN-

ANTONII AUGUSTINI
EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De Titulis, & Capitibus, quæ aut ſcribenda non ſunt, aut non ſuo loco ſcribuntur.

SCriptum a nobis libro primo eſt, ex Florentinis Pandectis cæteros libros manaſſe, duorum librariorum errore deprehenſo cognitum fuiſſe: alter enim multa capita præpoſtere ſub titulo de diverſis regulis juris antiqui conglutinavit, alter titulum de ventre in poſſeſſionem mittendo, & quæ ſub eo titulo ſcribuntur, ante titulum de conjungendis cum emancipato liberis, cum contra fieri oportuiſſet, ſcripſit. Qui errores cum in omnibus libris ſint, eandem eſſe omnium originem oſtendunt. Quæ cum ita ſe habeant, ad horum librorum ſcripturam cæteros emendandos eſſe fateamur, neceſſe eſt. Itaque quoniam optima quæque emendationum genera perſequimur, de titulis quibuſdam & capitibus, quæ illic ſcripta non ſunt, aut quæ præpoſtere vulgo ſcribuntur, videamus: & initio tertium illorum librorum auctoritatis argumentum ſcribamus. Libro XLI. Digeſtorum titulus quartus *pro ſoluto* io omnibus libris ſcribitur; is neque in indice, oeque poſt tractatum de uſucapionibus eſt: ſed quattuor illa capita, quæ ſub eo titulo ſcribuntur, ſub titulo de uſurpationibus & uſucapionibus: ita enim uſucapionum tractatus inſcribitur, poſt cætera, quæ in omnibus libris ſunt, reperiuntur. Et ſane neque ſecundo, neque ultimo capite (*a*) *Soluti* mentio fit, titulumque ipſum interpretes generalem eſſe exiſtimant, quo ſolo non facile putant uſucapionem locum habere. Eſt itaque rubrica *pro ſoluto* delenda, & Hermogeniani primum caput XLVI. appellandum eorum, quæ ſub titulo de uſurpationibus ſunt: & deinceps cætera. Ea vero ratio eſt, ut hic error omnes libros invaſerit: quod in Florentini libri margine duo hæc verba *ꝓ ſoluto* hac eadem nota, quæ ſcriptorem non antiquiſſimum fuiſſe arguit, ſcripta ſunt. Ejuſdem ſcriptoris manum aliis quoque locis agnovimus, cujus imperitiæ teſtimonium, niſi res non parva ageretur, indignum eſſe exiſtimarem, cujus mentio ab aliquo fieret: nam non uno in loco ab eodem (ut opinor) ſcriptum eſſe vidi eadem nota *ꝓbatio p̃ne ſi bona*, quibus verbis nihil ineptius dici poteſt. Item aliis actionum nomina, quarum mentio ab jureconſultis fieret, eodem modo minutis quibuſdam notis adſcripta: (*b*) quod cauſam dedit, ut eadem hæc *pro ſoluto* verba tituli eſſe crederentur: præſertim cum Hermogeniani verba ad eum titulum pertinere viderentur. Similis error eſt, cujus tamen auctorem ignoramus, libro XLII. titulo ut exiſtimatur, ſexto *de privilegiis creditorum*, qui Florentiæ non eſt: ea enim omnia capita, quæ ſub eo titulo eſſe exiſtimantur, ſunt ſub quinto titulo *de rebus auctoritate judicis poſſidendis*, & ſextus eſt *de ſeparationibus:* neque is in titulorum indice eſt. Credendum eſt, hunc errorem ex ſimili occaſione manaſſe: nam cum multis capitibus de privilegiis agi aliquis vidiſſet, addidit id fortaſſe, ut memoria facilius eum quaſi communem privilegiorum locum teneret. Erratum etiam in omnibus libris eſt, libro XLIII. titulo X. vulgo enim ſcribebatur rubrica *De via publica & itinere publico reficiendo*, quam Haloander ita mutavit: *De via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur, & de ea ex edicto ædilium curulium a ſingulis reficienda.* Sub his titulis quattuor capita ſcribuntur Ulpiani, Javoleni, Papiniani græcum, aut Piſis verſum caput, & Pauli. Sed in Florentino libro titulus X. eſt: *De via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur.* Sub eo græcum tantum Papiniani caput eſt. Deinde ſub XI. titulo: *De via publica & itinere publico reficiendo*, Ulpiani, Javoleni, & Pauli capita. Hujus erroris originem fuiſſe arbitror, quod qui græce non noverant, latina capita deſcripſerunt: cætera verſa poſtea Piſis ſunt; ſed minime diligentes viri non ſuo loco illam Papiniani non optimam interpretationem addiderunt, & ipſum titulum, ſub quo ſcripta fuit, deſcribere ſunt obliti. Quod etiam Ludovico Bononienſi accidit, qui græca quidem verba deſcribenda curavit ex Politiani libro; eum tamen titulum quem Politianus græcis verbis ſubjecerat, item ordinis præpoſteri notas non exſcripſit: & hæc cauſa eſt, cur Noricus liber hac io re mendoſus ſit: eſt enim Haloander Ludovici libris, qui in Dominici Bononiæ maxima religione ſervantur, uſus. Aliquam huic errori, de quo agimus, cauſam dedit titulorum index, qui in illis libris eſt decimo illo titulo mancus. Sed non id ſolum erratum eſt: habet alia majora, quæ aut ego aliquando, aut alii indicabunt. Hæc in omnibus libris mendoſa ſunt,

(a) *L. 2. l. ult. pro ſoluto.*

(b) *Sub tit. mand. cap. 12. & 26.*

in

Digitized by Google

in Norico vero aut ſolo, aut cum paucis libro ſecundo Digeſtorum non recte ſcriptus eſt poſt titulum de in jus vocando, titulus ille *in jus vocati, ut eant vel ſatis dent*, & poſtea, *ſi quis in jus vocatus non ierit, ſive per eum caverit, per quem ex edicto non debuit.* Sunt enim ſcripti præpoſtere, & aliis verbis ſcribendi. Itaque Florentiæ eſt, ut in veteribus libris, titulus quartus *de in jus vocando*, quintus *ſi quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.* at ſextus: *In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent.* Hujus varietatis causam ignoro. Ad capita veniamus, & principio quæ Florentiæ non ſunt, deinde quæ præpoſtere in Noricis libris ſunt, conſcribamus. His adſcribam quæ capita conjungenda, quæ ſeparanda in eiſdem libris ſunt. Et initio delendum eſſe cenſeo quartum caput de rebus dubiis, (*a*) quod in Tuſcis Pandectis non eſſe, Accurſius & Haloander teſtantur: ejus verba hæc eſſe exiſtimantur: *Paulus reſpondit id, quod conditionis implendæ cauſa dandum eſt, ſine dubio certis & incertis perſonis dari debere, ut fideicommiſſi petitio poſſit competere.* Quæ verba in hunc locum irrepſiſſe puto ex alicujus interpretis exceptione, quæ ad quintum caput (*b*) adſcribebatur: ejus enim verba Florentiæ ſunt hæc: IDEM (ſignificatur autem Paulus, cujus tertium caput eſt) *libro XIX. reſponſorum. Paulus reſpondit. Cum nomen fideicommiſſarii teſtamento adſcriptum non ſit, nulli perſonæ neque certæ neque incertæ datum fideicommiſſum videri, indubitatum eſt.* Sumitur autem illius exceptionis ſententia ex XXI. & XXII. capite de ſtatuliberis (*c*) ut Caſtrenſis Paulus notat. Item XXXIX. caput de furtis (*d*) Florentiæ non eſt: ejus verba in Norico hæc ſunt: ULPIANUS. *Si filius ſubreptus ſit, patrem habere furti actionem palam eſt.* Sed eodem modo irrepſerunt, quod altero capite, quod Haloander ante, cæteri poſt ſcripſerunt, (*e*) Paulus libro IX. ad Sabinum ſcribit: *Mater filii ſubrepti furti actionem non habet.* His Pauli verbis illa adjecta ſunt ex XIV. capite (*f*) in quo Florentiæ ita ſcribitur: *Si filiusfamilias ſubreptus ſit, patrem habere furti actionem palam eſt.* Delendum igitur illud caput, & XXXIX. exiſtimandum eſt, quod ei proximum Haloander ſcripſit. [*g*] Similis error eſt XVIII. capite de diverſis regulis juris. (*h*) Illa enim verba, quæ in multis libris, ut ſeparatum caput, in Norico ut alterius pars habentur, vel Accurſio teſte, ex LXXVIII. de verborum obligationibus (*i*) ſumpta ſunt: ita enim illic ſcribitur: PAULUS *libro LXII. ad edictum. Si filiusfamilias ſub condicione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde exſtiterit condicio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.* Quæ ad XVIII. caput adſcripta ſunt, quod ejuſdem argumenti eſſet. Sic etiam capiti XVII. ad legem Aquiliam (*k*) addita ſententia quædam eſt ex XXXIV. capite: (*l*) Florentiæ enim hæc verba non ſunt, ut

(a) *L.* Paulus reſp. id quod. *de reb. dub.*

[b] *L.* Paulus reſpond. cum nomen. *eod.*

(c) *L.* Labeo. §. Et ſi quæreretur. *l.* Qui pecuniam. *de ſtatulib.*

(d) *L.* Si filius. *de furtis.*

(e) *L.* Mater. *eod.*

[f] *L.* Eum, qui emit. §. Si filiusfamil. *eod.*

[g] *L.* Verum eſt. *eod.*

(h) *L.* Quæ legata. *l.* Si filius. *de div. reg. jur.*

(i) *L.* Si filiusfamilias. *de verb. obl.*

[k] *L.* Si dominus ſervum. *ad L. Aquil.*

(l) *L.* Titio. *& ſeqq. eod.*

Haloander notat: *Si conjunctim duobus legetur Stichus, & alter eorum occiſum repudiaverit, puto conjunctum ſolum poſſe Aquilia agere, quia retro adcreviſſe dominium ei videtur.* Quæ ſi auferantur: eleganter ſeptimum decimum octavodecimo (*m*) conjungetur. Adde caput XLIII. de vulgari, (*n*) in quo illa verba, quæ ab Haloandro notantur, delenda ſunt: neque enim ea Tuſcus liber habet. Sunt autem hæc: *Aliter ſi ejuſdem ætatis liberi inſtituti, invicemque ſubſtituti fuiſſent. Tunc enim altero defuncto intra pubertatem ejus, ſucceſſio non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum fratrem ejus devolvitur.* Sed hæc ſententia ex proximi reſponſi ratione elici videbatur: quamquam his de rebus Accurſiani ingentes acervos chartarum ſcripſerunt. (*o*) Illud vero neſcio quo modo factum eſt, ut extremum Digeſtorum caput deſideretur, (*p*) quamquam ejus inſcriptio extat quidem hæc: PAULUS *libro ſexagenſimo nono ad edictum.* Sed cætera verba exciſa ſunt. Omnium tamen librorum conſenſus recepit, ut ſcriberetur: *Servus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.* Quod arbitror veteres integram eam paginam habuiſſe, idque veriſimile eſt ex VII. capite *ſi quis cautionibus* (*q*) quod Accurſius refert. Id Florentiæ ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro LXIX. ad edictum. Si quis ſervum in judicio ſiſti promiſerit, vel alium, qui in aliena poteſtate eſt, iiſdem exceptionibus utitur, quibus ſi pro libero, vel patrefamilias fidejuſſit, præter quam ſi reipublicæ cauſa abeſſe diceretur ſervus. Nam ſervus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.* Quod caput non recte Haloander edidit.

Nunc ad cætera errorum genera veniamus: quæ nos ordine Digeſtorum ſervato referemus. Sub titulo de pactis caput XIV. ita ſcribendum: (*r*) *Ulpianus libro quarto ad edictum. Item magiſtri ſocietatium pactum & prodeſſe, & obeſſe conſtat.* XV. ita: (*s*) PAULUS *libro tertio ad edictum. Tutoris quoque, ut ſcribit Julianus, pactum pupillo prodeſt.* Nam Haloander & in ordine, & in inſcriptionibus errat. Sed & Florentiæ non recte, ut opinor, XIII. caput [*t*] Ulpiano libro III. ad edictum adſcribitur, ſed exiſtimo Pauli eſſe, ut alii habent. At LIII. capite duo capita conjuncta ſunt. (*u*) Eſt enim alterius Florentiæ initium illis verbis: *Scævola apud Julianum libro viceſimo ſecundo digeſtorum notat.* Sic enim ſcribitur, non *libro XXXII.* ut in Norico. Sub titulo de ſervitutibus caput VII. hoc eſt: (*x*) ULPIANUS *libro XIII. ad legem Juliam & Papiam: Jus cloacæ mittendæ ſervitus eſt.* VIII. hoc: (*y*) PAULUS *libro XV. ad Plautium. Ut pomum decerpere liceat, & ut ſpatiari, & ut cænare in alieno poſſimus,* [*z*] *ſervitus imponi non poteſt.* Haloander hæc capita præpoſtere edidit. Illud adverſus omnium librorum ſcripturam Florentiæ eſt, ut quod extremum caput ſub eodem illo titulo eſſe exiſtimatur (*aa*) illic primum ſit ſub titulo de ſervitutibus prædiorum urbanorum, quod Accurſius ſigni-

[m] *L.* Sed & ſi is. *eod.*

(n) *L.* Lucius Titius. *de vulg.*

(o) *Doc. L.* Jam hoc jure. *de vul. L.* Precib. *de imp.*

(p) *L. ult. de div. reg. jur.*

[q] *L.* Si quis ſervum. *ſi quis caution.*

(r) *L.* Item magiſtri. *de pact.*

(ſ) *L.* Tutoris. *eod.*

(t) *L.* Sed ſi tantum. *eod.*

[u] *L.* Sumptus. *l.* Si pactus. *eod.*

(x) *L.* Jus cloacæ. *de ſervit.*

[y] *L.* Ut pomum. *eod.*

(z) *Fl.* poſſumus.

(aa) *L. ult. eod. inc. ſi intercedat.*

gnificat. Sed ſub titulo de in rem verſo cap. XIII. & XIV. nimis audacem ſe Haloander oſtendit: eorum enim verba ſubſcribam, quæ non multum ab ea ſcriptura, quæ ante Noricos libros fuerat, differt. Caput itaque XIII. ita ſcribitur: (*a*) ULPIANUS *libro XXIX. ad edictum. Si in rem* [*b*] *alterius ex dominis verſum ſit: utrum is ſolus, in cujus rem verſum eſt, an & ſocius poſſit conveniri, quæritur? Et Julianus ſcribit, eum ſolum conveniri, in cujus rem verſum eſt, ſicuti cum ſolus juſſit; quam ſententiam puto veram.* Huic Ulpiani ſententiæ addit Tribonianus, quæ Marcellus & Paulus apud Julianum in eo libro, quem is retulerat, notaverant, quæ XIV. caput his verbis conficiunt: (*c*) *Juliani libro undecimo Digeſtorum Marcellus notat*, aut ſi mavis quod initio ſcriptum eſt; JULIANUS *libro XI. Digeſtorum. Marcellus notat: interdum & propter hoc, quod in rem alterius ſocii verſum eſt, de in rem verſo cum altero agi poteſt: qui conventus a ſocio petere poteſt id, in quo damnatus fuerit: quid enim dicemus, ſi peculium ſervo ab altero ademptum fuerit? Paulus. Ergo hæc quæſtio ita procedit, ſi de peculio agi non poteſt.* Haloander hæc duo capita non recte ſeparavit in *Pauli* nomine, addiditque *libro XXX. ad edictum*, & fecit ut Marcellus ab Ulpiano referretur. Sub titulo de compenſationibus ſextum caput ita ſcriptum eſt: (*d*) ULPIANUS *libro XXX. ad Sabinum. Etiam quod natura debetur, venit in compenſationem.* Septimi initium eſt hoc: (*e*) IDEM *libro XXVIII. ad edictum. Quod in diem debetur, non compenſabitur ante, quam dies veniat, quamquam dari oporteat.* In Norico libro non in ordine ſolum, ut in cæteris, ſed & in inſcriptionibus eſt erratum. Alio erroris genere ſub titulo de præſcriptis verbis erratur cap. XVIII. (*f*) neque enim id ſeparandum a XVII. eſt. (*g*) Sed poſt illa verba: *Actio autem ex hac cauſa utique erit præſcriptis verbis:* ſcribendum eſt; *Papinianus libro octavo quæſtionum ſcripſit: ſi rem tibi inſpiciendam dedi, &c.* delenda autem illa inſcriptio eſt: IDEM *libro XXX. ad edictum*, quæ in Norico eſt. Non minor Haloandri error eſt ſub titulo de pignoribus cap. XXXV. (*h*) ut ipſe ſcripſit, hac inſcriptione: IDEM [eſt autem Scævola] *libro I. quæſtionum.* δεχεσάμεν⁹ &c. Nam Florentiæ, ut in multis libris ſcribebatur, XXXIV. capiti illa adſcribuntur in hunc modum: *Idem quæſiit, cum epiſtula talis emiſſa ſit,* δεχεσάμεν⁹ *&c.* epiſtulæ autem verba in Haloandri libro melius, quam in Alciati ſcribuntur, (*i*) & ob id melius interpretatus is eſt, niſi quod ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπιστώσας, *tanquam honeſto viro fidem adhibendam duxiſti*, melius præceptor meus, quam ille *honeſto & gravi homini*, vertit. Sub titulo qui petant tutores caput tertium [k] Haloander Modeſtino libro III. excuſationum inſcripſit, ſed Florentiæ nulla inſcriptio, aut ſeparatio eſt. Sed ſecundo capiti, quod in multa a multis dividitur, conjungitur. Diviſionum autem cauſa eſt, quod cum græcum illud caput ſit, quædam latine referuntur: & ut utriuſque linguæ ſententias ſepararent, ex uno capite hydram quandam quinque capitum fecerunt. Sed ea de re nos accuratius libro ſingulari ad Modeſtinum ſcripſimus.

Contra vero ſeparandum eſt ſub titulo de adminiſtratione & periculo tutorum, quod in calce tertii capitis ſcribitur: *Vel in partes vel in regiones*, & ita ſcribendum quartum caput, (*l*) ut in aliquibus libris eſt: IDEM (eſt autem Ulpianus) *libro nono ad edictum. Vel in partes, vel in regiones, & ſi ita fuerit diviſa, unuſquiſque exceptione ſummovebitur pro ea parte, vel regione, quam non adminiſtrat.* Deinde quintum ſit ejuſdem libro XXXV. ad edictum. *Ita autem*, & quæ poſtea. Sub titulo vero quod falſo tutore auctore quartum caput eſt: (*m*) PAULUS *libro XXII. ad edictum. Minori vigintiquinque annis ſuccurritur etiam ſi ſcierit*; quintum vero hoc: (*n*) ULPIANUS *libro XII. ad edictum. Interdum tamen & ſi ſcientia noceat, tamen reſtitutio facienda erit, ſi a prætore compulſus eſt ad judicium accipiendum.* Hac in re in ordine Haloander errat. Sub titulo de heredibus inſtituendis tria capita conjunxit, [*o*] vel ut opinor quattuor. Sed Florentiæ tria ſunt, primum Juliani libro XXX. Digeſtorum *qui filio impuberi &c.* alterum Marciani libro II. regularum *ideſt partem dimidiam ſervi & quartam hereditatis:* tertium Juliani libro XXX. Digeſtorum *ſi paterfamilias &c.* Ego vero arbitror ſecundum in duo eſſe ſeparandum; illa enim verba: *Libro trigenſimo Digeſtorum Juliani Marcellus notat, immo & debet*, non Marciani eſſe videntur: ſed Triboniani, qui relatis Juliani verbis addidit Marciani declarationem, & Marcelli notam. Eſtque in eodem genere Florentiæ ſæpius erratum, ut cum cap. LXII. de adquirenda, vel omittenda hereditate dicitur: [*p*] *In libro ſingulari Pomponii regularum Marcellus notat.* Quæ verba jure ſeparata ab Haloandro ſunt. Item ſub titulo de liberali cauſa multis capitibus, quæ recte in omnibus libris ſunt ſeparata. Tria quoque capita ſub titulo de vulgari Haloander conjunxit, (*q*) quæ Florentiæ ita ſcripta ſunt, ut octavum Ulpiani ſit, libro quarto ad Sabinum: *Qui liberis &c.* nonum Labeonis lib. I. poſteriorum a Javoleno epitomatorum, *ſi pater* (*r*) *filio impuberi.* Pro quo Haloander *Labeo quoque ſcribit*, edidit. Decimum Ulpiani eodem illo libro quarto ad Sabinum: *Sed* [*s*] *ſi plures ſint &c.* Sub titulo de adquirenda vel omittenda hereditate LX. (*t*) caput eſt Javoleni libro I. ex poſterioribus Labeonis, ad cujus calcem dicitur: *Paulus & Proculus Labeonis ſententiam improbat, & in Javoleni ſententia eſt*; quæ verba Pauli ſunt notas ad Labeonem & Javolenum adicientis, quod alii ignorantes ſcribunt: *Paulus & Proculus Labeonis ſententiam improbant, & in Javoleni ſententia ſunt.* Haloan-

(a) *L.* Si in re. *de in rem verſo.*
(b) re. *Fl.*
(c) *L.* Interdum. *aliàs inc.* Marcellus. *eod.*
(d) *L.* Etiam. *de compenſ.*
(e) *L.* Quod in diem. *eod.*
(f) L. Si rem tibi. *de præſc. verb.*
(g) *L.* Si gratuitam. *eod.*
(h) *L.* Cum tabernam. §. Idem quæſiit. *de pignor.*
(i) *Alc. lib. 2. cap. 17. diſp.*
(k) *L.* Qui qualitercumque. *qui petant tut.*
(l) *L.* Vel in partes. *de adm. & per.*
(m) *L.* Minori. *quod falſo tut. aut.*
(n) *L.* Interdum. *eod.*
(o) *L.* Qui filio. *L.* Ideſt partem. *L.* ſi paterfamil. *de hered. inſtit.*
(p) *L.* Antiſtius. §. *ult. de adq. vel omit. her.*
(q) *L.* Qui liberis.
(r) *L.* Si pater.
(s) *L.* Sed ſi plures. *de vulgari.*
(t) *L.* Filium emancipatum. *de adq. vel omitt. her.*

loander: *Et in Javoleni ſententia eſt Marcellus.* Sed nomen juriſconſulti LXI. capitis eſt: [*a*] ita enim id Florentiæ exorditur: MACER *libro primo de officio Præſidis. Si minor annis &c.* & Haloander ipſe notat alios id caput in duo dividere. Florentiæ tamen non recte in Pauli nomine alterius capitis initium fit. Illud eodem pacto mendoſum eſt, capite LVIII. de legatis. Duo enim capita [*b*] non belle Haloander conjunxit Papinianum Ulpiano reſpondentem inducens. Sed quoniam idem & Accurſius de illorum capitum ſcriptura dubitant, Tuſcarum pandectarum verba infra ſcripta ſunt: PAPINIANUS *libro nono reſponſorum. Domus hereditarias exuſtas, & heredis nummis extructas, ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem heredis reſtituendas, viri boni arbitratu ſumptuum rationibus deductis, & ædificiorum ætatibus examinatis reſpondi.* Deinde altero capite: ULPIANUS *libro XXXIII. ad edictum. Si modo nulla culpa ejus incendium contigiſſet.* Et poſtea alio capite: [*c*] JULIANUS *libro XXXIX. Digeſtorum. Quod ſi nulla retentione facta domum tradidiſſet: incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſolverit.* Eſt autem *retentione* ſcribendum, non *ratione*, & ſi utrumque Florentiæ ſit. Cum enim illud ſcriptum fuiſſet, emendare aliquis viſus eſt verbum *ratione* ſupra illud ſcribens: unde id verbum ad cæteros libros manavit. Sub eodem titulo tria capita conjuncta ſunt, (*d*) ita ſcribenda, ut LXXIX. caput (hic enim numerus efficitur, ſi ad Norici libri ordinem unum illud, de quo antea ſcriptum eſt, adieceris) his verbis ſcribatur: JULIANUS *libro quinto Digeſtorum. Si quis teſtamento Titio & Seio decem dari juſſerit:* nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, ut dena dixiſſe videatur, qui decem dixit, quod caput non recte ab Accurſio & Bartolo * acceptum eſt, ut dena ſemper viginti ſignificent, quod libro II. a nobis reprehenſum eſt: (*e*) ſignificant enim dena, quod ignorat hodie nemo, ſingulis decem: LXXX. autem caput hoc erit. *Apud Julianum libro trigeſimo ſecundo Digeſtorum Marcellus notat. Is, qui ſola triginta reliquerat, Titio triginta legavit, Seio viginti, Mævio decem, Maſſurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Mævium quinque conſecuturos ita tamen, ut ex his pro rata portionis Falcidiæ ſatis fiat.* LXXXI. initium hoc: JULIANUS *libro XXXII. Digeſtorum ſub condicione legatum &c.*

At libro II. de legatis in omnibus fere libris ex uno capite duo facta ſunt: (*f*) quod enim in Norico libro eſt XXXIII. (*g*) Florentiæ proximo ſuperiori conjungitur; quoniam, ut exiſtimo, ſeparare voluerunt duas illas ſententias, quæ a ſimilibus verbis inciperent. Item quod in Norico LII. eſt (*h*) & Paulo adſcribitur, cum ſuperiori [*i*] conjungitur Florentiæ, neque Pauli nomen interponitur; qua ratione fit, ut quod Haloander LIII. (*k*) ſcripſit, LI. fiat. Libro vero tertio de legatis caput XXIX. [*l*] Labeonis eſt libro II. Poſteriorum a Javoleno epitomatorum, licet Haloander Javoleno libro III. adſcribat. Ejus capitis finis eſt illis verbis: *Tuberonis ſententiam voluntati defuncti magis puto convenire.* Aliud deinde caput ita exorditur: (*m*) IDEM *libro ſecundo poſteriorum a Javoleno epitomatorum. Qui quattuor pocula oleaginea habebat &c.* Sed & XXXIV. caput (*n*) Norici libri ad finem aliud caput habet adjectum, qui error cum aliis libris, Florentino excepto, commune eſt. Id vero XXXVI. Florentiæ eſt, & ita ſcribitur: *Apud Scævolam libro octavodecimo Digeſtorum Claudius notat. Nec fideicommiſſa ab inteſtato data*, & quæ poſtea ſequuntur. Eſt autem omnium librorum maxima in his numeris & diviſionibus varietas, propterea quod in Florentinis libris neque numeri hi adſcripti ſunt, neque recte ſemper capita ſeparata. Huc acceſſit cæterorum librariorum negligentia, qui & capitum initia ignorabant, & cum inſcriptiones ſingulorum capitum deſcribendas non putarent, quoties in librorum numerum incidebant, aliud caput eſſe exiſtimabant. Sed reliqua videamus, & de XXIV. capite de inſtructo (*o*) dictum a nobis eſt, cum de libris Pauli ad Neratium ſcriberemus, (*p*) non recte ab Haloandro in duo ſeparatum eſſe. Idem dicendum eſt de ſexto capite [*q*] ſub titulo de auro, argento mundo, & cæteris legatis. Illa enim verba; *L. Titius teſtamento ita ſcripſit*, non ſeptimi, ſed ejuſdem capitis ſunt. Contra vero ſub titulo de condicionibus duo capita conjunxit. [*r*] Nam XX. caput Florentiæ eſt hoc: MARCELLUS *apud Julianum libro viceſimo ſeptimo Digeſtorum notat. Non dubitamus, quin turpes condiciones remittendæ ſunt: quo in numero plerumque ſunt etiam jurisjurandi.* Ex Florentini libri ſcriptura erratum in ordine trium capitum eſt ſub titulo ad L. Falcidiam. (*s*) Sunt enim ſcribenda ita. XLII. ULPIANUS *libro XIV. ad edictum in Falcidia æſtimatio pretii rerum ex veritate facienda eſt* XLIII. IDEM *libro XIX. ad edictum. Servi, qui apud hoſtes ſunt, poſt mortem teſtatoris reverſi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem.* XLIV. IDEM *libro XXI. ad edictum. Falcidia intervenire non poteſt, ſi ſtatuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel alias eſt homo liber, qui condicionem implevit.* Dixi errorem ex illis libris manaſſe, propterea quod cum ſcriberentur, oblitus eſt librarius XLII. capitis, idque alius ejuſdem temporis ſcriptor in libri margine nota obeli [ſic enim græci appellant] adjecta ſcripſit; ſed noſtri minime diligentes antiquitatis inveſtigatores ejuſmodi notas neglexerunt. Sub eodem titulo caput LXXIV. (*t*) in duo dividendum eſt, ut prioris finis ſit illis verbis; *in quadrantem ei non im-*

(a) *L.* Si minor. *eod.*
(b) *L.* Domus. *l.* Si modo. *de legat.* 1.
(c) *L.* Quod ſi nulla. *eod.*
(d) *L.* Si quis teſtamento. & §. 1. & *l.* Si fundum. *eod.*
(e) *cap.* 9.
(f) *L.* Omnia. *l.* Cum ita legatur. *de leg.* 2.
(g) *d. l.* Cum ita.
[h] *L.* Si Titius mihi. *eod.*
(i) *L.* Ut heredib. *eod.*
(k) *L.* Si ita quis teſtamento.
(l) *L.* Qui concubinam. *de leg.* 3.
(m) §. Qui quattuor.
(n) *L.* Patronus. §. *ult. eod.*
(o) *L.* Fundus. *de inſtr. vel. inſtr. leg.*
(p) *lib.* 1. *cap.* 6.
(q) *L.* Seja. *l.* L. Titius. *de auro arg.*
[r] *L.* In condicionib. *l.* Non dubitamus. *de cond. & demonſtr.*
[s] *L.* Servi. *l.* Falcidia. *l.* In Falcidia. *ad L. Falcidiam.*
(t) *L.* Quod autem. *ad l. Falcidiam.*

* Franc. Hotoman. Am. reſp. Cap. XXIV. defendit Barthol.

Digitized by Google

imputatur. Poſterius ita ſcribatur: *Ex libro quadrageſimo Digeſtorum Juliani Marcellus, ſed ſi ideo legatum eſt, &c.* Sed ſub titulo de donationibus XXX. caput (*a*) portio eſt ſuperioris, (*b*) quod Accurſius ſignificat. Quod vero Haloander capite XIV. de mortis cauſa donationibus [*c*] ſcribit, *item Marcellus notat.* Florentiæ aliud caput eſt hoc initio: IDEM *libro XXVII. Digeſtorum, Marcellus notat: cum teſtamento* & reliqua; eſt autem XIV. caput Juliani libro XVIII. Digeſtorum. Animadvertendum eſt ad quinque capitum ordinem ſub titulo de manumiſſis teſtamento: (*d*) illinc enim quartum argumentum Florentinarum Pandectarum auctoritatis accipio. Eſt enim in eo libro is ordo eorum capitum, qui vulgo ante Noricos libros fuerat; ſed adjectæ ſunt græcæ litteræ, quæ mutationem ordinis fieri debere ſignificent: eas noſtri aut non intellexerunt, aut neglexerunt. Politianum intellexiſſe exiſtimo; ſed Haloander Ludovici fortaſſe peccato non recte veterem errorem emendavit. Ea ita ſcribenda ſunt: XXX. caput: ULPIANUS *libro nonodecimo ad edictum. Si ſervi, qui apud hoſtes ſint, liberi eſſe juſſi ſunt, ad libertatem perveniunt: quamvis neque teſtamenti, neque mortis tempore teſtantis, ſed hoſtium fuerunt.* XXXI. PAULUS *libro viceſimo ſexto ad edictum. Cum ex pluribus eodem nomine ſervis, unus liber juſſus, non appareat, qui ſit, nullus liber eſt.* XXXII. ULPIANUS *libro ſexageſimo quinto ad edictum. Sciendum eſt, neceſſario herede exiſtente, quamvis ſe abſtineat, tamen libertates competere: ſi modo non in fraudem legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint.* XXXIII. PAULUS *libro duodecimo quæſtionum. Libertas ad tempus dari non poteſt.* XXXIV. IDEM *libro ſeptuageſimo quarto ad adictum. Ideoque ſi ita ſcriptum ſit, Stichus uſque ad annos decem liber eſto, temporis adjectio ſupervacua eſt.* In Norico libro duo hæc extrema capita recte fuerant conjuncta, qui maximus in cæteris libris error fuit. Sed illi vetuſtiſſimi librarii errorem ſecuti ſunt, quod mirifice noſtram opinionem confirmat, ut ex illis libris credamus ortos eſſe omnes. Emendandum etiam eſt ſub eo titulo, quem delendum eſſe diximus de privilegiis creditorum caput quartum, (*e*) quod XIX. Florentiæ eſt, de rebus auctoritate judicis poſſidendis, ut ejus finis ſit: *quibus curatores, quaſi debilibus, vel prodigis dantur;* & XX. caput ſit hoc: PAULUS *libro LX. ad edictum, vel ſurdo, muto.* Hujus erroris in Norico tantum libro cauſa eſt Politianus. Sub titulo de ſtipulationibus prætoriis caput VII. (*f*) ita ſcribatur: ULPIANUS *libro XIV. ad edictum. Prætoriæ ſatiſdationes perſonas deſiderant pro ſe intervenientium, & neque pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitione in vicem ſatiſdationis fungitur.* Deinde VIII. (*g*) PAPINIANUS *libro quinto quæſtionum. Paulus notat, qui ſub conditione inſtitutus eſt, adgnita bonorum poſſeſſione, cogitur ſubſtituto in dicm cavere longiorem.* Hæc duo capita conjunxit Haloander. Sub titulo arborum furtim cæſarum ſeparavit IX. caput, quod octavi portio eſt. (*h*) Sub titulo de cuſtodia & exhibitione reorum præpoſtere IX. caput ante VIII. ſcribitur: [*i*] ſunt autem ita ſcribenda: VIII. PAULUS *libro ſingulari de pœnis militum, carceri præpoſitus &c.* IX. VENULEJUS SATURNINUS *libro I. de officio Proconſulis, de militibus* X. IDEM *libro II. de officio Proconſulis, ne quis receptant.* Græcæ quoque litteræ illarum Pandectarum neglectæ ſunt duobus capitibus ſub titulo de captivis (*k*) viceſimo quinto & ſexto, quæ in Noricis & Lugdunenſibus libris præpoſtere ſcripta ſunt. In eiſdem ſub titulo de verborum ſignificatione caput CIX. Modeſtini libro ſexto Pandectarum [*l*] & CX. (*m*) ejuſdem libro V. Pandectarum præpoſtere ſcribuntur. Nam vel ipſa horum capitum inſcriptio ordinem indicaret. Item caput CLXI. [*n*] poſt CLXIII. (*o*) ſcribendum eſt, quorum ordo & inſcriptiones ſunt hæ: CLX. (*p*) IDEM (Ulpianus) *libro ſecundo ad Sabinum. Cæterorum &c.* CLXI. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum. Non eſt pupillus, qui in utero eſt.* CLXII. POMPONIUS *libro ſecundo ad Sabinum. In vulgari &c.* CLXIII. PAULUS *libro ſecundo ad Sabinum. Illa verba,* & quæ poſtea *Ad Sabinum* autem ſcribendum eſt, non ad *S. C.* Denique præpoſtere ſub titulo de diverſis regulis Haloander ſcripſit caput LV. & LVI: (*q*) quæ ita Florentiæ ſunt. LV. GAJUS *libro ſecundo de teſtamentis ad edictum urbicum. Nullus videtur dolo facere, qui ſuo jure utitur.* LVI. IDEM *libro tertio de legatis ad edictum urbicum. Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.* Idem LXX. & LXXI. ita ſcribenda ſunt: (*r*) IDEM (ſignificatur autem Ulpianus) *libro ſecundo de officio proconſulis. Omnia quæcumque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.* Deinde: JAVOLENUS *libro tertio ex poſterioribus Labeonis. Fructus rei eſt vel pignori dare licere.* Sub eodem titulo præpoſtere tria capita [*s*] in ipſis illis præpoſtere conglutinatis chartis ſcribuntur, ita emendanda: ut CXXIX. ſi vulgarem ordinem ſequamur; nam noſtra & Læliana emendatione eſt CLIX. ſit hoc: IDEM [Paulus autem eſt] *libro ſecundo ad Plautium. Is damnum dat, qui jubet dare:* & quæ poſtea. CXXX. IDEM *libro tertio ad Plautium. Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt.* CXXXI. IDEM *libro quarto ad Plautium. Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.* Hic ordo in Florentinis libris eſt, qui inſcriptionibus convenit. Nam, ut alio loco diximus, Tribonianus, & alii Juſtiniani miniſtri ſecuti ordinem illorum librorum ſunt, dum licuit, ex quibus Pandectas confecerunt: & hæc ratio eſt, cur in quibuſdam rerum ordinem deſideremus meliorem.

[a] L. Quidam. *de donat.*
(b) L. Donari. *ead.*
[c] L. Si mortis. *de mort. cauſ. don.*
(d) L. Si ſervi. *l.* Libertas. *l.* Ex pluribus, *l.* Sciendum. *l.* Ideoq. *de man. teſtam.*
(e) L. Dabimuſq. *de priv. cred.*
(f) L. Prætoriæ. 3. *de ſtip. præt.*
(g) L. Paulus. *ead.*
[h] L. Facienda. *arbor. fur. cæſ.*
[i] L. De militib. *l.* Carceri. *de cuſt. & exh. reo.*
(k) L. Nihil intereſt. *l.* Divi. *de captivis.*
(l) L. Sequeſter. *de verb. ſign.*
(m) L. Bonæ fidei. *ead.*
(n) L. Illa verba. *ead.*
(o) L. In vulgari. *ead.*
(p) L. Cæteror. *ead.*
[q] L. Semper. *l.* Nullus. *de reg. jur.*
(r) L. Fructus. *l.* Omnia. *ead.*
[s] L. Factum. *l.* Nemo ideo. *l.* Is damnum. *ead.*

CA-

CAPUT II.

Aliquot Digeſtorum loca emendata, atque alia declarata, quibus de contubernalibus ſervorum mentio fit.

SI quis eſt, qui moleſte ferat laborioſas illas ſuperioris capitis in eodem errorum genere emendationes: is velim ſe brevi hac aliquorum capitum emendatione & declaratione reficiat. Io Norico libro capite XXXIX. libri tertii de legatis, ita ſcriptum eſt: (a) *omnibus autem libertis meis, & quos vivus, & quos his codicillis manumiſi, vel poſtea manumiſero, contubernales ſuos, item filios, filias lego.* Et poſtea (b) Concubinæ inter cætera his verbis legaverat: *Fundum in Appia cum vilico ſuo & contubernali ejus, & filiis dari volo.* Quæſitum eſt, an nepotes quoque vilico & contubernali ejus teſtator ad concubinam pertinere voluerit. Et capite viceſimo de alimentis: [c] *Stichus nutricis meæ nepos liber eſto, cui decem aureos annuos dari volo:* qui deinde interpoſitis nominibus eidem Sticho contubernalem ejus, & libertos legavit. Dubitari poſſit, quinam hi ſervorum contubernales fuerint: & aliquis eos eſſe exiſtimaret, qui in eadem taberna verſarentur. *Tabernæ appellatio,* inquit Ulpianus, [d] *declarat omne utile ad habitandum ædificium; inde tabernacula, & contubernales* dicti ſunt, ut Paulus adicit, (e) qua de cauſa milites, qui ſub eiſdem tabernaculis ſunt, ſe contubernales appellant. (f) Sed præſtat, quod Accurſius intelligere viſus eſt, contubernales quaſi ſervorum uxores exiſtimare. Cum enim ouptias cives tantum Romani contrahere poſſent, (g) inter ſervos, aut cum ſervis contubernium appellatur. (h) Quamobrem Paulus libro II. ſententiarum ſcribit: *Inter ſervos & liberos matrimonia contrahi non poſſunt, contubernium poteſt;* unde ſervorum, aut ancillarum filii naturales habentur, non juſti: (i) ipſi conjuges (ſi ita appellandi ſunt, quod Pontificibus placuit (k) contubernales ſe vocant. Refertur a Scævola libro IV. Reſponſorum (l) hoc legatum: *December diſpenſator meus, Severus vilicus, & Victorina vilica Severi contubernalis, in annos octo liberi ſunto.* Item apud Paulum: (m) *Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto, eiſque decem heres dato.* Contubernalis utroque loco ſervi uxor eſt, quod apertius Ulpianus ſcribit: (n) *Contubernales quoque ſervorum, ideſt uxores,* (hic enim ſubtiſtendum eſt) *& natos inſtructo fundo contineri verum eſt.* Nam filios contubernales non appellari ex Papirii reſponſo apud Calliſtratum (o) apparet. Is prædio cum vilico & contubernali ejus, & filiis legato, reſpondit nepotes quoque ex filiis contineri. Et alio apud Scævolam legato: [p] *Seio liberto meo fundos illum, & illum do, lego ita, ut inſtructi ſunt, cum dotibus & reliquis colonorum, & ſaltuariis, cum contubernalibus ſuis, & filiis, & filiabus.* Eſt igitur Noricus liber tribus illis locis emendandus ex Florentino libro, ut libro tertio de legatis, (q) *contubernales ſuas, item filios, filias lego,* ſcribatur: non *ſuos*, ut alii ſcripſerunt. Et poſtea: (r) *Quæſitum eſt, an nepotes quoque vilici & contubernalis ejus, teſtator ad concubinam pertinere voluit?* quod etiam in aliis libris legi. Sub titulo de alimentis multa mendoſa ſunt, (s) quod hujus ſignificationis ignoratione commiſtum eſt. Itaque reſtituere hoc pacto oportet: *Et idem Sticho contubernalem ejus, & liberos legavit, hiſque quæ vivus præſtabat:* Et poſtea. *Stichi contubernali & liberis, utrum ab herede inſtituto, an a republica diaria & veſtiaria, quæ vivus dabat, præſtari debeant.* Namque teſtator cum Sticho uxorem & liberos reliquiſſet, viſus eſt eis libertatem reliquiſſe; quamobrem cum a republica omnes liberi, quæ vivus præſtabat, acciperent: beoigna interpretatione hi quoque uxor & liberi inter libertos legatum accipient; quamvis Accurſius benignam interpretationem alio referat. Sed & nobiſcum facere Jacobus Herena apud Bartolum, & Albericus videntur. In hac ſignificatione Columella eo verbo utitur libro XII. *Vilicæ*, inquit, *fæditas faſtidioſum, nimia ſpecies deſidioſum faciet ejus contubernalem: itaque curandum*, inquit, *eſt, ut nec vagum vilicum, nec averſum contubernio ſuo habeamus, nec rurſus intra tecta deſidem & complexibus adjacentem feminam.* Sed juriſcooſulti ancillam, is ſervum eo nomioe appellat.

(a) L. Uxorem. §. Codicillis. de leg. 3.
(b) §. Concubinæ.
(c) L. Stichus. in princ. de aliment.
(d) L. Tabernæ. de verb. ſign.
(e) L. Inde. eod. ubi Accurſ.
(f) L. Rem. comm. l. ult. de auro arg. leg.
(g) Inſt. de nupt. in princ.
(h) L. Plerumque. de æd. edicto. L. Adoptivus. §. 1. de ritu nupt. l. Cum ancillis. C. de ſucceſ. & neſ. nup. l. Si ejusi. Servi. C. de adult. l. 3. l. de ancilla. C. de lib. cauſ.
(i) L. Titius. §. Tres heredes. ad S. C. Treb. l. Denique de jug. l. Ex libera. C. de ſuis & leg.
(k) Cap. 1. de conjunct. ſerv.
(l) L. Thais. §. Herede. de fideic. libert.
(m) L. Julius Paul. de cond. & dem.
(n) L. Quæſitum. §. Contubernales. de inſtructo.
(o) L. Liberorum. de verb. ſign.
(p) L. Sejæ. §. 1. de inſtructo.
(q) L. Uxorem. §. Codicillis. de legat. 3.
(r) §. Concubinæ.
(s) L. Stichus. de alim. & cib.

CAPUT III.

Falſo quædam dici in Tuſcis libris eſſe ſcripta.

MEmini me libro primo retuliſſe, Accurſium bis optimorum illorum librorum ſcripturam referendo deceptum eſſe. [t] Sed excuſabamus omnium optimum interpretem librariorum noſtrorum notis, qui Piſanum a Pilei libro non facile diſtinguerent. Quid vero Caſtrenſi Paulo maximæ apud omnes auctoritatis viro reſpondeam, non habeo. Is ſub titulo de rebus creditis (u) cum apud Accurſium de Ulpiani verbis dubitantem legiſſet, *Bene eſt*, alias ſecundum Piſanam litteram eſt *ex re*, ideſt ex utilitate; alias *here* ideſt herile: non vidiſſe Accurſium ait eas pandectas, ſe vero Florentiæ vidiſſe, jam enim Piſis allatæ fuerant, & in eis ſcriptum eſſe *Bene eſt*. Bartolus vero Piſanam ſcripturam exiſtimat *here*. Alciatus noſter, quod Haloander edidit, *e re*, quod verum eſt, idque ipſum Bartolus eleganter explicat, ut e re ſit, accommodatum, & pertinens, operæque pretium. Idem Ulpianus alio loco. (x) *E re autem eſt hic ſubjungere, utrum pœnam contineat hæc actio.* Qnod ipſum alii eodem modo mutarunt. Idem Ulpianus ſcribit: (y) *E re itaque eſſe Prætor putavit calliditatem & protervitatem horum, qui here-*

(t) Accurſ. l. Etiam. de tut. l. In illa ſtipulatione per te. de verb. obl.
(u) Paul. Caſ. l. 1. de reb. cred. ubi Accurſ.
(x) L. Item illa. §. E re. alii bene. de pecunia conſt.
(y) L. 1. §. 1. Si is qui teſt. lib. eſſe jur. eod.

di-

ditatés depopulantur, *duplatione coercere*: quod etiam mendoſum circumfertur. Itaque aut de eorum interpretum memoria dubitandum eſt, aut credendum eſt, eorum libros, ut multis aliis in rebus hac etiam parte mendoſos circumferri. Sunt autem alii, (*a*) qui temere ſcripſerunt, *Vulpianum*, non *Ulpianum* ſemper illic ſcriptum eſſe; item *Verum*, non *Severum*; *Areſcuſam*, non *Arethuſam*; *Cajum*, non *Gajum*. De Ulpiano rejecta jure eſt eorum ſententia, de Cajo probata. Sed ut illud verum eſt, ſemper Ulpianum, ita ſemper Gajum ſcriptum eſſe illic, & licet Cai ſcriptura mihi antiquiſſima Romanis fuiſſe videatur, tamen ſcio alia extare monumenta ante aliquot annos, quam Juſtinianus fuit, conſcripta, quibus Gajus ſcribitur, atque etiam Gnæus. Idque Diaconus, Diomedes, & Priſcianus ſignificant. De Severo & Vero nos libro ſingulari ad Modeſtinum tradimus, quibus locis utrumque nomen ſcribatur. Arethuſæ nomen e multis locis Haloander amovit, (*b*) quibus in illis libris vidimus: Areſcuſam aliis recte ſcripſit. Quamquam hæc quid noſtra? & ſi noſtra quidem intereſt illorum librorum ſcripturam noſcere, & omnem ſcrupulum evellere, ne quis fidem noſtris emendationibus, propterea quod illorum obſervationem non ſequamur, minus adhibeat. Illud etiam nolim quemquam fallat, quod Zaſius refert (*c*) ſe ab Amerbachio Alciati noſtri diſcipulo accepiſſe emendatum a præceptore in libris de verborum ſignificatione [*d*] Pomponii ipſum illum locum, de quo tum Zaſius agebat, ex Piſanis libris; neque enim id doctor meus ſcribit: ſed vulgares libros ſic eſſe emendandos: *Cum animadvertiſſet Verginius App. Claudium vindicias filiæ ſuæ a ſe abjudicaſſe, & ei, qui in ſervitute ab eo ſuppoſitam petierat, addixiſſe*: & hoc ipſum vetuſtos libros habere Zaſius ſcribit. Florentina tamen ſcriptura nullam deſiderat emendationem; eſt enim hæc: *Qui cum animadvertiſſet Appium Claudium contra jus, quod ipſe ex vetere jure in duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias filiæ ſuæ a ſe abdixiſſe: & ſecundum eum, qui in ſervitutem ſuppoſitus ab eo petierat, dixiſſe*. Abdixit enim Claudius a ſe vindicias Verginiæ, cum propinquis petentibus vindicias ſecundum libertatem negavit; & ſecundum eum, qui a ſe fuerat ſuppoſitus, ut virgine potiretur, ſententiam dixit. Ad præceptorem meum venio, in cujus libris, quos multos multa eruditione, atque elegantia, in maximis docendi, & reſpondendi occupationibus ſcripſit, Tuſci libri, aut Florentini appellantur nonnumquam Bolognini, & Haloandri Digeſta. Nam initio primi libri Diſpunctionum obiter ſe ait, & quaſi per tranſennam Ethruſcas Pandectas vidiſſe. Bolognini tamen libris uſum ſcio, ex quibus multa, & neſcio, an græca omnia, quæ in diſpunctionibus, ac prætermiſſis optime reſtituit, ſumpſit. Ejus vero nomen cælandum exiſtimavit ob eam fortaſſe cauſam, quæ Haloandro idem faciendi fuit. Neque enim ignotum eſt, quanta religione ſuos libros coli Bologninus ipſe voluerit. Itaque qui ad ea myſteria adeunt, ab his, qui illis ſacris præſunt, aut nullam earum rerum memoriam, aut ſine ipſius auctoris nomine prodituram polliceri coguntur. Et hæc ratio eſt, cur Politiani libros edere ſe Haloander, quos viderat numquam, ſcripſit. De Alciato noſtro mihi idem fit veriſimile. Sed & illud credo, levem eum ipſi auctorem viſum, ut ejus nominis crebra fieret mentio. Huc acceſſit, quod ut omnes probi viri ſolent, facile dicentibus ita Florentiæ ſcriptum eſſe credidit. Sed ſive his de cauſis, ſive ob alias, quas in tanto viro credendum eſt, optimas fuiſſe: loca quædam Digeſtorum aliter Florentiæ ſcripta ſunt, quam ab ipſo referantur. Sunt autem hæc: capite I, (*e*) *Nec enim debet*, inquit, Pomponius *per remigem, aut meſonautam obligari*, *ſed per ſe, vel per navis magiſtrum*: neque enim græce meſonauta eſt, aut eo capite, aut ultimo: [*f*] in quo Haloandrum ſecutus eſt. Nam illud in Tuſco libro eſt: *Ecquod* (*g*) *ſi quis quos volgo* ναυτεπιβάτας *dicunt?* Item capite primo unde legitimi: (*h*) JULIANUS *libro XXVII. Digeſtorum. Hæc verba; Tum quem ei heredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet*, παρατατικῶς, *& cum quodam temporis ſpatio accipiuntur, non ad mortis teſtatoris tempus referuntur: ſed ad id, quo bonorum poſſeſſio peteretur: & ideo legitimum heredem, ſi capite deminutus eſſet, ab hac bonorum poſſeſſione ſummoveri palam eſt.* Quod caput eo libentius retulimus, ut quintum adderemus illorum librorum auctoritatis argumentum. Sciendum enim eſt, illic addita eſſe illa verba, *non ad mortis teſtatoris tempus referuntur*, ab eodem, aut ab alio non minus antiquo ſcriptore: itaque poſteri, qui illinc deſcripſere, ea verba ad græcum verbum pertinere exiſtimantes præpoſtere totum caput, ut in omnibus libris videre licet, ſcripſerunt. Similem errorem ſub titulo ad L. Falcidiam contigiſſe antea notavimus. (*i*) Prætoris autem verba recte Haloander illic ſcripſit, & ſub titulo ut ex legibus. (*k*) Sed quodam capite de verborum ſignificatione & is, & Alciatus noſter *eum* pro *tum* ſcripſerunt: [*l*] eſt autem id ita Florentiæ ſcriptum: PAULUS *libro II. manualium. Ex illa parte edicti: Tum quem ei heredem eſſe oportet: heredis heredibus bonorum poſſeſſio non defertur.* De græco autem verbo recte Alciatus ſcripſit ſimilem locum eſſe ſub titulo quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. (*m*) In eadem ſignificatione accipi videtur, quod Ulpianus ſcribit: [*n*] *Julianus*, inquit, *ait intereſſe quando dominus ratam habere deberet ſolutionem in procuratorem factam, an tunc demum, cum primum certior factus eſſet. Hoc autem* ἐν πλάτει *accipiendum, & cum quodam ſpatio temporis nec minimo, nec maximo, & quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi poſſit.* Quæ græca verba eleganter ab eodem multis Digeſtorum locis ſunt reſtituta. [*o*] Sed alia videamus.

[a] *Bol.* & *Nebriſſ.*

(b) *L.* Ubi autem *de verb. obl. l.* 1. *de oper. ſerv. l.* 3. *in fin. de ſtatu-liberis. l.* Cum illud. *quando dies legat.*

[c] *Zaſ. l.* 2. §. Initium. *de orig. jur.*

(d) *Alc. l.* Pecuniæ. §. Actionis. *de verb. ſign.*

(e) *L.* 1. *nautæ, caup. Alciat. lib.* 3. *cap. ult. diſpunct.* & *lib.* 1. *cap.* 43. *parerg.*

(f) *L. ult. eod.*

(g) *alii* & quid.

(h) *L.* 1. *unde legit. Alciat. lib.* 2. *cap.* 12. *diſpunct.*

(i) *L.* Servi. *l.* Falcidia *l.* in Falcidia. *ad L. Falcid.* Nos. *cap.* 1. *hujus. libri.*

(k) *L. un. ut ex legib.*

(l) *L.* Ex illa. *de verb. ſign.*

(m) *L.* 2. *in fin. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

(n) *L.* Quo enim. *ratam rem hab.*

(o) *Alciat. lib.* 2. *cap.* 11. *diſpunct.*

Ethruſcæ pandectæ in duo volumina conſcriptæ ſunt, quorum alterum libros novem & viginti, alterum unum & viginti reliquos continent. Eſt ante priorem partem titulorum index, poſt quem tres illæ latinæ conſtitutiones, (a) quas Haloander in Digeſtorum initio ſcripſit. Eas ita arbitror ſcribendas eſſe, ut duæ illæ, quæ in conſtitutionum codice extant, ante eam, quæ ſola ſcribi ſolet, ponantur. Ante poſteriorem partem græca conſtitutio ſcripta eſt ejuſdem ſententiæ, cujus ſecunda eſt (b) ex illis tribus, quam tamen Haloander tertiam ſcripſit. Eam ſequitur græcus index librorum, e quibus collectæ ſunt Pandectæ. Hujus conſtitutionis mentio ab Alciato noſtro fit libro III. Diſpunctionum, (c) quamvis ejus auctoritatem non magnam putet, ut neque etiam Florentinis libris ſatis honoris deferre ſolet, in quo pace præceptoris dixerim, ejus deſideratur humanitas. In eadem ſcriptum eſſe ait libro IV. (d) hæc verba: *πᾶν τὸ ἔργον τοῦτο τῷ ὑψίστῳ ἀνδρὶ Τριβωνιανῷ ἐπιτρέψαμεν τῷ παραγγελματάρχῳ, καὶ τοῦ ἱεροῦ ἀνακτόρου ταμίᾳ τε καὶ ὑπάτῳ.* Quibus verbis exiſtimat eam partem latinæ conſtitutionis interpretatam eſſe, qua ita ſcribitur: (e) *Et omne ſtudium Triboniano viro excelſo magiſtro officiorum, & exquæſtore ſacri noſtri palatii, & exconſule credidimus.* Sed ſciendum eſt, primam partem græcæ conſtitutionis ita contritam eſſe, ut non multa verba legi poſſint. Ad quam legendam cum & ſolis ſplendorem, & maximam aliis modis diligentiam crebrius ego, & Joannes Metellus meus adhibuiſſemus, bonam ejus partem deſcripſimus. Attuleramus nobiſcum exemplum quoddam ejus conſtitutionis ex noſtri doctoris exemplo exſcriptum: ſed id nos ea parte nihil juvit, neque etiam aliud Politiani, ex quo Alciatinum ſumptum fuit, excepta illa priori parte, quam exiſtimamus aut Politiani tempore, aut noſtro effictam eſſe: ea enim pars in Politiani libro non eſt, ſed ejus exemplum hæc prima verba habet poſt Juſtiniani cognomina, quæ miniata legi facile poſſunt: *ἅπερ ἄμφω παρακολουθήματα*, & cætera, quæ his latinis reſpondent: (f) *Quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum conſentanea ſunt.* In his tamen exeſis & obſoletis litteris, quas diximus, hæc verba agnita ſunt, *Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου μαγίστρου, καὶ ἀπὸ κυαιστόρων τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, καὶ ὑπάτων πρὸς τὴν ὅλην ὑπουργίαν χρησάμενοι.* Quæ verba ad Juſtiniani ætatem propius accedunt, ſi ad Novellas conſtitutiones, & Theophili inſtitutiones reſpexeris. Sed & quod eadem epiſtula ſcriptum eſt: (g) *Quæ omnia confecta ſunt per virum excelſum, nec non prudentiſſimum magiſtrum exquæſtore, & exconſule Tribonianum, qui ſimiliter eloquentiæ & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit.* In Alciati exemplo, & Politiani, & Tuſcorum Pandectis ita ſcriptum eſt: *ἅπερ ἅπαντα συντίθεταί τε καὶ ἐκτετόνηται καλῶς τε καὶ τῆς παρ' ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως παρά τε Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ σοφωτάτου μαγίστρου, καὶ ἀπὸ κυαιστόρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων, καὶ ὑπάτων.* Verum enim eſt, quod Haloander ait *exconſule & exquæſtore* græcos *ἀπὸ ὑπάτων, καὶ ἀπὸ κυαιστόρων* appellare, quos, ut Crinitus dicebat, veteres Quæſtorios & conſulares appellabant, idque non a noſtris ſolum uſurpatur, ſed in ſeptem epigrammatum græcorum libris aliquot legi *Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων*: & *κύρου ἀπὸ ὑπάτων.* In hanc autem opinionem me multæ conſtitutiones conſtituerunt, in quibus ſcriptum vidi, *cubicularii* & *excubiculariis*, (h) *archiatri* & *exarchiatris*, [i] *proximi ſacrorum ſcriniorum* & *exproximis*; (k) item *exprotectoribus* & *expræpoſitis*, [l] *excomitibus* & *expræſidibus* (m) & *expræfectis*, (n) omnes denique, magiſtratus, aut officia, quæ ſimilem adjectionem habent, eam, ni fallor, recipiunt interpretationem, ut eo munere functos ſignificent, quod alii apud doctorem meum relati ſcribunt; quamvis is, cum ea ætate eſſet, in qua nos ſumus, aliam interpretationem probaverit ab illo deceptus, qui adulterinam conſtitutionis partem pro Florentina ei vendidit. Uſque eo verum eſt, quod Epicharmus dicebat, nervos, atque artus eſſe ſapientiæ non temere credere. Sed vere etiam a Cicerone in quadam epiſtula ſcriptum eſt. *Ut quiſque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur.* Ab eadem credulitate manavit, quod libro IV. ſcripſimus, de quibuſdam locis prius ab Haloandro ſcriptis: item de quinque pedibus, de quibus libro II. ſcripſimus. Ut tamen uno exemplo oſtendere poſſimus, neque Ludovicum Bononienſem Florentinos libros, neque Haloandrum Politiani deſcripſiſſe (hoc enim ad hunc locum pertinet, nequis utriuſque verbis fallatur: & ipſorum libros, Florentinorum juſtum exemplum eſſe ſuſpicetur:) Sub titulo de heredibus inſtituendis ad calcem XVII. capitis Ulpiani, Florentiæ ſcriptum eſt: (o) *Quod ſiquis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in trientem venit, ut Labeo libro quarto poſteriorum ſcripſit, nec Ariſto, vel Aulus, ut pote probabile notant.* Hæc verba ita in cæteris libris antiquioribus Noricis ſunt, niſi quod non *Aulus*, ſed *Paulus* habent: in quo etiam Politianus erravit. Cæterum cum hæc verba Politianus legiſſet, in libri margine hanc ſententiam ſcripſit: *Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis notaverunt, proque probabilibus accepit Ulpianus, quæ ab eis notata non ſunt.* In quo verum dicebat, excepto quod de Paulo pro Aulo ſcripſimus. Ecce autem Bolognious non acutiſſimus ingenio vir, hæc ipſa Politiani verba Ulpiani eſſe exiſtimans, ineptam quandam ſententiam Pandectarum verbis commiſcendo confecit, ex quibus Haloander, qui ingenio & diligentia, & bonarum litterarum cognitione optimis quibuſque comparari poteſt, hanc ſcripturam efficit: *Ut Labeo libro quarto Poſteriorum ſcripſit. Sed & Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis probaverunt, proque probabilibus accepit Ulpianus, quæ ab eis notata non ſunt.*

(a) *L.* 1. & 2. C. *de vet. jure en. & proœm. Digeſt.*

(b) *d. l.* 2.

(c) *cap.* 12.

[d] *cap.* 3.

[e] L. 2. §. Nos itaque. C. *de vet. jure en.*

(f) *d. l.* 2. §. Quartus.

(g) §. Quæ omnia. *e. l.*

[h] *L.* Maximar. C. *de exc. mun. lib.* 10.

[i] *L.* Medicos. C. *de prof. & med. e. lib.*

(k) *L. un.* C. *de mag. ſacr. ſcr. lib.* 12.

[l] *L.* 2. C. *de excuſ. mun.*

[m] *L.* Univerſi. C. *de legatio. lib.* 10.

[n] *L. ult.* C. *de præf. præt. ſive ur. lib.* 12.

(o) *L.* Item quod Sabinus. *de her. inſt. in fin.*

ſunt. Adſcripſitque his verbis de ſuo, hæc eſſe Triboniani, & cæterorum verba: item de ſuo dupondium pro aſſe ſcripſit, ſed neſcio aſſem ne juriſconſultus dupondium appellet, an vero duodecim uncias intelligat. Illud quidem certe ſine dubio eſt, Haloandrum, ſi aut Tuſcos libros, aut ſaltem Politiani vidiſſet, neque hæc, neque alia ſatis multa, quæ reprehendimus, ſcripturum fuiſſe. Alterum exemplum hujus rei addi poſſet tertii capitis (*a*) de legibus, quod Budæus recte, Haloander Ludovici peccato mendoſe ſcripſit. Sed hac de re libro quarto (*b*) tractatum eſt.

(a) L. 3. *de legib. ubi Bud.*
(b) *cap.* 16.

CAPUT IV.

Emendandum apud Pomponium, cum de Celſi conſulatu agit, & item, *ſcribendumque eſſe* & iterum.

MUlta nunc emendationum genera diſcutiamus, & Juſtiniani ordinem ſecuti, menda multa ab Haloandrinis libris; hi enim minus mendoſi ſunt, auferamus. Apud Pomponium cum de jureconſultorum factionibus & ſucceſſione tractatur, ita ſcriptum in optimis libris eſt: (*c*) *Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit: Proculo Pegaſus, qui temporibus Veſpaſiani Præfectus urbi fuit: Cælio Sabino Priſcus Javolenus: Pegaſo Celſus: patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius, qui utrique conſules fuerunt, Celſus quidem & iterum: Javoleno Priſco Aburnus Valens, & Tuſcianus, item Salvius Julianus.* Haloander vero *Celſo quidem, & item Javoleno* ſcripſit, quaſi vero Valens, Tuſcianus, & Julianus in utraque Caſſianorum & Proculianorum ſchola profecerint. Namque ſcire oportet, Atejum Capitonem cum Antiſtio Labeone veluti factionem quandam habuiſſe: ille nimia ſervitute conſulatum adeptus eſt, hic nimia libertate eum honorem recuſavit. Extat utriuſque morum elegans deſcriptio apud Tacitum, & diſſenſionis veſtigium in Capitonis litteris apud Gellium libro XIII. Sed ſectarum occaſio ex ea diverſitate manavit, quam Pomponius refert. Labeo enim ingenii fiducia multa innovabat, Capito in præceptorum traditionibus perſeverabat. Ab his Caſſianorum, qui etiam Sabiniani appellantur, item Proculianorum controverſiæ ortæ ſunt. Labeoni enim Nerva pater ſucceſſit, huic filius, & Proculus, qui nomen cæteris dedit: Proculo Pegaſus, Pegaſo Celſus pater, patri filius, & Neratius Priſcus. Atejo autem Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit, a quo Sabiniani appellati; huic C. Caſſius Longinus, quod ex Pauli quodam loco conſtat, [*d*] item Longinus alter: a Caſſio item Caſſiani dicti, & Caſſiana ſchola a Plinio libro VII. epiſtularum: huic Cælius Sabinus ſucceſſit, cui Javolenus Priſcus, Priſco Valens, Tuſcianus, & Julianus. Extant controverſiarum multa in Digeſtis & inſtitutionibus veſtigia, ut de eo, quod fit ex aliena materia, [*e*] an venditio ſine nummis fieri poſſit, (*f*) de eo, qui certo die nundinarum dare promittit, [*g*] & de eo, qui exceſſit fines mandari, (*h*) & in hereditatis petitione de his, quæ poſt litem conteſtatam perierunt (*i*) atque aliis. (*k*) Salvium autem Julianum Javoleni diſcipulum fuiſſe, traditum eſt ſub titulo de manumiſſis vindicta. [*l*] *An apud ſe manumittere* (inquit Julianus) *poſſit is, qui conſilium præbet, ſæpe quæſitum eſt. Ego qui* (*m*) *meminiſſem Javolenum præceptorem meum & in Africa & in Syria ſervos ſuos manumiſiſſe, cum conſilium præberet: exemplum ejus ſecutus & in Prætura & Conſulatu meo quoſdam ex ſervis meis vindicta liberavi, & quibuſdam Prætoribus conſulentibus me idem ſuaſi.* Javolenique partes ſecutum Julianum, apparet ex eo, quod cum cæteris Caſſianis referri ſoleat. [*n*] Quod vero Pomponius ait, *Celſus quidem & iterum*, ſignificat Neratium ſemel, hunc iterum Conſulem fuiſſe, extatque Celſi conſulatus memoria in quadam Diocletiani conſtitutione: (*o*) qua dicitur legis Veſtibulici poteſtatem ſenatuſconſulto, Juventio Celſo iterum, & Neratio Marcello conſulibus, ad provincias porrectam eſſe. Sic enim dicebant in ſecundo conſulatu iterum, in tertio tertium, & poſtea quartum, quintum, ſextum, ſeptimum conſule. Gellius tamen refert, dubitatum eſſe, Pompejo tertium conſule, num *tertium* ſcribendum eſſet, an *tertio*; & ait, Ciceronem conſultum rem controverſam reliquiſſe, & juſſiſſe, ut quatuor utriuſque verbi litteræ tantum ſcriberentur: eum tamen uſum his, quæ dixi, ſcio. Eleganter vero Haloander Leonis conſtitutionem [*p*] emendavit, quod dicebatur *a conſulatu & iterum Sigisbuldi*: ut *a conſulatu Ætii iterum & Sigisbuldi* ſcribatur: quamvis is nobis ſcripſerit *Ætii II.* Sic etiam Ulpianus ait: (*q*) *Invenimus reſcriptum ab Imperatore noſtro Antonino Auguſto, & Divo patre ejus Mammiæ Maximinæ pridie Idus Apriles, Plautiano iterum conſule.* Hæc autem vox *iterum*, ut alio loco Paulus ſcribit, (*r*) duas res ſignificat: alteram, qua demonſtratur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quæ græce dicitur πάλιν. Sic igitur emendandus, & intelligendus eſt Pomponii locus.

(c) L. 2. *in fine. de orig. jur.*
(d) L. Qualem. *de receptis.*
(e) L. Adeo. §. Cum quis. *de adq. rer. dom.* §. Cum ex aliena. *inſt. de rer. div.*
(f) L. 1. *de contr. empt.* §. Item pretium. *inſt. de empt. & vend.*
(g) L. Eum qui certar. *de verb. obl.*
(h) §. Is qui inſt. *de mand. l.* 3. *& 4. mand.*
(i) L. Illud quoq. *de her. petit.*
(k) L. Pupillus. *de adq. rer. domin. l.* 3. C. *de poſt. her. inſt. l.* Ex facto. *Dig. de her. inſt.*
(l) L. An manumittere. *de manum. vind.*
(m) quem. *Fl.*
(n) L. 1. §. Item adquirimus. §. Per ſervum. *de adq. vel om. poſſ. l.* 3. *in fin. de lib. & poſt.*
(o) L. *ult.* C. *de ſerv. reip. mand.*
(p) L. *un.* C. *ut nemo ad ſuum patr. lib.* 11.
(q) L. 2. *in fin. ad S. C. Tertyll.*
(r) L. Veluti. *de edend.*

CAPUT V.

Quæ ſit inter eunuchos, ſpadones, & caſtratos differentia adverſus Accurſianos.

CAjus libro primo inſtitutionum ſcribit: (*s*) *Illud utriuſque adoptionis commune eſt, quod & hi, qui generе non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.* Hæc tantum Florentiæ reperimus, & in priore libro Caii inſtitutionum titulo de adoptionibus addunt alii ex Juſtiniani inſtitutionibus: [*t*] *Caſtrati autem non poſſunt*: quæ verba delenda in digeſtis ſunt. *Spado adrogando*, ut Mode-

[s] L. 2. *de adopt.*
(t) §. Sed & illud. *inſt. de adopt.*

H 2 ſti-

Digitized by Google

ſtinus ait, [a] *ſuum heredem ſibi adſciſcere poteſt, nec ei corporale vitium impedimento eſt.* Poſſe quoque poſtumum heredem inſtituere, ut adoptare, & uxorem ducere; caſtratum vero tribus his rebus prohiberi, Ulpianus ſcribit: (b) operæ igitur pretium eſt videre, quæ inter ſpadonem, & caſtratum differentia ſit: & Accurſianorum ineptiis neglectis Theophili definitio probanda eſt, quam Conſtantinus, ut alia non pauca, libro II. τῶ προχείρω refert: (c) *Eunuchorum*, inquit, *tres ſpecies ſunt, ſpadones, caſtrati, thlibiæ. Spadones ſunt, qui ob morbum, aut frigiditatem liberis operam dare non poſſunt, impedimento liberati poſſunt. Caſtrati, quibus exacta ea corporis pars eſt. Thlibiæ vero, quibus a matre, aut nutrice teſticuli attriti ſunt.* Eunuchi generale eſſe nomen exectis & non exectis, ex ſacra Matthæi hiſtoria conſtare poteſt. Chriſtum enim optimum maximum his verbis uſum refert: (d) *Sunt eunuchi, qui de matris utero ita nati ſunt: ſunt, qui facti ab hominibus ſunt: ſunt, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum.* Sed & viceſimo primo Apoſtolorum canone, quem Haloander XX. ſcribit, conſtitutum eſt, ut eunochus, ſive ita natus ſit, ſive vis ei adhibita fuerit, ſi dignus eſt, fieri pontifex poſſit: & ſi pontificis nomen in græco libro deſit, in Gratiani tamen libro (e) & Cæleſtini Pont. Max. epiſtula (f) reperitur. Cum itaque Conſtantinus ſcribit [g] eunuchis licere facere teſtamentum, recte noſtri interpretantur caſtratis & non caſtratis licere: in dubitandi autem cauſa falli mihi videntur. Sed eam ſignificare arbitror Paulum libro III. ſententiarum titulo de teſtamentis: *Spadones*, inquit, *eo tempore teſtamentum facere poſſunt, quo plerique pubeſcunt, ideſt anno XVIII.* Cum enim pubertas in maribus ab Juſtiniano primum definita ſit, [h] numquam puberes eſſe ſpadones videbantur. Nec me movet, quod ab aliis ante Juſtinianum XIV. anno majores teſtamentum facere poſſe dicatur, [i] namque exiſtimo id in eorum verbis Tribonianum mutaſſe, ut alia permulta. Sed & ſi hoc verum non ſit, tamen illud ipſum dubitationem adferre potuit. Eunuchos vero a cubiculo cuſtodiendo dictos, ut Alciatus noſter ait, (k) conſtitutione quadam ſub titulo de præpoſitis ſacri cubiculi mihi probatur. [l] Et Conſtantini conſtitutione eunuchos facere capitale eſt: [m] Sed ea conſtitutio abrogatur ab Juſtiniano Novella CXLII. a quo par pœna ei delicto indicitur, cum bonorum publicatione: qua conſtitutione arbitror Narſeti ſuo gratificari voluiſſe. De quo præclarum hodie monumentum extat in ponte Salario Romæ, cujus verba infraſcripta ſunt.

(a) *L.* Ad. rogato. *in fine. eod.*

(b) *L.* Sed eſt quæſitum. *de lib. & poſt. l.* Si ſerva. *in fine. de jure dot.*

(c) *tit.* 8.

(d) *Matth.* 19. *cap.* qui ſunt. 33. *q.* 5.

*[e] *cap.* Eunuchus. 55. *diſt.*

(f) *c.* 3. *de corp. vitiat.*

(g) *L.* Eunuchis. C. *qui teſt. fac. poſſ. ubi Dec.*

(h) *L. ult.* C. *quando tut. vel cur. eſſe deſ. & inſt. quib. mod. tut. fin. in princ.*

(i) *L.* Si frater. C. *qui teſt. fac. poſſ. l.* Qua ætate. *dig. eod.*

(k) *Alciat. l.* Spadonum. *de verb. ſign.*

(l) *L.* 4. *de præp. ſac. cub. lib.* 12.

[m] *L.* 1. C. *de eun.*

IMPERANTE DN. PIISSIMO AC TRIUMPHALI SEMPER, JUSTINIANO PP. AUG. ANN. XXXIX. NARSES VIR GLORIOSISSIMUS EXPRÆPOSITO SACRI PALATII, EXCONS. ATQUE PATRICIUS, POST VICTORIAM GOTHICAM IPSIS EORUM REGIBUS CELERITATE MIRABILI CONFLICTU PUBLICO SUPERATIS, ATQUE PROSTRATIS, LIBERTATE URBIS ROMÆ, AC TOTIUS ITALIÆ RESTITUTA, PONTEM VIÆ SALARIÆ USQUE AD AQUAM A NEFANOISSMO TOTILA TYRANNO OISTRUCTUM PURGATO FLUMINIS ALVEO IN MELIOREM STATUM, QUAM QUONOAM FUERAT, RENOVAVIT.

Quod monumentum eo libentius ſcripſimus, ut imperii Juſtiniani tempora cognoſcantur. Expræpoſito autem, exconſule, & patritius Narſes dicitur, quod patritia dignitate eſſet, præpoſiti & conſulis munere functus, ut antea dictum eſt. Sed ad propoſitum revertor. Spadonum appellatio non ea ſolum eſt, quam ex Theophilo ſcripſimus, ſed generalis quoque eſt, qua caſtrati, non caſtrati, thlibiæ & thlaſiæ continentur. (n) *Si ſpadoni mulier nubſerit, diſtinguendum arbitror* (inquit Ulpianus) *caſtratus fuerit, necne, ut in caſtrato dicas dotem non eſſe; in eo, qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt.* Itaque ſpadonem ab eunucho nihil differre exiſtimemus, ſi generalem hanc appellationem ſequamur. In ſacris libris magnum illum virum Joſephum eunucho Pharaonis venditum legimus, (o) LXX. interpretes eum ſpadonem appellant. Item, ot antea rettulimus, Conſtantinus eunuchos, Paulus ſpadones teſtamentum facere poſſe ſcribunt. Speciali autem nomine hi, qui natura ſpadones ſunt, ſignificantur: quibus enim vis adhibita eſt, caſtrati appellantur. Sic de adoptione dicimus, ſpeciali nomine de eo, qui alieni juris eſt, dici, etſi adrogatio ſpecies adoptionis ſit, (p) & cognatos eos appellamus, qui per femineam cognationem nobis conjuncti ſunt, quamvis adgnati cognati ſint. (q) Caſtratos autem non dubito exectos eſſe, a caſtrandi verbo, quo ſæpe juriſconſulti utuntur. *Si puerum quis caſtraverit, & pretioſiorem fecit*, Vivianus ſcribir ceſſare Aquiliam. [r] *Si mulus caſtratus eſt, neque morbi, neque vitii quid habere videtur*, ut Ulpianus ait. [s] Cæſius quoque ſcribit non omnia animalia caſtrata ob id ipſum vitioſa eſſe, niſi propter ipſam caſtrationem facta ſunt imbecilliora: & in reſcripto Hadriani apud eundem Ulpianum, (t) ſpadones facere, excidere, & caſtrare idem ſignificant. Thlibias autem non Theophilus ſolum, ſed & Paulus libro II. de officio Proconſulis, uſurpat: (u) *Hi quoque*, inquit, *qui thlibias faciunt, in eadem cauſa ſunt, qua hi, qui caſtrant*, ut caſtrati verbum grandioribus thlibiæ infantibus exectis conveniat. Pretioſiores autem fieri dicebantur, quod hi in deliciis haberentur, quamobrem ab Juſtiniano multo pluris cæteris ſervis æſtimantur, (x) & in vectigalibus rebus ſpadones numerantur, (y) faceteque Terentius ait: *eunuchum dixti velle te, quia ſolæ utuntur his reginæ.* Ille etiam Accurſianorum error eſt, niſi meus eſt, cum ſpadonem eum etiam eſſe arbitrantur, qui cum uno teſticulo natus eſt. Ulpiani verba ſunt hæc: [z] *Spadonem morboſum non eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur; ſed ſanum eſſe, ſicuti illum, qui unum teſticulum habet,*

[n] *d. l.* Spadonum. *d. l.* Si ſerva. *in fine.*

(o) *Gen.* 37. *cap.* ſicut eunuchus. 1. *q.* 1.

(p) *L.* 2. *de adop.* §. 1. *inſtit. eod.*

(q) *L.* Sunt autem. *de legat. tut. l.* Inter adgnatos. *unde leg.*

(r) *L.* Si ſervus. §. Etſi. *ad L. Aquil.*

(s) *L.* Ædiles aiunt. §. Sed enim. *de æd. ed.*

(t) *L.* Lege cornelia. *ad L. Jul. de vi perv.*

(u) *L.* Hi quoq. *eod. t.*

(x) *L. ult.* C. *comm. de leg. l.* 1. C. *de commun. ſerv. man.*

(y) *L. ult. de publ.*

(z) *L.* Pomponius *in fin. de æd. ed.*

Digitized by Google

bet, qui etiam generare poteſt. Sic enim ſcribendum eſt, non *generare non poſſit*, quibus verbis non dicitur eum, qui eo habitu eſſet naturæ ſpadonem eſſe, ſed ſpadonem ita ſanum eſſe, atque eum, qui cum uno teſticulo eſſet, de quo alio loco ſcripium eſt militare poſſe.(*a*) Mea igitut opinio eſt, cum de eunucho, aut ſpadone mentio fit, caſtratos & non caſtratos contineri, niſi contra in caſtrato eſſe dicatut, aut ex ipſis verbis appareat, de quo dictum ſit. Exempli gratia, ſpadones a tutelis non excuſati, conſtitutum eſt: (*b*) credendum eſt de utroque genere idem reſponderi. At cum dicitur ſpadonem adoptare poſſe, aut adrogare, [*c*] aut matrimonium contrahere, non caſttatus intelligendus eſt. Idem eſſe exiſtimo, cum dicitut ſpadonem ſervum morboſum non eſſe: nam excipitut, niſi ita ſpado eſt, ut tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit; (*d*) caſtratos enim morboſos eſſe exiſtimo, alio enim loco ſcribitur: *Sunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in jumentis non adeo, ut puta ſi mulus caſtratus eſt.* [*e*] Durior autem eſt caſtratorum condicio propter ſpem, in qua ſpado eſt, naturali vitio remoto, ut Theophilus ſcribit, liberos procreandi. Fremant licet noſtri interpretes, & mare cœlo commiſceant, me de ſententia hac non commovebunt.

(a) *L.* Qui cum uno. *de re mil.*

(b) *L.* 1. C. *de excuſ. tut. L.* Spadonem. *in princ. eod.* Dig.

[c] *d. L.* 2. *d. l.* Adrogato. *de adopt.*

(d) *L.* Sin autem. *de æd. ed.*

[e] *L.* Ædiles ajunt. §. Sed enim. *eod.*

CAPUT VI.

Cætera, quæ prima parte Noricorum Digeſtorum maxime mendoſa ſunt.

NUnquam putaſſem fieri poſſe, ut unius litteræ adjectione, maxima fieret ſententiæ mutatio: niſi ex ea comparatione, quam cum optimis illis libris feci, animadvertiſſem capite altero (*f*) De officio Procuratoris Cæſeris, vel Rationalis, *conſulitur imperatori* circumferri, cum *conſulitur imperator* ſcribendum ſit; ejus enim capitis Florentiæ verba ſunt hæc: PAULUS *libro quinto ſententiarum. Quod ſi ea bona, ex quibus imperator heres inſtitutus eſt, ſolvendo non ſint, re perſpecta, conſulitur imperator.* Additut ea ratio, in qua miror cæteros hallucinatos eſſe. Heredis enim inſtituti in adeundis, vel repudiandis hujuſmodi hereditatibus voluntas exploranda eſt. Quid enim apertius dici poteſt, quam ut conſulatut imperator, qui inſtitutus eſt? Sub titulo ſi quis cautionibus, defendenda eſt nobis Florentina ſcriptuta: (*g*) *Dixerit aliquis, quo ergo hæc exceptio damnato? Sed reſpondebitur fidejuſſoribus ejus eſſe neceſſariam, aut ſi forte in exilium ſalva civitate abiit, ubi defenſori ejus exceptio iſta proderit.* Mirantur aliqui exilium ſalva civitate fieri poſſe; ego vero Accurſii interpretationem ſequor, ut deſcribere relegatum voluerit, qui ſalva civitate exul erat. Cicero in oratione pro A. Cecinna: *Non adimitur exulibus civitas, ſed ab eis relinquitur*, inquit, *atque deponitur.* Nam cum ex noſtro jure duarum civitatum nemo eſſe poſſit; tum admittitut hæc civitas denique cum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt, in aliam civitatem. Ovidius quoque cum ſe relegatum eſſe diceret, ita ſe verſibus conſolatur:

(f) *L.* 2. *de offic. proc. Cæſar.*

(g) *L.* Sed & ſi quis. *in pr. ſi quis caut.*

Ira quidem moderata tua eſt, vitamque dediſti:
Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipſe tui.
Arva relegatum juſſiſti viſere Ponti,
Et Scythicum profuga ſindere puppe fretum.

Alio tamen loco exulem ſe, quod notius nomen eſt; appellat:

Vade (libro illi ait) *ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:*
Infelix habitum temporis hujus habe.

Paulus quoque libro XV. ad edictum ſcribit [*h*] publicum & capitale judicium eſſe, ex quo pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio: *Per has enim pœnas eximitur*, inquit, *caput de civitate; nam cætera non exilia, ſed relegationes proprie dicuntur.* Hanc rem doctiſſime, ut omnia, præceptot noſtet explicat libro I. παρέργων. (*i*) Quod vero dicitur, *quo ergo hæc exceptio damnato?* eleganter dictum eſt, ut apud Ciceronem: *Martis vero ſignum, quo mihi pacis auctori?* & emendandum eſt hoc pacto aliquot juriſconſultotum locis. Ulpianus libro XXXIX. ad edictum: [*k*] *Cum enim poſſit ſecundum tabulas habere poſſeſſionem: quo bonum eſt ei contra tabulas dari?* Idem libro XL. [*l*] *Quo enim bonum eſt eis favere, ut partem faciant nihil habituris?* Scævola libro ſingulari quæſtionum publice tractatarum: [*m*] *Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter alterum heredem ſcripſit: videndum, an confundatur obligatio: placet non confundi: quo bonum eſt hoc dicere? Quod ſi intendat dari ſibi oportere, &c.* Cajus libro IX. ad edictum provinciale: [*n*] *Quo enim bonum eſt expectare condicionem, vel diem? cum in ea cauſa ſit prior iſte debitor, ut omnimodo ipſe debeat ſuſcipere actionem?* Hæc omnia ne in Norico quidem libro recte ſcripra ſunt. Sub titulo de dolo malo miror VII. capitis (*o*) initium Haloandrum nulla de cauſa mutaſſe. Itaque ſcribendum eſt ut Florentiæ, & in Lugdonenſibus antiquioribus eſt: *Hoc enim ſic accipimus carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non poſſit; aut nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, ut venderet, circumſcriptus eſt. Et quod minor proponitur, non inducit in integrum reſtitutionem: nam adverſus manumiſſum nulla in integrum reſtitutio poteſt locum habere.* Communis ille error cum multis eſt, ſub titulo de receptis. (*p*) *Non cogetur arbiter ſententiam dicere niſi pœna compromiſſa ſit.* eſt enim Florentiæ, *ſi pœna commiſſa ſit.* ut capite XXXIV. (*q*) *Semel commiſſa pœna ſolvi compromiſſum rectius puto dici:* quod ſi compromiſſum ſol-

(h) *L.* 2. *de pub. jud.*

(i) *cap.* 15.

(k) *L.* 3. §. Si quis ex liberis. *de bon. poſſ. cond. tab.*

(l) *L.* Si poſt mortem. §. Liberi. *eod.*

(m) *L.* Si duo rei. *de ſolut.*

[n] *L.* Aliquando. *in fine. ad S.C. Vell.*

[o] *L.* Et eleganter. *in princ. de dolo malo.*

[p] *L.* Non Diſtinguemus. *de receptis.*

(q) *L.* Si duo. *in fin. eod.*

vi-

vitur: cum arbitro nihil eſt, quod agatur. Sub titulo de ſervitutibus prædiorum ruſticorum XXXI. cap. (*a*) ita Haloander edidit: *Tria prædia continua trium dominorum objecta erant: unius prædii dominus ex ſuo fundo in imum fundum ſervitutem aquæ quæſierat: & per medium fundum domino concedente in ſuum agrum ducebat.* Florentiæ vero eſt: JULIANUS *libro ſecundo ex Minicio. Tria prædia continua trium dominorum adjecta erant: imi prædii dominus ex ſummo fundo imo fundo ſervitutem aquæ quæſierat.* Hoc toti ſententiæ aptum eſt, ut Accurſius intellexit: neque enim is, qui ſervitutem quæſierat, ſummi fundi dominus erat, quem poſtea emiſſe dicitur: ſed imi, in quem ſervitutem adquiſivit. Sub titulo communia prædiorum cap. X. ita ſcribendum eſt: (*b*) *Quidquid venditor ſervitutis nomine ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio* QUIBUS EST SERVITUS UTIQUE EST: *ad extraneos pertinet, ipſi nihil proſpicit venditori ad jura ejus conſervanda: nulla enim habuit, quia nemo ipſe ſibi ſervitutem debet.* Illa verba *utique eſt*, quæ ſignificant, *& ut eſt*, minus percepta fecerunt, ut variis modis caput hoc ſcriptum ſit. Similis error eſt cap. I. (*c*) de minoribus; item de aleæ luſu: *Utique quæ ea res erit, animadvertam.* Scribendum enim eſt: *uti quæquæ res erit, animadvertam.*

(a) L. Tria prædia. *de ſerv. præd. ruſt.*

(b) L. Quidquid. *comm. præd.*

(c) *L.* 1. *de minor. l.* 1. *de aleæ luſu.*

Librariorum error eſſe videtur, ut *præſentiam* pro *pænitentia* Haloander ſcriberet, cap. XI. ad extremum de interrogationibus in jure faciendis. [*d*] In Tuſco libro ita ſcriptum eſt: *Celſus ſcribit licere reſponſi pœnitere, ſi nulla captio ex ejus pœnitentia ſit actoris.* Sub titulo de rebus creditis (*e*) male *fiduciariam hereditatem* in *fideicommiſſariam* mutavit, & ſi eadem ſignificatio ſit. Sed tamen illud elegantius eſt, & ab Haloandro ſcriptum ſub titulo ad S. C. Trebellianum. (*f*) Qua de re eleganter Budæus & Alciatus noſter ſcripſerunt. (*g*) Capite quinto commodati, [*h*] ſcribendum eſt: *Si me rogaveris, ut ſervum tibi cum lance commodarem, & ſervus lancem perdiderit, Cartilius ait, periculum ad te reſpicere: nam & lancem videri commodatam; quare culpam in eam quoque præſtandam.* Cartilii nomen nunquam editum hoc loco opinor, quoniam Florentiæ duo illa verba [*Cartilius ait*] ita circumſcripta ſunt, ut ea illic ſolent, quæ repudiantur. Repudiata autem eſſe arbitror, quod nunquam in id jureconſulti nomen inciſſent: ego vero id Florentiæ reperi apud Proculum libro II. epiſtularum. (*i*) Fuit enim Proculus ita interrogatus: *Cornelius & Mævius uter eorum volet, heres eſto: uterque vult: Trebatius neutrum fore heredem, Cartilius utrumque; tu cui adſentiaris?* PROCULUS. *Cartilio adſentio.* Vulgo tamen *Carſilius* ſcribitur. Culpam vero præſtare, quod Haloander omiſit, eleganter dictum eſt, ut a Cicerone: *Perge vero, Craſſe: iſtam enim culpam, quam veneris, ego præſtabo.* Recte autem Alciatus noſter lib. II. παρέργων ait apud Scævolam libro V. Digeſtorum [*k*] ſcriptum eſſe: *Inſtrumentum a ſe traditum auctoritatis exhiberet*, quamvis in Norico libro ſit *auctionis*, in aliis *actori*. Nam qui vendit, auctoritatis nomine tenetur; unde ſi alienam rem mihi tradideris, & ego eam pro derelicto habuero, amiſi auctoritatem, id eſt actionem pro evictione, ut Venulejus ſcribit. [*l*] Et hac etiam de cauſa fidejuſſor ob evictionem datus, *auctor ſecundus* ab Ulpiano dicitur, (*m*) quod Novella quoque IV. traditur, etſi barbarus interpres eum *confirmatorem* appellet. [*n*] Hoc etiam auctoritatis nomen pro Imperatoris, aut præſidis litteris in multis conſtitutionibus reperiri, ſcio. (*o*) Quod etiam in Theodoſiano codice inveniri, præceptor noſter auctor eſt. Sub titulo pro ſocio non recte ſcribitur (*p*) diſſolvi ſocietatem maxima capitis deminutione. Sed in Etruſco libro eſt: *Diſſociamur renuntiatione, morte, capitis minutione, & egeſtate:* quod verſum Græce apud Conſtantinum reperitur libro III. titulo X. Et Cajus poſteriore libro inſtitutionum ſcribit: [*q*] *Diſſolvitur ergo ſocietas aut morte unius ſocii, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione: id eſt, ſi unus ex ſociis, ſicut frequenter ſupra,* inquit, *diximus, capite fuerit deminutus.* Quamquam quid opus eſt alienis teſtimoniis? Hæc ſunt Ulpiani verba libro XXXI. ad edictum: (*r*) *Sive homines, ſive res, ſive voluntas, ſive actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas. Intereunt autem homines quidem maxima, aut media capitis deminutione aut morte.* Apud eundem Ulpianum libro XXXVIII. ad Sabinum, (*s*) ita Florentiæ ſcriptum eſt: *Si averſione vinum venit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. Tamen* Haloander, non *tantum* ſcripſit. Sed diu multumque dubitavi, quid averſione vendere, aut locare ſignificaret. In eam tandem veneram opinionem, ut crederem, cum non explicaretur res, quæ gerebatur ſatis, averſione dici id fieri. Sed communicata cum Lælio noſtro opinione mea, cum numerus, menſura, aut pondus dictum non eſt, aut quid aliud, quod bis ſimile ſit; averſione locatam, aut venditam rem dici exiſtimo. Labeo libro I. pithanon a Paulo epitomatorum: [*t*] *Si conduxiſti navem amphorarum duomilium, & ibi amphoras portaſti: pro duobus milibus amphorarum pretium debes.* Hæc verba Labeonis Paulus ita notat: *Immo ſi averſione* [inquit] *navis conducta eſt, pro duobus milibus debetur merces: ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contra ſe habet.* Averſionem numero opponit, ex quo conſtat, navem totam, quæ duum milium amphorarum eſſe dicebatur, conductam pretio non in ſingulas amphoras conſtituto. Sic Florentinum quoque interpretor, cap. XXXVI. locati: (*u*) *Opus, quod averſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculum eſt. Quod vero ita conductum ſit, ut in pedes, menſuraſve præſtetur: eatenus conductoris periculo eſt, quatenus ad-*

men-

(d) L. De ætate. *in fin. de interrog.*

(e) L. Certi condictio. *verſ.* Sed & ſi. *de reb. cred.*

(f) *L.* Siejus Saturninus. *l.* Si poſtulante. *in fin. ad S. C. Treb.*

(g) *Alciat. cap. ult. parerg. Bud. l.* 2. *de orig. jur.*

(h) L. Si ut certo. §. Si me. *commod.*

(i) *L.* Cornelius. *de hered. inſtit.*

(k) *L. ult. de pign. act. Alciat. lib.* 2. *cap.* 9. *parerg.*

(l) *L. ult. de evict.*

(m) *L.* Illud. *eod.*

[n] *Auth. de fidejuſſ.* §. Sed neque.

(o) *L. ult.* C. *de fabric. lib.* 11. *l. ult. de vend. reb. civ. l.* Diligenter. *de aquæd. l.* Si quis auctoritate. *de omni agr. deſ. lib.* 11.

[p] *L.* Societatem. *pro ſocio.*

[q] *titulo de obligation.*

[r] *L.* Verum eſt. *in fine. pro ſocio.*

[s] *L.* Si quis vina. §. Si averſione. *de per. & comm. rei vend.*

[t] *L. ult. in fin. de lege Rhodia.*

[u] L. Opus. *locat.*

menſum non ſit. Si opus faciendum locatur, ſiquidem in pedes ſingulos, aut certos, pretium conſtitutum eſt: antequam admetiatur, quod factum eſt, opificis periculum eſt: ſi vero totum uno pretio conſtet, donec adprobetur. Ulpianus libro XXVIII ad edictum. [*a*] *Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt: ſive is dominus navis ſit, ſive a domino navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum,* PER AVERSIONEM intelligo ſive ut ex Labeone & Paulo dictum eſt, ut totam conduxerit, non ut in ſingulas amphoras, aut res importatas mercedem det: ſive ita, ut domino non ſingulorum dierum aut menſium lucrum ſolvat, ſed certa mercede conſtituta ad conductorem fructus pertineant, ad navis dominum merces. Sic Haloander Novella LXIV. [*b*] cum Juſtinianus de hortulani fraude quereretur, qui hortorum domino, cum alicui de ſuis hortus locat, non diligenter olera æſtimat: at cum redduntur hortulano, diligentiſſime minutiſſima quæque perſequitur: Haloander inquam addit de ſuo celebrare eum veluti *per averſionem* priori caſu æſtimationem. Averſione fieri venditionem exiſtimat Lælius noſter, cujus ſententiam probamus, cap. XXXV. de contrahenda emptione (*c*) *in his, quæ pondere, numero, menſurave* (Inquit Cajus) *conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modo ea ſervantur, quæ in cæteris, ut ſimul, atque de pretio convenerit, videatur perfecta venditio: modo ut etiam ſi de pretio convenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam ſi admenſa, adpenſa, adnumeratave ſint. Nam ſi omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argentum quantumcumque eſſet, uno pretio venierit, idem juris eſt, quod in cæteris rebus.* Hanc eſſe averſione venditionem factam exiſtimamus; opponitur enim: *Quod ſi vinum ita venierit, ut in ſingulas amphoras; item oleum, in ſingulas metretas; item frumentum, ut in ſingulos modios; item argentum, ut in ſingulas libras certum pretium diceretur.* De quibus ait tunc perfici emptionem, cum adnumerata, admenſa, adpenſave ſint. Sed & ſi non in ſingula dicatur, ſed in certum menſurarum numerum, idem dicendum eſt. (*d*) Imperator quoque Alexander conſtituit: (*e*) *Cum convenit ut ſingulæ amphoræ vini certo pretio veneant: ante, quam tradantur, imperfecta etiam tum venditione, periculum vini mutati, emptoris, qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit, non fuit. Cum autem univerſum, quod in horreis erat poſitum, veniſſe ſine menſura, & claves emptoribus traditas allegas, poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet.* Hoc ipſum de averſione dicitur: [*f*] *Res in averſione empta, ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res adſignata non ſit.* Nam quod de clavibus in Alexandri conſtitutione additur, quoniam ita evenerat, dictum eſt; idque Accurſio placet; & Ulpianus ſimilem interpretationem ſenatuſconſulti facit ſub titulo de hereditatis petitione: (*g*) Et hac de cauſa Lælius noſter exiſtimat *averſionem* dictam eſſe, quod periculum avertat emptor, aut conductor a venditore, aut domino, idque in ſe recipiat, etiam ſi verbis expreſſum non ſit, in quo Accurſius decipitur. Huic nominis rationi, quod nihil melius invenerim, aſſentior; ſed ſive hac de cauſa, ſive alia juriſconſulti hoc dicendi genere utantur, neque enim alios uſos arbitror: quid eo ſignificetur, diximus. Et, ut ad Ulpianum revertamur: (*h*) ita exiſtimamus, Sabini hæc verba eſſe: *ſi averſione vinum venit, cuſtodia tantum præſtanda eſt.* Quæ ſententia explicata mihi eſſe videtur, cum ab eodem Ulpiano dicitur: (*i*) *Et ante menſuram periculo liberatur, Si non ad menſuram vendidit, ſed forte amphoras, vel etiam ſingula dolia.* Amphora autem hoc loco vas ſignificat, ut dolium, non menſuram, ut in aliis. (*k*) Ulpiani autem verba eſſe arbitror illa: *Ex hoc apparet, ſi non ita vinum venit, ut deguſtaretur, neque acorem, neque mucorem venditorem præſtare debere, ſed omne periculum ad emptorem pertinere.* Ut enim libro I. ſcripſimus, Ulpiani ad Sabinum libri, e quibus hæc ſumpta ſunt, interpretationes Sabinianorum librorum eſſe videntur. Sic etiam caput primum (*l*) de periculo, quod ex eodem libro eſt, interpretamur, ut prima verba Sabini ſint: *Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii ſuſtinuerit, emptoris erit damnum.* Ulpiani vero hæc: *Sed ſi venditor ſe periculo ſubjecit, &c.* quibus excipit, ut opinor, e Sabini ſententia eos caſus. Sed & hoc loco, quo de agimus, Sabini eſſe exiſtimo, quæ ſequuntur: (*m*) *Vino autem per averſionem vendito, finis cuſtodiæ eſt avehendi tempus.* Ulpiani cætera. Itaque arbitror ea verba: *Ex hoc apparet*, addidiſſe, ut oſtenderet iniquitatem Sabini ſententiæ, ſi tam late paterent ejus verba. Ipſum vero cenſuiſſe opinor, etiam ſi averſione vinum venierit, antequam deguſtetur, venditoris periculum eſſe. Hæc tamen opinio non ſatis certa eſt: ſed hoc mihi probabile in tantis Accurſianorum tenebris eſſe videbatur. Africani quoque verba neſcio, an hanc interpretationem accipiant cap. XXXV. locati, [*n*] ut averſione locatam inſulam intelligamus, cum non in ſingulos habitationis dies; an ut non in ſingula cænacula, domus locata ſit. Illud certum eſt, oneris averſi actionem (*o*) nihil cum his rebus commune habere; eſt enim ſurripere avertere rem, aut ea abuti. Ulpianus lib. XXIX. ad edictum: [*p*] *Sed & ſi mercem perire paſſus eſt; aut eam avertit, aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, ſi dolus intervenit.* Quæ verba non recte Haloander ſcripſit. Ita etiam intelligenda eſt V. conſtitutio ſub titulo de navicularijs, (*q*) quam Accurſius ad a-

ver-

(a) L. 1. §. Exercitorem. *de exerc. act.*

(b) Nov. *de hortul.*

(c) L. Quod ſæpe. §. In his. *de contr. empt.*

(d) L. *ead.* §. Sed & ſi.

(e) L. 2. C. *de peric. & comm. rei vend.*

(f) L. Qui officii. *de contr. empt.*

(g) *L.* Item veniunt. §. Ait ſenatus. *de her. petit.*

(h) *d. l.* Si quis vina. §. Si averſione. *de per. & comm.*

(i) L. 1. §. Sed & cuſtodiam. *eod.*

(k) *Vide libr. 2. c. ult.*

[l] *L.* 1. *in princ. eod.*

(m) *d. l.* Si quis vina. *in fine.*

[n] *L.* Et hæc. *locat.*

[o] *L.* In nave. *eod.*

[p] *L.* Illud. §. Sed et ſi. *de trib. act.*

[q] *L.* Qui fiſcales. C. *de navic. lib.* 11.

verſionem quoque pertinere poſſe putat, quod ipſe probare non poſſum. Cæterum quod in Norico libro ſcribendum eſſe dicimus *tantum*, non *tamen*: contra in multis libris fiat oportet, ſub titulo ſi quis jus dicenti non obtemperaverit. [*a*] Florentiæ enim eſt, ut in Norico libro: *Omnibus magiſtratibus non tamen duumviris, ſecundum jus poteſtatis ſuæ, conceſſum eſt juriſdictionem ſuam defendere pœnali judicio*. Scribunt alii vel Accurſio teſte *non tantum duumviris*. Sed cum hi municipales magiſtratus ſint, (*b*) neque judicationem habeant, multam indicere non poſſunt. (*c*) Sed hæc alii accuratius. Facile autem in bis erratur ob librariorum notas, quas jure Juſtinianus tribus conſtitutionibus perſequitur. Hæc in tribus Digeſtorum partibus emendanda eſſe potiſſimum cenſemus.

(a) *L. un. ſi quis jus dic. non obl.*

(b) *L. dies.* §. Si forte. *de damn. infect.*

[c] *L. 2. in fin. de jud.* L. Aliud. *in fin. de verb. ſign.*

CAPUT VII.

Quæ ſecunda parte Digeſtorum Noricorum, qua quarta & quinta Juſtiniani Pandectarum pars continetur, emendanda ſunt.

E*Rronem ita definit Labeo, puſillum fugitivum eſſe, & eu diverſo fugitivum magnum erronem eſſe: ſed proprie erronem ſic* [inquit Ulpianus](*d*) *definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius demum redit.* Fugitivo, & erroni ſimiles ſunt emanſores & deſertores milites. *Eſt* enim *emanſor, qui diu vagatus ad caſtra regreditur: deſertor eſt, qui per prolixum tempus vagatus reducitur.* [*e*] Ideoque Menander ait: (*f*) *Levius delictum emanſionis habetur, ut erronis in ſervis, deſertionis gravius, ut in fugitivis.* Eſt tamen in erronis nomine aliquot locis erratum in Norico quoque libro, quamquam ne ſuperiora quidem recte ſcripta ſunt. Ulpianus ſcribit: (*g*) *Hoc autem, quod deterior factus eſt ſervus, non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt, ut puta, ſi imitatione conſervorum apud emptorem talis factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erro evaſit. Erroneum* alii ſcribunt. Idem Ulpianus alio loco ait: [*h*] *Is quoque deteriorem facit, qui ſervo perſuadet, ut injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum ſervum ut ſollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro, vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditioſus.* In aliis libris ſcriptum eſt *vel errori.* In Baſilienſi autem ſolo erratum eſt cap. IV. de ædilicio edicto: (*i*) ſic enim ſcribitur: *Et ideo nominatim de errore & fugitivo excipitur.* Scribendum eſt *de errone.* Idem error eſt in Tuſco libro cap. XXXII. de evictionibus: (*k*) *Cum quis ſtipulatur fugitivum non eſſe, errorem non eſſe, & cætera, quæ en edicto ædilium curulium promittuntur. Et erronem*

(d) *L.* Quis ſit fugitivus. §. erronem. *de æd. ed.*

(e) L. Deſertorem. §. emanſor. *de re milit.*

(f) *L.* Qui cum uno. §. edicta. *eod.*

(g) *L.* Ædiles etiam. §. Pedius. *de æd. ed.*

(h) *L. 1. in fine. de ſervo corr.*

(i) *L.* Ob quæ vitia. *de æd. ed.*

(k) *L.* Quia dicitur. *de evict.*

ſcribendum eſſe nemo non videt. In una etiam littera erratum eſt in alio nomine ſub eodem titulo: [*l*] *Si ideo*, inquit Ulpianus, *contra emptorem judicatum eſt, quod defuit: non committitur ſtipulatio; magis enim propter abſentiam victus videtur, quam quod malam cauſam habuit.* Vulgo vero *evictus videtur*, ſcribitur. Sub titulo de pactis dotalibus cap. XXVI. (*m*) ſcribatur: *Convenit, ut mulier viri ſumptibus quoquo iret, veheretur, atque ideo mulier pactum ad litteras viri ſecuta, provinciam, in qua centyrio merebat, petit. Centyrio* pro *Centurione* hic Florentiæ eſt, & ſub titulo de vulgari, (*n*) ut apud veteres, *Sylla* & *Sulla.* Illa vero verba *quoquo iret, veheretur*, multis modis ſcripta ſunt: neque enim intelligebant conveniſſe, ut quoquo iret, ſumptibus viri veheretur, boc eſt ſive in provinciam, ſive Romam, ſive alio iret, itineris ſumptus maritus impenderet. *Merebat* quoque ſcribendum eſt, non *morabatur*; nam milites ſtipendia merere dicuntur, dum militant. (*o*) Idem verbum mendoſe ſcriptum eſt capite tertio de donationibus inter virum. (*p*) Sic enim Florentiæ eſt: *Si ſenatoris filia libertino contra ſenatuſconſultum nupſerit, vel provincialis mulier ei, qui ibi meret, contra mandata, valebit donatio, quia nuptiæ non ſunt.* Mandatis autem milites prohibebantur in ea provincia, in qua ſtipendia mererent, uxorem ducere. (*q*) Ad centurionem revertamur, quem Accurſius maritum eſſe non putat, ſed non minus fallitur, quam cum verbum *petit* non ad provinciam, ſed ad principem refert, cujus hic mentio nulla. *Meret* itaque utroque loco ſcribendum eſt, non *moretur*, aut *maneret*, ut alii ſcribunt.

Non minus eleganter emendandum eſt caput II. ſoluto matrimonio, in quo in Noricis, ut opinor, ſolis libris ſcribitur: (*r*) *Cæterum ſi pater ſolus juſſit, dotis actio filiæ non erit adempta, quandocunque ſui juris filia fuerit facta.* Sed Florentiæ *quandoque* eſt, non *quandocumque*; ut etiam cap. VI. [*s*] *Hi reſtituendi ſunt quandoque divortio facto.* Recte autem utroque loco Accurſius *quandocumque* interpretatur. Item cap. VI. de tributoria: (*t*) *Non enim hæc actio* [inquit Paulus] *ſicut de peculio, occupantis meliorem cauſam facit: ſed æqualem condicionem quandoque agentium.* In quo etiam Haloander ſolus *quandocumque* ſcripſit. In omnibus libris mendoſum eſt primum caput ſub titulo [*u*] de adſignandis libertis. Florentiæ recte hoc pacto: ULPIANUS *libro quartodecimo ad Sabinum. Senatuſconſulto, quod factum eſt Claudianis temporibus, Velleo Ruſo, & Hoſterio Scapula conſulibus, de adſignandis libertis in hæc verba cavetur: Si qui duos, pluresve liberos juſtis nuptiis quæſitos in poteſtate haberet, de liberto, libertave ſua ſignificaſſet, cujus ex liberis ſuis eum libertum, eamve libertam eſſe vellet: is, eave, quandoque is, qui eum, eamve manumiſit inter vivos, vel teſtamento, in civitate*

(l) *L.* Si ideo. *eod.*

(m) *L.* Inter ſocerum. §. Convenit. *de pact. dot.*

(n) *L.* Centurio. *de vulg.*

(o) *L.* Miles. *in princ.* l. Item miles. *de re jud.*

(p) *L. 3.* §. 1. *de donat. inter vir. & uxor.*

[q] *L.* Præfectus. *l.* Eos. *de ritu nupt.*

[r] *L. 2.* §. 2. *ſolut. mat.*

(s) L. Si ante. *eod.*

(t) *L.* Non enim. *de trib. act.*

[u] *L. 1. in princ. de adſ. lib.*

eſſe

eſſe deſiſſet, *ſolus ei patronus*, *ſolave patrona eſſet*. Vulgo in conſulum nomine non hic ſolum, ſed & libro III. inſtitutionum (*a*) erratum eſt. Et pro *quandoque* alii *quando*, alii *cum* ſcribunt. In eodem libro inſtitutionum ſub titulo quibus modis re contrahitur obligatio (*b*) ita ſcribendum eſt, ut in duobus libris in Albornotiana noſtra bibliotheca habetur: *Quas res aut numerando*, *aut metiendo*, *aut adpendendo in hoc damus*, *ut accipientium fiant*, *& quandoque nobis non eædem res*, *ſed aliæ ejuſdem naturæ & qualitatis reddantur. Inde etiam mutuum appellatum eſt.*.Hoc eſt quandocumque reddenda eſt, ita reddatur. Sic apud Cajum ſcribitur: (*c*) *Quia in hoc dantur*, *ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat*, *& quandoque ſoluto matrimonio*, *ejuſdem generis & qualitatis alias reſtituat*, *vel ipſe*, *vel heres ejus.* Et alio loco: (*d*) *Si vini*, *olei*, *frumenti uſusfructus legatus erit*, *proprietas ad legatarium transferri debet* : * *& ab eo cautio deſideranda eſt*, *ut quandoque is mortuus*, *aut capite deminutus ſit*, *ejuſdem qualitatis res reſtituatur.* Quo etiam loco quidam *quandocumque* Haloander *quandoque*, *cum is* ſcripſit. Sed ille inſtitutionum locus hujus nominis ignoratione multorum manus paſſus eſt: cum enim multi *quandoque aliquando* interpretarentur, maluerunt *quoniam* ſcribere, & *redduntur*, non *reddantur*. Iidem non recte ſepararunt eam ſententiam. (*e*) Alii recte quidem ſcribunt *quandoque*, ſed non recte *aliquo tempore* illic, atque ſuperioribus locis interpretantur. (*f*) Noſtra ſcriptura & interpretatio confirmari poteſt Caii verbis libro II. aureorum: (*g*) *Quas res*, inquit, *in hoc damus*, *ut fiant accipientis*, *poſtea alias recepturi ejuſdem generis & qualitatis.* Et libro poſteriore inſtitutionum titulo de obligationibus: *Quæ omnia numerando*, *aut penſando*, *aut metiendo*, *ad hoc damus*, *ut eorum fiant*, *qui ea accipiunt*, *& ad nos ſtatuto tempore non ipſæ res*, *ſed aliæ ejus naturæ*, *quales datæ ſunt*, *atque ipſius ponderis numeratæ*, *vel menſuratæ reddantur. Propter quod mutuum appellatum eſt quaſi a me tibi ita datum ſit*, *ut ex meo tuum fieret.* Eſt autem ille inſtitutionum locus ex his duobus Caii acceptus, ut alia permulta. (*h*) Adde Pauli verba libro XXVIII. ad edictum: [*i*] *Mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem*, *quam dedimus*, *alioquin commodatum erit*, *aut depoſitum*, *ſed idem genus.* Ut vero *quandoque* pro *quandocumque* accipiatur, a grammaticis veteribus obſervatum eſt, [*k*] & nuper a Victorio erudito viro traditum quibuſdam placere Horatianum carmen ita interpretari:

> *Indignor* ; *quandoque bonus dormitat Homerus.*

Sed & Haloander multa Digeſtorum loca recte ſcripſit. [*l*] *Ubique* etiam pro *ubicumque* a Javoleno uſurpatur: (*m*) *In lege* (inquit) *fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo ubique eſſent*, *exceptæ erant*, *&c.* & ſi hoc quoque loco mendum in omnibus libris ſit. Sub eodem titulo ſoluto matrimonio VII. capite (*n*) ſcribendum eſt: *Puto autem*, *ſi arbores cæduæ fuerunt*, *vel gremiales*, *dici oportet in fructu cedere.* Nam Ulpianus quoque ita ſcripſit: [*o*] *Nec ſarmenta ligni appellatione contineri: ſed ſi voluntas non refragatur*, *& virgulæ*, *& gremia*, *& ſarmenta*, *& ſuperamenta materiarum*, *& vitium ſtirpes atque radices continebuntur.* Uterque locus mendoſus in omnibus libris habetur; in Norico tamen minus male *cremia*, & *cremiales*, quam in cæteris *germina*, & *germinales*, quamvis Accurſius veram quoque ſcripturam referat. Quid vero hoc verbum ſignificet, ex his Columellæ verbis, quæ libro XII. de re ruſtica ſcripſit, cognoſcemus: *Muſtum*, inquit, *in vaſa defrutaria deferemus*, *levique primum igne ex tenuibus admodum lignis*, *quæ gremia ruſtici appellant*, *fornacem incendemus*, *ut ex commodo muſtum ferveat.* Ita intelligendum eſt illud Davidis carmen, (*p*) *Et oſſa mea ſicut gremium aruerunt.* Cujus nominis rationem in quadam Politiani ad Bologninum epiſtula legi a Græcis juriſconſultis tradi: ut quod gremio ruſtici ad comburendum ea ferant, *gremia*, gremialeſque arbores dicantur. At illi, qui *cremia* ſcribunt, a cremando deducere videntur, quod mihi magis probatur, & ſi Florentinam ſcripturam ſequendam putem. A Græcis id φρύγιον dicitur. Sed reliqua videamus.

Sub eodem titulo cum de ſævitia viri in dotales ſervos Ulpianus tractat, ita ſcribit: (*q*) *Et ſi quidem tantum in ſervos uxoris ſævus fuit*, *conſtat eum teneri hoc nomine: ſi vero & in ſuos eſt natura talis*, *adhuc dicendum eſt*, *immoderatam ejus ſævitiam hoc judicio coercendam.* Alii *naturalis* pro *natura talis* neſcio qua ratione ſcripſerunt, Haloander *licet natura.* Verba Ulpiani apertiſſima ſunt. Sub titulo de adminiſtratione & periculo tutorum apud Tryphoninum [*r*] non *dempta actio* neque *exactio*, ſed *deprecatio* ſcribi debet. Sic enim Florentiæ eſt: *Non eſt propterea cæteris pœnæ deprecatio*, *quod ab uno jam exacta eſt.* Idem alio loco ait: (*s*) *Utique nulla deprecatio adulterii pœnæ eſt*, *ſi ſe minor annis adulterum fateatur.* Et aliis locis alii jureconſulti hoc verbo, quod rhetorum eſt, utuntur. (*t*) Cicero deprecationem ita definit: *deprecatio eſt*, *in qua non defenſio facti*, *ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.* Illud deinde miror, cur Haloander hæc verba mutaverit apud Ulpianum libro I. ad Sabinum: (*u*) *Ne furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt*, *cum compos mentis non ſit. Sed ſi habet intermiſſionem*, *eo tempore adhiberi poteſt: teſtamentum quoque*, *quod ante furorem conſummavit*, *valebit*, *& bonorum poſſeſſio ex eo teſtamento com-*

(a) *inſt. eod. in fin.*
(b) *inſtit. quib. mod. re contr. obl. in princ.*
(c) L. Res in dotem. *de jure dot.*
(d) L. Si vini. *de uſuf. ear. rer.*
(e) *Hal. in inſtit. Alc. l. 2. ſi cert. pet.*
(f) *Dec. d. l. 2.*
(g) L. 1. *in princ. de oblig. & action.*
(h) §. Quas ex omnib. *in proœm. inſtit.*
(i) *d. l. 2. de reb. cred.*
[k] *Priſc. lib.* 17.
[l] L. Neque leges. *l.* Ideo. *de legib. l.* Si adrogator. *de adopt. l. 1. l. 3. quod quiſque jur. l.* Non idcirco. *de jud. l. 2. de her. vel act. vend. l.* Si & per emptorem. *de action. empt. l.* Si ſocer. *ſol. mat. l.* Si mulier. *de jure dot. l. 1. de aqua cott. l.* Tutor. §. Si deponi. *de admin. tut.*
(m) L. In lege. *de contr. emp.*
(n) L. Fructus eos. §. Si fundum. *ſol. matr.*
(o) L. Ligni. §. Lignis. *de legat.* 3.
(p) *Pſal.* 102.
(q) L. Si conſtante. §. Si maritus. *ſol. mat.*
[r] L. Tres tutores. *in princ. de adm. tut.*
(s) L. Auxilium. §. Sed ut. *de minor.*
[t] L. Quid ſit fugitivus. §. Idem Vivian. *de æd. ed. l. 2. de his qui ſui.*
[u] L. Qui teſtamento. §. Quæ autem. *qui teſt. fac. poſſ.*

* Vid. Cujac. 11. Obſerv. XXXVI.

petit. *Teſtimonium* enim pro *teſtamento* in Norico legitur: in aliis recte eſt. Apud Africanum quoque (*a*) non recte ſcripſit *Titius & Mævius ſubſtitutus ſit*, quod etiam Accurſio diſplicet, ſed ſcribendum eſt, *Titio Mævius ſubſtitutus ſit*. Capite quoque VII. de teſtamento militis (*b*) de ſuo ſcripſit *vel cum prægnantem ſcierit*, pro quibus Florentiæ eſt, *vel non fuit prægnas*. Sic enim ſemper fere ſcribitur, non *prægnans*. Caput XXIII. vel ut Florentiæ eſt, XXII. de auro argento & cæteris legatis (*c*) ita illic ſcribitur: ULPIANUS *libro viceſimo ſecundo ad Sabinum. Veſtimentum id eſt, quod detextum eſt, & ſi defectum non ſit, id eſt, ſi ſit conſummatum. Quod in tela eſt nondum pertextum, vel detextum, contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legaverit, neque ſtamen, neque ſubtegmen legato continebitur.* Hæc ita, exceptis interpunctionibus, Florentiæ. Videtur Ulpianus his verbis nullam differentiam inter *detextum* & *pertextum* conſtituere. Nam, ut idem alio loco ait, *prapoſitio de auget in depoſito.* (*d*) Erit itaque utrumque conſummatum, quod ad textrinam attinet, etſi nondum defectum: quod neſcio ad textorem, an ad ſarcinatorem pertineat: contextum vero quod nondum pertextum eſt, ſed potius ſtamen & ſubtegmen, quæ telæ initia ſunt. Veſte itaque, aut veſtimento, nihil enim intereſt, (*e*) legatis, nondum conſummata non continetur; pertexta, etiam ſi defecta non ſit aut a textore e filis, quibus tenetur, aut ab alio poſtea in veſtis uſum conciſa & conſuta, veſtis appellatione continetur. Ego vero aliquando exiſtimavi veſtimentum ab Juſtiniano appellari, quod nondum detextum eſt libro II. inſtitutionum, (*f*) cum de eo tractat, qui alienam purpuram veſtimento ſuo intexuit, & prætextam ſibi faciendam curavit; nunc vero eam opinionem neque ſatis probare, neque improbare poſſum. Venio nunc ad Modeſtini ſub titulo de liberatione legata (*g*) reſponſum, & illa verba, *cauſa perlata Modeſtinus reſpondit*: maximum mendum habere in omnibus libris deprehendimus. Refertur enim illic teſtamenti pars, qua hæc verba ſcripta fuerant: *Et abſolvo ei, & libero ex pignoribus ejus domum & poſſeſſionem Caperlatam.* Id enim nomen poſſeſſionis erat, vel Accurſio teſte: ſed ex *Caperlata Camperlatam* fecerunt librarii, unde notis uſi *cauſa perlata*. Doctiſſimum quoque quendam virum eſſe audio, qui *cum prolatis* ſcribat Plautino verſu in Captivis motus:

Ubi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt,

Sed hæc, ut ingenioſa emendatio eſt, ſic etiam a Modeſtino aliena. Apud Pomponium libro XI. epiſtularum [*h*] *expreſſum* pro *expenſo* Haloander non recte edidit: eſt enim Florentiæ: *Ut neque ſubtraxerit quid ex his, quæ acceperit, neque expenſum rationibus præſcripſerat, quod non dederat. Præſcripſerit* tamen ſcribendum arbitror. Apud Marcianum (*i*) *nominibus*, non *hominibus* ſcribatur in omnibus libris oportet: *Ut idoneis* (inquit) *nominibus collocetur pecunia ad curam ſuam revocaturum præſidem provinciæ.* Capite vero XXXVII. ad S. C. Trebellianum [*k*] ex unius litteræ in Florentino libro errore duorum verborum mendum ad omnes libros pervenit. Sic igitur Florentiæ eſt: *Nec ſe quidem auctore pupillum reſtituere potuiſſe hereditatem Divus Severus in perſonam Arri Honorati pupilli decrevit, qui Aprio Antonino patruo & tutori ſuo reſtituerat.* Sciendum eſt, Florentiæ omnia verba eſſe conjuncta, paribuſque litteris omnia conſcripta exceptis ſingulorum capitum initiis. Unde mirandum non eſt, ſi una littera addita, *quia prior*: pro *qui aprio* ſcripſerunt, ex quo Haloander *qui prior* fecit. Nos *qui Arrio* ſcribendum eſſe cenſemus, nomen pupilli ſecuti, & erroris librarii uſum.

Non multum ab hujus capitis ſententia diſceſſerimus, neque a noſtro emendandi inſtituto, ſi ſub titulo de auctoritate tutorum mendum indicaverimus, quod facilem cognitu ſententiam occultat. Libro primo inſtitutionum [*l*] negat Juſtinianus pupillum hereditatem adire, bonorum poſſeſſionem petere, fideicommiſſum hereditatis ſuſcipere poſſe, quamvis lucroſa ſit, *nec ullum damnum habeat*, ſine tutoris auctoritate. Vulgo vero, *ne ullum damnum habeat*, ſcribunt adverſus imperatoris ſententiam. Hoc ita emendare audeo auctoritate Theophili ductus, & duorum librorum Albornotianæ noſtræ bibliothecæ. *Arri* autem *Honorati*, non *Arrii* ſupra ſcripſimus Tuſcos libros imitati, ut veterem uſum traderemus, qui alterum inſtitutionum locum declarare poterit. Item caput nonum de liberis & poſtumis, (*m*) in quo ita ſcribitur: *Rumpit enim his caſibus nepos teſtamentum, quod moriente avo fili ius pependerit, non abſciſſum, ut ſuperiore caſu fuerit.* Licet Alciatus noſter libro I. prætermiſſorum, atque alii omnes multo aliter ſcribant. Nam, ut poetæ teſtes eſſe poſſunt, non ſemper veteres *Arrii, Tullii, Servii* ſcribebant, ſed *Servi, Tulli, Arri* crebro.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi:

Item;

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Itaque quod ſub titulo de libertinis in inſtitutionibus dicitur: (*n*) *Omnes libertos nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumiſſoris, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito civitate Romana decoravimus. Domini* diſcrimen pro *dominii* intelligendum eſt, non *ætatis domini.* Nam, ut Theophilus tradit, neceſſe erat ex jure Quiritium dominum eſſe ſervi, qui manumiſſione vellet eum in civitatem Romanam venire: neque ſatis erat eum in bonis eſſe. Namque ait alterum naturæ jus eſſe, alterum civitatis: eum vero, qui utroque jure dominus eſſet, pleno jure dominum eſſe. Ex quibus verbis conſtitutio ſingularis intelligitur ſub titulo de nudo

jure

(a) L. Si poſtumus. §. Quod vulgo. *de lib. & poſt.*

(b) L. Qui jure. *de teſt. milit.*

(c) L. Veſtimentum. *de auro arg. leg.*

(d) L. 1. *depoſ.*

[e] L. Veſtis. §. Inter veſtem. *de auro arg. leg.*

(f) §. Si tamen. *de rer. div. in inſtit.*

(g) L. Aurelio. *in princ. de lib. legat.*

[h] L. Qui ſub condicione. *de cond. & dem.*

(i) L. Divi. *ad L. Falc.*

[k] L. Reſtituta. *in fin. ad S. C. Treb.*

(l) §. 1. *inſtit. de auct. tut.*

[m] L. Si quis poſtumos. *de lib. & poſt.*

(n) §. ult. *inſt. de libertinis. ubi Theoph.*

(a) *L. un. C. de nudo jure Quir. toll. l. un. C. de uſuc. transf.*

jure Quiritium tollendo [*a*] & illa veterum vindicandi formula, *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio*, item quæ de pleno jure dominis, multis Digeſtorum locis dicuntur. Unum exempli cauſa addam, quod Theophili ſententiam confirmet. Cajus libro primo de manumiſſionibus ſcribit: (*b*) *Generaliter pignori datus ſervus, ſine dubio pleno jure debitoris eſt, & juſtam libertatem ab eo conſequi poteſt.* Et poſtea: *Sub condicione ſervus legatus pendente condicione pleno jure heredis eſt, ſed nullam libertatem ab eo conſequi poteſt, ne legatario injuria fieret.* Juſtam libertatem interpretor civitatis Romanæ, nullam autem neque Latinam, neque Romanam, neque dediticiam. Si quis vero diceret unam litteram in inſtitutionum libro deeſſe, & dominii malit, quam *domini* ſcribere, me facile non repugnante faceret. Sed quoniam inſtitutionum, ac Thophili mentio facta eſt, & ſecundam Noricorum librorum partem peregimus: in duobus Theophili locis noſtri laboris requiem nonnullam quæramus.

(b) L. Generaliter. qui & a quib.

CAPUT VIII.

Theophili in ſervorum nominibus, & in prænominis interpretatione erratum; & ea de re multa.

THeophilus antiquus ſatis jureconſultus Juſtiniani inſtitutiones græce vertit, addiditque quaſdam doctas ſane antiquitatis interpretationes, quo libro nullus extat ad eos Juſtiniani libros intelligendos aptior. Sed ut in omnibus rebus evenit, in quibus nihil ita perfectum eſt, ut, quod ille ait, omni ex parte beatum dici poſſit: ita in his græcis interpretibus antiquitatis Romanæ peritia major nonnumquam deſideratur. Refertur ab Juſtiniano Divi Marci reſcriptum ad Pompilium Rufum libro III. Inſtitutionum, [*c*] quo dicitur petiſſe Rufum, ut bona Verginii Valentis, cui nemo ſucceſſor erat, libertatum conſervandarum cauſa ei addicerentur. * Theophilus exiſtimat, Pompilium Rufum ſervum libertatem Valentis teſtamento conſequi potuiſſe: ego vero didici ex Diocletiani conſtitutione, (*d*) quam eleganter Alciatus noſter interpretatur, (*e*) liberum hominem fuiſſe. Cum enim nomini cognomen, quo liberi dumtaxat utuntur, additum ſit: eum liberum eſſe neceſſe eſt. Itaque aut creditorem, alium quemcumque interpretari poſſumus: quippe cum in ea conſtitutione, quam hac de re Juſtinianus tulit, [*f*] eadem Marci conſtitutio referatur, qua cuilibet extraneo id petere permiſſum eſſe dicitur. Ignoraſſe autem hoc Theophilum facile credendum eſt, cum in prænominis & cognominis interpretatione maxime fallatur ſub titulo de legatis. (*g*) Cum enim recte ſcripſiſſet, nomen eſſe veluti *Titius*; cognomen, quod nomini conjungeretur, ut *Pius*, aut *Superbus*: addit prænomen χαρακτηρικὸν dici poſſe, quod multi appellativum dicunt: ut *Æacidem*, aut ſi quod aliud nomen addas, quo alicujus beneficii memoriam conſerves. Melius id Alciatus noſter, (*h*) & Viglius (*i*) interpretati ſunt: ex quorum libris nos, & veterum ſcriptorum obſervatione, quid his de rebus ſentiamus, pluribus verbis ſcribemus. Nominis appellatio, cum de hominis nomine (qua de re agimus) mentio fit, generalis eſt, & prænomen, familiæ nomen, ac cognomen ſignificat: quod vel ex eo cognoſci poteſt, quod ſub titulo de mutatione nominis his verbis conſtitutio Diocletiani ſcripta ſit: (*k*) *Sicut initio nominis, cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio privatis libera eſt: ita horum mutatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaque nomen, vel cognomen, vel prænomen ſine aliqua fraude licito jure, ſi liber es, minime prohiberis. Si liberes*, addidit, non quod ſervi his tribus nominibus uterentur, ſed quod liberum non eſſet ſervo ſuum nomen mutare, domino ſervi eſſet. Ab hac generali appellatione exheredatio nominatim facta dicitur, cum ſufficiat nomen, prænomen, aut cognomen dicere, ut Ulpianus ſcribit. (*l*) Sed & Cicero in oratione pro Murena veteres juris peritos irridens; *Ut quia* [inquit] *in alicujus libris exempli cauſa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari.* Quem locum recte Viglius ad Cajam Cæciliam, quæ eadem Tanaquil dicta eſt, pertinere arbitratur. Illic igitur prænomen, dictum nomen eſt; at pro Cecinna cognomen. *Sextus*, inquit, *Clodius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.* Eſt etiam ſpecialis quædam nominis ſignificatio, quam eleganter Alciatus noſter perſequitur, cum familiæ tantum nomen ſignificat. Animadvertique hæc magna ex parte apud veteres in eas litteras deſinere, in quas hæc *Tullius*, *Julius*, *Pomponius*, *Pompejus*, *Mucius*: quamobrem feminæ ab his *Tullia*, *Julia*, *Pomponia*, *Pompeia*, *Mucia*. Item leges ab his latæ idem nomen conſequebantur. Hinc Aquilia ab Aquilio Tribuno Plebis rogata, (*m*) Falcidia a Falcidio, (*n*) Julia quoque de adulteriis coercendis ab Auguſto lata eſſe dicitur. [*o*] Cujus nominis rationem Accurſiani invenire nequeunt, quæ expedita ſatis erit, ſi noveris, quod ignorat, opinor, nemo, Cæſarem Auguſtum Octavianum a C. Julio Cæſare Dictatore teſtamento adoptatum fuiſſe. Itaque, ut Dion optime omnium perſcribit, qui prius C. Octavius dicebatur, deinde C. Julius Cæſar Octavianus dictus eſt, nomenque Octavii in cognomen eſt verſum: ut Æmilii Pauli filius poſtea, quam a P. Scipionis Africani filio adopratus eſt, P. Cornelius Scipio Æmilianus, qui Africanus quoque minor eſt dictus. Hinc a Juliis Juliani, a Marcellis Marcellini, a Domitiis Domitiani, & ut

(c) *Inſtit. de eo cui lib. cauſ. bon. add.*

(d) L. Cum precum. C. de lib. cauſ.

(e) *Alc. lib. 5. cap. 5. paradox.*

(f) L. ult. C. de teſtam. manum.

(g) *Theoph. §. Si quis in nomine. de legat.*

(h) *Alciat. lib. 4. diſpunct. cap. 1.*

(i) *Vigl. §. 1. de exher. liber.*

(k) *L. un. C. de mut. nom.*

(l) *L. 2. de lib. & poſtum.*

(m) *Novel. 18. auth. de tr. & ſem. §.* Studium.

(n) *cap.* quædam. 2. *diſt.* Dion *lib.* 48.

(o) *L. 1. ad L. Jul. de adult.*

I 2 ar-

* Vid. Bynkershoek obſerv. Jur. cap. 22. Lib. I. ubi defenditur Theophil.

arbitror, ipſum Juſtiniani nomen a Juſtino adoptivo patre manaſſe: * ſed tamen hæc non eadem mutatio eſt; quippe cum hic adoptivi patris nomen flectatur, in ſuperioribus naturalis. Hunc tamen morem ex illo veniſſe ſuſpicor, & neſcio, au id Paulus ſignificet libro XII. Reſponſorum [*a*] cum Lucius Titius legitimum filium *Titianum* nomine, naturalem *Titium* habuiſſe fingitur. Si legitimum adoptivum intelligas, ut multi, nobiſcum Paulus faciet, invito tamen Haloandro, qui pro *Titiano Titium* ſcripſit. Macrobius libro I. Saturnalium: *Cognomina*, inquit, *ea propriis ſunt tracta nominibus ut ab Æmilio Æmilianus, a Servilio Servilianus.* Sic enim ſcribendum eſt. Itaque Auguſtus quod Julia familia eſſet, leges Julias appellavit, de ambitu, de adulteriis coercendis, quæ ſatis notæ ſunt, de pudicitia, cujus mentio in quibuſdam conſtitutionibus, (*b*) Julia de maritandis ordinibus, cujus plurima quoque mentio fit ab imperatoribus, & a juriſconſultis: (*c*) Hanc etiam eſſe arbitror, quæ cum lege Papia conjungitur, (*d*) & ad utramque Paulus, Ulpianus, Cajus, & Mauricianus ſcripſerunt. Papia Poppœa ab Auguſto quoque lata eſt, ut Tacitus ait, quem Alciatus noſter adoleſcens retulit, [*e*] ſed a M. Papio & Q. Poppœo coſſ. tunc propoſita, ut a Dione libro LVI. & ab Iſidoro libro V. ſcribitur, (*f*) nomen accepit. Juliæ ipſius familiæ mentio fit ab Ulpiano ſub titulo de verborum ſignificatione. [*g*] Nomen itaque cum ſpeciali hac ſignificatione accipitur, familiæ nomen ſignificat Romanis tantum hominibus. Nam Græci, & barbari ſingulis nominibus uſi, familiæ nomine non utebantur. Itaque Demoſthenes, Ariſtoteles, Plato, & illa ſacroſancta nomina JESUS, *Moyſes*, *Petrus*, item cætera aliarum nationum ad familiam non propagantur; erant enim non gentis ſed ſingulorum hominum vocabula. Quamobrem magna controverſia apud Græcos fuit, quod eſſet civium Romanorum nomen, ut Plutarchus in Marii refert: aliis enim cognomen, aliis prænomen videbatur. De quibus ante dicendum eſt, quam de Plutarchi quæſtione diſſeramus.

[a] *L.* Lucius Titius. *de vulg.*

[b] *L.* Caſtitati. *l.* reos. C. *de adult.*

(c) *L.* Nec patronis. C. *de op. lib. l.* Adigere. *in fin. de jure patr.*

(d) *L. penult.* C. *de nupt. l.* Lege Julia. *de ritu nupt.*

[e] *Alciat. lib.* 3. *cap.* 3. *diſpunct.*

[f] *cap.* Quædam. 2. *diſtinct.*

(g) *L.* Pronunciatio. *in fin. de verb. ſign.*

Prænomen itaque eſt, quod nomen illud familiæ præcedit, ut idem ipſum verbum ſignificat, idque notis ſcribi ſolebat L. Titius, P. Mævius, M. Cicero, Serv. Sulpitius, quod idem Plutarchus, cum de ſpuriis appellatione tractat, ſcribit. Huic ſucceſſiſſe videtur, quod hodie familiæ nomini præponimus, Andreas, Joannes, Petrus, quæ indocti ſolent propria nomina appellare; docti notis ſcribere And. Alciatus, Jo. Pyrrhus, Petr. Bembus. Sed multis abutimur: ut quod mihi prænomen eſt Antonio, nomen veteribus fuerit, quod mihi nomen, aliis prænomen ſit. Hoc tamen ipſum in veterum quoque nominibus fuit, ut Claudius prænomen, & familiæ nomen fuerit. Prænominibus pueros caruiſſe, mihi ſit veriſimile. Item maximam mulierum partem, ſed utrique familiæ nomine utebantur; pueri vero etiam cognomine familiæ, ut Cicerones, ut Cæſares. Feminis exiſtimo prænomina addi ſolum, quæ plures eſſent. Nam Terentiæ, Pomponiæ, Tulliæ, Juliæ, Octaviæ non facile prænomen dices. Non quod non habuerint, ſed quod cives Romani non uterentur, familiæ appellatione contenti, eas pluribus nominibus, ut viros, appellare. *Quintam* tamen *Claudiam* Cicero in Cœliana, & de aruſpicum reſponſis appellat, quam Livius *Claudiam Quintam*, eam, quæ matronarum caſtiſſima judicata eſt, quo tempore Scipio Naſica vir optimus, [*h*] ut ambo matrem deorum hoſpitarentur; Cajaſque permultas appellatas multi ſcribunt.

(h) *L.* 2. §. Juris civilis. *de orig. jur.*

Cognomen vero, quod cum illo nomine conjungatur, non quod cognationis nomen ſit, appellatur. Id Plutarchus in Coriolani, & in Marii tertium nomen appellat, Theophilus ἐπώνυμον, quo etiam nomine Plutarchus utitur, & Juſtinianus Novella LXXVIII. (*i*) hoc aut hereditarium eſt, aut tum primum partum: hereditarium ut Scipionum, Cæſarum, Ciceronum, quod multi nomen appellare ſolent: nam familiæ fiebat, quod aliqua de cauſa initio unius erat. Hoc Macrobius, cum de *Prætextati* nominis origine ſcribit, his verbis tradit: *Papirio puero poſtea cognomentum inditum Prætextatus ob tacendi, loquendique prætextata ætate prudentiam. Hoc cognomentum poſtea familiæ noſtræ in nomen hæſit. Non aliter dicti Scipiones, niſi quod Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine poſteris dedit: ſic ex cognominibus nata ſunt nomina.* Hæc ille, quibus cognomen, quod hereditarium appellavimus Ciceronem libro VI. de re publica ſecuti, is nomen appellat. Varronis vero verba ſubſcribam, quæ ſuperiorem nominis & cognominis differentiam oſtendunt, etſi uno verbo mendoſa circumferantur. Is libro II. de re ruſtica ita ſcribit: *Nomina multa habemus ab utroque pecore a majore & a minore: a minore Porcius, Ovinius, Caprilius; ſic a majore Equitius, Vitulus, Taurus cognomina adſignificare, quod dicuntur, ut Annii Capræ, Statilii Tauri, Pomponii Vituli. Hæc poſſumus familiæ cognomina appellare.* Alterum cognominis genus eſt, quod ob inſignem aliquam rem illius nomini additur, quod ab hoc initio in poſteros deinde plerumque manabat. Hoc grammatici agnomen appellant, quod ego in veterum libris numquam legi, excepto ſecundo libro Ciceronis de inventione, quem mendoſum eſſe accepi; item ſub titulo de legatis libro II. inſtitutionum: ita enim ſcribitur vulgo: (*k*) *Siquis in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii teſtator erraverit: cum de perſona conſtat, valet legatum.* Sed hunc etiam locum mendoſum eſſe non dubito: ** nam neque Theophilus id verbum agnoſcit, neque in Digeſtis cum multis locis præ-

[i] *Auth. ut liberti de cet. in fine.*

(k) §. Si quis in nomine. *inſtit. de leg.*

no-

* Contradicit Hotoman. in Comm. de verb. jur. in verb. *Juſtinianus* pag. 193. in fin. edit. Baſil. ann. 1563.
** *Impugnatus* per Ant. Cont. in not. ad tit. XX, de leg. lib. II. in verb. *Agnomen.*

(a) *L.* Heredes palam. *in fr. de teſt. l.* 1. *de lib. & poſt. l.* Si in judicio. *de jud. l.* Falſi. *ar l. Cornel. de Falſ.*

nominis & cognominis verbum ſit, [*a*] uſquam exſtat agnomen; & in Albornotiana noſtra bibliotheca id verbum in vetuſto libro additum apparet. Neque video, cur id nomen grammatici addiderint, cum rem, quam explicare dicont, cognomen ſatis explicet. Cicero de Cn. Pompejo cognomento Magno libro II. ad Atticum: *Quanto in odio noſter amicus Magnus? cujus cognomen una cum Craſſi Divitis cognomine conſeneſcit.* Idem libro II. finium, T. Manlium, ait, cum Gallo depugnaſſe, & ex ejus ſpoliis ſibi & torquem, & cognomen indoiſſe: nam Torqoatus deinceps appellatus eſt. * Simili appellatione non male Juſtinianus utitur in quadam conſtitotione quæ aote Digeſta ſcripta eſt: (*b*) ut frivolum ridiculumque cognomen depondiorum eſſe dicat, quo primi anni auditores appellabantur. His itaque conſtitotis, Grecorum opiniones fuerunt, aut proprium nomen cognomen, aut prænomen fuiſſe: propterea quod hæc cum familia commonia oon eſſent, ſed ſingulorum ut Græcis ſua. Falli tamen utroſque Plutarchus ait, *quod nemo C. Marii, aut Q. Sertorii, aut aliorum cognomen dixerit: item feminarum prænomina aut nulla fuerunt*, in quo jure a Viglio reprehenditur, *aut rara.* Sed, ut dixi, latinorum oſus eſt tria hæc aot ſimul, aut ſeparata *nomina* appellare, ſed *nomen* ſpeciali ſignificatione familiæ nomen uſurpant.

[b] §. Et primo. *in proœm. Dig.*

At vero, ut ad ſervorum nomen longo plane intervallo revertamur, ſciendum eſt, hos manumiſſos familiæ manumiſſoris nomen aſſequi, & qood liboiſſet prænomen, vetuſque nomen in cognomen converti, quod eleganter Politianus tradit Ciceronis epiſtulam interpretatus, qua ita ſcribitur: *De Eutychide gratum, qui vetere prænomine novo nomine Titius eris Cæcilius, ut eſt ex me & te junctus Dionyſius M. Pomponius.* Dionyſius enim a Tito Pomponio Attico manumiſſus M. Pomponius Dionyſius appellatus eſt: deinde Atticus a Q. Cæcilio avunculo adoptatus Q. Cæcilius Pomponianus Atticus dictus: qui cum Eutychidem ſervum manumiſit, T. Cæcilium Eutychidem appellavit. Et ita intelligendum eſt, cum vetare teſtatorem legimus, ne res de nomine ſuo, aut familia nominis ſui exeat. Item quod manumiſſione, adoptione, nativitate dicitur, municipem qoem fieri. [*c*] Hæc autem ipſa nomina conſequebatur quiſquis civitatem Romanam adipiſceretur, etiam ſi ſervus non eſſet. Sed poterat ſe, in cujus familiæ nomen vellet inferere. *Cum Demetrio Maga*, inquit Cicero in quadam commendaticia epiſtula, *mihi vetuſtum hoſpitium eſt, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo null. Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Cæſare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.* Sed civitate Romana omnibus data ab Antonino Pio, (*d*) & Bizantium imperio tranſlato vetus hæc Romaoorum conſuetudo tenuibus veſtigiis manſit, neque facile Juſtiniani tempore tria hæc nomina diſtinxeris. Quamobrem tenebræ in his rebus grammaticis, [*e*] qui aut eo tempore, aut non multo ſuperiore fuerunt, obortæ ſunt ad præceptoris noſtri tempora, qui rem hanc, ut multa, optime omnium explicavit. Illud omittendum non eſt, non ſemper veteres cognomen nomini conjunxiſſe, ſed ſæpe his præpoſtere uti. *Hala* ille *Servilius*, item *Gallus Aquilius*, & *Priſcus Neratius* appellantur, cum familiæ nomina *Servilius*, *Aquilius*, *Neratius* ſint: item Græcos ac barbaros cognomina habuiſſe ex Plutarcho in Coriolani vita cognoſcitur. Sed hæc his de rebus hactenus dicta ſint: ſunt enim ſatis, ſuperque nota.

(c) *L.* 1. *l.* Ejus qui. *ad municip.*

[d] *L.* In orbe. *de ſtatu hom. auth. ut liberti de cætero. in fin. Nov.* 78.

(e) *Priſcian. lib.* 2. *& Sergio, & Victorino.*

CAPUT IX.

De emendatione tertiæ partis Noricorum Digeſtorum.

REdeo nunc ad noſtras emendationes, & primum caput (*f*) de bonorum poſſeſſionibus ita ſcribendum eſt: ULPIANUS *libro* XXXIX. *ad edictum. Bonorum poſſeſſio admiſſa commoda, & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis ſunt, tribuit. Nam hæc omnia bonis ſunt conjuncta.* Haloander non recte *bonorum poſſeſſione admiſſa tribuitur* ſcripſit. Capite vero primo (*g*) de operis novi nuntiatione, multis modis erratom eſt, in illis verbis: *Et erit tranſeundum ad interdictum quod vi, aut clam, quod factum erit, ut reſtituatur:* adduotqoe alii *olim*, ut Accurſius refert. Sed ita ſcribendum eſt, ut Florentiæ: *Nam ſi quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, ceſſat edictum de operis novi nuntiatione, & erit tranſeundum ad interdictum: Quod vi, aut clam factum erit, ut reſtituatur, & quod in loco ſacro, religioſove, & quod in flumine publico, ripave publica factum erit.* Septimo capite (*h*) ſcribendum: *Et tutor, & curator opus novum recte nuntiant;* non vero, *Et tutori*, vel *actori*, *& curatori novum opus recte nunciatur*, quod multi ſcripſerunt. XLV. capot de damno infecto, (*i*) de cujus ſcriptura Accurſius dubitat, ita ſcribendum eſt: SCÆVOLA *libro duodecimo quæſtionum. Ædificatum habes, ago, tibi jus non eſſe habere, non defendis: ad me poſſeſſio transferenda eſt.* Io Ethruſco tamen libro ante verbum *Ædificatum* ſunt hæc: *à quo fundus petetur ſi rem nolit circumſcripta tamen, utpote aliena.* Et hoc eſt, quod Accurſius ait, Piſis primom verſiculum eſſe deletum. Nam qui ab eo libro deſcripſerunt veterem delendi morem ignorantes, nobis id reliquerunt, quod nec Haloander, nec Alciatus, (*k*) nec ceteri recte ſcripſerunt: *à quo fundus* [ſcribunt] *petetur, ſi ab illo ædificatum habes.* Quæ verba quantam controverſiam noſtris faciant, ignorat ne-

[f] *L.* 1. *de bon. poſſ.*

(g) *L.* 1. §. 1. *de oper. nov. nunt.*

[h] *L.* Et ſi ſatiſdationem. *eod.*

(i) *L.* A quo fundus. *de damn. inf.*

(k) *Alciat. lib.* 1. *cap.* 8. *parad.*

* Objectum hoc elevat Franciſcus Balduinus in Comm. ad inſtitut. lib. 2. tit. XX. de legat. §. *Si quidem.*

nemo. Sub titulo de publicanis caput IX. (*a*) ita fere ſcriptum eſt, ut ab Alciato traditur. (*b*) Haloander variat, Florentiæ vero eſt: PAULUS *libro quinto ſententiarum. Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus ſit. Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur: & ideo impleto tempore conductionis ea locanda ſunt. Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem ante, quam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.* Hæc ita in Tuſco libro, niſi quod non *ea locanda* ſcriptum initio fuit, ſed *elocanda*, & *A* poſtea additum eſt, ut fortaſſe non male *elocanda* ſit emendandum. Sub titulo de ſtatuliberis III. capite (*c*) *allata* pro *ablata* Haloander, & *meratur* pro *meret* alii ſcribunt; in Ethruſco legimus: *Si quis ſervum juſſum decem dare, & liberum eſſe operari prohibeat: vel ſi quod ex operis ſuis meret, abſtulerit ei heres.* Et poſtea: *Plane ſi ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror.* Caput vero XLII. de liberali cauſa, (*d*) ita ſcribendum eſt: LABEO *libro quarto poſteriorum. Si ſervus, quem emeras, &c. Nec tibi obſtabit rei judicatæ præſcriptio*, (*e*) *Javolenus: Hæc vera ſunt.* Multi ſcribunt *Javoleni hæc verba ſunt*, Haloander *Labeonis hæc verba ſunt*, qui de ſuo inſcripſit hoc caput ita. *Jabolenus libro VI.* ἐπιστολῶν. Error ortus eſt ex errore ſcriptoris Tuſcorum librorum, qui *verba* pro *vera* ſcripſit, ſed *B* expunctum ac deletum eſt; item ex indocti emendatoris audacia, qui *V* poſterius Javoleni delevit. Sed neminem arbitror negaturum, ſupraſcripta cæteris omnibus præſtare, modo idem noverit Javolenum apitomen eorum librorum Labeonis feciſſe. Pomponius ſcribit libro XXXIV. ad Sabinum: (*f*) *Flumina enim cenſitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum adjicant, & ex publico in privatum.* Non deſiderant hæc emendationem Haloandri, ut *cenſorum* ſcribatur. Nam cenſui agendo cenſitores cenſoribus ſucceſſerunt, non tamen ſimili auctoritate officium id gerebant. De his multæ conſtitutiones ſcriptæ ſunt ſub titulo de cenſibus & cenſitoribus, atque aliis locis, (*g*) & libro L. Digeſtorum ſub ſimili titulo Ulpianus multis de cenſu apud eos agendo tractat. (*h*) Modeſtinus autem libro XXXV. ad Q. Mucium (*i*) non ſcripſit *nec tam levem, quam ab extraneo:* Sed, *ut tamen culpam in damno dando exigere debeamus graviorem, nec tamen levem, quam ab extraneo, ut ab homine libero levem culpam non exigamus, ſi bona fide nobis ſervit, ſin minus, exigi poſſit.* Deinde ait: (*k*) *Quidquid tamen liber homo, vel alienus, quive bona fide nobis ſervit, non adquirit nobis, id vel ſibi liber, vel alienus ſervus domino ſuo adquiret, excepto eo, quod vix eſt ut liber homo poſſidendo uſucapere poſſit: quia nec poſſidere intelligitur; qui ipſe poſſideretur.* Haloander eam ſcripturam ſecutus eſt, quæ aliis [*l*] facilior eſſe videbatur excepto eo, *quod jus eſt, ut liber homo poſſidendo uſucapere non poſſit.* Indigna tamen hæc verba juriſconſulto ſunt; illa vero elegantia, quibus ſignificatur, non facile dici poſſe, ut is liber homo poſſit uſucapere: qui ne poſſidere quidem intelligitur, cum ab alio poſſideatur. Sed & in eodem verbo emendandum eſt ſub titulo de judiciis (*m*) quod Haloander immutavit, & ſcribendum: *Vix certis ex cauſis adverſus dominos ſervis conſiſtere permiſſum eſt.* In Norico libro eſt *in certis cauſis*, ſed illud habet neſcio quid modeſtiæ, atque elegantiæ, & hoc loco concedere videtur, illo altero negare. Sic Paulus: (*n*) *Vix eſt enim, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi*, hoc eſt: *rarus ille caſus eſt*, aut *videtur enim, niſi fallor, alienare*, aut ſi quo alio modo interpretari velis. Et Juſtinianus libro II. inſtitutionum: (*o*) *Vix receptum eſſe videtur, ut hoſpitem ei recipere liceat*, hoc eſt: *jus controverſum fuit, & prope fuit, ut non licere diceretur.* Pomponius vero ait: [*p*] *Ex die quoque certa adſignari poteſt, ſed uſque in diem certum vix poteſt: nam ipſe ſenatus huic negotio finem præpoſuit*, ideſt, *mihi videtur concedendum non eſſe, ut poſſit:* atque ita aliis locis. (*q*) Similem modeſtiam habent hæc verba *prope eſt*, aut *pæne eſt*, aut *parum*: quæ mutata etiam in Noricis libris ſunt: *Quod ab alio, nomine ipſius, præſente eo datur, prope eſt, ut ab ipſo datum intelligatur:* (r) Haloander *proprie eſt*: ſed illud elegantius, & verius. Sic Menander libro II. de re militari: (*s*) *Si bonus miles antea æſtimatus fuit, prope eſt, ut adfirmationi ejus credatur.* Item Proculus: [*t*] *Proprius eſt tamen, ut hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno potero*, & alii aliis locis. [*u*] Ejuſmodi eſt etiam, quod in quadam conſtitutione [*x*] dicitur, *pæne eſt, ut quadam dediti ſervitute videantur.* Sic Javolenus intelligendus eſt, ſub titulo de diverſis regulis: (*y*) *Omnis*, inquit, *definitio in jure civili periculoſa eſt: parum eſt enim, ut non ſubverti poſſit*, etſi Budæo atque Haloandro placuerit *rarum*. Quæ emendatio ab optimorum librorum ſcriptura non multum diſcedit. Reperi tamen apud Conſtantinum libro I. titulo XIII. ita verſam græce eam regulam πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν. εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπεται. quamvis libro ultimo ἰσχυρῶς ſcribatur; ſed illud *facile* ſignificat, hoc neſcio, quod ſibi velit. *Facile*, itaque ait, *ſubverti poteſt*, quod Javolenus *parum eſt, ut non ſubverti poſſit.* Sed & illud animadvertendum eſt, Græcos definitionem regulam interpretari, non illam, quam ὅρον appellant. Neque eos audio, qui alteram *diffinitionem*, alteram *definitionem* ſcribendam eſſe contendunt: ut neque eos, qui inter *venditio* & *vindico*, *charum* & *carum*, *venire* & *vænire*, differentiam conſtituunt: eſt enim Florentiæ in quacumque ſignificatione *definitio*, *carus*, *vindico*, & *venire*. Sed reliqua videamus.

Sub

[a] *L.* Locatio. *alias* Licitatio. *de public.*
(b) *Alc. lib.* 2. *cap.* 12. *diſpunct.*
(c) L. 3. §. Si quis ſervum. *de ſtatulib.*
(d) L. Si ſervus. *de lib. cauſ.*
(e) Preſcriptio. *Fl.*
(f) L. Ergo. §. Alluvio. *de adq. rer. dom.*
(g) *L.* 1. C. *de imm. nem. conc. lib.* 10. *l.* Si qui a priori. C. *de fund. patr. lib.* 11.
(h) *L.* Forma. *de cenſib.*
[i] L. Homo liber. *de adq. rer. dom.*
(k) §. *ult. d. l.*
(l) *Alex. l.* 1. *nupt.* 12. *Jaſ.* 31. *de adq. poſſ.*
(m) *L.* Vix certis. *de judic.*
[n] *L.* Alienationis. *de verb. ſign.*
(o) §. 1. *de uſur. & hab.*
(p) *L. ult. de adſig. lib.*
[q] *L.* Tutor pupilli. *in princ. ad S. C. Vell. l.* Si ſervus. §. Qui quinque. *de legat.* 1. *l.* Adeo. §. Gaius. *de adq. rerum dom. l.* Ubi autem. §. Qui vero. *de verb. obl.*
(r) *L.* Quod ſtatuliber. *de mor. cauſ. don.*
(s) *L.* Non omnes. §. A barbaris. *de re milit.*
(t) *L.* Nepos Proculo. *de verb. ſign.*
(u) *L.* Sed ſi manente. *de prec. l.* Liber homo. 2. *de verb. obl.*
(x) *L.* 3. C. *in quib. cauſ. colon. do. acc. poſſ. lib.* 10.
[y] *L.* Omnis definitio. *de diverſ. reg. jur.*

Sub titulo, quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, ita ſcribendum eſt: (*a*) *Utrum ergo omnes bona ejus vendere poſſunt, quia latitat, hoc eſt, etiam hi, adverſus quos non latitat, quia verum eſt eum latitare: an vero is ſolus, adverſus quem latitat? Et quidem verum eſt, eum latitare, & fraudationis cauſa latitare, etſi non adverſus me latitet: Sed illud ſpectandum Pomponius putat, an adverſus me, eumque ſolum poſſe hinc venditionem impetrare, adverſus quem latitetur. Latitare autem eſt cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, frequenter facere.* Quæ mendoſa in omnibus libris ſunt. Sub titulo de ſeparationibus Accurſiana dubitatio auferenda eſt. Ita enim Papinianus ſcribit: [*b*] *Utrum portio cum cæteris heredis creditoribus ei quærenda erit: an contentus eſſe debebit bonis, quæ ſeparari maluit?* Item alia ſub titulo quæ in fraudem; eſt enim apud Scævolam ſcribendum: (*c*) *Reſpondit, creditorem non idcirco prohibendum a perſecutione pignorum, quod in vetus creditum, ut obligaretur, pactus eſſet: niſi id* (d) *& in fraudem cæterorum creditorum factum ſit, & ea via juris occurratur, qua creditorum fraudes reſcindi ſolent.* Sub titulo de tabulis exhibendis verba edicti in Norico libro mutata ſunt nulla de cauſa. Nam Florentiæ ita legimus: [*e*] ULPIANUS *lib.* LXVIII. *ad edictum Prætor ait: Quas tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dicetur, ſi hę penes te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, ut deſinerent eſſe, ita eas illi exhibeas.* Miror etiam ſub titulo de liberis exhibendis ſcripſiſſe: [*f*] *Proxime autem ætatem prætextati accedere cum dicimus, qui impuberem ætatem nunc ingreſſus eſt*: cum *puberem*, vel Accurſio teſte, in multis libris habeatur. Sed aliud etiam eſt hoc loco mendum: quamobrem Etbruſci libri ſcripturam referam, qua nihil dici poteſt elegantius: *In hoc interdicto* [inquit Ulpianus] *donec res judicetur, fœminam, prætextatum, eumque, qui proxime prætextati ætatem accedet, interim apud matremfamilias, deponi Prætor jubet. Proxime ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt.* In puerilibus veſtimentis togas prætextas Ulpianus numerat, (*g*) quæ ita appellabantur, propterea quod purpura eſſent prætextæ. His ad pubertatem pueri, ac puellæ utebantur: quo tempore togam puram, quam virilem appellabant, pueri ſumebant. Ejus rei originem Macrobius libro I. Saturnalium, & Plinius libro VIII. tradiderunt: (*h*) ex eo uſu prætextati, pueri ſignificantur; & cum injuriam facere dicitur, *qui matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve affectatus fuerit:* (*i*) qui pueros ingenuos affectatus fuerit, feciſſe injuriam dicetur. Apud Paulum libro V. ſententiarum titulo de injuriis, quod libro XLVII. Digeſtorum ſub titulo de extraordinariis criminibus ſcripſit Tribonianus: (*k*) *Qui puero ſtuprum abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit, aut mulierem, puellamve interpellaverit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, donum præbuerit, pretiumve, quo is perſuadat, dederit: perfecto flagitio punitur capite, imperfecto, in inſulam deportatur: corrupti comites ſummo ſupplicio adficiuntur*; illic inquam ſcriptum eſt: *Qui puero prætextato ſtuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit.* Eſtque Florentiæ id caput ita inſcriptum: PAULUS *libro quinto ſententiarum*: & ut ſcripſi, *donum præbuerit*, non *domum*, ut vulgo, illic legi. Quod mendum in ſententiis quoque Pauli eſt, in quibus initium quoque ejus capitis eodem loco reperitur, mediam tamen ſententiam non inveni. Jam itaque conſtat, prætextatos pueros ſignificare, proxime vero ætatem prætextati accedunt, *qui nunc puberem*, inquit Ulpianus, *ætatem ingrediuntur*; ut proximus infantiæ eſſe dicitur, qui infans eſſe nuper deſiit. [*l*] Prætextatos magiſtratus quoque Romanos inceſſiſſe, Budæus tradit; idque multis locis a Cicerone, ac aliis ſignificatur, ut in peroratione Seſtianæ. *Video*, inquit, *P. Lentulum, cui ſuperior annus, idem & virilem patris, & prætextam populi judicio togam dederit.* Titulus vero, qui vulgo de actionibus & obligationibus ſcribitur, multo melius Florentiæ de obligationibus & actionibus. Nam prius ſub eo de obligationibus tractatur multis capitibus, & ad verborum obligationem, de qua proximo titulo ſcribitur, ideſt multo accommodatius: & ita hic titulus in quadam Juſtiniani conſtitutione appellatur, (*m*) & ſimilis eſt libro IV. Codicis, ut ab Haloandro ſcriptum fuit. Sub titulo judicatum ſolvi caput VII. (*n*) ab Haloandro mancum editum eſt, propter Politiani, ut arbitramur, dubitationem: in ejus enim libro notata eſſe vidimus ea verba, quæ Noricus liber non habet: cæteri habent. Cur vero Politianus dubitaverit, ignoramus: ſcribendum itaque eſt hoc pacto: GAJUS *libro XXVII. ad edictum provinciale. Si ante acceptum judicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorans prohibitum eum eſſe, egerit: an ſtipulatio committatur? & nihil aliud dici poteſt, quam committi. Quod ſi quis ſciens prohibitum eſſe, egerit: Julianus non putat ſtipulationem committi.* Ab Haloandro contraria ſententia ſcripta eſt. *Si ante acceptum judicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorans prohibitum eſſe egerit: Julianus non putat ſtipulationem committi.* Eodem capite ſcribendum eſt: *Non committitur ſtipulatio: nam & alias reſponſum eſſe &c.* Haloander vero ſcripſit non committi ſtipulationem, & alias. Sed hic error in Noricis tantum libris, ille in multis ſub titulo ratam rem haberi, cap. XVI. (*o*) de cujus ſcriptura Accurſius dubitat: POMPONIUS *libro III. ex Plautio. Si indebitum procuratori ſolutum ſit: agi ſtatim ex hac ſtipulatione adverſus procuratorem poteſt, ut ratum habeat dominus: ut poſſit dinoſci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum ſolutum ſit.* Sed Florentiæ

(a) *L.* Fulcinius. §. Utrum. *quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

(b) *L.* Debitor. *de ſeparat.*

(c) *L.* Cum in vetus. *quæ in fraud. cred.*

[d] *Additum eſt. Fl.*

(e) *L.* 1. *ad tab. exhib.*

(f) *L.* Deinde. *in fin. de liberis exhib.*

[g] *L.* Veſtis. *de auro argent.*

(h) *Vi*dend. *Bud. l. ult. de ſenat.*

(i) §. 1. *de injur.*

(k) *L.* 1. *in fine. de extraord. crim.*

(l) §. Pupillus. *de inut. ſtip.*

[m] *L.* 2. §. Sexta. *C. de vet. jur. en.*

[n] *L.* Si ante. *jud. ſolvi.*

(o) *L.* Si indebitum. *ratam rem hab.*

tiæ verbum *dinoſci* ex *dominoſti* factum eſt, ex quo *domino condici* aliqui ſcripſeſunt. Haloander *diſcerni* ſolum pro *dinoſci* ſcripſit.

Major varietas eſt ſub titulo quando appellandum ſit. Nam Florentiæ ita ſcribitur: (*a*) [(a) *L. 1. qua app. ſit.*] ULPIANUS *libro primo de appellationibus. Si quidem in inſulam deportandum adnotaverit præſes provinciæ, & imperatori ſcripſerit, ut deportetur: videamus, quando ſit provocandum, utrum cum Imperator ſcripſerit, an cum ei ſcribitur?* * *& putem, tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes jubet: ſententia prolata, Imperatori ſcribendum, ut deportetur.* Haloander multo aliter, & alii aliis modis, quæ cum improbanda ſint, referre non eſt neceſſe. Arrius Menander libro II. de re militari ſcripſit: [*b*] [(b) *L. Omne delictum. §. Si quis. de re milit.*] *Siquis commilitionem vulneravit: ſi quidem lapide, militia reicitur; ſi gladio, capital admittit.* Calliſtratus libro quinto cognitionum: [*c*] [(c) *L. ult. de term. mot.*] *Alia quoque lege Agraria, quam Divus Nerva tulit, cavetur, ut ſi ſervus, ſervave, inſciente domino, dolo malo fecerit, ei capital eſſet.* (*d*) [(d) eſſe. *Fl.*] Utroque loco antiquum verbum ignoratum eſt, & maluerunt *caput amitti*, aut *capitale eſſe*, vel *ſit* ſcribere. Eſt autem *capital*, ut Nonius Marcellus ſcribit, capitis periculum, aut crimen capite vindicandum: quo uſum eſſe arbitror Ciceronem in fictis illis legibus, quæ falſo XII. Tabularum eſſe creduotur libro III. de legibus: *Vincula* inquit, *ſontium ſervanto, capitalia vindicanto.* Sub titulo de extraordinariis cogoitionibus ſcribendum eſt: (*e*) [[e] *L. 1. §.* Medicos. *de extraord. cog.*] *Non tamen ſi incantavit, ſi imprecatus eſt, ſi ut vulgari verbo impoſtorum utar, ſi exorcizavit, non ſunt iſta medicinæ genera.* Scribunt alii *ut vulgari verbo in poſterum utar*, ſed illud Florentiæ. *Impoſtura* autem ſtellionatus crimen eſt, ſi in necem alterius fiat: (*f*) [(f) *L. 3. §.* Item ſi quis. *ſtellionatus.*] quod verbum ab imponendo, hoc eſt, decipiendo manavit. Sub titulo de cenſibus apud Ulpianum ſcribatur oportet: (*g*) [(g) *L. 1. in fine. de cenſib.*] *Eſt & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopenſis, eſt & in Cilicia Selinus, & Trahianopolis.* Vulgo *in Sicilia* ſcribitur, io quo Nebriſſenſis noſter torquetur. Et apud Paulum: (*h*) [(h) *L. ult. eod.*] *In Lyſitania Pacenſes & Emeretenſes juris Italici ſunt: idem jus Valentini & Illicitani habent* (ſic enim arbitratur Lælius ooſter eſſe ſcribendum, & ſi Florentiæ *Licitani*, aut *Lucitani* eſſe videbatur) *Barcinonenſes quoque ibidem immunes ſunt.* Haloander *Lucentini*, & *Barcinonenſes*; alii *Luſitani*, aut *Liſitani* aut *Lacetani* & *Burgundionenſes.* Sed mirandum eſt, cur a Paulo ſinguli populi oumerentur: cum C. Plinius libro tertio ſcribat Veſpaſianum Cæſarem univerſæ Hiſpaniæ, jus Latii tribuiſſe.

Finem hoc loco, quaſi in patria, a longa hac, ſed non ingrata peregrinatione feciſſem, oiſi mihi hæc iterum legenti viſum eſſet prætereundum non eſſe, quod ſuo loco ſcribere ſum oblitus. Non recte Haloandrum inſcriptionem primi capitis [*i*] [[i] *L. 1. de legat. 1.*] de legatis abſtuliſſe. Eſt enim illud caput ita Florentiæ ſcriptum: ULPIANUS *libro ſexageſimo ſeptimo ad edictum. Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis.* Arbitror tamen ejus ſententiæ exceptiones, quas fortaſſe Ulpianus adſcripſerat, Tribonianum deſcribere noluiſſe: ne contra Juſtiniani conſtitutiones faceret. Haloandri vero conſilium in tribus illis libris *de legatis* appellandis probo, etſi Florentiæ *De legatis & fideicommiſſis* ter ſcriptum ſit, neque adjectum *liber primus, ſecundus, tertius*: tamen in indice titulorum miniatis litteris ſcriptum eſt. *Incipit liber primus de legatis & fideicommiſſis, ex ordine liber trigenſimus.* Deinde nigris: *De legatis & fideicommiſſis.* Poſtea miniatis: *Incipit liber ſecundus de legatis & fideicommiſſis, ex ordine trigenſimus primus.* Atque iterum illud ipſum *de legatis & fideicommiſſis.* Poſtea: *incipit liber tertius de legatis, ex ordine trigenſimus ſecundus*: & tertio ſcriptum eſt. *De legatis, & fideicommiſſis*, & ſi ex hac eorundem verborum repetitione mendoſus hic locus fuerit, ſed recte emendatus eſt. Hoc autem recte factum in illo indice eſt, quod ſingulis libris additur quotus univerſi operis ſit, item partis ejus, in qua is eſt. In quo etiam Norici libri emendandi ſunt libro V. & libro XII. Nam licet ab his libris pars ſecunda de judiciis, & pars tertia de rebus incipiant: tamen Florentiæ libri quinti titulus primus eſt, *de judiciis, & ubi quiſque agere, vel conveniri debeat*: duodecimi vero *De rebus creditis, ſi certum petetur, & de condictione.* Recte autem initio quintæ partis, quæ de teſtamentis appellatur, titulus eſt I. *Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant.* Et ex hoc loco, io quo de teſtamentis titulus non erat, ſuſpicatus eſt, de judiciis, & de rebus creditis, ſcribenda non eſſe. Hæc ſunt, Mai, quæ mihi potiſſimum emendanda eſſe videbantur.

AN-

ANTONII AUGUSTINI

EMENDATIONUM, ET OPINIONUM

LIBRI QUARTI

Ad Antonium Pernotum Pontificem Atrebatenſem

PRÆFATIO.

CUm ante quattuor annos tecum Patavii Marianum Socinum audirem, memini te mihi ſæpe eſſe pollicitum ob illam obſervantiam, qua te, tuaque omnia colebam, animum ſemper me tuum, & amicum, & benevolum cogniturum. Sed cum poſtea te Cæſar Pontificiis iſtis ſacris præfeciſſet, & in conſilio ſuo cum clariſſimo viro patre tuo intereſſe voluiſſet, me vero And. Alciatus noſter huc evocaſſet: longiſſimo locorum intervallo disjunctus tibi in totius reipublicæ Chriſtianæ negotiis occupato nihil ad hanc diem ſcribendum putavi. Nunc vero cum cognoviſſem, te cum Cæſare in totius Citerioris Hiſpaniæ conventu futurum: ad eam familiaritatem, quæ inter parentes noſtros fuit, & præſentem fratrum meorum cum optimo viro patre tuo conſuetudinem, volui hanc noſtram ſtudiorum conjunctionem renovare: ut eodem tempore ſcias, & ipſis oculis cernas, neminem eſſe noſtrum, qui non tecum, cumque parente tuo multis neceſſitudinis vinculis conjungatur. Mitto etiam ad te ex opere multorum dierum, quod noſtræ diſciplinæ ſtudioſis omnibus paro, excerpta quædam ad Alciati præceptoris noſtri imitationem. Neque enim exiſtimo, te illorum probare ſententiam, qui juris ſcientiam carere volunt omni non ſolum ornatu, ſed etiam ſucco, & ſanguine, qui ex utriuſque linguæ cognitione, antiquitatis, temporumque peritia toto corpore cognoſcitur eſſe diffuſus. Cujus rei ſuperioribus diebus permulta deprehendi ſigna in Florentinis Pandectis, quas dum tu, illuſtriſque vir pater tuus Senenſem Rempublicam conſtituebatis, contuli cum meis. Nihil enim tam eſſe mendoſum reperi, quam quæ eſſent, aut græce ſcripta, aut ob latinæ dictionis elegantiam, temporumque antiquitatem ignorata. Ejuſmodi, quæ ad te mitto, ſunt: quæ ita accipias velim, ut obſervantiſſimum tui me eſſe teſtentur.

ANTONII AUGUSTINI
EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Pomponii locus libro tertio de legatis emendatus, quidque illic viſceratio *ſignificet, declaratum.*

(a) *L.* Si tibi pure, *de legat.* 3.

POmponius capite LII. (*a*) de legatis libro tertio in Norico libro omnium editorum minus mendoſo, ita ait: *Si tibi pure legavero, deinde poſtea ſcripſero ita: Hoc amplius, ſi navis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato: verius eſt, eo verbo hoc amplius, ſuperiora repeti. Sicuti dicimus, Lucius Titius plebi quina dedit, hoc amplius Seius, hujuſmodi enim ratione quina Seium quoque dediſſe intelligimus.* Quod ſi Pomponius ſcripſiſſet, nemini probare poſſet, hoc illi ſimile eſſe: eum enim nihil dicatur hic datum, neceſſario quina illa repetuntur. At priori exemplo fundus datus eſt ei, cui alia erant data. Eſt igitur ſcribendum, ut Florentiæ reperimus: POMPONIUS *libro ſeptimo ad Sabinum. Si pure tibi legavero, deinde poſtea ſcripſero ita, hoc amplius, ſi navis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato: verius eſt eo verbo amplius ſuperiora repeti. Sicuti dicimus, Lucius Titius plebi quina milia dedit, hoc amplius Seius viſcerationem: quina milia quoque Seium dediſſe intelligimus. Et Titius accepit quinque, Seius hoc amplius fundum, Seium quinque quoque accepiſſe intelligimus.* Unius ſolius verbi ignoratione noſtri illud caput corruperunt: & pro *viſceratione*, *hujuſce ratione* librarii ſcripſerunt. Erat autem viſceratio, cum carnis epulum plebi dabatur. Cicero libro II. de officiis: *Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt.* Livius libro VIII. *P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula Coſs. populo viſceratio data a M. Flavio in funere matris.* Latinis quoque feriis viſcerationem dari proditum eſt. Nam & Cicero in oratione Planciana ait: *Niſi forte te Lavicana, aut Bovillana, aut Gabina vicinitas adjuvabat, quibus e municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant, inveniuntur.* Et Varro libro II. de lingua latina: *Similiter Latinæ feriæ dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex ſacro carnem petere fuit jus cum Romanis.* Plinius quoque major libro III. [*b*] *Cum his carnem in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes, Albani, Æſolani, & cæteri.* Idque eſt, quod Pomponius capite poſteriori de origine juris [*c*] ait, Latinarum feriarum cauſa præfectum urbi introductum, ut recte Zaſius interpretatur. Viſcerationem Budæus capite ultimo ſi menſor falſum modum dixerit: *creanomian* appellari a Græcis ait, a dividenda carne. Epuli vero mentio fit libro primo de legatis cap. CXIX. [*d*] & ludorum, & venationum his verbis: PAULUS *libro tertio regularum. Civitatibus legari poteſt etiam quod ad honorem, ornatumque civitatis pertinet. Ad ornatum, puta quod ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit. Ad honorem, puta quod ad munus edendum, venationemve, ludos ſcænicos, ludos circenſes relictum fuerit, aut quod ad diviſionem ſingulorum civium, vel epulum relictum fuerit.*

[b] *Cap. V.*

(c) *L.* 2. §. quoties autem. *de orig. jur.*

(d) *L.* Civitatibus *de legat.* 1.

CAPUT II.

Eodem libro rhapſodiæ *verbum Ulpiano reſtitutum.*

(e) *L.* Librorum. §. Si Homeri. *de legat.* 3.

SImilis error eſt eodem libro, (*e*) ſed minus nocuit. Cap. L. *Si Homeri*, inquit Ulpianus, *corpus ſit legatum: quantæcumque partes inveniantur, debentur.* Quod ita ſcribendum eſt: *quantæcumque rhapſodiæ inveniantur, debentur.* Appellantur autem eo nomine Homeri ſinguli libri ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, καὶ ᾠδῆ. Eſt autem his librariis, qui ex Florentinis libris deſcripſerunt, ignoſcendum, quod illic pro *rhapſodiæ*, *parſhodiæ* ſcriptum fuit præpoſtero litterarum ordine: unde factum, ut ante Noricam editionem *partes hodie* ſcriptum fuiſſe videamus. Scriptores vero Florentinarum Pandectarum ſæpe in ejuſmodi genere errorum incidiſſe deprehendimus. Nam cap. IX. de ſervo corr. pro *ſubreptus ſubpertus* ſcripſerunt, & cap. I. depoſiti *jurnæ* pro *ruinæ*, & XL. de contr. empt. *domus* pro *modus*, & XVI. ad S. C. Treb. *ſuſceptam* pro *ſuſpectam*, & cap. I. de conjung. cum emanc. *nepotum quantibus*, pro *quantum nepotibus*, & cap. LXIII. de furtis *damnatum* pro *mandatum*.

CA-

CAPUT III.

Alter Ulpiani locus emendatus, in quo pro ſynopſi, ſi opus ſit, *legebatur.*

GRæcum quoque verbum alteri Ulpiani loco reſtituendum, quem ſaucium, mancumque Haloander edidit. Sub titulo de rebus eorum (*a*) qui ſub tutela, vel cura ſunt, cap. V. Ulpianus ait, Prætorem requirere debere, cum ab eo poſtulatur, ut permittat rem pupilli diſtrahi, de fortunis pupilli. *Requirat ergo*, inquit, *neceſſarios pupilli*, *vel parentes*, *vel libertos aliquos fideles*, *vel quem alium*, *qui noticiam rerum pupillarium habeat: aut*, *ſi nemo invenitur*, *aut ſuſpecti ſunt*, *qui inveniuntur*, *jubere debet edi rationes. Itemque ſi opus ſit*, *pupillarium bonorum advocatum pupillo dare*, *qui inſtruere poſſit Prætoris religionem*, *an adſentire venditioni*, *vel obligationi debeat.* Sic Noricus Haloander edidit, in margine tamen adſcripſit: *alias*, *Item qui τόνωψ ſit pupillarium bonorum*, *advocatumque pupillo dare.* Alii ediderunt: *Itemque ſi inops ſit pupillarium bonorum &c.* Quæ omnia quid ſibi velint, alii viderint. Nos, quid Florentiæ ſcriptum ſit, tradamus. Sic autem eſt: *Aut ſi nemo inveniatur*, *aut ſuſpecti ſint*, *qui inveniuntur*, *jubere debet edi rationes*, *itemque ſynopſin bonorum pupillarium*, *advocatumque pupillo dare &c.* Eſt autem *ſynopſis* compendium, quod inventarium, aut repertorium alio loco Ulpianus appellat, ἀναγραφὴν alio: (*b*) *Ego*, inquit, *puto creditoribus inſtrumentorum etiam ἀναγραφὴν facere: non ut deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum*, *ſed quot ſint*, *de qua re ſint*, *ſubnotent ſibi*, *& quaſi inventarium faciant: quod etiam univerſorum facere eis erit permittendum.* Quæ Ulpiani verba ea de cauſa adſcripſi, quod non ſatis recte in Norico, & Alciati præceptoris libro II. [*c*] Pareg. ſcripta ſunt. In Laurentiana bibliotheca Florentinarum nobiliſſima aliquot græcorum juriſconſultorum epitomes vidimus, in quibus Michaelis quoque Pſelli verſibus *Synopſis legum* ſcriptus eſt. Qui libet non eſt, quod tantopere deſideretur, quanto cæteri, ex quibus multa, quæ in noſtris libris aut deſunt, aut mendoſe ſcripta ſunt, aut obſcure, intelligi, & ſuppleri poſſent.

(a) *L.* Magis puto. §. In primis. *de reb. eor.*

(b) L. tutor qui rep. *de adm. tut.* l. cum plures. *de reb. aut. jud. poſſ.*

(c) *Cap.* 25.

CAPUT IV.

Cap. I. de Furtis emendatum, *& furtorum genera*, *& pœnæ explicatæ.*

CAput primum de furtis [*d*] ſic Florentiæ ſcriptum eſt: PAULUS *libro trigenſimo nono ad edictum. Furtum a furvo*, *ideſt nigro dictum Labeo ait*, *quod clam*, *& obſcuro fiat*, *& plerumque nocte: vel a fraude*, *ut Sabinus ait: vel a ferendo*, *& auferendo: vel a Græco ſermone*, *qui φῶρας appellant fures*, *immo & Græci ἀπὸ τῦ φέρειν φῶρας dixerunt. Inde ſola cogitatio furti faciendi non facit furem. Sic is*, *qui depoſitum abnegat*, *non ſtatim etiam furti tenetur: ſed ita*, *ſi id intercipiendi cauſa occultaverit.* In Norico vero libro ita legitur: *Et a ferendo*, *ideſt auferendo*, *vel a Græco ſermone*, *quod φῶρας appellant fures*, *immo & Græci a ferendo φῶρας dixerunt. Sola tamen cogitatio furti faciendi non facit furem.* Alciatus noſter libro I. (*e*) Diſpunctionum *vel a ferendo*, *ſeu auferendo*, *vel a Græco ſermone*, *qui φῶρας appellant fures*, *immo & Græci dixere παρὰ τὸ φέρειν.* Cætera non attigit, quæ nos animadvertenda putavimus: quod ratio reddita eſt, cur ſola cogitatio furtum non faciat. Si enim a ferendo utraque lingua fures dicti ſunt, neceſſe eſt, ut fures contrectando ferant. Neque quemquam moveat, quod *a Græco ſermone*, *qui φῶρας appellant fures*, *Florentiæ*, *& in Alciatino libro ſcriptum ſit*: eſt enim id dicendi genus aliis locis uſurpatum. Ut quod ſub titulo de verborum ſignificatione (*f*) dicitur: *Glandis appellatione omnis fructus continetur*, *ut Javolenus ait*, *exemplo Græci ſermonis*, *apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur.* Et cap. II. qui petant tutores. εἰσὶ δέτινες οἷς ἐπαναγκές ἐϛιν αἰτεῖν ἐπιτρόπυς, οἷον μήτηρ, καὶ ἀπελεύθεροι. ἐκ τύτων γὰρ αἱ μὲν ζημιῦνται, οἱ δὲ καὶ κολάζονται. *Sunt autem*, inquit, *aliqui*, *quos petere tutores eſt neceſſe*, *puta mater*, *& liberti*, *e quibus illæ damno*, *hi pœna plectuntur.* Diomedes antiquus grammaticus anaphora figura hæc dicendi genera defendit, ut illud Salluſtianum: *Sed antea item conjuravere pauci*, *in quibus Catilina: de qua quam breviſſime potero dicam.* Et alio loco: *Interea ſervitia repudiabat*, *cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant.* Omnibus etenim his locis alio refertur relatio, quam ſupra ſcriptum eſt. Sed ad furta redeamus, & ad definitionem furti, quam uno verbo Haloander fraudavit in Digeſtorum & Inſtitutionum editione, namque utroque loco eadem de furti definitione, & etymologia traduntur: *Furtum* (*g*) *eſt contrectatio rei fraudulosa*, *lucri faciendi gratia*, *vel ipſius rei*, *vel etiam uſus ejus*, *poſſeſſioniſve*, *quod lege naturali prohibitum eſt admittere.* Haloander enim verbum *rei* priori loco omiſit, exiſtimans fortaſſe præſtare ſic definire, ut furtum dicatur, cum quis rem ipſam, aut ejus uſum, poſſeſſionemve fraudandi animo contrectat. Theophilus vero inſtitutionum græcus interpres ita definit, ut furtum ſit *alienæ rei fraudulenta contrectatio*, *quæ damno alium afficit*, *aut ipſius rei*, *aut uſus*, *aut poſſeſſionis.* Quæ definitio propius ad Florentinam, quam ad Noricam definitionem accedit. Quod vero additur lege naturali furtum prohibitum eſſe, Ulpiani ſententia confirmatur libro LVII. ad edictum: (*h*) *Probra quædam natura turpia ſunt*, *quædam civiliter*, *& quaſi more civitatis: ut puta furtum*, *adulterium natura turpe eſt*, *enim vero*

(d) *L.* 1. *de furt.*

[e] *Cap.* 10.

[f] *L.* qui venenum. §. *ult. de verb. ſig.*

(g) L. 1. *de furt.* §. 1. *inſtit. de obl. quæ ex del. naſc.*

(h) *L.* Probrum. *de verb. ſign.*

tutelæ damnari hoc non natura turpe eſt, ſed more civitatis. Neque enim Alciatum noſtrum audio, dum probare ſe alicui putat, eo capite Ulpianum nolle furtum natura turpe eſſe dicere, ſed more civitatis, quod Ægyptii, & Lacedæmonii impunita furta reliquiſſent. Quaſi vero perverſæ aliquorum mentes poſſint quicquam ex divina omnium conſenſione pervertere? Apud Perſas a matrum concubitu non abſtinere jus erat: non igitur id natura probrum eſt? Qua in re ridiculus eſt Conſtantinus Harmenopulus libro primo προχείρῳ, qui jus gentium ita definit: *Jus, quo gens aliqua, aut aliquæ gentes utuntur, ut puta matribus commiſceri apud Perſas, & ab eis abſtinere apud Græcos.* Sed & Theophilus [*a*] ſimili errore decipitur, cum exiſtimat, furem jure gentium pecunia mulctandum, quod nos perſimili damno affecit. Hic enim & ſi fatetur jure gentium furtum eſſe prohibitum, tamen eam pœnam naturalis ratio non inter omnes homines conſtituit. (*b*) Nam, ut illos prætercam, qui furto favebant, Draco Athenis fures capite puniri juſſit: & ex lege Duodecim tabularum non ſolum nocturnum furem occidere ſemper licebat, & eum, qui interdiu ſe telo defendebat: (*c*) ſed & manifeſti fures liberi verberabantur, & his addicebantur, quibus furtum feciſſent, ſervi verberibus cæſi de ſaxo præcipitabantur. Cujus rei Gellius libro XI. (*d*) auctor eſt. Et ob eam rem Theophilus ſub titulo de perpetuis & temporalibus actionibus capitalem pœnam furi in XII. tab. indictam ait. Illud itaque tenendum eſt, furtum natura prohibitum, probrumque eſſe; quod non poſſe bono animo fieri Pontificii tradidere. (*e*) Quid enim magis juri, & juſtitiæ adverſum? *Juſtitia eſt*, inquit Ulpianus, [*f*] *conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi.* Juris præcepta ſunt hæc: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. At qui alterum ſuis rebus privat, adverſus hæc tria facit.

[a] *Theoph.* §. Jus autem. *de jure natur.*

(b) *arg.* L. Omnes. *de juſt. & jur.*

(c) *L.* Si pignore. *de fur.* l. itaque. *ad l. Aquil.* c. Si perfodiens. *de homic.*

(d) *cap.* 18.

(e) *c.* 2. *de reg. jur.*

(f) *L.* Juſtitia. *de juſt. & jure. inſtit. eod. in princ.*

Furtorum autem genera quattuor apud veteres fuerunt, hodie duo tantum. Cajus libro poſteriori inſtitut. tit. ult. *Furtorum autem genera ſunt quattuor, manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum furtum dicitur, ſiquando fur cujuſcumque rem tollit, & in ipſo furto deprehenditur: nec manifeſtum furtum appellatur, quod quamlibet, dum fieret, inventum non eſt, tamen furtum fuiſſe probatur: conceptum furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipſum furem inveniri non poſſit.* Quæ eodem modo fere Paulus ait libro II. ſentent. ſub titul. de furtis. Et quidem de manifeſto, & nec manifeſto ſatis multa a noſtris dicuntur, de oblato vero, & concepto Paulus ſic ait: *Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt: Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur. Concepti is agere poteſt, qui rem concepit, & invenit: Oblati is agere poteſt, penes quem res concepta, & inventa eſt.* Hæc illi de furtis tradunt. At Juſtinianus negat (*g*) furtorum quattuor eſſe genera: neque enim exiſtimat oblatum, & conceptum ſpecies eſſe furtorum, ſed actionis, eaque de cauſa, quodque illæ ſpecies actionum, ſive furtorum in deſuetudinem abjerunt. Cap. II. de furtis (*h*) ita ſcriptum eſt: CAJUS *libro tertiodecimo ad edictum. Furtorum genera duo ſunt, manifeſtum, & nec manifeſtum.* Conceptum vero, & oblatum in inſtitutionibus (*i*) tantum declaratum eſt: *Conceptum*, inquit, *furtum dicitur, cum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita, & inventa ſit. Nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamvis fur non ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit: utique ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dederit, conciperetur. Nam tibi, apud quem concepta ſit, propria adverſus eum, qui obtulit, quamvis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati.* Hæc inquiſitio rei furtivæ, quam *conceptionem re furtiva inventa* appellabant, maxima obſervatione fiebat. Nam & Gellius ait: *Ea quoque furta, quæ per lancem, liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicaverunt decem viri.* Et Juſtinianus teſtibus præſentibus fieri ſolere dicit. Per lancem vero, & licium vetus mos oſtenditur, hoc tempore quod ad lancem quidem attinet, non admodum ignotus, (k) ſed licii, vel inlicii potius mentio fit apud Varronem tantum, quod meminerim, in calce ſecundi libri de lingua latina: *Ab alliciendo, & vocando inlicium dicebatur, cum cenſores per accenſos populum ad ſe vocabant.*

(g) §. Furtorum. *inſt. de obl. quæ ex del.*

(h) *L.* 2. *de furt.*

(i) §. Conceptum. *inſt. eod.*

(k) *Theoph. in princ. de teſtam.* & §. Præterea. *quib. mod. jus patr. pot. ſol. Bottius in topic. Bud. l.* 2. §. Vindicias. *de orig. jur.*

Quod vero Gellius ait, eandem concepti furti pœnam fuiſſe, quæ & manifeſti fuerat: exiſtimo Prætores mutaſſe eam pœnam, quod in manifeſto fecerunt, cujus pœna e lege Duodecim tabularum erat ea, cujus eſt a nobis ex Gellio mentio facta: a Prætoribus in quadrupli pœnam immutata eſt: [*l*] idem enim Gellius ait Decemvirali pœna ſublata furti concepti, & oblati tripli pœnam fuiſſe. Et Paulus eodem libro, quo ſuperiora ſcripſit, mendoſus eſt: *Furti*, inquit, *concepti actio adverſus eum, qui obtulit, tripli eſt pœna, & ipſius rei reſtitutio*: non enim furti concepti, ſed furti oblati actio datur adverſus eum, qui obtulit. Illud quærendum arbitror, quæ fuerit in Duodecim furti nec manifeſti pœna? Et exiſtimo e Solonis lege acceptam, qua omnes fures duplum reddere coguntur. Namque ſub titulo de perpetuis libro IV. inſtitutionum furti tantum manifeſti mentio fit; *Furti*, inquit, *manifeſti actio quamvis ex ipſius Prætoris juriſdictione proficiſcatur: tamen perpetuo datur.* Accurſius noſter id ipſum ex altero loco inſtitutionum elicit, quo noxalem actionem furti in Duodecim conſtitutam ait. (*m*) Sed poteſt noxalis actio ea lege introduci alia pœna furto

(l) *Inſt. de perp. & temp. act. in princ.*

(m) §. Sunt autem. *inſt. de nox. act.*

nec

nec manifeſto conſtituta. Illud itaque mihi probatur, Solonis legem ea parte ſuſcepiam, quod & Gellius ſignificare videtur: *Suntque alia non pauca ex iiſdem legibus ſumpta.* (*a*) Sed quoniam tam multa ex Gellio accipimus, emendandus eſt ille locus ex Maſſurii Sabini libro ſecundo juris civilis ab eodem allatus: *Qui alienum*, inquit, *tacens lucrifaciendi cauſa ſuſtulit, furti abſtringitur, ſive cuius ſit, ſive neſcit.* Et ita ex cap. XLIV. de furtis (*b*) ſcribendum eſt: *Qui alienum quid jacens lucri faciendi cauſa ſubſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit.* Quæ verba Ulpiano libro quadrageſimoprimo ad Sabinum aſcribuntur. Ex qua re illud etiam manifeſte apparet, libros Ulpiani ad Sabinum commentaria eſſe, & interpretationes Sabini librorum, quod in Pauli ad eundem libris Viglius ait. (*c*) Idem dicendum in libris Juliani ad Minicium, & Urſejum Ferocem: Javoleni, & Pomponii ad Plautium, ejuſdem Pomponii ad Q. Mucium, & ad Sabinum, & Pauli ad Plautium, Sabinum, Vitellium, & Neratium. Neque enim idem eſt, quod in libris Ciceronis ad Q. Fratrem, M. Brutum, & Trebatium: quæ res doctiſſimos quoſque decepit. (*d*) Sed nos ea alias diligentius trademus. [*e*]

[a] *L. ult. ſin. reg. l. ult. de coll. l.* 2. §. Exactis. *de orig. jur.* §. Sed jus. §. Et non ineleganter. *inſt. de jure nat.*
(b) L. Falſus. §. Qui alienum. *de furt.*
(c) *Vigl. inſt. de her. inſtit. in pr.*
(d) *Alciat. in exord. C. & de eo quod intereſt. & præterm͞iſſ.*
(e) *libro* 2. *c.* 6.

CAPUT V.

Cajus & Juſtinianus Xenophontis ſententia locupletati.

HAloander diligentiſſimus vir, & non mediocris ingenii exiſtimat ſe in inſtitutionibus nihil reliquiſſe mancum, præter eum locum, (*f*) quo de teli ſignificatione quædam ex Xerolopho (ſic enim multi tradiderunt ſcribendum eſſe) ab Juſtiniano afferuntur. Eum Alciatus noſter (*g*) non infeliciter tentat corrigere. Theophili autem inſtitutionibus editis, & Florentinis libris lectis omnem ſcrupulum abici oportet. Florentiæ ſic eſt: *Admonet nos* Ξενοφῶν (nam ita ſcribit) καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. id eſt: *Et tela comminus afferebantur, haſtæ, ſagittæ, fundæ, & lapides plurimi.* Quæ verba cap. CCXXXIII. de verborum ſignif. [*h*] ex Caii libro primo ad legem XII. tabularum referuntur. Et Juſtinianus ex eodem Cajo in interpretatione legis XII. tabul. eadem tradit. In Norica vero editione omnia ea, quæ retuli, deſunt; quæ Alciatus mendoſa habet, & non ſuo loco ſcripta. Sunt autem collocanda poſt illud, ἀπὸ τῶ βάλλεσθαι. Ex quo autem libro Xenophontis illa ſumpta eſſent, nos adhuc reperire non potuimus. Neque Theophilus, qui uno tantum verbo ab Ethruſca lectione diſſentit, mentionem hujus rei facit. Jo. tamen Metelli noſtri diligentia, qua maxima in jure civili, & bonis litteris utitur, repertum id eſt, libro quinto ἀναβάσεων, uno, atque altero verbo immutatum.

(f) *Inſtit. de publ. jud.* §. Item lex Cornelia.
(g) *Alc. in l.* Si calvitur. *de verb. ſign.*
(h) L. Si calvitur. §. Telum.

CAPUT VI.

Obſcuriſſimum Pauli caput, mendis ſublatis, apertiſſimum redditur: & quid ante decimum, & poſt decimum Kalendarum ſignificet, explicatur.

SUb eodem titulo de verborum ſignificatione (*i*) Pauli caput tam male acceptum eſt, ut qui melius interpretati ſunt, cavillatorem juriſconſultum appellaverint. *Ante diem decimum calendarum, poſt diem decimum calendarum utroque ſermone undecima dies ſignificatur.* Sic enim Valla libro IV. (*k*) elegantiarum, Budæus, & Alciatus ſcribunt. Haloander vero *nec utroque ſermone* in contextu, *neutroque* in margine ſcripſit. Nos ita ſcriptum Florentiæ vidimus: PAULUS *libro tertio ad legem Juliam, & Papiam. Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur, & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat: ante diem decimum kalendarum, poſt diem decimum kalendarum. Neutro enim ſermone undecim dies ſignificantur.* Eſt autem, ni fallor, hæc Pauli ſententia. Eum, qui ultimo anni die moritur, anniculum eſſe, comprobari eo argumento, quod cum ante diem decimum kalendarum dicimus, ipſe dies kalendarum numeratur, & ſignificatur decimus dies ante kalendas. Sic enim Valla interpretatur, quod neque Alciatus noſter improbare videtur, quamquam libentius in Budæi ſententiam it, ut ante diem decimum Kalendarum, non decimus, ſed nonus ante Kalendas ſignificetur. Quod ipſum fulciri poteſt Quintiana Ciceronis oratione: *Roma*, inquit, *egreditur ante diem tertium Kalendarum Februarii*: alio loco invenitur dies profectionis pridie Kalendas Februarii: licet in numeris maxime ſint omnes libri mendoſi. Alio loco eadem ratione dicitur: *Bona poſtulas, ut ex edicto poſſidere liceat, quo die? te ipſum volo audire: dic Nævi diem, ante V. Kalendas intercalares: bene agis: quam longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? Nævi, te rogo? DCC. millia paſſuum: optime: De ſaltu deicitur Quintius, quo die? deicitur de ſaltu pridie Kalendas intercalares: biduo poſt, aut ut ſtatim de jure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur?* Qui locus ſi mendoſus non eſt, quintus ante Kalendas dies ſignificatur, non quartus. Huc accedit, quod A. Gellius ait libro XV. (*l*) Marcum Ciceronem natum eſſe ante diem tertium Nonas Januarias, Q. Cepione, & Q. Serrano conſulibus: quem conſtat tertio Nonas natum eſſe, ut ipſe Cicero ait libro VII. epiſtular. ad Atticum; & Plutarchus, quem Bochius interpres non intellexiſſe viſus eſt, ſic ait: γεγεννῆσθαι δὲ Κικέρωνα λέγουσιν ἀνωδύνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτῶ τῆς μητρὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τῶ ἡγεμόνος. id eſt: *Peperiſſe Ciceronem matrem ſuam ferunt*

(i) L. Anniculus. 1. *de verb. ſign.*
(k) *c.* 80.
(l) *cap.* 28.

runt nullo dolore, aut labore partus tertio die poſt Kalendas Januarias (aut poſt tertium diem Kalendarum Januarii) *quo die magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute Principis.* Achilles Bochius nunc doctus ſane vir, & diſertus, cum adoleſcens eſſet, *tertio Kalendas Januarii* vertit, qui dies ex alio juriſconſulti loco agnoſci poteſt. Is eſt cap. CCXXXIII. de verborum ſignificatione: (*a*) *Poſt Kalendas*, inquit Cajus, *Januarias die tertio pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur.* Quo capite multa ſimul cognoſcuntur. Nam & *ante diem tertium Non.* & *tertio Nonas*, & *die poſt tertio Kalendas*, idem eſſe deprehenditur. Quo fit, ut, neque cum dicimus *ante diem decimum Kalendarum*, neque cum dicimus *poſt decimum*, undecim dies ſignificentur. Nam cum *ante decimum* dicimus, aut dies ipſe decimus ſignificatur, ut Ciceronis, & Gellii uſu oſtendi, aut certe nonus, ut Budæo, & Alciato noſtro placet: cum vero *poſt diem decimum*, non undecimus menſis dies, ſed ipſe decimus ſignificatur, ut ex Caii verbis apparet. Ex quibus & illud manifeſtum eſt, anniculum hoc exemplo appellari eum, qui ipſo extremo die moritur, quoniam is dies expletus eſſe videtur.

(a) *L.* Si calvitur. §. Poſt kalendas. *de verb. ſign.*

CAPUT VII.

Miliarium *apud Macrum Jureconſultum reſtiutum non vulgari ſignificatione accipiendum.*

AEmilius Macer libro primo [*b*] ad legem vicenſimam ait: *Mille paſſus non a miliario urbis, ſed a continentibus ædificiis numerandi ſunt.* Hæc verba ſub titulo de verborum ſignificatione in Ethruſcis Pandectis legi, quæ ab omnibus ad hunc diem repudiata ſunt. Pro quibus ſubſtituunt: *Mille paſſus non a muro urbis, &c.* id ſecuti, quod cap. II. dicitur: *Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur.* Et alio loco: *Ut Alfenus ait,* [*c*] *Urbs eſt Roma, qua muro cingeretur, Roma eſt etiam, qua continentia ædificia eſſent.* Eſt autem apud Æmilium *miliarium* columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat; in quam omoes Italiæ viæ terminabantur: quod etiam *miliarium aureum* dictum eſt. Plinius libro III. *Roma dividitur in regiones XIV. compita earum CCLXV. paſſ. ejuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero triginta ſeptem.* Cornelius Tacitus libro XVII. *Otho innixus liberto per Tiberianam domum in velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit.* Idem Tranquillus ait totidem pene verbis in Othonis vita. Plutarchus vero in Galbæ his verbis miliarium deſcribit: ἐβάδιζεν εἰς ἀγορὰν, οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν. Hoc eſt *in forum ibat ad eam partem, in qua ſteterat aurea columella, ad quam omnes Italiæ viæ terminabantur.* Quæ cum ita ſe habeant, mirandum non eſt, ſi dubitatum aliquando fuit, an illinc mille paſſus, qui lege fortaſſe viceſima dicebantur, numerandi eſſent. Miliarii in aliam ſignificationem mentio fit cap. XX. [*d*] de auro & argento legatis: *Certe*, inquit, *ſi caccabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an eſcario contineatur?* De quo Alciatus & Nebriſſenſis noſtri verba faciunt.

[b] *L.* Mille. *de verb. ſignif.*

(c) L. 2. *§.* Ut Alfenus. *eod. tit.*

(d) *L.* Cum aurum. §. Si cui. *de auro & argent.*

CAPUT VIII.

Multis in locis Digeſtorum & Codicis Græcum, vel Judaicum potius dicendi genus reperiri, illud quam illud.

EDidit ante aliquot annos Gregorius Haloander maxima diligentia omnes juris civilis libros, qui nunc inter manus omnium verſantur. In quibus ſcribendis acri judicio uſus, ſiquid nimis a conſuetudine cæterorum librorum diſcederet, paucis verbis, qua ratione dictum eſſet, adſcripſit. Quale eſt, quod hic nos ex Ethruſcis Pandectis emendandum curamus: quæ ne cui duriora, quam ſunt, eſſe videantur, locos aliquot prius indicabimus, quos Haloander ipſe hoc pacto edendos curavit. Ulpianus capite altero de judiciis: (*e*) *Sed ſi dubitetur, utrum in ea quis cauſa ſit, ut domum revocare poſſit, necne: ipſe Prætor debet cauſa cognita ſtatuere. Quod ſi conſtiterit in ea eum eſſe cauſa, ut domum revocet, debebit cavere in judicio ſiſti, ſtatuente Prætore in quem diem promittat. Sed utrum nuda cautione, an ſatiſdato? Marcellus dubitat. Mihi videtur ſola promiſſione, quod & Mela ſcribit, alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui ſatis pro eo dent*, hoc eſt, *compelletur potius judicium accipere: aut levius erit, judicium accipere*, ut Accurſius interpretatur, *quam invenire, qui pro eo ſatiſdent.* Haloander, *quam invenire eos poſſit*, edidit adverſus Florentini libri fidem. Paulus cap. II. de reb. cred. [*f*] *Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie.* Hoc eſt *per ſolutionem in genere potius, quam ſpecie*; aut *ſolutione in genere, non ſpecie functionem recipiunt.* Ulpianus cap. VII. depoſiti: (g) *Quia cum ſciret, cui rei pararetur, intempeſtive miſericordiam exercuit, cum poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quam decipere*, ideſt, *potius quam decipere.* Idem cap. XX. de adquirenda, vel omittenda hereditate: (*h*) *Si ſepulchri violati filius aget quamvis hereditarii, quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiſcere: hæc enim actio pœnam, & vindictam, quam rei perſecutionem continet*: ideſt, *potius, quam rei perſecu-*

(e) *L.* 2. §. Sed ſi. *de jud.*

(f) *L.* 2. §. Mutui. *de reb. cred.*

(g) *L.* Si hominem. *in princ. dep.*

(h) L. Pro herede. *in fin. de adq. her.*

cu-

cutionem, aut *non rei perſecutionem.* Idem cap. XLIX. de legatis: (a) *Sed ſi teſtator decem mihi ſub fideiuſſore debuit: fideicommiſſi petitio non ſolum heredi, ſed & fideiuſſori competit. Intereſt enim eius ſolvi mihi, quam ipſum conventum mandati actionem intendere*; hoc eſt, *potius quam ipſum &c.* Cap. V. de ſuſpectis tutoribus: (b) *Expedit enim pupillo,* inquit, *rem ſuam ſalvam fore, quam tabulas.* REM SALVAM FORE *cautionis habere*, quod Haloander exceptis tribus illis verbis edidit. Item cap. XII. de officio Præſidis: (c) *Non tamen ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quam quid fieri debeat.* Haloander, *non tam.* Cap. V. de doli mali, & metus exceptione: (d) *Expedit enim legatario retinere ſummam, quam mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum.* Impp. Conſtantinus, & Licinnius conſtitutione VIII. de judiciis: (e) *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ, æquitatiſque, quam ſtricti juris rationem*, ideſt *potiorem.* Impp. Severus, & Antoninus conſtit. I. ubi cauſa fiſcalis: [f] *Non defenſæ mortis quæſtionem apud procuratores noſtros non oportet tractari; nec bona fiſco peti poſſe, quam ſi de crimine conſtiterit apud eum, cui convictis pœnam irrogare licet, quis ignorat?* hoc eſt *ante*, *quam de crimine conſtiterit*, ut Accurſius quoque ait. Impp. Diocletianus & Maximianus conſt. XIX. de liberali cauſa: [g] *Principaliter cauſam ejus, de qua ſupplicas, eſſe, quam tuam, proſpicimus.* Imp. Juſtinianus conſtit. ultim. de uſufructu: (h) *Uſumfructum enim per eum adquiſitum, apud eum remanere, & poſt patris calamitatem oportet: cum plerumque veriſimile eſt, teſtatorem contemplatione filii, quam patris uſumfructum ei reliquiſſe*, hoc eſt, *filii potius, quam patris.* Hæc, & alia fortaſſe Haloander exemplarium fidem ſecutus edidit. Sed & alia nos Florentiæ reperimus, quæ ipſe aliter ſcripſit. Sunt autem hæc: ULPIANUS *cap. XX. de operis novi nuntiatione.* (i) *Plane ſi quæratur, an in heredem ejus, qui opus fecit, interdictum hoc competat: Sciendum eſt, Labeonem exiſtimaſſe in id, quod ad eum pervenit, dumtaxat dari oportere, vel ſiquid dolo malo ipſius factum ſit, quo minus perveniret. Nonnulli putant, in factum eſſe dandam, quam interdictum, quod verum eſt.* Haloander edidit *tam in factum &c.* Idem cap. XX. de adquir. vel omitt. hered: [k] cujus paulo ante mentio facta eſt. Sed illud in fine illius capitis, hoc in ipſo ſtatim initio: ULPIANUS *libro ſeuagenſimo primo ad edictum. Pro herede gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi heres. Et generaliter Julianus ſcribit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quaſi heres gerit. Pro herede autem gerere non eſſe facti, quam animi.* Haloander *non tam eſſe facti*: SCÆVOLA *cap. centeſimo de legatis libro III.* (l) *Hic chirographa debitorum, & pecuniam, cum eſſet profecturus in urbem, in lateralibus condidit, & chirographis exactis, quam pecunia erogata, reverſus in patriam, poſt biennium alia chirographa prædiorum, quæ poſtea comparaverat, & pecuniam in lateralia condidit.* Haloander, *& tam chirographis. &c.* MODESTINUS *cap. III. de alimentis, vel cibar. legat.* (m) *Modeſtinus reſpondit. Videntur mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, ut pleno dominio hæc habeant, & non per ſolum uſumfructum. Et ideo & ſiquid ſuperfluum in reditibus, quam in cibariis erit, hoc ad libertos pertinet.* Haloander *tam in reditibus*: IDEM *cap. XII. de pollicit.* [n] *Cum quidam ne honoribus fungeretur, opus promiſiſſet, honores ſubire cogendum, quam operis inſtructionem, Divus Antoninus reſcripſit.* Haloander *tam honores ſubire &c.* Sunt etiam aliquot alii loci, qui nunc mihi in mentem non veniunt, quos alio tempore indicabimus. In præſentia illud addam, quod Haloander exiſtimabat, hoc dicendi genere jureconſultos uſos ad Homericam imitationem. βȣ́λομ᾽ ἐγὼ, ait Homerus rhapſodia I. Iliadis, λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Quæ ſi totidem verbis vertantur, hoc ipſum dicent. *Volo ego populum ſalvum eſſe, quam perire.* Cui ſimile eſt, quod Suidas refert: θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. *Volo fortunæ guttam, quam dolium mentis.* Marcian. cap. I. (o) de mortis cauſa donationibus: *Mortis cauſa donatio eſt, cum quis habere ſe vult, quam eum, cui donat.* Haloander, *magis quam.* Theoph. in inſt. de donat. ita vertiſſe videtur. ὁπότε ἕκαστος βȣ́λεται ἔχειν, ὑπὲρ ἐκεῖνον, ᾧ ἐδωρήσατο. Quod proxime accedit ad Græcum dicendi genus. Sed tamen audio Judæorum in uſu eſſe magis hoc dicendi genere uti, quam Græcorum. Et ſane video, hoc pacto locutum doctum virum Joannem Campenſem in interpretatione Pſalmi LXXIII. Quod enim vulgo dicitur: *Cogitaverunt, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt*: Ille ita vertit ad Judaicam linguam propius: *Sordent eis omnia, quam quæ ipſi per maliciam, & audaciam loquuntur, id autem faſtuoſiſſime.* Eſt autem ille liber ita elegans, & gravitate orationis obſcuras ſententias tam accommodate exprimens, ut ſi is, ut opinor, ſe fidum interpretem præſtitit, optime de noſtra religione meritus eſſe videatur. Sic etiam vulgo ſcriptum eſt, Eccleſiaſtici cap. XVI. *Utile eſt mori ſine filiis, quam relinquere filios impios.* Et cap. XX. *Quam bonum eſt arguere, quam iraſci?* Et Pſalm. CXVII. *Bonum eſt confidere in domino, quam confidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus.* Paulus I. epiſtula ad Corinthios: *Sed in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, ut & alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua.* Quod vero jureconſulti aliquid ex tam barbara lingua mutuentur, nemini mirum videri debet, qui norit Ulpianum ipſum ex Syria Phœnice fuiſſe: quod ipſe teſtatum reliquit. (p) Severumque Imperatorem ex Phœniſſa Uxore Antoninum ſuſcepiſſe cognomento Caracallam: quo interfecto, Antoninus Heliogabalus, & paulo poſt Alexan-

[a] *L.* Si cui. §. Si Titio. *de legat. 1.*

[b] *L.* Suſpectus. *de ſuſpect. tut.*

(c) *L.* Sed licet. *de off. præſ.*

(d) *L.* Pure. *in pr. de doli mal. & met. exc.*

(e) *L.* Placuit. C. *de judic.*

(f) *L.* 1. C. *ubi cauſ. fiſc.*

(g) *L.* Principaliter. C. *de liber. cauſ.*

[h] *L. ult.* C. *de uſuf.*

[i] *L.* Prætor. §. Hoc interdictum. *de op. nov. nunt.*

(k) *L.* Pro herede. *in princ. de adq. hered.*

[l] *L.* His verbis. *in princ. de legat. 3.*

(m) *L.* Libertis. *de alim. vel cib. leg.*

(n) *L.* In privatis. *de pollic.*

(o) *L.* 1. *de mort. cauſ. don.*

(p) *L.* 1. *de cenſ.*

xander imperarunt, homines & genere, & natura Phœnices. Illis temporibus maxima pars noſtrorum juriſconſultorum fuit, quibus neceſſe erat, ut multa ex aliena lingua in uſu eſſent Pop. Romani. Andreas quoque noſter Alciatus (*a*) ſuperioribus annis oſtendit non paocis nos nominibus cum Judæis communibus uti. Cujus modi ſunt *ſaccus*, *camelus*, *nugæ*, atque alia ejus generis, quibus nominibus multo ante captas Hieroſolymas Romani uſi ſunt: ut fortaſſe mirandum non ſit, hoc etiam dicendi genere uſos. Sed & apud Plautum in Rudente videor hoc ipſum agnoſcere:

[a] *Alc. lib. 2. cap. 8. parerg.*

Non ædepol (inquit) *piſcis expeto, quam tui ſermonis indigens.*

Et alio loco:

Eo tacent, quia tacita bona 'ſt mulier ſemper, quam loquens.

CAPUT IX.

Cap. LII. pro ſocio non licitatori, *neque* pollicitori *ſcribendum, ſed* politori.

QUanta Gul. Budæus eruditione, linguarum, antiquitatiſque cognitione fuerit, doctiſſima illa monumenta teſtantor in perpetuam hominum memoriam æterna, ut exiſtimamus, futura. Trium præſertim voluminum labores numquam peribont, qua de aſſe, ponderibuſque, qua de lingua Græca, quaque de jure civili tam diligenter, atque docte diſſeruit, ot nihil ſupra dici poſſe videatur. Sed quod ad jus quidem civile attinet, obſtruxit ejus luminibus altius ædificiis ab Alciato præceptore noſtro ſublatis magna diſcipulorum & librorum copia: ut ille, qui in primis habebatur peritus, vix aliquo numero inter conſultos cenſeatur. Sed ſive id jure, ſive injuria fiat, libuit tria hic loca referre, quæ ille mendoſiora reliquerat, quam acceperat. * Quorum primum eſt, in quo minus accuſandus videtor, ſub titulo pro ſocio. [*b*] Haloander vero reprehendendus, qui neque tanti viri ſententiam ſecutus ſit, neque Florentinum, ut profitetur, librum. Juriſconſulti verba ita ante Budæi emendationem ſcripta fuerant: *Si in coeunda ſocietate,* inquit, *artem, operamve pollicitus eſt alter: veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrum pollicitatori damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.* Budæus *agrum colendum licitatori damus*: Haloander *agrum pollicitori damus*, emendarunt. Nos, quod Florentiæ reperimus, probamus: *agrum politori damus.* Erant aotem politores, qui agros excolere, atque polire conſueverant. Nonius enim Marcellus ſic ait: *Politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta.* Ennius Satyr. libro III.

(b) *L. Cum duobus. §. Si in coeunda. pro ſocio.*

Teſtes ſunt.....

Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

Et Annali IX. *Raſtros dentefabres carpſit cauſa poliendi agri.* Varro: *Quid mirum cu agri depolitionibus eiciuntur, hic in cænaculo polito recipiuntur.* Hæc ille, quibus hic locus intelligi poteſt: ut enim, qoi pecus paſcit curam pecoris ſoſcipit, ſic ille, qui agrum poliendum ſuſcepit. De eadem politione exiſtimo ſentire Ulpianum cap. IX. locati: [*c*] *Si quis,* inquit, *vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid, poliendumve conduxit, culpam eum præſtare debere.* Nam ut de vitulis paſcendis exemplum agricolarum eſt, ſic & ſarciendi, & poliendi, ut villa fortaſſe ſarciatur, & ager poliatur. Poteſt tamen & de fullone, & de ſarcinatore intelligi, qui veſtimenta ſarcienda, aut polienda conduxit. (*d*) Illud ſine dubio eſt, politorem, non licitatorem, neque pollicitorem emendandum. Nam & Cato de re ruſtica ſcripſit, *politor ordeum quinta modio, fabam quinta modio dividat*: quod nuper eſt emendatum.

(c) *L. Si quis domum: §. ult. locati.*

(d) *Inſtit. de locat. in princ. mand. §. ult. de obl. quæ ex del.* §. Si fullo. & *Conſtant. lib. 3. tit. 8. et pacto interpretatur.*

CAPUT X.

Budæum ab Alciato merito reprehenſum, quod non intellexiſſet, quid eſſet hoſtium potitus, *ſed & Haloandrum variaſſe.*

ALterlocus eſt Papiniani cap. XI. (*e*) de captivis, cujus verba ſunt hæc: PAPINIANUS *libro XXXI. quæſtionum. Quod ſi filius ante moriatur in civitate: nihil eſt, quod de ſecundis tabulis tractari poſſit: ſive quoniam vivo patre filiusfamilias mors intellegitur, ſive quoniam non reverſo eo exinde ſui juris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtium potitus eſt.* Sic autem ſcribendum, non ut in Norico: *non videtur fuiſſe*: repugnaret enim legi toti Corneliæ. Budæus *hoſtium poteſtati ſubditus eſt* Accurſium conniventibus oculis ſecutus ſcribendum cenſet. Alciatus vero libro IV. de verborum ſignificatione ait: *Hoſtium potitus, id eſt, captus ab hoſtibus exemplo Plauti in captivis, licet in titulo* inquit *de captivis, a quibuſdam male ſit immutatum.* Idem libro I. [*f*] παρέργων: *Alii etiam,* inquit, *magni nominis viri corruptum codicem arbitrantur, & legendum non hoſtium potitus, ſed hoſtium poteſtati ſubditus, qui modus loquendi,* inquit, *non ſat latinus eſt, certe non elegans:* hæc ille de Budæi negligentia. Plautinus locus apud eundem relatus hic eſt:

(e) *L. Quod ſi filius. de captivis.*

(f) *cap. 35.*

Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,
Ita nunc belligerant Ætholi cum Aulidis.

Et hic in eiſdem captivis:

Ego, poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium:
Expertus quanti fuerit, nunc deſidero.

Et in Epidico:

Fi-

* Carpitur per Bynkershoek obſerv. Jur. lib. III. Cap. IX.

Filiam, quam ex te ſuſcepi,
Eductam perdidi, hoſtium eſt potita.

Sed eſt apud juriſconſultos frequentior hic dicendi modus, quam apud cæteros. Tryphoninus cap. XII. de captivis: (*a*) *Cætera, quæ in jure ſunt, poſtea quam poſtliminio redit, pro eo habentur, ac ſi numquam iſte hoſtium potitus fuiſſet.* Julianus cap. XXII. [*b*] *Apparet ergo eadem omnia pertinere ad heredem ejus, quæ ipſe, qui hoſtium potitus eſt, habiturus eſſet, ſi poſtliminio revertiſſet.* Ulpianus cap. XV. ex quibus cauſ. major. (*c*) *Ego autem etiam nomine ejus, qui hoſtium potitus eſt, ſi curator, ut plerumque, fuerit bonis conſtitutus, auxilium competere exiſtimo.* Quibus locis recte Haloander. At capite X. de teſtamento militis, [*d*] ita ſcripſit: *Facere teſtamentum miles in hoſtium poteſtate poſitus, nec jure militari poteſt.* Cum Florentiæ ita ſcriptum ſit: ULPIANUS *libro undecimo ad Sabinum. Facere teſtamentum hoſtium potitus nec jure militari poteſt.*

(a) L. In bello. §. Codicilli. *de captivis.*
(b) L. Bona. *eod. tit.*
(c) L. Ab hoſtibus. *ex quib. cauſ. maj.*
(d) L. Facere. *de teſt. milit.*

CAPUT XI.

Per luxuriam, *non* plurifariam *ſcribendum Cap. I. de ædil. edict. quidque luxuria, & laſcivia ſignificet.*

IDem Budeus ait, capite primo [*e*] in fine de ædilicio edicto mendum ineſſe: in quo mihi errare, quod tanti viri pace dictum ſit, viſus eſt. Verba Ulpiani, cujus illud caput eſt, ita ſe habent: *Idem Viuianus ait, quamvis aliquando quis circa fana bacchatus ſit, & reſponſa reddiderit, tamen ſi nunc hoc non faciat, nullum vitium eſſe: neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti ſi aliquando ſebrem habuit. Cæterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, ut circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiam ſi per luxoriam id factum eſt, vitium tamen eſſe; ſed vitium animi, non corporis.* Budæus *etiam ſi plurifariam id factum eſt*, ſcribi oportere cenſet: neque enim exiſtimat latinum eſſe luxuriam pro crapula, & vinoſitate accipere. *Luxuria enim, & luxus,* inquit, *profuſam impenſam ſignificat. Luxuria, inquit Sextus Pompejus, morum eſt ſolutio. Luxa enim membra dicuntur e ſuis locis mota, a quo luxurioſus in re familiari ſolutus. Eſt etiam luxuria, & luxuries ſegetum apud Plinium, & Ciceronem ubertas, & redundantia quædam germinis.* Ejuſmodi vir ille doctiſſimus ait, quibus ego Accurſianam interpretationem præfero: ut luxuria dicatur abuſus quicumqne, vel potius laſcivia quædam ſit, & corruptæ, effrenatæque animi cupiditates nimium ſe ſe perverſa animi informatioue efferentes. Marcianus libro quartodecimo inſtitutionum: [*f*] *Si fortuito incendium factum ſit, venia indiget, niſi tam lata culpa fuit, ut luxoria, aut dolo ſit proxima.* Quæ verba cap. XI. de incendio in Norico mendoſa ſunt: nam *luſeria* pro *luxuria*, aut *luxoria*, ut veteres loquebantur, ſcriptum eſt. Ulpianus libro XLIII. ad Sabinum: (*g*) *Ex damni infecti ſtipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam æſtimationem fieri, ut puta ob tectoria, & ob picturas. Licet enim in hæc magna erogatio facta eſt, attamen ex damni infecti ſtipulatione moderatam æſtimationem faciendam: quia honeſtus modus ſervandus eſt, non immoderata cujuſque luxuria ſubſequenda.* Et Paulus cap. II. de ſervo corrupto, (*h*) Eum qui *luxurioſum*, aut contumacem ſervum fecit, ea actione teneri ait. Idem Juſtinianus ſcribit libro quarto inſtitutionum: (*i*) *Actio ſervi corrupti competit in eum*, inquit, *cujus hortatu, conſiliove ſervus alienus fugerit, aut contumax adverſus dominum factus eſt, aut luxurioſe vivere cœperit.* Et ſub titulo quod cum eo, [*k*] *Quia ſæpe*, inquit, *onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.* Ulpianus cap. XVI. de manumiſſis vindicta: (*l*) *Illud in cauſis probandis meminiſſe judices oportet, ut non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probent. Neque enim deliciis, ſed juſtis affectionibus dediſſe juſtam libertatem legem Æliam Sentiam, credendum.* Non potuit elegantius Ulpianus luxuriæ ſignificationem exprimere, quam per verbum deliciarum. Sic Cicero Philippica XIII. *Homo diruptus, dirutuſque Q. Cæcilius, columenque amicorum Antonii, Cotyla Varius, quos Antonius deliciarum cauſa loris in convivio cædi jubebat a ſuis publice.* Sed tamen luxurioſus vir, aut mulier luxurioſa frequentius eum hominem ſignificat, qui neque ſumptibus, neque libidini, neque comeſſationibus modum adhibet. In quibus ſuperiorum exemplorum aliquot intelligi poſſunt, & hæc, quæ adſcribam. Julianus cap. VIII. pro emptore: (*m*) *Niſi forte & is, qui a luxurioſo, & protinus ſcorto daturo pecuniam ſervos emit, non uſucapiet?* Paulus cap. XV. (*n*) de curatoribus furioſo, & aliis extra minores dandis: *Et mulieri, quæ luxurioſe vivit, bonis interdici poteſt.* Ulpianus cap. XII. mandati: [*o*] *Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi, ut pro meretrice fidejubeat, idque tu ſciens mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens credideris.* Sed tamen hæc, atque alia hujuſmodi non multum ab illa intemperantia, & profuſa erga voluptates propenſione diſcedunt. Hoc verbo per translationem in ruſticis rebus utebantur, ut in illis Ciceronis, & Plinii locis apud Budæum, & apud Paulum libro. V. ſentent. ſub titulo utrubi (ſic enim ſcribendum, non utrumvi) *Arbor*, inquit, *qui in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, niſi a domino ſublucari non poteſt: iſque conveniendus eſt, ut eum ſublucet. Quod ſi conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compeſcatur.* Cicero libro III. de oratore: *Verbi*

(e) L. 1. *in fin. de æd. edicto.*
(f) L. Si fortuito. *de incend. ruin. naufr.*
(g) L. Ex damni. *de damn. infect.*
(h) *lib. 2. de ſervo. corrupto.*
(i) §. In duplum. *de action.*
(k) §. Illud. *quod cum eo.*
(l) L. Illud. *de man. vind.*
(m) *L.* Si quis. *pro empt.*
(n) *L.* Et mulieri. *de cur. furioſ.*
(o) L. Si vero. §. Si adoleſcens. *mand.*

Digitized by Google

tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. Nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt. Et in oratore: *Tranſlatione*, inquit, *frequentiſſime ſermo omnis utitur non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum, ſiquidem eſt eorum gemmare vites, laſcivire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta.* Vergilius libro I. Georgicorum:

Quid? qui ne gravidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba?

Et non multo poſt de nuce:

At ſi luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.

Et libro tertio de equi amplo pectore:

Luxuriatque toris animoſum pectus....

Atque de eodem laſciviente ait libro XI. Æneid.

Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectiſque fremit cervicibus alte
Luxurians, luduntque jubæ per colla, per armos,

Proprie tamen, & ad hoc caput apte utitur Livius libro primo de Numæ Pompilii inſtitutis agens: *Poſitis*, inquit, *externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium, diſciplinaque militaris continuerat: omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, deorum metum iniiciendum ratus eſt.* Et Cicero pro Sex. Roſcio; *Luxuries igitur hominem nimirum, & æris*, inquit, *alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe.* Et alio loco in eadem oratione: *In urbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat avaritia neceſſe eſt, ex avaritia erumpat audacia.* Sexcenta ſunt ſimilia, in quibus morum potius diſſolutio ſignificatur, ut Sextus ipſe Pompejus apud Budæum definit. In eadem ſignificatione laſcivia quoque a noſtris accipitur, ut doctiſſime idem Budæus animadvertit. Ulpianus cap. XV. locati: [*a*] *Si vero nihil extra conſuetudinem acciderit, damnum coloni eſſe. Idemque dicendum, ſi exercitus præteriens per laſciviam aliquid abſtulit.* Menander cap. VI. de re militari: (*b*) *Per vinum, aut laſciviam lapſis capitalis pœna remittenda, eſt, & militiæ mutatio irroganda.* Ulpianus capite IV. ad L. Corneliam de ſicariis: (*c*) *Cum quidam per laſciviam cauſam mortis præbuiſſet: comprobatum eſt factum Ignatii Taurini Proconſulis Beticæ a Divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegaſſet.* Juſtinianus libro quarto inſtitutionum (*d*) cum furti teneri dixiſſet eum, qui nummos alicui excuſſiſſet, ut alius auferret, aut obſtitiſſet ei, ut alius ejus rem exciperet, aut oves, vel boves fugaſſet, ut alius acciperet: *Sed ſi quid*, inquit, *eorum per laſciviam, & non data opera, ut furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet.* Et ſub tit. ſi quadr. paup. (*e*) *Animalium nomine, quæ ratione carent, ſi qua laſcivia, aut fervore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. tabularum prodita eſt* (Hal. tamen *pavore* ſcripſit, ſed illud Theophil.) Luxurioſe vivere Theophilus non male ἀσώτως ζῆν vertit, (*f*) ut prodigos etiam ἀσώτους appellat. (*g*) Quo nomine Cicero non abſtinuit, vel potius ipſe aſotos luxurioſos vertere videtur, ſi quis, quæ adverſus Epicurum libro II. de finibus ait, diligenter conſideret. Ex quo etiam reprehendendus ea de cauſa videtur Budæus, quod dixerit, numquam luxuriam ebrietatem ſignificare. Ciceronis enim verba ſunt hæc: *Nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent*: & cætera, quæ ille elegantiſſime perſequitur. Martialis in hoc nomine belle luſit libro IV. epigramm.

Sotæ filiæ clinici Labulla
Deſerto ſequeris Clitum marito,
Et donas, & amas ἔχεις ἀσώτως.

Jocus autem eſt in ambiguis verbis græcis, quibus eam ſine patre Sota habere maritum, & cum eo luxurioſe vivere ſignificatur. Sine patris enim voluntate filia nubere non poterat. Paulus cap. XI. de ſtatu hom. (*h*) *Paulus reſpondit, eum, qui vivente patre, & ignorante de conjunctione filiæ conceptus eſt, licet poſt mortem avi natus ſit, juſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, eſſe non videri.* Sic enim legendum, non ut in Norico libro *ignorante de condicione filiæ.* Sed illo revertamur, Laſciviam Theophilus (*i*) τρυφὴν interpretatur, quo etiam verbo & luxuries, & deliciæ ſignificantur. Ridiculus vero Novellarum conſtitutionum vetus interpres, qui XXII. conſtitutione (*k*) ὑπερμαζῶσά τε καὶ τρυφῶσα *elata & epulata* vertit. Totus autem ille locus barbare verſus eſt in Norico quoque libro, quoniam Haloander exemplari græco eſt deſtitutus. Baſilienſis tamen editio, quæ græce deerant, ſupplevit, interpretatione omiſſa. Eam nos hic facere non inutile putamus. Græca verba ſunt hæc: χάριεν δὲ κἀκεῖνο, καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω, τῷ τῆς θείας λήξεως Ἀλεξάνδρῳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισται, ὥστε εἴτις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετὴν οὐδὲ ὡς ἔοικεν, ὑπερμαζῶσά τε καὶ τρυφῶσα διαλύσειε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησιν ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν ἄκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος, ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον, πορνείαν ἡγεῖται καὶ φθορὰν, ἀλλ' οὐ γάμον, οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρις οὐκ εὐτρεπὴς τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντι πρὸς γίνεται. Id eſt hujuſmodi: *Eleganter autem, neque ſine pietate a divinæ recordationis Alexandro ultra alia multa aliorum legiſlatorum determinatum eſt, ut ſi quis an-*

til-

(a) L. Ex conducto. *locat.*

(b) L. Omne. §. Qui ſe. *de re mil.*

(c) L. Lege. *ad l. Corn. de ſicar.*

(d) §. Interdum. *de obl. quæ ex delicto naſ.*

(e) *in pr. ſi quadrup. paup. fac. dic.*

(f) §. In duplum. *de action.*

(g) §. Furioſi. *de cur.* §. Teſtes. *de teſtam.*

(h) *L. Paulus. de ſta. hom.*

[i] *Theop.* *d.* §. Interdum. & §. In ſumma.

(k) *Authent. de nupt.* §. Jucundum.

cillam manumiſerit, eamque poſtea uxorem duxerit, quæ, ut fit, per delicias, & laſciviam diſſolverit cum manumiſſore cohabitationem: non enim permittit ejus conſtitutio eam ad ſecundas nuptias venire, invito primo marito: Sed poſteriores nuptias, adulterium potius, & ſtuprum exiſtimat, non nuptias, aut conjunctionem, cum ex eis indecora fiat ei, qui libertatem dedit, injuria. Sed ad Budæum revertamur, & caput illud primum de ædilicio edicto: de quo id ſolum habeo dicere, mirari me talem virum tam multa peccata uno tempore commiſiſſe; neque enim ſolum verum non eſt eo loci melius *plurifariam*, quam *per luxuriam* fore, & illud quoque falſum eſt, luxuriam numquam pro vinoſitate ſumi: ſed etiam illic ullam vini ſuſpicionem eſſe. Nec quemquam moveat, quod *bacchationis* verbo utatur: eo enim furor potius ſignificatur aut verus, aut ſimulatus. Juſtinianus libro III. inſtitution. (a) *Erat*, inquit, *ex S.C. Claudiano miſerabilis per univerſitatem adquiſitio, cum libera mulier ſervili amore bacchata ipſam libertatem per S. C. amittebat.* Vergilius libro IX. Æneid.

[a] §. 2. de ſucceſſ. ſublat.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum.

Terentius in Adelphis:

Si ſatis jam debacchatus es leno, audi, ſi vis, nunc jam.
L. Egon' debacchatus ſum autem? an tu in me?

Sed & nos jam ſatis ſumus in Budæum debacchati. Quam ob rem alia aggrediamur.

CAPUT XII.

Ulpiani locus ſub titulo de manumiſſionibus reſtitutus. Quidque pariare, pariator, *&* pariatio *apud juriſconſultos ſignificet, declaratum.*

ULpianus libro ſexto diſputationum, ex quo caput quartum de manumiſſionibus (*b*) ſumptum eſt, ut ſe in libertatem vindicemus, expoſtulat. Ejus verba exiſtimantur hæc: *Unde quæri poterit, ſi cum hoc ab initio eſſet actum, emptor feſtinavit, & pretium numeravit, an poſtea ei ſatisfacto, ſervus conſtitutione uti poſſit? & puto poſſe. Proinde & ſi ei nummos prorogavit emptor, cum ei paruerit, poterit ad libertatem pervenire.* Sic in Norico ſcriptum eſt: Florentiæ vero *pariaverit*, non *paruerit* initio fuerat, quod ab audaci homine ante multos annos eſt immutatum. Signum ejus rei eſt, quod Accurſius ſcribat, *Paravit, alias paruerit, alias apparuerit.* Significat autem *pariare*, paria facere: hoc eſt ita rationes reddere, ut paria expenſa ſint acceptis. Ejuſmodi ſervum *pariatorem* appellat Paulus cap. LXXXIX. de conditione & demonſtratione. (*c*) *Julius Paulus Numphidio. Quæſiſti ſi ita in teſtamento cautum eſſet: Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto, eiſque decem heres dato; an Sticho mortuo ante, quam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera eſſet mulier?* Pariationem vero Scævola (*d*) appellat eam ſcripturam, qua rationibus redditis ſatisfactum eſſe creditori, aut domino appareat: *Idem quæſiit, an pactum, quod in pariationibus adſcribi ſolet in hunc modum: ex hoc contractu nullam inter ſe controverſiam amplius eſſe, impediat repetitionem? Reſpondit nihil proponi, cur impediret.* Qui locus felicior fuit hoc ipſo, quo de agimus, quamvis fuerint in eum quoque manus illatæ, & ex *pariationibus pactionibus* in ipſis illis Ethruſcis Pandectis confectum. *Paria* autem facere quid ſit capite XI. in fine de ſtatuliberis (*e*) apertiſſime cognoſcitur. Quod Budæus cap. V. de jure immun. (*f*) & Alciatus libro I. παρέργων (*g*) poſt Vallenſem libro V. elegant. [*h*] multis verbis interpretantur. Sic *reliquari* (*i*) & *reliquatores* a reliquis, quæ debebantur. Paulus libro quinto ſententiarum: [*k*] *Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem ante, quam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.* Si quis vero quid *accepta*, & *expenſa*, aut *data* veteres dixerint, ſcire cupit, legat aureum Hadriani libellum de ſermone latino, a quo mutuatus videtur Budæus cap. XII. qui potiores in pignore haberentur. (*l*) Nos illo revertamur, unde dicendi initium fecimus. Et illud inveſtigemus, quid *nummos prorogare* ſignificet. Atque exiſtimo nummos de ſuo emptorem ſolviſſe, ut paulo ante dixerat: (*m*) *Proinde ſive ex adventicio lucro, ſive etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum, redemptus ſit: credendum eſt ſuis nummis eum redemptum.* Prorogante eo, hoc eſt amico pecuniam proferente. Sic capite LIII. de pactis: (*n*) *Sumptus quidem prorogare litiganti, honeſtum eſt: paciſci autem, ut non quantitas eo nomine expenſa cum uſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia ejus, quod ex ea lite datum erit, non licet.* Prorogare inquit ſumptus, hoc eſt, erogare, vel repræſentare. Et conſtitutione XX. de decurion. lib. X. (*o*) *Quaſcumque pro his expenſas civitas prorogaverit, refundere protinus, ac repræſentare cogantur.* Non ignoro aliter Ciceronem hoc verbo uti, cum producere diem, aut magiſtratus tempus ſignificat, aut aliud ejuſmodi. *Si manente adhuc precario* (inquit Pomponius libro viceſimonono ad Sabinum) (*p*) *tu in ulterius tempus rogaſti, prorogatur precarium.* Et Imperator Marcus Antoninus conſtitut. I. de his, qui in exilium dati. [*q*] *Quibus poſthac ordini ſuo, vel advocationibus ad tempus interdicetur, poſt impletum temporis ſpatium non prorogabitur infamia.* Et alibi ſæpe. Sed hoc capite, quo de agimus, illud (ni fallor) ſignificatur, ut ſi emptor ipſe pecuniam ea condicione det, ut ſervus poſtea ſolvat, cum ei ſervus ſatisfecerit, liber ſit.

(b) L. Is qui. §. Si ab ignoto. de manumiſſ.

(c) L. Julius. de condicione. & dem.

(d) L. ult. de cond. indeb.

(e) L. Sticho. §. ult. de ſtatulib.

(f) Bud. l. Semper. §. Conductores. de jure imm.

[g] cap. 85.

[h] cap. 83.

[i] L. Conſtitutionib. ad municip.

(k) L. Locatio. de public.

(l) Bud. l. Creditor. §. Creditor. qui potior.

(m) L. Is qui ſun. in princ. de manumiſſ.

(n) L. Sumptus. de pact.

(o) L. Circenſium. aut Cyrenenſium C. de dec. lib. 10.

(p) L. Sed ſi manente. de precar.

(q) L. 1. C. de his qui in exilium dati lib. 10.

CAPUT XIII.

Diem a ſexta hora noctis incipere, quo pacto intelligendum ſit aliquot juriſconſultorum reſponſis. Et de veterum horis diurnis, atque nocturnis.

(a) *L.* 1. *de manumiſ.*

SUb eodem titulo de manumiſſionibus [*a*] Ulpianus libro ſexto ad Sabinum ſcripſiſſe dicitur: *Placuit eum, qui Kalendis Januariis eſt natus, poſt ſextam noctis pridie Kalendas, quaſi annum viceſimum compleverit, poſſe manumittere. Non enim majori viginti annis permitti manumittere, ſed minorem manumittere vetari. Jam autem minor non eſt, qui diem ſupremum agit anni viceſimi.* Agere diem ſupremum anni dicitur quis pridie Kalendas natalis diei poſt ſextam noctis horam. Idem Ulpianus eodem libro ait: (*b*) *Propone aliquem kalendis Januariis natum teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe quarto decimo anno: an valeat teſtamentum? Dico valere. Plus arbitror etiam, ſi pridie Kalendarum fecerit poſt ſextam horam noctis valere teſtamentum: jam enim compleſſe videtur annum quartum decimum, ut Marciano videtur.* Et cum ſexto capite de uſurpationibus, & uſucap. [*c*] ex libro XI. Ulpiani ad edictum dicatur: *In uſucapionibus non a momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus* (ſic autem ſcribendum eſt, non ut in Norico *ad poſtremum diem*) Additur ex libro XXVII. ad Sabinum. *Ideoque qui hora ſexta diei Kalendarum Januariarum poſſidere cœperit: hora ſexta noctis pridie Kalendas Januarias implet uſucapionem.* Omnibus his locis Ulpianus ſexta hora noctis mediam noctem ſignificat, neque diſtinguit hieme, an æſtate uſucapio, aut manumiſſio, aut teſtamentum fiat: Sed quocumque tempore diem ea hora incipere: qua etiam mediam noctem eſſe apparet: ſi hæc cum VIII. capite de feriis conjungantur: PAULUS *libro tertiodecimo ad Sabinum:* [*d*] *More Romano dies a media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaque quidquid in his viginti quattuor horis, id eſt duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt, quaſi quavis hora lucis actum eſſet.* Quæ verba Conſtantinus Harmenopulus libro ultimo Prochiri titulo de verborum ſignificatione ita Græce interpretatur: ὅτι ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός, ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ, τούτων τῶν κδ. ὡρῶν, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι. *Cum dies*, inquit, *a ſeptima noctis hora incipiat, & in ſextam ſequentis noctis terminetur: quod in aliqua harum vigintiquattuor horarum factum eſt, eadem die fieri intelligitur.* Septimam horam apud Conſtantinum intelligere oportet non exactam, ſed incipientem: alioqui tres tantum, & viginti horæ eſſent. Hoc idem Varro, & Q. Mucius apud Gellium [*e*] teſtantur. Sed neque illa, neque ſuperiora intelligi poſſunt, niſi illud ſciamus, quod docte, ut omnia, Alciatus noſter tradit cap. II. de verborum ſignificatione. Veteres dies in duodecim horas diviſiſſe, totidemque noctes, eaque de cauſa ſextam diei horam ſemper meridiem fuiſſe, ſextam noctis mediam noctem. Majores tamen æſtate diei horas, ut neceſſe erat, fuiſſe: brumæ vero tempore noctis horæ cæteris majores erant: creſcebant enim, & minuebantur, ut dies ipſi, & noctes. De media nocte ſatis multa diximus. De meridie ſunt etiam apud juriſconſultos exempla. Pomponius libro ſexto ad Sabinum: (*f*) *Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non a mane, ſed a ſexta diei hora det, totius diei nomine tenetur.* Paulus libro XII. reſponſorum: (*g*) *Quæro cum ipſa die, qua Titius ordinaret teſtamentum in civitate hora diei ſexta, eadem die albeſcente cœlo rure ſit enixa Mævia maſculum, an inſtitutio hæredis valeat, cum, quo tempore ſcriberetur teſtamentum, jam editus eſſet partus?* Fit etiam mentio apud Ulpianum ſub titulo de uſurpationibus, (*h*) cujus verba paulo ante retuli. Cap. quoque III. de operis libertorum dicitur: [*i*] *Nec ei liberto, qui ſex horis duntaxat antemeridianis præſto fuiſſet, liberatio ejus diei contigit.* Huc accedit, quod apud Paulum libro IV. ſententiarum ſub titulo de viceſima ſcriptum eſt, Teſtamenta inter horam ſecundam, & decimam diei recitari debere. Et apud Varronem libro II. de re ruſtica: *Dies ad tonſuras ſumuntur ſereni, & his id faciunt fere a quarta ad decimam horam. Quoniam ſole calidiore tonſa ex ſudore ejus lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore.* Ejuſmodi horarum ratio non aliunde apertius cognoſci poteſt, quam ex ſacra Mathæi hiſtoria capite XX. Cum vineæ dominus his, qui undecima hora conducti fuerant, tantam mercedem ſolvit, quantam hi, qui a ſexta, tertiaque hora opus fecerant, acceperunt. Neque eorum voces ferebat, qui pares fuiſſe indignabantur eos, qui unam tantum horam in vinea fuiſſent, his, qui totius diei, & caloris pondus ſuſtinuiſſent. Et ex Plutarcho in M. Craſſi vita: *Cum Dejotarum Regem ſenem admodum Marcus Craſſus eadem ætate offendiſſet urbem ædificantem: Quid tu, inquit, Dejotare? duodecima hora ædificare cœpiſti? Cui Rex, ne tu quidem, inquit, Craſſe, matutino tempore Parthos oppugnas.* [*k*] De eiſdem caput quoque alterum de verborum ſignificatione (*l*) intelligendum, quod prima fronte contradicere videbatur. *Cujuſque* inquit, *diei major pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.* Hoc eſt a duodecima noctis ad octavam diei, non a quinta ad duodecimam. Et conſtitutione XX. de tranſaction. (*m*) ſecunda hora noctis ita intelligenda. Sed hæc ſatis exiſtimo pervulgata doctorum virorum lucubrationibus.

[b] *L.* A qua ætate. *qui teſt. fac. poſſ.*

[c] *L.* In uſucapionibus. *l.* ideoque. *de uſuc.*

(d) *L.* More. *de feriis.*

(e) *A. Gell. lib.* 3. *cap.* 2.

[f] *L.* 2. *de ann. leg.*

(g) *L.* Titius. §. Lucius. *de lib. & poſt.*

(h) *L.* Ideoque. *de uſurp.*

(i) *L.* 3. *de op. libert.*

[k] *Alc. lib.* 1. *parerg. cap.* 48.

[l] *L.* 2. *de verb. ſig.*

(m) *L.* Non minorem. *C. de tranſ.*

CAPUT XIV.

Kalendis Juliis Migrationem apud veteres ſolitam fieri, aliquot juriſconſultorum locis apparet, quæ mendoſa, & obſcura circumferuntur.

QUis Angelus Politianus fuerit, quo ingenio, qua eruditione, ignorat, ut, opinor, nemo: quantum vero ei juris civilis amatores debeamus, non multis compertum eſt. Quotus enim quiſque exiſtimat, nos præter unum, atque alterum locum, quos in epiſtulis, & Miſcellaneis emendavit, ei accepto ferre oportere? Sed mihi multo facilius eſſe videtur ea loca enumerare, quæ Politianus, aut qui a Politiano acceperunt, non reſtituerunt, quam quæ ejus cauſa emendata ſunt. Nam, ut illa omittam, animos omnium ab eo excitatos ad juris civilis inſtaurationem, inſtitutionumque Theophili eum primum fuiſſe preconem: quidquid Bologninus, & eum meliori ingenio ſecuti Alciatus, & Haloander reſtituerunt, ex Politiani libris acceptum eſt. Non ſcrutor quantum Crinitus, Baifius, Budæus, atque alii, ſi qui ſunt, ex Politiani obſcuris, ut ipſi ajunt, (*a*) notis profecerint. Ego me non pauca intellexiſſe profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pandectas perlegi. Neque eo tantum libro uſus ſum, ſed & Angeli Politiani, & Lælii Taurellii Juriſconſulti libris: quibus, cum alicubi hærebam, ducibus uſus ſum: cum errabam, admonitoribus. In his Politiani libris in margine quædam ſcripta reperi, quæ ei legenti, ut fit, in mentem veniebant. Quorum nihil reperi melius eo, quod cap. XLI. de contrahend. emption. [*b*] & cap. IX. qui potiores [*c*] adſcripſerat. Id cujusmodi ſit, explicare conabor. *Migrare* inquilini dicuntur, cum conſtituto tempore ex habitatione cum ſuis rebus diſcedunt: ea enim de cauſa interdictum de migrando dabatur. (*d*) Erat autem jam inde a Ciceronis ætate conſuetum, Kalendis Quintilibus, aut (ut poſtea appellatunt) Juliis migrare: is enim dies conductionum primus erat. Cicero libro II. epiſtulatum ad Q. Fratrem: *Domus tibi ad lucum Piſonis Luciniana conducta eſt, ſed ut ſpero, paucis menſibus poſt Kalendas Quintiles in tuam commigrabis.* Martialis libro XII. Epigtammatum:

(a) *Bud. in l.* Fraus. *de legib.*

(b) *L.* Cum ab eo. *de cond. emp.*

(c) L. Qui balneum. *qui pot.*

[d] *tit. toto de migrand.*

O Juliarum dedecus Kalendarum
Vidi Vacerra ſarcinas tuas, vidi,
Quas non retentas penſione pro bima
Portabat uxor.

Neque enim eloquentiſſimus vir tam inepte locutus fuiſſet, ut paucis menſibus diceret poſt Kalendas Quint. niſi ſollemnem illam diem fuiſſe ei rei, qua de egerat, noviſſet: neque Vacerræ ſarcinæ tam eſſent facetæ, ſi non legitimo die migratio fieret. Sed Tranquillus apertius in Tiberii vita, & Tranquilli interpres Hermolaus omnem ſcrupulum timidis, & ſuſpicioſis evellent. Namque Tiberium ferunt latum clavum, genus id tunicæ Senatoriæ [*e*] ademiſſe Senatori, quod dedita opera in hortis maneret ad Kalendas Julias, ut poſt eum diem domo conducta vilius habitaret. Nunc ad Juriſconſultos noſtros veniamus. Scribit Africanus libro VIII. Quæſtionum: (*f*) *Qui balneum ex Kalendis proximis conduxerat, pactus erat, ut homo Eros pignori locatori eſſet, donec mercedes ſolverentur. Idem ante Kalendas Julias eundem Erotem alii ob pecuniam creditam pignori dedit. Conſultus, an adverſus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem Prætor tueri deberet, reſpondit debere. Licet enim eo tempore homo pignori datus eſſet, quo nondum quicquam pro conductione deberetur: quoniam tamen jamtum in ea cauſa Eros eſſe cœpiſſet, ut invito locatore jus pignoris in eo ſolvi non poſſet, potiorem ejus cauſam habendam.* Kalendas proximas intelligere oportet Julias, & ante pignori Erotem datum, quam is dies veniret; quoniam nihil eo tempore pro conductione deberi ait. Quod ſi Kalendæ Juliæ non diem migrationis ſignificarent, nihil eſſet eo capite ineptius. Apertius Labeo cap. LX. [*g*] locati in Norico præſertim libro: nam Florentinum nonnullis mendis infectum eſt: quibus bona fide ſublatis ita ſcriptum eſt: LABEO *poſteriorum libro quinto a Javoleno Epitomatorum. Cum in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, ut non ſolum habitare conductor ex Kalendis illis cujuſque anni, ſed etiam locare habitatori, ſi velit, ſuo tempore poſſit. Itaque ſi ea domus ex Kalendis Januariis rupta*(*h*) *in Kalendas Junias permanſiſſet, ita ut nec habitare quiſquam, nec oſtendere alicui poſſet: nihil locatori conductorem præſtaturum, adeo ut ne cogi quidem poſſit ex Kalendis Juliis refecta domu habitare: niſi ſi paratus fuiſſet locator commodam domum ei ad habitandum dare. Si ex Kalendis Juliis* pro *illis* ſubſtituas, quod Haloander fecit, neque difficilis erit, neque mendoſus hic locus: Eritque hæc ſententia: Non ſolum præſtandum eſſe ei, qui in plures annos domum conduxit, ut ex kalendis Juliis cujuſque anni habitare poſſit, ſed & ante eum diem permittendum, ut, ſi conductor alii velit locare, domus pateat. Quamobrem ſi poſtea, quam in eam domum venit, ex kalendis puta Januariis ad kalendas Junias, neque habitare, neque conductoribus oſtendere potui, mercedem ejus temporis ſolvere non tenetur, neque refecta domo cogitur reliquos annos peragere ex kalendis Juliis. Sed & ſi ex kalendis illis dicatur, eædem juliæ kalendæ intelligendæ ſunt, ſed incertæ, proximæ, an alterius, an tertii anni. Eadem etiam pertinent ad illud XLI. caput de contrah. empt. (*i*) *Cum ab eo, qui fundum alii obligatum habeat, quidam ſic emptum rogaſſet, ut eſſet is ſibi emptus, ſi eum liberaſſet, dummodo ante kalendas Julias liberaret: quæſitum eſt, an utiliter agere poſſit ex empto in hoc, ut venditor eum liberaret.*

In-

(e) *Bud. l. ult. de ſenat.*

(f) *d. l.* Qui balneum.

(g) *L.* Cum in plures.

[h] Furta. *Fl.*

(i) *L.* Cum ab eo. *de contr. empt.*

Google

Intererat autem ejus ante eas kalendas liberari, ut ſi vellet, illic habitare poſſet, aut alii locare. Et cap. XII. de precario. (a) CELSUS *libro XXV. Digeſtorum Cum precario aliquid datur, ſi convenit, ut in kalendas Julias precario poſſideat, numquid exceptione adjuvandus eſt, ne ante ei poſſeſſio auferatur?* Accidit enim id ſæpe, ut, cum domos locare non poſſimus, gratis poſtremis menſibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrandum eſt. Hæc, atque hujuſmodi Politiano debemus, qui nos Suetonii, & Martialis nominibus ad kalendas Julias adſcriptis, ſuperiorum capitum ſcientia juvit.

(a) L. Cum precario. *de precar.*

CAPUT XV.

Quæ ſit Captatoria inſtitutio *adverſus omnium interpretum ſententiam.*

IMp. Philippus A. & Philippus Cæſar conſtit. XI. de teſtamento militis: (b) *Captatorias*, inquiunt, *inſtitutiones etiam in militis teſtamento nullius eſſe momenti*, *manifeſtum eſt.* Cajus libro quintodecimo ad edictum provinciale: (c) *Captatoriæ ſcripturæ ſimili modo neque in hereditatibus, neque in legatis valent.* Captatoriæ ſcripturæ, aut hereditates quæ ſint, inde facile cognoſcemus, ſi captandi verbum intelligamus. Eſt autem venari, & aucupari lucrum, ut recte his exemplis cognoſcitur. Ulpianus libro XLVIII. ad edictum: (d) *Qui dum captat hereditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuit teſtamentarium introire. volente eo facere teſtamentum, vel mutare: Divus Hadrianus conſtituit, denegari ei debere actiones, denegatiſque ei actionibus, fiſco locum fore.* Juſtinianus libro III. inſtit. (e) *Si totorum bonorum ſocius cum ab aliquo heres eſſet relictus, in hoc renuntiaverit ſocietati, ut hereditatem ſolus lucri faceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipſum ſolum pertinet.* Impp. Diocletianus & Maximianus: (f) *Si majores quinque & viginti annis cum patruo, ſive avunculo veſtro tranſegiſtis, vel ei debita donationis cauſa ſine aliqua condicione remiſiſtis: non idcirco, quod hoc hujus captandæ hereditatis cauſa, & ſpe futuræ ſucceſſionis vos feciſſe proponatis, aliis ei ſuccedentibus inſtaurari finita debent.* Sic *captare mortem* conſtitut. XL. de tranſact. (g) & apud Pontificios, (h) & *ſuperiorem gradum captare* Juſtinian. Conſtitutione VIII. de advocatis diverſ. judicum. (i) Verba vero *captari* dicimus, cum torquentur in aliam ſignificationem, quam is, qui ea pronuntiavit, voluit. Paulus libro IV. epitomarum Alfeni. [k] Reſpondit, *non oportere jus civile calumniari, neque verba captari, ſed qua mente quid diceretur, animadvertere* convenire. Sed priori ſignificatione

(b) L. Captatorias. C. *de teſtam. mil.*

(c) L. Captatoriæ. *de legat.* 1.

(d) L. 1. *Si quis aliq. teſt. prohib.*

(e) *Inſt. de ſociet.* §. Manet.

(f) L. Si majores. C. *de tranſ.*

(g) L. De fidei-commiſſo. C. *de tranſ.*

(h) c. 3. *de concept. preb. in* 6.

(i) L. Nemo. C. *de adv. div. judicum.*

[k] *L. ult. ad exhib.*

captatoria inſtitutio a noſtris conſultis dicitur ea inſtitutio, qua quis alterius hereditatem, aut legatum captat, aut quodcumque lucrum ex alterius morte. Qua in re ab Alciati noſtri ſententia non diſcedo. [l] Hujus tamen inſtitutionis formulam hanc fuiſſe exiſtimo: Titius qua ex parte me heredem inſtituerit, ex ea parte heres mihi eſto: quæ ſenatusconſulto improbata eſt, (m) ut paulo poſt oſtendam: nam prius hæc ita ſe habere manifeſtiſſimis, ut mihi videtur, teſtimoniis comprobabo. Paulus ait libro quinto ad legem Juliam, & Papiam: (n) *Illæ autem inſtitutiones captatoriæ non ſunt, veluti ſi ita heredem quis inſtituat: Qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte Mævius heres eſto. Quia in præteritum, non in futurum inſtitutio collata eſt.* [o] Si igitur in præteritum concepta non eſſet, ſed in futurum, ut illa noſtra, captatoria eſſet: quod ipſum apertius poſtea dicitur: *Sed illud*, inquit, *quæri poteſt, an idem ſervandum ſit, quod ſenatus cenſuit, etiam ſi in aliam perſonam captionem direxerit.* Eleganter captionem appellat hamatam illam inſtitutionem: *Veluti ſi ita*, inquit, *ſcripſerit: Titius, ſi Mævium tabulis teſtamenti ſui heredem a ſe ſcriptum oſtenderit, probaveritque, heres eſto: Quod in ſententiam ſenatuſconſulti incidere, non eſt dubium.* Cum itaque non in aliam, ſed in teſtatoris perſonam captio directa eſt, non ex ſententia ſolum, ſed etiam ex ſenatuſconſulti verbis improbatur. Idque eſt, quod capite I. de his, quæ pro non ſcriptis habemus, [p] dicitur. *Nam Senatus cum pœnas legis Corneliæ conſtituerat adverſus eum, qui ſibi hereditatem, vel legatum ſcripſiſſet: eodem modo improbaſſe videtur, quo improbatæ ſunt illæ: Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitaverit, ex ea parte heres eſto: ut perinde haberentur, ac ſi inſertæ teſtamento non eſſent.* Hac etiam de cauſa cap. LXXIX. de heredit. inſtitut. (q) de illa inſtitutione dubitatum eſt: *Quanta ex parte me a Titio heredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte Sempronius mihi heres eſto, & non eſſe captatoriam, reſponſum eſt.* Non enim captare videor Titii hereditatem, cui nihil relinquo: neque Sempronio ullum a Titio lucrum venor: * præſertim ſi de teſtamento Titiano ante meum teſtamentum facto illud caput intelligamus. Quod ſi Titii teſtamentum a me recitatum non fuerit, nulla erit inſtitutio, etiam ſi remota ſit, ut dixi, captatoriæ inſtitutionis ſuſpicio. Sed & Conſtantinus (r) Harmenopolus Græcus juriſconſultus nullam aliam χάριν ἀμειβόμενην inſtitutionem (ſic enim captatoriam appellat, improbat, quam quæ ſub condicione futuræ inſtitutionis facta eſt. Verba ejus ſunt hæc: *αἱ χάριν ἀμειβόμεναι ἐνστάσεις οὐκ ἔρρωνται. οἷον Πέτρος ἐξ ὅσου μέρους γράψειμι κληρονόμον, ἔστωμι κληρονόμος. αἱ δὲ εἰς τὸν παρελθόντα χρόνον συγκείμεναι ἐνστάσεις* ἐρ-

(l) *Alc. libro* 2. *parerg. cap.* 31.

(m) L. Captatoria. *de her. inſtit.*

(n) L. Illæ. *de her. inſtit.*

(o) *ſic l.* Hoc arti. *cod. tit. l.* mulier. *in fin. de cond. inſtit.*

(p) L. 1. *de his quæ pro non ſcr.*

(q) L. Clemens. *in fin. de her. inſt.*

[r] *Conſtant. lib.* 5. *cap.* 8. *τῶ προχείρω.*

* Carpitur per Bynkershoek in Opuſc. de Captatoriis inſtit. Cap. VI. & VIII. Tom. II.

ἔρρονται δὲ ὧν ἐξ ὅτου μέρους ἔγραψέ με πέτρος κληρονόμον, ἐκ το αὐτοῦ ἔστω μου κληρονόμος. οὐ μόνον δὲ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ διατιθεμένου, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερον γίνεται ἡ χάριν ἀμειβομένη ἔνστασις, οἷον ἐὰν Πέτρος γράψῃ Παῦλον κληρονόμον, ἔστω μου κληρονόμος. Et autem mendoſus vulgaris liber in verbo Παῦλος, & verbo ἔρρονται, alterum enim deeſt, alterum additum eſt. *Captatoriæ*, inquit, *inſtitutiones non valent, ut puta Petrus ex qua parte me ſcribet heredem, heres mihi eſto. Quæ vero in præteritum tempus inſtitutiones conceptæ ſunt, valent: veluti qua ex parte ſcripſit me heredem Petrus, ex eadem mihi heres ſit. Neque ſolum in teſtatoris perſonam, ſed & in aliam ſit captatoria inſtitutio: ut ſi Petrus ſcripſerit Paulum heredem, mihi heres ſit.* Hæc Conſtantinus, cui accepto ferimus hoc qualecumque eſt boni, quod ex hac interpretatione venit. Cui ſimile quiddam memini me a præceptore meo Mariano Socino Patavii audiſſe. In eandem ſententiam caput LXVIII. de heredit. inſtit. (*a*) cujus cauſa ſuperiora omnia ſcripſimus, interpretandum eſt. Ejus verba ſunt hæc: PAPINIANUS *libro ſexto reſponſorum. Captatorias inſtitutiones non eas ſenatus improbavit, quæ mutuis affectionibus judicia provocaverunt, ſed quarum condicio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.* Hoc eſt, ſi quis alterum pure inſtituat, & ille ſive ſciat, ſive ignoret, eum, a quo eſt inſtitutus, pure etiam inſtituat: neutra eſt captatoria; namque Ipſi affectione mutua uſi ſunt in ultimo eorum judicio, & voluntate. Sed ſi ſub ea condicione, quæ ex alterius teſtamento pendet; hoc enim ſecretum alienæ voluntatis appellat, (*b*) uti illa eſt, *qua ex parte me ille heredem inſtituet &c.* hæ Senatuſconſulto reprobatæ ſunt. Quo capite non illud definitum eſt, ut Accurſiani exiſtimant, captatorias inſtitutiones eſſe, quæ ita fiunt, *illum inſtituo, ſi Titius voluerit*, ſed non eſſe captatorias eas inſtitutiones, quæ pure fiant, licet alter alterum, nulla ejus teſtamenti mentione facta, inſtituiſſet. Nam & Theodoſii, & Valentiani Novella, cujus apud Alciatum (*c*) mentio fit, vir, & uxor ſe invicem heredes alter alterum reliquerat, & non eſſe captatorium teſtamentum dicitur, *quoniam ſimilis*, inquit, *fuit amborum affectus, & ſimplex religio teſtamenta condentium.* Et licet ſecretum alienæ voluntatis quodcumque alienum arbitrium dici poſſit, tamen Papiniano ſatis viſum eſt rationem afferre, qua pura inſtitutio a captatoria differret. Nam quod Accurſiani dicunt, voluntates ex alieno arbitrio pendere non poſſe, idem ego affirmo. Item illud, hanc fortaſſe non levem captatoriæ ſcripturæ improbandæ cauſam: nego tamen eas omnes inſtitutiones captatorias eſſe, quæ ex alieno arbitrio pendeant. * Cajus libro primo de teſtamentis ad edictum Prætoris Urbani: (*d*) *Illa inſtitutio, quos Titius voluerit, ideo vitioſa eſt, quod alieno arbitrio permiſſa eſt. Nam ſatis conſtanter veteres decreverunt, Teſtamentorum jura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere.* Hæc ſi captatoria inſtitutio eſſet, Senatus potius conſultum rettuliſſet, quam veterum opinionem. Neque tacite fieri poſſet, ut cum Sempronius heres inſtituitur, ſi Titius in Capitolium aſcenderit: eſt enim id in ſecreta Titii voluntate poſitum. (*e*) Fieret enim Senatuſconſulto fraus, vel etiam contra ejus verba eſſet, ſi verum eſt, Senatum eas inſtitutiones improbaſſe, quæ alieno arbitrio committuntur. Idem in legatis reſponſum eſt, non quod illud legatum captatorium ſit, *ſi Mævius voluerit, Titio decem do*: ſed quod in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. (*f*) Quamquam alio loco contrarium dici videatur in Florentino præſertim libro, XXXI. libro Digeſtorum. ULPIANUS *libro nono ad Sabinum.* (*g*) *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio poteſt. Quid enim intereſt, ſi Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, an ſi voluerit?* Et libro XXX. idem ait: (*h*) *Legatum in aliena voluntate poni poteſt, in heredis non poteſt.* Sed exiſtimo Ulpianum de legatarii voluntate intelligere. Illud procul dubio verum eſt ex Innocentii Pont. Max. decreto (*i*) ejuſmodi inſtitutiones valere. Verba ejus ſunt hæc: *Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus.* Quo reſcripto an captatoriæ inſtitutiones confirmentur, in dubium revocari poteſt. Ut illud quoque conſequens eſt conſtit. XI. de teſtam. milit. (*k*) non ablatum militi, ut non poſſit in alienam voluntatem teſtamentum ſuum conferre. Quæ nos aliis explicanda relinquimus.

(a) L. Captatorias. de her. inſt.
(b) L. 3. C. de codicill.
(c) d. cap. 31.
(d) L. Illa. de hered. inſtit.
(e) L. Si quis Sempronium. eod. tit.
(f) L. Nonnumquam. de condit. & demonſt.
(g) L. 1. de legat. 2.
(h) L. Senatus. §. Legatum. de legat. 1.
(i) c. Cum tibi. de teſtam.
(k) L. Captatorias. C. de teſt. mil.

CAPUT XVI.

Multa digeſtorum loca reſtituta, in quibus græca aliquot verba deerant, aut mendoſe in Noricis libris ſcripta ſunt.

NOtas Florentinarum Pandectarum [ſic enim appellat] in commune ſe proferre Haloander profitetur: quod & illuſtrius ad nomen, & cautius ad fidem exiſtimabat id dicere, quam id, quod fecit, Bolognini deſcriptionem ex Politiani libris acceptam proferre ſe dicere. Quamobrem nolim quemquam mirari, ſi tam multis locis aliud Florentiæ eſſe dicam, quam in Norica editione ſit. Nam neque Politianus diligentiſſimus ſemper fuit, neque quæ ille ſibi ſoli deſcribebat notis quibuſdam, quales quiſque ſuas frequentes habet, Lud. Bologninus homo neque natura acutus, neque inſtitutione eruditus ſatis, & Græcarum litterarum expers, deſcripſit, ut oportuit. Ego vero quamquam ingenii mei mediocritatem agnoſcam, & cæterarum rerum non multam cognitionem, diligentia tamen tanta uſus ſum, & adju-

* Videndus Bynkershoek in Opuſc. de Captatoriis inſtit. Cap. II. Tom. II.

adjutoribus his, ut illa non multum deſiderarem. Sed ex his, quæ hoc capite ſcripturus ſum de græcis verbis aut omiſſis, aut mendoſis, & alio capite de negationibus, quantum noſtri labores profecerint, judicium fieri cupimus. Caput III. de legibus (*a*) ita Haloander edidit: *Jura conſtitui oportet, ut dicit Theophraſtus, in his, quæ* ἐκ παραλόγου ἐπὶ τὸ πλεῖστον *accidunt*: hoc eſt, quæ *ex inopinato frequenter* accidunt. Cum aliud Budæus ſe in ipſis Florentinis Pandectis vidiſſe teſtetur, nempe id, quod erat: *Jura conſtitui oportet, ut dixit Theophraſtus, in his, quæ* ἐπὶ τὸ πλεῖστον *accidunt*, non *quæ* ἐκ παραλόγου. Quæ illi ſententiæ contradicit. Ridiculum autem eſt, quod alii ſcribebant *antomina*, aut *automata*, aut θαύματα (*b*) Errorque hic totus Bolognini eſt, quippe qui non recte emendationem Politiani percepit. Cap. XXXVII. de judiciis (*c*) ſic Haloander edidit: CALLISTRATUS *libro V. cognitionum. Si de vi, & poſſeſſione quæratur, prius cognoſcendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Hadrianus* τῷ κοινῷ συρακουσίων *reſcripſit*. Florentiæ tamen eſt τῷ κοινῷ τῶν Θετταλῶν *græce reſcripſit*. Quod reſcriptum Marcianus quoque referre videtur Cap. V. ad L. Juliam de vi publica: (*d*) *Si de vi*, inquit, *& poſſeſſione, vel dominio quæratur, ante cognoſcendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Pius* τῷ κοινῷ τῶν Θετταλῶν *græce reſcripſit. Sed & decrevit, ut prius de vi quæratur, quam de jure dominii, ſive poſſeſſionis*. Sed an idem reſcriptum ſit, non facile dixerim, cum altero loco Divus Hadrianus, altero Divus Pius auctor dicatur: fuit autem hic illius adoptivus filius. Cap. XVI. de ſervit. præd. urban. [*e*] in Norico: *Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi forte* κατ' ἀνάκλασιν *lumen in eas ædes devolvatur*. Quam lectionem Alciatus libro II. παρέργων probat. Florentiæ tamen eſt, *ſi forte* κατὰ ἀντανάκλασιν, *vel preſſura quadam lumen in eas ædes devolvatur: hoc eſt per refractionem luminis*. Cap. I. de exerc. action. (*f*) Noricus; *Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipſi dicunt*, ἐπιβάδες; quod Alciatus quoque probat libro I. παρέργων: Nebriſſenſis *emphractæ*, Cotta *amphractæ*, Budæus *embatæ*, aut *epibatæ* ſcribunt: Florentiæ ἐπιβατηγοὶ ſcriptum eſt, hoc eſt *vectorum ductrices* ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἐπιβάτας, ut cap. LIII. de legatis libro III. [*g*] *Quid mirum? cum* ξύλον *hoc, & naves* ξυληγοὺς *appellant, quæ hæc* ἀπὸ τῶν ἐλῶν *deducunt?* τῶν ἐπιβατῶν mentio fit cap. ult. nautæ, caupones (*h*), ſtabularii: *Et quid ſi quis, quos volgo* ναυτεπιβάτας *dicunt? & huic tenebitur: ſed hujus factum præſtat, cum ſit & nauta*. Sic enim & Florentiæ eſt, & apud Alciatum libro III. diſpunct. quamvis idem libro I. παρέργων Noricam editionem, quam perpetuo fere illis libris eſt ſecutus, probat. Eſt autem hæc: *Quos vulgo* μετοναύτας, *Græci* ναυτεπιβάτας *dicunt*.

(a) *L.* 3. *de legib.*

(b) *Alc. lib.* 2. *prætermiſſ.*

(c) L. Si de vi. *de jud.*

(d) L. Qui cœtu, §. Si de vi. *ad l. Jul. de vi.*

(e) L. Si arborem. §. Interdum, *de ſerv. præd. urb.*

[f] L. 1. §. Sed & ſi ut certis. *de exerc. act.*

(g) L. Ligni. §. Lignorum. *de legat.* 3.

(h) L. *ult. naut. cau.*

Cap. V. de inſtitoria actione: (*i*) *Idem ait ſi libitinarius, quem Græci* νεκριστὴν *vocant, ſervum pollinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliaverit: dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem*. Sic Haloander Albucium ſecutus apud Alciatum libro II. præterm. Sed in margine adſcripſit ταφέα, quod Budæus dixerat ſcribendum. Ego vero Florentiæ reperi: *Si libitinarius, quem græce* νεκροθάπτας *vocant, ſervum pollinctorem habuerit*. Sed νεκροθάπτην ſcribendum eſt: dicitur autem ἀπὸ τοῦ θάπτειν τοὺς νεκρούς, hoc eſt *a cadaveribus ſepeliendis*, quos Budæus νεκροφόρους appellat. Cap. XXVI. depoſiti: [*k*] *Habere me a vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatum, ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis, item* κυρατροφείων *decem, item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit*. Alexander Alexandrius ciſtophori decem, quod neque Budæus probat, neque quicquam aliud ſubſtituit. Alciatus recte libro I. diſpunct. *Item quos trophimati decem, hoc eſt, quod in nutritis expendi. Nutricia*, inquit. Ulpianus cap. I. de extraord. cognit. [*l*] *Euſque producemus, quo ad infantes uberibus aluntur*. Quæ Budæus τροφεῖα appellat ſub titulo de offic. P. P. Idem Budæus optime verba illa, *quod excurrit*, interpretatur: nam & Mæcianus in libro de aſſe ſic ait; *Ingenioſiſſime autem cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis æris nota inventa eſt, quæ ſedecies multiplicata id efficeret*. * Cap. LII. de legatis (*m*) græcum verbum deeſt in omnibus, quos vidi, libris. Sed Florentiæ ita legitur: *Si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem præſtet vel cætera* λείψανα, *ſed ut præſtet pretium quanti eſſet, ſi viveret*. Sunt autem λείψανα *reliquiæ*, ſic etiam Conſtantinus ſacras illas divorum reliquias appellat libro III. titulo III. προχείρου. (*n*) Quod enim conſtitutione III. de ſacroſ. eccleſ. dicitur: *Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur*: ſic ille vetuit: μηδεὶς λείψανα ἁγίων πιπρασκέτω. Sed in Digeſtis λείψανα intelligemus carnem, corium, & cornua, ut cap. L. de legatis libro II. [*o*] *Mortuo bove, qui legatus eſt, neque corium, neque caro debetur*. Et XIV. de cond. furt. (*p*) *Bove ſubrepto, & occiſo, condictio & bovis & corii, & carnis domino competit: ſcilicet, ſi & corium, & caro contrectata fuerint, cornua quoque condicentur*. Cap. quoque LXVIII. de legat. lib. III. (*q*) aliud græcum verbum deeſt maxime neceſſarium. Verba ejus hæc Florentiæ ſunt; ULPIANUS lib. XXII. *ad Sabinum. Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non eſt, ſed* αὐτοφυές: *ſive autem facta eſt, ſive infecta, lanæ appellatione continetur*. αὐτοφυὲς appellat, quod ita per ſe natum ſit, nulla arte fucatum, cujuſmodi Vergilius finxit;

(i) *L.* Cuicumq. §. Idem ait. *de inſt. act.*

(k) *L.* Publia. §. Titius. *depoſ.*

[l] *L.* 1. §. Ad nutricia. *de extr. cogn.*

(m) *L.* Quid ergo. §. Si heres. *de legat.* 1.

(n) *L.* 3. *C. de ſacro eccl.*

(o) *L.* Mortuo. *de legat.* 2.

(p) *L.* Si ſervo. §. Bove. *de cond. furt.*

(q) *L.* Si cui lana. *in princ. de legat.* 3.

Nec

* Hotomann. Reſp. Amicab. Lib. II. Cap. XL. litt. F ait: hunc locum aliter intellectum eſſe.

Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.

Nihil autem aliud αὐτόφυες eſt, quam quod ille per *ſponte ſua* expreſſit. Sub eodem titulo alter locus eſt, in quo græcis litteris pro latinis acceptis, errandi cauſam Nebriſſenſi noſtro, & Haloandro veteres librarii dederunt. Eſt enim

(a) *L.* Heres meus. §. Cui. *de legat. 3.*

Florentiæ hoc pacto: (*a*) *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & βάσεις quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas βάσεις teſtator numero vaſorum habuit. Proculus vero recte ait, ſi æneæ quidem ſint, non autem Corinthiæ, non deberi.* Librarii *baces* deſcripſerunt, unde factum *abaces* a Nebriſſenſi, qui in eo quoque errat, quod exiſtimat æneas legato accedere, cum contra Proculus cenſuerit. *Baſes* Beroaldus, & Alciatus recte hic legendum putarunt, ut ſub titulo de verbor. ſignif.

(b) *L.* Statuæ. *de verb. ſign.*

(*b*) POMPONIUS *libro X. epiſtularum. Statuæ adfixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni, non ſunt ædium.* Sic enim & hæc emendanda ſunt.

(c) *L.* Qui quadringenta. *ad L. Falc.*

Cap. LXXXVII. ad L. Falc. (*e*) in Norico: *Dixi τῶν ἄκρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud dialecticos τὸ ψευδόμενον dicatur. Etenim quidquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperietur.* Alciatus libro I. παρέργων: *ἐκ τῶν ἄκρων, qui tractatus apud dialecticos dicitur ἀνύςατος: ſic enim,* inquit, *pluriquc legunt, tametſi aliis τὸ ψευδόμενον magis placeat. Pſeudomenum* mentientem appellat Cicero libro II. de divinit. cujus etiam mentio fit in Academicis. Florentiæ multo melius: *Dixi τῶν ἀπόρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud dialecticos τὸ ψευδόμενον dicitur.* τὰ ἄπορα vero *perplexa* dicuntur: quale illud eſt cap. XVI. de condit. inſtit.

(d) *L.* Si Titium. *de cond. inſt.*

(*d*) *Si Titius heres erit, Seius heres eſto. Si Seius heres erit, Titius heres eſto.* A. Gellius libro IX. *Exponit igitur tentamenti,* inquit, *gratia controverſiam parum conſiſtentem, quod genus græci ἄπορον vocant, latine autem id non minus commode inexplicabile dici poteſt:* aliis locis ejuſmodi argumenta ἀντιςρέφοντα appellat. Et quoniam de dialecticis mentio facta eſt, illa etiam emendanda ſunt, quæ de ſophiſmate ſub titulis de verbor. ſignif. & de diverſis regulis juris (*e*) dicuntur.

(e) *L.* Natura. *de verb. ſig. l.* Ea eſt. *de diverſ. reg.*

Natura cavillationis, quam Græci σωρίτην appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, producatur. Sic Florentiæ. Valla libro VI. σωρίσμα legit, Alc. libro IV. de verbor. ſignif. σόφισμα, alii διαβολὴν, aut γοίταν. De *ſorite* autem, quem *acervalem* Cicero appellat, multa Ariſtoteles, & cæteri tradunt. Eorum cavillatio notior eſt, cum paulatim augendo, aut minuendo adverſarios fallebant. Ut ſiquis dicat, plures collegium facere: rogabit Sorites, an ne ſeptem? Quod ſi ille affirmet, unum deminuet, deinde item unum, quoad eo perducat, quo alter principio venturus non erat. Eodem pacto augendo, ſi dicat oves duas gregem non facere, aut modicam ſummam eſſe duorum aureorum: tum ille minutiſſimum nummum addet ſæpius, quoad illum fallat. Ille etiam locus ex dialecticis, aut rhetoribus ſumptus mendoſus eſt. cap. ult. ad S. C. Trebell. [*f*] Deeſt enim græcum verbum, quod in aliis locis ab Haloandro, & Alciato eleganter declaratum eſt. Sic vero eſt Florentiæ: *Polycrates fideicommiſſum petierat, & optinuerat apud Aurelium Proculum Proconſulem Achajæ. Appellatione facta cum ſolus Phœbus egiſſet μονομερῶς, victus eſt.* ut cap. XIII. de jurejurando: (*g*) *Et quaſi μονομερὴς condictio ei dari debet adverſus furis heredem.* Quod interpretantur illi *ſine exceptione,* aut *replicatione* (*h*) quaſi peremptorie dicas. Id enim capiti ultimo aptius eſt. Caput I. de aqua, & aquæ pluv. [*i*] Haloander Alciatum ſecutus libro II. prætermiſſ. ſic edidit: *Sulcos tamen aquarios, qui græce ὑδραύλακες appellantur, ſi quis faciat, aquæ pluviæ arcendæ eum teneri.* Sed idem Alciatus libro II. [*k*] παρέργων *elices* mavult ſcribi. Et certe Florentiæ ſic eſt: *Sulcos tamen aquarios, qui ἴλικες appellantur, ſi quis faciat, aquæ pluviæ actione eum teneri ait.* Et Sextus Pompejus ait: *Elices ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e lyris.* Cap. IV. vi bonor. raptor. [*l*] Haloander: *Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, idque verbum ex Græco tractum τύρβη.* Hoc videtur Alciatus in lib. de verbor. ſignif. probaſſe. (*m*) Sed Florentiæ eſt ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν. hoc eſt, a *tumultuando.* Budæus volebat hæc addere τύρβη γὰρ παρὰ τὸ θορυβῶ εἴρηται. hoc eſt, *turba enim a tumultu dicitur.* Cap. III. de incend. ruina, nauf. [*n*] *Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur. Ejecta* hoc eſt quod Græci ajunt, ἐξοκειλασμένης. Sic Haloander Budæum, & Alciatum ſecutus. Quamquam ille ἐκκλυζομένης, vel ἐξοκειλάσης, hic prius προβλῆτα, poſt ἐκβολὴ, tandem ἐξοκειλασμένη reſtituat. (*o*) Florentiæ tamen eſt ἐξεβράσθη, quod ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν dictum eſt cap. V. de injuriis. (*p*) Haloander Alciatum ſecutus libro II. prætermiſſ. edidit: *Eadem pœna ex ſenatuſconſulto tenetur is, qui ἐπίθεσιν, aliudve quid, ſive ſcripturam in notam aliquorum produxerit.* Quod iterum Alciatus probat libro I. (*q*) παρέργων. Sed in Ethruſco libro eſt: *Eadem pœna ex S. C. tenetur etiam is, qui ἐπιγράμματα, aliudve quid ſine ſcriptura in notam aliquorum produxerit.* Cap. I. de effracto [*r*] & expilat. Haloander Budæum, & Alciatum ſecutus edidit: *Expilatores, qui ſunt atrociores fures, hoc eſt λωποδύται in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent.* Budæus tamen ſubſtituebat. *Hoc eſt enim συλαγωγοὶ, vel συληταὶ*; quamvis dicat, Demoſthenem λωποδύτας appellare. Alciatus libro II. prætermiſſ. τοιχωρύχοι, *aut* λωποδύται. Sed libro I. παρέργων Noricam editionem probat, & quod nollem

[f] *L. ult. ad S. C. Treb.*

[g] *L.* Si duo. §. Idem Jul. *de jurejur.*

(h) *Alc. lib. 4. cap. 2. diſpunct. lib. 1. c. 7. parerg.*

(i) *L. 1.* §. Labeo. *de aqua & aq. pl. arc.*

[k] *cap. 24.*

[l] *L.* Prætor ait. *in princ. vi bon. rapt.*

(m) *lib. 4. de verb. ſig. l.* deteſtatio. *in fin. eod. tit.*

(n) *L. 3.* §. Qui ejecta. *de inc. ruin. nauf.*

(o) *Alc. libro. 2. prætermiſſ. & C. de navib. non excuſ. lib. 11.*

[p] *L.* Lex Corn. §. *ult. de injur.*

[q] *Cap. 8.*

(r) *L. 1. de effract.*

feciſſet, addit: *dictionem græcam eo modo reponendam, & antiqui plerique codices, & Etbruſcæ Pandectæ nobis indicarunt.* Neque enim eſt ullum eo loco verbum græcum in illis Pandectis, ſed hoc pacto ea ſcripta ſunt. *Expilatores, qui ſunt atrociores fures, hoc enim eſt expilatores, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent:* Quam germanam eſſe lectionem apparet ex Alexandri conſtitut. XII. de cauſ. ex quibus infam. (*a*) al. irrog. *Si te expilaſſe hereditatem ſententia Præſidis conſtitit, non ex eo, quod non & alia tibi pœna irrogata eſt, furis improbioris infamiam evitaſti.* Et lib. IV. inſtit. ſub tit. vi bonorum rapt. *Hi, qui rapiunt, improbi fures appellantur.* Cap. IX. de pœnis (*b*) Florentiæ eſt: *Erit & illa pœna, nequis negotiis publicis interveniat: hic enim privatis quidem intereſſe poterit, publicis prohibebitur, ut ſolent, quibus ſententia præcipitur* δημοσίων ἀπέχεσθαι. Significant autem Græca verba publicis abſtinere, quæ in Norico libro deſunt. Budæus ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχῃ, alii μὴ δημοσιεύεσθαι ſcribunt. Cætera alias perſequemur.

(a) L. Si te. C. *de cauſ. ex quib. inf.*

(b) L. Moris. §. Erit. *de pœnis.*

CAPUT XVII.

Multis locis in negationibus erratum in vulgo editis libris: quorum fides ex Florentinis libris conſtat.

EST, & NON *cuncti monoſyllaba nota frequentant,*
His demptis, nihil eſt, hominum quod ſermo volutet.

Non male a poeta neſcio quo dictum eſt: namque ut poſtea ait:

Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſive negoti,
Sive oti quicquam eſt, ſeu turbæ, ſive quietis.

In noſtris præſertim libris id uſu evenire cognoſcimus, in quibus & illa mire conveniunt:

Si conſentitur, mora nulla intervenit EST, EST.
Si controverſa eſt, diſſenſio ſubiciet NON.

Quod toties factum eſſe, dedecori eſt. Quamobrem extremo hoc capite aliquot loca enumerare decrevi, maxima audacia a librariis, & interpretibus in contrariam ſententiam converſa. Quale illud eſt, quod Bartolo omnium noſtrorum interpretum poſt Juſtinianum optimo debemus: Qui, cum ex facto dubitaretur, an hoc pactum valeret, ut ne liceat debitori hypothecam vendere, quibuſdam affirmantibus cap. VII. de diſtr. pignor. (*c*) dici nullam eſſe conventionem, aliis nullam eſſe venditionem, & utriuſque lectionis librorum teſtimonia proferrentur, teſtatur, ſe Piſas, ubi tunc Florentinæ Pandectæ erant, miſiſſe: repertumque id, quod optaverat, nullam eſſe venditionem. Quod ne facile oblivisci poſſemus, permultis locis teſtatum reliquit. (*d*) Controverſiam Bartolo, ait Forocornelienſis Alexander, fuiſſe cum Baldo. (*e*) Et quidem Baldus, licet controverſiæ mentionem non faciat, tamen contrariam Bartolo ſententiam defendit. (*f*) Bartolus vero Franciſci Accurſii filii mentionem facit, (*g*) quem non exiſtimo adverſarium fuiſſe. Angelus quoque Peruſinus in Bartoli ſententiam libenter it ob Piſanas Pandectas. (*h*) Qua diligentia ſi majores noſtri uſi fuiſſent, non toties ab leviſſimo quoque librario eluderemur. Sed maxima culpa penes Accurſium reſidet, qui quæ non probat, negatione addita, aut ablata, emendat. Cujus illa ſunt frequentia: vel *lege affirmative*, vel *lege negative*, vel *lege interrogative*: quem cæteri imitantur. Nos igitur aliquorum locorum Ethruſcam lectionem hoc loco indicabimus: ut qui ſe tam faciles in quamcumque partem probandam convertunt, huic uni ſententiæ ſe addicant, ne Bartoli præjudicium contemnere videantur. In Norico libro editorum omnium optimo caput XX. de judiciis (*i*) ita ſcriptum eſt: *Omnem obligationem pro contractu habendam, exiſtimandum eſt: ut ubicumque aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamvis ex cauſa crediti debeatur.* In Florentino vero, & aliis: *Quamvis non ex crediti cauſa debeatur.* Et caput VI. de inoff. teſtam. [*k*] Haloander edidit, ut alii: *Poſtumus inofficioſum teſtamentum poteſt dicere, eorum quibus ſuus heres vel legitimus potuiſſet fieri, ſi in utero mortis eorum tempore non fuiſſet.* Sed eſt Florentiæ: *Si in utero fuerit mortis eorum tempore.* Quod ita exiſtimo accipiendum, ut ſi poſtumus in utero fuerit mortis eorum tempore, inofficioſum teſtamentum poſſit dicere. Et hoc, & ſuperiori loco in margine Norici libri eſt noſtra emendatio adſcripta. Caput vero XI. (*l*) Florentiæ ſic eſt, ut in multis libris: MODESTINUS *libro tertio reſponſorum. Etiam ſi querella inofficioſi teſtamenti optinueris, non ideo tamen donationes, quas vivus ei perfeciſſe proponitur, infirmari, neque in dotem datæ partem vindicari poſſe reſpondi.* Quod ita, ni fallor, intelligendum eſt, ut ſi contra eam, cui res a vivo illius patre, qui poſtea in querella obtinuit, in dotem datæ ſunt, agatur, quaſi omnia perditura ſit, quæ ab illo accepit: Modeſtini reſponſo ſe tueri poſſit. Haloander vero edidit: *Etiam ſi querella inofficioſi teſtamenti non obtinuis:* eorum opinionem ſecutus, qui exiſtimabant dotem filiæ datam, quæ poſtea querelam movit: ſed ut dixi, ei data dos eſt, adverſus quam mota fuit querella. Caput quoque ultimum de uſufructu earum rerum (*m*) quæ uſu conſumuntur, peſſime acceptum eſt. Cum enim Florentiæ eſſet hoc pacto: MARCIANUS *libro ſeptimo inſtitutionum: Cum pecunia erat relicta Titio ita, ut poſt mortem legatarii ad Mævium rediret: quamquam adſcriptum ſit, ut uſum ejus Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam, & uſus mentionem factam, quia erat reſtituenda ab eo pecunia poſt mortem ejus,*

(c) L. Si creditor. §. *ult. de diſtr. pign.*

[d] *Bart. l.* Nemo. *de paſt. l.* Filiusfam. §. Divi. *de legat.* 1. *l.* Si ita. §. Ea. *de verbor. obl. l.* Ea. C. *de cond. ob cauſ.*

(e) *Alex. l.* Si filiuſf. §. Si vir. *ſol. matr.*

(f) *Bald. d.* §. *ult. d. l.* Ea.

[g] *Bart. in d. l.* Ea.

[h] *Ang. l.* Qui Romæ. §. Coheredes. *de verb. obl. ubi Jaſ. in princ.*

(i) L. Omnem. *de jud.*

[k] L. Poſtumus. *de inoff. teſt.*

(l) L. Etiam. *eod. tit.*

(m) L. *ult. de uſufr. ear. rer.*

Digitized by Google

ejus, Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt. Haloander edidit: *Quamquam non adſcriptum ſit, ut uſum ejus Titius haberet, proprie tamen ei legatum eſſe uſumfructum* in margine adſcripſit: *alias proprietatem ei legatam eſſe, uſus mentione facta*, paulo melius, etiam ſi negationem abſtuleris, quam multi non habent.

Caput VI. communia prædiorum (*a*) Florentiæ legitur: *Si tamen alteræ unius propriæ ſint ædes, alteræ communes: neutris ſervitutem vel adquirere, vel imponere me poſſe, Pomponius libro octavo ex Sabino ſcripſit.* In Norico vero *imponere non poſſe:* quod veritus Haloander eſt, ne in Accurſiana tela incideret: quibus facile ab eodem Accurſio, & aliis interpretibus liberamur. (*b*) Cap. XVII. quemadmodum ſervitutes amitt. (*c*) *Labeo ait, ſi is, qui hauſtum habet, per tempus, quo ſervitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauſerit: iter quoque eum amiſiſſe.* Sic Florentiæ: at in Norico: *non ierit ad fontem:* quod nullius dubitationis eſſet. Cap. I. de aleatoribus: (*d*) *Et eſt relatum apud Pomponium ſolummodo pœnalem actionem denegatam, quod non puto verum. Prætor enim ſimpliciter ait: Si quid ſubtractum erit, judicium non dabo.* Sic Florentiæ. Haloander, *quod puto verum*, edidit, adverſus omnium interpretum multis in locis ſententiam. Cap. IV. de rebus creditis, [*e*] Florentiæ eſt: *Res pignori data, pecunia ſoluta condici poteſt, & fructus ex injuſta cauſa percepti, condicendi ſunt: Nam & ſi colonus poſt luſtrum completum fructus percaperit, condici eos conſtat.* In Norico: *etiam fructus ex juſta cauſa percepti.* Sed tamen in margine *ex injuſta*, ut in multis eſt, adſcripſit. Cap. ult. de jurejurando (*f*) *Si fidejuſſor juraverit, ſe dare non oportere, exceptione jurisjurandi tutus eſt. Atquin, ſi quaſi omnino idem non fidejuſſiſſet, juravit: non debet hoc jusjurandum reo promittendi prodeſſe.* Haloander *ſe dare oportere.* Cui contradicunt, quæ ſequuntur illic verba. Et illud, quod in calce illius capitis dicitur: *Eadem ratio eſt, & ſi fidejuſſoris defenſor juraverit: reo enim datur exceptio.* Alii ſcribunt, *reus promittendi tutus eſt.* Cap. XI. quod ex noni capitis calce pendet, de S. C. Macedoniano, [*g*] negatio ablata ab Haloandro eſt. Cum enim cap. IX. in fine dicatur: *Quamquam autem ſolvendo non repetunt*, capite XI. neceſſario dicendum eſt: *Tamen ſi non oppoſita exceptione condemnati ſunt, utentur Senatuſconſulti exceptione*, non ut in Norico eſt: *Tamen & ſi oppoſita.* Cap. LII. pro ſocio. (*h*) *Poteſt tamen pro ſocio agere ad hoc, ut conſequatur, quod ſua intererat. Finge enim malle eum magis ſuum conſequi, quam dominium inſulæ. Oratio enim Divi Marci idcirco quattuor menſibus finit certas uſuras, quia poſt quattuor dominium dedit.* Sic Florentiæ. In Norico ſolo: *Finge enim hoc malle eum ſuum non conſequi:* quod abſurde dicitur. Cap. XL. de contrah. empt. [*i*] *Sed ſi ita pactum eſſet, ut emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renuntiet, & ſi in diebus triginta renuntiaſſet, minorem modum agri eſſe: quamvis multis poſt annis, poſſe eum, quo minoris modus agri fuiſſet, repetere.* Sic Florentiæ. Haloander vero ſolus edidit, *& ſi in diebus triginta non renuntiaſſet.*

(a) *L.* Si quis duas. §. Item ſi duo.

(b) *L.* Stipulationes non divid. ✝. *opp. Bart.*

(c) *L.* Labeo. *quem. ad.ſerv.amitt.*

(d) *L.* 1. *de aleat.*

(e) *L.* Si quis nec. §. Res. *de reb. cred.*

[f] *L. ult.* §. Si fidejuſſor. *de jurejur.*

[g] *L.* Tamen. *de S. C. Maced.*

[h] *L.* Cum duob. §. Idem reſp. ſocius. *pro ſocio.*

[i] *L.* Qui fundum. *in fine princ. de contr.empt.*

Cap. ult. de reſc. vend. (*k*) Ethruſcus liber, ut multi, habet: *Reſpondit, ſi conveniſſet, ut non prius pecunia ſolveretur, quam fidejuſſor venditi cauſa daretur, nec id factum eſſet, cum per emptorem non ſtaret, quo minus fieret: non poſſe poſteriorem legis partem exerceri.* Noricus, *cum per emptorem ſtaret.* Cap. XXI. de action. empt. (*l*) *Quamvis ſupra diximus, cum in corpore conſentiamus, de qualitate autem diſſentiamus, emptionem eſſe: tamen venditor teneri debet, quanti intereſt non eſſe deceptum, & ſi venditor quoque neſciet: veluti ſi menſas quaſi citreas emat, quæ non ſunt.* Noricus habet, ut cæteri, *emptionem non eſſe.* Cap. VI. de ædilicio edicto: (*m*) *Spadonem morboſum non eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur: Sed ſanum eſſe, ſicuti illum, qui unum teſticulum habet, qui etiam generare poteſt.* Sic Florentiæ, & in aliis libris. Sed in Norico, *qui etiam generare non poſſit.* Quod ſi de eo, qui unum teſticulum habet, intelligitur, falſum, ſi de ſpadone, adverſus juriſconſulti verba, eſt. Neque enim verum eſt, eum ſpadonem vocari, qui uno teſticulo caret, quod Accurſius cenſuit: neque generare non poſſe, quod Haloander credidit. Cap. II. de eo, qui pro tutore: (*n*) CELSUS *libro viceſimo quinto Digeſtorum. Si is, qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor non eſſet, rem pupilli vendidit, nec ea uſucapta eſt: petet eam pupillus, quamquam ei cautum eſt.* Sic Florentiæ: in Norico vero ſolo, *cum tutor eſſet.* Cap. XIV. de injuſto rupto: (*o*) PAULUS *libro ſingulari de adſignatione libertorum. Si ita facta ſit exheredatio: ſi filius natus, natave ſit, exheres eſto: utriſque natis non rumpitur teſtamentum.* Noricus tantum habet, *rumpitur.* Cap. LXXXIV. de legatis: [*p*] *Non enim impugnatur judicium ab eo, qui juſtis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari.* Haloander *voluit*, librariorum fortaſſe errore. Cap. VI. de optione, vel elect. leg. (*q*) POMPONIUS *libro VI. ad Sabinum. Mancipiorum electio legata eſt, ne venditio quandoque eligente legatario interpelletur: decernere debet Prætor, niſi intra tempus ab ipſo præfinitum elegiſſet, actionem legatorum ei non competere.* In Norico ſolo, *non eligente legatario interpellatur.* Cap. VII. de ſupellectili legata, [*r*] Florentinus liber habet, ut alii. *Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non ſentiret, ut maxime nomine uſus ſit, quo id appellari ſolet.* Noricus *non ſolet.* Cap. XXIII. de conditione & demonſtrat. (*s*) JULIANUS *libro LV. digeſtorum. Jure civili receptum eſt, quotiens per eum cujus intereſt condicionem* im-

[k] *L. ult. in fine de reſcind. vend.*

[l] *L.* Si ſterilis. §. quamvis. *de act. empt.*

[m] *L.* Pomponius *in fin. de ædil. ed.*

(n) *L.* 2. *de eo, qui pro tut.*

(o) *L.* Si ita. *de injuſt. rupt.*

[p] *L.* Filio pater. *de legat.* 1.

[q] *L.* Mancipiorum. *de opt. leg.*

(r) *L.* Labeo. §. Id Tubero. *de ſupp. leg.*

(s) *L.* Jure civili. *de cond. & dem.*

Digitized by Google

impleri, ſit quominus impleatur, ut perinde habeatur, ac ſi impleta condicio fuiſſet. In Norico, *condicionem non impleri.* Sed in margine adſcriptum eſt, *alias deeſt negatio* alii *non impleri,* & *non fuiſſet.* Cap. LXX.

[a] *L.* Cum tale. *in princ. eod. tit.*

[*a*] PAPINIANUS, *libro octavodecimo quæſtionum. Cum tale legatum eſſet relictum, Titiæ, ſi a liberis non diſceſſerit, negaverunt eam recte cavere: quia, vel mortuis liberis legati condicio poſſit exiſtere. Sed diſplicuit ſententia: non enim voto matris opponi tam ominoſa non interponendæ cautionis interpretatio debuit.* Sic Florentiæ. Sed in Norico *tam ominoſa interponendæ* &c. alii *tam oneroſa non interponendæ.* Eſt autem hæc juriſconſulti ſententia: non placere, propterea quod filii ante matrem mortem obire poſſent, eam cavere non debere: cum ei ominoſum ſit hujus rei mentionem facere. Appellabant autem omen veteres, cum caſu quicquam dictum, aut factum eſſet, quod rei eventum portendere poſſet. Sic Turnus apud Vergilium:

Ne quæſo, ne me lachrymis, neve omine tanto
Proſequere in duri certamina Martis euntem.

Erit itaque malum matri omen hæc interpretatio non interponendæ cautionis Mucianæ. Cap.

[b] *L.* Eas cautas. *eod. tit.*

LXXVIII. (*b*) Florentiæ eſt: *Nec enim parem dicemus eum, cui ita datum ſit, ſi monumentum fecerit: & eum, cui datum eſt, ut monumentum faciat.* Quod agnoſcere videtur Accurſius. Noricus liber habet, ut multi, *monumentum non faciat.* Idem tamen recte habet, *Non pro condicionalibus* in quo Accurſius variatum eſſe, ait Cap. XIV. de legatis præ-

[c] *L.* Nonnumquam. *de leg. præſt.*

ſtandis: (*c*) *Nec enim occaſio emancipati præteriti debet inſtitutum lucro adficere, cum præteritus jure ſuo non utatur.* Sic multi, & Florentiæ: in Norico vero *jure ſuo utatur.* Capi-

(d) *L.* 1. §. Si cum duobus. *de collat.*

te primo de collatione [*d*] maximum mendum eſt in Norico tantum libro. Sic enim dicitur: *Si cum duobus conferre deberet, alteri contulerit, alteri non, vel cum eavet, vel cum dividit, videndum eſt, utrum ſextantis tantum ei adferatur emolumentum, an vero triens totus detrahi debeat? Et puto, ſiquidem per contumaciam caveat, totius trientis ei denegandas actiones.* Dicendum enim, ut in Florentino libro eſt: *Utrum ſextantis tantum ei auferatur emolumentum, an vero trientis totius detrahi debeat: & puto, ſiquidem per contumaciam non caveat, totius trientis ei denegandas actiones.* Cap. II. de bonorum poſſeſſione ſe-

(e) *L.* 2. *de bon. poſſ. ſec. tab.*

cundum tabulas: (*e*) ULPIANUS *libro XLI. ad edictum. Æquiſſimum ordinem Prætor ſecutus eſt; voluit enim primo ad liberos bonorum poſſeſſionem contra tabulas pertinere, mox ſi inde non ſit occupata, judicium defuncti ſequendum.* Sic Florentiæ. Sed in Norico, & a-

(f) *L.* 3. *in fine. cum ſeqq. de adſ. lib.*

liis, *ſi inde ſit occupata.*

Cap. III. in fine de adſignandis libertis, (*f*) Florentiæ dicitur: *Si quis duobus adſignaverit libertum: & alter in civitate eſſe ſine liberis deſierit, alter non.* Et cap. IV. POMPONIUS *libro IV. Senatuſconſultorum. Vel vivus noluerit ad ſe hæreditatem liberti pertinere* [ſic enim ſcribendum eſt, non *voluerit*, ut aliqui edidere] cap. V. dicit Ulpianus libro XIV. ad Sabinum: *Utrum portio ejus, qui in civitate eſſe deſiit, vel repudiavit, in familiam redeat: an vero ei potius adcreſcat, in cujus perſona durat adſignatio? Et Julianus libro LXXV. ſcripſit, adſignationem in hujus ſolius perſona locum habere, & ſolum admittendum, quod eſt verum. Quod ſi non ſine liberis deceſſerit: an cum vivo admittantur? & putat adhuc ſolum admittendum.* Haloander caput quartum, quod ad ſententiam attinet, non male edidit hoc pacto: *Nec vivus hereditatem ad ſe liberti pertinere voluerit.* Sed cap. V. male, ut multi, illud: *Quod ſi ſine liberis deceſſerit &c.* Capitis I. unde cogn. [*g*] emendandum eſt exordium

(g) *L.* 1. *unde cogn.*

hoc pacto: ULPIANUS *lib. XLVI. ad edictum. Hæc bonorum poſſeſſio nudam habet Prætoris indulgentiam, neque ex jure civili originem habet. Nam eos invitat ad bonorum poſſeſſionem, qui jure civili ad ſucceſſionem admitti non poſſunt*, pro *nudam*, *nondum* Haloander, & alii edidere. Cap. XVIII. de ma-

(h) *L.* Apud filium. *de man. vind.*

numiſſ. vindic. (*h*) *Apud collegam ſuum Prætor manumittere non poteſt (filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere non poteſt) filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere poterit.* Sic Florentiæ ſcriptum eſt, & ita error ſcriptoris emendatus: namque id illis notis ſignificatur. Quamobrem

(i) *Accurſ. l.* 1. *de offic. conſ.*

nonnulli habent: [*i*] *Prætor manumittere poteſt.* Alii, in quibus Haloander, *apud patrem manumittere non poterit.* Sed ut vides, priori loco *manumittere non poteſt*, ſcribendum eſt; poſteriori *manumittere poterit.* Cap. XIX. qui

(k) *L.* Competit. *qui & a quib.*

& a quibus. (*k*) MODESTINUS *lib. I. regularum. Nulla competit libertas data ab eo, qui poſtea ſervus ipſe pronuntiatus eſt.* Haloander, & alii primum verbum omiſerunt. Cap. XXIII.

(l) *L.* Qui bona. §. Generaliter.

de adquirendo rer. domin. (*l*) *Generaliter dicendum eſt, quod ex re ſua, hoc eſt, ejus, cui bona fide quis ſervit, ei adquirere non poteſt, ſibi eum adquiſiturum. Quod autem non ex re ejus ſibi adquirere non poteſt: ei adquiſiturum, cui bona fide ſervit.* Haloander, & alii: *Quod autem ex re ejus ſibi adquirere non poteſt.* Accurſius ait *alii poteſt, alii non poteſt.*

(m) *L.* Quæſitum. *de ſep. viol.*

Cap. X. de ſepulchro violato: (*m*) PAPINIANUS *lib. VIII. quæſtionum. Quæſitum eſt, an ad heredem neceſſarium, cum ſe bonis non miſcuiſſet, actio ſepulchri violati pertineret? Dixi recte eum ea actione experiri, quæ in bonum, & æquum concepta eſt. Nec tamen, ſi egerit, hereditarios creditores timebit: cum & ſi per hereditatem optigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capitur voluntate, neque id capiatur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta ſit conſtitutum.* Hoc totum caput duas ob cauſas deſcripſimus, tum ut Ha-

lo-

loandri ſolius erratum emendaremus, qui, *cum ſe bonis immiſcuiſſet*, edidit: tum etiam ut conferatur cum ea parte capitis viceſimi de adquir. vel omitt. hered. [a] quam antea retulimus, cum de Græco illo, aut Judaico dicendi modo ſcriberemus. [b] Cap. XIII. de lege Cornelia de falſis: (c) *Ordine decurionum decem annis advocatum motum, qui falſum inſtrumentum cognoſcente Præſide recitavit, poſt finem temporis dignitatem reſpondi recuperare. Quoniam in Corneliam falſo recitato, non facto, non incidit.* Haloander, ut vulgo, *non facto incidis.* Cap. VI. de caſtrenſi peculio: (d) ULPIANUS *lib. XXXII. ad Sabinum. Si militi filiofamilias uxor ſervum manumittendi cauſa donaverit, an ſuum libertum fecerit, videamus: quia peculiares & ſervos, & libertos potuit habere: & magis eſt, ut hoc caſtrenſi peculio non adnumeretur: quia uxor ei non propter militiam nota eſſet.* Sic Florentiæ, & in aliis. Sed in Norico ſcriptum eſt: *quia uxor ei propter militiam nota eſt.* Cap. CLXXVIII. de verbor. ſign. [e] ULPIANUS *lib. XLVIII. ad Sabinum* (ſic enim ſcribendum eſt, non ut apud Alciatum *lib. XLVIII. ad S. C.*) *Pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc eſt omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt, qui ambigat.* Haloander edidit, *nemo eſt, qui adprobat.* Alciatus, *qui ignoret.* Hujuſmodi. ſunt alia nonnulla, quorum aliqua non ſatis integra, & incorrupta Florentiæ ſunt. Neque enim optimi illi, vetuſtiſſimique libri, a quibus omnes hi, quibus hodie utimur, emanarunt, omnibus mendis carent. Sed tamen tam multa librariorum, & temporum peccato in cæteris mendoſa reperiuntur, ut præclare de jure civili mereatur, qui ſacroſanctos illos theſauros patefecerit, & eorum opes omnibus voluerit eſſe communes.

(a) L. Pro herede. *in fin. de adq. her.*

(b) Cap. 8.

(c) L. Falſi. *de l. Cornel. de falſ.*

(d) L. Si militi. *de caſtr. pec.*

(e) L. Pecuniæ. *de verb. ſig.*

IN.

Digitized by Google

Index ſingulorum Capitum quattuor Librorum Emendationum, & Opinionum.

L I B. I.

I. DE *Florentinis Pandectis, an verum ſit ex eis cæteras eſſe exſcriptas, utque erratum in omnibus libris ſit, præpoſtere quibuſdam chartis ſcriptis, atque etiam titulis.* Pag. 7. Col. 1.
II. *Quibus locis multi negationem aut addant, aut auferent, quid in Florent. Pand. ſcriptum ſit. Et principio de Noricorum librorum erratis.* 9. 1.
III. *De eodem genere errorum in aliis libris.* 13. 1.
IV. *De inſcriptionum ſingulorum capitum utilitate, & principia de mendis ob eas effectis.* 16. 1.
V. *Cur in libris* Caii Proconſulem *Accurſiani* Prætorem *interpretentur, quantumque ea in re fallantur: ac de Cajo nonnulla.* 17. 2.
VI. *Quid in ejuſmodi inſcriptionibus ſignificet* ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium. 19. 1.
VII. *Quam multa in jure civili totidem verbis ſcripta ſint.* 20. 2.
VIII. *De aliis inſcriptionum utilitatibus.* 23. 2.
IX. *Quibus locis erratum eſſe opinemur ob verborum interpunctiones.* 25. 1.

L I B. II.

I. *Multa in Digeſtis Græco dicendi genere ſcripta reperiri.* 30. 1.
II. *Antiquitatis & elegantiæ multa in Digeſtis ignorata veſtigia.* 33. 1.
III. *De addictione & adjectione.* 36. 1.
IV. *De inſtructo & inſtrumento.* 37. 1.
V. *Quis Sobrinus, quis Conſobrinus ſit, & quis propius Sobrino.* 38. 1.
VI. *Scribendum eſſe aliquot Digeſtorum locis* decies, centies, *aut* milies. 40. 2.
VII. *Seſtertium, denariumque non recte doctos quoſdam viros æſtimaſſe; & quæ ſit conſtitutionis ultimæ de donationibus juſta interpretatio.* 41. 2.
VIII. *De aſſis & unciæ partibus.* 43. 1.
IX. *De auri, æris, argenti libro, auro, ſive ſolido, ſiliqua, & tremiſſe.* 43. 2.
X. *De centeſima uſura.* 45. 2.
XI. *De menſuris, & vaſis, & pedali menſura.* 48. 1.

L I B. III.

I. *De titulis, & Capitibus, quæ aut ſcribenda non ſunt, aut non ſuo loco ſcribuntur.* 51. 1.
II. *Aliquot Digeſtorum loca emendata, atque alia declarata, quibus de contubernalibus ſervorum mentio fit.* 56. 1.
III. *Falſo quædam dici in Tuſcis libris eſſe ſcripta.* 56. 2.
IV. *Emendandum apud Pomponium, cum de Celſi conſulatu agit,* & item, *ſcribendamque eſſe* & iterum. 59. 1.
V. *Quæ ſit inter eunuchos, ſpadones, & caſtratos differentia adverſus Accurſianos.* 59. 2.
VI. *Cætera, quæ prima parte Noricorum Digeſtorum maxime mendoſa ſunt.* 61. 1.
VII. *Quæ ſecunda parte Digeſtorum Noricorum, quæ quarta & quinta Juſtiniani Pandectarum pars continetur, emendanda eſt.* 64. 1.
VIII. *Theophili in ſervorum nominibus, & in prænominis interpretatione erratum; & ea de re multa.* 67. 1.
IX. *De emendatione tertiæ partis Noricorum Digeſtorum.* 69. 2.

L I B. IV.

I. *Pomponii locus libro tertio de legatis emendatus; quidque illic* viſceratio *ſignificet, declaratum.* 74. 1.
II. *Eodem libro* rhapſodiæ *verbum Ulpiano reſtitutum.* 74. 2.
III. *Alter Ulpiani locus emendatus, in quo pro* ſynopſi, ſi opus ſit, *legebatur.* 75. 1.
IV. *Cap. I. de Furtis emendatum, & furtorum genera, & pœnæ explicata.* Ibid.
V. *Cajus & Juſtinianus Xenophontis ſententia locupletati.* 77. 1.
VI. *Obſcuriſſimum Pauli caput, mendis ſublatis, apertiſſimum redditur: & quid* ad decimum, *&* poſt decimum Kalendarum *ſignificet, explicatur.* 77. 2.
VII. Miliarium *apud Macrum Jureconſultum reſtitutum non vulgari ſignificatione accipiendum.* 78. 1.
VIII. *Multis in locis Digeſtorum & Codicis Græcum, vel Judaicum potius dicendi genus reperiri,* illud quam *illud.* 78. 2.
IX. *Cap. LII. pro ſocio non* licitatori, *neque* pollicitori *ſcribendum, ſed* politori. 80. 1.
X. *Budæum ab Alciato merito reprehenſum, quod non intellexiſſet, quid eſſet* hoſtium potitus, *ſed & Haloandrum variaſſe.* 80. 2.
XI. Per luxuriam, *non* plurifariam *ſcribendum, cap. I. de ædilitio edicto; quidque luxuria & laſcivia ſignificet.* 81. 1.
XII. *Ulpiani locus ſub titulo de manumiſſionibus reſtitutus. Quidque* pariare, pariator, *&* pariatio *apud juriſconſultos ſignificet, declaratum.* 83. 1.
XIII. *Diem a ſexta hora noctis incipere, quo pacto intelligendum ſit aliquot juriſconſultorum reſponſis. Et de veterum horis diurnis, atque nocturnis.* 84. 1.
XIV. *Kalendis Juliis Migrationem apud veteres ſolitam fieri, aliquot juriſconſultorum locis apparet, quæ mendoſa, & obſcura circumferuntur.* 85. 1.
XV. *Quæ ſit* Captatoria inſtitutio *adverſus omnium interpretum ſententiam.* 86. 1.
XVI. *Multa Digeſtorum loca reſtituta, in quibus Græca aliquot verba deerant: aut mendoſe in Noricis libris ſcripta ſunt.* 87. 2.
XVII. *Multis locis in negationibus in vulgo editis libris: quorum fides ex Florentinis libris conſtat.* 90. 1.

AN-

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
AD MODESTINUM,
SIVE
DE EXCUSATIONIBUS
LIBER SINGULARIS.

HERENNIUS MODESTINUS juriſconſultus non contemnendæ auctoritatis, ſic enim a Gordiano Imp. appellatur, (*a*) excuſationum libros ſex græce conſcripſit, e quibus multa multis locis Juſtinianus refert: [*b*] Sed libro XXVI. & XXVII. Pandectarum quibus de tutelis tractatur, bona eorum librorum pars deſcripta eſſe videtur. Superiorum tamen temporum ignoratione factum eſt, ut quæ græce Modeſtinus clare, & eleganter ſcripſerit, repudiaverint noſtri: & Bulgari, (*c*) ſive cujus alius barbaram interpretationem ſecuti ſint. Poſtea vero, quam barbariem exuere Budæi, Alciati, Haloandri ope juriſprudentia cœpit: & alia aliorum jureconſultorum capita, & Modeſtini nonnulla ex Florentinis libris in omnes ſunt reſtituta: nuper vero etiam illa, quæ ſub titulo de excuſationibus deſiderabantur, Hervagius Baſilienſis ſolus ſcripſit: at ea, quæ libro XXVI. Digeſtorum Modeſtini ſunt, (*d*) in vulgaribus libris deſunt, quæ ſpero, Lælianis libris editis, omnes habituros. Sed quoniam non ita quidem multi ſunt, qui quantum lucis Modeſtini verbis Græca ſcriptura adferat, propter reviviſcentem nunc, neque multis notam eam linguam, cognoſcere poſſint: operæ pretium eſſe putavi, PERNOTE, hac quoque parte juris ſtudioſos juvare. Itaque hoc libello habebis ea, quæ ille conſultiſſimus vir de tutelis ſcripſit, totidem fere, aut non multo pluribus verbis interpretata, quibus addo ſententiæ declarationem ex aliis partibus juris civilis, tum etiam Accurſianorum errores inſigniores ſignifico. Quæ ſi cuiquam juvenili quodam fervore arrogantius a me ſcripta eſſe videbuntur: tibi quidem certe, qua tu eruditione & prudentia es, probaturum me mei animi candidi & ſimplicis libertatem opinor, in quam me & præceptores noſtri, & Florentini libri, & multorum annorum ſtudia vindicarunt. Sed Modeſtinum ipſum latine loquentem audiamus.

(a) *L.* Ad exhibendum. C. *ad exhib.*

(b) *L. ult. de conſt. pr. l.* Tutores. *locat. l.* Scire oportet. *ad munic. l.* Natur. *de verb. ſig.*

[c] *Accurſ. l. ult. fin. regun. l. l.* Teſtamento. *de vianum. teſt.*

(d) *L.* 1. *de conf. tut. l.* Scire oportet, *& ſeq. de tut. & cur. dat. l.* 2. *qui pet. tut.*

MODESTINUS *libro ſexto* (*e*) *excuſationum. Ut ne de his quidem tutoribus, qui confirmari poſſunt, omittamus, de his etiam breviter conſiderandum eſt.*

(e) *L.* 1. *de conf. tut.*

Hæc verba Tribonianus ſub titulo de confirmando tutore, vel curatore ſcripſit, quæ ideo a Modeſtino ſcripta fuerant, quod cum de excuſatione tutorum aliis libris tractaſſet, hoc ipſum de confirmandis tutoribus omittendum non erat. Deinde ait:

Sunt quidam, qui recte dantur teſtamento tutores, hoc eſt, & a quibus oportet, & quibus oportet, & quo oportet modo, & ubi oportet.

Idem Modeſtinus alio loco ait (*f*) contra leges dari tutores, qui non dati ſint ab his, a quibus oportuit, neque hi ſint, quos oportuit, dari, neque his dentur, quibus dari oportuit neque quomodo dari debuerunt, dati ſunt. Hermogenianus quoque libro II. juris epitomarum: [*g*] *Si quæratur*, inquit, *an ex inquiſitione recte datus ſit tutor, quattuor hæc conſideranda ſunt, an hic dederit, qui dare potuit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & is datur, cujus dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpoſitum.* Horum autem membrorum exempla infra ſcripta ſunt. *A quibus*, cum pater, non mater tutores dat: *quibus*, cum his, qui in poteſtate ſunt: *modus* is eſt, ut perſonæ tutor, non rebus detur: *locus*, teſtamentum, aut codicilli confirmati.

(f) *L.* Scire oportet. §. Qui non juſte. *de excuſat.*

(g) *L.* Naturali. *de conf. tut.*

Nam pater, inquit, *filiis, vel nepotibus, quos habet in poteſtate, recte dat tutorem in teſtamento tamen. Si vero ea perſona ſit, quæ dare non poteſt, mater puta, vel patronus, vel extraneus quivis, aut ei, cui datur, dari non poſſit, ut a patre filio, vel filiæ, qui non ſunt in poteſtate, aut ſi ſcriptum ſit, Rogo te, ut illas res cures, aut codicillis non confirmatis tutor, aut curator datus ſit, conſtitutiones permiſerunt quod deeſt, Conſulari poteſtate ſuppleri, & tutores ſecundum teſtatoris voluntatem datos confirmari.*

Hæc verba apertiora ſunt, quam ut ullam interpretationem deſiderent: barbarus tamen interpres ea nimia religione obſcuraverat. Ea vero ratione tutor illis verbis *rogo te ut illas res cures*, non recte datur, quoniam certæ rei, vel cauſæ tutor dari non poteſt, quippe qui perſonæ, non rei datur. (*h*) Conſularem autem poteſtatem confirmaturum tutorem ſcribit, propter veterem morem, qui libro II. inſtitutionum

(h) *L.* Certarum. *& ſeqq. de teſt. tut.* §. Ad certum. *inſt. qui teſt. tut. d.* §.

Digitized by Google

(a) §. Sed ex his. *de Atil. tut.*

num ab Juſtiniano relatus eſt. (a) Nam, Attiliano & Titiano tutore ſublato, Conſules tutores ex inquiſitione dare cœperunt.

Et ſiquidem pater erat, qui dedit, plerumque ſolet non inquirere Præſes, ſed ſimpliciter confirmare: Si vero alius, diligenter inquirit, an idoneus ſit.

Plerumque inquit; nam ſi naturali filio, cui nihil relictum eſt, tutor detur, non ſine inquiſitione confirmatur, (*b*) aut ſiquid ex his, quæ Tryphoninus notat, (*c*) locum habeat: hoc autem verbum vulgo deſideratur.

[b] L. Naturali. *de conf. tut.*
[c] L. In confirmando. *eod.*

Præterea ſcire oportet curatorem teſtamento ne a patre quidem recte dari, ſed datum confirmari a Præſide ſolere.

Idem Juſtinianus ſcribit lib. I. Inſtitutionum: [*d*] *Curator*, inquit, *teſtamento non datur, ſed datus confirmatur decreto Prætoris, vel Præſidis*: & Conſtantinus libro V. titulo XI. epitomarum.

(d) *Inſtit. de curat. in princ.*

[e] L. Scire oportet. *de tut. & curat.*

SUb titulo de tutoribus & curatoribus [*e*] datis caput XXI. in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

IDEM *libro primo excuſationum. Scire oportet magiſtratus, non oportere curas minorum mulieribus committi. Si mater ea condicione ſcripſerit filios heredes, ſi liberati fuerint patria poteſtate, liberatis his, & ob id heredibus, ipſe pater curator creari, etiam ſi velis, non poteſt, ne alia via, quod teſtatrix fieri noluit, fiat; & hoc ita a D. Severo conſtitutum eſt. Sed & ſiquis a parentibus prohibeatur tutor eſſe, creandus non eſt: quod ſi fuerit creatus, neque ſe excuſaverit, prohibendus eſt, exiſtimatione quidem ſalva, tutelam gerere.*

Explicavit nobis hunc locum inepte antea ſcriptum doctor noſter Alciatus lib. II. (*f*) Parergon, cui addendum videtur, quod Ulpianus ſcribit lib. XXXV. ad edictum: [*g*] *Qui ob ſegnitiam, vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel ineptiam remotus ſit: in hac cauſa eſt, ut integra exiſtimatione tutela, vel cura abeat.* Utroque autem loco exiſtimationis periculum eſt, quoniam tutela remoti notabantur. (*h*)

(f) Cap. 29.
[g] L. 3. *in fin. de ſuſp. tut.*
(h) L. 1. *de his qui not.*

Qui in legatione ſunt, non ſunt a magiſtratibus tutores, aut curatores creandi: nam dum legatione funguntur, ad eos periculum non pertinet. Si provincialem hominem legatum magiſtratus Romæ dederit tutorem, liberabitur.

Exiſtimo ego, ſuperiori membro de eo, qui Romæ, aut alio in loco eſt legatus, ne a provinciali magiſtratu tutor detur, ſcribi: poſteriori, ne a Romano. Sed Accurſiani barbarum interpretem ſecuti præfectorium hominem, non provincialem; & Romanum principem, non magiſtratum ſcribunt. Sunt autem provinciales qui in provincia domicilium habent, ut Ulpianus definit: (*i*) non qui ex provincia oriundi ſunt, hoc eſt, non qui in alio tantum loco domicilium habent. Neque enim Alciati noſtri interpretationem probo, ut oriundi ſoli illi ab juriſconſultis appellentur, quorum majores illic orti ſunt. [*k*] Hac ſignificatione ſub titulis de officio Proconſulis, & Præſidis provinciales accipiuntur (*l*) pro his, qui in provincia nati, altive ſunt, aut domicilium habent. Sed & cives Romani, qui in provinciis negotiarentur, eo nomine a Cicerone in eleganti illa de provincia regenda ad Q. Fratrem epiſtula, aut libro potius, dicuntur: Sed hoc loco a Modeſtino hi, qui cum ex provinciis eſſent, Romam legati veniſſent, provinciales appellantur. Paulus quoque lib. XXVIII. ad edictum ait: (*m*) *Qui non compelluntur Romæ judicium accipere, nec jurare compellendi ſunt: ut legati provinciales.* De eiſdem intelligenda ſunt, quæ ſub titulo de judiciis, (*n*) de legatis ſcribuntur, & ſub titulo de legationibus, & ut hic ἐπαρχικὸν ἄνθρωπον, ſic Ulpianus lib. LX. ad edictum: (*o*) *Quid ſi homo*, inquit, *provincialis ſervum inſtitorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat?* Eadem ſignificatione apud C. Plinium minorem libro II. & IX. ut opinor, epiſtularum reperire idem verbum licet. Illud igitur tenendum eſt, hoc loco de eo, qui legationis cauſa Romam venerit, agi. De Romano vero magiſtratu, non de principe ſcripſiſſe Modeſtinum miror quemquam dubitaſſe: cum τὸν ἄρχοντα hoc ipſo capite magiſtratum ſæpius appellet; & capite XIII. (*p*) ad extremum de excuſationibus: aliis autem locis ſolet bonus ille interpres Præſidem appellare; [*q*] ſed & principem vertit XV. capite. (*r*) Magis mirandum eſt, Prætorem Haloandrum in quadam Hadriani conſtitutione (*s*) vertiſſe: nam Alciatus, (*t*) qui eadem conſtitutione de Athenienſi magiſtratu agi exiſtimat, nomen ipſum eſt ſecutus, quo nec Cicero abſtinuit; ſic enim ſcribit: *Semper verum fuit, morietur Epicurus cum duo & ſeptuaginta annos vixerit Archonte Pytharato.* Ego vero & in illis Hadriani litteris, & apud Modeſtinum ſemper de magiſtratibus tractatum eſſe cenſeo. Deinde Modeſtinus ſcribit:

(i) L. Provinciales. *de verb. ſign.*

[k] *arg.* L. 3. C. *de nat. lib.* l. Divi. *dig. de tut. & cur. dat.* l. Juris peritor. *de excuſ.* l. Si quis officium. *de ritu. nupt.* l. Aſſumptio. *ad mun.* l. Relegator. §. Interdicere. *de int. & rel.*
(l) L. Obſervare. l. Si in aliam. l. Meminiſſe *de offic. Proconſ.* l. Obſervandum. *de off. Præſid.*
(m) L. Tutor. *in fin. de jurejur.*
(n) L. 2. l. Siquis in legation. *de judic.*
(o) L. Heres abſens. §. Apud Labeonem. *eod.*
(p) L. Scire oportet. *in fin. de excuſ.*
[q] *eod.* L. §. Qui autem. *&* l. 1. *eod.*
(r) L. Spadonem. §. Civitatis.
(s) L. Pars litterarum. *de judic.*
(t) *Alciat. lib. 4. cap. 6. diſpunct.*

Inter cæteras cauſas magiſtratum oportet creandorum mores animadvertere: neque enim tam facultates, aut dignitas apta ſunt ad fidem eis habendam, quam vitæ inſtitutum decens, & mores probi.

Pro *vitæ inſtituto* alii *electionem*, aut *voluntatem* ſcribunt: ſed hæc eſt juriſconſulti ſententia, ut an, recte vitam inſtituerit, inquiratur. Qua de re Theophilus & Conſtantinus Græci conſulti prudenter ſcribunt, (*u*) inquirendum eſſe, *ut modeſti ſint, non egentes, non orbi, non vagi: ſed locupletes, & qui norint pueros educare, & eas ſedes ament.* Denique ait:

[u] *Theoph. inſt. de ſatiſd. tut. in princ. &* §. Sed ex his. *de Atil. tut. Conſtant. lib.* 5. *tit.* 11. *prochiri.*

Semper autem hoc maxime magiſtratus obſervent, ne creent eos, qui ſe ingerunt, ut creentur, aut ob id pecuniam dant, quos pœnæ quoque obnoxios eſſe conſtitutum eſt.

(x) §. Item tria. *inſt. de excuſ.*

Has adſectatas tutelas appellare ſolemus, [*x*] quæ in numerum earum, propter quas tutor excuſatur, non veniunt. (*y*) Sed hæc Accurſiani docte, ut multa.

[y] *Cognitum. tut.* l. Et qui non ſunt. *de tut. cur. dat.*

IL-

Digitized by Google

ILlud interpretis errore commiſſum eſt, ut proximum caput nemo intelligeret; eſt autem id Florentiæ ſcriptum hoc pacto:

IDEM *libro quinto excuſationum.* καὶ οἱ μὴ βουλευταὶ βουλευτῶν παισὶ χειροτονοῦνται ἐπίτροποι, ὥσπερ καὶ βουλευταὶ τοῖς μὴ ἐκ βουλευτῶν. Quæ ita arbitror verti debere:

Qui non ſunt decuriones decurionum liberis tutores creantur, quemadmodum decuriones quoque non decurionum liberis.

Antea non *decuriones*, ſed *ſenatores*, aut *conſiliarios* ſcripſerunt: cum dubitandum non ſit, decuriones βουλευτὰς eſſe. Sic enim Juſtinianus, cum duas conſtitutiones de eadem re græce & latine ſcripſiſſet, altera decuriones, altera βουλευτὰς appellat. (*a*) Et Plinius ad Trajanum de *bule* & *buleutis* Bithyniæ ſcribit, cui Trajanus de *decurionibus* reſcribit: Haloander quoque quoties in Juſtiniani Novellis in ejuſmodi verbum incidit, incidit autem ſæpe, [*b*] toties *decuriones*, aut *curiales* vertit. E contrario Theophilus libro I. & III. inſtitutionum: (*c*) Senatores vero a Modeſtino συγκλητικοὶ dicuntur cap. XV. de excuſationibus [*d*] & ſenatus σύγκλητος cap. I. quo loco de eorum excuſatione ſcribemus. Eo autem nomine a Theophilo, Conſtantino, Haloandro, & Plutarcho ſæpe appellantur. Non tamen infitior, curiam & ſenatorum & decurionum fuiſſe. Cum enim decuriones, ut Pomponius ait, (*e*) ex eo dicti ſint, quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars colonorum conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit: & nihil decuriones in coloniis, aut municipiis a ſenatoribus Romanis differrent: (*f*) mirandum non eſt, ſi in ſimili re ſimilibus nominibus uterentur. Sed & eadem ratione ſunt ex Græcis, qui βουλευτὰς ſenatores appellent, & τὴν βουλὴν ſenatum: tamen hoc a jureconſultis, & a Juſtiniano uſurpatur. Atque ita arbitror hoc capite de decurionibus tractari, quos municipales ſenatores appellare poſſis: XV. de excuſationibus (*g*) de ſenatoribus Romanis.

[a] *L.* 2. §. Cætera. *C. de vet. jur. enucl.*
(b) *Nov.* 38. 49. 87. *civ. cli. auth. ut ord. præſ.*
(c) *Theoph. inſt. de nupt.* §. *ult.* & §. Quibus. *de her. quæ ab inteſt.*
(d) *L.* Spadonem. *in princ. de excuſ. l.* 1. *eod.*
(e) *L.* Pupillus. §. Decuriones. *de verb. ſign.*
(f) *d. Novella* 38.
[g] *d. L.* Spadonem. *in princ.*

SUb titulo vero qui petant tutores, [*h*] caput ſecundum in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

(h) *L.* 2. *qui pet. tut.*

IDEM *libro primo excuſationum. Si minores non habeant legitimos defenſores: ſiquidem tutoribus egeant ob impuberem ætatem, poſſunt cognatione, aut adfinitate propinqui parentibus eorum maſculis, aut feminis petere, ut eis tutores conſtituantur.*

Minores hoc loco etiam impuberes appellantur, paulo poſt puberes quidem ſolum, ſed XXV. annis minores, quibus curator datur. Poſtea ait:

Poſſunt id quoque parentium amici, & ipſorum puerorum educatores. Sed alii libera voluntate petunt, alii id facere coguntur, mater puta, & liberti. Namque illa, niſi legitimos liberis defenſores petat, damno, hi pœna plectuntur.

Quod damnum, quæve pœna hæc ſit, expreſſum eſt.

Etenim, inquit, *mater expellitur a legitima filii hereditate, tamquam indigna ex ejus bonis legitimam portionem conſequi, cui tutorem quærere neglexerit. Neque ſolum ſi non petat, ſed & ſi quem petat, defunctorie petat, utpote eum, qui ſe poteſt excuſare, vel eo poſtea aut excuſato, aut rejecto, alium non petat, vel dedita opera malos petat.*

Quod nos *defunctorie* ſcripſimus, Modeſtinus ὁσίας χάριν ſcribit, quod barbarus *pietatis gratia* fuerat interpretatus, unde *pravitatis* in Norico libro eſt; ineptiſſime utrumque. Nos Budæum non malum hujus rei auctorem habemus, (*i*) & quod præſtat, Ulpianum, cujus libro III. ad Sabinum verba ſunt hæc: (*k*) *Non ſolum autem quæ non petiit, coercetur: ſed & quæ defunctorie petiit, ut reſcripto declaratur, vel privilegio munitum, vel oneratum tribus puta tutelis, ſed ita demum ſi data opera hoc fecit.* Ejus reſcripti verba paulo poſt a Modeſtino referuntur, quæ etiam apud Ulpianum reperimus: (*l*) Imperatores quoque Severus, & Antoninus Pompejano reſcripſerunt: (*m*) *Si tres tutelas, vel curas eodem tempore non defunctorie ſuſceptas adminiſtras, onere quartæ tutelæ, ſeu curationis pupillorum, ſeu adoleſcentium non gravaberis.* Recte enim Budæus interpretatur tutorem petitum, aut tutelam, ut petendi munere defungerentur. Marcianus *prævaricatorem*, inquit, [*n*] *eum eſſe oſtendimus, qui colludit cum reo, & translaticie munere accuſandi defungitur*; ſic enim ſcribendum eſt in aliis quoque Digeſtorum locis (*o*) non *translative*, ut ille exiſtimat, in quo verbo *translatio* ſumpta eſt ab edictis Prætorum *translaticiis*, in quibus nullam curam adhibebant. Hoc idem *perfuſoriæ* dicitur, (*p*) & *luſoriæ*, [*q*] & *dicis cauſa*. (*r*) Hoc quidem extremum alio loco de Lælii noſtri ſententia explicavimus, [*s*] quod optime vim Græci ſermonis exprimit. Non minus erratum eſt in ſimili dicendi genere cap. XIII. de excuſationibus (*t*) in ἀφοσιώσεως χάριν, de quo illic agemus. Hic itaque dicitur matrem legitima filii hereditate carituram, ſi tutorem ei non petierit, aut leviter petitione functa ſit. Deinde ait:

(i) *Bud. d. l.* Ex empto. §. Emptorem. *de action. empt.*
(k) *L.* 2. §. Non ſolum. *ad S.C. Tertyll.*
(l) *ead. l.* 2. §. Si mater.
(m) *L. unic. C. qui num. tut.*
(n) *L.* 1. §. Prævaricatorem. *ad S.C. Turp.*
(o) *L.* 1. *de jure patr. l.* Si patroni. §. Sed nec. *ad S.C. Treb.*
(p) *L.* Aut qui aliter. *in princ. quod vi aut clam. l.* Qui libertatis. §. Sed & ſi quis. *de evict.*
(q) *L.* Si ſervus plurium. *de legat.* 1.
(r) *L.* 1. *in fin. de S. C. Sylan. l.* 4. *comm.*
(s) *lib.* 2. *cap.* 2. *emend.*
(t) *L.* Scire oportet. §. Sufficit. *de excuſ.*

Liberti vero apud Præſidem ob hanc cauſam accuſati graviter puniuntur, ſi id negligentia, aut vitio omiſiſſe videantur.

Malitiam alii pro *vitio* ſcribunt. Sed Cicero libro III. de finib. & IV. Tuſculanarum quæſtionum ait, κακίαν vitium, non malitiam ſignificare.

Quæ de matre ſcripta ſunt, Severi epiſtula conſtant, cujus verba infra ſcripſimus. Divus Severus Cuſpio Rufino. Omnem me rationem adhibere ſubveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo. Et ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis, rejectiſve, non confeſtim aliorum nomina dederit, jus non habeat vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum.

Hoc reſcriptum Latine ſcriptum eſt, cujus bona pars ab Ulpiano refertur, (*a*) ut antea ſcripſimus. Quod vero hic additur in multis libris, ſed & apud Paulum libro VII. *ita reſponſum eſt*: Florentiæ non eſt. Sumptumque eſſe videtur ex alia hujus capitis parte, quæ etiam Latine ſcripta eſt. Deinde Modeſtinus ſcribit:

(a) *L.* 2. §. Si mater. *ad S. C. Tert.*

Sane ſiquis aut creditor, aut legatarius ſit, aut qui aliam habeat neceſſariam cum pupillo contentionem, non ipſe petet ei tutorem, ſed eos rogabit, qui petere poſſunt, ut petant, aut ſi ipſi petitionem tardabunt, adito tum Præſide, rem totam explicabis, ut, conſtituto legitimo tutore, lis cum pupillo habeatur.

Inepte antea *fænerator* pro *creditore* ſcriptum eſt, quoniam uterque a Græcis δανειστὴς appelletur. (*b*) *Contentionem* vero σύστασιν Modeſtinus vocat, quod verbum expreſſum eſſe videtur Antonini conſtitutione [*c*] cujus verba ſunt hæc: IMP. ANTONINUS *A. Chryſanthæ. Admone adoleſcentem, adverſus quem vis conſiſtere, ut curatores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundum juris formulam conſiſtas: qui ſi in petendis his ceſſabit, potes tu competentem judicem adire, ut in dandis curatoribus officio ſuo fungatur.* In eadem ſignificatione alii quoque eodem verbo uſi ſunt. (*d*)

[b] *Nov.* 4. 60. 32. *auth. ut def. ſeu fun. & auth. nullum cred. agric.*
(c) *L.* 1. C. *Qui petant tutor.*

Et hæc quidem de tutoribus. Curatores vero ipſi ſibi minores petent,

(d) *L.* Vix certis. *de Judic. l.* Grege. §. Et in ſuperficiariis. *de pign. l.* Si bonæ fidei. *de her. pet. l.* 2. C. *de action. empt.*

Hæc verba ad hujus capitis initium referenda ſunt, quo dicitur, *ſi minores defenſoribus indigeant*, & poſtea de tutoribus pupillis petendis tractatum eſt: nunc de curatoribus adoleſcentium dicendum, qua in re miror Accurſium labi. Deinde:

Petent, inquit, *ſi adſunt per ſe, ſin autem quis abſit per procuratorem. Sed an alius petere curatorem poſſit, quæritur? Et optimus Ulpianus ita ſcribit, quaſi neceſſe ſit ipſum ſibi petere, neque alius poſſit.*

Hoc eſt, quod illa Antonini conſtitutione, cujus verba modo rettulimus, dicebatur. Nam quod a Modeſtino dictum erat, ut qui litem inchoare cum pupillo vellet, cum his, qui petere poſſent, ageret, ut peterent: id Antoninus cum ipſo adoleſcente, ut tractetur, jubet. Honos vero Ulpiano a Modeſtino habetur: aliquot enim locis κράτιστος, hoc eſt *optimus*, aut *præſtantiſſimus* appellatur, (*e*) & cum Paulo, & Scævola *juriſconſultorum princeps*, (*f*) ſed nuſquam recte ſcriptum eſt: ſunt enim qui *nobilem*, ſunt qui *nobiliſſimum*, & qui *egregium* ſcribant pro *optimo*; & *verticem*, aut *veterem* pro *principe*, aut *coryphæo*. Alexander Imperator Domitium Ulpianum Præfectum Prætorio, parentemque vocat. [*g*] Juſtinianus diſertiſſimum, (*h*) & ſummi ingenii virum, (*i*) Diocletianus prudentiſſimum, (*k*) & ſane nihil non Ulpiano deferendum eſt; nihil enim dici poteſt ejus interpretationibus edicti aut elegantius, aut prudentius. Cujus ſtudioſus Modeſtinus fuit: (*l*) quamobrem mirandum non eſt, ſi ejus auctoritatem magnam eſſe putat. Poſtea Latine ait:

(e) *L.* 2. *in fin. & l.* Diximus. *de excuſ.*
[f] *L.* Scire oportet. §. Aliud. *eod.*
(g) *L.* Ex Divi. C. *locat.*
(h) *L. ult.* C. *de inſtit. & ſubſt.*
[i] *L. un.* §. Ne autem. C. *de cad. toll.*
(k) *L.* Divo Marco. C. *de quæſtion.*
(l) *L.* Si quis uxori. §. Si quis aſinum. *de furt.*

Et apud Paulum libro nono Reſponſorum ita relatum eſt. Curatorem, ignorante, nec mandante pupilla, non recte ei a tutore petitum videri, periculumque eorum, quæ curator non jure datus geſſit, non ſine ratione eum, qui petit, cogendum agnoſcere.
Item Latine:

Et alia parte ejuſdem libri ita reſpondit. Si matris judicium princeps ſecutus, curatores filiæ ejus dedit, periculum adminiſtrationis eorum eam reſpicere debere.

Hæc arbitror a Triboniano addita fuiſſe: neque enim credendum eſt, Modeſtinum, dum græce ſcriberet, latine quædam ſcripſiſſe. Quæ poſtea dicuntur ab Haloandro, non recte in aliud caput ſeparantur, ut ex Modeſtini libro III. excuſationum ſumpta. Sed Florentiæ conjuncta ſunt. Quorum ſententia hæc eſt:

Qui quomodocumque per excuſationem tutela liberati ſunt, non habent neceſſe tutorem pupillis petere, ut Severi & Antonini conſtitutione continetur.

Hæc ſunt, quæ libro XXVI. Digeſtorum referuntur.

NUnc ad initium Modeſtini librorum revertamur, quod eſt libro XXVII. ſub titulo de excuſationibus (*m*) in hanc fere ſententiam:

(m) *L.* 1. *de excuſat.*

MODESTINUS *libro primo excuſationum. Herennius Modeſtinus Ignatio Dextro. Utiliſſimum, ut mihi videtur, opus confeci, quod inſcripſi De tutelæ & curæ excuſatione, idque ad te miſi, in quo quantum potui aperte eum tractatum explicavi docens Græce noſtra jura, quæ quam difficulter vertantur, non ignoro.*

Liberius hæc vertenda eſſe duximus, ut eas tenebras vitaremus, in quibus Accurſiani, interpretis vitio, verſantur. Sed illud male factum eſt, quod ignorare videntur, Græce hæc Modeſtinum ſcripſiſſe, qua lingua non facile tractari jus civile poterat. Sunt enim verba quædam a noſtris uſurpata, quæ ne Latini quidem homines ſatis noverant: ut *dominium*, *legatarius*, *mandatarius*, *donatarius*, *ſuus heres*, & ejuſmodi artis vocabula: quibus Græci nonnumquam utuntur pro ſuis. His plenæ ſunt Juſtiniani conſtitutiones, Theophili, & Conſtantini, aliorumque Græcorum libri. Nam ut Latini conſulti *hypotheca*, *chirographo*, *emphyteuſi*, *ſitonia*, *heremodicio*, atque aliis Græcis nominibus utuntur, ſic Græci κουράτορα, & κουρατορεύειν dicunt, ἐξκουσατίονα, πάτρωνα, λεγατάριον, & ſexcenta ſimilia. Hoc eſt, quod Modeſtinus ait difficultatem ei feciſſe. Deinde ſcribit:

Dumque ea explico, addo ſicubi opus eſt, ipſa legum verba, ut his, qui dicendi, & legendi uſum habent, hoc deſiderantibus perfectum auxilium præſtare poſſimus.

Ipſa legum verba. Leges a Modeſtino relatas nullas ſcio, ſed conſtitutiones Græcas atque Latinas, item ex Ulpiani ac Pauli libris quædam. Quamobrem arbitror hujuſmodi leges appellare:

ut

Digitized by Google

ut nonnumquam ab Juſtiniano, atque aliis appellantur. [a]

(a) *L.* 2. §. Tanta. C. *de vet. jur. en. l.* Hac edictali. C. *de ſec. nupt. l.* 2. C. *de ſent. exper.*

Principio igitur dicendum eſt, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis magiſtratus ingenuos tutores, aut curatores non dent, præter quam ſi maxima inopia ſit eo loci libertorum. Jubet enim Divi Marci oratio, ut libertinis, qui in eodem oppido ſint, liberti dentur.

Libertini ſunt, qui ex juxta ſervitute manumiſſi ſunt. [b] Eſt autem hoc nomen ejus condicionis hominum, ut ingenuorum. Liberti illi ipſi homines ſunt, ſed ad patronos refertur hæc appellatio. Eſtque inter hæc ſimilis differentia illi, quæ inter filium & filiumfamilias eſt, item patrem, matrem, & patremfamilias, matremque familias: nam cum familiam patri, aut matri addimus, eum, eamve ſignificamus, qui ſui juris eſt: (c) cum ſimpliciter patrem dicimus, aut matrem, ad filios id verbum referimus. Sic filium dicentes non condicionem ejus oſtendimus, qui in alterius poteſtate ſit, ut cum filiumfamilias dicimus, ſed alicujus filium eſſe ſignificamus. Quamobrem non recte Politianus ἀπελευθέροις pro ἀπελευθερικοῖς, quod Florentiæ eſt, bis ſcripſit: unde error ad Hervagianos libros manavit. Poſtea ait:

[b] L. Libertini. *de ſtat. hom. inſtit. de liber. in princ.*

[c] *L.* Pronuntiatio. §. Familiæ. *de verb. ſign.*

Sed ſi deſit ingenuus, Divus Severus minoribus conſulens reſcripſit, obnoxium fore tutelæ, niſi intra conſtitutum tempus allegaverit excuſationem.

Hujus reſcripti verba in conſtitutionum Codice [d] referuntur hæc. IMPP. SEVERUS ET ANTONINUS *AA. Criſpino. Excuſationis quidem tuæ, ſi ingenuus libertino tutor datus es, certa cauſa eſt. Sed cum ſe Præſes provinciæ audiendum non putaverit propter præſcriptionem, quaſi tardius adires, nec a decreto provocaveris, intelligis parendum eſſe ſententiæ.* Ex qua conſtitutione agnoſcere licet Accurſianorum opiniones de rationibus reddendis, & excuſatione non accipienda, ob ineptam interpretationem Græcorum verborum creatas eſſe. Si enim ſibi conſtare voluiſſet interpres, δικαιολογίαν *excuſationem* aut *allegationem* appellaſſet, ut capite quarto & XIII. [e] ἐν προθεσμίᾳ quoque non *juſte* vertiſſet, ſed *conſtituto tempore*, ut eodem tertiodecimo capite *crebro* pro *quo* eleganter Severus præſcriptione uſus eſt. Denique ait:

(d) *L.* 3. C. *de excuſ. tut.*

(e) L. Diximus. *l.* Scire oportet. §. Aliud. *ſupra eod.*

Non licet ſponſo ſponſæ curatorem eſſe, ut ſenatus cenſuit, creatus autem hic, removendus eſt.

Quæ verba nullam habent difficultatem.

CAput alterum ita vertimus: [f]

[f] *L.* 2. *de excuſ.*

IDEM *libro ſecundo excuſationum. A tutela & cura excuſantur, qui ſeptuaginta annos exceſſerunt.*

Idem Iuſtinianus ſcribit libro primo inſtitutionum: (g) *Major*, inquit, *ſeptuaginta annis a tutela & cura ſe poteſt excuſare*: Et Impp. Severus & Antoninus Severo reſcripſerunt: (h) *Pater tuus ſi major eſt annis LXX. ad tutelam, vel curam devocatus, excuſare ſe ſollemniter poteſt.* Quibus locis cum excuſationis verbum viderim, nolui ἀφίενται *liberantur*, aut *ſolvuntur* vertere: ſed *excuſantur*, ut vetus interpres. Quamquam is ſæpe remittendi verbum huic ſubſtituit: & ἄφεσιν *remiſſionem* appellat, quam nos libenter vacationem appellamus.

(g) §. Item major. *inſtit. eod.*

(h) *L. un.* C. *qui ætate ſe excuſ.*

Exceſſiſſe autem eos oportet tum, cum creantur, aut cum hereditas adita eſt, aut cum condicio teſtamento ſcripta impleta eſt, non intra excuſationis tempora eam ætatem implere, quæ probatur aut natalis diei ſcriptura, aut aliis legitimis probationibus.

Aditam hereditatem etiam a neceſſario herede intelligendum eſt, quod *immiſcere ſe* malunt noſtri dicere. Deinde ait:

Liberorum quoque multitudo a tutela, & cura excuſat. Omnes tamen liberos legitimos eſſe oportet, & ſi in poteſtate non ſint, atque tum vivere, cum patres eorum tutores dantur. Nam qui antea mortui ſunt, non numerantur inter liberos, neque etiam nocent, qui poſtea moriuntur. Quod D. Severi conſtitutione cavetur; quæ quamvis de eo tutore loqui videatur, qui teſtamento datus eſt, tamen aptari ad quemcumque alium poteſt.

Non hæc illa conſtitutio eſt, quæ ſub titulo Qui numero liberorum ſe excuſant, extat. (i) Ea enim ſolum dicitur eum, qui ad tutelam, vel curam vocatur, ſi Romæ tres liberos, aut in Italia quattuor, in provincia quinque habeat, excuſari: quod etiam Juſtinianus in inſtitutionibus ſcribit. (k)

(i) *L.* 1. C. Qui numer. *lib. ſe excuſ.*

(k) *in prin. inſtit. de exc. tut.*

Qui in utero eſt, & ſi in multis juris partibus æquiparatur jam natis, tamen neque in hac quæſtione, neque in cæteris civilibus muneribus prodeſt patri. Quod etiam Divi Severi conſtitutione cavetur.

Eſt hoc ſatis cognitum, eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, cum de ipſius jure quæritur: aliis non prodeſſe. (l)

(l) L. Quod dicimus. *de verb. ſig. l.* Qui in utero. *de ſtat. hom.*

Non ſolum autem filii, & filiæ vacationem tutelæ adferunt: ſed & nepotes, & neptes ex filiis maribus. Juvant vero hi, cum eorum pater mortuus eſt, & ipſi ejus locum ſupplent avo: qui licet plures ſint ex uno filio pro uno numerantur. Colligere licet hæc ex conſtitutionibus, quibus de liberis tractatur. Neque enim facile conſtitutionem reperies, quæ de filiis, non de liberis ſcripta ſit. Liberorum autem appellatio ad nepotes extenditur.

Liberi a Græcis τέκνα καὶ παῖδες appellantur, filii υἱοὶ: quod Modeſtinum obſervare animadverti. Erravit autem noſter interpres ſub titulo de verborum ſignificatione, (m) cum eadem hæc verba in natis locum habere putavit, cum hoc loco recte ſcripſiſſet liberos. Sed & hic cum de filiorum multitudine ſcribit, (n) *liberorum* ſcribendum erat, ſed paulo poſt. Item XIV. capite (o) recte τοὺς παῖδας liberos appellat, quod etiam Theophilus ſecutus eſt. (p) Itaque cum ex hoc loco ille ſub titulo de ver-

(m) *L.* Natorum. *de verb. ſign.*

(n) *L.* 2. §. 1. *in princ. de excuſ.*

(o) *L.* Libertum. *eod.*

(p) *Theoph. in inſtit. eod. in princ.*

 bo-

borum ſignificatione ſumptus ſit, utroque loco liberorum appellationem ad nepotes extendi intelligendum eſt. Reſtituit eum locum Alciatus noſter, (a) ſed cum his Græcis Modeſtini verbis careret, non agnovit hinc eſſe ſumptum, quod & verba, & inſcriptio oſtendunt.

[a] *Alciat. lib. 4. cap. 10. diſpunct. & d. l. natur.*

Sed numerum liberorum conſtitutionibus decretum jam tum eſſe oportet, cum creatur, non etiam ſi poſt creationem nati ſunt ante, quam cauſas excuſationis allegaverit. Nam qui poſtea nati ſunt, nihil juvant, ut Severi & Antonini conſtitutione ſcriptum eſt.

Hæc verba vulgo manca circumferuntur; qoamobrem Aceurſius, ejuſque diſcipuli mirandum in modum inutilia ſcribunt: noſtra interpretatio nullam habet difficultatem: ut ne his quidem, qoi Græce norint, Modeſtini verba. Deinde ait;

Præterea qui tres tutelas, aut tres curas habent, aut tria onera mixtarum tutelarum cum curis, & hæ non ſint ætate minorum finitæ, habent excuſationem, ſi ad quartam tutelam, aut curam vocentur.

Mixtarum, inquit, *tutelarum*, hoc eſt tutelas duas curam unam, aut duas curas tutelam unam; quamvis ſiquis ad verba adhæreſceret, quod vetus interpres facit, ſex onera exiſtimaret. Sed illud Modeſtino, Ulpiano, Severo, & Juſtiniano probari videtur. Quod vero ait, *ſi ad quartam*, in Florentino libro ſcriptum fuerat εισ τεγχρτῶ, ſine ullis accentus notis, ut omnia, quæ ſcripta ſunt græce: item ſyllabæ omnes, & verba conjuncta ſunt. Sed recens emendator notis verba ſeparavit ita εἴτε γχρτὴς, quod in Politiani libro, & eo exemplo, quod ad Alciatum noſtrum miſſum eſt, unde Hervagius habuit, ſcriptum vidimus. Recte autem ab Hervagio ſcriptum eſt εἰς τετάρτω, quod unius litteræ mutatione fieri in Florentini libri antiqua ſcriptura potuit; id tamen antiquum interpretem ſefellit. Sed hæc ſane optima emendatio eſt, cui convenire videtur, quod capite tertio (b) Modeſtinus ſcribit, dixiſſe ſe tres tutelas habentes ad quartam non eſſe vocandos. Sed & Severi conſtitutio, cujus hic mentio fit, ita ſcripta eſt: (c) *Si tres tutelas, vel curas eodem tempore non defunctorie ſuſceptas adminiſtras: onere quartæ tutelæ, ſeu curationis pupillorum, ſeu adoleſcentium non gravaberis.* Additur id, quod a Modeſtino quoque relatum eſt: *Finito autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adoleſcentium, aliæ ſubſtitui poſſunt, licet nondum ratio tutelæ, ſive curæ adminiſtratæ reddita ſit.* Rationis a Modeſtino mentio facta non eſt, ſed cum ætate minorum adoleſcentium ſcilicet, aut pupillorum finiri tutelam, aut curam dicat, id ſatis eſſe videbitur. Quod vero Severus non defunctorie ait, Juſtinianus apertius, minus tamen eleganter: (d) *Item tria onera*, inquit, *tutelæ non affectatæ præſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur, ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorumdem bonorum veluti fratrum pro una computentur.* Sed hac de re Ulpiani verba adferentur. Ad Modeſtinum redeamus.

(b) *L. 3. in princ. de excuſ.*

(c) *L. un. C. qui num. tut. ſe excuſ.*

(d) §. *Item tria inſt. eod.*

Sed & ſiquis, inquit, *non minoris, ſed furioſi curator ſit, hujus quoque curæ ratio habenda eſt, ut in numero curarum computetur. Quæ ita ſe habere, Severi & Antonini conſtitutio docet.*

Ea quidem pars, qua de furioſi cura dicitur, hodie non extat, cætera ſcripſimus. Quod vero minoris hic curam, non impuberis, ut vulgo nimis inepte, ne dicam imperite, circumfertur, intelligere debeamus, græcum verbum ἀφήλικος facit: quo Modeſtinus XXV. annis minores appellat, non impuberes, ut multis locis barbarus interpres putat; quod Accurſianos omnes vehementer torquet. Nam bonus ille interpres cap. I. (e) τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος *impuberum curam habens*, & octavo (f) στρατιώτῃ ἀφήλικος κουράτωρ δοθήσεται, *militi impuberi curator dabitur*, vertit. Et cap. X. (g) ἐὰν ἀπελεύθερος δοθῇ ἀφῆλιξ ὑπὸ πάτρονος ἐπίτροπος, *Si libertus impubes dabitur a patrono curator.* Sic enim ſcripſit, cum *minor*, & *tutor* fuiſſet ſcribendum. Sed & in eodem verbo poſtea bis errat. Quos errores ut noſtri tueantur, quantas (dii boni) tragœdias excitant? Idem addunt hoc loco, prodigi curam, cujus a Modeſtino mentio non fit. Poſtea ait:

(e) *L. 1. de excuſ.*

(f) *L. Sed & milites.* §. *Jam autem.*

[g] *L. Non ſolum.* §. *Si libertus.*

Et optimus Ulpianus de tribus tutelis ſic ait.

Ulpiani latina verba in aliud caput rejecta ſunt, [h] in hunc modum:

[h] *L. 3. eod.*

ULPIANUS *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris. Tria onera tutelarum dant excuſationem, tria autem onera ſic ſunt accipienda, ut non numerus pupillorum plures tutelas faciat, ſed patrimoniorum ſeparatio. Et ideo qui tribus fratribus tutor datus eſt, qui indiviſum patrimonium haberent, vel quibuſdam tutor, quibuſdam curator, unam tutelam ſuſcepiſſe creditur.*

Paulo ante Juſtiniani verba retulimus, [i] quæ cum Ulpiano facerent.

(i) *Inſt. eod.* §. *Item tria.*

QUarto capite dicitur: (k)

(k) *L. Diximus. eod.*

MODESTINUS *libro ſecundo excuſationum. Diximus, tres tutelas habentes ad quartam non eſſe vocandos. Quæſitum igitur eſt, ſiquis duas tutelas habeat, & tertia oneratus appellaverit, pendenteque adhuc judicio appellationis, quarta tutela oneretur, an in allegatione excuſationum quartæ mentionem tertiæ faciet? aut eam omnino omittet?*

Ambiguum eſt de tertia, an de quarta omittenda loquatur. Sed mihi videtur de tertia loqui, ut ſi ea omiſſa, quæ litigioſa [ut ita dicam] eſt, quartam accipere compellatur. Quod his, quæ ſequuntur, convenire videtur.

Et invenio, inquit, *a Divis Severo & Antonino conſtitutum eſſe, non oportere ad quartam tutelam creari eum, qui a tertia provocaverit. Sed dum pendet, allegationum tertiæ judicium expectare, cujus finis finem quar-*

tæ excuſationibus faciet. Recta ſane, inquit, *ratione. Nam ſiquis eam, quæ quarta eſt, quaſi tertiam ſuſceperit, & injuſta appellatio de tertia appareat, quattuor oneribus contra leges onerabitur.*

Non multam habent hæc verba difficultatem. Jubent principes, ſi ei, qui de tertiæ tutelæ datione appellaverat, alia deferatur, eam, dum lis eſt, ſuſcipere non debere. Nam ſi ſuſceperit, & adverſus tutorem judicatum ſit, quattuor onera invitus habebit. Præſtat igitur ſententiam expectare, quæ ſi ſecundum tutorem lata ſit, a quarta non excuſabitur: ſi adverſus eum; cum tres habeat, admittenda excuſatio eſt. Barbarus interpres nimia religione effecit, ut varie hæc verba ſcribantur: nos noſtrum onus eſſe non putamus minutatim ſingula horum hominum peccata perſequi, ſed ſatis eſt capita errorum indicare, & Modeſtini interpretationi ſervire. Illud omittendum non eſt, quod diximus, *ſiquis eam, quæ quarta eſt, quaſi tertiam ſuſceperit*, Modeſtinum *quæ ordine quarta eſt, quaſi vi tertiam* dicere, & recte. Nam cum tribus oneribus ſubici poſſit, dum tertia in incerto eſt, ſi quartam tutelam ſuſcipiet, eam, quæ ordine quarta eſt, ita ſuſcipit, ut quæ vi
(a) L. Si duas. *in princ.* ipſa tertia ſit. Sic capite ſexto ait: (*a*) *Si duas tutelas habenti, item duæ deferantur: quæ ordine tertia eſt, auxilio ei erit ad quartæ*
(b) L. Adverſus. *de receptis.* *excuſationem*. Et Ulpianus ſcribit (*b*) eum, qui a fidejuſſore petit, vi ipſa a reo petere. Qua de
[c] *cap.* 9. re eleganter Alciatus noſter libro II. (*c*) Diſ-
[d] *cap.* 28. punctionum, & primo libro (*d*) παρέργων, & ſub titulo de verborum ſignificatione cap.
(e) *Alc. l.* Nomen filiar. *in fin. de verb. ſign.* CLXIV. (*e*) Eſt autem Hervagianus liber emendandus hoc loco, ut αἰδίως τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ ἐκκλήτῳ ἀντοφορτείσης ſcribatur, non ἐκκλήτῳ. Deinde ait:

Si pater tria tutelarum, aut curarum onera habeat, ejus filius non gravabitur: ita enim conſtitutum eſt a Divis Severo & Antonino. Hoc idem contra quoque eſt, ut oporteat filii tutelas vacationem patri dare, & utrique communes, hoc eſt, unam filii & duas patris, aut contra. Quæ ita ſe habent, eam uni domui, non diverſis onus defertur. Et hoc optimus Ulpianus ſcribit.

Verba Ulpiani latina ſunt in aliud caput rejecta, ut illa tertii capitis: ſunt autem hæc.

(f) L. Tria onera. 2. *de excuſat.* ULPIANUS *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris. Tria onera* (*f*) *in domo una eſſe ſufficit. Proinde ſi pater alicujus, vel filius, vel frater, qui eſt in ejuſdem poteſtate, tria onera ſuſtineat, quæ ad periculum patris ſui ſpectent: quia voluntate ejus adminiſtrant, omnibus excuſatio a tutela competit. Sed ſi non patris voluntate adminiſtrent: non prodeſſe, ſæpe reſcriptum eſt.*

(g) L. Si duas. SExtum vero caput (*g*) græce in hunc ferme modum ſcriptum eſt:

MODESTINUS *libro ſecundo excuſationum. Si duas tutelas habens alteris duabus oneretur, quæ tertia erit ordine, juvabit eum ad quartæ excuſationem: licet Imperator ſit, qui quartam dedit, aut etiam tertiam, ſcilicet ſi ante, quam ſciretur, quid is vellet, anteverterit alius in creatione tutoris.*

Multo aliter alii ſcribunt. Sed hæc, ni fallor, eſt Modeſtini ſententia. Cum duas habenti duæ tutelæ deferuntur: animadverti oportere utra prius delata ſit, ut ea ſuſcepta excuſetur ab alia: licet ea, quæ poſtea delata eſt, a principe fuerit delata: aut etiam illam priorem princeps detulerit, ſed hoc ignorans tutor aliam, quæ poſt illam principalem (ut ita loquamur) delata ſit, ſuſcepit. Ita fiet, ut quæ deferendi ordine inſpecto quarta erat, propterea quod ſuſcepta eſt, tertiæ a principe ante delatæ præferatur. Deinde ſcribit:

Si vero ordo non appareat, ſed eadem die diverſis tabulis duæ creationes factæ proponantur: non creatus, ſed creans eliget, quam ſubire eum oporteat.

Quas ego tabulas appellavi, Modeſtinus chartas appellat: ſed latinorum uſum ſecutus ſum. Nam de teſtamenti tabulis multa ſcripta ſunt ſub titulis de bonorum poſſeſſione contra tabulas, & ſecundum tabulas, & ſi tabulæ teſtamenti non extabunt; legis quoque duodecim tabularum appellatio hinc manavit. Namque ferunt, veteres ceratis quibuſdam tabulis uſos, in quibus ſtilo litteras figerent. Ulpianus capite primo de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas: (*h*) *Tabulas*, inquit, *teſtamenti* (h) *L.* 1. *de bon. poſſ. ſec. tab. in princ.*
accipere debemus omnem materiæ figuram; ſive igitur tabulæ ſint ligneæ, ſive cujuſcumque alterius materiæ, ſive chartæ, ſive membranæ ſint, vel ſi e corio (*i*) *alicujus animalis,* [i] ſi corio. *Fl.*
tabulæ recte dicentur. M. Cicero in Antoniana prima: *Aſſentiri etiam nos Servio Sulpitio C. V. voluit, ne qua tabula poſt Idus Martias ullius decreti Cæſaris, aut beneficii figeretur.* Hinc tabellæ ſuffragiorum tabellarii, qui litteras ferebant, tabelliones quoque poſtea, ſcribæ olim dicti. Sed licet hic veterum uſus ſit, antiquus interpres *in diverſis chartis* ſcripſit, aut, ut aliqui ſcribere ſolent, *cartis*. Ferendum id quidem erat, cum Modeſtini ſententia intelligeretur: ecce autem librarii notis barbarorum temporum uſi pro cartis, *Cantis* ſcripſerunt, unde factum eſt, ut in Dini, Raynerii, Baldi, Harenæ, Alberici, & Neapolitani Nicolai libris *creatis* ſcriberetur: quod multis modis interpretantur; aut creatis, ideſt creationibus, aut creatis tutelis, vel tutoribus patre, & filio ab eodem judice: aut creatis, ideſt dantibus, ſive creantibus. Quæ ego, ut alia plura, quam vellem, indigna eſſe exiſtimo, quæ legantur: ſed libuit hoc exempli cauſa referre, ut videant juris ſtudioſi, quantum mendoſi libri noceant bonis præſertim viris, cujuſmodi hi Accurſiani interpretes, quorum nomina ſcripſi, fuerunt. Quibus ego cum plurimum deferam, non poſſum non dolere ejuſmodi ingenia bonis litteris, & inſtitutionibus caruiſſe. Sed ad Modeſtinum revertendum eſt:

Gram-

Grammatici, ſophiſtæ, rhetores, medici, qui περιοδευταὶ (hoc eſt circumforanei) *vocantur, ut a reliquis muneribus, ſic a tutela & cura vacationem habent.*

Rhetores a Græcis & oratores appellantur, & qui dicendi ludum habent. Latinos libentius præceptores appellare eo nomine videas, (*a*) iidem a Græcis ſophiſtæ appellati eſſe videntur. Quod ea conſtitutione, quæ ſub titulo de ſtudiis liberalibus urbis Romæ & Conſtantinopolitanæ (*b*) non belle ab Accurſio interpretata extat, cognoſcere licet. Nam illic de diſciplinarum omnium præceptoribus, quibus licebat in Capitolio docere, ita ſcribitur: *Habeant igitur auditorium ſpecialiter noſtrum in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, grammatici decem. In his etiam, qui facundia græcanitatis pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtæ, & grammatici æque decem.* Addit poſtea *philoſophum unum, juris peritos duos.* Qua conſtitutione rhetorum mentio non fit; Sed Latinos oratores appellat, non ſatis proprie eos, qui oratoriam artem docerent: Græcos ſophiſtas. Sic etiam apud Modeſtinum cum dicatur rhetorum numerus Antonini conſtitutione in ſingulis civitatibus conſtitutus, in minimis & mediis civitatibus ſophiſtarum numerus, in maximis rhetorum conſtituitur. Sed & Juſtinianus ſophiſtarum libro I. inſtitutionum non meminit, ſed rhetorum, (*c*) quo loco Theophilus hujus conſtitutionis facit mentionem. Alia conſtitutione de profeſſoribus urbis Conſtantinopolitanæ (*d*) dicitur: *Grammaticos tam Græcos, quam Latinos, ſophiſtas, & juriſperitos cum ad XX. annos docendi pervenerint, his, qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari.* Quo loco rhetores aut non appellantur, aut ſophiſtæ, ut exiſtimo, appellantur. Eſt & alia conſtitutio ſub titulo de excuſationibus munerum, [*e*] qua dicitur: *Circa rhetores, atque grammaticos eruditionis utriuſque* (hoc eſt utriuſque linguæ, ut ego interpretor) *vetuſto more durante.* Et in Digeſtis ſub titulo de extraordinariis cognitionibus Ulpianus ſcribit: [*f*] *Liberalia ſtudia accipimus, quæ Græci* ἐλευθέρια *appellant: rhetores continebuntur, grammatici, geometræ.* Sed crebrius oratores hi appellari videntur. Arcadius Chariſius capite extremo [*g*] de muneribus & honoribus: *Magiſtris, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis, & oratoribus & medicis, & philoſophis, ne hoſpitem reciperent, a principibus fuiſſe immunitatem indultam, & D. Veſpaſianus, & D. Hadrianus reſcripſerunt.* Paulus quoque hoc ipſo capite, quo de agimus, (*h*) apud Modeſtinum ait: *Philoſophi, oratores, grammatici, qui publice juvenibus proſunt, excuſantur a tutelis.* Sunt etiam duæ conſtitutiones ſub titulo de profeſſoribus & medicis, (*i*) quæ oratoris nomen pro rhetore uſurpant. Hæc itaque mea opinio eſt, ſophiſtas, rhetores, oratores apud Modeſtinum, & cæteros jureconſultos, atque Imperatores eos ſignificare, qui artem dicendi traderent. Non ignoro, Tullianis temporibus oratores ſolos cauſarum patronos eſſe appellatos, rhetores dicendi magiſtros, ſophiſtas vero Cicero in Academicis quæſtionibus eos appellatos ait, qui oſtentationis, aut quæſtus gratia philoſopharentur. In Oratore tamen Iſocratem, & Gorgiam Leontinum, ac cæteros, qui umbratile & placidum dicendi genus eſſent ſecuti, neque unquam ad cauſas orandas acceſſiſſent, ſophiſtas appellat. Illos priores, quod toti in ſapientia oſtentanda verſarentur, vexantem Socratem inducit ſæpe Plato. Ab eiſdem ſophiſmata fallaces concluſiunculæ dictæ ſunt: quod facit, ut ſophiſtæ dialectici eſſe exiſtimentur. Sed neque de philoſophis, neque de dialecticis ſophiſtarum nomen hic intelligendum arbitror; ſed, ut dixi, rhetores ſignificat, & licet Modeſtinus utroque verbo ſit uſus, non diverſam hominum profeſſionem ſignificavit. Medicos vero, quos ego circumforaneos appellavi, barbarus interpres *circuitores:* ejus artis magiſtros non fuiſſe opinor, ut cæteros, ſed qui medicinam facerent. Namque ita Ulpianus ſcribit: (*k*) *Medicorum quoque eadem cauſa eſt, quæ profeſſorum, niſi quod juſtior: cum hi ſalutis hominum, illi ſtudiorum curam agant.* Quod multis conſtitutionibus, quæ ſub titulo de profeſſoribus & medicis ſcriptæ ſunt, confirmari poteſt. Circumforanei vero nomine uſi ſumus Tullium imitati in Cluentiana, *Pharmacopola,* inquit, *circumforaneus, qui properaret, cui fora multa reſtarent.* Haloander περιόδοι pro περιοδευταὶ ſcripſit: ſed minime mirum eſt, cum Ludovici Bononienſis, cujus libris uſus eſt, neſcio qua negligentia, hæc Modeſtini capita deſcripta e Politiani libro, ut cætera, non ſint. Ad Modeſtinum redeo:

Sed eſt, inquit, *conſtitutus rhetorum numerus, qui in unaquaque civitate immunitatem habeant: diviſioque quædam civitatium lege facta eſt. Quod ex epiſtula Antonini Pii apparet, quæ communi quidem Aſiæ ſcripta eſt, ſed univerſo terrarum orbi convenit. Eu ea hoc caput infra ſcriptum eſt.*

Communi Aſiæ dixi, ut Cicero Verrina quarta commune Siciliæ & tertia commune Meliadum: ſic interpretari oportet apud Calliſtratum, (*l*) Divus Hadrianus τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν Græce reſcripſit: ſic enim ſcribendum eſt, ut eſt apud Marcianum, [*m*] quod nos aliquando ſcripſimus (*n*) quamvis variare in imperatoris nomine videantur. Item quod Ulpianus ſcribit, (*o*) de qua re extat reſcriptum Divi Pii πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν, quæ etiam verba numquam edita ſunt capite primo de appellationibus. Sed & caput XXV. (*p*) ſub eo titulo ita initio ſcriptum eſt: PAULUS *libro vicenſimo reſponſorum.* αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. quod caput Haloander Hermogeniano libro II. Epitomaron juris non recte adſcripſit. Commune itaque Aſiæ ſignificat illam Aſianorum univerſitatem, quæ ab uno Proconſule regebatur, cujus

(a) *L.* Aquilius. *de donat.*

(b) *L. un. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib.* 11.

(c) §. I. nam Romæ. *inſtit. eod.*

(d) *L. unic.* C. *de profeſſ. qui in urb. Conſt. lib.* 12.

(e) *L.* Maximarum C. *de excuſ. mun. lib.* 16.

(f) *L.* 1. *de extraord. cogn.*

(g) *L. ult. in fin. de mun. & hon.*

[h] *L.* Si duas. §. Philoſophi. *de excuſ.*

(i) *L.* 2. *& l. ult.* C. *de prof. & med. lib.* 10.

(k) *L.* 1. *in princ. de extraord. cogn.*

(l) *L.* Si de vi. *de in diem.*

(m) *L.* Qui cœtus. §. Si de vi. *ad L. Jul. de vi publ.*

(n) *lib.* 4. *cap.* 15. *emend.*

(o) 1. *de appell.*

[p] *L.* Imperator. *eod.*

[a] *Auth. ut jud. ſine quoque.* §. Quanta.

jus Novella VIII. (*a*) mentio fit: non tertiam terrarum partem. Sed Antonini Pii verba videamus, quæ græce in hanc ſententiam ſcripta ſunt:

Minores civitates quinque medicos, ſophiſtas tres, grammaticos totidem immunes habere poſſunt. Majores ſeptem medicos, quaternos duabus illis diſciplinis præpoſitos. Maximæ vero medicos decem, rhetores quinque grammaticos totidem.

Si ſophiſtas rhetores intelligas, nihil difficultatis in his verbis erit. Deinde ait:

Supra hunc numerum ne maximæ quidem civitates immunitatem præſtare poſſunt. Et maximo numero uti oportet metropoles provinciarum, altero eas, quæ forum cauſarum habent, tertio reliquas: quem numerum neque curiæ decreto excedere licet, neque qua alia captione quæſita minorem tamen conſtituere licet, quoniam, id ſi fiat, civilia munera juvantur.

(b) *L. un. C. de metrop. Beryto. lib.* 11.

(c) *c.* Cleros. 21. *diſtinct.*

(d) *L.* Obſervare. §. Ingreſſum. *de offic. Proconſ.*

Metropoles provinciæ matres Theodoſius appellat; (*b*) quod etymologia ipſa indicat: neque enim a menſura ejus nomiois origo eſt, ut Pontificii putant, (*c*) ſed ἀπὸ τῆς μητρὸς, in quo jure Iſidorus noſter ab Alciato deriſus eſt libro II. Diſpunctionum. Sic apud Ulpianum (*d*) intelligendum eſt: *Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare* καὶ τῶν μητροπόλεων *Epheſum primam attingere.* Decretum curiæ interpretatus ſum, quod Antoninus *pſephiſma bules*, & poſtea *dogma* appellat: antiquus interpres *ſententia* & *dogma ſenatus*: Pſephiſmate uſus Cicero eſt in oratione pro L. Flacco; ſed nos maluimus noſtros imitari. Neque dubitamus decurionum curiam eſſe hanc, non ſenatorum, ut Baldus ſignificare videtur. Movet me, quod antea dictum eſt, ne maximas quidem civitates poſſe eum numerum excedere: & poſtea dicetur, reprobari medicum poſſe a Republica, quamvis ſemel probatus ſit. Sed & Ulpianus libro tertio opinionum ſcribit: (*e*) *Medicorum intra numerum præfinitum conſtituendorum arbitrium non Præſidi provinciæ commiſſum eſt, ſed ordini, & poſſeſſoribus cujuſque civitatis.* Item conſtitutione prima de decretis decurionum (*f*) ſcriptum eſt: *Exceptis qui liberalium ſtudiorum antiſtites ſunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui poteſt.* Emendanda alia conſtitutio eſt ſub titulo de profeſſoribus & medicis, ut io hunc modum ſcribatur, ut in Albornotiana noſtra bibliotheca ſcriptum fuiſſe video: [*g*] *Nec intra numerum præſtitutum ordine invito medicos immunitatem habere ſæpe conſtitutum eſt, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.* In Norico vero mendoſe ſcriptum eſt *invitos medicos.* Id enim ipſum illic dicitur, quod hoc loco ab Antonino additur.

(e) *L.* 1. *de decretis ab ord. fac.*

(f) *L.* 1. *C. de decr. decur. lib.* 10.

(g) *L.* Nec intra. *C. de prof. & med. lib.* 10.

At qui, inquit, *non aliter hi ea immunitate fruentur, niſi decreto curiæ numero conſtituto adſcribantur, & operam quiſque ſuam navet non male.*

Qua etiam de re ſub eodem titulo conſtituitur: (*h*) *grammaticos, ſeu oratores decreto ordinis probatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari poſſe, incognitum non eſt.* Ex quibus apparet, decurionum ordini, quam etiam curiam appellant, unde curiales dicti ſunt, hos intra numerum conſtituere, eſſe permiſſum. Quod ſi hunc ſenatum appellare velis, non repugno, dum aliarum civitatum ſenatum intelligas, quam Romanum: quod paulo ante ſcriptum a nobis accurate eſt. (*i*) Deinde Modeſtinus ſcribit:

(h) *L.* 2. *eod.*

(i) *L.* Et qui non ſunt. *de tut. & cur. da.*

Philoſophos quoque a tutelis vacare, Paulus ſcribit his verbis: Philoſophi, oratores, grammatici, qui publicæ juvenibus proſunt, excuſantur a tutelis, nam & Ulpianus libro quarto de officio Proconſulis ita ſcribit. Sed & reprobari medicum poſſe a Republica, quamvis ſemel probatus ſit, Imperator noſter cum patre Lælio Baſſo reſcripſit.

Pauli verba, & cætera omnia Florentiæ Latine ſcripta ſunt, & librarii errore ita ſeparata, ut ab Ulpiani nomine, quod miniatis litteris ſcriptum eſt, aliud caput exordiri videatur. Quamobrem eum in omnibus libris inſcriptiones ſingulorum capitum vulgo omitterentur, factum eſt, ut ſeparatum capitis initium eſſe credatur illud, *Sed & reprobari &c.* Huc acceſſit, quod cum ſecundum, & quartum caput ita finem facere vidiſſent, ut alteri juriſconſulto locus fieret: ab errore illo librarii diſceſſum eſt, & illa *Ulpianus libro IV. de officio Procoſſ. ita ſcribit*, cum prioribus verbis conjunxerunt. Quod nos quidem probamus, ſed non ſimili ratione, ut cætera neque in aliud caput ſeparentur, neque Ulpiani eſſe exiſtimentur; ſed ut noſtra opinio eſt, Triboniani & ſociorum ſumpta ex Modeſtino libro XI. Pandectarum: (*k*) ita enim alio loco relatum eſt: *Reprobari poſſe medicum a Republica, quamvis ſemel probatus ſit, Divus Magnus Antoninus cum patre reſcripſit.* Ita enim in Florentino ſcriptum eſt. Quæ verba declarant, qui fuerint hi, quorum reſcriptum refertur, L. Severus Pater, & M. Antoninus Magnus Caracalla Filius: qui dum ſimul, aut per ſe imperium Romanum tenuerunt, juriſconſulti fere omnes, e quorum libris Pandectæ conſtant, vixerunt. Hi ſunt, qui toties appellantur SEVERUS ET ANTONINUS aut *Imperator noſter cum patre*: ut hoc ipſo loco, quo de agimus. Sed hæc poſterius accuratius ſcribemus. Nunc ad Græca Modeſtini verba redeamus:

(k) *L.* Ut gradatim. *de mun. & hon.*

De philoſophis vero eadem D. Pii conſtitutione dicitur. Philoſophorum numerus conſtitutus non eſt: rari enim ſunt, qui philoſophantur. Et quidem exiſtimo, eos, qui divitiis abundant, libenter præſtaturos auxilium patriæ. Quod ſi ſtudioſe contendant de re familiari, jam inde oſtendent facile ſe non eſſe philoſophos.

Ea-

Digitized by Google

Eadem ſententia eſt apud Papinianum libro I. Reſponſorum: (*a*) *Philoſophis*, inquit, *qui ſe frequentes atque utiles per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tutelas, item munera ſordida corporalia remitti placuit: non ea, quæ ſumptibus expediuntur; etenim vere philoſophantes pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt.* Ulpianus quoque libro VIII. de omnibus tribunalibus ſcribit: (*b*) *An & philoſophi profeſſor. numero ſint? & non putem; non quia non religioſa res eſt, ſed quia hoc primum profiteri eos oportet mercenariam operam ſpernere.* Addit de juris peritis, quod veram philoſophiam ſectari videantur: (*c*) *Proinde ne juris quidem civilis*, inquit, *profeſſoribus jus dicent. Eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda.* Sed de philoſophis extant duæ conſtitutiones, quarum verba digna eſſe exiſtimo, quæ ſæpe legantur. Sunt autem alterius hæc: [*d*] *Reddatur unuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitum philoſophi indebite, & inſolenter uſurpare cognoſcitur: exceptis his, qui a probatiſſimis approbati ab hac debent colluvione ſecerni. Turpe enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.* Altera ita ſcripta eſt ad ejuſmodi quendam philoſophum: [*e*] *Profeſſio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant: nam cum philoſophum te eſſe proponas, vinceris avaritia, & rapacitate: & onera, quæ patrimonio tuo injunguntur, ſolus recuſare conaris: quod fruſtra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.* Ex his apparet, ita explicandam eſſe Modeſtini ſententiam, ut a me factum eſt; non ut antiquus interpres ſcripſerat:

(a) L. In honoribus. §. Philoſophi. *de vacat. & excuſat. mun.*

(b) L. 1. §. An & philoſophi. *de extr. cogn.*

(c) L. 1. *in fin. pr. de juſt. & jure.*

(d) L. Reddatur. C. *de prof. & med. lib.* 10.

(e) L. Profeſſio. C. *de muner. patr. lib.* 10.

Eſt etiam inter Commodi conſtitutiones inſertum caput quoddam ex Antonini Pii epiſtula, quo conſtat, philoſophos tutelarum habere immunitatem, cujus verba ſunt hæc.

Hoc quidem Florentiæ ſcriptum eſt. Sed neſcio Politiani, an ejus, qui e Politiani libro accepit, peccato, *munerum immunitatem* Hervagius ſcripſerit. Florentinæ ſcripturæ teſtis eſt veteris interpretatio, quæ in omnibus libris ſcribitur. Quod ſiquis dedita opera immutavit, ſecutus fortaſſe eſt, quod epiſtulæ verbis de tutela nihil eſſet expreſſum. Sed cum generatim ab omnibus provincialibus, atque aliis muneribus immunes eſſe dicantur: in his tutela numeranda eſt. Sed Modeſtini verba adſcribamus: *ἐν ὧ δηλοῦται καὶ φιλοσόφους ἀλειτουργησίαν ἔχειν ἀπὸ ἐπιτροπῶν.* Ad epiſtulæ verba venio, cujus hæc ſententia eſt:

Omnibus autem his pariter Divus pater meus, ſtatim atque principatum adeptus eſt, ſuos honores & immunitates confirmavit.

Hæc verba Antonini Pii eſſe arbitror, eumque parentem ſuum Hadrianum appellare. Nam hoc a Modeſtino dictum eſt hanc eſſe partem ejus epiſtulæ: & Hadriani reſcriptum, quo ab hoſpitibus recipiendis grammatici, oratores, medici, philoſophi immunes fiunt, capite extremo (*f*) de muneribus, & honoribus refertur; ea vero immunitas hic inter cæteras enumeratur. Neque vero Commodi hæc verba cenſenda ſunt, ut patrem ſuum Antoninum Pium appellet: fuit enim is Commodi avus, Marci Antonini & L. Veri pater, Marci Commodus filius. Sed inter Commodi conſtitutiones illud caput epiſtulæ Divi Pii extabat:

(f) L. *ult. in fin. de muner. & hon.*

Philoſophos, rhetores, grammaticos, medicos immunes eſſe ſcribens præfecturis gymnaſiorum, ædiliciis curis, ſacerdotiis, hoſpitum receptione, frumenti, atque olei emptionibus.

Mendoſa hæc circumferuntur ob interpretis, ut arbitror, imperitiam. Et cum hic locus maxime neceſſarius ſit, ut quibus muneribus vacent profeſſores, ſciamus, minime licet id ex Accurſianis libris intelligere. Nos itaque feliciores fuimus, cum Modeſtini ſententiam cognoſcere potuimus. A quo principio de præfecturis gymnaſiorum dicitur: quæ gymnaſiarchia appellat. Erant gymnaſia ſpatia quædam ampla, quibus Græci ſe aut palæſtra, aut cæteris corporis exercitationibus exercebant: in his etiam philoſophi verſati ſunt, unde nomen id litterariæ res ſibi vindicaſſe videntur. His locis præfecti gymnaſiarchi dicti ſunt. Cicero in Verrina de ſignis: *Demoliendum curavit Demetrius gymnaſiarchus, quod is ei loco præerat.* Hac itaque præfectura gymnaſiorum vacant profeſſores. Item *agoranomiis*, quas ædilicias curas interpretatus ſum, eos ſecutus, qui forum rerum venalium ædilibus ſubiiciunt. [*g*] Papinianus tamen *aſtynomicos* appellare videtur, quod curam urbis, viarum, & ædificiorum gererent: librumque ſingularem ea de re græce conſcripſit, ex quo ſumptum eſt caput tertium de via publica (*h*) quod Florentiæ ſingulare eſt ſub titulo de via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur: nam cætera latine ſcripta ſunt ſub titulo de via publica & itinere publico reficiendo. Ob id munus Paulus ait, (*i*) lectos emptos ædilem, cum in via publica poſiti eſſent, concidiſſe. Sed venditioni rerum præfuiſſe eos ædilicio edicto, quod libro XXI. Pandectarum refertur, conſtare poteſt; item Ulpiani teſtimonio, qui libro XXXII. ad edictum ſcribit, [*k*] ædilem menſuras iniquas fregiſſe, quæ conductæ fuerant: quæſitumque eſſe ait, utri periſſent. Illud quoque ad ædiles pertinebat, ut plebiſcita in Cæteris ſervarent, quod ei magiſtratui inſtituendo cauſam dediſſe Pomponius ſcribit. (*l*) Nos itaque apud Modeſtinum illam fori ædiliciam curam intelligemus, niſi quid aliud doctioribus videatur. Sacerdotii munus onerosum eſſe exiſtimabatur. Quamobrem Papinianus reſpondit: (*m*) *In honoribus delatis neque major annis ſeptuaginta, neque pater numero quinque liberorum excuſatur. Sed in Aſia ſacerdotium provinciæ ſuſcipere non coguntur numerorum quinque ſubnixi, quod Opt. Maximuſque princeps noſter Severus Auguſtus decrevit,* ac

(g) *Theoph.* §. Proponebant. *de jure nat.*

[h] *L.* Ædiles. *de via pub.*

[i] *L.* Lectos. *de per. & comm. rei vend.*

(k) *L.* Item quæritur. §. Siquis menſuras. *locat.*

(l) *L.* 2. §. Itemque ut eſſent. *de orig. jur. ubi Zaſius.*

[m] *L.* In honorib. *de vac. & excuſat. mun.*

ac poſtea in cæteris provinciis ſervandum eſſe conſtituit. Et Hermogenianus libro I. juris epitomarum ſcribit: (*a*) *Sponte provinciæ ſacerdotium iterare nemo prohibetur.* Atque ita arbitror conſtitut. VIII. de muneribus patrimoniorum [*b*] ſcribendum eſſe: *Nec protoſtaſiæ, vel ſacerdotii, vel decaprotiæ munera corporalia ſunt; ſed tantum patrimonii eſſe non ambigitur*, & ſi *ſacerdotiæ* vulgo ſcribatur. Oneris pars agnoſcitur ea conſtitutione, item alia, quæ ſub titulo de periculo ſucceſſorum parentis (*c*) ita ſcripta eſt: *Si de proprio ſuo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit: ideoque etiam ſacerdotem te creari impetravit: onus erogationis commune omnium heredum ejus eſſe, Præſes provinciæ non ignorabit.* Muneris editio a patre promiſſa gladiatorum, aut ſpectaculorum fuit, ut ea, quæ a Conſulibus ex Novella Juſtiniani CV. (*d*) facienda erat. Quod Accurſium fefellit in notis ad Marcellum, [*e*] & illa conſtitutione. Sic certaminis editio, (*f*) & ludorum (*g*) aliis locis juris. Sacerdotii tamen mentio eſt etiam apud Modeſtinum libro II. de pœnis: (*h*) *Si in municipio*, inquit, *contra hanc legem*, (de Julia vero de ambitu verba facit) *magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per ſenatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur.* Et apud Paulum libro XIII. ad edictum: [*i*] *Sacerdotio*, inquit, *obveniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere; id enim non tantum honori perſonarum, ſed & majeſtati Dei indulgetur: cujus ſacris vacare ſacerdotes oportet.* Hæc, atque alia extant non Chriſtianorum ſacerdotum veſtigia: de quibus etiam paulo poſt ſcripturus ſum. Unum addam, quod non alio loco ſcriptum legi, de his ſacerdotibus Theophilum libro primo inſtitutionum ſcribere [*k*] curam templorum ædilium fuiſſe, & ne ſacerdotes XL. annis minores fierent. Neque enim Chriſtianorum hoc eſt, qui aut XXXV. ex Novella CXXIII. (*l*) aut, ut apud Gratianum (*m*) multi ſcribunt, XXX. annis majores fieri ſacerdotes poterant, Clementis vero Pontificis Maximi præſcripto (*n*) quinque & viginti annos nati; malorum Pontificum libidine, atque avaritia quacumque ætate, quæcumque ſacerdotia obtineri poſſunt.* De hoſpitibus quid Hadrianus conſtituerit, [*o*] ſcripſimus. Idem Paulus ſcribit libro I. ſententiarum: (*p*) *Angariorum præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas, & militi, & liberalium artium profeſſoribus inter cætera remiſſa ſunt.* Aogaria autem ſunt equorum præſtationes ad curſum publicum. [*q*] Id vero hoſpitum recipiendorum munus Modeſtinus, & Cicero *epiſtathmian* appellant: ut a Budæo docte animadverſum eſt. (*r*) Sequitur *ſitonia* & *elæonia*, quibus verbis alii non abſtinuerunt. Arcadius Chariſius libro ſingulari de muneribus civilibus: (*s*) *Cura quoque*, inquit, *emendi frumenti, olei: nam harum ſpecierum curatores, quos*

(a) L. Sponte. de munerib. & honor.
(b) L. Nec protoſtaſiæ. C. de mun. patr. lib. 10.
(c) L. un. C. de peric. ſucc. par. lib. 10.
(d) Auth. de conſul. l. 3. C. eod. lib. 12.
(e) L. P. Mævius. in princ. de cond. & dem.
(f) L. un. C. de expenſis ludor. lib. 11.
(g) L. Si ut certo. §. Interdum. commod. ubi Bud.
(h) L. un. de l. Julia de ambitu.
(i) L. Non diſtinguemus. §. Sacerdotio. de recepit.
(k) Theoph. §. Proponebant. de jure nat.
(l) Auth. de ſanct. ep. §. Clericos.
(m) diſt. 78.
(n) Clem. ult. de ætat. & qual.
(o) L. ult. in fin. de mun. & hon.
(p) L. Ab his. de vac. & excuſ. mun.
(q) Pyrrhus. l. 1. C. quemad. civ. mun. ind. lib. 10. Bud. l. Eos. ad l. Corn. de falſ.
(r) Bud. l. ult. de mun. & hon.
(s) d. L. ult. §. 1.

σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt. Ulpianus libro III. opinionum: (*t*) *Sextum*, inquit, *decimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet.* Hermogenianus quoque (*u*) in perſonalibus muneribus numerat annonæ, ac ſimilium curam, prædiorumque publicorum, & frumenti comparandi, arcas frumentarias, annonæ diviſionem, & ſimilia. Et Papirius Juſtus refert [*x*] divorum fratrum conſtitutionem, qua *ſitonas* indemnes eſſe oportere diceretur. Quamobrem recipiendum quoque eſt, ut libro X. Codicis ſcribatur: *Ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ*: quod Haloandro placuit, licet doctiſſimi viri Alciatus & Pyrrhus *ſitocomiam* præferant his omnibus locis, quos retulimus. Budæus omnibus *ſitoniam*, qui hac de re Alexandri conſtitutionem intelligit ſub titulo de compenſationibus, (*y*) qua de frumenti & olei publici pecunia mentio fit. Eſt itaque hoc munus, ut in publicis neceſſitatibus, quo tempore Romæ annonæ præfectos conſtituebant, [*z*] emendo frumento *Sitonæ* crearentur, oleo *Elæonæ*: quo munere vacant hi liberalium artium profeſſores. Deinde Modeſtinus ſcribit, vel Antoninus potius Pius:

Eoſdem neque judicare, neque in legationem ire, neque in militiam conſcribi invitos.

Invitos, inquit, non ut barbarus verterat *nolentes*, ex quo factum eſt, ut multi *volentes* ſcribant, quod ita interpretantur, ut, etſi velint, non poſſint. Sed illud melius eſt, ne inviti id munus ſuſcipere cogantur. Legationis & judicandi munus ab Arcadio eodem illo libro perſonale eſſe dicitur. Ad extremum:

Nullum denique provinciale, aliudve munus ſubire cogendos.

[illegible], *provinciale munus* vertimus, ne ſi *gentile miniſterium* dixiſſem, non ſatis quid dicerem, intelligeretur. Cætera Modeſtini verba ſunt: quod eleganter Florentiæ notatum eſt.

Hoc amplius, inquit, *ſcire illud quoque oportet, eum hanc immunitatem habere, qui in ſua patria docet, aut curat. Nam Comanenſes ſophiſtæ, aut alii, ſi Neocæſareæ doceant, aut curent, non habent apud Comanenſes immunitatem, & hoc ita a Divis Severo & Antonino conſtitutum eſt.*

In Polemoniaco Ponto hæ duæ urbes fuerunt Comana, & Neocæſarea; ſed hæc metropolis ejus provinciæ, ut ex Juſtiniani Novella XXVIII. (*aa*) didici: qua Polemoniacum Helenoponto conjunxit. Comana autem Nov. XXXI. [*bb*] ex Ponto in ſecundam Armeniam transfert. Comanenſium mentio fit IX. conſtitut. de injuriis, (*cc*) & X. de agricolis & cenſitis. [*dd*] Neocæſarienſis conventus multa apud Pontifices mentio. Cum itaque vicinæ hæ urbes eſſent, dubitatum aliquando fuerat, an, qui in altera natus eſſet, in altera profiteretur,

(t) L. 2. de vac. & exc. mun.
(u) L. 1. de mun. & hon.
(x) L. ult. de adm. rer. ad civ. pert.
(y) L. 3. C. de compenſ. Bud. d. l. ult. de mun.
(z) L. 2. §. Sane præfectus annonæ. de orig. jur.
(aa) Nov. de Moderatore Helenoponti.
(bb) Nov. de deſcript. 4. Præſidum Armeniæ.
(cc) L. Si quidem. C. de injur.
(dd) L. Cum antea. C. de agric. & cenſ. lib. 11.

* Nempe ante Œcumenicum Tridentin. Concil. hæc ab Auguſtino ſcribebantur.

Digitized by Google

vacationem munerum in patria haberet: & Severi & Antonini conſtitutione reſponſum eſt non habere. Eſt autem hic verbum σοφιστεύειν, quod hoc loco non male omiſiſſe viſus eſt vetus interpres, paulo poſt *male philoſophari* vertit. Nos cum de ſophiſtis quid ſentiamus, antea diximus: ſententiam Modeſtini expreſſiſſe viſi ſumus. Deinde ait:

Sane valde doctos & ſupra numerum, & alienam patriam incolentes, immunes eſſe Paulus ſcribit, & refert ita Divum Pium Antoninum fieri juſſiſſe.

Hoc enim præſtantibus ingenio viris dandum eſt, quod & ſcientia proſunt, & exemplo animos addunt adoleſcentibus ad optimum vitæ genus capeſſendum.

Sophiſtam, qui Romæ docet, ſive gratis, ſive ob mercedem doceat, vacationem habere a Divis Severo & Antonino eſt conſtitutum, perinde quaſi in patria profiteatur.

(a) *L.* Eos. *de vac. & excuſ. mun.*

Sic etiam Paulus libro I. Reſponſorum (*a*) ſcripſit: *Eos, qui Romæ profitentur, proinde in patria ſua excuſari muneribus oportere, ac ſi in patria ſua profiterentur.* Et dubitandum non eſt, ex hoc Modeſtini loco ſophiſtas non eſſe philoſophos: eos enim ſolos mercede abſtinere voluit, ut ſupra ſcriptum eſt. Idem ait:

Quorum ſanctioni illam poteſt quis rationem adferre: quod cum communis ſit, & exiſtimetur patria Regia urbs: æquum eſt eum, qui in ſua patria ſe utilem præbeat, hac immunitate frui.

(b) *Auth. de nuptiis.* §. Mitiores.

Pro *ratione* inepte alii *ſermonem* ſcribunt τοῦ λόγου ſignificationibus decepti. Similis error auferendus eſt a Novella conſtit. XXII. (*b*) in Noricis quoque libris. Nam illa parte locupletior eſt Baſilienſis liber Norico, ſi ad Græca verba reſpexeris. In omnibus itaque libris ſcriptum eſt: *Mitiores itaque nuptiarum ſolutiones tanquam in generali quadam ratione ſub bona gratia factis disjunctionibus ſciendum eſt tales eſſe quodammodo.* Scribendum autem eſt: *Mitiores itaque nuptiarum ſolutiones, quæ generali ſermone Bonagratia ſolutæ dicuntur, ejuſmodi propemodum eſſe ſciendum eſt.* Et non multo poſt: (*c*) *Subſtantiam illam merito ſecundum noſtras leges æſtimantes eſſe, quæ pura debitis videatur, ratio quoque ex ipſis cauſis pro cautione procedat.* Quæ verba mirandum non eſt Accurſianos non intelligere: ſeparanda enim aliter ſunt, quam ab eis factum eſt, & poſt verbum *videatur*, ſcribendum: *Quæ de his cauſis dicta ſunt, e contrario quoque procedant, & ſi mulier &c.* Sed illic *rationem* pro *ſermone*, hic *ſermonem* pro *ratione* idem, ut arbitror, interpres vertit. Ad ipſam Modeſtini rationem revertamur: quam libro ſingulari de manumiſſionibus repetit. [*d*] *Roma*, inquit, *communis noſtra patria eſt.* Hujus ſententiæ elegantem rationem præceptor noſter attulit (*e*) ex Ulpiano libro XXII. ad edictum: (*f*) *In orbe Romano qui ſunt, ex conſtitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti ſunt.* Eſt igitur communis omnium patria, cum omnes cives ſint, quod aliquando Accurſius dixerat, (*g*) ſed fefellit eum mendoſus liber cum pro *in orbe Romano*, *in urbe* ſcriptum fuerit, quod mendum ſubſtulit Alciatus noſter ex Tuſco libro, qua ſcriptura & Ulpiani & Modeſtini ſententia cognoſcitur. Veramque eſſe præceptoris mei opinionem Novella LXXVIII. (*h*) cognoſci poteſt, cujus apud Accurſium mentio fit, ſed neutro loco intellecta eſſe videtur. Dicitur ea, Juſtinianum velle jus aureorum anulorum omnibus præſtare, ad exemplum Antonini Pii, qui omnibus his, qui ſub imperio Romano erant, civitatem Romanam conceſſit, item Conſtantini & Theodoſii minoris, qui jus liberorum omnibus dederunt. Conſequuti autem peregrini ſunt jus matrimonii, & hereditatum, teſtimoniorum quoque & patriæ poteſtatis, ſimiliumque rerum, quæ inter cives Romanos tantum ex jure Quiritium fiebant. De quibus alias pluribus: Nunc quod inſtat:

(c) §. Sic itaque. *in fin.*

[d] *L.* Roma. *ad munic.*

[e] *Alciat. lib. 2. cap. 21. Diſpunct.*

(f) *L.* In orbe. *de ſtat. hom.*

[g] *Accurſ. l.* Item in poteſtate. *de his, qui ſui. & inſtit. de nupt.* §. 1.

[h] *Auth. ut liberti. de cætero. in fin.*

Legum præceptores in provincia docentes vacationem non habent, Romæ docentes habent.

Hoc non male antiquus interpres verterat, ſi non *præſidatum*, ſed *provinciam* ἐπαρχίαν appellaſſet. Scriptum autem non recte eſt Baſileæ ob condiſcipuli cujuſdam mei erratum, qui cum græca Modeſtini verba ex Politiani libro deſcriberet, aliquot verba omiſit, ſine quibus contraria huic ſententia fit, nempe eos præceptores in provinciis docentes vacationem habere. Deinde latinis ſcriptum eſt a Triboniano, ut opinor.

Ulpianus *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris ita ſcribit. Athletæ habent a tutela excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt.*

Dicuntur tam multa docte, atque eleganter de athletis a Gul. Budæo, Andr. Alciato, & Pyrrho, & nuper a non minus eleganti ac docto viro Lælio Taurello in eo libello, quem ad me miſit De militiis ex caſu, (*i*) ut nihil habeam, quod ſcribam præter eorum diligentiæ laudationem. Ad eos igitur lectores allego.

(i) *Bud. l.* Athletas. *de his qui not. Alciat. & Pyrr. C. de athletis. lib. 10. Lælius de militiis ex caſu.*

Illud videamus potius, quod ſequitur in Florentinis ipſis libris obliteratum, quod Hervagius ſignificavit, cujus ſententiam non probo, ut ἔθνος ἐθναρχία ſcriptum fuerit; neque, ut vetus interpres legiſſe viſus eſt, ἐθνῶν ἐπαρχία: ſed magis placet, ſiquis eſt conjecturis locus, ut ἔθνους ἱερωσύνη ſcriptum fuerit, cum exempla ſint hæc Aſiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia, quæ ſacerdotia fuiſſe, poſtea oſtendam. Sic itaque hunc locum vertendum putabam:

Provinciæ ſacerdotium, ut Aſiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia, præbet a tutelis immunitatem, dum ei muneri quis præeſt.

Scriptura quidem Pandectarum hæc eſt, ut verbum ἔθνους apparere videatur, ῐ quoque agnoſcitur, & poſt aliquot literas y, poſt eam tamen litteram, nullum litterarum veſtigium,

ſi re-

ſi recte memini, vidimus; quod facit, ut non ſatis certi hac in re ſimus: ſed dubitationem noſtram, atque opinionem omnibus eſſe notam volumus. Illud ſine dubio eſt, provinciarum præfecturas illas videri, ſed ut dixi eſſe ſacerdotia. De ſacerdotio Aſiæ Papiniani [*a*] verba antea retulimus: hoc eſſe arbitror, quod hic Aſiarchia appellatur. Imperator quoque Conſtantinus in nobili illa conſtitutione ad Gregorium ita ſcribit: (*b*) *Senatores, ſeu Præfectos, vel quos in civitatibus duumviritas, vel ſacerdotii, ideſt Phœnicarchiæ, vel Syriarchiæ ornamenta condecorant, placet maculam ſubire infamiæ, ſi ex ancilla, vel ancillæ filia, liberta libertæ filia, ſcænica ſcænicæ filia, tabernaria tabernariæ filia, vel humili vel abiecta perſona, vel lenonis aut harenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuerit, ſuſceptos filios in numero legitimorum habere voluerint.* Præfectos autem ſcripſimus, ut vulgo: non *Perfectiſſimos*, ut Haloander, Marciani Novellam de matrimoniis ſenatorum ſecuti: quam Juſtinianus ait (*c*) eſſe illius interpretationem. Hanc nos poſt Codicem Theodoſianum reperimus, & ex ea cognovimus ſumptam eſſe VII. conſtit. ſub titulo de inceſtis in Juſtiniani codice. [*d*] Illic cum Conſtantini conſtitutio referatur, ita ſcribitur: *Nam cum ſanciret, ne Senatori, Præfectis, Duumviro, Flamini municipali, ſacerdoti provinciæ habere liceret uxorem ancillam ancillæ filiam, libertam libertæ filiam civem Romanam, vel Latinam factam: adiecit etiam humilem, abiectamque perſonam.* Quo loco pro *Phœnicarchia, & Syriarchia, ſacerdotium provinciæ* poſitum eſt, quod nos maxime juvat. Sed & Novella Juſtiniani LXXXIX. (*e*) qua Conſtantiniana conſtitutio abrogatur, Phœnicarcharum & Syriarcharum, & magiſtratuum municipalium, inſignium, & clariſſimorum virorum illic fieri mentionem ait: magiſtratus autem dixi, ut antiquus interpres, non *magiſtros militum*, ut Haloander, quod ſciam duumviros magiſtratus eſſe, (*f*) & animadverterim τοὺς στρατηγοὺς eos magiſtratus a Theophilo appellatos, quod infra ſcribam. Leonis tamen conſtitutione (*g*) *Lyciarchiæ*, & *Syriarchiæ* munera in prima Syria Comiti Orientis, aut Rectori provinciæ committuntur: a quibus muneribus curiales arceri jubentur. Quo loco ludorum mentio fit, quibus ille, ut opinor, ſacerdos Lyciæ præerat, & ſumptus fortaſſe dabat, quod nos antea diximus de eo ſacerdote, cujus pater munus edere promiſerat. (*h*) *Arabarchiæ* quoque vectigalis alia conſtitutione mentio fit, (*i*) quam neſcio, an ad Arabiæ ſacerdotem pertinere dicamus. Ex his tamen, quæ ſupra ſcripſimus, elici videtur, de Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ ſacerdotio agi apud Modeſtinum, & ſi uno, ut ſcripſi, verbo mancus ſit. Sed hæc aliorum judicio relinquamus. Illud non recte Hervagius ſcripſit ἕως ἐν ἄρχῃ, ſed ut Florentiæ ſcribendum eſt ἕως ἂν ἄρχῃ. Poſtea ſcriptum latine eſt:

(a) *L.* In honoribus. *de vacat. & excuſ. mun.*
[b] *L.* 1. *C. de nat. lib.*
[c] *Nov.* 117. *auth. ut liceat matri & aviæ.* §. Quia veto legem.
(d) *L.* humilem. C. *de inceſt.*
[e] *Auth. quib. mod. nat. ef. ſui.* §. *ult.*
[f] *L.* Dies. §. Si forte. *de damno infecto.*
[g] *L. un. C. de off. Comm. Orient. Alciat. lib.* 1. *præterm. verb.* Lyciarcha. & *l.* Si quis in conſcribendo. *verb.* Dignitatis. *C. de pactis.*
(h) *L. un. C. de pericul. ſucc. paren.*
(i) *L.* Uſurpationem *C. de vect. & comm. Alciat. lib.* 1. *præterm. verbo* Arabarches.

Tutela non eſt Reipublicæ munus, nec quod ad impenſam pertinet, ſed civile: nec provinciale videtur tutelam adminiſtrare.

Hæc mihi ſententia obſcura eſſe videtur, neque ſatis intelligo harum rerum differentiam: ſed arbitror tutelam dici civile munus, quod publicum Juſtinianus appellat, (*k*) hoc eſt ſingulis civitatibus publice utile, non totius Reipublicæ Romanæ munus: neque ſumptuoſum eſt, ut patrimoniale dici poſſit: neque etiam provinciale eſt, ſed ſingularum, ut dixi, civitatum, & licet publicum ac civile munus eſſe dicamus, ſiquis tamen vacationem publicorum & civilium munerum impetrat, niſi nominatim tutelæ & curæ impetret, non excuſatur, ut infra Modeſtinus ſcribit. (*l*) Eſt autem hæc ſententia non belle in aliis libris ſcripta præter Tuſcum. Deinde græce in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

Magiſtratus municipales tutela & cura vacant.

Modeſtinus οἱ στρατηγοὶ τῶν πόλεων. antiquus interpres *magiſtratus civitatum* ſcribit, nos *municipales.* Namque Ulpianus ſcribit libro ſecundo ad edictum (*m*) ſuæ cujuſque civitatis cives municipes dici. Quod itaque ille civitates, nos municipia recte appellavimus, & Latinorum morem ſecuti ſumus. Sed de magiſtratu major contentio eſt. Sunt enim, qui στρατηγοὺς Prætores, (*n*) ſunt qui militum magiſtros, aut duces appellent: (*o*) nos magiſtratus, ut antiquus interpres. Sequimur autem Theophilum, qui libro I. inſtitutionum, quod Juſtinianus ait: (*p*) in provinciis Præſides tutores ex inquiſitione creare, aut magiſtratus juſſu præſidum: is vertit οἱ στρατηγοὶ κελεύοντες τῶν ἀρχόντων: & poſtea quod refert [*q*] conſtitutionem, quæ non extat, ſcripſiſſe, qua non exſpectato Præſidum juſſu Defenſores civitatum una cum religioſo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt magiſtratus, vel Juridicum Alexandriæ tutores creare poſſe: Theophilus Defenſores ἐκδίκους, magiſtratus στρατηγοὺς appellat. Qui ſignificare videtur publicas has perſonas teſtes eſſe creationis, quod mihi non probatur: ſed exiſtimo Defenſori, Pontifici, Magiſtratui, Juridico licuiſſe ex ea conſtitutione ex inquiſitione tutorem dare. Sed & idem Theophilus, (*r*) cum veller interpretari, qui eſſent, qui ſatisdationem exigere ſoleant, hos magiſtratus, & Defenſores civitatum enumerat. Sed quid apertius eſt, quam quod antea retulimus, Conſtantini conſtitutione (*s*) Duumvirorum mentionem fieri, eoſque ab Juſtiniano *ſtrategos* eſſe appellatos? [*t*] Nam Duumviros magiſtratus eſſe docuit Alciatus noſter libro III. Diſpunctionum. Huc accedit, quod capite XV. Modeſtinus ſcribit. (*u*) ἐκ τῆς πόλεως ἄρχων, τουτέστιν ὁ στρατηγὸς & cætera, quod idem mihi eſſe videtur, ac ſi dixiſſet: *magiſtratus municipalis, hoc eſt ſtrategus.* Eſt enim a nobis antea dictum τὸν ἄρχοντα magiſtratum ſignificare, (*x*) & municipia eſſe quaſcumque civitates. (*y*) Quod verum eſſe apparere poterit ex Pauli verbis ſub ti-

(k) *Inſtit. eod. in princ.*
(l) *L.* Spadonem. §. Qui accipit. *l.* Non tantum. §. Non omnia *infra eod.*
[m] *L.* 1. *ad municip.*
(n) *Plut.* ſæpe. & *Conſt. lib.* 6. *tit.* 1. *prochirc.*
(o) *Hal. Novell.* 89. *ad finem.*
(p) §. Sed hoc jure. *de Atil. tut. in inſtit.*
(q) §. *ult. eod.*
(r) *Theoph.* §. *ult. de ſatiſd. tut.*
[s] *L.* 1. *C. de nat. liber.*
[t] *d. Nov.* 89. *auth. quibus mod. nat. ef. ſui in fin.*
[u] *L.* Spadonem. §. Si civitatis. *de excuſat.*
(x) *L.* Scire oportet. *de tut. & cur.*
(y) *L.* 1. *ad munic.*

[a] *L. Si quis tutor. in princ. de ritu nupt.* titulo de ritu nuptiarum. (*a*) Dubitat is, num Senatusconſulto, quo cautum eſt, ne tutor pupillam filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, contineatur is, ad quem propter alterius perſonam periculum pertinet: *veluti*, inquit, *ſi magiſtratus in tutelæ periculum incidit, vel fidejuſſerit quis pro tutore, vel curatore; quia nec in numerum trium tutelarum hæc imputantur.* [b] *d. §. Si civitatis.* Quæ verba cum Modeſtino, [*b*] ut nos volumus, accepto faciunt, ut is magiſtratus, municipalis ſcilicet: neque enim alii ſubſidiaria [c] *L. 1. §. 1. de magiſtr. conven. §. ult. inſtit. de ſatiſ. tut.* conveniuntur, [*c*] hanc tutelam in tribus propter quas excuſatio competit, non computet. Eſt autem is locus barbare converſus in hunc modum: *Si civitatis princeps*, id eſt magiſtratus, *incidente ei creatione, obnoxius fuerit periculo tutelæ, hanc non connumerabit aliis tutelis, quemadmodum nec fidejuſſores tutelæ.* Sed illa ſuo loco dicentur. Interea illud omittendum non eſt, hos municipales magiſtratus ex decurionibus fuiſſe. Qua de cauſa Ulpianus (d) *d. l. 1. in princ.* ſcribit libro XXXVI. ad edictum: (*d*) *In ordinem ſubſidiaria actio non dabitur, ſed in magiſtratus, nec in fidejuſſores magiſtratuum, aut nominatores, niſi ordo in ſe periculum receperit, quo etiam caſu ſoli præſentes tenentur, nec ſi a magiſtratibus municipalibus tutor datus ſit, videtur per ordinem electus.* Ordinem autem decurionum interpretor: ut cum de decretis ab ordine faciendis dicitur. Idem libro IV. de (e) *L. Reſcripto. de mun. & hon.* officio Proconſulis ſcribit: (*e*) *Conſtitutio, qua cautum eſt prout quiſque decurio creatus eſt, ut ita & magiſtratum adipiſcatur, totiens*, inquit, *ſervari debet, quotiens idoneos & ſufficientes omnes contingit.* Quod de municipalibus magiſtratibus dictum eſſe non dubito. Hos itaque intelligo omnibus conſtitutionibus ſub titulis de Magiſtratibus municipalibus, de magiſtratibus conveniendis, & de periculo eorum, qui pro magiſtratibus intervenerunt: & in Digeſtis item de magiſtratibus conveniendis, atque aliis locis ſexcentis: & hos excuſari hoc loco Modeſtinus voluit. Neque me movet, quod Ulpia- (f) *L. Propter. infra eod.* nus reſpondit, [*f*] *propter magiſtratum, quem in municipio quis erat adminiſtraturus, tutelæ excuſationem non habere:* ita enim ſcriptum eſt: non ut quidam apud Accurſium hæc (ut opinor) veriti ſcribunt *excuſationem habere:* quos libro primo noſtrarum emendationum reprehendimus. Nam ſi de his, qui municipio ſunt, intelligas, futurus magiſtratus non excuſatur. Modeſtinus de eo loquitur, qui in magiſtratu eſt: ſi vero de eo, qui Romæ eſt, magiſtratum in municipio adminiſtraturus, juſta cauſa eſt, cur non excuſetur: hic de tutela in municipio magiſtratui delata agitur. Cætera videamus:

Dant quoque a tutela vacationem capitales inimicitiæ inter eum, qui creatus eſt, & pupillorum patrem, niſi poſtea datus tutor teſtamento ſit. Quod ſi poſt ſcriptum teſtamentum inter eos hæc capitalis contentio orta ſit, aut prior quidem teſtamento eſt, ſed ea de cauſa is tutor teſtamento datus eſſe videatur, ut eo onere & negotiis vexetur, aliud erit dicendum, ut ex Imp. Severi epiſtula conſtat.

Eleganter hi caſus excepti ſunt. Neque enim ſatis eſt capitales inimicitias habentem excuſari: quid enim ſi poſtea reconciliatio ſecuta eſt, quæ teſtamento tutela data interceſſiſſe creditur? Creditur autem, non etiam probatur: quid enim ſi ut negotium inimico faceret, implicari eum voluit negotioſa, & moleſta tutela? Excuſant itaque inimicitiæ ob capitalem accuſationem (ſic enim interpretor) ortæ, quæ aut teſtamento poſteriores ſunt, aut ſi antiquiores ſunt, dolum ſcribendo adhibitum ab inimico probetur. Juſtinianus hac de re ita ſcribit: [*g*] *Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem.* [g] §. Item ſi propter. *inſtit. eod.* Et poſtea: (*h*) *Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit: ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit; a tutela, vel cura ſolent excuſare.* (h) §. Inimicitiæ. *eod.* Paulus quoque libro II. ſententiarum ſcribit: *Inimicitiæ capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excuſant: ne paterno inimico pupilli committantur.* Item Modeſtinus ait:

Præterea a tutela liberatur, qui ſtatus controverſiam pupillo movit, dumne id ficte, ſed bona fide faciat: quod Divi Marcus & Verus conſtituerunt.

Juſtinianus idem contra eſſe exiſtimat, (*i*) ſi ſtatus controverſiam a pupillorum patre paſſus eſt tutor. (i) §. Item is qui. *eod.* Imperatores autem in omnibus libris præter Noricum & Baſilienſem, MARCUS ET SEVERUS appellantur: quoniam id initio fuerat Florentiæ ſcriptum: quod Politianus quoque deſcripſit. Sed tamen prima ſyllaba in optimo illo libro expuncta eſt. Significantur enim. M. ANTONINUS philoſophus, & L. VERUS fratres T. Antonini Pii filii, Hadriani nepotes: hi ſunt, quos toties Divos fratres audies appellari. Ulpianus libro II. fideicommiſſor. (*k*) *Si in opere civitatis faciendo aliquid relictum ſit: unumquemque heredem in ſolidum teneri Divus Marcus & Lucius Verus Proculæ reſcripſerunt.* (k) *L. Fideicommiſſa. in fine, de legat. 3.* Iidem a Marciano Divus Marcus & Lucius Imperatores appellantur. [*l*] Poſt Pium eos fuiſſe ſignificatur a Calliſtrato libro III. (l) *L. Divus. de ritu nupt.* de cognitionibus. [*m*] Cum enim reſcripti D. Pii mentionem feciſſet: *Sed Divus Marcus* (inquit) *cum fratre ſuo pro ſua humanitate hanc rem temperavit.* [m] *L. Divus Pius. ad L. Cornel. de falſis.* Juſtinianus vero non recte Theophilus interpretatur, cum diceret: (*n*) *Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam Divi fratres, quam per ſe Divus Marcus reſcripſit.* (n) §. Sed & propter. *de excuſ. in inſtit.* Ex quo etiam colligitur, Marcum unum eſſe ex fratribus. Theophilus fratres Severum & Antoninum interpretatur, qui, ut alio loco ſcripſimus, non fratres, ſed pater & filius fuerunt. Sed & alia re in eodem loco errat, ut paulo poſt ſcribam. Hi, de quibus agimus, frequentius Antoninus & Verus appellantur, quod tam frequens eſt, ut exemplis abſtinendum ſit: his paucis exceptis, in quibus in Noricis libris eſt erratum. Papirius Ju-

Juſtus libro primo de conſtitutionibus: [a] *Imperatores Antoninus & Verus Auguſti Julio Vero reſcripſerunt.* Alio loco apud Scævolam (b) ſemel, apud eundem Papirium [c] ter in his nominibus eſt erratum. Sed & aliis locis, ut his, Haloander pro Antonino, & Vero, Antoninum & Severum, aut Verum, vel Severum, & Antoninum ſcripſit. [d] Item ſub titulo de fideicommiſſariis libertatibus XXX. capite (e) ſimilem huic noſtro errorem fecit, dum ſcribit, *extat reſcriptum Divorum Marci & Severi*, cum Florentiæ ſit *Veri.* Eſt quoque Florentiæ, ut hoc loco, erratum VIII. capite de legationibus (f) & XIII. vel XIV. potius de ſervitutibus prædiorum urbanorum: [q] utroque enim loco ſcriptum eſt: *Imperatores Antoninus, & Severus Auguſti reſcripſerunt*, neque expuncta prima ſyllaba Severi eſt; quin potius eadem ſyllaba ab imperito emendatore addita eſt XXX. capite de rebus auctoritate judicis poſſidendis. (h) Illud neſcio, an recte ſcriptum ſit primo capite de liberis exhibendis, (i) *Divus Pius decrevit, & a Marco, & a Severo reſcriptum eſt.* Sed opinor recte, ut diverſa reſcripta intelligamus Marci, & Severi. Neque enim Budæus audiendus eſt, (k) qui M. Antonini fratrem non ſolum Verum, ſed & Severum, & Commodum, & Antoninum appellari in jure putat. Nam Severum Antouini Magni patrem fuiſſe conſtat. Ita enim Ulpianus ſcribit libro XXXIII. ad Sabinum: (l) *Cum hic ſtatus eſſet donationum inter virum & uxorem, quem antea retulimus: Imperator noſter Antoninus Auguſtus ante excep|ſum Divi Severi patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit in ſenatu cenſendi &c.* Antoninus autem hic Magnus cognomine dicitur, ut antea ſcripſimus. Marcianus libro II. publicorum judiciorum: (m) *Divi Severi & Antonini Magni reſcriptum eſt, ne quis abſens puniatur.* Imperium autem hic Severus tenuit & ſolus, & cum Antonino Magno filio: quamvis Haloander in Conſulum indice eos ſemper conjunxerit, quod vel multis Modeſtini capitibus (n) non recte factum probari poteſt. Horum mentio fit apud Ulpianum: *Imperator*, inquit, (o) *Antoninus cum Divo Severo reſcripſit ad libellum excepteris.* Et alio loco: (p) *Et ita Imperator Antoninus cum Divo Severo reſcripſit.* Scribit autem id Ulpianus, vivo Antonino Severo jam inter divos relato: neque enim aliis id prænomen additur, ut Herodianus ſcribit. Frequentius tamen bi *Severus & Antoninus* appellantur, ut hoc ipſo tractatu de excuſationibus multis capitibus. [q] Item *imperator noſter cum patre* hoc ipſo capite, quod ex XI. de muneribus [r] antea interpretati ſumus, & capite IX. *beneficio Severi & imperatoris noſtri.* Diximus enim antea, horum tempore omnes fere juriſconſultos fuiſſe. Ad Commodum veniamus, qui Marci non frater, ſed filius fuit, qui cum patre imperium tenuit, eique ſuperſtes ſolus. Papinianus libro XXXVI. quæſtionum [s] cum tria Divorum fratrum reſcripta retuliſſet, addit: *Imperator Marcus Antoninus & Commodus filius reſcripſerunt, ſi maritus &c.* Calliſtratus libro IV. de cognitionibus: (t) *Officium tutorum, curatoribus conſtitutis, finem accepit, idque etiam Divus Marcus cum filio ſuo Commodo reſcripſit.* Sub hoc ipſo etiam titulo cap. XV. mentio fit Marci & Commodi conſtitutionis. Paulus autem duos libros ſingulares ſcripſit ad orationem Divi Severi, & ad orationem Divi Marci. Ex illo ſunt quædam ſub titulo de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, (u) ſub quo ejuſdem orationis verba referuntur. (x) De eadem intelligendus eſt titulus XXXI. libri II. ſententiarum ejuſdem. Altera M. Antonini & Commodi fuit, quam Ulpianus refert libro III. ad L. Juliam & Papiam: (y) *Oratio*, inquit, *Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quaſdam nuptias in perſonam ſenatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt.* Et LXI. caput de ritu nuptiar. (z) ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro ſingulari ad orationem Divi Antonini & Commodi. Siquis tutor quidem non ſit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat, an ſententia orationis contineatur?* Eadem oratio Divi Marci dicitur a Tryphonino LXVIII. capite, [aa] & a Paulo XVI. (bb) Quamobrem emendanda eſt XX. capitis [cc] inſcriptio, ne Florentiæ quidem recte ſcripta: hæc enim eſt: PAULUS *libro ſingulari ad orationem divi Severi & Commodi*; & *Divi Marci* ſcribendum, aut *Antonini*, ut LXI. Noſtra itaque his de rebus opinio eſt, ut ex eorum temporum hiſtoricis, & jureconſultorum uſu accepi, non alium in noſtris libris Commodum appellari præter Marci filium, neque Severum præter Antonini Magni patrem, noque Verum præter fratrem Marci. Et cum *Antoninus & Verus* dicitur, hos fratres ſignificari: cum *Severus & Antoninus*, patrem & filium. Antoninos multos fuiſſe conſtat: Titum Antoninum Pium Hadriani filium, Marci patrem: M. Antoninum philoſophum ejus filium, Commodi patrem: Antoninum Severi filium Magnum, quem Caracallam appellant, a quo Papinianus interfectus eſt. Hujus quoque filius uſurpatus Heliogabalus Antoninus appellatus eſt, prodigioſæ turpitudinis, cui Alexander non malus Imperator creditus quoque Antonini Magni filius ſucceſſit. Hæc ſunt, quæ de bis ſentiamus, quæ non ſolum ab Accurſianis ignorantur, ſed elegantiores interpretes fugerunt. Apta autem huic loco eſſe duximus, librarii vetuſtiſſimi errore ducti, qui a Florentinis libris ſublatus eſt, in Accurſianis diu manſit; & quoniam Modeſtinus tam ſæpe horum Imperatorum meminerit, nunc ad noſtras operas revertamur.

(a) *L. ult. ad S.C. Turp. l. 5. de lege Julia de annona.*
(b) L. Conſtitutionibus. *ad municip.*
[c] *L. ult. eod.*
(d) *L. ult. de adim. vel. ad erv. per.*
(e) L. Cum quaſi. §. Si alter. *de fideicomm. lib.*
(f) L. Paulus. *de legation.*
(g) L. Impp. *de ſerv. pr. urb.*
(h) L. Imperatores. *de priv. cred.*
(i) *L. 1. in princ. de lib. exhib.*
(k) *Bud. l.* Si in aliam. *de offic. proc. l.* Si adulterium. §. Imp. *ad l. Jul. de adult.*
[l] L. Cum hic ſtatus. *in princ. de donat. int. vir. & ux.*
(m) *L. 1. de requirendis.*
(n) *L. 1. 2. 6. & 10. de excuſ.*
(o) L. Sed addes. *in fin. loc.*
(p) *L.* Si quis domum *in princ. eod.*
(q) 2. 4. 8. 10. 13. 15. *de exc.*
(r) *L.* Ut gradatim. *de mun. & hon.*
[s] *L.* Si adulterium cum inceſto. §. Imperator. *de adult.*
(t) *L.* A tutoribus. *de adm. tut.*
[u] *L. 2. & 4. l.* Si fundus. *de reb. eor.*
(x) *L. 1. eod.*
[y] *L.* Oratio. *de ſponſal.*
(z) *L.* Si quis tutor. *in princ. de ritu nupt.*
[aa] *L.* Non ſolum. §. Sed videamus. *eod.*
(bb) *L.* Oratione. *eod.*
[cc] *L.* Sciendum.

De ruſticis, tenuibus, & illiteratis hominibus Paulus ita ſcribit: Mediocritas & ruſticitas interdum excuſationem præbent, ſecundum epiſtulas Divorum Hadriani & Antonini.

Hæc Pauli verba latine ſcripta ſunt, & quæ poſtea dicentur ad VIII. caput. Mediocritas autem a Paulo tenue patrimonium appellatur. Sic cap. XV. (dd) ὁ μετρι̂ν pauper appellatur,

[dd] *L.* Spadonem. §. Eſt autem *eod.*

&

Digitized by Google

(a) L. 1. C. de deſertor. lib. 12. ubi Accurſ.

& conſtitut. I. de deſertoribus (*a*) mediocris loci ingeouus, quod Accurſium non feſellit, Modeſtinus ταπεινοὺς appellare videtur, quos viles & nullius pretii homines dicere poſſis; ſed hoc loco pauperes ſignificantur. Deinde Paulus ait:

Eius, qui ſe neget litteras ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum.

(b) §. Similiter. inſt. eod.

Contra Juſtinianus dicere videtur: (*b*) *Similiter eos*, inquit, *qui litteras neſciunt, eſſe excuſandos, Divus Pius reſcripſit: quamvis & imperiti litterarum poſſint ad adminiſtrationem negociorum ſufficere.* Sed æquius eſt, ut ſecundum Pauli ſententiam reſcriptum D. Pii intelligatur, ut negociorum expertes illiterati excuſentur, non qui aliorum negotia, aut ſua recte adminiſtraſſe cognoſcuntur. Additur hoc loco in Florentinis Pandectis Ulpiani ſententia, quæ vulgo, ut debuit, in aliud caput ſeparata eſt. Id autem erroris genus in illis libris aliquot locis reperimus.

VErba Ulpiani ſunt hæc:

(c) L. Paupertas. de excuſ.

ULPIANUS *libro ſingulari excuſationum. Paupertas ſane dat excuſationem,* [*c*] *ſi quis imparem ſe oneri injuncto poſſit probare: idque Divorum fratrum reſcripto continetur.*

(d) §. Sed & propter. eod.

Eadem verba ſunt in inſtitutionibus Juſtiniani (*d*) quem locum Theophilus non recte vertit. Exiſtimat enim is, illa verba *ſi quis imparem* ad ea, quæ de adverſa valetudine poſtea dicuntur, pertinere, non ad paupertatem; ex quo loco cognoſci poteſt, quod nos in multis Digeſtorum locis animadvertimus libro I. noſtrarum emendationum, interpunctiones jam tunc errandi cauſam dediſſe.

SEquitur octavum caput, quo de militum excuſatione tractatur: in quo velim, PERNOTE, attendas, jurene, an injuria a vulgari Modeſtini interpretatione diſceſſerim. Ejuſmodi enim res tractantur, quæ a noſtrorum temporum uſu, & vulgari homioum eruditione aliena ſunt. Quæ nos timide aggredimur: aggredimur tamen propter eam maxime cauſam, quod hæc nolimus, ut Apollinis oracula certa eſſe exiſtimari, ſed ut initium faciamus inveſtigandæ veritati: quæ latere adhuc viſa eſt, occultata barbarorum hominum vepribus obductis. Aditum itaque aliis hoc libello patefacimus, & locum hunc expurgare cœpimus: & ſi non faciliore, & commodiore via uſi ſumus, aliis quidem certe longius promovendi, aut facilius auctores fuimus. Hæc nos ſpes urget, ut de his, quæ minime nobis conſtant, rebus tractemus. Faciles enim exiſtimamus noſtris erratis lectores futuros, ſi quod ipſi non probant, his, quæ ipſis probandi auctores fuimus, penſaverint; quod caput eſt, reprehenſurum neminem exiſtimo, quod nullum laborem in ſtudioſorum utilitatem recuſaverim.

(e) L. Sed & milites. eod.

Sed ad Modeſtinum veniendum eſt: [*e*]

MODESTINUS *libro tertio excuſationum. Veterani, qui honeſte militiæ tempus expleverunt, vacationem habent a paganorum tutelis.*

Maxima hujus capitis pars ex Gordiani conſtitutione declarari poteſt, cujus verba ſuot hæc: (*f*) IMP. GORDIANUS *A. Celeri Veterano. Quod placuit veteranos tantummodo conveterani filiorum ſeu militum, & quidem unam tutelam, ſeu curam eodem tempore adminiſtrare compelli: eo pertinet, ut ſi aliis dati fuerint, intra ſollemnia tempora cauſas excuſationis ad competentem judicem deferant.* Ex qua apparet, a cæteris excuſari veteranos: a commilitonis, & conveterani filiorum tutela una non excuſari; honeſta autem miſſione, aut cauſaria, ut vocant, (eſt enim honeſta, ut Modeſtinus ſcribit) poſt expleta militiæ tempora, quæ viginti ſaltem annorum infra dicuntur, qui miſſus eſt, veteranus exiſtimatur. Hæc ſatis, ſuperque eſſent hac de re ſcripta, niſi barbarus nobis interpres negotium faciſſet, veteranos olim milites, paganos privatos appellando: & non ſatis diligenter græcis verbis lectis, in quo Politianus quoque maximus antiquitatis amator hallucinatus eſt. Namque ſciendum eſt, in hujus capitis initio exeſas eſſe aliquot litteras, quod ſi recte memini, hæc averſa illis eſſent, quæ in ſacerdotiis deſiderabamus. Hac tamen parte agnoſcere potuimus οἱ παλαιστρατιῶται, antiquus interpres ἀλλὰ καὶ στρατιῶται, quod Hervagius ſecutus eſt, ſcriptum eſſe credidit. Politianus, quod eſſet, aſſequi non potuit; neque enim id facile apparet, locum tantum, ut mancum notavit. Nos cum omnes illas vetuſtatis moleſtias libenter tuliſſemus, ſine ullo ſcrupulo id, quod dixi, deprehendiſſe viſi ſumus. Pendet autem ex eo verbo totius capitis ſententia; neque enim de aliis hic militibus agitur, quam de veteranis, quos ita a Modeſtino appellatos nemo negaverit, niſi is ſit ab omni linguæ utriuſque cognitione maxime alienus. Deinde ait:

(f) L. ult. C. de excuſ. veter.

Sed adverſus liberos eorum, qui in eiſdem ordinibus militaverunt, aut quorumcumque veteranorum, intra annum poſt militiam exactam vacationem habent: poſt annum non habent.

Hæc etiam non ſatis integra Florentiæ ſunt. Nam quod Hervagius Politianum ſecutus καὶ πάντων τῶν παλαιστρατιωτῶν edidit, nos videre non potuimus, ſed ſolum ΝΤΩΝ ante παλαι; & locus nobis anguſtior videbatur, quam ut tot litteris, quot ille voluit, locus ſit. Itaque ἢ πάντων παλαιστρατιωτῶν, ſcriptum fuiſſe putavimus. Hoc tamen pro certo affirmare non licet, ut ſuperiora. Sed noſtra conjectura ex cæteris Modeſtini verbis, & Gordiani conſtitutione cepta eſt. Illud ejus, qui ex Politiani libro deſcripſit, erratum eſt, cujus in Baſilienſi libro veſtigium manet. Neque enim ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ ἔχουσιν, ὑπὲρ δὲ ἐνιαυτὸν οὐκέτι, ut in Baſileæ eſt, Alciati ſtudioſus ſcripſit; ſed ἐντὸς μὲν. ἐνιαυτὸν οὐκέτι. Florentiæ autem in optimo illo libro, & in Politiani eſt, ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ τοῦ ἀπὸ στρατεύσασθαι ἄφεσιν ἔχουσιν, μετὰ

δὲ

δὶ ἐνιαυτὸν ὀκέτι. Cur vero a tutela filiorum commilitonis, aut conveterani poſt annum non excuſetur, hanc addit rationem:

Fortior enim eſſe creditur ejuſdem militiæ æqualitas, ipſorum veteranorum privilegio.

Annum autem habere videntur, etiam adverſus hos, ut cæteri, qui reipublicæ cauſa affuerunt. (*a*)

(a) *L.* Non ſolum. *infra eod.*

Sed hoc ita, inquit, *ſi non alias cauſas habeant excuſationis tutelæ, ut annorum numerum, aut quid ſimile, quod ſolet paganis adverſus omnes prodeſſe.*

Nam veteranus, qui major LXX. annis ſit, aut tres tutelas habeat, aut liberos tres Romæ, aut in provincia quinque: etiam adverſus commilitonis filium excuſatur exemplo paganorum.

Quæ de veteranorum filiis diximus, in nepotibus locum non habent, quippe qui nihilo a cæteris differre videntur.

Gordiani quoque conſtitutio de filiis ſcripta eſt, ſed initio hujus capitis *liberorum* nomine Modeſtinus eſt uſus, non *filiorum*, ut alii credunt. Deinde ait:

Plane ignominia miſſi perinde habentur, ac ſi numquam militaſſent. Quamobrem neque ipſi habent privilegium, neque ſi eorum filiis veterani tutores dentur, tenebuntur inviti.

Hæc multis modis ab Accurſianis mendoſa ſcribuntur: ſeparatur enim eadem oratio in duas, quibus quid dicatur, non facile quiſquam intelliget. At Græcis verbis nihil eſt clarius. *Miſſionum*, ut Macer libro II. de re militari ait, (*b*) *generales cauſæ ſunt tres: honeſta, cauſaria, ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto datur. Cauſaria, cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur. Ignominioſa cauſa eſt, cum quis propter delictum ſacramento ſolvitur.* De honeſta hujus capitis initium intelligendum eſt, cum dicitur honeſte militiæ tempus impleverunt. Sed & cauſaria honeſta eſt, ut Modeſtinus paulo poſt ſcribit. Ulpianus vero libro VI. ad edictum [*c*] eas miſſiones ita definit, ut honeſta ſit, *quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur.* Imperatorem autem neſcio, an veteri more exercitus ducem, qui fuſis hoſtibus eo deinceps nomine a militibus appellaretur, apud Ulpianum intelligamus, ut apud Florentinum, (*d*) Pomponium, (*e*) & Juſtinianum: [*f*] cum ſervorum appellationem ex eo fluxiſſe dicunt, quod imperatores captivos ſervarent. Emerita autem ſtipendia, quæ Juſtinianus impleta appellat: [*g*] unde emeriti veterani dicti ſunt. Merere autem ſtipendia, hi, qui militant, dicuntur. (*h*) De aliis miſſionibus Ulpianus ait: *Cauſaria eſt, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſolvit. Ignominioſa, cum is, qui mittit, addit ignominiæ cauſa ſe mittere, quod ſemper addere debeat, cur miles mittatur.* De his in edicto Prætoris dicebatur: [*i*] *Infamia notatur qui ab exercitu ignominiæ cauſa ab imperatore, eove, cui de ea re ſtatuendi poteſtas, dimiſſus erit.* Quod illam quoque interpretationem recipit: itaque ignominia miſſus veterani privilegium non habet, ut a paganorum tutelis excuſetur, neque ejus filiis veteranus, ut deberet, ſi commilito, aut ut, appellant, conveteranus eſſet, tutor creari poteſt. Ab hac ſententia non longe Jacobus Harena apud Raynerium, & Albericum abeſt, cæteri longiſſime.

[b] L. Milites. §. Miſſionum. *de re milit.*

[c] *L.* 2. §. Ignominiæ. *de his qui notant.*

(d) *L.* Libertas. *de ſtat. hom.*

(e) *L.* Pupillus. §. 1. *de verb. ſign.*

(f) *Inſtit. de jure perſ.* §. Servi. *ubi Theoph.*

(g) C. *de his qui non impletis. lib.* 10.

(h) L. Miles. *in princ. l.* Item miles. *de re jud.*

(i) *L.* 1. *de his qui notant.*

Aliquando hi, qui non explent totum militiæ tempus, vacationem habent a tutelis, ut hi, qui expleverunt. Nam qui viginti annos militaverit, ſimilis illi eſt, qui expleverit militiam.

Diocletiani conſtitutione hoc idem ſcriptum eſt his verbis: [*k*] *Veteranis, qui in legione, vel vexillatione militantes poſt viceſima ſtipendia honeſtam, vel cauſariam miſſionem conſecuti ſunt, onerum & munerum perſonalium vacationem conceſſimus.* Quo loco *vexillatio* equitum eſt, *legio* peditum, quod a Vegetio libro II. de re militari traditur: *Equitum*, inquit, *alæ nunc vexillationes vocantur, quia velis, hoc eſt, flammeolis utuntur, aliud genus eſt eorum, qui legionarii vocantur, quod legionibus juncti ſint.* Pedites autem in legiones & auxilia partitur. De quibus omnibus intelligenda ſunt, quæ Scotus, ſive quiſquis is eſt, de his, qui ſub magiſtris militum Orientis militabant, percenſuit. Item conſtitutio II. de hereditatibus decurionum, ( ) quæ etiam in Theodoſiano codice reperitur, atque aliæ, quibus de vexillatione mentio fit. (*m*) Itaque qui poſt viginti ſtipendia mittitur, eam vacationem habet, quod aliis quoque locis dicitur. [*n*] Sed videtur Modeſtinus hos non emeritis ſtipendiis dicere vacationem conſequi, ut major annorum numerus deſideretur, qui neſcio, an aliquo loco definitus ſit. Deinde ſcribit:

(k) *L.* Veteranis. C. *quando prov. non eſt nec. l. ult. de his qui non impl. lib.* 10.

[l] *L.* 2. C. *de hered. dec. l. un. de bonis militum. in* C. *Theod.*

[m] *L.* Provincialium. C. *de erog. mil. annonæ. lib.* 12.

(n) *L.* 2. C. *de re mil. eod. lib. l.* 1. C. *de excuſ. vet.*

Qui vero intra id tempus miſſus eſt, non habet perpetuam tutelarum immunitatem, ſed ab eis ad tempus habet, ut a cæteris civilibus muneribus vacationem. Etenim intra quinque annos militia miſſus nullam ſibi vindicabit immunitatem: poſt quinque unius anni immunitatem habet, poſt octo biennii, triennii poſt duodecim, poſt ſexdecim quadriennii. Sed qui poſt viginti annos miſſus eſt, perpetuo, ut dicebamus, vacabit.

Jure Accurſiani mirantur, cur cum omnes milites reipub. cauſa abeſſe dicantur: (*o*) qui intra octo militiæ annos miſſus eſt, annum vacationis non habet, ut cæteri? [*p*] & qui poſtea ante duodecimum, annum tantum? Et exiſtimant ultra eum annum hos addi: quod neſcio, quam verum ſit.

(o) *L.* Milites. *ex quib. cauſ. maj.*

(p) *L.* Non ſolum. *infra eod.*

Qui inter vigiles Romæ permilitaverit, unius tantum anni vacationem habet, ſi honeſte ſcilicet eſt miſſus, quod principio diximus, aut cauſaria (ut vocant) miſſione valetudinis cauſa: eſt enim etiam hæc honeſta,

ſed

ſed qui ignominia miſſus eſt, vacationem non habet.

Septem Vigilum cohortes, qui incendiis arcendis præeſſent, D. Auguſtum conſtituiſſe, Paulus ſcribit. (*a*) *Permilitandi* autem verbo uſi ſumus Ulpianum imitati, qui paulo poſt ſcribit: *Si quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet a tutelis excuſationem.* Quod non de cohortibus præfecti Vigilum intelligendum eſt, ſed de Prætoriis, quarum cap. IX. (*b*) mentionem facit: quo etiam loco permilitandi verbo utitur. Hæc autem adjectio *per* perfectionem actus ſignificat. (*c*) Deinde ait:

(a) *L.* 1. *&* 3. *de off. Pr. Vig.*

(b) *L.* Si tribunus. *hoc tit.*

(c) *L.* Urbana familia. §. Pernoctare. *de verb. ſign.*

Conveteranus autem eſſe creditur non ſolum legionarius, ſed & omnis, qui ubicumque permilitaverit, ſi modo honeſte hic quoque miſſus ſit. Nam legionarius ejus liberis, qui inter vigiles permilitaverit, tutor eſſe poteſt.

Hæc ex Gordiani conſtitutione apertiſſima ſunt. (*d*) Nam cum dixerimus conveterani filiis veteranum tutorem dari, *conveteranum*, inquit, *non ſolum legionarium*, hoc eſt, qui in legionibus ſtipendia meruit, *ſed & ſi in urbanis cohortibus militaverit, intelligere poſſumus.* Scriptum autem Florentiæ eſt *συνβετερανὸς*, quod arbitror veterem interpretatum *ſynveteranus*, unde origo cæterorum mendorum. Sed & Hervagius, qui ſolus hæc græce edidit, βετερανὸς ſcribit: idem hanc ſententiam mendoſe edidit. Non infitior Modeſtinum, aut ut ſuſpicor, Tribonianum, obſcurius hæc ſcripſiſſe, quam opus eſſet; ſed facile eſt, ut ille ait, *opere in longo obrepere ſomnum.* Male autem illi fecerunt, qui addiderunt hic multa de ſuo, ut illa ſunt: *Filiorum tamen tutor creabitur*, & alia, quæ Haloander non recte ſcripſit.

(d) *d. l. ult. C. de excuſ. vet.*

Jamvero militi minori veteranus curator dabitur, ſi pater ejus mortuus ſit ſcilicet, aut ipſe emancipatus.

Impuberem inepte vetus interpres verterat, quod & militiæ, & curatori non ſatis aptum erat. Ex quo illud quoque manavit, ut impuberes militare poſſe credatur, in quo liceat mihi a Lælio Taurello noſtro diſſentire: unius enim ſententiæ diſſenſio nihil de amicitia, conjunctioneque noſtra detraxerit. Pubertatem majores non ætate, ſed corporis habitu definierant: hoc in feminis inhoneſtum viſum eſt, in maribus ad Juſtinianum eſt obſervatum. (*e*) Is primus conſtituit maribus quattuordecim annos, ut feminis duodecim antea fuerunt. Plenam autem olim pubertatem appellabant id tempus, intra quod, vel qui tardius pubeſcerent, puberes fierent: hoc eſt XVIII. annos: (*f*) intra quod tempus honeſtiores prætextati incedebant, (*g*) ſumebantque virilem togam jam puberes, & tyrones appellabantur. Sic enim Plinius ſcribit libro octavo. Tanaquil, quæ eadem Caja Cæcilia dicitur, prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, novæque nuptæ, quo tempore in foro aliorum cauſas agere poterant; nam XVII. anno minores pueritia prohiberi Ulpianus ait. (*h*) Idem alio loco ſcripſit (*i*) conſtituiſſe Hadrianum ut pueri uſque ad XVIII. puellæ uſque ad XIV. annum alantur. Tyronum nomine imperatores utuntur (*k*) eadem ſignificatione, pro his, qui tum primum ad cauſas accedebant, quod Budæus eleganter tradit. [*l*] Hi etiam ſunt, ut opinor, qui ad militiam adſcribebantur. De quibus Vegetius lib. I. ita ſcribit: *Nunc quia ætate milites legi conveniat, exploremus. Et quidem, ſi antiqua conſuetudo ſervanda eſt, incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat.* Quod ab eo dictum eſſe, non quod impuberes ſcriberentur, ſed quod grandiores natu, ex his verbis, quæ ſequuntur, apparet. *Non enim*, inquit, *tantum celerius, ſed etiam perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur a pueris.* Et poſtea: *Melius enim eſt, ut exercitatus juvenis cauſetur ætatem nondum adveniſſe pugnandi, quam doleat præteriiſſe.* Quæ verba nonnihil etiam ad pubertatem addi ſignificant. Hunc Vegetii locum non videram, cum ad Lælium meum ea epiſtula, quam cum Galli & Catonis doctiſſimis interpretationibus edidit, ſcripſeram exiſtimare me XVII. anno minores neque militare, neque inermes militias habere potuiſſe. De illis enim militiis apud Scævolam ſcriptum eſt: [*m*] *Sempronio alumno meo illud & illud, & cum per ætatem licebit, militiam illam cum introitu comparari volo.* Noſtram quoque opinionem C. Gracchi lex apud Plutarchum confirmat, quod alii animadverterunt. Sed Lælius Juſtiniani conſtitutionem [*n*] ſequitur, qua veteres leges fuiſſe dicitur, quibus pupillis tribunis militum teſtamentum facere permittebatur: quod indignum viſum eſt Juſtiniano. Ex hac conſtitutione non milites ſolum, ſed & tribunos impuberes factos conſtat. Hoc ego factum eſſe negare non poſſum; ſed Imperatorum libidine factum adverſus militarem diſciplinam affirmare audeo. Non quod omnibus liceret ejus ætatis non milites ſolum, ſed tribunos eſſe: ſed quod ſolverent aliquos legibus, ut erant ipſi nonnumquam diſſoluti, quod imperio Romano finem dedit. Nec me movet, quod Livius libro XXVII. ſcribit, M. Cornelium Cethegum, P. Sempronium Tuditanum cenſores ærarios feciſſe eos, qui initio ſecundi belli Punici ſexdecim annos nati fuerant, neque militaverant. Id enim a Livio ſcribitur poſt decem annos, quam initium ei bello factum eſt [*o*] Q. Fabio Max. V. Q. Fulvio Flacco IV. conſulibus: & merito illi notati ſunt, qui cum XXVI. annis majores eſſent, non militaſſent in tanta rerum perturbatione. Hæc ſunt, quæ mihi hac de re videantur, in quibus, ut in cæteris, falli poſſumus. Illud dubitandum ab Accurſianis non erat, quamquam ipſos de alieno peccato appellamus, hic de impubere, an de minore ageretur, cum de curatore verba fiant: ſed interpretis in ἀφῆλιξ nomine vertendo ignoratio eos turbat, de qua cap. II. diximus. Addendum autem huic Mo-

de-

(e) *L. ult. C. quando tutores, vel cur. eſſe deſ. in princ. inſt. quib. mod. tut. fin.*

(f) *L.* Adrogato. *de adop. Theop.* §. Minorem. *e. tit. Paulus lib.* 3. *ſent. tit. de teſt.*

(g) *Inſt. de impur.* §. 1. *l.* 3. *in fin. de libert. exh.*

(h) *L.* 1. §. Pueritiam *de poſtum.* §. *ult. inſt. quib. ex cauſ. man. non lic.*

(i) *L.* Mela. *in princ. de alim. vel cib. leg.*

(k) *L.* Providendum. *C. de poſtul. l.* Reſtituenda. *l.* Per hanc. *de adv. div. judicior.*

(l) *Bud. l. ult. de ſent. l. ult. de ad. ed. l.* Sed & ſi. *de jure fiſci.*

(m) *L.* His verbis. §. Alumno. *de legat.* 3.

(n) *L. ult. C. de teſtam. mil.*

(o) Contigiſſe.

deſtini ſententiæ eſt, *ſi minores ipſi curatorem velint*: neque enim invitis datur. [*a*] Deinde ſcribit:

(a) *In pr. inſt. de curat.*

Quarum omnium rerum teſtes ſunt priucipum conſtitutiones. Ulpianus vero ita ſcribit:

Ulpiani verba latinis ſcripta ſunt.

Sed ignominia miſſi ab urbicis plane tutelis excuſabuntur: quia ingredi eis urbem non licet.

Addunt Macer & Ulpianus non poſſe eum, ubi Imperator eſt, eſſe: [*b*]

(b) *L.* 2. §. Miles. *de his qui notant. l.* Milites. §. Miſſionum. *de re milit.*

Plane, inquit Ulpianus, *ſi quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet antea viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet a tutelis excuſationem.*

Neſcio, an hæ ſint, quas Prætorias cohortes deinde appellat. [*c*] Poſtea Modeſtinus Græce ait:

(c) *L.* Si tribunus. *infra hoc tit.*

Quæſitum eſt, utrum unam ſemel tutelam veterani ſuſcipiunt, an eodem tempore ſolam unam, qua finita, aliam rurſus capiant? Sed ut in paganis finitæ non proderunt his, qui eas habuerunt, neque inter tres tutelas numerabuntur, ſic in veteranis non prodeſt tutores fuiſſe.

Diximus ex Gnrdiani conſtitutinne (*d*) veteranos conveterani, ſeu commilitonis filiorum unam tantum tutelam, ſeu curam adminiſtrare compelli: quæſitum eſt, an ſatis eſt, ſi poſtquam militia rediit, unam veterani tutelam habuit, ut ea finita poſſit ab aliis excuſari; an vero id ita intelligendum eſt, ut numquam duas ſimul gerere compellatur? Et Gordiani conſtitutinne, ut eodem tempore una compellatur, cautum eſt: quod etiam Modeſtinus probat, exempln pagannrum, quibus tria onera tutelarum tum excuſationem præbent, cum geruntur: nam Severi, & Antonini conſtitutionem rettulimus: [*e*] qua ne ratio quidem tutelæ, quæ geſta eſt, reddenda excuſat. Itaque ad plures nnn eodem tempore tutelas veterani, aut militis filiorum creari veteranus poteſt, ſed ſingulas ſnlum gerere compellitur. Hæc quantam difficultatem interpreti, cæteriſque fecerint, quibuſque mendis Modeſtinus, & Accurſius immeritn fœdati ſint, pudet referre. Caput taotum omnium malorum aperiam, idque eſſe exiſtimo, quod cum Florentiæ ἀλλωσπερ ſcriptum ſit nulla apoſtrophes nota, aut ſeparationis verborum, barbarus interpres *aliter* vertit, quod cæteri ſequuntur differentiam inter milites, & paganos, quæ nulla eſt, cnnſtituentes. Haloander melius *ſicuti* ſcripſit, cætera barbare. Quod poſtea ſequitur, unius litteræ adjectinne maxime mendoſum eſt. Sic enim ait:

[d] *L. ult. C. de excuſ. vet.*

(e) *L.* 2. *ſupra eod. l. unic. C. qui num. tut.*

Quod etiam eſt in curis conſtitutum, ut ex ſacra Severi, & Antonini conſtitutione conſtat.

Ipſi non *curis*, ſed *curiis* ſcribunt: illud apertum eſt.

Nihil intereſt, quam ob cauſam egeant commilitonis liberi tutore, vel curatore, quod emancipati ſint, an quod pater mortuus ſit.

Declarant autem hæc verba ea, quæ hujus capitis initin exeſa eſſe dicebamus: & ad Gordiani conſtitutinnem pertinent. Illud magnam habet difficultatem, quod ſequitur:

Primipilares ex Imperatorum conſtitutionibus a cæteris tutelis excuſantur, præter primipilaris filiorum tutelas. Hi vero primipilares eſſe cenſentur, qui primipilo functi ſunt. Quod ſi ante moriantur, quam peregerint, horum liberis primipilaris tutor non erit.

Qnid primipilus ſit, ejuſque centurio magna controverſia eſt. Nam illud nnn dubito, quin primipilaris, aut, ut alii dicunt, primipilarius, is diceretur, qui centurin primipili fuiſſet. Hunc quidem principio primum centurionem appellatum, Livius libro VII. ſcribit: idem libro VIII. primipilum appellat, & centurionem, & tertiam peditum partem. Namque pedites in haſtatos, principes, a quibus principia dicta ſunt, (*f*) & triarios dividit. Hos poſtremos tribus vexillis cnnſtare ait: *Nam ſub ſignis*, inquit, *quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat; earum unamquamque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat, vexillum CLXXXVI. homines eraut. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis, ſecundum rorarios, tertium accenſos.* Hæc Livius. Vegetius vern ait: (*g*) *vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primipili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quattuor centurias, hoc eſt CCCC. milites in prima acie gubernabat: hic tamquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda.* Et alio loco: (*h*) *Primipili centurio, poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverit ſcholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur, ſicut Primicerius in officio Præfectorum Prætorio ad honeſtum, quæſtuoſumque militiæ pervenit gradum.* Ex cujus verbis intelligo, eum in prima cohorte fuiſſe uniuſcujuſque legionis, in qua idem ait (*i*) aquilam eſſe, & principum imagines. Nemo autem ignnrat in decem cohortes legionem dividi; in numero vero militum & leginnis, & cohortium variatum eſt, & ſi Vegetius peditum ſex milia & centum, equites DCCXXVI. cnnſtituat, multo tamen minores Livius refert. Huic centurioni annonam commiſſam, Alciatus noſter exiſtimat Græcum jureconſultum ſecutus, [*k*] Pyrrhus ſtipendia, qui tamen non male Vegetinm his verbis uti alio loco refert: [*l*] *Illud ab antiquis conſtitutum eſt, ut ex donativo, quod milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſervaretur, & cum publica ſuſtentarentur annona, ita augebatur eorum caſtrenſe peculium, mileſque quod ſciret ſumptus ſuos apud ſigna depoſitos, de deferendo nihil cogitabat.* Ille tamen ſcrupulus hic eſt, quod ibidem dicitur, eam rationem apud ſigniferos ſervari. Annonam vero idem ait [*m*] curæ præfecto legionis fuiſſe,

(f) *L.* 1. C. *de veter. lib.* 12. *l. ult.* §. Si qua. *& ſeq. C. de erog. mil. annon. e. lib.*

[g] *Veget. lib.* 2. *cap.* 8. *de re milit.*

[h] *Cap.* 21.

(i) *Cap.* 6.

(k) *Alc. C. de primipilo. lib.* 12. *ubi Pyrrhus.*

(l) *Pyrr. lib.* 3. *de officiis militarib. Veget. lib.* 2. *c.* 20.

[m] *Cap.* 9.

ut armà, equi, veſtes. Sed ſive annona, ſive militum pecunia, aut publica apud centurionem primipili ſervabatur, ejus bona fiſco Cæſaris obnoxia tenebantur, ut multis conſtitutionibus ſub titulo de primipilo, & de cohortalibus principibus corniculariis, ac primipilariis, atque aliis (a) ſcriptum eſt. Sic intelligendum eſt, quod Papinianus ſcribit: (b) *Pater inter filios facultatibus diviſis filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit.* Primipilarium quoque non uno in loco in Pandectis mentio fit. (c) Hi autem ſunt, ut Modeſtinus ſcribit, qui primipilo functi ſunt. Sic etiam Conſulares appellantur, qui Conſules; Prætorii, qui Prætores fuerunt. (d) In quo Accurſius errare ſolet, (e) ut hic interpres vetus, qui cum X. cap. recte vertiſſet, *qui primipilum explevit*, hic *qui exercet*, ſcripſit. Primipilum autem variis modis Accurſiani & Pontificii interpretantur, quæ non ita otioſi ſumus, vel potius inepti, ut referamus.

(a) *L.* Officiales. *l.* Quiſquis emenſis. *in fine. C. de epiſc. & cler. l.* 1. *C. de condic. ex lege. l.* 4. *C. in quib. cauſ. pign. l.* 1. *C. de priv. fiſci. l.* Si non verum. *C. de donat. int. vir. l.* Si tutores. *C. de excup. l. ult. C. de filiis off. mil.*
(b) *L.* Pater. *de adimend. leg.*
(c) *L.* Pater. §. Julius. *de leg.* 3. *l. ult.* §. Patrimonior. *de muner. & hon.*
(d) *L.* 1. *C. de dign. lib.* 12. *l.* 1. *C. de Conſ. eod. lib. l. ult. C. de decur. lib.* 10.
[e] *d. l. ult. & d. l.* 1. *de dign. l.* Si tribunus. *de excuſ.*
[f] *L.* Non ſolum. *eod.*

Nonum caput latinis ſcriptum eſt his verbis:

Ulpianus *libro ſingulari de officio Prætoris Tutelaris. Si tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit, etiam collegarum filiorum tutela excuſabitur beneficio Divi Severi & Imperatoris noſtri.*

Quænam hæ Prætoriæ cohortes ſint, non facile dixerim. Urbanas quidem eſſe exiſtimo, de quibus antea Ulpiani verba rettulimus: niſi forte, quod a doctiſſimo viro accepi, placeat cohortes Prætorias eas intelligere, quæ a Prætoribus ſuis non diſcedebant cætero militari munere immunes, ut Sex. Pompejus ſcribit.

Decimum Græcum caput (f) hujus ſententiæ eſt:

Modestinus *libro tertio excuſationum. Non ſolum primipilares, qui in caligatis militiis, aut aliis permilitaverunt, ſed qui quomodocumque Reipublicæ Romanæ cauſa abſuerunt, poſtea, quam fuerint reverſi, anni habent vacationem.*

Caliga militare calciamentum, ex qua C. Cæſar Germanici filius Caligulæ cognomen puer induit, ut Tacitus & Tranquillus ſcribunt: erat autem gregarii militis, ſic enim viliores appellantur. [g] Quamobrem caligati milites dicuntur, qui in armata militia officium militare non habent, (h) & hoc Juſtinianus ſcribit Novella LXXIV. (i) quæ barbare ita verſa eſt, neque enim græca extat: *Sed neque agricolas, aut milites armatos, quos lex caligatos appellat (hoc eſt viliores & obſcuriores) perſcrutamur, quibus civilium cauſarum ignorantia eſt.* Quod Accurſius quoque refert. Sed hæc ad primipilarem mihi non pertinere videntur, quem antea legionis principem eſſe dicebamus. Quamobrem vereor, ne in Palatinis quoque officiis primipilo locus eſſet, ut caligata militia hoc loco armatam ſignificet. Nam armatam ad illarum differentiam dici alio loco ſcripſimus: (k) hac tamen in re dubito. Illud certum eſt, non ſolum primipilares, ſed & omnes, qui quomodocumque reipublicæ cauſa abſint, legati puta, aut provinciarum præſides, aut milites annum deinde ab omni tutela vacant, & cum Modeſtino Juſtinianus facit libro I. inſtitutionum, ita enim ſcribit: (l) *Item, qui reipublicæ cauſa abſunt, a tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores, vel curatores dati, deinde reipublicæ cauſa abeſſe cœperint, a tutela, vel cura excuſantur, quatenus reipublicæ cauſa abſunt, & interea curator loco eorum datur, qui ſi reverſi fuerint, recipiunt onus tutelæ: nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro V. Reſponſorum ſcripſit, nam hoc ſpatium habent ad novas tutelas vocati.* His Juſtiniani verbis reliqua, quæ Modeſtinus ſcribit, aperta ſunt. Sic enim ait:

(g) *L. ult. C. de milit. veſt. lib.* 12.
[h] *L.* 2. *in princ. de his qui not. inf. l.* A Caligato. & *de nupt. l.* De militib. *de cuſt. & exhib. reo. l.* Omne delictum. §. Exploratores. *de re mil.*
[i] *Auth. quib. mod. nat. eff. legit.* §. Quiſquis.
(k) *In epiſt. ad Lælium de militiis. arg. l.* 1. *C. neg. ne milit. tent. lib.* 12.
(l) §. Item qui. *inſtit. eod.*

Annus tamen hic non tantum his, qui conſuetum militiæ tempus impleverunt, in reliquis publicis muneribus datur, ſed & his, qui quomodocumque reipublicæ cauſa abeſſe deſierunt, & ſi minus temporis conſumpſerint conſtituto.

Eſt tamen hoc loco Florentinus liber una littera, ni fallor, emendandus, Baſilienſis pluribus ut ſcribatur: ταυτχωένοις τῆς δημοσίας χρείας.

Cæterum quas tutelas antea gerebant, & ob id reliquerunt, quod reipublicæ cauſa abibant, eas reverſi ſtatim ſuſcipient, neque eis annus proderit, qui ad futuras, novaſque tutelas datur, non ad eas, quas recipere debent.

Hæc ex Juſtiniani verbis manifeſta ſunt. Deinde ait:

Atque hic annus continuorum dierum accipiendus eſt, ex quo vel reverſus eſt, vel reverti debuit recta via rediendo, non ſi circuitione uſus ſit. Etiam hi, qui teſtamento tutores dati ſunt, jure excuſabunt ſe a gubernatione earum rerum, quæ in alia provincia ſunt, ut infraſcripta Severi conſtitutione manifeſtum eſt. divi severus *&* antoninus augusti *Valerio. Teſtamento tutor datus ante præfinitum diem adire debuiſti, & poſtulare, ut ab adminiſtratione rerum, quæ in alia provincia erant, liberareris.*

Hæc conſtitutio latine ſcripta eſt, qua præſidis provinciæ mentio non fit, ut vulgo creditur: neque id Dinus, aut Albericus habuerunt. Sed intelligere oportet, judicem competentem, quod illis placet. Deinde ait:

Qui primipilo functus eſt, ſi cum unius pupilli tutelam ſuſcepiſſet, rurſus ad militaria munera adſumptus ſit, deponet onus tutelæ.

Florentiæ eſt καὶ ἑνὸς παιδίυ, expuncto primo verbo, quod antiquus interpres non vidit, unde & unius filii, aut *filium* cæteri ſcribunt. Nos τὸ παιδίον *pupillum* vertimus: neque enim intereſt: eſt autem id græcum verbum ſub tit. de verborum ſignificatione reſtituendum. (m) Sed hæc alio loco:

(m) *L.* Illa verba. *de verb. ſig.*

Si

Similiter, inquit, *in illius quoque tutoris locum, quem poſtea adſeſſorem quis ſecum duxerit, curator dabitur, ut ait Divi Severi conſtitutio. Quam qui recte ad omnia ſimilia capita producet, curatorem dari dicet in eorum locum, qui ad tempus vacationem habent.*

(a) §. Interdum. inſtit. de curator.

Idem Juſtinianus ſcribit: [*a*] *Loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus a tutela excuſantur ſolent curatores dari.* Adſeſſorem appellavi, quem græce *συγκάθεδρον* appellat, antiquus interpres *collegam. Collegarum enim appellatione hi continentur, qui ſunt ejuſdem poteſtatis*, (*b*) hoc eſt dignitate pares: neque facile alium ſecum ducere dicetur, cum eandem poteſtatem habeat. Quamobtem *adſeſſorem* interpretatus ſum: quo verbo minorem judicem ſignificamus. Hos in conſiliis adhibere ſolebant, [*c*] & his cauſas delegare: quos neſcio an aliquando pedaneos appellatos putemus, a quorum ordine nihil differre dicuntur Novell. LX. [*d*] quamvis pedaneos datos, aut delegatos judices ſignificare exiſtimem ad unam, atque alteram cauſam, adſeſſores perpetuo ſuis Præſidibus ſervire: quibus cauſæ partem committi Juſtinianus permittit, illis totam. [*e*] Sed utcumque ſe res habeat, ejus loco, quem quis in provinciam ſecum duxerit, ſive eum adſeſſorem, ſive conſiliarium, aut collegam appellemus, curator dandus eſt, non tutor: tutorem enim habenti tutor non datur. (*f*) Quod ſequitur, non melius verſum eſt:

(b) L. Collegar. de verb. ſign.

(c) L. pen. & ult. de off. adſeſſor. l. 1. C. eod. atq. aliis.

(d) Auth. ut defunct. ſeu fun. §. Illud.

[e] Nov. 82. auth. de judicib. §. Judices. vide interpres Pauli lib. 5. ſentent. tit. L. Jul. repet. Alciat. lib. 1. c. 41. parerg.

[f] d. §. Interdum. inſtit. de curat.

Si minor libertus a patrono tutor liberis ſuis dabitur, vel etiam alius, qui minor XXV. annis ſit, dum minor eſt, non gravatur: interim tamen alius curator creabitur. Similiter ſi legitimus tutor minor ſit, namque in hujus quoque locum interea curator dabitur.

Sæpe diximus erraſſe interpretem in *ἀφήλικος* nomine, ſed uno hoc loco ter errat, *impuberem* minorem XXV. annis appellans; quod fecit, ut multi *puberem* ſcribant, minus quidem male, ſed male tamen. Illud recte Accurſius ait, Juſtiniani conſtitutione (*g*) minores non excuſari, ſed prohiberi tutelam, aut curam ſuſcipere.

(g) L. ult. C. de leg. tut. inſtit. de excuſ. §. Item major.

Si quis non ita ægrotet, ut oporteat tutela omnino vacare, in ejus locum curator datur. Poſtea vero, quam convaluerit, tutelam ſuſcipiet: cui ſimilis eſt, qui in furorem inciderit; & Ulpianus ita ſcribit: Adverſa quoque valetudo excuſat; ſed ea, quæ impedimento eſt, quominus quis ſuis rebus ſupereſſe poſſit, ut Imperator noſter cum patre reſcripſit.

Hæc Ulpiani verba latine ſcripta ſunt, & extant in Juſtiniani inſtitutionibus. (*h*) Hoc autem reſcriptum Severi & Antonini eſſe, dubitandum non eſt, ut ſupra ſcripſimus.

(h) §. Item propter adverſam. inſt. eod.

PAULUS *libro ſingulari* (*i*) *de excuſatione tutorum. Et non tantum ne incipiant, ſed & a cœpta excuſari debent.*

(i) L. Et non tantum. eod.

Hæc verba XI. capitis ſunt, &, ut retuli, ſcribenda.

MODESTINUS *libro III. excuſationum. Idem Ulpianus* (*k*) *ſcribit. Sed in hoc reſcripto adiectum eſt, ſolere vel ad tempus, vel in perpetuum excuſari, prout valetudo, qua adficitur. Furor autem non in totum excuſat, ſed efficit, ut curator interim detur.*

[k] L. Idem Ulpianus. eod.

Hæc verba ita ſcripta ſunt initio XII. capitis. Credendum eſt ea a Triboniano ita poſita, ne quis latina verba Modeſtini eſſe exiſtimaret; ſunt autem, quæ ſequuntur, Græca:

Sunt alii, qui quamvis ſint jam tutores, aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur. Ut qui domicilium alio mutare ex Imperatoris reſcripto conſecuti ſunt: ſi modo princeps norit eos tutores eſſe, & aperte mutationem domicilii concedat, & utrumque litteris ſignificet.

Alterutrum pro utroque barbarus vertit adverſus Modeſtini ſententiam.

NUnc ad XIII. [*l*] caput venio, quo de tempore, intra quod excuſatio allegatur, dicendum eſt. In quo non multa difficilia ſunt.

(l) L. Scire oportet. eod.

IDEM *libro quarto excuſationum ſcire oportet, neque creatos tutores, neque teſtamento datos provocandi neceſſitatem habere, ut ex conſtitutione Divorum Severi & Antonini apparet.*

Ex hoc capite ſumptum eſt, quod Juſtinianus ait: [*m*] *Qui excuſare ſe volunt, non appellant, ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint ſe eſſe tutores, vel curatores datos, ſe excuſare debent: cujuſcumque generis ſint, id eſt, qualitercumque dati fuerint tutores, ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, ubi tutores dati ſunt.* Addit Modeſtinus:

[m] §. Qui autem excuſare. inſt. eod.

Quod etiam obſervari convenit in creatis curatoribus. Nam valde ſunt pauca ea, in quibus curatores a tutoribus differant. Sane a ſententiis, quæ eis excuſationes auferunt, provocare licet.

Sic intelligendum eſt, quod cap. IV. dicebatur. (*n*) Siquis a tertiæ tutelæ onore appellaſſet, & quarta deferretur, expectandum eſſe, quoad judicatum eſſet de tertia, ut appellatio non a delatione tutelæ ſit, ſed ob excuſationem, quæ accepta non eſt.

(n) L. Diximus. ſupra eod.

Multa vero obſervare oportet tutores, vel curatores, ut cauſas excuſationis allegare permittantur. Nam debent intra tempora conſtituta ad judicem accedere, & conſtituta ſunt hæc: Qui in urbe eſt, in qua creatur, aut intra centeſimum ab urbe miliarium, intra quinquaginta dies excuſatur: poſtea vero non permittitur ei ſe excuſare, ſed oneri obligatus eſt. Et cum nihil horum fecerit, in eadem erit cauſa, ac ſi ſuo periculo id contemnere viſus eſſet: nulla enim ei relinquetur ad excuſationem via.

Reliquit hoc loco Politianus integrum verſiculum, & *μὴ τοῖς τεφρένθη* ſcripſit, quod in eo quoque exemplo, quod ad Alciatum allatum eſt, a quo Hervagius habuit, ſcriptum fuiſſe ſcimus.

Digitized by Google

mus. Quamobrem in Baſilienſi libro eſt, *μὴ ποιήτη πεφάνθη*. Florentiæ vero *μὴ ποιήτη, ἔσαι ἐν τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ, ἐν ᾗ ἦν ἂν εἰ ἀπεφάνθη*. Mirandum non eſt, tantum virum, quantus ille fuit, in ejuſmodi errorem lapſum eſſe. Nihil enim eſt homini magis proprium, quam errare ac falli. (*a*) Ut enim vigilantiſſimus & diligentiſſimus quacumque in re fueris, tamen te hominem eſſe in illis ipſis accuratiſſimis cogitatis tuis facile cognoſces; & hanc veniam petimus, damuſque viciſſim. Sed ad Modeſtinum redeo;

(a) L. 2. §. Si quid autem. & §. Sed quid. C. *de vet. jure enucl.*

Qui vero ultra centum milia ab urbe abeſt, vicenis milibus in ſingulos dies enumeratis, en quo ſe creatum cognoverit: namque oportet certiorem a magiſtratibus fieri aut coram, aut domi ſuæ; alios deinde triginta dies ad allegandam excuſationem habet.

Hoc Juſtinianus ita ſcribit: [*b*] *Si vero ultra centeſimum lapidem habitant: dinumeratione facta viginti milium diurnorum & amplius triginta dierum, qui tamen, ut Scævola dicebat, ſic debent computari, ne minus ſint, quam quinquaginta dies.* De Scævolæ ſententia multa Theophilus ex hoc capite, quo pluribus hoc ipſum declaratur. Illud itaque dictum a Modeſtino & Juſtiniano eſt, ut ſi intra centum miliaria habitet, intra quinquaginta dies ſe excuſet; ſi ultra, itineri in vicena milia ſinguli dies ei dentur, excuſationi poſtea dies triginta. Quæ paulo poſt a Modeſtino declarantur. Idem ait:

[b] *d.* §. Qui autem, *inſtit. eod.*

Et hoc ad eos quoque pertinet, qui teſtamento dati ſunt, ſive tutores ſint, ſive curatores, quos curatores a Præſide confirmari conſuetum eſt.

Hoc ipſum dictum fuerat ſub titulo de confirmando tutore ex libro VI. excuſationum: (*c*) non poſſe curatores teſtamento dari, ſed datos confirmari ſolere.

(c) L. 1. *in fin. de conf. tut.*

Illud vero invenimus ex Marci legislatione quæſtione dignum. Nam cum eis, qui in ipſa urbe eſt, in qua creatur, aut intra centum milia legislator tempus quinquaginta dierum dederit, ei vero, qui ultra centum milia habitat, vicena milia in ſingulos dies numerari juſſit, & amplius alios triginta dies ad ſe excuſandum præbuit: evenit hinc, ut ſi quis ad centeſimum & ſexageſimum miliare habitat, tempus habeat octo & triginta dierum. Octo enim dies ob centum & ſexaginta milia competunt, numeratis in ſingulos dies milibus viginti; triginta deinde dies ad ſe excuſandum dantur. Itaque pejori condicione eſt, qui longius habitat eo, qui intra centum milia eſt, aut in ipſa urbe: ſi quidem his quinquaginta ſemper dierum tempus eſt, illis pauciorum.

Jure hac de re dubitatum eſt, neque adhuc effectum, ne non pejor ſit eorum condicio: & ſi ita Marci conſtitutio interpretata ſit, ut omnibus quinquaginta dies dentur, illis plures, qui ultra quadringenta milia habitant. Pejori autem condicione ſunt, quod ad ſe excuſandum alteri quinquaginta omnes dies habent, hi vero ad iter multos dies, ad excuſationem proponendam triginta, & ſi longiſſime abeſſent. Sed ſecutus fortaſſe D. Marcus eſt, quod alteri in aliena patria huic uni negotio vacantes, aut etiam aliis non multis ſatis laxam diem habebant, alteris plures dies dati ſunt, quod in patria rebus & negotiis familiaribus occupati facile impediri poſſent, ne ſe intra tempus excuſarent. Sed hæc ad utrumque tempus reſpiciunt & conſtitutionis, & ejus interpretationis. Quæſtio ea fuerat, quod viderentur quinquaginta dies his ſolum dati, qui intra centeſimum lapidem, aut ultra quadringenteſimum habitarent. Fingamus enim quemquam ad ducenteſimum habitare, hic habet itineris decem dies, urbanos triginta; neque enim amplius dari videbatur, quam tot dies, quot efficerentur, ſi vicena milia ſingulis diebus conficeret, & amplius dies triginta.

Sed & ſi maxime, inquit, *ſcriptum legis eam ſententiam efficiat: tamen legislatoris mens aliud vult. Quando & Cervidius Scævola, & Paulus, & Domitius Ulpianus juriſperitorum principes ſcribunt, hæc ita oportere obſervari, ut nullo pacto alicui minus detur temporis quinquaginta dierum: tum vero longior dies, cum numerus dierum itineris additus ad triginta dies, quos ad excuſandum lex dedit, excedit quinquaginta dies. Ut ſi fingamus aliquem ultra quadringenta & quadraginta miliaria habitare, hic enim habet duos, & viginti itineris dies, excuſationis triginta.*

Hæc multis exemplis Theophilus confirmat, quæ non multam habent difficultatem. Cervidium vero Scævolam appellatum eſſe, non Serbidium, ut Haloander & Alciatus ſcribunt, teſtis eſt Florentina ſcriptura non hoc loco ſolum, & in indice juriſconſultorum, ſed & apud Paulum libro ſingulari de ſecundis tabulis: (*d*) *Secundas tamen tabulas*, inquit, *non oportere reſuſcitari, deſtituto jam jure civili teſtamento, Quintus Cervidius Scævola noſter dicebat.* Et apud Marcianum libro VII. inſtitution. (*e*) *Si ſervus legatus, & per fideicommiſſum manumiſſus ſit, Cervidius Scævola conſultus putabat noviſſimam ſcripturam valere.* Eſt autem ridicule in hujus conſulti nomine vetus interpres lapſus. Sed nos reliqua videamus. Coryphæum conſultorum hunc, & Ulpianum, & Paulum Modeſtinus appellat, quod principem ſignificat. Sunt enim hæc Ciceronis verba libro I. de natura deorum: *Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, cum Athenis eſſem, audiebam frequenter, & quidem ipſo auctore Philone: credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, cum a principe Epicureorum accepiſſem, quemadmodum dicerentur.* Theophilus quoque libro I. inſtitutionum (*f*) κορυφαιότατον ait eſſe *populum legislatorum*, hoc eſt, *longe principem.* Quod vero ad iter faciendum attinet, locus hic eſt Ulpiani opinioni, (*g*) ut

(d) L. Qui plures. 2. *de vulg. & pu.*

[e] L. Si ſervus legatus. *de fideic. libert.*

[f] Theoph. §. Lex. *de jure nat.*

(g) L. 2. *de verb. ſig.*

ſi mi-

ſi minus, quam viginti milia ſuperſint, integrum diem occupent. Finge abeſſe tutorem quadringentis & octo milibus, quadringenta milia viginti diebus peragenda ſunt, octo uno die, ut hic tutor XXI. habeat itineris dies, & poſtea triginta. Deinde ait:

Hoc autem tempus omnes obſervabunt, qui quomodocumque a tutela, vel cura, vel ab ejus parte ſe excuſant.

Partem intellige, cum duobus, aut pluribus delata eſt.

Conſequens his eſſe ſciendum eſt, ut ſi qua ſpecie excuſationis fuerit aliquis uſus, non aliter audiatur, quam ſi ſervabit tempus conſtitutum, niſi cum alterius civitatis civis ſit.

De hoc cive, in calce hujus capitis dicetur: enumerantur enim illic multi, qui huic tempori non ſubjacent, in quibus is, qui a magiſtratu, cui ipſe ſubditus non eſt, datus eſt. Quamobrem ſuſpecta mihi aliquando hæc exceptio fuerat: cum ea etiam verba, quæ infra ſcribam, addita ſint ab antiquo quidem emendatore in Tuſco libro, ut alia permulta. Sunt autem hæc: εἰ μὴ ὡς ἑτέρας πόλεως πολίτης ἐστιν, οὕτως δὲ ἐπάναγκές ἐστιν φυλάττειν τὴν προθεσμίαν, ſine quibus conſtat ſententia. Nunc vero recipienda eſſe videntur, ſed ſi cui illud videatur, habet, quod ſequatur. Majus mendum eſt in Baſilienſi libro in illis verbis εἰ καὶ τινι εἴδει παραιτεῖται ἤ τις χρώμενος. eſt enim ſcribendum παραιτήσεως ἢ, quod ex Politiani notis evenit.

Sic autem neceſſe eſt, id tempus ſervare, ut quamvis ob allegationes liberatus ſit, liberum non fieri eum, Divi Severus & Antoninus conſtituant. Idem jubent non valere alterius in ejus locum creationem, utpote cum datus ſit, cum non licebat, in ejus locum, qui erat adhuc tutor.

Quæ ſequuntur habent non nihil difficultatis, ut vix mihi ſatisfaciam; ſed tamen opinor hoc ſignificare.

Sufficit tamen intra tempus ſaltem adeſſe, & ſi poſtea invitus cauſam omiſerit, non erit præſcriptioni obnoxius. Unde ſi defunctorie adſit ſolum, neque permaneat ad allegandum, poſt tempus in præſcriptionem incidet. Sciendum eſt, quod Paulus ait libro II. ſententiarum

(a) L. Quinquaginta. *infra. eod.* [a] *quinquaginta dierum ſpatium tantummodo ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinere. Peragendo enim negotio ex die nominationis continui quattuor menſes conſtituti ſunt.* Quamobrem ſiſtere ſe, & apud acta, aut per libellos excuſationem conteſtari oportet. Sed eo animo, ut poſtea excuſationem judici probet, non ut qualemcumque excuſationem alleget, eamque poſtea deſerat. Præſcriptio autem hoc loco eſt temporis exceptio, ut

(b) L. 2. C. *de excuſat.* conſtitut. II. de excuſationibus. [b] Defunctorie adeſſe eſt eo animo adeſſe, ut levi eo ſiſtendi ſe actu, anſam ſe excuſandi habeat.

(c) L. 2. *qui petant tutor.* Qua de re antea diximus. (c)

Atque hoc, inquit, *conſtitutione Imperatorum Severi & Antonini conſtitutum eſt. Sed ſi ob valetudinem adverſam, vel aliam neceſſariam cauſam, maris puta, aut hiemis, aut impetus latronum, aut alicujus ſimilis rei in tempore adeſſe non poteſt: veniam conſequitur. Cujus rei fidem facere ex ipſo naturali jure eſt ſatis: ſed tamen hæc eadem, Impp. Severi & Antonini conſtitutione continentur. Scire etiam oportet non ſufficere veniſſe quem ad jus dicentem, ſed opus eſt, ſpeciem excuſationis teſtari, quod ſi multas habet cauſas excuſationis, omnes proponet: ſin minus, ſimilis ei eſt, qui principio non venerit, quamvis venit is quidem, non tamen cauſas excuſationis dixit. Quinquaginta vero dies continui numerantur ab eo tempore, quo ſe datum eſſe cognovit. Una autem oportet teſtari excuſationem apud tribunal, aut alias apud acta, aut poteſt ſupplices libellos dare, ut idem Imperatores conſtituerunt. Hæc de his, qui obſervare debent tempus conſtitutum.*

Clara ſunt de his rebus Modeſtini verba, & non multum veteres interpretes ab ejus ſententia diſcedunt, niſi quod teſtatio hæc, quæ, cum ſe ſiſtit in judicio, fit, alia eſt ab excuſationis probatione, quod ex Paulo oſtendimus. Quamobrem, quod Ulpianus ſcribit, (d) *excuſare ſe tutor per libellos non poteſt:* ita intel- (d) L. Excuſare. *infra, eod.*
ligendum eſſe arbitror, ut ejus præſentia neceſſaria ſit: præſens libellis, aut voce uti poteſt. Acta dixi, quod Modeſtinus *hypomnemata* hic, & cap. XV. (e) barbarus interpres *ſub-* [e] L. Spadonem. §. Qui abſolutus. *eod.*
commemorationes, aut *depoſitiones.* Sed illud Theophilus ſub titulo de ſatiſdatione tutorum: (f) hinc *hypomnematographi* actorum ſcribæ (f) *Theoph. inſt. de ſatiſd. tut.* §. Sin autem.
in Theodoſii conſtitutione (g) & apud Strabonem lib. XVII. & Alciatum, & Budæum. (h) (g) L. Si quos. C. *de decur. lib.* 10. *ubi Alciat.*
Deinde ait: (h) *Bud. l.* Mort. §. Solet. *de pæn.*

Age vero de his videamus, qui huic tempori non ſubjacent. Qui non legitime tutores dati ſunt, hoc eſt a quibus non oportet, aut hi, quos non oportet, aut his, quibus non oportet, aut quo modo non oportet, ſi neque confirmabuntur, neque ſuſcipient adminiſtrationem: immunes ſunt. Neque eis obicietur, quod conſtitutum excuſationibus tempus non ſervaverint: cum excuſare ſe eos non ſit neceſſe.

Emendandus Hervagii liber eſt, ut φέρε σκεψώμεθα ſcribatur, non περι. Item ſcribendum eſt, ἢ ὑφ᾽ ὧν μὴ ἐχρῆν, ἢ οὗτοι οὓς μὴ ἐχρῆν, ἢ οἷς μὴ ἐχρῆν, ἢ ὃν μὴ ἐχρῆν τρόπον. Quæ Hervagii ſolius peccata ſunt. Vidimus ſimilem locum ſub titulo de confirmando tutore. (i) Sequitor poſtea: [i] L. 1. *de conf. tut.*

Ut ex infra ſcriptis conſtitutionibus apparet, quas exempli gratia ſubjeci: hæ enim ad omnes caſus trahi poſſunt.

Subjecerat fortaſſe Modeſtinus aliquot conſtitutiones; ſed Tribonianus nobis unam reliquit latine ſcriptam in hunc modum:

Divi severus & antoninus *Auguſti Narciſſo. Ab avo materno tutor datus neceſſe non habuiſti excuſari, cum ipſo jure non teneris. Si igitur adminiſtrationi te non miſcuiſti, potes eſſe ſecurus.*

Addit Modeſtinus:

Si

Similiter ſi non ſubditum juriſdictioni ſuæ magiſtratus tutorem, aut curatorem creaverint: ne hic quidem habet neceſſe tempus obſervare, ut ſi neque civis ſit, neque incola.

Exſtat ea de re Diocletiani conſtitutio. (*a*) Incola autem eſt, qui in aliqua regione domicilium ſuum contulit, & ſi in ſuburbano habitet: (*b*) at qui in urbis agro, hoc eſt territorio, ut vocant, incola non eſſe urbis dicitur: (*c*) hæc enim mihi veriſimilior concordia videtur Pomponii ac Modeſtini.

(a) *L.* Neque a Præſide. C. *qui dare tutores.*
[b] *L.* Pupillus. §. Incola. *de verb. ſign.*
[c] *L.* Scire oportet. *ad munic. l.* 3. C. *de inc. libro* 10.

CApitis XIV. hæc ſententia eſt.

Idem *libro quinto excuſationum.* (*d*) *Libertum, cum de excuſatione tutorum, & curatorum loquimur, ſciendum eſt non ſolum patris pupilli, ſed etiam matris intelligi oportere; & cum de patroni liberis quærimus, ſcire oportet nos non in primo gradu eam appellationem ſtatuere, hoc eſt filium, filiam, ſed & ad nepotes ex eis, & cæteros poſteros producere.*

(d) L. Libertum. *de excuſ.*

Conſtat, ſenatum, auctore Divo Marco, cenſuiſſe a liberis ad tutelam, vel curam liberorum patroni, ſeu patronæ nullam excuſationem accipiendam eſſe: (*e*) niſi libertus minor eſſet, (*f*) quod antea dictum eſt. Liberos autem hic παῖδας appellat, cap. II. τέκνα: ideo mirandum non eſt, ſi addat, quod ex ſupraſcriptis elici poſſe videretur. Deinde:

[e] *L.* Libertos. C. *eod.*
(f) *L.* Non ſolum. §. Si libertus. *ſupra eod.*

Ille quoque, qui jus aureorum anulorum impetravit, hac in re in eadem erit conditione, in qua cæteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus reſcripſit.

Originem eorum anulorum eleganter Budæus tradit: (*g*) & omnibus libertis ab Juſtiniano conceſſos eſſe, antea ſcripſimus. (*h*)

(g) *Bud. l. ult. de ſenat.*
[h] Nov. 78. *Auth. ut liberti dec.*

Qui de ſua pecunia emptus, & manumiſſus eſt, nullo pacto cæteris libertis comparatur.

Hac de re multa ſub titulo de manumiſſionibus tractantur (*i*) ob epiſtulam Divorum fratrum, qua ei neceſſario libertatem eſſe dandam dicitur.

(i) *L.* Is qui ſuis. & *ſeqq. de man.*

Si plures liberti ſint: unus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & a tribus tutelis non liberatur.

Hoc eſt, ni fallor, ut tres tutelæ ante ſuſceptæ eum non excuſent, neque earum aliquam dimittat; quod Dinus apud Albericum ſignificare videtur.

EXtremus noſtri operis actus ſupereſt, quo variis de rebus a Modeſtino tractatur, & initio ita ſcribitur.

Idem *libro ſexto excuſationum.* (*k*) *Spado creari poteſt tutor, neque enim habet excuſationem, ut conſtat ex conſtitutione Imperatorum Severi, & Antonini.*

[k] *L.* Spadonum. *de excuſ.*

Hæc conſtitutio extat in hæc verba: (*l*) IMPP. SEVERUS & ANTONINUS *AA. Aviolæ. Falſa ſuaſione credis, te, propterea quod ſpado ſis, immunitatem a tutela habere.* Spadonum appellatione & caſtrati, & non caſtrati continentur. (*m*) Sed frequentius pro non caſtrato accipitur, ut cum ſpadoni uxorem ducere, poſtumum heredem inſtituere, (*n*) & adoptare permittitur. (*o*) Caſtratum autem intellige vi exectum, non ut vulgo exiſtimatur, natura ſterilem, quod nos libro III. emendationum Theophilum (*p*) ſecuti tradidimus. Hoc loco generaliter hoc nomen accipio; neque enim video caſtratum excuſari. Deinde dicitur:

(l) *L.* 1. C. *eod.*
(m) *L.* Spadonem. *de verb. ſignif. l.* Si ſerva. *in fin. de jure dot.*
(n) *L.* Sed eſt quæſitum. *de lib. & poſtum.*
(o) *L.* 2. *de adopt.*
(p) *Theoph.* §. Sed & illud. *inſtit. de adopt.*

Qui patri pupillorum promiſit ſe futurum tutorem, excuſare ſe hac tutela non poteſt, quamvis alias excuſare ſe jure poſſit.

Juſtinianus totidem verbis ſcribit: [*q*] *Non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant.* Idem Modeſtinus ſcribit:

(q) §. Item ſi propter. *inſtit. eod.*

Scire oportet, dignitatem nemini præbere excuſationem. Unde ſi quis ſenator ſit, tutor erit etiam liberorum eorum, qui inferioris ordinis ſenatores ſunt. Idque Divi Marcus & Commodus reſcripſerunt.

Hæc mea eſt in his rebus opinio, non ſatis certa tamen: ut ſenatorum multi ordines exiſtimentur fuiſſe eorum, qui in magiſtratu fuerant: Conſularium, Prætoriorum, Præfectoriorum virorum, item Clariſſimorum, Illuſtrium, Perfectiſſimorum, de quibus Pomponius ſcripſiſſe exiſtimandus eſt ſub titulo de ſenatoribus. (*r*) *Qui indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore.* Itaque arbitror, nullum ſenatorem a ſenatoris filii tutela excuſare ſe poſſe, & ſi ipſe in majore dignitate ſit, quam pupilli pater. Modeſtinus tamen obſcure locutus eſt, & aut ſenatores non ſenatorum filiis tutores dari poſſe, aut ipſis ſenatoribus minoribus dicere videtur, quorum neutrum placet: neque enim pupillos ſenatores fieri poſſe exiſtimo; neque, cum poſtea dicatur liberandum a tutela eſſe, qui ſenator factus eſt, credo non ſenatoribus ſenatores eſſe poſſe. Quæ tamen ſententia vera ſit, doctiſſimi quique viderint, nos cætera perſequamur.

(r) *L.* 4. *de ſenat.*

Si vero quis cum tutor, aut curator eſſet ejus filii, qui neque ſenator, neque in alia dignitate eſſet, poſtea ſenator fiat, perpetuo ab onere liberatur. Sin autem qui ſub ejus tutela, aut cura ſunt, liberi ſint ſenatoris, non liberatur a tutela. Qui inferioris ordinis eſt, non excuſatur a tutela majorum.

Hæc etiam eandem interpretationem recipiunt. Neque locus eſt his, quæ ſub titulo de tutoribus & curatoribus datis Accurſiani exiſtimant, (*s*) ſenatores non ſenatoribus, & non ſenatores ſenatoribus tutores dari poſſe. Sunt enim illa de decurionibus a Modeſtino ſcripta, ut illic ſcripſimus. Idem ait:

[s] *L.* Et qui non ſunt. *de tut. & cur. dat.*

Neque librarios, neque calculatores, quos diapſephiſtas dicunt, habere immunitatem ſacris conſtitutionibus dicitur.

Quarta quidem ſub titulo de profeſſoribus & medicis ita ſcriptum eſt: [*t*] *Oratione Divi Pii liberalium ſtudiorum profeſſores, non etiam calculatores continentur.* Ulpianus quo-

(t) *L.* Oratione. *de prof. & med. libro* 10.

que

que ſcribit, (*a*) *librariis, & notariis, & calculatoribus ſive tabulariis, & cæteris opificibus aut artificibus, qui in artificio, quod extra litteras, aut notas eſt, verſantur, Præſidem extra ordinem jus non dicere.* Sunt autem librarii librorum ſcriptores, aut aliorum ſcriptorum (*b*) notarii, qui notis quibuſdam dictata ſcriberent, (*c*) cujuſmodi ſunt, quæ *ſigla* Juſtinianus appellat, [*d*] de quibus Probus, & Diaconus ſcribunt. Scribæ, aut tabularii, qui magiſtratibus aut civitatibus in publicis, aut privatis negotiis cautiones, acta, & rationes conſcriberent, hos ſervos publicos appellatos ſcimus, quod ſervi fuiſſent [*e*] ante, quam id fieri Arcadius vetaret conſtitut. III. de tabulariis ſcribis, holographis, & cenſualibus (*f*) quæ in Theodoſiano quoque libro extat, (*g*) hodie tabelliones appellantur: ſed his rationem tabulæ nullæ committuntur, ut tabulariis. (*h*) Calculatores a calculis ducendis dictos arbitror, non geometras, ut Accurſius, & Albericus exiſtimant, ſed qui rationibus conficiendis adhiberentur. Cicero ad Atticum libro VIII. *Quare nunc ſaltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus.* Sic in Zenonis conſtitutione (*i*) cum judices multam L. librarum auri publicis calculis inferre coguntur, rationes publicas intelligimus, & cum de errore calculi tractatur. Pro tabella quoque judicis, & ſententia uſurpatur, (*k*) ſed nuſquam elegantius, quam a Juſtiniano ſub titulo de judiciis. [*l*] *Cui enim*, inquit, *non eſt cognitum, antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe, niſi prius ſacramentum præſtitiſſent, omnimodo ſeſe cum veritate, & legum obſervatione judicium ſuſcepturos?* Significat autem veteres illos judices, qui ante C. Cæſarem ex equeſtri, aut aliis ordinibus ſortito dabantur, a Græcis calculus ψῆφ⊙ appellatur, quo verbo pro ſententia Modeſtinus eſt uſus cap. XIII. (*m*) Eodem in rationibus utebantur, unde *diapſephiſtæ* dicti, quo nomine calculatores appellat, ab eodem verbo *pſephiſmata* appellata ſunt, de quibus antea ſcripſimus. [*n*] Calculatoribus & librariis pueris veteres uſos Ulpianus ſcribit: (*o*) *Impuberis quoque*, inquit, *miniſterium eſt, ſi forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator ſit, vel hiſtrio.* Eſt autem illic nomenculator, qui civium nomina teneret, quo ſervo qui magiſtratum peteret, aut cum populo ageret, utebatur, de quo etiam Venulejus libro VII. actionum ſcribit: (*p*) *Poteſt tamen & impubes operas dare, veluti ſi nomenculator ſit, vel hiſtrio.* Cicero pro Murena: *Quid? quod habes nomenculatorem? in eo quidem fallis, & decipis, nam ſi nomine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo, quam tibi.* Sed hæc alii nota omnibus fecere, quæ in Accurſianis libris mendoſa habebantur. Deinde Modeſtinus ſcribit:

Jam vero Judæi quoque non Judæorum tutores erunt, quemadmodum cætera munera ſubeunt. Namque eos conſtitutione ſolutos eſſe volunt ſolis illis rebus, per quas ſuperſtitio eorum pollui videatur.

(a) *L.* 2. §. Jam & librariis. *de extraord. cogn.*
(b) *L.* Si librarius. *de div. reg. jur.*
(c) *L. L.* Titius. *de teſtam. mil. l.* Quotiens. *de her. inſt.*
(d) *L.* 1. *&* 2. *in fin. C. de vet. jur. enucl. & in proœm. Dig. in fin.*
(e) *L.* 2. *C. comm. de legat. l.* 2. *C. de adopt. l.* 2. *rem pupilli.*
(f) *L.* 3. *C. de tabul. lib.* 10.
(g) *L. un. C. Theod. de tabul.*
(h) *L. ult. ſi menſ. falſ. mod. & interpr. C. Theod.*
(i) *L. un. C. ut omn. jud.*
(k) *L.* Si actor. *C. de app. l.* 4. *C. de anſt. præſt. c.* Per tuas. *de app. c.* Inſinuante. *de off. deleg.*
[l] *L.* Rem non novam. *in princ. C. de jud.*
(m) *L.* Scire oportet. *in princ. ſup. eod.*
(n) *L.* Si duas.
(o) *L.* Ut jusjurandi. §. Dabitur. *de operis libertorum.*
(p) *L. ult. in fin. de lib. cauſ.*

Ulpianus libro III. de officio Proconſulis ita ſcribit: (*q*) Eis, *qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, Divi Severus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt. Sed & neceſſitates eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.* Sic enim arbitror ſcribendum, non *qui*, ut Florentiæ eſt. Nam quod *Severus* non *Verus* ſcribamus, ut Alciato præceptori placuit, (*r*) quem Haloander ſecutus eſt: Tuſcus liber facit, & quod cap. VI. ſcripſimus, Divos fratres Antoninum & Verum appellari, Severum & Antoninum patrem & filium eſſe. Neque præpoſtere hæc nomina uſurpari poſſe puto, ut Verum & Antoninum dicamus, aut Antoninum & Severum, ut in Conſulibus appellandis non licebat M. Craſſo, Cn. Pompejo Coſſ. aut Bibulo & Cæſare dicere, ſed Pompejo & Craſſo, Cæſare & Bibulo Coſſ. Illa quoque in re a præceptore diſſentio, quod Judaicam ſuperſtitionem chriſtianam interpretatur. Namque arbitror ipſam illam conſtitutionem a Modeſtino hoc loco referri, & eadem appellatione Juſtinianum uſum ſcio ſub titulo de hæreticis. (*s*) Deinde ait:

Rationes civitatis ne pro una quidem tutela proſunt.

Hæc λογεῖα græce appellantur, unde *logiſtæ* & *logographi*, de quibus docte idem præceptor ſcribit, (*t*) & eum ſecuti Budæus, (*u*) & Pyrrhus.

Liberti uxorum ſenatorum, quamvis eorum res agant, a tutela non liberantur, eſt enim id ſolis ſenatorum libertis conceſſum.

Unus ſenatoris libertus, qui patroni negotia gerit, tutelarum vacationem habet ex Gordiani conſtitutione: (*u*) niſi jus aureorum anulorum impetraverit. [*y*]

Magiſtratus municipalis, hoc eſt στρατηγός, *ſi ob creationem tutoris obligatus ſit tutelæ periculo: eam tutelam cum aliis non computat, quemadmodum neque fidejuſſor tutoris, neque tutor honorarius.*

Horum periculum pro tutelis non haberi, ut in tribus numerentur, ſcribit Ulpianus libro ſingulari ad orationem D. Antonini & Commodi. (z) Ex quo loco, ut cap. VI. ſcripſimus, cognoſci poteſt, hic de municipalibus magiſtratibus tractari, qui ſubſidiaria conveniuntur. Dicet aliquis hos ipſos magiſtratus a tutelis vacare capite VI. ſcriptum eſſe. (*aa*) Sed fortaſſe hæc excuſatio Romæ allegabatur, ut municipalis magiſtratus pro una tutela haberetur, quo pacto intelligi poſſe dicebam Ulpiani reſponſum; (*bb*) quod Accurſiani non improbant. Quæ res non eſt ſine difficultate.

Qui vectigalia a civitatibus conduxerunt, a tutela non excuſantur. Is, qui plures cauſas excuſationis allegare poteſt, quarum per ſe unaquæque valida non eſt, quæſitum eſt, an poſſit excuſari? ut ſi neque LXX. annorum eſt, neque tres tutelas habet, neque quinque liberos, neque alia ratione ſe excuſare poteſt: attamen tutelas du-

(q) *L.* 3. *in fin. de decur.*
[r] *Alciat. l.* Quidam ignaviæ. *C. de decur. lib.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 8. *Diſpunct.*
[s] *L.* Quoniam multi *C. de heret. & c.* Auguſtus. 26. *q.* 5. *& c. Judæi.* 28. *q.* 1.
[t] *Alc. C. de tabul. lib.* 10. *ubi* P*ytr.*
(u) *Bud. l. ult. de mun.*
[x] *L.* Ne ſenatorum. *C. eod.*
[y] *L.* Cum ex oratione. *infra eod.*
(z) *L.* Si quis tutor. *de ritu nuptiar.*
(aa) *L.* Si duas. §. Tutela. *infra eod.*
(bb) *L.* Propter. *infra, eod.*

duas habet, liberos duos, annos ſexaginta natus eſt, aut ejuſmodi alias cauſas ſe habere dicit, quæ per ſe quidem perfectum auxilium non ferunt, tamen ſi inter ſe conjungantur, non injuſtæ eſſe videantur: ſed tamen placuit non excuſari.

Extat hac de re Severi & Antonini conſtitutio, [a] qua dicitur: *Imperfectæ diverſæ ſpecies vacationis licet permixtæ, ad excuſationem non proficiunt*, eumque, qui duos filios habeat, & duas tutelas adminiſtrat, excuſationem non mereri. Et Ulpianus libro II. opinionum ſcripſit: (b) *Quamvis ſexaginta quinque annorum aliquis ſit, & tres liberos incolumes habeat: a muneribus tamen civilibus propter has cauſas non liberatur.* Quod vero hic de quinque liberis dicitur, provinciale eſt: namque Romæ tres, in Italia quatuor excuſant. (c)

[a] *L. un. C. qui num. tut.*

[b] *L. 1. de vac. & exc. mun. in fin.*

(c) *L. 1. C. qui num. lib. in princ. inſt. de excuſ.*

Qui accepit, aut habet immunitatem civilium aut publicorum munerum, is a tutela vacationem non habet.

Hanc ſententiam capite VI. interpretati ſumus.

Qui tutela aut cura liberatus eſt, non ſemper eiſdem actis utetur ad excuſationem alterius, niſi maneant cauſæ excuſationis.

Nam ſi ſe LXX. annis majorem probavit, uti eadem excuſationis probatione, & actis poteſt: ſi vero tres liberos Romæ habere oſtenderit, probare debet etiam tum vivere: cum mortui non excuſent, niſi in prælio occubuerint. (d)

[d] *Inſtit. eod. in fin. princ. l. 2. l.* Bello. *eod.*

Is, qui ſe ignotum eſſe dicit patri, aut matri pupilli, ea de cauſa liberandus non eſt.

Id a Divis fratribus reſcriptum eſſe, Juſtinianus libro I. inſtitution. [e] ſcribit.

(e) §. Non eſſe. *inſtit. eod.*

Interdum etiam is, qui tres tutelas habet, aut tres curas, non habet juſtam cauſam excuſationis, ut puta ſi quis, ut tutor fieret, adfectaverit; atque is, qui pauper eſt tutor, adfectaſſe videtur.

Hoc ſolus Nicolaus Neapolitanus intelligere viſus eſt, nam cæteri *tenues tutelas* interpretantur. Inſeritur hoc loco Ulpiani ſententia a Triboniano, ut opinor, in hunc modum:

Ulpianus libro ſingulari de excuſationibus ita ſcribit. Si quis inter tres tutelas emancipati filii ſui tutelam adminiſtret, an ei hæc in numerum procedit, [f] *ſcio dubitatum: invenio tamen reſcriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera oportere.*

[f] Procedat, *forte.*

Hæc ita latine ſcripta ſunt, reperta, ut arbitror, in eodem libro ſexto Modeſtini poſt alia. Deinde græce ſcribitur:

Si quis creatus eſt tutor, cum in patris poteſtate eſſet, neque pater velit pro eo cavere, jubent leges etiam patrem tutorem creari, ne ullo modo tutelæ cautio differatur, ut ex D. Hadriani conſtitutione conſtat. IMPERATOR HADRIANUS *Bitraſio Pollioni Legato Lygdonenſi. Si Clodius Macer, quamvis filiusfamilias ſit, idoneus tutor eſſe videbitur, pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeveraverit, exiſtimo te huic fraudi recte occurſurum, ut & filius & ipſe ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.*

Hoc reſcriptum in multis libris eſt ad finem libri XXVI. propterea quod ea, quæ adhuc interpretati ſumus in veteribus libris in calce voluminis totius ſcribebantur, hoc reſcriptum, & quæ poſtea latina ſunt ſub titulo de excuſationibus manebant, niſi quod reſcriptum multi ante titulum ſcripſerunt. Poſteri vero cum barbaram interpretationem in contextum cæterorum capitum recepiſſent, utroque loco eam conſtitutionem poſuerunt. Et hac ratione factum eſſe arbitror, ut Azoni magni nominis interpreti adventicia hæc eſſe exiſtimarentur, (g) ac auſus is ſit fidem huic reſcripto abrogare. Qui non minus hac una in re fallitur, quam in cæteris præſtare ſolet. Hæc ſunt quæ mihi de Modeſtini libris videntur, in quibus ſi quid Græcæ linguæ ignoratione erramus, in qua non magnos progreſſus ſtudiis civilibus impediti fecimus: aut ſi in cæteris rebus, quas varie adverſus multorum ſententiam ſcribimus, fallimur; admoneri me vehementer cupio.

(g) *Azon ſumma. C. quod cum eo. Alb. bis.*

ANTONII AUGUSTINI

AD LÆLIUM TAURELLUM, ET TAURELLI AD AUGUSTINUM

DE MILITIIS EX CASU

EPISTOLÆ.

ANTONIUS AUGUSTINUS

LÆLIO TAURELLO

S.

JAm frequens eſt militiæ in jure mentio, ut licet alia multa ſint, quæ me ignorare fatear, tamen hoc ipſum turpe putem neſcire me confiteri. Sed ſive hoc mea ſolum culpa accidit, ſive habent etiam nonnullam noſtri interpretes ac præceptores, operam dato, mi Læli, ut quod illorum, aut [quod exiſtimo] mea negligentia peccatum eſt, id tu tua doctrina ſuppleas. Dubito autem in primis cujuſmodi illud genus militiæ fuerit, quod EX CASU appellatum eſſe Juſtinianus ait, Novella 53. & 97. Quodque huic quæſtioni proximum eſt, quæ ſint illæ militiæ, quas alienare licebat: neque enim omnes poſſe, dicitur illic, & Conſtitutione 51 Qui militare non poſſunt. Sed ut prior ipſe dicam quod ſentio, exiſtimabam aliquando ejus generis eſſe has, cujus illæ, quæ a Tranquillo dicuntur a Cl. Cæſare inventæ, uti imaginario quodam militiæ genere abſentes fungerentur. Idque eſſe credebam, cur vera illa & legitima militia armata diceretur. *Miles*, inquit Ulpianus, *qui ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatus eatenus, qua facere poteſt, cogitur ſolvere.* Et alibi crebro; quod aperte dici videtur Juſtiniani conſtitutione: *Argenti*, inquit, *diſtractores armata quidem militia abſtinere ſancimus: aliam vero quamcumque ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere.* Et hoc pacto interpretabar caput illud, quo omni militia ſervi prohibentur. Nam de inermi quoque hac & togata militia Marcianum illic locutum, ex Ulpiano apparet: *Si ſervo alieno militia relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur: & aut ſcit ſervum eſſe, & dico*, inquit, *æſtimationem deberi: aut ignoravit, & denegari fideicommiſſi perſecutio debet: quia ſi ſciſſet ſervum, non reliquiſſet.* Legari autem poſſe, aut hæredibus relinqui aliquas ex his, multis locis dicitur. Sed hoc tamen mihi ſcrupulum iniiciebat: item illud, quod vendi, pignorique obligari quædam poſſunt: ut cum hæc in armatis cadere non poſſent, crederem has non eſſe Claudianas illas militias, niſi forte paulatim in eam corruptionem ventum eſſe opinemur: nam & illud armatarum habere videntur, quod ſeptimo decimo anno minoribus neutras habere licebat: ſic enim interpretor apud Scævolam, quod alumno præcepit militiam illam, cum per ætatem liceret, ex Ulpiano libro II. ad edictum. His autem conjecturis ducebar aliquando ut crederem, nomen harum militiarum *ex cauſa* potius, quam *ex caſu* fuiſſe, ad illius miſſionis ſimilitudinem, quæ cauſaria dicitur eidem ad edictum de his qui notantur infamia, tum Macro de re militari, & aliis. Qua tamen in re ſententiam tuam expecto. Item illud, ut cures ex Marcianis novellis hunc mihi ſcrupulum evellere. Jam vero illud ſcire velim, quorum ſtipendiis inermes hi milites militaverint. Juſtinianus enim ait, principum liberalitate eos meruiſſe. At Scævola, a neſcio quo deberi ſalarium. In introitu cer-

L. 17. 17. de re jud.

L. 1. negotiat. ne mil.

L. 11. de re milit.

L. 11. de leg. lib. 3.

L. 31. de leg. lib. 2. l. ult. C. de pign.

C. de leg. lib. 3. 2. de minorib.

L. 2. de his qui not. inf.

L. 13. de re mil.

Nov. 54.

L. 52. de adi. empt. C. de leg. lib. 3.

certe commilitonibus aliquid ſolere præſtari, ab eodem ſcripsum video, quod & Conſtitutione VII. De proximis ſacrorum ſcriniorum adgnoſco, ſub quo titulo ultima conſtitutio indicare videtur Palatina officia, quæ nonnumquam illis libris militiæ appellantur, vendi ſucceſſoribus ſolere. Hæc mihi cui cui modi ſunt, probabiliora eſſe videbantur aliorum interpretationibus, de quibus ſcire cupio quid ſentias: de ea præſertim re, quam Zaſius & Viglius ab Hăloandro dictam probant: ut quæ hodie barbaro nomine Feuda appellant, militias fuiſſe credant; neque enim illos milites, clientes ejuſmodi, ant ram lata prædia habuiſſe crediderim. Vale. *Bononiæ, VII. Calend. Novemb. MDXLII.*

LÆLIUS TAURELLUS

ANTONIO AUGUSTINO

S.

FAcis tu quidem, Antoni Auguſtine, & modeſte, & amanter, cum me de militia compellas, in utramque (ut dici ſolet) aurem dormitantem, ſed qui interpretes noſtros idcirco nihil magnopere, quod ad eam rem explicandam faceret, tractaſſe exiſtimo: quod ſupervacuum & inane crediderunt in id incumbere, quod nullius fere compendii futurum eſſet; cum jam inde a Bizantiis principibus militiæ id genus obſoleverior; neque enim verendum eſt adſecuturos fuiſſe illos, ſi quid forte & nos poſſumus: cum & doctrina, & ingenio pollerent: neque adeo difficile videri debuerit, ut valde aliorum auctorum ſi quod ſperari poſſet ſubſidio indigerent extra Principum conſtitutiones, quas adſidue verſabant. Nec te, qui diligentiſſime (ut video) rem pertractaſti, latere arbitror, de ea quid adfirmari poſſit. Sed ſuaſit tibi modeſtia tua, potius quam proprio judicio acquieſcere, alienum experiri: meum vero vt eligeres, quo me amore proſequeris. Itaque re aliquanto accuratius animadverſa, fere hujuſmodi erat quod reſponderem. Quæſiſti cujuſmodi eſſet illud militiæ genus, quod Juſtinianus *ex Caſu* appellatum ait: ac num potius *ex cauſa* dicendum eſſet, ad imaginem cauſariæ miſſionis. Rurſus quæ militiæ eſſent, quas alienari liceret. Demum quorum ſtipendiis alerentur, quod Juſtinianus Principum liberalitate adfirmet. At Scævola a quodam alio debitum ſalarium ſcribat: nam quod ingreſſu nonnihil commilitio præſtandum eſſet, eodem auctore, nec non Valentiniano & Marciano Auguſtis, rectiſſime cenſes. Sed & Palatina officia, quæ nonnumquam poſtremo Juſtjoiani Codicis libro militiæ appellantur, vendi ſucceſſoribus ſolere, ex quadam ejus conſtitutione arbitraris: tum quid ſeotiam de ea re, quam quidem probant, ab Haloandro in medium adductam, Feuda, quæ vulgo dicta ſunt, militias fuiſſe; quod tu non arbitraris: neque enim exiſtimas, illos milites clientes ejuſmodi, aut tam lata prædia habuiſſe. Ad quæ reſponſuro mihi præfari libet, hunc militiarum morem ita vetuſtum eſſe, ut Imperator ipſe illarum de hypotheca retractaturus, ex priſcis temporibus repetendum crediderit. *Eam*, inquit, *cauſam paulo altius & diffuſius contemplantes, cognovimus quod priſcis temporibus in militiis non hipothecæ ferebantur, ſed obſoleta quædam, & prorſus ex uſu ſublata nomina.* Et tamen paulo ante dixerat, manifeſtas eſſe militias, quæ vendi, aut pignori opponi poſſent. An manifeſtas fuiſſe dicemus ejus ætatis hominibus, utpote quæ in palatii ac fori luce verſarentur? periode atque hodie, ſi quis diceret manifeſtas eſſe has Romanæ aulæ militias, quæ officia appellant. Et hæ tamen ſi poſt aliquot annos perirent [ut Conſtantinopolitanæ illæ perierunt] porro ejus ſæculi, quod ſuccederet, populis vix compertæ eſſent, quamquam hodie cum earum omni natura & reditu notiſſimæ. An credendum potius, manifeſtas eſſe militias dixiſſe Principem ex ſui Codicis & Digeſtorum libris? qui fit enim, ut agitatis ſæpe quæſtionibus earum de imputatinne in quartam, de hypothecis: de his qui pluribus mererent ſingulis, & ubique partitionibus adhibitis, eſſent ex his, quæ diſtrahi poſſent, necne: obſcurum eſſet id ipſum, neque omnino legibus definitum? Proinde Accurſius Florentinus, ſi ejus temporum incommoda ſpectes, non levi honore proſequendus, quamvis eo loco nihil cenſear, ad aliam tamen ejuſdem Principis conſtitutionem ſcribens innuit, militantes in ſacris ſcriniis alienare poſſe ſuas militias in eos, qui ultra ſtatutorum numerum eſſent: dum ſic habentem Valentiniani & Marciani conſtiturionem ciet. Cujus ego conſtitutionis inſcriptionem errore librariorum corruptam ut rear, facit quoddam ejus capitulum Theodoſio & Valentiniano a Zenone adtributum, de quantitate pro ſolatio (ut ait) vel ſuffragio proximi defoita: quam & te animadvertiſſe ſcribis, non ſuos auctores habere. Hu-

Nov. lib. 1.

L. 52. de act. empt. c. dele. sert. 7. C. de prox. ſacr. ſcrin.

L. ult. eod. tit.

Nov. 54. 5.

L. 30. C. de inoffic. teſt. ult. de pig. 5. qui mil. non poſſ.

L. 5. qui milit. non poſſ.

L. 12. de proxim. ſacr. ſcrin. 11. eod. tit.

Hujus in eo genere oculatiſſimi opinionem recipi poſſe crediderit, ſi quis illa principum verba, *In Deficientium Saturorum Locum*, late intelliget quovis modo illi defecerint, ſive morte, ſive neceſſaria quadam cauſa, ſive etiam voluntaria abdicatione. Quibus poſtremis caſibus ex ea lege dicemus, alienationem in eos, qui ſupernumerarii vocantur, permiſſam. Quod ſi morte defeciſſent, quantitas ex ea conſtitutione Proximo ſacrorum ſcriniorum offerenda, ex Zenonianæ legis præſcripto in hæredes, ſucceſſoreſque, aut filios, vel creditores defuncti conferri debuiſſet: his, quæ de pecuniis Melloproximo & adjutoribus erogandis ſtatuta eſſent, item & proximo cæteris deſiſtendi modis, ad prioris ſanctionis tenorem manentibus. Hanc ego ſententiam ab eo, quod vero ſimillimum ſit, non abhorrere arbitror: neque enim *deficientium* vocem ad mortem duntaxat ſignificandam adjectam reor: nam & alias eam generalius accepiſſe Juſtinianum conſtat, cum de caducis ageret, onereque a deficientis perſona collato. Quæ ſententia & ejuſdem verbis de Quæſtoris adjutorum numero tractandis adjuvatur: *Donec exeuntibus*, inquit, *ſingulis ac recedentibus, decreſcere poſſit vetita conglomeratio.* Item: *Viris devotis adjutoribus deſiſtentibus eodem officio, cum ad Laterculenſis gradum provecti fuerint.* Item alibi: *Nam his licere deſiſtentibus ab adjutoris officio alios pro ſe, quos voluerint, ſubrogare.* Et paulo poſt: *Illos etiam adjutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant: veluti ſenium, vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam.* Quem locum valde pertinere arbitror ad id, quod primo loco quærebamus, demonſtrandum, quænam eſſet ex caſu militia appellata: *Qui per aliquem*, inquit, *fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant*: ut ea ſit ex caſu militia, quam in alios transferri liceret, ex neceſſaria tantum cauſa per fortuitum caſum imminente. Nec movet, quod ejuſmodi ſubrogationem de cætero indebitam legimus, præterquam ſi Quæſtoris adjutores ad tria ſcrinia ſubvehantur: nam hiſce ipſis adjutoribus veritis, cæterarum militiarum ſubrogationem permiſſam credimus, cum vetitam non legerimus, & his ipſis ad ea ſcrinia tranſeuntibus, jus inconcuſſum manet. Quam facultatem, ipſam etiam *ex caſu* appellatione cenſeri exiſtimo, vocabulo a quibuſdam caſibus ad omnes tranſlato; neque enim minus fortuito accidiſſe dici poteſt, quod ex ea provectione, vel ad ſtatutorum numerum fieret, ſiquidem ea procederet ex ſacra dumtaxat probatoria: quod Theodoſius & Valentinianus decreverunt, & quod a Principis nutu pendet, caſui plerumque adſcribi ſolet. Quapropter mihi fere perſuaſum eſt, ut omnibus, qui publicarum civilium militiarum ad principis aulam pertinentium, vel ab illis dependentium jure cenſerentur, ex fortuito caſu impeditis, liceret ſui loco alios ſubrogare: demptis modo Quæſtoris adjutoribus,

L. 1. de cad. toll.

L. 13. de prox. ſacr. ſcrin.

L. ult. eod. tit.

L. 43. de prox.

L. pen. ult. de diverſ. off. 11. de vict.

præterquam ſi ad tria ſcrinia hi tranſirent: omneſque hujuſcemodi ſubrogabiles militias ex caſu appellari. Licere enim per leges dici ſolet, & ſi non expreſſim permittant, dum hæ non prohibeant: tum & ipſa Novella quoque conſtitutione declarari hoc videtur; nam *manifeſtæ ſunt*, inquit, *militiæ, quæ vendi, aut pignori opponi poſſunt.* Et mox: *Militiæ, quæ eu caſu vocantur, non cuivis temere hypothecæ nomine opponantur*: ac ſi ex ſuperioribus dixiſſet: priſcis temporibus nequaquam in militiis, quæ vendi, aut pignori opponi hodie poſſunt, hypothecæ ferebantur: hodie autem quæ ex caſu vocantur (nimirum quas jam dixerat, vendi, aut pignori opponi poſſe) non tamen temere cuivis hypothecæ ſubſignari poſſe volumus: ſed eo qui ſequitur ordine. Quo quidem ordine cum haudquaquam ipſas militias limitet, quas vendi, aut ſupponi poſſe dixerat, ſed perſonas dumtaxat certa ſerie digerat: non obſcure ſignificatum relinquit, eaſdem militias ex caſu vocatas, quas vendi, aut pignori poni poſſe dixerat. Hoc idem & exceptione, quæ de privilegiis Silentiariorum ſubſequitur, ſuaderi poteſt: qua ſatis conſtet, & ſilentiariorum (quod alibi teſtatum eſt) eſſe militiam, & inter eas, quæ ex caſu vocantur, connumerari; quinimo & vendi quoque, & pignori opponi poſſe. Cæterum quid exceptu opus fuiſſet? nam nec alia privilegia Silentiariis eo loci reſervata ſunt, quam quæ ſpecialiter eis conceſſa eſſent, inter quæ ne ſuas ipſi militias transferrent, non legimus: neve in filios, aut creditores hæ tranſirent, ſed id ſolum ut jure caſtrenſis peculii quæſita poſſiderent, neque conferrent, neque ſibi imputarent in legitimam portionem. Quæ collatio, & imputatio & in cæteris militiis locum habuit aliis ſanctionibus, quæcumque tamen vendi poſſent, aut ſi qua ex his pecunia in heredes tranſmitti, quo etiam loco Silentiariorum excipiuntur militiæ. Quid ni igitur dicimus, eas & vendi potuiſſe? Quin & pignori ſupponi magnum argumentum eſt, quod cum ab imputatione in legitimam portionem exceptæ fuerint, ab hypothecis tamen exemptæ non fuerunt altera conſtitutione, & quidem eodem Imperatore II. Conſule, Calendis ejuſdem menſis, atque adeo ſimul edicta. Quas equidem a nexu excipiendas fuiſſe arbitrarer, veluti & ab imputatione remotæ fuerunt, ſi & ab hypotheca exemptas voluiſſet: cum præſertim hac parte ſpecialiter privilegio ſuffultæ non eſſent. At ille potius quam maxime potuit lato vocabulo uſus, & has incluſas voluit: & pecunia adquiri, & ſubſignari. Nam *quamcumque militiam negotiatores adquiſierint*, ait. Quinimo & ut inter ſtatutos referatur pecunia, quæri poſſe palam eſt & Zenoniana, & alia Novella conſtitutione; & cum id ſit, caſum factum dici, hoc ipſo loco; ſic enim interpretor ea verba *Caſu Facto*: illo nempe ex caſu inter ſtatutos relato, vel militia indepta: non autem pro eo, quod ſit obligatione commiſſa: nam id nequaquam exprimi cautione

L. 28. qui ex cauſ. maj. 7. C. de rel. Nov. 54. 5.

L. ult. de ſilent.

L. 30. de inoff. teſt. L. 20. de coll.

L. ult. de pign.

L. 11. de prox. ſacr. ſcrin. Nov. 97. 3.

oportuit: neque creditori expediens fuerat, ut
obligationem ſuſpenderet dies, aut conditio:
cui res ut quam tutiſſimo loco eſſet, hortatur
L. ult. de prox. ſacr. ſcrin.
princeps expreſſim inſtrumento pactum adſcri-
bi. Inter ſtatutos autem referri, Accurſianam
ſcilicet illam conſtitutionem reſpicit. Qua mu-
tua locorum collatione apparet, & eam ad ſta-
tutos, numerarioſque ſubrogationem pecunia
fieri, & ex caſu appellari. Quam tamen ven-
ditionem, non ego abſolutam illam, & libe-
ram intelligendam arbitror: ſed certis limiti-
bus circumſcriptam emolumento quodam per-
cepto, transferendi facultatem, quam nonnum-
quam æquo laxiorem fuiſſe ſtomachatur Impe-
L. ult. eod. tit. ult. de ſign. 30. de inoff. teſt.
rator, ac in poſterum quibuſdam prohibet: ve-
luti & in hæredes tranſmiſſionem non paſſim,
ſed ſub certa diffinitione: ac plerumque non
ipſam militiam, ſed certam pecuniam, legi-
mus. Nam quod ad eas militias attinet, quæ
apud Juriſconſultos & legari, & emi leguntur,
vix eſt ut ad Palatinas haſce referri exiſtimem:
aut apud Juſtiuianum unquam dubitatum, quin
& vendi, & transferri, & ſubſignari poſſent:
conferrique & imputari, ſicut & cætera, quæ
L. 15. 16. 17. de verb. ſign.
in commune hominum commercium veniunt,
utpote quæ extra Romani Principis codicillos,
aut probatorias privatim corporum, aut muni-
cipiorum jure cenſerentur: non publico ad po-
puli Romani jus relato, quod infra exequar.
Nec me latet, tribum quoque Liberto emen-
L. 34. de legat. 3.
dam, legatam fuiſſe apud Scævolam, quam ipſam
cum ejus heres clariſſimus vir, atque ideo ni-
hil ea empta opus habens, jam conſequi non
poſſet, æſtimationem ejus, ac quidquid præ-
terea commodorum & liberalitatium in diem
mortis libertus conſecuturus fuiſſet, petere eum
poſſe reſpondit. Enimvero eam tribum non ex
his de quibus ſermo eſt, militiis fuiſſe cum Ac-
curſio ſentio, ſed ad eas tribus pertinere, in
quas urbem Romam diviſam conſtat, initio u-
nam & triginta, deinde & ſupra quadraginta:
ut ex ſecundo & ſexto, nec non & ſeptimo,
nono, ac decimo Titi Livii libris colligere eſt,
cujus demum ætate ad quinque & triginta re-
dactæ eſſent, ut primo ejus libro in actis Servi
Tullii regis proditum eſt. Porro & tribulibus
pecuniam dividi conſueviſſe, notum eſt: unde
& diviſores dicti, de quibus multa Budæus diſ-
ſeruit ad legem Juliam de ambitu: ſic diviſo-
res omnium tribuum noctu ad Senatorem vo-
catos, ait Cicero in Verrem, & ad Atticum;
*Tribulis tuus eſt, & Sextus pater eius nummos
vobis dividere ſolebat.* Sed & clariſſimi viri
mentio ad urbis mores pertinuiſſe tribus legatum
indicat apud Scævolam; & ejus non fuiſ-
ſe libertum capacem, niſi publice conceſſum
eſſet, idque pecunia parari ſolere: nam & Ro-
manæ civitatis jus pecunia quæri ſolitum, ex
Apoſtolorum actis apparet, & libertinorum fi-
lios ab Appio Claudio tributim diviſos ſumma
civitatis indignatione, ſub finem libri noni Li-
vius ſcribit: uſque ad Q. Fabii Maximi cen-
ſuram, qua omnis humilium turba in quattuor
tribus, quæ urbanæ dictæ ſunt, conjecta eſt,
ne humillimorum in manu comitia eſſent. Quo
manifeſtum ſit, ipſos libertos tribuum jus num-
quam habuiſſe: neque etiam ipſorum filios, ſed
ingenuorum, ex his, qui manumiſſi eſſent, pro-
creatorum (qui tunc libertini dicebantur) filios:
ut ſcribit Suetonius in Claudio. Urbanarum
autem tribuum appellationem ignominiæ, ac
deſidiæ probro fuiſſe conſtat: ruſticas contra
laudatiſſimas, eorum qui rura colerent, aucto-
re Plinio. Verum, ut ad te redeam, cum hæ
militiæ ad quandam cauſariæ miſſionis ſpeciem
ſpectare videantur, fortuito nimirum caſu im-
pellente: nihil prohibet *ex cauſa* (ut ais) appel-
lari; nam *per ſenium, vel morbum*, inquit, *L. 6. de prox. ſacr. ſcrin.*
vel aliam neceſſariam cauſam, Sed quo minus
cauſaria miſſis hos æquiparari credam, facit al-
terius loco ſuo ſubrogatio, pretii perceptio,
plerumque & in aliam militiam tranſitus, quæ
miſſioni ejuſmodi congruere non videntur. Ma-
lim igitur cum Imperatore *ex caſu* nuncupa-
re, dum caſum non excitandæ, ſeu transferen-
dæ, adipiſcendæque militiæ exaudiamus. Sed
neque has ad Claudianas illas referendas puta-
rim; imaginarias enim fuiſſe, Tranquillus ait,
quibuſque titulotenus abſentes fungerentur. Quos
& *oſtenſionales* milites opinor Lampridio di-
ctos in Alexandro, ideſt oſtentationis, & (quod
juriſconſulti ajunt) *dicis gratia*, ſive (ut Ci- *L. 4. comm. de S. C. Sill. pen.*
cero in Verrem) dicis cauſa, quam vocem &
Varro ut antiquam deducit: fortaſſe & quodam
loco Plinius adgnovit. Alexandrinis ego illis
militibus hodiernos, quos *aurarios* vel *aura-
tos* vocant, comparandos duxerim. Quid e-
nim habent aliud quam imaginem, & fucum?
Sunt tamen honorariæ cujuſdam dignitatis,
quæ codicillis tantum citra omne cingulum con-
ſtet, cujus & Auguſti in ordinibus memine-
runt. Abſentes autem apud Tranquillum intelli- *L. 2. ut digni ord. ſer.*
go, ſive a principe, & ejus comitatu: ut qui-
bus inſignia dignitatis abſentibus mitti iiſdem
auctoribus decernitur: ſive etiam ab omni mi-
litiæ labore alienos, cujuſmodi non ſunt hi
noſtri, qui neque imaginaria militia, neque ti-
tulotenus funguntur; *neque alieni ſunt a pul-
vere & labore caſtrorum*, ait Conſtantinus *L. 1. de caſtr. pal. pec.*
Auguſtus de omnibus Palatinis, *quos in ſacro
comitatu intentos, & eruditos ſtudiis itine-
rum prolixitas, & expeditionum difficultas
exercet.* Quod per duodecimum memorati Co-
dicis librum paſſim apparet, præſertim titulo
de proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque,
qui in ſacris ſcriniis militant, & de privilegiis
eorum, qui in ſacro palatio militant, & pleri-
que recenſentur conſtitutione poſtrema de di-
verſis officiis. Hanc militiam litteratam appel-
lant Auguſti qualem & urbanam militiam ſcri- *L. 8. de prox. ſacr. ſcrin.*
bendi, reſpondendi, cavendi, M. Tullius pro
Murena. Hinc *merentes in ordinibus armatis,* *L. 5. qui mil. non poſſ.*
ſive civilibus, legimus in Juſtini pragmatica:
quæ ſtipendiorum mentionem habet. Hinc eis *L. 14. de prox. ſacr. ſcrin.*
ſtipendia, ſeu emolumenta non minui: neque
ex annonis, aut ſtipendiis offerre qui ſcrinio *L. 15 de erog. mil. annon.*
Libellenſium, aut ſacræ memoriæ, ſacrarum-
que epiſtularum commeatu abeſſent, Cæſar
pro-

Digitized by Google

prohibet. Hinc annonas univerſis officiis, at-
que ſacri Palatii miniſteriis, & ſacris ſcriniis,
cæteriſque cunctarum adminiculis dignitatium
erogari præcipit Leo, quibus locis *emolumen-
ta, ſtipendia & annonas* promiſcue accipio.
Compertum eſt enim, frumentum, veſtes, ar-
ma, quæ Romanis militibus erogabantur, eo-
rum ſtipendiis imputari, quod libro ſexto Po-
Nov. 53. 5. lybius memoriæ prodidit. Verum (ut ad tertiam
quæſtionem duabus utcumque explicatis, ve-
niam) Juſtiniano ſcribente, Militias nullum a-
liunde reditum, quam ex principum liberalitate
habuiſſe: quis adverſum hæc hiſcere audeat?
Hanc ego liberalitatem interpretor, ut ſic ex-
erceretur, ſi prius a provincialibus annonariæ
ſpecies exigerentur: ex quibus in viſcum rela-
tis, & armatis ordinibus & inermibus ſtipen-
dia erogarentur. Nam & Vegetius ait: *Anno-*
L. 7. de orig. mil. ann. *nariæ ſpecies, quas a provincialibus conſue-
tudo depoſcit, maturius exigantur.* Solebant
autem militares annonæ plerumque delegari exi-
L. 7. de exact. trib. gendæ. *Nulli*, inquiunt Auguſti, *militarium
pro his annonis, quæ in provinciis delegantur,
repudiata ad tempus ſpecierum copia, & ino-
piæ occaſione captata pretia liceat poſtulare.*
Delegabatur vero ſpecierum exactio optioni-
bus: qui tamen per delegatarios judices, non
ipſos quidem delegatos, ſed a ſpecierum dele-
gatione, ſic dictos, exigere tenebantur, ne con-
cuſſiones provincialium fierent. Unde eſt illud:
L. 11. de erog. mil. ann. 10. de off. rect. prov. *Optionibus nullum ſit cum provincialibus com-
mercium: ita ut a Ducibus, vel officio pro-
vinciali omnis ſumma debiti poſtuletur.* Et
rurſus: *Nullum Palatinis cum provincialibus
volumus eſſe commercium, ſed judices ſcire de-
bebunt hoc ſibi præcipue eſſe commiſſum, ut
ipſi a provincialibus exigant, & conſueta de-
poſcant. Palatium vero poſſeſſor non horreat,
qui non ſibi, ſed judicibus præceptus eſt im-*
L. 6. de exact. trib. *minere.* Hoc idem & alibi ſæpius cautum eſt.
Hæ quidem ſpecies ad arcam præfecti præto-
rio in fiſcalem rationem referebantur, ut Ar-
cadii & Honorii conſtitutione declaratur: qua
*in fiſcalibus debitis, hoc eſt annonariis, cæte-
riſque titulis, qui ad arcam eminentiſſimæ
pertinent præfecturæ*, provinciarum rectores
L. 15. de erog. mil. ann. conſtringuntur. Hinc præfecto prætorio adæra-
tionem, erogationemque annonarum injungens:
Annonas omnes, ait Leo, *quæ univerſis offi-
ciis adſolent delegari, ad ſimilitudinem mi-
litum, quibus ærariæ præbentur annonæ adæ-*
L. 12. eod. tit. 5. lib. de cohort. lib. 1. de coll. don. ult. de milit. veſt. 14. 15. de erogat. milit. ann. L. 8. de pal. ſacr. larg. 1. de can. larg. tit. L. 1. de pal. ſacr. larg. *rari præcipimus: ut omnibus ſupra deſigna-
tis emolumenta debita diſpoſitio tui culminis
pro publica utilitate taxatis præcipiat eroga-
ri.* Quo loco noviſſimi pro *adærari*, *adhærere*
cuderunt. Facile autem colligitur adærari idem
eſſe, quod ad æs, id eſt ad pretium ſpecies
redigi, taxationeque adhibita æſtimari, quod
inſtar fori venalium rerum fieri, alia & alia
conſtitutione cavetur: ejus verbi ſignificationem
Budæus Accurſio implacabilis exponit: unde
& adæratas poſſeſſiones, & adærationem legi-
mus apud Cæſares: & ærarias annonas, ab ære,
ut ærarios milites dictos: & ærarium, & tri-
bunos ærarios, Varro ait. Credo equidem ple-
riſque & a ſacris largitionibus annonas ſubmi-
niſtratas, quos Auguſti enumerant, eorumque
ſcriniis decernunt, & definitas annonas præſta-
ri jubent. Ad quas largitiones etiam ex pro-
vinciis exactæ ſpecies Theſaurarii, Proximi-
que diligentia dirigi ſolebant; quod & con-
ſtitutione cautum eſt. Volebant autem puto
principes omnia, quotquot erogarentur, impen-
dia liberalitatis eorum titulis inſcribi, & acce-
pta ferri, atque ideo Comitem ſacrarum largi-
tionum dictum iri, ad quem omnia fere in or-
dines eroganda referri ſolerent: quas propterea
& ſacras remunerationes vocant. Conſtat autem,
militares annonas & has dici, quæ civilibus or- *L. 1. de ann. civ.*
dinibus erogantur: nam titulus eſt de erogatione
militaris annonæ: ſub quo Leonis conſtitutio,
quam diximus, univerſis officiis, atque ſacri Pala-
tii miniſtris & ſacris ſcriniis, cæteriſque cuncta-
rum adminiculis dignitatium emolumenta debi-
ta erogari jubet: neque enim [ut ex Conſtantino
commemoratum eſt] alieni ſunt a pulvere &
labore caſtrorum. Civiles vero annonas cum bis
commune habere nihil arbitror. Quin ſic dictas ad *L. 50. 79. de leg. ſer. 1.*
differentiam omnium militarium: nam & omnis
militiæ expertibus adtributæ erant: *Pro ſingu-
lorum*, inquit, *meritis*, non *titulis dignitatium*:
unde & in heredes tranſmitti, & in extraneos tran-
ſcribi potuerunt (veluti & teſſeræ frumentariæ
luculentius illæ quam omnibus noſtris in con-
flagratione Veſevi Dioni explicatæ) præterquam *L. 14. de ſacros. eccl. ult. de ven. re. civ.*
ſi quando annonæ ipſæ apud eccleſias eſſent:
ut apud alios, quibus libera alienatione inter-
dictum eſſet. His cum ſatis conſtet, ex fiſco *L. 52. de act. empt. 3.*
reditus militiis paratos, quid Scævola ſenſerit,
jure dubitamus, cum ait conveniſſe, ut ſala-
rium quod ab illa perſona deberetur, empto-
ri cederet: id quod nequaquam a Principe pa-
ratum eſſet: contra quam Juſtinianus teſtetur.
At mihi videtur hic ea conſtitutione de his lo- *Nov. 53.*
cutus, quæ ex caſu dicerentur: quarum nulla
eſſet non publica Populi Romani, aut ejus
Principis, neque excludi, quo & privatæ cor-
porum, aut civitatium militiæ reperirentur: de *L. 1. de var. & extraord. cod.*
quibus nulla eſſet hæſitatio, quin liberi eſſent
commercii, ſicuti cæteræ privatorum res eſſe
ſolent, puta ſi profeſſorum liberalium artium,
advocatorum (extra hos intelligo, qui Præfectis
prætorio & urbi publicæ ſtatuti ſunt) cæterorum- *L. 1. de teſtam. milit. 2.*
que, quibus extra ordinem ſalarii & mercedibus
jus dici ſolet, per civitates & oppida eſſent
corpora: quorum haud abſurde militia dicere-
tur: nam quid aliud eſt militia, quam commu- *L. 7. mand.*
nis quædam pro alienis commodis exercitatio
& induſtria? Et ad hujuſcemodi cauſas reſpe-
xiſſe videtur Scævola, cum ſalarii, & extraor-
dinariarum actionum mentionem facit. Sala-
riumque extra ordinem peti, Papinianus quo-
que ſcribit. Quod ſi ſupremi ordinis virum
Alciatum audiamus, qui collegiis & corporibus,
quibus artificii & negotiationis cauſa jus coeun-
di lege permiſſum Calliſtratus ait, militiarum *L. 5. de jur. immun. pen. ult. de jur. imm. pul.*
nomen inditum ex antiquis lapidum inſcriptio-
nibus voluit: jam parum dubitationis ſuperfu-
erit.

erit. Id vero & Juſtiniani auctoritate confirmari poſſe videtur, cum eos inceſſit, qui profeſſiones, ſeu negotiationes exercerent, judicum, ad qoos earum cura pertineret, juriſdictionem declinantes. *Quapropter* jubet *hujuſmodi hominibus nullam prærogativam in hac parte ſuppetere, ſed eos, qui in quacumque militia connumerantur, his judicibus obedire compelli, ad quorum ſolicitudinem profeſſionis, ſeu negotiationis, quam propter militiam exercent, gubernatio reſpicit. In quacumque*, inquit, *militia connumerantur*, qua latiſſima oratione uſus, & publicas militias, & alias comprehendiſſe, nullaſque excluſiſſe videri poteſt. Eam certe conſtitutionem in omnibus omnino negotiatoribus noſtri paſſim exaudiunt. Illud conſtat, omnes negotiationes, quæ tanquam majorum militiarum appendices exercerentur, ſaltem contineri, ut ad Comitem ſacrarum largitionum ſpectant Cyneciarii, Lintearii, & cæteri, qui conſtitutione numerantur, ut etiam Baſtagiorum militia dicta eſt, ejuſdem comitis acceſſio; ut Cellariorum, Menſorum, Lampadariorum, cæterorumque qui ſacris ſcriniis deputati dicuntur in militantium notitia conſtitutioni Theodoſii & Valentiniani ſubjecta. Et hæc ſunt *cunctarum adminicula dignitatium* Leoni Auguſto. Edictum enim, quo præterargenti diſtractores, armorumque exſtructionem profeſſos, militia negotiatores arcentur, non ſolum ab ipſo Juſtiniano, ſed jam inde ante Zenonem principem: in cauſa eſt, quo minus negotiatores, rectas (ut ita dixerim) & germanas illas militias exercentes intelligam, juſſos profeſſionis ſuæ judicibus reſpondere. Aut certe quocumque modo profeſſores, negotiatoreſque intelligamus (ſive illi militias quas poſſent, ſive miniſteria & artificia exercerent) illas etiam conſtat militias appellatas. Sed & nihil prohibet, omnibus militiis principum liberalitate reditus fuiſſe ordinarios: fuiſſe tamen & extraria quædam emolumenta, quæ militiæ occaſione corraderentur: ſicuti de advocatorum publice ſtatutorum militia legimus, quibus ex liberalitate ſtipendia, & ex clientelis honoraria redderentur. Hoc & Conſtantini & Gordiani, & aliorum Principum & juriſconſultorum auctoritate probatur. Illud Theodoſii & Valentiniani verbis innui videtur, cum *quidquid animi largitate, & principali magnificentia præſtiterant, togatis per orientem eminentiſſimæ præfecturæ* præſtitutum eſſe volunt, *& patronis cauſarum Urbicariæ præfecturæ*; cumque advocatis concedunt, quidquid ex hujuſcemodi profeſſione, vel ipſius occaſione quæſierint, poſſe veluti caſtrenſe peculium, ad exemplum militum vindicari: nam ex profeſſione ad exemplum militum ordinaria; & ſtata ſtipendia interpretari poſſumus, quæ ſtatim ex ipſa advocationis militia procedunt, ipſius autem occaſione, remotius ex clientelarum honorariis redacta, uti & armatis militibus ex præmiis & donativis. Sed & ſi quis negaverit, a Principibus, aut ab ærario, patronis cauſarum quicquam erogari ſolere, non contendo; neque enim (præter ſupradicta, & quæ de fiſci advocatis) legiſſe memini: quemadmodum nec de profeſſoribus & medicis, quibus mercedes & ſalaria reddi Conſtantinus jubet, quamquam archiatris, & annonaria commoda ex populi commodis miniſtrari ſolere, & a ſanis eos oblata recipere potuiſſe legimus. Neque tamen hæc, quæ de majorum gentium cauſarum patronis, deque archiatris, atque ad ſacrum Palatium pertinentibus dixi, magnopere ad Scævolæ reſponſum facere arbitror: nam is liberum & abſolutum ejus militiæ commercium ſignificare videtur. Magis eſt autem, ut id ad aliorum locorum patronos, profeſſores, artifices, cæteroſque, quorum ſupra mentionem habui, referamus. Quod ſi placet & ad omnem, quæ modo in alium transferri (quibuſcumque id tandem rationibus) poſſit, militiam referre: Laterculenſibus quoque, & nonnullis aliis palatinis pro codicillis Præſidum, præter eas, quas diximus, annonas, & emolumenta quædam præſtanda fuiſſe apparet: nec tamen ea ipſa, & ſi qua ſimilia, a Principis liberalitate aliena dici potuiſſe: cum & ex ſacra notitia, & regia juſſione procederent, ut ſimul verum eſſe potuerit, & a quodam alio debitum fuiſſe, & a Principe ipſo, ejuſque liberalitate idem proveniens. Eo uſque tamen nonnulli procedunt, ut & rerum quantitate in negotiatione deductarum militiam eſſe exiſtiment, quod ſi fateremur, jam nihil difficultatis eſſet vendi militiam, id eſt negotiationem poſſe: ut tabernam, vel menſam & legari, & ſubſignari poſſe, dubium non eſt. Sed ea interpretatio mihi non probatur: nulla enim (quod equidem ſciam) auctoritate fulta eſt, neque illis laudata de pignoribus conſtitutio id confirmat. Sed ut quod potiſſimum de alienatione tractabamus, abſolvam: dividendas eſſe reor militias ab earum emolumentis. Militias ipſas, ſi quæ privatim ſodalitiis, aut corporibus, aut municipiorum ordinibus conſtarent, alienari, & pignori ſubiici potuiſſe; quod tamen per eorum leges, & inſtituta licuiſſet, quæ in his ex lege Soloois cuſtodienda, & Cajus probat, & non obſcure Juſtinianus quoque pro tenore communis militantium placiti. Palatinas quoque ex caſu ſecundum ea, quæ ſupra tractavimus, potuiſſe. At emolumenta, partim ipſarum vicem militiarum ſuſtinuiſſe, atque earum fuiſſe loco, ut quæ defuncti loco, ſubrogatus impenderet: partim anniverſaria, & ſubinde, iteranda, atque hæc omnia, & vendi, & ſupponi, & in creditores transferri potuiſſe; ſed & ad hæredes tranſmitti, ut & Zenonis, pleriſque aliis conſtitutionibus teſtatum eſt. Quin etiam, & in executionem judicati quoque capi, ut de ſtipendiis reſcriptum eſt, cum quibus noſtri confundunt, & commoda præmiorum, quæ propter coronas ſacras præſtantur, Papiniano ſcribente, poſſe eis condemnatio interdici, pecuniamque in cauſam judicati capi. Quo loco athletarum præmia rectius intelligenda ſunt, *qui* [ut Ulpianus ait]

ſa-

L. 13. de mur. leg. 7. eod. tit. ult. de d. verſ. off. 15. de er. mil. ann. 2. negot. ne mil. 1. de princ. agend. in re. 12. de cohortal.

L. 3. 5. de poſt. 1. de vat. ob.

L. 5. de adv. div. jud.

L. 5. eod. tit.

L. 6. de prof. & med. 9. eod. tit.

L. 1. 2. C. de offic. præf. præt. Nov. 8. 24. ſeq.

L. 34. de pign. 99. de leg. ſecund. 17. ult. de pign.

L. ult. de coll. & corp. ult. de pign.

L. 11. de prox. ſacr. ſcrin. 5. qui mil. non poſſ. L. 30. de inoff. teſtam. L. ult. de pign.

L. 4. de exec. rei jud. L. 40. de re jud. 6. de excuſ. tut. 5.

L. 1. de athl.

Google

ſacris certaminibus coronantur. Horum autem certamina non ſolum quattuor Græciæ notiſſimis locis, ſed & Romæ tum aliis, tum Alexandro Auguſto auctore celebrabantur. Notaque ſunt Hieronicarum præmia ex Vitruvio, *quod publice*, ut ait, *cum palma, & corona ferrent laudes: & cum reverterentur in ſuas civitates, quadrigis inveherentur, atque e republica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruerentur.* Apud Romanos quoque & præmia, & commoda conſequi, præter munerum excuſationem apud juris auctores tractatam, ſolere eos, & ex Papiniano conſtat, & ex Plinio: cujus hæc verba ſunt, cum de coronis agit libro XXI. [L. 40. de re jud.] *Semper tamen auctoritas vel ludicro quæſitarum fuit*; namque ad certamina in circum per ludos & ipſi deſcendebant, & ſervos ſuos quoque mittebant. Inde illa duodecim tabularum lex: [L. 4. de his qui not. inf.] *Qui coronam parit ipſe, pecuniamve ejus, virtutis ergo arguitur. Quam ſervi, equive meruiſſent, pecuniam partam lege diri, nemo dubitavit.* [L. 18. de muner., & hon. 9.] Quo loco Circenſium ludorum mentione facta eo pertinere ſignificatur, quod Ulpianus ſcribit de athletis, & agitatoribus, & qui aquam equis ſpargunt, cæteriſque, qui certaminibus ſacris deſerviunt, quodque Arcadius, cum de maſtigophoris, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Proinde cum a ſtipendiis commoda hæc ſeparentur, a veritate alienum eſt, non poſſe ea ex judicato præterquam in ſubſidium capi: quamquam præmiorum ſpem, quæ pro coronis athletis penſitanda ſunt, privatim pignerari non poſſe, Alexander conſtituit, ideoque nec in generalem obligationem cedere. [L. 5. quæ res pign. ob. poſſ.] Nihil enim hoc ad excuſationem judicati repellendam: nam *privata*, inquit, *pactione pignerare, minime admittendum eſt*: juriſdictionem certe non excludit. Quapropter nec cum militiarum noſtrarum commodis athletarum, aurigatorumve præmia commune aliquid habent: quæ diximus & hypothecæ dari potuiſſe, & in cauſam quoque judicati capi. Quod quatenus publicas, quas diximus, militias reſpicit, ad ſimilitudinem armatæ militiæ intelligendum puto, ſi aliis rationibus (ut principes ajunt) judicatum exerceri non poſſit. [L. 4. de execr. rei jud.] Sed & hoc ad ea, quæ durante militia erogantur, redigendum eſt; neque in veteranis, & emeritis locum habet, quorum propria ſunt commoda: merentium vero ſtipendia. Suetonius in Nerone: *Atque ita exhauſtus & egens, ut ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, & differri neceſſe eſſent.* Item in Caligula: [L. 1. de prim.] *Cæterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium ſummam recidit.* Unde & quod Gordianus ait: *Commoda primipilatus poſt adminiſtrationem* incipere deberi, poſt adminiſtrationem finitam magis eſt ut intelligatur, ſive is primipilatus ſit centuriatæ, caſtrenſiſque militiæ [L. 5. 7. 13. de cohort.] notæ ſignificationis, ſive civilis adminiſtrationis, ut Principum conſtitutiones ſignificare videntur, [L. 23. de ad. leg.] quod Alciatus diſputat, ſic & pecuniam *ex ratione Primipili commodorum* apud Papinianum accipio. Quod igitur de ſtipendiis vetitum eſt, non de commodis, idem eſſe arbitror; nam & major eſt ipſorum militantium, quam veteranorum favoris ratio: ac publicæ utilitatis propius intereſt ſtipendia non exhauriri, ne interpelletur miles ab opera navanda eo tempore, quo corpus (ut ait Livius) addictum, atque oblatum, ſive legi majus obæratum reipublicæ eſſet. Quo nomine ſub finem quarti libri docet, a gratulabunda plebe hilare acceptum, quod Senatus decrevit, ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Quibus rationibus eandem diſtinctionem & inermis militiæ commodorum ac ſtipendiorum in executione judicati adhibendam eſſe non negaverim. Quod autem ſeptimum decimum annum his militiis, quarum Scævola meminit, idoneum [C. de leg. 3. pen.] arbitraris, armatarum exemplo ſic interpretatus, [L. 3. de min. 6.] quod ætatem ipſe quandam his juſtam exigi ſignificat, quodque Ulpianus ait, id jus minoris quoque filiifamilias perſonæ coherere, ſubſiſto: neque enim mihi omnimodo videntur hæ ad armatarum ſpeciem redigendæ, etſi in pleriſque conveniant: ut ex prædictis colligi poteſt, unde & ab utriſque ſervi prohibentur: ut eleganter ex Marciano, itemque ex Ulpiano [L. 16. C. de teſt. mil.] collegiſti. Quod & duplicata conſtitutione Juſtinianus cavit: [L. 11. de re mil. 11. de leg. tert. 13. 6. 7. qui mil. non poſſ. 1. C. de juris & fact. ign. 8. de mun. & hon.] Plus autem aliquanto prudentiæ quam in armatis militibus [quorum propria ſimplicitas eſt: Antonino reſte] in civilibus exigitur, unde nec minoribus vigintiquinque annis honores deferri ſolent, *ſi nihil proprie*, ut Ulpianus ait, *in patria ſervatur*; cum tamen armatæ militiæ ſcias & impuberes nomen dare ſolitos, & tribunos quoque militum [L. 2. de vac. mun. ult. C. de teſt. mil.] factos, quo caſu & teſtamenta per antiquas leges condiderunt, quamquam hoc Juſtinianus princeps abrogavit: cui ſuis temporibus indignum viſum eſt, ut poſſent ſapientium hominum jura pertractare. Livius quoque libro 7. ſecundi belli Punici ſcribit, ex iis, qui in principio ejus belli ſedecim annos nati fuerant, neque militaverant, omnes ærarios factos, quod ejuſmodi ætatis non juſtam excuſationem fuiſſe ſignificat. Mihi minime abſurdum eſſet, ſi quis diceret, Principis quidem voluntatem in his, veluti & in ſupremis honoribus deferendis, dominatam: [L. 57. de re jud. 12. de jud. ult. de col. & corp. 2. de vac. mun. 1. de poſtul. 3.] minores enim ſcimus & Prætores & Conſules factos. Dein militias cum adminiſtratione conjunctas, haud temere ante juſtam ætatem delatas, quæ vero adminiſtrationem non haberent, cuicumque armatæ militiæ capaci competere potuiſſe: ſodalitii ſtatutis, ac municipiorum legibus illæſis: atque his quoque, quæ ſpecialiter jure comprehenſa ſunt, ut eſt de poſtulando edictum. Feuda poſtremo, quæ non minus barbaro, quam inepto, & ſibi parum conſtanti, ac vix meo judicio legi digno volumine continentur, militias fuiſſe (quod Gregorius Haloander doctiſſimus ille, optimeque de legum ſtudioſis meritus exiſtimavit) his, quæ dicta ſunt, non convenire: ac propterea mihi quoque non pro-

probari, vides. Miratum autem me fateor, cur Zaſius & ipſe de legum ſcientia bene meritus,

L. 2. de orig. jur.

cum ad Pomponium ſcribens cenſuerit, Feuda ex antiquis clientelis dependere (quod aliquanto prius & Budæus tradiderat: is, a quo recentiores noſtri & modum legitimæ interpretationis, & pleraque utilia, quibus veluti propriis gloriam interim adſecuti ſunt, habuerunt) deinde Feudorum compendium exorſus, Haloandri auctoritatem ad ſuam opinionem commendandam traxerit. Sed & eodem pertinere ait, quod ſcribit Viglius, fuiſſe tyrones, qui publicis ſtipendiis ad militarem diſciplinam inſtituerentur; ac demum in numeros referrentur, unde & Feudorum conſuetudinem originem ſumpſiſſe arbitratur. Quid enim hæc ad Zaſii clientales? Neque equidem illas multum ad Feuda contuliſſe crediderim: qui eas legiſſe non memini vicis, aut conciliabulis, aut latifundiis oppignerari ſolere. Sed & patronos clientes ipſi ſibi adoptabant: quod Feudis conſtituendis parum congruit. Viglius aliquanto ad ſcopum proximius, qui ad armatos milites hæc retulit. Non tamen ego ad ſuos, qui vel ad nume-

L. 15. de re mil.

ros inſtituerentur, vel in numeris exercerentur. Hi enim (ut ait Leo) *qui a repub. armantur, & aluntur, ſolis debent utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui*, aut aliis quæſtuariis, *ſed proprie muniis inſudare militiæ: ſed frequentes in numero ſuo eſſe, ut armorum cottidiano exercitio ſe præparent.*

L. 15. de rei vind.
L. 17.
L. 33. 1. de teſt. mil.
L. 11. de ev.
L. 38. de teſt. mil. 5. C. eod.

Niſi vero dixerimus credi poſſe, & illis, qui ſic exercerentur, prædia interdum adſignata, per alios interim colenda: nam & agrum militibus adſignatum, apud Ulpianum legimus, quæ vox ſtipendia facientes ipſos, & in numeris conſtitutos denotat. Sed quid de veteranorum præmiis, agriſque in hoc adſignatis intelligas; ut Paulus ſcribit? ut milites, qui e veſtigio mittendi eſſent, Ulpiano ſignificentur? aut etiam miſſi, ut & plerumque adſolent? Quid ſi Limitaneos milites propius ad rem noſtram? *Sola*, inquit Lampridius in Alexandro, *quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus, & militibus donavit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent.* Nam hæ qualitates, ut hæredes, ſi militaverint, tranſeant, nec ad privatos pertineant, appoſite ad Feudorum naturam faciunt. Limitaneos vero agros ad milites pertinere, ab ipſiſque curari pro ſuo compendio, itque arari conſueviſſe, Principes noſtri teſtantur. Quin & caſtellanos tantum milites, quibus adſcripta eſſent caſtellorum, quæ in limitibus eſſent, territoria, poſſidere poſſe, *& de quibus judicavit antiquitas: nec præterea quemquam privatæ conditionis.* Unde verba illa; *De quibus judicavit Antiquitas*, nonne & clamare videntur, conſuetudine id ſancitum? Atque hæc plurimum hanc ſententiam adjuvarent,

L. ult. de fund. lim. 2. de off. præf. præt. l. 4. de offic. mil. jud. 2. de fund. lim.

ſi juriſdictionem quoque militibus adtributam legeremus: cujus in quempiam translationem Romano juri refragari contendunt, qui eo jure negant eas conſuetudines ortas. Addunt & perſonarum quoque, & rerum ſervitutes iis contineri: ac propterea populo Romano ſi cognitæ fuiſſent, etiam odio habendas fuiſſe. Quaſi vero & rerum, & perſonarum ſervitutes item Romano jure non conſtent: aut juriſdictionis etiam, poteſtatiſque translatio, jam inde a lege Regia, non quidem in ſingulos privatos, ſed qui jam & perſonam publicam induant: unde & *nec præterea*, inquiunt, *in quemquam privatæ conditionis.* Ac ſi caſtellorum territoria, quæ ab his poſſideri, quibus adſcripta ſunt, Auguſti conſtituerunt, & ad juriſdictionem referamus, ex eo quod territorii verbo eam conſtare, noſtri ex Pomponio credunt: quid ultra jam, & de juriſdictione dubitandum erit? Quamquam enim a terrendis hoſtibus dictum territorium, & Julius Frontinus, & Agennius Urbicus velint: Varro autem ex eo quod maxime teratur: quin tamen per magiſtratus ea fieri potiſſime, ac frequentius ſolerent, nihil contradicunt. Itaque juriſconſulti expoſitionem, cui nihil alii refragantur, in voce quæ, ad jus civile pertinet, credimus legislatores in conſtitutione ſecutos. Porro cum a populo Romano legamus, & regna, quæ ex hoſtibus capta ſunt, Maſiniſſæ, & Eumeni, & pleriſque tradita: regeſque, & tetrarchas a Principibus conſtitutos Herodem, Philippum, Agrippam, & alios: quid mirum, ſi per imperii ejus inclinationem, & incommoda, ſi per militum inſolentiam, & audaciam, ſi per Principum indulgentias, & conniventiam, prædictorum exempla, & conſuetudines ejuſmodi in rempublicam irrepſiſſe exiſtimemus? quæ & clientelarum, & libertinorum obſequiis, & patronorum imagine adoleverint? Quibus ex cauſis veriſimile videtur, non ex ſingulis quidem, at ex pleriſque, vel certe ex univerſis, id, quod quærebamus, inveniri. Vale.

L. 156. de regul. jur. alia. 176.
L. 4. de juſt. & jur. 4. de ſtat. hom. de ſerv. 1. de conſtit. princ. 2. de fund. lim.
L. 239. de verb. ſig.

Florentia III. Calend. Decemb. MDXLII.

IN-

Index eorum locorum, qui his libris emendantur, & declarantur.

Sunt autem ſtellula notati, negatione addita, aut ablata, emendati. Numerus item prior paginam, poſterior vero columnam indicat.

PRoœmium Digeſtorum. *in fin. pag.30.col.2.*
§. Et primo. 69. 1.

L I B. I.

Sub titulo de origine juris.
L. 2. §. Initium. 31. 1: 57. 1.
§. Quotiens autem. 74. 2.
§. *ult.* 59. 1.
De legibus.
* *L.* 3. 59. 1: 88. 1.
* *L.* Cum de conſuetudine. 14. 2.
De ſtatu hominum.
L. 2. 9. 1.
L. Libertas. 111. 1.
L. Libertini. 99. 1.
L. Paulus reſpondit. 82. 2.
L. Non ſunt. 24. 1.
* *L.* Idem erit. 14. 2.
L. In orbe. 106. 1.
De adoptionibus.
L. Adrogare. 112. 1.
L. 2. §. Illud. 59. 2: 118. 2.
§. Item ſi propter. 118. 2.
De diviſione rerum.
L. In tantum. §. Religioſum. 9. 2.
De Senatoribus.
L. 4. 118. 2.
De officio Quæſtoris.
L. *unica.* 30. 2.
De officio Proconſulis.
L. Obſervare. §. Ingreſſum. 103. 1.
L. Et ideo. 22. 1.
* *L.* Legatus mandata. 15. 1.
De officio Præſidis.
L. 4. 22. 1.
L. Sed licet. 79. 1.
De officio Procuratoris Cæſaris.
* *L.* 2. 61. 1.
De officio ejus, cui mand. eſt juriſd.
L. Cognitio. 27. 1.
De officio adſeſſorum.
L. Diem functo. 22. 1.

L I B. II.

Si quis jus dicenti.
* *L. unica.* 62. 2.
Rubr. Si quis in jus vocatus. 52. 1.
Rubr. In jus vocati ut eant. Ibid.
Si quis cautionibus.
L. Sed & ſi quis. *in princ.* 61. 1.
L. Si quis ſervum. 52. 2.
De feriis.
L. More Romano. 84. 1.
De pactis.
* *L.* Juriſgentium. §. Si ob maleficium. 9. 2.

L I B. III.

De his qui notantur.
L. 2. §. Ignominiæ. 111. 1.
* *L.* 2. 13. 2.
De Procuratoribus.
* *L.* 2. 13. 2.
L. Plautius. 19. 2.

L I B. IV.

Quod metus cauſa.
* *L.* Item ſi cum exceptione. §. Labeo. 9. 2.
L. Quod autem. 18. 1.
De dolo malo.
L. Et eleganter. *in princ.* 61. 2.
De minoribus.
L. Deſtitiſſe. 22. 1.
L. Minor ſe. 24. 2.
De capite minutis.
* *L.* Tutelas. 9. 2.
Ex quibus cauſis majores.
L. Ab hoſtibus. *in princ.* 81. 1.
De alienatione.
L. 1. 18. 1.
De receptis.
L. Adverſus. 101. 1.
L. Non diſtinguemus. *in princ.* 61. 2.
Nautæ, caupones.
L. 1. 57. 2.
L. *ult.* Ibid.

L I B. V.

Rub. de judiciis. 72. 2.
L. 2. §. Sed ſi dubitetur. 78. 2.
* *L.* Omnem. 90. 2.
L. Si de vi. 88. 1: 102. 2.
L. Pars litterarum. 96. 2.
L. Vix certis, *alii* In certis. *in princ.* 70. 2.
De inofficioſo teſtamento.
* *L.* Poſthumus. *in princ.* 90. 2.
* *L.* Etiam. Ibid.
De hereditatis petitione.
* *L.* Item veniunt. §. Idem recte. 13. 2.
* *L.* Sed & ſi lege. §. Adeo. 35. 2.
§. Quod autem quis. 31. 2.

L I B. VI.

De rei vendicatione.
* *L.* Officium. *in fine.* 13. 2.
L. Si quis hac lege. 37. 1.
L. Minicius, *alii* Minutius. 20. 2.

LIB. VII.

De uſufructu earum rerum.

L. Quoniam. 22. 2.
* *L. ult.* 90. 2.

De uſu, & habitatione.

L. Cæterum. *in princ.* 25. 2.

LIB. VIII.

De ſervitutibus.

L. ult. incip. Si intercedat. 22. 2 : 52. 2.
L. Jus cloacæ. 52. 2.

De ſervitutibus prædiorum urbanorum.

L. Imperatores. 109. 1.
L. Si arborem. §. Interdum. 88. 1.

De ſervitutibus prædiorum ruſticorum.

L. Tria prædia. 62. 1.

Communia prædiorum.

* L. Si quis duas. §. Item ſi duo. 91. 1.
L. Quidquid. 62. 1.

Si ſervitus vindicetur.

L. Sicut autem. *in fine.* 31. 1.

Quemadmodum ſervitutes admittantur.

* L. Labeo. 91. 1.

LIB. IX.

Ad L. Aquiliam.

L. Si dominus. 52. 1.
* L. Si ex plagis. §. 1. 10. 1.

LIB. X.

Finium regundorum.

L. ult. 49. 2.

Communi dividundo.

L. Si quis putans. §. *ult.* 20. 1.
* L. Sed poſtquam. 13. 2.

Ad exhibendum.

L. ult. 86. 1.

LIB. XI.

De interrogationibus.

L. De ætate. *in fin.* 62. 1.
* L. Confeſſionibus. 13. 2.
* L. Si ſervus. 1. 10. 1.

De ſervo corrupto.

* L. Ut tantum. *in fin. princ.* 10. 1.

De aleatoribus.

* *L. prima.* 91. 1.

LIB. XII.

Rub. de rebus creditis. 72. 2.
L. 1. 56. 2.
L. 2. §. Mutui. 78. 2.
* L. Si quis nec cauſam. §. Res. 91. 1.
L. Certi condictio. *verſic.* Sed & ſi. 62. 1.
L. Lecta. 46. 2.

De jurejurando.

* *L. ult.* §. Si fidejuſſor. 91. 1.

De condictione indebiti.

L. ult. §. Item quæſitum. 83. 2.

LIB. XIII.

De eo quod certo loco.

* L. 2. §. Scævola, *alias eſt*, L. 3. 25. 2.

Commodati.

L. Sæpe. 35. 2.
L. Si ut certo. §. Si me. 62. 1.

De pignoratitia actione.

* L. Eleganter. §. Etſi vendiderit. 10. 1.
L. ultima. 62. 2.

LIB. XIV.

De exercitoria actione.

L. 1. §. Sed etſi ut certis. 88. 1.
§. Exercitorem. 63. 1.

De L. Rhodia.

* L. Navis onuſtæ. 13. 2.
L. ult. in fine. 62. 2.

De inſtitoria actione.

L. Cuicumque. §. Idem ait. 88. 2.
§. Non tamen. 31. 1.

De tributoria actione.

L. Illud. §. Sed etſi. 63. 2.

Quod cum eo.

L. 1. 18. 1.
L. 2. Ibid.

De S. C. Macedoniano.

* L. Tamen. 91. 2.

LIB. XV.

De peculio.

L. Quam Tuberonis. *in princ.* 25. 2.

De in rem verſo.

* L. 1. 10. 2.
L. Si in re. 53. 1.
L. Interdum, *alii* Marcellus. Ibid.

LIB. XVI.

Ad S. C. Vellejanum.

L. Quamvis. §. Si mulier. 35. 2.

De compenſationibus.

* L. Pecuniam. 34. 2.

Depoſiti.

L. Si hominem. *in princ.* 78. 2.
L. Publia. §. Titius. 88. 2.

LIB. XVII.

Mandati.

L. Mandatum diſtrahendorum. 15. 1.
L. Si vero. §. Si aduleſcens. 81. 2.

Pro ſocio.

L. Societatem. 1. 62. 2.
L. Cum duobus. §. Si in coeunda. 80. 1.
* §. Idem reſpondit ſocius. 91. 1.
L. Nemo. 2. *in fine.* 18. 1.

LIB. XVIII.

De contrahenda emptione.

* L. Qui fundum. *in fine princ.* 91. 1.
L. Cum ab eo. 85. 1.
L. Qui officii. 63. 1.
* L. Cum ſervo. 13. 2.
L. In vendendo. 34. 2.
L. In lege. 65. 2.
Titulus de in diem addictione. 36. 1.
L. Ubi autem. §. Cum igitur. 20. 1.
L. Sabinus. Ibid.
L. Quod autem. Ibid.

De

De reſcindenda venditione.
* *L. ult. in fine.* 91. 2.
De periculo & commodo rei venditæ.
L. 1. *in princ.* 63. 2.
§. Sed & cuſtodiam. Ibid.
L. Si quis vina. §. Si averſione. 62. 2.
L. Lectos. 104. 2.
L. Habitationem. 31. 2.
De ſervis euportandis.
L. Titius. 31. 1.

L I B. XIX.

De actionibus empti.
L. Si ſterilis. §. Quamvis. 91. 2.
Locati.
L. Si quis domum. §. *ult.* 80. 2.
L. Item quæritur. §. Si quis menſuras. 104. 2.
L. Sed addes. §. *ult.* 22. 1.
L. Et hæc. 63. 2.
* *L.* Opus. 10. 2.
L. Cum in plures. 85. 2.
L. In nave. 63. 2.

L I B. XX.

De pignoribus.
L. Si legati. 31. 1.
L. Cum tabernam. §. Idem quæſiit, *alias eſt* : *L.* Tabernam. *cum ſeq.* 53. 1.
Qui potiores in pignoribus.
L. Qui balneum. 85. 2.
L. Inſulam. 19. 2.
De diſtractione pignor.
* *L.* Si creditor. *in fin.* 7. 2 : 15. 1 : 90. 1.
L. ult. incip. Arbitri. 22. 2.
Quibus modis pignus, vel hypoth. ſolvitur.
L. Si debitor. *in fin.* 25. 2.
L. Item liberatur. 31. 2.

L I B. XXI.

De ædilitio edicto.
L. 1. *in fin.* 81. 1.
* *L.* Pomponius. *in fin.* 60. 2 : 91. 2.
L. Quæritur. §. Item de eo. 26. 1.
L. Quæro. 11. 1.
De evictionibus.
L. Si ideo. 64. 2.
L. Quia dicitur. 64. 1.

L I B. XXII.

De uſuris.
L. Cum in rem verſo. 41. 1.
De nautico fœnore.
L. 2. 31. 1.
L. Nihil intereſt. 25. 1.

L I B. XXIII.

De ſponſalibus.
L. Oratio. 109. 2.
De ritu nuptiarum.
L. Oratione. 109. 2.
L. Sciendum. Ibid.
L. Divus. 108. 2.
L. Si quis tutor. *in princ.* 109. 2 : 119. 2.
L. Non ſolum. §. Sed videamus. 109. 2.
De jure dotum.
* *L.* Tali facta. 10. 2 : 20. 1.
De pactis dotalibus.
L. Inter ſocerum. §. Convenit. 64. 2.

L I B. XXIV.

De donat. inter virum, & uxorem.
L. De eo. 19. 2.
Soluto matrimonio.
L. Fructus eos. §. Si fundum. 65. 2.
L. Si cum dotem. §. Si patri. 31. 2.
L. Si conſtant. §. Si maritus. 65. 2.

L I B. XXV.

De impenſis in res dotales.
L. Quod dicitur. *in fin.* 12. 2.
De liberis agnoſcendis.
L. 1. §. Idem Julianus. 25. 1.

L I B. XXVI.

De tutelis.
* *L.* Etiam. 13. 2.
De confirmando tutore.
L. 1. 95. 1 : 116. 1.
L. In confirmando. 96. 1.
L. Naturali. Ibid.
De tutoribus, & curatoribus datis.
L. Si impuberi. 27. 1.
L. Scire oportet. 95. 2 : 96. 1.
L. Et qui non ſunt. 96. 2.
Qui putant tutores.
L. 2. 75. 2 : 97. 1.
§. Divus. 23. 1.
De adminiſtratione tutorum.
* *L.* Maximeque. 14. 1.
L. A tutoribus. 109. 2.
De ſuſpectis tutoribus.
L. Suſpectus. 79. 1.

L I B. XXVII.

De excuſationibus.
L. 1. 98. 2.
L. 2. 99. 1.
L. Tria onera. 1. 100. 2.
L. Diximus. Ibid.
L. Tria onera. 2. 101. 1.
L. Juriſperitos. 96. 2.
L. Si duas. 101. 1.
* §. Sed & reprobari, *alias eſt. L.* 15. 1 : 103. 2.
L. Paupertas. 110. 1.
L. Sed & milites. Ibid.
§. 1. *& ſeq.* 26. 1.
* §. Quæſitum. 113. 1.
L. Si tribunus. 114. 1.
L. Non ſolum. Ibid.
L. Et non tantum. 115. 1.
L. Idem Ulpianus. 115. 2.
L. Scire. 93. 2 : 115. 2.
L. Libertum. 118. 1.
L. Spadonem. Ibid.
* *L.* Propter magiſtratum. 15. 1 : 108. 1 : 119. 2.
L. Excuſare. 117. 2.

* *L.* Ex his. 14. 1.
* *L.* Qui teſtamento. *in fine.* 10. 2.
L. Quinquaginta. 117. 1.
De tutelæ & rationibus diſtrahendis.
L. 1. §. Plane. 10. 2.
* §. *ultimo.* 11. 1.
De contraria tutelæ actione.
* *L.* 3. §. Plane. 11. 1.
De eo qui pro tutore.
* *L.* 2. 91. 2.
De magiſtratibus conveniendis.
* *L.* 1. *in princ.* 14. 1.
Sub titulo de rebus eorum multa. 109. 2.
L. Magis puto. §. In primis. 75. 1.
De curatore furioſi.
L. 2. 18. 1.
L. Bonorum. 18. 2.

L I B. XXVIII.

Rub. de teſtamentis. 72. 2.
L. A qua ætate. 84. 1.
L. Si mutus. 16. 2.
L. Qui teſtamento. §. Quæ autem. 65. 2.
De liberis & poſthumis.
L. Si quis poſthumos. 66. 2.
L. Si poſthumus. §. Quod vulgo. 66. 1.
De injuſto, rupto.
* *L.* 3. §. Ex his. 11. 1.
* *L.* Si ita. 91. 2.
De heredibus inſtituendis.
L. Item quod Sabinus, *alii* Item ut Sabinus. *in fin.* 58. 2.
L. Quæſitum, *alias* Vitellius. 19. 2.
* *L.* Ex facto. 1. 11. 1.
L. Illa. 87. 1.
L. Captatorias. Ibid.
L. Illæ. 86. 2.
L. Clemens. *in fine.* Ibid.
De vulgari & pupillari.
L. Qui plures. 2. 116. 2.
L. Lucius Titius. 52. 2.

L I B. XXIX.

De teſtamento militis.
L. Qui jure. 66. 1.
L. Facere. 81. 1.
* *L.* Si certarum. §. Si eidem. 14. 1.
* *L.* Militis. §. Miles in ſupremis. 11. 1.
De acquirenda, vel omittenda hæreditate.
L. Pro herede. *in princ.* 79. 1.
in fin. 31. 2 : 93. 1 : 78. 2.
L. Filium emancipatum. 53. 2.
L. Si minor. 54. 1.
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.
L. Cui ſervus. 33. 2.
De S. C. Silaniano.
L. 1. §. Excuſantur. 36. 1.
L. Si quis in gravi. §. Utrum. 26. 2.

L I B. XXX.

Rub. de legatis primo. 72. 2.
L. 1. Ibid.
* *L.* Id quod. 11. 1.
L. Si cui legetur. §. Si Titio. 79. 1.
L. Quid ergo. §. Si heres. 88. 2.
L. Domus. 54. 1.
L. Si modo. Ibid.
L. Quod nulla. Ibid.
L. Captatoriæ. 86. 1.
L. Si quis teſtamento. *in princ.* 54. 1.
§. 1. Ibid.
L. Si fundum. Ibid.
* *L.* Filio pater. 91. 2.
L. Ab omnibus. §. In teſtamento. 20. 1.
L. Filiusfam. §. Secundum. 26. 1.
L. Civitatibus. 74. 2.

L I B. XXXI.

Rub. de legatis. 2. 72. 2.
* *L.* 1. 14. 1 : 87. 2.
* *L.* Mævius. §. Duorum. 11. 2.
L. Mortuo. 88. 2.

L I B. XXXII.

Rub. de legatis. 3. 72. 2.
L. 1. §. 1. 12. 1.
* *L.* Ex imperfecto. 15. 1.
L. Uxorem. §. Codicillis. 56. 1. & 2.
§. Concubinæ. 56. 2.
L. Librorum. §. Si Homeri. 74. 2.
L. Si tibi pure. 74. 1.
L. Lignis. §. Lignis. 65. 2.
§. Lignorum. 88. 1.
L. Titius. §. 1. 30. 2.
L. Cum quæreretur. §. *ult.* 31. 1.
L. Si cui lana. *in princ.* 88. 2.
* *L.* Si chorus. 14. 1.
L. Ofidius. *in fine.* 40. 2.
L. Heres meus. §. Cui. 89. 1.
L. His verbis. *in princ.* 79. 1.
§. Alumno. 112. 2.
L. Cum filio. 20. 1.
L. Servis urbanis. 16. 2.

L I B. XXXIII.

De annuis legatis.
L. Liberto. §. Filium. 43. 1.
De optione, vel electione legata.
* *L.* Mancipiorum. 91. 2.
Titulus de inſtructo, vel inſtrumento legat. vel ut alii, *de fundo inſtructo.* 37. 1.
L. Tabernæ. 48. 2.
L. Fundus. 20. 1 : 54. 2.
L. Quæſitum. §. Sed ſi fundus. 37. 2.
De ſupellectili legata.
L. Inſtrumenti. 16. 2.
* *L.* Labeo. §. Id Tubero. 91. 2.

L I B. XXXIV.

De alimentis, & cibariis legatis.
L. Libertis. 79. 2.
L. Stichus. *in princ.* 56. 1. & 2.
L. Mela. *in princ.* 112. 2.
De auro argento legato.
L. Plautius. 19. 2.
L. Veſtimentum, *alii* Veſtimenti. 66. 1.
* *L.* Titia. 30. 2.

L. Veſtis. 66. 1.
De liberatione legata.
L. Aurelio. *in princ.* Ibid.
De rebus dubiis.
* L. 1. 14. 1.
L. Paulus reſpondit id, quod. 52. 1.
L. Paulus reſpondit, cum nomen. Ibid.
De his, quæ pro non ſcriptis.
L. 1. 86. 1.

L I B. XXXV.

De conditionibus, & demonſtrationibus.
L. Jure civili. 91. 2.
L. P. Mævius. *in princ.* 105. 1.
L. Plautius. 19. 2.
L. Qui heredi. §. Plautius. Ibid.
L. Nonnunquam. 87. 2.
* L. Cum tale. *in princ.* 92. 1.
L. Avia. §. Pater. 41. 1.
* L. Eas cauſas. 92. 1.
L. Julius Paulus. 83. 1.
* L. Cum ſervus. *in princ.* 15. 2.
* L. Titiæ. 11. 2.
* L. Pater Severianam. 16. 1.
L. Qui ſub conditione. 66. 1.
L. Mulieri, & Titio. 11. 2.
Ad legem Falcidiam.
L. In Falcidia. 54. 2.
L. 3. *in fin.* 47. 1.
L. Plautius. 19. 1.
L. Pretia rerum. 33. 2.
L. Hereditatum. *in princ.* 16. 2.
L. Qui quadringenta. 89. 1.
L. Divi. 66. 1.
L. Servi. 54. 2.

L I B. XXXVI.

Ad S. C. Trebellianum.
L. Reſtituta. *in fin.* 66. 2.
L. *ultima.* 89. 2.
L. Non enim. 32. 1.
Ut legatorum, ſeu fideicommiſſorum.
* L. 1. *in fin. princ.* 14. 1.

L I B. XXXVII.

De bonorum poſſeſſionibus.
L. 1. 69. 2.
De bonorum poſſeſſione contra tabulas.
L. Si duobus. §. 1. 27. 2.
De legatis præſtandis.
L. Nonnumquam. 92. 1.
De collatione.
* L. 1. Ibid.
Titulus de ventre in poſſeſſ. mittendo. 8. 2.
L. 1. *in princ.* 9. 1.
Titulus de conjungendis cum emancipato liberis. 8. 2.
* L. Si quis filium. 11. 2.
De Carboniano edicto.
* L. 3. §. Si is, qui ſtatus. 14. 2.
L. Ideo. 15. 2.
De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.
L. *prima in princ.* 101. 2.
* L. 2. 92. 1.

L I B. XXXVIII.

De operis libertorum.
L. Ut jurisjurandi. §. Dabitur. 119. 1.
De adſignandis libertis.
L. 1. *in princ.* 64. 2.
L. Utrum. 92. 1.
L. 3. *in fine.* Ibid.
Unde legitimi.
L. 1. 57. 2.
Unde cognati.
L. 1. 92. 2.
Sub titulo de gradibus multa. 38. 1.
De ſuis & legitimis.
L. 2. §. Unde. 26. 1.
Ad S. C. Tertyllianum.
L. 1. §. 1. Ibid.
L. 2. §. Si mater. 2. 97. 2.
§. Non ſolum. Ibid.
§. Tractari. 26. 1.

L I B. XXXIX.

De Operis novi nuntiatione.
* L. 1. *in princ.* 15. 2.
§. 1. 69. 2.
L. De pupillo. §. Sed & ſi. *& ſeq.* 25. 2.
L. Etſi ſatiſdationem. 69. 2.
L. Prætor. §. Hoc interdictum. 79. 1.
De damno infecto.
* L. Fluminum. *in princ.* 32. 2.
L. A quo fundus. 69. 2.
De aqua & aquæ pluviæ.
L. 1. §. Labeo. 89. 2.
De publicanis.
L. Locatio, *alii* Licitatio. 70. 1.
De mortis cauſa donationibus.
L. 1. 79. 2.
L. Quod ſtatuliber. 70. 2.

L I B. XL.

De manumiſſionibus.
L. 1. 32. 2: 84. 1.
L. Is, qui. §. Si ab ignoto. 83. 1.
De manumiſſis vindicta.
* L. Servus communis. 11. 2.
L. Illud. 81. 2.
* L. Apud filium. 92. 2.
De manumiſſis teſtamento.
L. Si ſervi. 55. 1.
L. Libertas. Ibid.
L. Cum ex pluribus. Ibid.
L. Sciendum. Ibid.
L. Ideoque. Ibid.
De fideicommiſſariis libertatibus.
L. Scævola, *alii* Acciolam, *alii* Claudius. 17. 2.
L. Apud Julianum. 23. 2.
L. Cum quaſi. §. Si alter. 109. 1.
L. Si ſervus legatus. 116. 2.
De ſtatuliberis.
L. 3. §. Si quis ſervum. 70. 1.
L. Cum heres. §. 1. 41. 1.
* §. Stichus. 12. 1.
Qui & a quibus.
* L. Competit. 92. 2.

L. Ge-

L. Generaliter. 67. 1.

De liberali cauſa.

L. Liberalis. 17. 1.
L. Si ſervus, quem. 70. 1.
L. ult. in fine. 119. 1.

L I B. XLI.

De acquirendo rerum dominio.

L. Qua ratione. *in fin.* 13. 1.
* *L.* Qui bona. §. Generaliter. 92. 2.
L. Ergo. §. Alluvio. 70. 1.
L. Homo liber. *in princ.* Ibid.
* §. *ult.* Ibid.
L. Si epiſtulam. §. Si qua. 26. 1.

De acquirenda poſſeſſione.

L. Si id, quod. §. *ult.* 12. 1.
Rub. de uſucapionib. 51. 1.
* *L.* Sequitur. §. Labeo. 14. 2.
L. In uſucapionibus. 84. 1.
L. Ideoque. Ibid.
* *L.* Si is, qui pro empto. *in fine princ.* 15. 2.
* §. Si ſervus. 12. 1.
Rub. pro ſoluto, delenda. 51. 1.

Pro emptore.

L. Si quis cum ſciret. 81. 2.

L I B. XLII.

De re judicata.

L. Inter eos. 21. 1.
L. Quæſitum. 27. 2.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

L. Fulcinius. §. Utrum. 71. 1.

De reb. autoritate judic. poſſ.

L. Cum plures. 75. 1.
Rub. de privilegiis creditorum delenda. 32. 1: 51. 2.
L. Imperatores. 109. 1.

De ſeparationibus.

L. Debitor. 71. 1.

Quæ in fraudem creditorum.

L. Cum in vetus. Ibid.
L. ult. §. Si procurator. 31. 2.

L I B. XLIII.

De tabulis exhibendis.

L. 1. *in princ.* 71. 1.
* §. *ult.* 12. 1.
Titulus de via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur. 51. 2.
Titulus de via publica, & itinere publico reficiendo. Ibid.

Ut in flumine publico.

L. unic. §. Poſſunt. 26. 2.

De itinere, actuque privato.

* *L.* Apparet. §. Si quis. 12. 1.

Quod vi, aut clam.

* *L.* Aut qui aliter. *in fine princ.* 14. 2.

De remiſſionibus.

* *L. unica.* 15. 2.

De precario.

L. Cum precario. 86. 1.

De liberis exhibendis.

L. 1. *in princ.* 109. 1.
* *L.* Deinde. *in fin.* 71. 1.
Titulus de migrando. 85. 1.

L I B. XLIV.

De exceptionibus.

* *L.* Exceptiones. *in fin.* 12. 1.

De doli mali & metus exceptione.

L. Pure. *in princ.* 79. 1.
Rub. de obligationib. & actionib. 71. 2.
* *L.* Conſtitutionibus. 12. 2.
* *L.* Qui ſervum. *in fine.* 15. 2.

L I B. XLV.

De verborum obligationibus.

* *L.* 1. §. Si quis ita. 33. 1.
* *L.* In illa. 2. 14. 1.
L. Liber homo. 2. §. 1. 31. 2.
* *L.* Qui Romæ. §. Sejæ. 15. 2.
L. Si ſic. 2. 26. 2.
L. Si ita quis. 2. *alii* Ita quis. §. Seja. 31. 2.
L. Pluribus. *in princ.* 19. 2.

L I B. XLVI.

De fidejuſſoribus.

* *L.* Stipulatus. *in fine.* 14. 2.

De ſolutionibus.

L. Si pater. 20. 1.

De acceptilationibus.

* *L.* An inutilis. *in princ.* 12. 2.

Judicatum ſolvi.

* *L.* Si ante. 71. 2.

Rem ratam haberi.

L. Si indebitum. 71. 2.

L I B. XLVII.

De furtis.

L. 1. 75. 1.
L. 2. 76. 2.
* *L.* Itaque fullo. §. Quidam. 15. 2.
L. Verum. 1. 31. 2.
* *L.* Quidam. 14. 2.
L. Si filius. 52. 1.
L. Falſus. §. Qui alienum. 77. 1.
* *L.* Ob pecuniam. 15. 2.

Arborum furtim cæſarum.

L. Si gemina. 33. 2.

Vi bonorum raptorum.

L. Prætor ait. *in princ.* 89. 2.

De incendio, ruina.

L. 3. §. Qui electa. Ibid.
L. Si fortuitu. 81. 1.

De injuriis.

L. Lex Cornelia. §. *ult.* 89. 2.

De extraordinariis criminibus.

L. 1. *in fine.* 71. 1.

De ſepulchro violato.

* *L.* Quæſitum. 92. 2.

De effractoribus.

L. 1. 89. 2.

De termino moto.

L. ultima. 72. 1.

De collegiis.

L. ultima. 23. 2.

LIB.

L I B. XLVIII.

De publicis judiciis.
* L. 3. 12. 2.
Ad L. Juliam de adulteriis.
L. 1. 67. 2.
L. Si adulterium cum inceſto. §. Imp. 109. 1.
Ad L. Juliam de vi publica.
L. Qui cœtu. §. Si de vi. 88. 1: 102. 2.
De L. Cornelia de falſis.
* L. Falſi. 93. 1.
L. Divus Pius. 108. 2.
De L. Julia de annona.
L. 3. 109. 1.
Ad S. C. Turpillianum.
L. 1. §. Prævaricatorem. 97. 2.
L. *ult.* 109. 1.
De pœnis.
L. Moris. §. Erit. 90. 1.
L. Si quis aliquid. 2. §. Judices. 24. 1.
De bonis damnatorum.
L. 1. 17. 1.
L. *ultima.* 17. 2.

L I B. XLIX.

De appellationibus.
L. 1. 102. 2.
L. Imperator Alexander. Ibid.
Quando appellandum ſit.
L. 1. 72. 1.
De jure fiſci.
* L. 3. §. *ultimo.* 16. 1.
* L. Non puto. Ibid.
L. *ultima.* 37. 1.
De captivis.
* L. Quod ſi filius. 12. 2: 80. 2.
L. In bello. §. Codicilli. 81. 1.
L. Si captivus. 26. 2.
L. Bona. 81. 1.
De re militari.
L. Omne delictum. §. Si quis. 72. 1.
* L. Milites agrum. §. Militionum. 14. 2.
De caſtrenſi peculio.
* L. Si militi. 93. 1.

L I B. L.

Ad municipalem.
L. 1. 69. 1.
L. Conſtitutionibus. 109. 1.
L. Ejus, qui manumiſit. 69. 1.
L. Roma. 106. 1.
L. Scire oportet. 118. 1.
L. *ultima.* 109. 1.
De decurionibus.
L. 3. *in fine.* 119. 2.
De muneribus & honoribus.
L. 1. 105. 1.
L. Reſcripto. 108. 1.
L. Ut gradatim. 109. 1.
L. Sponte. 105. 1.
L. *ultima.* §. 1. Ibid.
De vacatione & excuſatione munerum.
L. 1. *in fine.* 120. 1.
L. 2. 105. 1.
L. In honoribus. 104. 2: 107. 1.
L. Ab his. 105. 1.
De legationibus.
L. Paulus. 109. 1.
De adminiſtratione rerum.
* L. 2. *in princ.* 12. 2.
L. *ultima.* 105. 2: 109. 1.
De pollicitationibus.
L. In privatis. 79. 2.
De extraordinariis cognitionibus.
§. Jam & librariis. 119. 1.
De proxeneticis.
L. 2. 31. 2.
De cenſibus.
L. 1. *in fine.* 72. 1.
L. *ultima.* Ibid.
De verborum ſignificatione.
L. 2. 84. 2.
L. 3. 116. 2.
L. Alienationis. 70. 2.
L. Probrum. 75. 2.
L. Qui neque, *alias* Solutum. 17. 1.
L. Dediſſe. 20. 2.
* L. Impenſæ. 12. 2.
L. Ut Alfenus, *alii* Alfenus. 33. 2.
L. Propemodum. 40. 2.
* L. Licet capitalis. 16. 1.
L. Natorum. 21. 1: 99. 2.
L. Spadonum. 60. 1.
* L. Lege obvenire. 16. 1.
* L. Anniculus. 1. 77. 2.
L. Mille paſſ. 16. 2: 77. 2.
L. Quantum, *alias* Paries. 17. 2.
L. Illa verba. 2. 114. 2.
* L. Urbana familia. 16. 1.
L. Carbonum. 21. 1.
L. Collegarum. 115. 1.
L. Natura. 89. 1.
* L. Pecuniæ verbum. 93. 2.
* L. Tabernæ. 13. 1.
L. Provinciales. 96. 1.
L. Pronuntiatio. §. Familiæ. 99. 1.
L. Indicaſſe. 26. 2.
L. Verum eſt. 23. 2.
L. Ex illa. 57. 2.
L. Si calvitur. §. Poſt Kalendas. 78. 1.
§. Telum. 77. 1.
L. Si ſic. 26. 2.
L. Itinere. 24. 2.
L. Nihil eſt aliud. 21. 2.
L. Qui venenum. §. *ult.* 75. 2.
L. Pupillus. §. 1. 111. 1.
§. Incola. 118. 1.
§. Decuriones. 97. 1.
L. Qui Romæ. 90. 2.
L. Statuæ. 89. 1.
L. Si filiusfamilias. 52. 1.
De diverſis regulis juris antiqui.
* L. 3. 13. 1.
L. Si filius, *alias* l. Quæ legata. §. Si filius. 52. 1.
L. Nuptias. 21. 1.
L. Ea eſt natura. 21. 2.
L. Fructus. 21. 1.

Digitized by Google

L. Quo tutela, *alii* Q. Mucius. 17. 2.
L. Conſilii. *in fin.* 21. 1.
L. Expreſſa. 21. 1.
L. Semper. 3. 21. 2.
L. Non poteſt dolo. 8. 1.
L. Non videtur. 22. 1.
L. Jure. Ibid.
L. Ad ea. *in fine.* 8. 1.
L. Omnis definitio. 70. 2.
L. *ultima.* 52. 2.
Multa quoque ſub eodem titulo præpoſtere ſcripta ſunt pag. 8. & ſeq.

LIBER I. CODICIS.

De ſacroſanct. eccleſ.
L. 3. 88. 2.
De vet. jure enucleando.
L. 1. §. Sed & hoc. 30. 1.
L. 2. §. Non itaque. 58. 1.
§. Sed cum omnia. 41. 1.
§. Si quid autem. 116. 1.
§. Sed quid. Ibid.
§. Quæ omnia. 58. 1.
§. Hoc autem. 30. 2.
§. Quartus. 58. 1.
De officio Comitis orientis.
L. *unic.* 107. 1.
Ut omnes judices.
L. 1. 119. 1.

LIB. III.

De judiciis.
L. Placuit. 79. 1.
L. Rem non novam. *in princ.* 119. 1.
Ubi cauſæ fiſcales.
L. 1. 79. 1.
De uſufructu.
L. *ultima.* Ibid.

LIB. IV.

De rebus creditis.
L. 2. 31. 1.
De vectigalibus & commiſſis.
L. Uſurpationem. 107. 1.

LIB. V.

De nuptiis.
L. A caligato. 114. 1.
De inceſtis, & inutilibus nuptiis.
L. Humilem. 107. 1.
De naturalibus liberis.
L. 1. 107. 2.
Qui petant tutores.
L. 1. 98. 1.
Qui dare tutores.
L. Neque a præſide. 118. 1.
De excuſationibus tutor.
L. 1. 118. 1.
L. 2. 117. 1.
L. 3. 99. 1.
L. Libertos. 118. 1.
L. Ne ſenatorum. 119. 2.
De excuſationibus veteranorum.
L. *ultima.* 112. 1 : 113. 1.
Qui ætate ſe excuſant.
L. *unic.* 99. 1.
Qui numero liberorum ſe excuſant.
L. 1. 120. 1.
Qui numero tutelar.
L. *unic.* 96. 2 : 100. 1 : 113. 1.

LIB. VI.

Unde legitimi.
L. 1. 38. 1.
L. 2. 39. 2.
De teſtamento militis.
L. Captatorias. 86. 1.
L. *ultima.* 112. 2.
Qui teſtamento facere poſſunt.
L. Eunuchis. 60. 1.
L. Si Frater. Ibid.
De hereditate - decurionum.
L. 2. 111. 2.

LIB. VII.

De liberali cauſa.
L. Cum precum. 67. 1.
L. Principaliter. 2. 79. 1.
De nudo jure Quiritium.
L. *unica.* 67. 1.
Quando provocare non eſt neceſſe.
L. Veteranus. 111. 2.

LIB. VIII.

De donationibus.
L. *ultima.* 41. 2 : 42. 1.

LIB. IX.

De mutatione nominis.
L. *unic.* 67. 2.

LIB. X.

De theſauris.
L. 3. 13. 1.
Titulus, Ut nemini liceat. 105. 2.
De decurionibus.
L. Si quos. 117. 2.
L. *ultima.* 114. 1.
L. Quidam ignaviæ. 119. 2.
De incolis.
L. 3. 118. 1.
De munerum patrimoniorum.
L. Nec protoſtaſiæ. 105. 1.
De excuſatione munerum.
L. Maximarum. 102. 1.
De profeſſoribus, & medicis.
L. Oratione. 118. 2.
L. Nec intra. 103. 1.
L. Reddatur. 104. 1.
De his, qui non impletis ſtipendiis.
L. *ultima.* 111. 2.
De periculo ſucceſſorum parentis.
L. *unic.* 105. 1 : 107. 1.
De tabulariis.
L. 3. 119. 1.
De ſuſceptoribus.
L. Quotieſcumque. 43. 2.

LIB.

L I B. XI.

De ſtudiis liberalibus urbis Romæ.

L. unic. 102. 1.

De vendendis rebus civitatis.

L. 1. 37. 1.

Ut nemo ad ſuum patrocinium.

L. unic. 59. 2.

L I B. XII.

De dignitatibus.

L. 1. 114. 1.

De conſulibus.

L. 1. Ibid.
L. 3. 105. 1.

De profeſſ. qui in urbe Conſtantinop.

L. unic. 102. 1.

De re militari.

* *L.* Neminem. 32. 2.
L. 2. 111. 2.

De erogatione militaris annonæ.

L. Provincialium. Ibid.
L. ultima. §. Si qua. 113. 2.

De militari veſte.

L. ultima. 114. 1.

De metatis, & epidemeticis.

* *L.* Devotum. 33. 1.

De deſertoribus.

L. 1. 110. 1.

De veteranis.

L. 1. 113. 2.

LIB. I. INSTITUTIONUM.

De jure perſonarum.

§. Servi. 111. 1.

De libertinis.

In princ. 99. 1.
§. *ultimo.* 66. 2.

De Attiliano tutore.

§. Sed hoc jure. & §. *ult.* 107. 2.

* *De auctoritate tutor.*

§. 1. 66. 2.

De curatoribus.

§. Interdum. 115. 1.

De ſatiſdatione tutor.

§. *ultimo.* 107. 2.
De excuſationibus multa lib. ſingul. ad Modeſtinum. 95. 1.

L I B. II.

* *De rerum diviſione.*

§. Religioſum. 9. 2.

De legatis.

§. Si quis in nomine. 68. 2.

L I B. III.

De legitima agnatorum ſucceſſione.

§. Cæterum. 31. 2.

De gradibus.

§. 5. 38. 2.
§. *6.* 39. 1.

De ſucceſſione libertorum.

§. Poſtea & *ſeq.* 42. 1.

De adſignandis libertis.

In fine. 65. 1.
De eo, qui libertatis cauſa. 67. 1.

Quibus modis re contrahitur.

In princ. 65. 1.

De inutilibus ſtipulationibus.

§. Item ſi quis. 27. 1.
§. Pupillus. 71. 2.

L I B. IV.

De obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

§. 1. 75. 2.
§. Furtorum. 76. 2.
§. Conceptum. Ibid.

De injuriis.

§. 1. 71. 1.

De noxalibus actionibus.

§. Sunt autem. 76. 2.

Si quadrupes pauperiem.

In princ. 82. 2.

De perpetuis temporalibus actionibus.

In princ. 76. 2.

De publicis judiciis.

§. Item. *L.* Cornelia. 77. 1.

IN NOVELLIS, ET AUTHENTICIS.

Novella 18. Auth. *De triente, & ſem.* 67. 2.
Novella 22. Auth. *De nuptiis.* §. Mitiores. 106. 1.
§. Sic itaque. Ibid.
§. Jucundum. 82. 2.
Novella 74. Auth. *Quibus modis naturales efficiantur legitimi.* §. Quiſquis. 114. 1.
Novella 78. Auth. *Ut liberti de cætero. in fin.* 106. 2: 118. 1.
Novella 82. Auth. *De judicibus.* §. Judices. 115. 1.
Novella 89. Auth. *Quibus modis naturales efficiantur ſui.* §. *ult.* 107. 1. & 2.
Novella 110. Auth. *De nauticis uſuris.* 45. 1.
Novella 123. Auth. *De ſanct. Epiſc.* Ibid.
Novella 130. *Vel potius* 106. Auth. *De uſuris nauticis.* 44. 2.
Novella 117. Auth. *Ut liceat matri, & aviæ.* §. Quia vero legem. 107. 1.

EX JURE PONTIFICIO.

Cap. Cum tibi. *De teſtam.* 87. 2.
Cap. Cleros. 21. *Diſt.* 103. 1.
Cap. Propter. & *ſeqq.* 2. *q.* 6. 24. 2.

Hæc potiſſimum colligenda curavimus: de quibus in his libris tractatur. Alia autem ſunt non pauca, quæ, quia leviter attinguntur, lectori perpendenda relinquimus.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

CONSTITUTIONUM GRÆCARUM

CODICIS JUSTINIANI IMPERATORIS

COLLECTIO, ET INTERPRETATIO.

Cum Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI
PRÆFATIO.

EA rerum eſt humanarum condicio; ut nihil perfecti, nedum efficere, ſed ne cogitare quidem poſſimus. Quod ipſum ad illa cæleſtia nobis, ac perpetua bona ſuſpiciendi cauſa non levis eſſe debet; ut tandem aliquando conquieſcere ab hac ſemper aliquid novi deſiderandi, & expetendi cupiditate liceat. Quantum auxilii juris prudentiæ attulerit Juſtinianus; cum ex infinitis propemodum Juriſconſultorum, & Imperatorum voluminibus in tres ſolos libros jus civile redegit Digeſtorum, & Conſtitutionum, atque Inſtitutionum: nemo eſt, qui neſciat. At multis poſtea editis conſtitutionibus tum iterum conſtitutionum Codicem conſcribendum curavit, tum etiam Novellarum multitudinem, quibus totius juris mutatio naſcitur. Secuta ſunt ea tempora, quæ neque in Græcia, ubi Imperii ſedes diutius fuit; neque in Occidente, quod a variis Regulis, atque nationibus vexatum eſt, juris civilis diſciplinam conſervaverint. Iterum Leo Sapiens dictus, Conſtantinopolitanus Imperator jus in artem redigere cogitavit. Omnia enim Juſtiniani, & interpretum volumina in ſexaginta libros Baſilicorum coegit. Addidit Prochirum, ſive Iſagogen, ut inſtitutionum loco eſſet ſtudioſis. Sed & is, & alii Imperatores Novellis conſtitutionibus permultis editis ab eodem jure mirum in modum diſceſſerunt. Varii quoque interpretes Baſilicorum manus attulerunt eidem operi. Fuit enim, qui indicem ordine litterarum confecerit; ut facilius ſingula inveniret. Alii epitomes, & prochira, ut appellant, conſcripſerunt. In quibus libris, etſi non ni-

Digitized by Google

nihil utilitatis habemus; attamen vix dici poteſt, quam multa deſideremus. Ipſum quidem certe Leonis opus ob horum breviores conſcriptiones, quod permultis aliis libris accidit, amiſimus. Extant tamen aliquot libri Baſilicorum, ex quibus tamquam ex unguibus, ut dici ſolet, Leonem cognoſcimus. Sed plane leonem, hoc eſt, rationis expertem feram, & quæ magis caſu, atque impetu in ea, quæ ſunt ſubjecta ſenſibus, feratur; quam ut cogitatione differat, ac ratiocinetur. Quæ tamen a me non ea de cauſa dicuntur, ut inutiles eos libros eſſe contendam: perutiles enim eſſe arbitror, ut Græca præſertim cum Latinis conferantur; ſed eos etiam multum a perfectis abeſſe ſentio. Quod ipſum non de Juſtiniani, & ſuperiorum Imperatorum libris, ac conſtitutionibus ſolum; ſed etiam de optimis quibuſque primæ claſſis juriſconſultorum lucubrationibus affirmare non dubito. Sed quando meliora non habemus; & nulla umquam fuerunt, quæ omni ex parte ſatisfacere omnibus potuerint, propter humanarum rerum imbecillitatem; his contenti ſimus. Demuſque operam, ut non ſolum nos ſecundum legum præſcripta vivamus; ſed ut etiam aliis, aut omnibus, aut plurimis juſte vivendi occaſionem præbeamus. Edimus nunc Græcas permultas conſtitutiones, quæ in Codice Juſtiniani deſiderantur: utinam omnes potuiſſemus: ſed non ita felices fuimus, quamvis nulli nec ſumptui, nec induſtriæ pepercimus. Movebunt autem hæc ipſa, quæ attulimus, atque excitabunt, opinor, aliorum ingenia, ut huic capiti ſua quodammodo membra aliquando reddantur. Addimus veterem Juliani Novellarum conſtitutionum interpretationem multo cæteris, quæ circumferuntur, pleniorem, & ſplendidiorem. Nam & hic Græcas quoque conſtitutiones Latinas fecit: & utroque libro multa ſimilia argumenta tractantur. Sed de Juliano poſtea

plu-

pluribus agemus. Has conſtitutiones ex multis Græcorum voluminibus, quæ in tribus Italiæ locupletiſſimis bibliothecis conſervantur, Romæ, Florentiæ, & Venetiis eruimus. A privatis quoque hominibus multos libros emimus, alios deſcribi curavimus. Jo. Metello Sequano, a quo Lugdunenſes librarii aliquot conſtitutionum exempla extorſerunt, debemus partem laudis; quod in Florentina bibliotheca primus inciderit in collectionem conſtitutionum eccleſiaſticarum, unde pleraque ſumpſimus. Cujus poſtea libri aliquot exempla pervetera Romæ, & Tridenti habui. Ab Jacobo deinde Cujacio trium poſtremorum Codicis librorum multas conſtitutiones nuper accepimus, qui ſexageſimi quoque libri Baſilicorum editione mihi adjumento fuit, ut nonus liber quibuſdam conſtitutionibus augeretur. Quod ſi idem vir doctiſſimus alios Baſilicorum libros ediderit, & Græcas haſce conſtitutiones locupletaverit, ut pollicetur; magnum cumulum addet ſuis laudibus, quarum meſſem maximam quotidie percipit. Si quis vero eſt, qui hæc reprehendat; vel quod incerta ſint, quæ damus; vel quod nulla ſint publica auctoritate, aut uſu judiciorum comprobata: primum illud ſciat, fateri me non hæc eo animo edere, ut putem his legibus quemquam teneri; ſed ut adjuvem aliarum legum explicationem: quamvis has non eſſe nuper effictas, ſed juſtum potius Juſtiniani partum, teſtes erunt ii libri, quos dixi, & quos in ſingulis conſtitutionibus referam. Tum autem ob oculos ponitur illorum temporum hiſtoria, antiquitatis expoſitio, multorum verborum juris interpretatio, & quod caput eſt, eorum locorum, quibus harum legum mentio fit, aut de eiſdem rebus agitur, plenior cognitio. Adde, quod hic multa pro religione catholica; multa adverſus Hæreticos, Judæos & Paganos, multa de morum ſacerdotum negligentiorum

cor-

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

ΕΙ τις νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ ξενοδοχεῖον δωρεᾶς τρόπῳ κτίζειν ἐπηγγείλατο τοῦτο πληροῦσαι ἀναγκάζεται προνοίᾳ τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων ϗ οἰκονόμων.

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς ἑβδόμης καὶ δεκάτης διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἧς ἡ ἀρχὴ Θεσπίζομεν.

ΤΑ προνόμια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ϗ τῶν ὑπ' αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων φυλαττέσθωσαν, αἱ δὲ

ἀλ-

(1) κύριέ μου Πάπα πάντας.
[2] πρᾶγμα. alii τὸ πρᾶγμα. (3) κινητὸν ἤ.
(4) οἰκοδομεῖν. alii οἰκοδομῆσαι. [5] ἐμφανίσῃ.
(6) ἐφ' ᾧ. (7) πληρῶ. (8) μετὰ τῶν.
(9) ἐπὶ. [10] αὐτοῖς. [11] τὸ δόξαν.
[12] ἐμπιστευθέντας.

Omnes enim ab ipſis ſynodis depoſitos, atque damnatos, & ejectorum opiniones, & eos, qui cum eis conſenſerunt, atque conſentiunt, execramur. [a] Quamobrem gratuletur nobis, & noſtræ Reipub. Beatitudo tua, omneſque noſtræ intentionis atque propoſiti, & erga ſinceram religionem ſtudii faciat certiores. Dat. VII. Kal. Apr. CP. DN. Juſtinian. P. A. III. * COS.

VIII. Inter claras.

LIB. I. TIT. II.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

(*b*) *Epitome, ſive interpretatio XV. Conſtitutionis Græcæ, cujus initium eſt*: Si quis Noſocomium: *Leonis, aut Zenonis Imperatoris.*

SI quis rem mobilem, aut immobilem, aut ſe moventem, aut jus aliquod in honorem Martyris, Prophetæ, aut Angeli donaverit; quaſi ei oratoriam domum ædificaturus ſit; ac donationem inſinuaverit, apud quos inſinuenda eſt: cogetur opus, quamvis inchoatum non ſit, perficere ipſe, ejuſque heredes, & perfectæ domui tradere, quæ donata ſunt. Idem in xenodochiis, noſocomiis, & ptochiis [*c*] eſt. Liceatque Epiſcopis, & œconomis adverſus eos agere. Opere autem perfecto, adminiſtratio ex voluntate eorum, quibus donatum eſt, juxta præſcripta ab initio facienda eſt.

Alio pacto ex Paratitlis (d) quibuſdam.

SI quis noſocomium, aut ptochium, aut xenodochium donationis cauſa ædificari promiſerit: id perficere cogetur providentia Epiſcopi, & œconomi ejus urbis.

XVI. Decernimus. *Zenonis Imp.*

[*e*] *Epitome XVII. Conſtitutionis Anaſtaſii Imp. [de qua Novella VII. ſcriptum eſt] ejus initium eſt*: Sancimus.

(*f*) PRivilegia magnæ Eccleſiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & piorum locorum, qui ab eadem gubernantur & diſponuntur, (*g*) obſerventur.

V 2 Aliæ

ſuorum catholicorum Antiſtium nomina, quorum in ſacris myſteriis mentio fieret, ſcribebantur. Multæque contentiones de his ortæ ſæpe fuerunt, ſcribendum ne eſſet, an delendum illius, aut illius Antiſtitis, aut ſynodi nomen.

(a) ἀναθεματίζομεν, *malumus execrandi verbo, quam damnandi anathemate uti, cum de eo loquimur, qui cum poteſtate damnare non poteſt.*

[b] *Epitome extat in dicta collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum. Refertur etiam a Theodoro Hermopolita lib. 5. tit. 1. cap. 7. Baſilicorum, & a collectore eorundem incerto ordine litterarum titulo* περὶ ἐκκλησιῶν, *& a Photio titulo 2. cap. 1 nomocanonis.*

[c] *Horum, & ſimilium nominum interpretationem poſuit Julianus Nov. 7. cap. 1.*

(d) *Sunt hæc Paratitla in eadem collectione conſtitutionum ſub titulo 3. Codicis.*

[e] *Epitome eſt in dicta Græca collectione. Hujus Græcæ conſtitutionis Anaſtaſii mentionem facit Juſtinianus Nov. 7. quæ eſt in lib. Authent. tit.* De non alienandis. *in princ. & §.* Quia. *& alibi.*

(f) *De quibus conſtit. 14. ſub hoc titulo.*

[g] *Sumptus, & alimenta recipiunt: eſt enim Græce* χορηγουμένων. *idque Anaſtaſium ſcripſiſſe Juſtinianus affirmat.*

ἄλλαι ἐκκλησίαι (1) ϗ μοναστήρια ϗ πτωχεῖα ϗ ξενοδοχεῖα ϗ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως ϗ τῆς περιοικίδος αὐτῆς ϗ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ (2) ἐπισκόπου αὐτῆς [3] ὅταν ἢ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ χειροτονημένων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων ἀκίνητον ἢ πολιτικὴν σίτησιν οὐκ (4) ἐκποιοῦσιν εἰμὴ ἐπωφελὴς [5] εἴη πρᾶσις ἢ ὑποθήκη ἢ (6) ἀνταλλαγὴ ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις τουτέστιν ὅτι τὸ τίμημα τοῦ πιπρασκομένου ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ [7] μέλλοι προχωρεῖν εἰς (8) ἐκλύτρωσιν χρέους ἐκ διαδοχῆς ἢ χρείας ἑτέρας ἀναγκαίας (9) ἐπικειμένας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ ἢ ἐφ᾽ ᾧ ἕτερον ἀναγκαῖον ὅπερ (10) ἐκπήσασθαι πρᾶγμα ἢ εἰς κατ᾽ ἐπείγουσαν τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἀνανέωσιν καὶ ἀνταλλαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πράγματι καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου ἔχοντι καὶ ἐμφυτεύσεις μὴ μειουμένης τῆς προσόδου ἢ παντελῶς ἀπόρου ὄντος (11) τοῦ πράγματος, τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι ϗ (12) ἐγχωρεῖν [13] διώκεται, τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει εἰμὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήματι φανερωθῇ ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστρονκώτῳ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν ϗ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐνδημούντων κληρικῶν ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μοναχοὺς ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων (14) τοῦ διοικητοῦ ϗ τῶν ὑπουργούντων ϗ τῶν πτωχῶν ἐπὶ δὲ τῶν ξενώνων, (15) τοῦ διοικητοῦ ϗ τῶν ἐνασκουμένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον συναινοῦντος ϗ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων ἐν οἷς τοῦτο συνηθὲς (16) ἐστι γίνεσθαι ϗ μὴ δυναμένου τοῦ μαγιστρονκώτου ἢ τοῦ ἐκδίκου παραιτεῖσθαι, καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον ἐνῷ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις (17) ἀζημίως καὶ ἐκδικοῦντων (18) αὐτήν. ὑπόκεινται γὰρ ἐκ παραβάσεως ποινῇ χρυσίου λιτρῶν. κ. καὶ μετὰ ταῦτα (19) γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν ϗ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως ϗ τῆς προσηγορίας τῶν παραγινομένων ϗ (20) παρ᾽ ᾧ συνίστη. εἰδέτι τῶν εἰρημένων (21) παροφθείη, ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος (22) καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀνταλλαγὴν καὶ ὅπερ ἔδωκε ϗ ὅπερ (23) εἴληφεν ἐκπίπτει, ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀνα δίδωσιν ὅπερ εἴληφε ϗ ποσότητα ἑτέραν ἧς ἄξιον ἐστὶ τὸ δοθὲν χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα ϗ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν (24) ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἀρ-

Aliæ Eccleſiæ, monaſteria, ptochia, xenodochia, & orphanotrophia (*a*) ejuſdem urbis, ac territorii; item quæ ſub ejuſdem Archiepiſcopi adminiſtratione ſunt. * Ab eo (*b*) ordinati Metropolitani, & qui ab eis creantur, immobilem rem, aut civilem annonam non alienent, niſi utilis venditionis cauſa, aut hypothecæ, aut permutationis, aut perpetuæ emphyteuſeos; hoc eſt cum pretium venditæ rei, aut ſub hypotheca creditæ, profuturum ſit ad debiti ſolutionem, quod ſucceſſione, aut alia neceſſaria cauſa venerabilis domus contraxerat. Item ſi alia res magis neceſſaria reſtituenda eſſet, aut ſi ædes ſacra eſſet reſtauranda. At vero cum permutatio fiet; cum magis neceſſaria re fiat; & quæ non minores fructus, quam data res efficiat. Si vero emphyteuſis ſit, non minor ſit reditus, niſi omnino res eſſet ſterilis: in his enim, quæ propter ſterilitatem damnoſa ſunt, vel donatio locum habere poteſt. Sed quod factum eſt, non aliter valet, quam ſi aliqua ex dictis cauſis oſtenſa fuerit apud acta Byzantii, apud Magiſtrum cenſus; in provinciis apud Defenſores propoſitis ſacris ſcripturis, & cum de Eccleſiis agitur, præſentibus œconomis & clericis, qui illic habitant; cum de monaſteriis; adeſſe oportet præpoſitos, alioſque monachos; cum de ptochiis, coram adminiſtratore, & miniſtris, atque pauperibus cum de xenonibus; coram adminiſtratore, & miniſtris omnibus, qui ſub ejus adminiſtratione ſunt. Eodem pacto de orphanotrophiis fiet. Ac valeat, quod pluribus viſum erit, conſentiente etiam ejus regionis Epiſcopo, in qua id fieri conſuevit. Neque poſſint Magiſter cenſus, & Defenſor civitatis ſe excuſare; ne indemnem eam venerabilem domum efficiant, ac vindicent. Subiicientur enim propter negligentiam pœnæ XX. librar. auri. (*Et poſtea.*) Inſtumenta fiant: quibus illarum cauſarum mentio fiat; & quo pacto acta geſta ſint; nomina quoque eorum, qui præſentes fuerunt, addantur; & apud quem hæc omnia acta, geſtaque ſint. Si quid autem eorum fuerit prætermiſſum; & creditor, & emptor, rem, debitum, ac pretium perdent: quique permutationis cauſa acceperit; & quod dedit, & quod accepit, amittet: qui vero in emphyteuſim, dum vixerit, acceperit, aut donationis, aut ceſſionis prohibitæ cauſa; quod cepit, reſtituet, & tantam quantitatem, quanti æſtimatur, quod datum eſt. Locum vero habent, quæ dicta ſunt, in iis, quæ eccleſiaſtica futura ſunt, & in præteritis ſacris locis. Sed ſi ſint res mobiles, præter ſacra vaſa, quæ ſatis ſint ad illas urgentes alienandi cauſas:

(1) καὶ τὰ μον. (2) ἀρχιεπισκόπου. (3) ὅταν οἱ. alii ὅταν ἡ, alii ὅταν ἢ. (4) ἐκποιοῦσιν.
(5) ἡ πρᾶσις ἢ ἡ. (6) ἡ ἀνταλλαγὴ ἢ ἡ.
(7) μέλλει. [8] ἐκπλήρωσιν. [9] ἐπικειμένης. alii ἐπικειμένας. (10) κτήσασθαι, alii ἐκτήσασθαι.
(11) ἀποροῦντος. (12) ἐκχωρεῖν. (13) διώκεται.
(14) τὸν διοικητὴν καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας καὶ τοὺς πτωχούς. (15) τὸν διοικητὴν ϗ πάντας τοὺς ἐνασκουμένους ὑπουργούς. (16) ἐπιγίνεσθαι. (17) ἀζημίους. (18) αὐτῶν. (19) γίνεσθαι. (20) παρ᾽ ὧν.
[21] παροφθῇ. (22) ϗ. (23) ἔλαβεν.
(24) ἐπὶ δὲ τῶν.

(a) *De his Julian. Nov. 7. cap. 1.*
(b) *In Græcis verbis ſunt quædam mendoſa: & pro adminiſtratione eſt* ordinatione, *vel* conſecratione. *Sed ex Novella VII. Juſtiniani Anaſtaſii conſtitutio hæc, quæ Latine ſcripſimus, ſtatuit.*

ἀργεῖ τῶν αὐχγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

fas: ceſſat immobilium rerum, & panum civilium alienatio, atque hypotheca.

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

Νομοθετεῖ ἡ διάταξις περὶ ἐκποιήσεως καὶ ἀνταλλαγῆς καὶ ὑποθήκης καὶ ἐμφυτεύσεως καὶ δωρεᾶς πραγμάτων διαφερόντων ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις κωνςαντινουπόλεως καὶ μαρτυρείοις καὶ μοναςηρίοις καὶ ξενοδοχείοις καὶ πτωχείοις καὶ ὀρφανοτροφείοις αὐτῆς καὶ τῶν δεχομένων ἐξ αὐτῆς χειροτονίαν ἐπισκόπων καὶ τῶν δεχομένων τὰς παρὰ τῶν αὐτῶν μητροπολιτῶν χειροτονίας πόλεώς τε καὶ κλιμάτων. ἀνάγνωθι δεῖ αὐτὴν ἀπὸ τῆ ῥητῆ σαφηνίζουσαν καὶ ἀνελλειπῶς διαγορεύουσαν πότε καὶ πῶς καὶ ἐκ ποίας αἰτίας καὶ ἐπὶ ποίοις γράμμασι καὶ τίνα τρόπον καὶ παρὰ τίσι γίνονται ἐκποιήσεις ἢ ἐμφυτεύσεις τῶν διαφερόντων πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς τόποις. μαθήσῃ γὰρ ἐξ αὐτῆς καὶ περὶ ποίων ταῦτα νομοθετεῖ πραγμάτων. μὴ λαθῃ δέ σε ὅτι ἐπὶ τῆς ἐμφυτεύσεως (1) ταῦτα κρατεῖν παρακελεύεται καὶ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πραγμάτων τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κωνςαντινουπόλεως ἅπερ ἐνομοθέτησεν εἰς τὰ τοῖς ἄλλοις τοῖς μνημονευθεῖσι τόποις προσήκοντα (2) θάυματα. ὑπεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀναθήματα. σημειῶσαι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς ὅτι κινητὰ μόνα καλεῖ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα.

Alio pacto ex Paratitlis. [a]

HÆc conſtitutio diſponit de alienatione, permutatione, hypotheca, emphyteuſi, & donatione rerum, quæ pertinent ad ſacras Eccleſias, martyrum baſilicas, monaſteria, xenodochia, procbia, & orphanotrochia CP. & qui ab eadem ſede Epiſcopi ordinantur, quique a Metropolitanis ejus urbis, aut regionis Pontificale ſacerdotium recipiunt. Legenda itaque tota eſt, quæ perfecte diſſerit, quando, quo pacto, qua ex cauſa, quibus teſtationibus, quo modo, & apud quos alienationes, & emphyteuſis rerum ad illa loca pertinentium fiant. Cognoſces enim ex eadem, de quibus rebus loquatur. Neque te lateat in emphyteuſi hæc valere oportere; item in rebus, quæ ad magnam Conſtantinopolitanam Eccleſiam pertinent, valere ea, quæ ſanxit in aliis locis, quæ antea dicta ſunt. Excipit autem ab ea ſanctione conſtitutio ſacra anathemata, ſive donaria: quibus verbis ſignificat, mobilia anathemata vocari.

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης διατάξεως, τῆ αὐτῆ τίτλε, ἧς ἡ ἀρχὴ, ἡ μεγάλη.

(b) Epitome XVIII. Conſtit. cujus initium eſt Magna. *ejuſdem Anaſtaſii, [de qua Novella XLIII. & LIX.*

Η διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κωνςαντινουπόλεως. ο. (3) λίτρας χρυσίου πρόσοδον, εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνως ἐν κωνςαντινουπόλει γίνεσθαι καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν καὶ βλαχέρνας αἱ γὰρ συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. (4) ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν ἀνὰ. (5) ν. χρυσίου λιτρῶν.

HÆc conſtitutio decernit reditus magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ auri librar. LXX. ut funera gratis CP. fiant uſque ad novos muros, & Blachernas; nam Sycæ quoque pars urbis eſt. [c] Adverſus contemptores pœnam L. librarum auri definit.

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

Η μεγάλη ἐκκλησία κωνςαντινουπόλεως ὑπὲρ τῷ προῖκα θάπτεσθαι τὰς τελευτῶντας. ο. λίτρας χρυσίου ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας εἴληφεν.

Η ἐπι-

Ex paratitlis (d) alio pacto.

MAgna Eccleſia Conſtantinopolitana propter ſepeliendos gratis defunctos LXX. libras auri ex principis liberalitate ſuſcepit.

XIX. Illud quod.

Epi-

(1) τὰ αὐτά. (2) forte πράγματα.
(3) ἑβδομήκοντα λιτρῶν. (4) καὶ ὁρίζει.
[5] πεντήκοντα λίτρας χρυσίου.

(a) *Sunt hæc paratitla in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum Græca titulo* 3. *Codicis.*

(b) *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione. Hujus conſtitutionis Anaſtaſii mentio fit Nov.* 43. *&* 59. *quæ in libris Authenticorum non extant. Hac conſtitutione numerum decanorum, & ergaſteriorum magnæ eccleſiæ CP. a Conſtantino Imp. conſtitutum* 950. *de quo conſtit.* 4. *huius tituli; actum fuiſſe ab Anaſtaſio, &* 1100. *effectum, Juſtinianus auctor eſt. Videndus etiam Julianus Nov.* 59.

[c] *De his locis urbis CP. præter Juſtin. & Julian. d. Nov.* 59. *vidend. Procopius in lib. de ædificiis Juſtiniani Imp.*

(d) *Hæc etiam Paratitla ſunt in dicta collectione ſub tit.* 3. *Codicis.*

Digitized by Google

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς κ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὅτι κατὰ τὸν θεῖον τύπον οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν ἀρχόντων ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ κληρικούς.

Η ἐπιτομὴ τῆς κδ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Η (1) ἐν κωνσταντινουπόλει ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή· ἡ παροικικῷ δικαίῳ γινομένη ἔκδοσις ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη, ἐὰν ἔμπρακτος ἄρχων κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος ὁμοίως καὶ ὁ οἰκονόμος. εἰδὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσει ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ κ. [2] χρυσῶν λιτρῶν αὐτὸς καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δοὺς καὶ ὁ λαβὼν ὑπὲρ τοῦ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα· τὸ δοθὲν αὐτῷ δίδωσι διπλοῦν καὶ ταῦτα προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ. περαιτέρω τῶν κ. ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται. μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου καὶ δύο ἑξῆς κληρονόμων καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου (3) μέρους τοῦ τυπουμένου κανόνος (4) ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. εἰ δὲ βλαβῇ τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου, ἔξεστι καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύειν. εἰδὲ ῥαθυμήσει ὁ οἰκονόμος ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν [5] βλάβην.

Η ἐπιτομὴ τῆς κε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Οἱ χαρτουλάριοι τῆς [6 ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον (7) αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. γίνονται δὲ χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου καὶ ἐὰν τὶς αὐτῶν φανῇ κλέπτων ἢ παραδιδοὺς ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος ἔξεστι τῷ πατριάρ-

χῃ

(1) ἡ κωνσταντινουπόλεως. (2) χρυσῶν.
[3] μέρους. (4) ἐν. [5] βλάβην καὶ δίδωσιν.
[6] μεγάλης ἐκκλησίας. (7) αὐτῆς ἤ.

(a) Epitome XX. Conſtitutionis Juſtiniani Imp.

NEque per ſacras formas, neque per Præſidum juſſiones licet militares annonas in pias domos, aut clericos transferre.

XXI. Sancimus nemini.
XXII. Sancimus Res.
XXIII. Ut inter Divinum.

[b] Epitome XXIV. (de qua Novella VII.)

COnſtantinopolitana Eccleſia cæterarum omnium (*c*) caput eſt. Juris colonarii (*d*) cauſa facta traditio in rebus eccleſiaſticis infirma eſt; utpote quæ legibus eſt incognita. Si magiſtratus Conſtantinopolitanus, qui in actu ſit, per ſe, vel interpoſitam perſonam a magna eccleſia rem immobilem ceperit: quidquid actum erit, infirmum ſit, & rem, ejuſque æſtimationem eccleſiæ reſtituet. Idem de œconomo dicendum eſt. Si vero alio quovis pacto induxerit, aut per vim eccleſiaſticam rem ſuſceperit; res geſta inutilis ſit, ac quæ nomine eccleſiæ data erunt, reſtituantur eidem; & præter ea pœnæ XX. librarum auri ipſe, & qui rem dedit, & qui accepit, ut contractum fieri curaret, ſubjaceant: quodque datum eſt, cum altero tanto reſtituatur, quæ omnia ad eccleſiam deferentur. Immobilis rei (*e*) eccleſiaſticæ conductio XX. annos non excedat. Locupletibus tantum perſonis licet in emphyteuſim dare res eccleſiaſticas; ut ſpecies eadem rerum, aſpectuſque reddatur. Excedi autem non oportet ab emphyteutæ perſona, & duorum deinceps heredum: neque plus ſexta integri canonis parte traditionis tempore relevari. Si vero res poſtea læſa ſit, ab accipiente refarcitur. Si tamen negligens œconomus fuerit, aut minus idoneis hominibus rem in emphyteuſim dederit, damnum ipſe præſtabit.

[f] Epitome XXV. Conſtitutionis.

CHartularii magnæ Eccleſiæ ne per interpoſitam quidem perſonam accipere poſſunt rem immobilem ejuſdem eccleſiæ conductionis; aut emphyteuſeos gratia, aut qua alia ratione. Chartularii libello confectio cum Patriarchæ, & œconomi ſubſcriptione fiunt. Si quis eorum quicquam ſurripere, aut alienare deprehendatur, alio-ve pacto damnoſus eſſe: licet Patriarchæ, & œco-

[a] *Epitome eſt in dicta collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

[b] *Hæc etiam epitome eſt in eadem collectione. Hujus conſtit. mentionem facit Juſtinian. Nov. 7. vide in Auth. de non alienand.* §. Lex. *&* §. *ſeq. &* §. Quia vero Leonis.

(c) *Adde, quæ intra diœceſim CP. ſunt, eique ut Patriarchæ, ſedi ſubjectæ ſunt. Namque abſolute dictum falſum eſt. Vide, quæ diximus lib. 1. tit. 1. conſt. 7.*

(d) παροικικῷ δικαίῳ. *Vidend. Nov. 7. Authent. de non alienand.* §. Lex itaque Julian. *Nov. 120. cap. 1.*

(e) *Refert Euſtathius tit. 10. cap. 3. de temporibus.*

(f) *Hæc etiam epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, ex qua cæteræ.*

χ. καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. γίνονται (1) δὲ εἰς σκρίνιον τῆς Ἀνατολῆς χαρτουλάριοι ιε. εἰς τὸ Ἀσιανῆς ιϛ. εἰς τὸ Πόντου ιε. εἰς τὸ Ἐνοίκιον ιε. εἰς τὸ Θρᾴκης η. εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου ϛ. εἰς τὸ τοῦ Καλοποδίου ϛ. εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος ι. εἰς τὸ τῶν ληγάτων θ. καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθείας ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστὰς ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν ἑκατοστὴν εἰδὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γένηται χαρτουλάριος ἐκπίπτει καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ ιε. λίτρας. καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν, κ. μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς καὶ διοικηταῖς ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς [2] ὑφ' αὐτὸν διοικήσεως τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ πρόσταξιν (3) ἄγραφον τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος τὸ ἀνέγνων καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἴκοθεν (4) καὶ οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. τῆς δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστάς ὁ δὲ πλέον λαμβάνων καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα ἢ τὸ μέγιστον ὑπὲρ δύο [5] λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

Ἡ. κϛ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ἐπειδήπερ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας ἐνστάσεις καθ' ἃς ἢ ἐξ ὁλοκλήρου τις ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν χριστὸν κληρονόμον μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ ἡμισείας ἢ ἐξ ἑτέρων ἀνίσων μερῶν ἕτερον δὲ τινα ἐξ ἡμισείας ἢ ἄλλης μοίρας. ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γενομέναις τὸν τρόπον ἐντυγχάνομεν καὶ πολλὴν ἀδηλίαν ἐντεῦθεν οὖσαν κατὰ τοὺς ὁρῶμεν νόμους, καὶ τοῦτο ἐπανορθούμενοι θεσπίζομεν εἰ μὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψειέ τις κληρονόμον ἢ ἐξ ὁλοκλήρου ἢ ἐκ μέρους ἅπαντας δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, ἤτοι κώμην ἢ τὸ χωρίον ἐφ' ἧς καθέστηκεν ὁ τελευτήσας ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον καὶ εἰς ὅλο κληρονομίαν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς οἰκονόμων ἢ εἰς τὸ μέρος καθ' ὅσον κληρονόμος γραφῇ αὐτὸ τοῦ κρατοῦντος ἢ καὶ ληγάτον ἢ φιδεικόμισσον καταλειφθείη καὶ ταῦτα διαφέρειν τ' ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐφ' ὧτε εἰς πτωχῶν ἀποτροφὴν αὐτὰ προχωρεῖν. εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων ἐμνήσθη ἢ τῶν προτιμωμένων μαρτύρων μὴ ποιησάμενος δι[illegible] τοῦτο ὅπερ ἴσμεν παρά τινος διατυπωθὲν καί τοι τῶν ἐπιφανῶν γεγονότος καὶ τῇ περὶ λόγους καὶ νόμους ἐνευδοκιμηκότος παιδείᾳ εἰ μὲν ἐστι κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ἢ τὴν ἐνορίαν αὐτῆς εὐκτήριος οἶκος εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀρχαγγέλου ἢ τοῦ ἁγιωτάτου μάρτυρος αὐτὸν δοκεῖν γεγράφθαι κληρονόμον. εἰ δὲ οὐκ ἔστι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἢ τὴν ἐνορίαν τοιοῦτος οἶκος τηνικαῦτα τοὺς κατὰ-

τὰ

(1) καὶ εἰς. (2) ὑφ' ἑαυτῶν. alii ὑφ' αὐτόν.
(3) ἔγγραφον melius ex veteri libro.
(4) οἱ. (5) λογοποιεῖσθαι.

conomis eiicere eum ex numero Chartulariorum. Fiunt autem ad ſcrinium Orientis Chartularii XV. ad Aſianæ XVI. ad Ponti XV. ad Domeſticorum XV. ad Thraciæ VIII. ad Antiochi VI. ad Calopodii VI. ad Expenſarum X. ad Legatorum IX. Accipiunt vero ex conſuetudine de emphyteuticis contractibus quinquageſimam, de conductionibus & reliquis centeſimam. Si vero ſupra illum numerum Chartularius fiet: eiiciatur & præſtet eccleſiæ libras XV. & qui eum fecerit, libras XX. Cum magna inquiſitione œconomi rationes reddent, ex ſententia Patriarchæ, ſumptus facti ab emphyteutis, & conductoribus, ac diſpenſatoribus, ſingulique œconomi inquirent in ea adminiſtratione, ac regione, in qua unuſquiſque eſt. Reliquarum vero curam gerent ex juſſione conſcripta Patriarchæ, qui rationibus ſubſcribet, ſe eas agnoviſſe. Sine hac obſervatione rationibus redditis, de ſuo œconomi damna præſtabunt. Sumptuum autem in rationem latorum, & rerum illatarum capient centeſimas Chartularii. Qui plus ceperit, miniſterio Chartularii, & ſacerdotali dignitate ſtatim cadet. Debent œconomi ſingulis menſibus, aut minimum intra duos menſes rationes reddere arcariis: ſin minus periclitabuntur.

(a) *XXVI. Idem Imp. A. Juliano Præf. Præt.*

Cum in multis teſtamentis eas inveniamus inſtitutiones, per quas, aut ex aſſe ſcripſit quis heredem DN. noſtrum Jeſum Chriſtum, non adjecta ſacra æde; aut ipſum DN. noſtrum Jeſum Chriſtum ex ſemiſſe, aut ex inæquali parte, alium vero quemcumque ex ſemiſſe, vel ex alia parte inſtituit: Jam enim in permulta teſtamenta incidimus in eam rationem facta: ac magnam incertitudinem ex veteribus legibus in ea re extitiſſe cernamus; id nos corrigentes ſancimus; ut ſiquidem DN. noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſerit quis heredem ſive ex aſſe, ſive pro parte: eam omnino videatur Eccleſiam inſtituiſſe, quæ in ea urbe, vico, vel agro eſt, in quo teſtator erat; atque religioſi ejuſdem Eccleſiæ œconomi totam hereditatem petent, aut partem, ſi ex parte Chriſtus heres inſtitutus eſt. Idem obtinebit, ſi legatum, vel fideicommiſſum fuerit relictum: ea autem omnia deferentur Eccleſiis, ut in pauperum educationem diſtribuantur. Si vero Sancti Archangeli alicujus, aut Martyris venerandi mentio facta ſit; neque domus expreſſa; quod quidem novimus a quodam viro diſpoſitum, qui inter inſignes eloquentia, & legum peritia habebatur: & ſiquidem eſt in illa urbe, aut in ejus territorio orationis domus illius Archangeli, aut Martyris honori dedicata, ipſa videatur heres ſcripta. Si vero nulla eſt in ea urbe, aut in ejus territorio, tunc venerabili domui, quæ in Metropoli-

ta-

[a] *Hæc quoque conſtitutio ſumpta eſt ex eadem collectione. Refert ſententiam Photius tit. 2. cap. 1. Nomocanonis.*

τὰ τὴν μητρόπολιν σεβασμίως οἴκως καὶ εἰ κατ' αὐτὴν γοῦν εὑρεθείη τοιοῦτός τις οἶκος, ἐκείνῳ δοκεῖν τὸν κλῆρον ἢ τὸ πρεσβεῖον ἢ τὸ φιδεικόμισσον καταλελεῖφθαι. εἰ δὲ μὴ ἐκεῖσε φανείη τοιοῦτός τις οἶκος ὤν, αὖθις τὰς κατὰ τόπον ἁγιωτάτας ἐκκλησίας καὶ τοῦτο λαμβάνειν δηλονότι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἅπαντες οἱ λοιποὶ δικαίως παραχωρῆσιν οἶκοι πλὴν εἰ μὴ γένοιτο πρόδηλος ὁ τελευτήσας ἕτερον μέν τοι ἐνθυμηθεὶς ὄνομα προσθεῖναι ἕτερον δὲ εἰπὼν διὰ τὸ καὶ τι τοιοῦτον ἡμᾶς γνόντας κατά τινα διαθήκην ἐπὶ τοῦ Πόντου γενέσθαι. κἀκεῖσε πάλιν αὐτὸ τὸ γεγραμμένον παρασκευάσαι κρατῆσαι τὸ ἀληθές. εἰ μέντοι ὁ μὲν διαθέμενος ῥητὸν μὴ θείη τόπον εὑρεθείη δὲ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ περιοικίδι εὐκτήρια πολλὰ ἀληθέστατα εἰ μὲν ἔν τινι τούτων συγχνῶς ὁ τελευτήσας ἐφοίτα καί τινα πρὸς αὐτὸ μείζονα εἶχε προσπάθειαν, ἐκείνῳ δοκεῖν καταλελεῖφθαι τὸ πρεσβεῖον. εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο εὑρίσκοιτο, μᾶλλον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐνδεεστέρῳ οἴκῳ καὶ δεομένῳ βοηθείας τυχεῖν δοκεῖν τὸ τοιοῦτο καταλελεῖφθαι πρεσβεῖον ἢ τοι τὴν κληρονομίαν. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lamp. V. C. COS.

B. α. T. γ.

κ. κ. θ. διάταξις τοῦ τρίτου τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος.

Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ἀνθέμιος. α α. Ζήνωνι στρατηγῷ. οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις διατρίβοντες, μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τῶν μοναστηρίων ἢ καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι, ὑφεξαιρουμένων μόνων τῶν καλουμένων ἀποκρισιαρίων οἷς ἄδειαν παρέχομεν ἐθέλουσι διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις εἰσιέναι καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιούμενοι τὰς εἰσόδους φυλαττέσθωσαν περὶ θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι ἢ συμβουλαῖς τισὶ προσιστάσειν εἰς ταραχὴν ὁρῶσαις· τὰς ἁπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν γινώσκοντες ὡς ἀμελοῦντες τῶν προστεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρίᾳ. Dat. Kal. Jun. CP. Leone A. & Probiano COSS.

Η ἐπιτομὴ τῆς, λ ε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ἑκάστη πόλις ἴδιον ἐπίσκοπον ἐχέτω καὶ κἂν διὰ θείας (1) ἀντιγραφῆς (2) τολμήσῃ τις ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ τ' περιοικίδος αὐτ' ἢ τινὸς ἄλλου δικαίου γυμνοῦται τῶν ὄντων καὶ ἀτιμοῦται. ἐξῄρηται δὲ ἡ Τομέων σκυθείας πόλις ὁ γὰρ

(1) γραφῆς.
(2) τολμήσοι. alii τολμήσει.

tana urbe ſit, ſi modo in ea ejuſmodi inveniatur; hereditas, legatum, aut fideicommiſſum relictum fuiſſe videatur. Sin autem ne illic quidem inveniatur: ſanctiſſimæ ejuſdem loci Eccleſiæ relicta recipiant. His enim ſanctiſſimis eccleſiis reliqua omnia pia loca jure ceſſerint, niſi aperte teſtator aliud nomen cogitaverit, aliudque dixerit. Quod nos ſcimus nuper in teſtamento in Ponto facto contigiſſe; quo caſu voluimus veritatem ei, quod ſcriptum eſſet, præferri. Itaque ſi teſtator certum locum non expreſſerit; & ejuſdem nominis in urbe, aut in territorio ejus oratoria multa inveniantur. Siquidem eorum aliquod crebro teſtator frequentaverat, atque erga id propenſior fuerat; illi videatur legatum eſſe relictum. Si vero nihil hujuſmodi reperiatur; quod indigentius eſt ex his, quæ ejuſdem nominis ſunt, quodque magis ope aliena egere cognoſcatur, ei legatum, aut heteditas relicta videatur. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lamp. V. C. COS.

LIB. I. TIT. III.

DE EPISCOPIS, ET CLERICIS.

[a] *XXIX.* Idem Impp. Leo, & Anthemius AA. *Zenoni Mag. Mil.*

QUI in monaſteriis verſantur, non habeant poteſtatem exeundi de monaſteriis, & Antiochiæ, aut in aliis urbibus degendi, exceptis ſolis Apocriſiariis, quibus licentiam præſtamus, ſi velint, propter neceſſaria tantum negotia urbem ingredi. Hi vero ipſi, qui ingrediuntur, cavebunt, ne de religione, ac ſuis decretis diſſerant, aut alicui conſultationi præſint tumultum commovendo, ſimplicioreſque plebis animos depravent: ſcientes, ſi negligant, quæ a noſtra pietate imperantur, aſperitati noſtrarum legum fore ſubjectos. Dat. Kal. Jun. CP. Leone A. & Probiano COSS.

XXX. Si Quemquam.
XXXI. Orphanotrophos.
XXXII. Omnes qui ubique.
XXXIII. Sacroſanctæ.
XXXIV. Omnia.

(*b*) Epitome *XXXV. eorundem AA.*

UNaquæque urbs ſuum Epiſcopum habeat, & quamvis per Principis reſcriptum audeat aliquis auferre urbem a ſuo Epiſcopo, aut territorii partem, aut jus aliud; nudatus iis, quæ habebat, infamia notetur. Excipitur Tomeoſinm urbs

(a) *Sumpta eſt hæc conſtitutio ex eadem collectione Græca. Relata eſt a 52. Græca conſtitutione hujus tituli, & a Photio tit. 11. cap. 4. Nomocan.*
(b) *Ex dicta collectione Græca hæc epitome ſumpta eſt. Refert Photius tit. 8. cap. 2. Nomocanonis.*

γας ἐπίσκοπ⊛ αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν προνοεῖ καὶ ἡ Λεοντόπολις Ισαυρίας ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον ἐςὶν Ισαυροπόλεως.

urbs (*a*) in Scythia: ejus enim Epiſcopus cæterarum quoque curam gerit. Item Leontopolis (*b*) in Iſauria ſub Epiſcopo Iſauropoleos eſt.

XXXVI. Jubemus.
XXXVII. Servis.

Η ἐπιτομὴ τ. λη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλ.

(*c*) *Epitome XXXVIII. Leonis, Zenonis, vel Anaſtaſii.*

ΟΙ τὰ ἴδια μοναςήρια καταλιμπάνοντες ἐ λαμβάνουσιν ἅπερ εἰσήγαγον αὐτοῖς κινητὰ ὅσης δήποτε ποσότητ⊛ ὄντα κἂν μὴ τυγχάνῃ πράξις ὑπομνημάτων ἐπ᾽ αὐτοῖς. ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι ἐπεὶ ἐκ αὐτομοεῖται τῷ δωρηταμένῳ ἡ ἐκνίκησις ἐ δεῖ τὲς ἐπισκόπες ἢ τὲς κληρικὰς ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν ἢ ἀγγαρείας διδόναι ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν ἢ ἀφορίζειν ἢ ἀναθεματίζειν ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν κἂν ἔθ⊛ τοιῦτον ἐκράτησεν. ὁ δὲ τεραβαίνων ἐκπίπτει τ᾽ ἐκκλησίας καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς καὶ δίδωσι δέκα λίτρας. ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτ᾽ καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ πατριάρχ χειροτονεμένοις μητροπολίταις ἀνήκουσιν ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις.

QUI a monaſteriis diſcedunt, non recipient, quæ ipſi mobilia attulerunt, cujuſcumque æſtimationis ſint: quamvis geſta monumentorum de eis nulla extent. In donationibus vero immobilium rerum oportet legitima jura ſervari; neque enim tollitur evictio donatario. Non oportet Epiſcopos aut clericos cogere alios ad fructus offerendos, aut ad angarias præſtandas, aut alio pacto eos vexare, aut ſuſpendere, aut anathemate damnare, aut eis non communicare, ac propter hanc cauſam eos non baptizare, quamvis conſuetudo hujuſmodi ſit. Qui vero hæc tranſgreſſus fuerit, excidat ab Eccleſia, & ab ejus adminiſtratione, ac præſtet libras decem. Quæ ſolum in hac Regia urbe, & in ejus territorio; item in locis, quæ ad Metropolitanos a Patriarcha ordinatos pertinent, aut ad Epiſcopos, qui ab eis creantur.

Η ἐπιτομὴ τ. λθ. διατάξεως τοῦ αὐτῦ τίτλ.

(*d*) *Epitome XXXIX. Conſtitutionis.*

ΤΑ μοναςήρια πλοῦσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπες τῶν ἐνορίων αὐτῶν καὶ τὲς μὲν ἡγεμένες ἐπιβλέπεσιν οἱ ἐπίσκοποι τὲς δὲ μοναχὲς οἱ ἡγέμενοι. ἐ γίνεται δὲ ἡγέμεν⊛ δύο μοναςηρίων.

MOnaſteria ſub Epiſcopis ſuarum regionum cenſentur, & de eorum Præfectis Epiſcopi cognoſcent, Præfecti de monachis. Duorum vero monaſteriorum nullus Præfectus curam geret.

XL. Repetita.

Η. μα. διάταξις τῦ αὐτῦ τίτλ.

(*e*) *XLI. Imp. Juſtinianus A. Atarbio Præf. Præt.*

Αὐτοκράτωρ Ιεςινιανὸς. α. Ατηρβίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. πάντα ἀεὶ ποιέμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν εἰς τιμήν τε καὶ δόξαν τῆς ἁγίας ἀχράντε καὶ ὁμοεσίε τριάδ⊛ δι᾽ ἧς σώζεσθαι ἡμᾶς τε αὐτὲς καὶ τὴν κοινὴν πολιτείαν πεπιςεύκαμεν ἀκολεθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων ἀποςόλων περὶ τῦ ἀνεπιλήπτες ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τὲς ἱερέας οἵτινες μάλιςα διὰ τῶν οἰκείων εὐχῶν τὴν εὐμένειαν τῦ φιλανθρώπε θεῦ τοῖς κοινοῖς περιποιεῖν ἐτάχθησαν πράγμασι. διὰ τῦ παρόντ⊛ νόμε θεσπίζομεν ὁσάκις ἂν ἐν οἱαδήποτε πόλει ἱερατικὸν θρόνον σχολάσαι συμβαίη, ψήφισμα γίνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν ἐπὶ τρισὶ τοῖς ἐπὶ ὀρθῇ πίςει καὶ βίε σεμνότητι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένοις, ὥςε ἐκ τέτων τὸν ἐπιτηδειότερον εἰς τὴν

CUram ſemper gerentes Sanctiſſimarum Eccleſiarum in honorem, gloriamque ſanctæ, immaculatæ, atque conſubſtantialis Trinitatis, per quam nos ipſos, noſtramque Rempublicam ſervari credimus; ac ſequentes ſanctorum Apoſtolorum diſciplinam, ut irreprehenſibiles (*f*) creari oporteat Antiſtites, qui, ut ſuis præſertim precibus benevolentiam clementis Dei publicis rebus aſſequantur, conſtituti ſunt: Hac lege ſancimus, ut quotiens in aliqua civitate Antiſtitis ſedem vacare contigerit, comitia fiant ab iis, qui in illa urbe habitant; ac tres perſonæ eligantur, quæ rectæ fidei, & vitæ venerandæ, atque aliarum bonarum rerum teſtimonium habeant; ut ex his utilior cæteris potiſſimum in Epiſcopum ordinetur.

 Nam

[a] *De ejus urbis, & Odeſſi Epiſcopo vide Nov.* 120.
[b] *Hujus nominis mentio fit Nov.* 28. *& Nov.* 31.
[c] *Hæc etiam epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, de qua ſupra. Refert Photius tit.* 11. *cap.* 4. *Nomocan.*
[d] *Ex eadem collectione hæc quoque epitome eſt.*
(e) *Eſt etiam hæc conſtitutio ex eadem collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum. Refert hanc Nov.* 123.
[f] *Paul.* 1. *ad Timoth.*

τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι. εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ ἔνδοξοι ἀπόστολοι οἱ τὴν ἱερωσύνην παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν δεξάμενοι καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν γῆν πληρώσαντες καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἅπασι παραδεδωκότες, οὐδὲ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζωῆς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐφείσαντο, πῶς οὐ δίκαιόν ἐστι τοὺς ὑπεισιόντας εἰς τὴν αὐτῶν τάξιν καὶ ἐγκαθισταμένους τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἱερέας καθαρὰν κεκτῆσθαι προαίρεσιν; καὶ τῶν μὲν χρημάτων ὑπερφρονεῖν πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εἰς τὸν φιλάνθρωπον ἀνατείνειν Θεόν; ὥστε προσήκει τοιούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι ἱερέας, οἷς οὐκ ἔστιν οὔτε τέκνα οὔτε ἔγγονοι. ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τέ ἐστι τὸν περὶ τὰς βιωτικὰς ἠσχολημένον φροντίδας ἃς οἱ παῖδες μάλιστα τοῖς γονεῦσι παρέχουσι, τὴν πᾶσαν σπουδὴν καὶ εὔνοιαν περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἔχειν πράγματα. τινῶν γὰρ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδα καὶ διὰ τὸ τὰς ἑαυτῶν περισῶσαι ψυχὰς προστρεχόντων ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐταῖς ταύταις προσφερόντων καὶ καταλιμπανόντων ἐπὶ τὸ εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας καὶ ἑτέρας εὐσεβεῖς ταύτας δαπανᾶσθαι χρείας ἄτοπόν ἐστι τοὺς ἐπισκόπους εἰς οἰκεῖον ταῦτα ἀποφέρεσθαι κέρδος, ἢ περὶ ἴδια τέκνα καὶ συγγενεῖς καταναλίσκειν. χρὴ γὰρ καὶ τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἐμποδιζόμενον [1] προσπαθείᾳ σαρκικῶν τέκνων πάντων τῶν πιστῶν πνευματικὸν εἶναι πατέρα. διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύομεν τὸν ἔχοντα τέκνα ἢ ἐγγόνους χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον. τοὺς δὲ νῦν ὄντας ἐπισκόπους ἢ μέλλοντας γίνεσθαι, θεσπίζομεν μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν διατίθεσθαι ἢ δωρεῖσθαι ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ἐκποιεῖν τι τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἣν μετὰ τὸ γενέσθαι ἐπίσκοποι ἐκτήσαντο, ἢ ἀπὸ διαθηκῶν ἢ ἀπὸ δωρεῶν, ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον πλὴν εἰ μὴ μόνα ἃ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας ἔσχον ἢ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ γονέων καὶ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς τι περιῆλθεν ἢ καὶ περιελεύσεται. πάντα δὲ ὅσα μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας καθὰ εἴρηται χωρὶς τῶν εἰρημένων προσώπων εἰς αὐτοὺς περιῆλθε, τῇ παρ' αὐτῶν ἐπισκοπουμένῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ διαφέρειν κελεύομεν, καὶ ἐκδικεῖσθαι παρ' αὐτῆς οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου δυναμένου ἐκ τούτου εἰς οἰκεῖον ἀπενεγκεῖν κέρδος. τίς γὰρ ἂν ἀμφισβητήσειεν ὡς οἱ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας καταλείψαντες ἢ καὶ καταλιμπάνοντες ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον παραπέμψαντες ἢ καὶ παραπέμποντες, οὐκ ἀφεωράκασιν εἰς τὴν αὐτῶν ἱερωσύνην; καὶ πιστεύσαντες ὡς οὐ μόνον τὰ παρ' αὐτῶν καταλειφθέντα εὐσεβῶς δαπανήσουσιν ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν οὐσίας προσθήσουσι τοῦτο ποιοῦσι; τῆς δὲ γενικῆς ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας μόνα ἐξαιροῦμεν, τὰ περιγινόμενα οἱαδήποτε πράγματα Ἐπιφανίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ πατριάρχῃ ἁγιωτάτῳ μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας. ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος μέλλουσιν αὐτῷ προσγίνεσθαι κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ταῦτα θεσπίζομεν. μετὰ δὲ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τελευτὴν τοὺς κατὰ καιρὸν οἰκονόμους λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν παρ' αὐτῶν καταλελειμμένων πραγμάτων καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ὀφειλόντων

(1) προσπαθείας.

Nam ſi ſancti, & glorioſi Apoſtoli, qui ſacerdotium a Chriſto Domino, Deoque noſtro ſuſceperunt, qui omnibus bonis terras impleverunt; quique ejus doctrinam cunctis hominibus tradiderunt, ne vitæ quidem ſuæ in hoc mundo pro ſalute noſtra pepercerunt; an iniquum erit, Eccleſiarum Antiſtites, qui in eorum locum ſubſtituuntur, atque ordinantur; omni labe puras habere mentes, omnemque pecuniarum vim pro nihilo ducere, ac totam vitam in Deum ipſum clementiſs. dirigere? Oportet itaque tales Pontifices eligere, atque creare, quibus neque filii, neque nepotes ſint. Fieri enim nequit, ut qui curis humanis impediatur, eis præſertim, quas liberi parentibus afferunt; omne ſtudium, & cogitationem erga divina miniſteria, & res Eccleſiaſticas habeat. Nam cum ſint nonnulli, qui propter ſpem, quam in Deum habent, ut ſaluti ſuarum animarum conſulant, ad Eccleſias ſe conferunt; ac bona, quæ ad ipſos pertinent, offerunt eccleſiis, atque relinquunt; ut in pauperes, egenteſque, aut in alias pias cauſas conſumantur: minime decet ea Epiſcopos in ſuum lucrum conferre, aut in liberos ſuos, atque cognatos expendere. Oportet enim epiſcopum carnali liberorum affectione non impeditum, omnium fidelium Chriſtianorum eſſe ſpiritalem patrem. Quamobrem prohibemus, (*a*) ut qui filios, aut nepotes habeat; creetur Epiſcopus. Qui vero nunc ſunt Epiſcopi, aut etiam qui futuri ſunt, ſancimus nullo pacto poteſtatem habere teſtandi, aut donandi, aut alia quacumque ratione quicquam ſuarum facultatum alienandi; quod poſtquam Epiſcopi facti ſunt, obtinuerunt; & ſive teſtamento, ſive donatione, ſive alio quocumque modo conſecuti ſunt; præterquam ea ſola, quæ ante Epiſcopatum ex qualicumque cauſa habuerunt, aut poſt Epiſcopatum a parentibus, & patruis, & avunculis, & fratribus ad ipſos pervenerunt, aut pervenerint. Omnia vero ea, quæ poſt Epiſcopatum ex quacumque cauſa, ut diximus, præterquam ab illis perſonis, ad ipſos pervenerint; ad Eccleſiam, quam gubernabant, pervenire jubemus; & ut ab eadem vindicentur, neque alius quiſquam poſſit ex ea re lucrum ſibi elicere. Quis enim dubitet, eos, qui ſuas facultates illis reliquiſſent, aut relinquunt, aut alio quoquo pacto tranſmiſerint, aut tranſmittunt; non reſpexiſſe ad eandem ipſam ſedem? atque credentes non ſolum quæ ipſi reliquerant, pie conſumpturos, ſed etiam ſuas facultates adjecturos, id feciſſe? Ex hac vero noſtra generali lege tantum excipimus omnes res, quas ſanctiſs. Epiphanius Archiepiſcopus hujus felicis urbis, ac Patriarcha in hunc uſque diem habet. Namque in futuris ipſius rebus locum habeant, quæ a nobis diſpoſita ſunt; &, ut ad magnam Eccleſiam ea deferantur, ſancimus. At vero œconomi poſt mortem Epiſcoporum rationes conficiant eorum, quæ ab ipſis relicta ſunt, & quæ ad Eccleſiam pertinent, & quæ ipſi Eccleſiæ ex hac noſtra conſtitutione debe-

[a] *Hæc refert conſtit. 47. Græca huius tituli, & Paul. Diacon. lib. 16. rer. Romanar.*

των καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς οἰκονόμους κατὰ ζήτησιν καὶ δοκιμασίαν γίνεσθαι κελεύομεν εἰδότας, ὡς παντὶ τρόπῳ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν λόγους ὀφείλουσι τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς οἰκείας διοικήσεως καὶ πᾶν ὅπερ ἂν φανεῖεν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα καταβλάψαντες ἢ κέρδος οἰκεῖον ποιησάμενοι τοῦτο τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀποδώσουσι πράγμασιν, ὡς εἰ μὲν περιόντες τοὺς τοιούτους ὑπόσχοιεν λόγους γενέσθαι τὰ εἰρημένα, εἰ δὲ τελευτήσαιεν πρὶν τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσει καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανεῖεν ὀφείλοντες. δεῖν δὲ ᾠήθημεν καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τὴν φροντίδα ἀναδεδεγμένοις ἢ καὶ ἀναδεξομένοις τῶν τε εὐαγῶν ξενώνων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων καὶ ὀρφανοτροφείων καὶ βρεφοτροφείων διατυπῶσαι. καὶ γὰρ αὐτοῖς πᾶσαν ἄδειαν ἀφαιροῦμεν τὰ τὰ κτηθέντα αὐτοῖς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὰ εἰρημένα φροντίσματα ἢ κατὰ διαθήκας ἢ καθ᾽ ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ἢ περίνοιαν εἰς ἕτερα μετατεθῆναι πρόσωπα πλὴν εἰ μὴ ὅσα πρὶν ἔτυχον ἔχοντες ἢ μετὰ ταῦτα ἀπὸ γονέων ἢ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς περιῆλθε. πάντα δὲ ὅσα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις ἢ εἰς τοὺς τούτων προεστῶτας μετὰ τὸ τὴν τοιαύτην ἀναδέξασθαι φροντίδα περιῆλθεν ἢ περιελεύσεται τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσι διαφέρειν οἴκοις καὶ εὐσεβῶς περὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας ἢ θεραπευομένους διοικεῖσθαι (1) βουλόμεθα. πρόδηλον γάρ ἐστιν ὅτι ὁ καταλιμπάνων ἢ δωρούμενος ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ξενοδόχῳ ἢ νοσοκόμῳ ἢ πτωχοτρόφῳ ἢ ὀρφανοτρόφῳ ὑπὲρ τούτου δίδωσιν ἵνα εὐσεβῶς δι᾽ αὐτοῦ διοικηθῇ ὡς καὶ πολλὴν εὐσεβείας ἀφορμὴν αὐτοῦ ἔχοντος διὰ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ φροντιζομένους καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι τοῦτον ἅπερ προφάσει τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ φροντιζομένων λαμβάνει μὴ περὶ αὐτοὺς ἢ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλίσκειν ἀλλ᾽ εἰς ἴδιον αὐτοῦ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κέρδος τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ καταφρονήσαντα. τίς γὰρ ἂν τὸν τοιαύτην ἔχοντα φροντίδα μὴ νομίσειε διὰ τοῦτο ταύτην ἀναδέξασθαι ἵνα μὴ μόνον ὅσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνεται ἀλλὰ καὶ ὅσα ἔτυχεν ἐσχηκὼς περὶ αὐτὴν δαπανήσῃ; ἔτι καὶ τοῦτο κελεύομεν ὅσα μετὰ τὴν δέουσαν παρὰ τῶν τοιούτων προσώπων γινομένην περὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν φροντιζομένους δαπάνην καὶ ἐπιμέλειαν περί τε τὰ πράγματα καὶ τοὺς οἴκους ἐκπερισσεῦσαι συμβαίη ταῦτα προχωρεῖν εἰς ἀγορασίαν προσόδων. πανταχοῦ γὰρ ἡμῖν σκοπὸς εἰς ἐπίδοσιν ἤτοι αὔξησιν ἄγεσθαι τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀφωρισμένα χρείας πράγματα. οὕτως γὰρ ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τι πρᾶξαι βουλόμενος προθυμότερον ἐπιδώσει ἐὰν τὰ παρ᾽ αὐτοῦ παρεχόμενα εὐσεβῶς μέλλειν διοικεῖσθαι πιστεύσοιεν. εἰ δὲ συμβῇ τινὰ τούτων παύσασθαι τῆς φροντίδος ἧς εἶχε θεσπίζομεν τὸν εἰς τόπον αὐτοῦ καθιστάμενον μετὰ τοῦ φόβου τοῦ δεσπότου θεοῦ λόγους ἀπαιτεῖσθαι πάσης τῆς παρ᾽ αὐτοῦ γενομένης διοικήσεως καθὰ τῇ θείᾳ ἡμῶν ταύτῃ περιέχεται νομοθεσίᾳ εἰδότος καὶ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν καθισταμένου ὡς τῷ δεσπότῃ θεῷ τὸν ὑπὲρ τούτου λόγον ὑφέξει. ἔτι θεσπίζομεν καθὰ τοῖς θείοις διώρισται κανόσι μήτε ἐπίσκοπον μήτε χωρεπίσκοπον μήτε περιοδευτὴν μήτε πρεσβύτερον μήτε ἄλ-

λον

[1] κελεύομεν.

bebuntur. Ipſos vero œconomos cum inquiſitione fieri volumus, ſciantque ſe ſingulis annis rationem reddere oportere ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo; atque omnia, in quibus appareat Eccleſiaſticas res læſiſſe, aut ex eis lucrum feciſſe; Eccleſiaſticis rebus reſtituant. Ac ſiquidem ſuperſtites hujuſmodi rationes reddiderint: quæ ſupraſcripta ſunt, fiant. Si vero ante deceſſerint, quam rationes redditæ ſint; tum eorum heredes obligentur, & conveniantur, ut reſtituant omnia, quæ defunctos debere appareat. Oportere etiam exiſtimavimus de iis, qui adminiſtrationem ſuſceperunt, aut ſuſcepturi ſunt xenonum, noſocomiorum, ptochiorum orphanotrophiorum & brephotrophiorum [a] conſtituere. Etenim ipſis omnem licentiam adimimus acquiſita ab eis poſtea, quam adminiſtrationem ſuſceperunt, ſive ex teſtamento, ſive alio quocumque modo, ac ratione, in alias perſonas transferre; niſi ea, quæ ante adminiſtrationem habuerunt, aut poſtea a parentibus, patruis, avunculis, & fratribus ad ipſos pervenerunt. Omnia vero, quæ ad illa pia loca pertinent, aut ad eorum præfectos poſtquam adminiſtrationem ſuſceperunt, perveniunt, aut pervenient: ad eaſdem pias domos pertineant; ac pie in eos, qui illic ſunt, aut curantur, impendi jubemus. Conſtat enim eum, qui reliquit, aut donavit ſcripto, aut ſine ſcriptis xenodocho, noſocomo, ptochotropho, aut orphanotropho (b) ea de cauſa dare ſe, ut ab eo pie diſtribuatur; quippe qui multas pietatis exercendæ occaſiones habeat propter eos, quorum curam gerit. Neque juſtum eſt id, quod ob eos, qui ſub eo ſunt, accepit, non in eis, atque pro eis conſumi ſed in ſuam perſonam converti, ſuumque lucrum timore Dei contempto efficere. Quis enim eum, qui talem adminiſtrationem habeat, non judicaret, ea ipſum de cauſa ſuſcepiſſe; ut non ſolum, quæ ſibi aliunde provenirent, ſed etiam quæ ſua habebat, in ea conſumeret? Jam vero illud etiam jubemus, ut quæ poſt neceſſarios ſumptus ab his perſonis factos erga eos, qui ſub eis ſunt; & poſt curam, ac diligentiam erga res, & domos adhibitam; ſi quid ſupereſſe contigerit, id in emptionem reditus impendatur. Ea enim nobis ultima cura eſt; ut ad incrementum, acceſſionemque rerum, quæ ad pias cauſas deferuntur, reſpiciamus; namque ita qui pro ſuæ animæ ſalute quicquam agere volet; augebit id promptius, ſi quæ ab eo præſtabuntur, pie diſtribuenda eſſe crediderit. Si vero contigerit quemquam eorum adminiſtratione functum eſſe, quam habuerat; ſancimus hunc, qui in locum ejus conſtitutus eſt, cum Dei timore exigere rationem oportere totius adminiſtrationis, ut in hac noſtra ſacra conſtitutione continetur, ſcituro eodem, qui conſtitutus eſt, ſe ea de cauſa Domino Deo noſtro rationem redditurum. Præterea ſancimus, ut ſecundum ea, quæ ſacris regulis ſunt definita, neque Epiſcopus, neque Chorepiſcopus, neque Periodeutes, (c) neque Presbyter, neque a-

lius

(a) *Vidend. Julian. Nov. 7. cap. 1.*

[b] *De his vidend. Julian. d. Nov. 7. cap. 1.*

[c] *Chorepiſcopi mentio fit in canone 2. Chalcedon.*

λον οἱασδήποτε ἀξίας κληρικὸν ἐπιδόσει χειροτονεῖσθαι ἀλλὰ μὴ δὲ οἰκονόμον ἢ ἐκκλησιέκδικον ἢ ξενοδόχον ἢ νοσοκόμον ἢ πτωχοτρόφον ἢ ὀρφανοτρόφον ἢ βρεφοτρόφον ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχείας παρέχοντά τι γενέσθαι ἀλλὰ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τούτους προβάλλεσθαι. εἰ δέ τις εὑρεθείη προφάσει τῶν εἰρημένων χειροτονιῶν καὶ φροντισμάτων διδούς τι ἢ λαμβάνων εἴτε ἐπίσκοπος εἴη εἴτε κληρικὸς καὶ τὸν παρέχοντα καὶ τὸν λαμβάνοντα ἔξω τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν μετὰ τὸ ὑπὸ τὴν κατάκρισιν αὐτοὺς εἶναι τοῦ δεσπότου θεοῦ. εἰ δέ τις διὰ προστασίας γένηται καὶ εὑρεθείη διδούς τι τὸν γινόμενον ἔξω τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν. εἰ δὲ οἰκονόμος ἢ ἐκκλησιέκδικος ἢ χωρεπίσκοπος ἢ περιοδευτὴς ἢ ξενοδόχος ἢ νοσοκόμος ἢ πτωχοτρόφος ἢ ὀρφανοτρόφος ἢ ὁ καλούμενος ἐπὶ τῆς πτωχείας φανείη παρασχών τι ἐπὶ τὸ τὴν τοιαύτην αὐτῷ περιποιῆσαι φροντίδα καὶ τοῦτον ἀποκινεῖσθαι τῆς τοιαύτης φροντίδος κελεύομεν. ἔτι θεσπίζομεν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ δι' ἑαυτῶν ψάλλειν τά τε νυκτερινὰ καὶ τὰ ὀρθρινὰ καὶ τὰ ἑσπερινὰ καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ δαπανᾶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα κληρικοὺς φαίνεσθαι ὄνομα μὲν ἔχοντας κληρικῶν μὴ ἐπιτελοῦντας δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦ κληρικοῦ πρὸς τὴν λειτουργίαν τοῦ δεσπότου θεοῦ. ἄτοπον γάρ ἐστιν ἀντ' αὐτῶν γραπτοὺς ἀνάγκης ἐπαγομένης αὐτοῖς ψάλλειν. εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν λαϊκῶν διὰ τὸ τὴν οἰκείαν ὠφελῆσαι ψυχὴν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσεδρεύοντες σπουδαῖοι περὶ τὴν ψαλμῳδίαν (1) δείκνυνται πῶς οὐκ ἄτοπον τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους μὴ πληροῦν τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα; διὸ παντὶ τρόπῳ τοὺς κληρικοὺς ψάλλειν κελεύομεν καὶ καταζητεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων ἑκάστης ἐκκλησίας καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας καὶ τοὺς μὴ εὑρισκομένους ἀμέμπτως ταῖς λειτουργίαις προσκαρτεροῦντας ἔξω τοῦ κλήρου καθίστασθαι. οἱ γὰρ κατασκευάσαντες ἤτοι κτίσαντες τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας κατέλιπον αὐταῖς οὐσίας δι' ὧν ὄφειλον αἱ θεῖαι λειτουργίαι γίνεσθαι ἐφ' ᾧτε διὰ τῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐλαβεστάτων κληρικῶν θεραπεύεσθαι τὸν δεσπότην θεόν. ἄδειαν δὲ παρέχομεν παντὶ προσώπῳ τῷ γινώσκοντι τούτων τι παραλιμπανόμενον τοῦτο προσαγγέλλειν καὶ φανεροῦν. τὰ δὲ παρ' ἡμῶν θεσπισθέντα πέρατι παραδοῦναι καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ εὐμενείας κελεύομεν ὑφορωμένων τῶν παραβαίνειν ταῦτα τολμώντων πρώ-

τον

lius cujuſcumque dignitatis clericus pecuniis datis creetur. Sed neque œconomus, defenſor Eccleſiæ, xenodochus, noſocomus, ptochotrophus, orphanotrophus, aut brephotrophus, aut qui ptochio præeſt, ſi quicquam dederit, fiat. Sed arbitrio, atque inquiſitione eorum locorum Epiſcopi præponantur. Si quis autem reperiatur ob electionem, aut adminiſtrationem aliquid aut dediſſe, aut accepiſſe, ſive Epiſcopus, ſive clericus fuerit; tam eum, qui dedit, quam qui accepit, a ſacerdotio, & a clero eici jubemus, præter DN. Dei noſtri damnationem, cui ſunt obnoxii. Si vero quiſquam per ſuffragium [a] fiat; ac reperiatur, qui factus eſt, aliquid dediſſe; a clero eum repelli jubemus. Sed ſi œconomus ſit, aut Eccleſiæ defenſor, aut chorepiſcopus, aut periodeutes, aut xenodochus, aut noſocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut qui ptochio præeſt, & quicquam largiantur, ut ad ſe hæc cura perveniat: hos quoque expelli ab adminiſtratione jubemus. Item ſancimus, ut omnes clerici, qui in Eccleſia ſint, canant nocturnas, matutinas, & veſpertinas preces; neque ſolum ſumptus ex Eccleſiaſticis rebus faciendo clericos ſe eſſe oſtendant; nomen quidem clericorum tenentes, clericorum vero officium in ſacris miniſteriis negligenter exercendo. Turpe enim eſt alios pro eis conſcriptos canere, cum ipſis onus incumbat. Nam ſi plerique laici, ut animarum ſaluti conſulant, in Eccleſiis aſſidentes ſtudioſos ſe cantus pſalmorum oſtendunt: cur non indecorum erit clericos ob eam cauſam ordinatos non expellere ſuum inſtitutum? Quamobrem omnibus modis clericos canere jubemus; atque inquiri eos a ſuis Epiſcopis, & a duobus primis presbyteris ſingularum Eccleſiarum, item ab Archonte, ſive Exarcho, (b) ut vocant, & a Defenſore uniuſcujuſque ſacroſanctæ Eccleſiæ; atque eos, qui inveniantur non ſine reprehenſione miniſterii ſervientes, extra clerum conſtituant: etenim qui inſtituerunt, ſive ædificaverunt Eccleſias; pro ſua ſalute, & totius Reipublicæ eis facultates reliquerunt, ex quibus ſacra miniſteria fieri oporteret: qua in re venerabiles clerici Eccleſiarum miniſtri Domino, Deoque noſtro ſervirent. Licentiam autem præſtamus cuicumque perſonæ, quæ quicquam cognoſcat ex his rebus negligi, ut id renunciet, atque indicet. Hæc vero a nobis ſancita ad finem perducere, & opere explere cum Dei benevolentia jubemus. Caveant autem, qui hæc tranſgredi

auſi

(1) γίνονται.

cedon. de hac eadem re, licet Gratianus nomen id reticuerit, atque etiam Epiſcopi. 1. *q.* 1. *c.*

8. Si quis Epiſcopus. *Vidend. Burchar. lib.* 1. *c.* 112. *Ivo, parte* 5. *cap.* 118. *decreti, & lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 3. *Panormiæ, & Anſelm. Lucenſ. lib.* 6. *cap.* 81. *Sed Gratianus diſtinct.* 58. *refert Epiſcoporum, & chorepiſcoporum differentiam relatis verbis beati Leonis epiſt.* 86. *& Damaſi epiſt.* 4. *vide Anſelm. lib.* 7. *cap.* 114. *&* 115. *De periodeute canone* 56. *Laodiceno mentio fit, eum viſitatorem appellat Grat. diſt.* 8. *cap.* 5. Non debere. *a circum eundo ita dictus eſt. Ambo munera quædam pro Epiſcopis in vicis adminiſtrabant. Modeſtinus medicum periodeutem appellat c.* 6. *de excuſationibus. quaſi circum foraneum.*

[a] *Suffragium olim mercenariam ſuffragationem appellabant legibus Imperatorum non prohibitam. Vide Codice de ſuffragio.*

(b) *Vide epitomen conſtit.* 14. *Græcæ ſub titulo de hæreticis.*

τον μεν τὸν ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Θεοῦ κρίσεως κίνδυνον ἕξει ταδὲ καὶ τὰς ἐγκειμένας τῇ αὐτῇ νομοθεσίᾳ ποινάς. Dat. Kal. Mart. CP. DN. Juſtiniano PP. A. II. COS.

Η. μβ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

βαθμὸν ἱερατείας ἐπέσχεν ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τετάχθαι καὶ τὰς λειτουργίας ἐκτελεῖν ἃς ὑπέκειτο πρότερον ἅπερ ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον. ἐπειδὴ τοίνυν πρῶτον ὑφ' ἡμῶν ἐξεύρηται, οὐ προσαπτομένου παντελῶς τοῦ δὲ τοῦ νόμου καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν τῶν ἅπαξ τοιαύτης ἱερωσύνης ἀξιωθέντων ἀλλ' ἐξουσίαν ἐχόντων αὐτῶν διὰ ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν κατὰ τὴν Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν τὴν πρὸς Θωμᾶν ἀντιγεγραμμένην. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο δίκαιον εἶναι καὶ κρατεῖν καὶ πολιτεύεσθαι θεσπίζομεν, ὅπερ τεθὲν ἐξ ἀρχῆς καὶ πολιτευσάμενον οὐκ ἴσμεν ὅπως παρώπται. μεμνήμεθα γὰρ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐντυχόντες διατάξει βουλομένῃ τοὺς κληρικοὺς εἴπερ ἀμελήσαντες τύχοιεν τῆς ἑαυτῶν τάξεως καὶ εἰς οἱανδήποτε ἔνοπλον στρατείαν παραγγείλαιεν, ἢ καὶ (1) καθῃρημένοι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων στρατεύεσθαι τολμήσαιεν, ἐκβάλλεσθαι μὲν αὐτοὺς τῆς στρατείας ἧς ἔτυχον παραδίδοσθαι δὲ ταῖς τῶν πόλεων βουλαῖς ὑπουργήσοντας τὸ λοιπὸν τῷ δημοσίῳ. ἐπειδὴ καὶ τῇ τοῦ δεσπότου θεοῦ λατρείᾳ κατὰ τὸν τῆς στρατείας τρόπον ἔτυχον ἀπειπόντες ἅπερ κρατεῖν ἐκ τοῦ δὲ ἡμῶν θεσπίζομεν τοῦ νόμου. κελεύοντες αὐτοὺς εὐθὺς καὶ παραχρῆμα τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξ ἧς εἰσί, γίνεσθαι βουλευτὰς εἰ μὴ σφόδρα εὐπορίαν ἔχει βουλευτῶν ἡ πόλις ἐπείτοιγε τῆς γείτονος ἢ καὶ πορρωτέρω μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας ἑτέρας ἔνθα μάλιστα βουλευτῶν καθέστηκεν ἀπορία. εἰ δὲ ἀφανεῖς ὡς εἰκὸς γένοιντο ἄδειαν δίδομεν τοῖς βουλευταῖς εὐθὺς ἐπιβαίνειν τῶν προσηκόντων αὐτοῖς πραγμάτων καὶ ταῦτα κατέχειν καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυτοῖς κατὰ τὸν νόμον ἐντεῦθεν ποιεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς οἱουδήποτε βαθμοῦ κρατεῖν εἰς τὸ διηνεκὲς θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τοῖς ἤδη πεπλημμεληκόσι κρατεῖν τὸν νόμον βουλόμενοι διότι καὶ πρότερον ἦν. ἐπειδὴ δὲ καί τινα διάταξιν εὕρομεν περὶ μοναχῶν διαλεγομένην καὶ βουλομένην αὐτοὺς μὴ καταλιμπάνειν τὰ οἰκεῖα μοναστήρια μηδὲ θορυβεῖν τὰς πόλεις ἥν καὶ πρός τινα νενομοθετῆσθαι καιρόν τινὲς ὑποπτεύουσι δεῖν ᾠήθημεν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβόντες τελειότερόν τι καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ τοῦτο ἐπανορθῶσαι. ὥστε μηδενὶ τοῦ λοιποῦ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν ἄδειαν εἶναι τὸ τοιοῦτό τι πράττειν καὶ καταλιμπάνειν μὲν τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιβάλλεσθαι δὲ τὴν οἱανοῦν στρατείαν ἢ ζώνην ἢ ἀξίαν ἢ τὸν ἐν δικαστηρίοις μεταδιώκειν βίον καὶ τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας τὰς ἀνθρωπίνας ἀσχολίας ἀνθαιρεῖσθαι ἢ γινώσκειν. ὡς καὶ ὁ τοιοῦτό τι πράττων ἐπιδοθήσεται τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξ ἧς ἐστιν ἢ ἑτέρας καθὰ πρότερον εἰπόντες ἔφθημεν, εἰ μὲν χρημάτων εὐπορήσει καὶ χρηματικαῖς ὑποστησόμενος λειτουργίαις ἐπείτοιγε τὰς (2) εἰς σῶμα φερούσας κἀνταῦθα ἀδείας οὔσης ταῖς βουλαῖς καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν. εἰ ἀφανεῖς γένοιντο ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυτοῖς κατὰ τὸν νόμον ποιεῖν. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς θέμασιν ἐφ' ὧν λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τοιούτων τὰ βουλευτήρια προστάττομεν αὐτῶν βουλόμεθα τὴν μὲν ἡμίσειαν τούτων μοῖραν τὰς βουλευτὰς κομίζεσθαι μὴ ἐν χρυσίῳ ἀλλ' ἐν ἀκινήτῳ κτήσει ἢ οὔσῃ ἢ ὠνουμένῃ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν φοιτήσαντα

in aliqno ordine conſtitutus ſit: ſed potius inter privatos homines enumerabitur; muneraque eadem ſubibit, quæ antea ſubire ſolebat. Hæc omnia in futurum valere volumus; quando a nobis primum inventa ſunt: neque ulla ratione pertineat hæc lex, ut antea ſcripſimus, ad eos, qui jam fuerant in ſacerdotiis: hi enim poteſtatem habeant per ſubſtitutos munera ſubire juxta Theodoſii & Valentiniani piæ recordationis conſtitutionem, [a] quæ ad Thomam conſcripta eſt. Ad hæc illud etiam valere, atque ſervari juſtum eſſe exiſtimavimus; quod initio conſtitutum, atque ſancitum, neſcio quo modo neglectum eſt. Namque meminimus incidiſſe nos in Arcadii, & Honorii piæ recordationis conſtitutionem; [b] quæ velit clericos, ſi ſui ordinis obliti ad quamcumque armatam militiam pervenerint, aut dejecti ab Epiſcopis militare auſi fuerint: eici quidem eos a militia, in qua erant, & addici curiis civitatum, ut illic publica miniſteria ſubeant; nam a Dei quoque cultu, & miniſterio, dum militabant, abſtinebant. Quæ omnia hac lege valere ſancimus jubentes eis, ut ſtatim in ea urbe, ex qua ſunt, curiales fiant, niſi permulti curiales in ea urbe ſint: tunc enim in proxima, aut etiam in longinquiori alterius provinciæ illi conjunctæ; ubi decuriones deſiderantur. Si vero non comprehendantur, ut fieri ſolet; liceat decurionibus ſtatim ad res eis pertinentes accedere; eaſque retinere; ac ſibi ex eis legitime ſatisfacere. Hæc igitur in venerabilibus clericis, cujuſcumque gradus ſint, in perpetuum valere ſancimus; in antea vero perpetratis conſtitutionem illam valere volumus, ut antea obtinebat. Quoniam vero quandam quoque legem [c] invenimus, quæ de monachis diſſerit; ac vult, ut non derelinquant ſua monaſteria; neque in urbibus tumultus excitent; quam cujuſdam temporis cauſa promulgatam eſſe quidam ſuſpicantur: oportere exiſtimavimus, occaſione inde ſuſcepta, plenius, & in perpetuum id etiam corrigere, ut nemini deinceps monacho liceat eorum aliquid agere: ut derelicto monachorum habitu; quavis militia, aut cingulo, aut dignitate utatur, aut eorum, qui in judiciis verſantur; vitam degat, ac divinis miniſteriis humana negotia præferat. Quin potius noverint, quod & qui id agit, curiæ addicetur illius civitatis, ex qua eſt, aut alii, ut antea dicebamus. Ac ſiquidem pecuniis abundat, pecuniaria quoque ſubeat munera; ſin minus corporalia. Quod ſi non appareant, curiis licet, ut dicere cœperamus, in poſſeſſionem rerum mitti, ac ſibi legitime ſatis facere. In omnibus vero caſibus, quibus capere ex his cauſis curias jubemus: ſemiſſem bonorum curiales ſuſcipere volumus; non tamen in pecunia numerata, ſed in immobilibus poſſeſſionibus, ſi quæ ſint; ſin minus hæ pecunia illorum emantur;

(1) καθαιρημένοι. (2) εἰς τὰ σώματα.

(a) *Hæc eſt 21. conſt. Latina, cujus initium eſt: Ad ſimilitudinem. ſub hoc eodem tit. & ſub tit. de decurionibus 60. incipit:* Nullus.

(b) *Vid. conſt. 39. tit. 2. lib. 16. Codicis Theodoſ.*

[c] 29. *Græcam ſub hoc titulo conſtitutionem intellige.*

τα παρ' ἡμῶν νόμου τὴν δὲ ἡμίσειαν τῇ γενικῇ τραπέζῃ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσφέρεσθαι. ὥστε καὶ τὸν σὸν θρόνον προνοεῖν ἀγρύπνως μηδὲν τοιοῦτο διαλαθεῖν, ἀλλ' ἅμα τῷ γίνεσθαί τι τὴν προσήκουσαν ὑπὲρ τούτου ποιεῖσθαι θεραπείαν πλὴν εἰ μὴ νῦν γοῦν ἑκόντες οἱ τοιοῦτοι ἀπόθοιντο μὲν τὴν στρατείαν ἢ ἁπλῶς ὅπερ ἔχουσι σχῆμα εἰς δὲ τὸν μοναχικὸν αὖθις ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς ἐπανέλθοιεν βίον καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐγγραφῆναι σπεύσαιεν. εἰ γὰρ τοῦτο πράξαιεν εἴσω ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφ' οὗπερ ὁ παρὼν ἡμῶν θεῖος γέγονε νόμος ἀφίεμεν αὐτοῖς τὴν ποινὴν ἀρκεῖν αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἀσκήσεως ἡγούμενοι σωφρονισμόν ταῦτα δὲ κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον οὐ δὲ ἐκείνους ἔξω τῆς εἰρημένης καταλιμπάνοντες ποινῆς ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμῶν βασιλείας ἤτοι μοναχοὶ καθεστῶτες τουτό τι πεπράχασι τὸ γὰρ ἔμπροσθεν ἅμα μὲν διὰ φιλανθρωπίαν ἅμα δὲ τὸν χρόνον ἐρυθριῶντες ἀφίεμεν ἐπεὶ μηδὲ σαφῶς νενομοθετημένον ἔμπροσθεν ἦν. ἔτι τοῦτο θεσπίζομεν εἴτε πατὴρ εἴτε μήτηρ εἴτε ἕτερός τις ἐξ ἀπαιδίας ἀποκαταστάσιν ἢ ὑποκαταστάσιν ἐπαγάγοι τινὶ εἴτε ἄρρεσιν εἴτε θηλείαις οἱ δὲ πρὸς γάμον ἐλθεῖν διὰ τὸν τῆς ἀσκήσεως οὐχ ἕλοιντο τρόπον πειμαρεῖσθαι τὰς τοιαύτας ἀποκαταστάσεις ἢ ὑποκαταστάσεις, καὶ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν εἰς ὃν βούλονται τρόπον εὐσεβῆ μέντοι τὰ ἐντεῦθεν ἀφιεροῦν καὶ ἢ δαπανᾶν περιόντες, ἢ καταλιμπάνειν τελευτῶντες. ὥσπερ καὶ ὑπὸ αἵρεσιν παιδοποιΐας αὐτοῖς τι καταλειφθείη δεῖ καὶ τοῦτο αὐτὸ ἔχειν αὐτοὺς παιδοποιεῖν οὐκ ἀναγκαζομένους. τὴν αὐτὴν δὲ νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ γυναιξὶ παρθενευούσαις καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν ὅλως κεκωλυμένοις εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐπεκτείνομεν καὶ ἀνατίθεμεν καὶ ταύτην τὴν χάριν τῷ Θεῷ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀξίαν. ἔτι θεσπίζομεν εἴτε ἀνὴρ ἐπὶ μονήρη βίον ἐλθεῖν βουληθείη εἴτε γυνὴ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα πρὸς ἄσκησιν ἔλθοι μὴ τοῦτο αὐτὸ ζημίας παρέχειν πρόφασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν οἰκεῖα πάντως λαμβάνειν ὥστε τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα εἶναι λαβεῖν τὴν αὐτῆς καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν τῷ συνοικήσαντι τὸ δὲ ἐκ τούτου κέρδος μὴ κατὰ τὴν ἐκ ῥεπουδίου διάζευξιν ἐκδικεῖν ἢ μένειν παρὰ τῷ μὴ ἀποταξαμένῳ ἀλλὰ κατὰ (1) τὸ ἐκ θανάτου σύμφωνον οἷα δοκοῦντος τοῦ ἀφισταμένου τοῦ τῆς μετὰ τῶν ἄλλων διαίτης ἀναχωρεῖν τοῦ γε ἐπὶ τοῦ συνοικεσίου τεθνάναι διὰ τὸ τῷ συνοικήσαντι παντελῶς ἄχρηστον εἶναι καὶ ὅπερ ἂν ἡ τῶν (2) προικῴων συμβολαίων δείξειεν διοίκησις ἐκ τῶν ἀπὸ τελευτῆς συμφώνων ὀφειλόμενον τῷ μὴ θαρρεῖν τὴν γυναῖκα πρὸ ἐνιαυτοῦ διελθεῖν εἰς ἕτερον ἰδεῖν συνοικέσιον διὰ τὴν τῆς γονῆς ἀδηλίαν ἀλλ' ἔτι μέλλοι γίνεσθαι τοιοῦτο τηνικαῦτα στέλλεσθαι διαίτιον κατὰ τοῦτο δὴ τὸ καλούμενον Bona Gratia παρὰ τοῦ μὴ τὴν ἄσκησιν ἑλομένου προσώπου ὅπως πράττειν ἃ βούλεται τῶν κερδῶν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον τρόπον προσγινομένων αὐ-

(1) τὸ ἐκ τοῦ. (2) προικῴων.

tur; ut antea a nobis ſancitum (*a*) eſt. Alter vero ſemis in publicam menſam Excellentiæ tuæ inferatur: quo tua quoque ſedes provideat diligenter; ne quidquam hujuſmodi lateat. Sed ſimul atque factum quid ſit, competens ejus rei medela fiat; præterquam ſi nunc ipſi ſponte ſua militiam dereliquerint, aut etiam veſtes, quas gerebant; & in ſolitariam vitam iterum ſincere, ac ſine fraude revertantur, & inter venerabiles clericos conſcribi curaverint. Nam ſi hæc intra annum egerint, ex quo hæc ſacra lex data eſt, eos pœna liberamus, ac ſatis putamus eſſe, ſi ſe veteris vitæ genere corripuerint. Hæc autem in ſequens deinceps tempus valere volumus: non tamen illos extra dictas pœnas relinquimus, qui poſt noſtri imperii initia monachi facti ſunt, & eorum aliquid geſſerunt: etenim antiquiora tum propter clementiam, tum propter temporum illorum honorem indulgemus, cum præſertim illis temporibus hæc non fuerint ita conſtituta. Præterea illud (*b*) quoque ſancimus, ut ſive pater, ſive mater, ſive quis alius ſub condicione, ſi ſine liberis deceſſerit, fideicommiſſum, aut ſubſtitutionem injunxerit, viris, aut mulieribus, qui poſtea nuptias contrahere propter religioſam meditationem noluerint; locus non ſit illis fideicommiſſis, ac ſubſtitutionibus, & poteſtatem illi habeant, quo pacto voluerint, pie tamen ea dedicare, & aut dum vivent, conſumere, aut relinquere decedentes. Ut etiam ſi ſub condicione liberorum quicquam ipſis relictum ſit; oportet hoc ipſum eos habere, & ſi non cogantur liberos ſuſcipere: eandem vero ſanctionem in virginibus ſacris, & in eis venerabilibus clericis, quibus nuptias omnino contrahere prohibitum eſt, extendimus, atque porrigimus; & ita gratiam noſtris temporibus dignam referimus. Illud quoque (*c*) ſancimus, ut ſive vir ſolitariam vitam ſequi voluerit, ſive uxor virum relinquens ad aſceterium acceſſerit: non hoc ei damni occaſionem præbeat; ſed ſuas omnino res capiat, uxor dotem, vir ante nuptias donationem. Quod vero ex eo lucri eſt, non quaſi diſſoluto ex repudio matrimonio vindicetur, aut apud non diſſolventem maneat: ſed ut ex mortis condicione; ac ſi videretur, qui diſcedit, propter vitæ mutationem; quod ad alterum attinet, in matrimonio deceſſiſſe; cum conjugi omnino ſit inutilis: quidquid autem in nuptialibus inſtrumentis, propter mortis condicionem extet, id debitum ſit. Uxor tamen (*d*) non audeat ante annum transactum, de alio matrimonio propter partus incertitudinem cogitare. Sed ſi quid hujuſmodi faciendum eſt, mittatur repudium, quod ea de cauſa bona gratia fieri dicitur, ab eo, qui illam vitam non ſuſcipit; atque ita agat, quod libitum eſt; lucra tamen, ut antea dicebatur, ad ipſum pertineant.

[a] *Fortaſſe illa conſtit. quam deſiderari diximus ſub titulo Quando, & quibus quarta pars debeatur.*
[b] *Refert Photius tit. 2. cap. 1. & tit. 11. cap. 1. Nomocanonis.*
[c] *Hujus conſtitutionis mentio fit. 54. conſtit. ſub hoc eodem titulo, cujus initium eſt,* Deo nobis. *& Nov. 22. Auth. de nuptiis.* §. Diſtrahuntur.
[d] *Refert. Euſtath. tit. 24. cap. 9. de temporibus.*

αὐτῷ δηλαδὴ τοῦ κερδαινομένου ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐκ τρόπου παντὸς εἰ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων γάμων ἢ ἡ γυνὴ ἢ ὁ ἀνὴρ μείνῃ ἐν τοῖς κοινοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τοῦ γάμου γενομένοις εἴτινα εἴη φυλαττομένου. Dat. V. Kal. Dec. CP. Poſt. COS. Lamp.

neant. Quod vero ex illa cauſa lucrarentur omnino, ſi in prioribus nuptiis aut uxor, aut vir manſiſſent, communibus liberis, qui ex nuptiis forte creati ſunt, ſervetur. Dat. V. Kal. Dec. CP. Poſt. COS. Lamp.

LIII. Raptores.
LIV. Deo Nobis.

Η. ν ε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ὁ παρὼν νόμος εἰς ἕτερον νόμον γεγραμμένον παρ' ἡμῶν ἀναφέρεται μνήμην (1) ὃν δὴ καὶ αὖθις ἐπικυρῶσαι μετά τινος καλλίονος ᾠήθημεν χρῆναι προσθήκης μείζονα (2) ποινὴν κατὰ τῶν πλημμελούντων ἐκφέροντες. οὐχ' ὅτι ταῖς αὐξήσεσι χαίρομεν τῶν ποινῶν οὐδὲν γὰρ ἡμῖν οὕτως ὡς φιλανθρωπία (3) καταθύμιον ἀλλ' ἵνα τῷ δέει τῆς τιμωρίας τοὺς ἁμαρτάνειν (4) προηγουμένους τοῦ πλημμελεῖν εἴρξομεν. ἴσμεν τοίνυν γράψαντες νόμον λέγοντα μηδεμίαν εἶναι παρρησίαν τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν οἰκονόμοις ἤτοι προεστῶσι ξενώνων ἢ νοσοκομείων ἢ πτωχείων ἢ μοναστηρίων εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συστημάτων ὧν ἡ προλαβοῦσα διάταξις μέμνηται τὰ διηνεκῶς αὐτοῖς καταλελειμμένα ἅπερ ἀννάλια καλοῦσιν οἱ νόμοι κατά τι σύμφωνον ἢ χρυσίου διαπιπράσκειν ῥητοῦ ἢ ἐκποιεῖν ἄλλως καθ' οἷον δήποτε τρόπον καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἀναιρεῖν τὴν ἐντεῦθεν παραψυχὴν καὶ τοὺς πρέποντας τῷ νόμῳ προστεθείκαμεν λογισμοὺς ὡς οὐκ ἔτι δίκαιον ταύτην τὴν ἐγχείρησιν οὐδὲ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνναλίου σωζομένης εἰ μὴ μέλλοι δίδοσθαι κατ' ἔτος ἀλλὰ πρὸς ἅπαξ καταβληθὲν, εἶτα τελείως ἐξαπόλλοιτο τοῦτον αὖθις μετά τινος προσθήκης ἀνανεούμενοι τὸν νόμον θεσπίζομεν εἴτις ἢ τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ξενοδόχων ἢ νοσοκόμων ἢ πτωχοτρόφων ἢ γεροντοκόμων ἢ βρεφοτρόφων ἢ ὀρφανοτρόφων ἢ ἀρχιμανδριτῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν περιεχομένων τῇ προτέρᾳ ἡμῶν θείᾳ διατάξει προσώπων τὸ διηνεκῶς καταλειφθὲν τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ὧν προΐστανται εἴτε ἐν χρυσίῳ εἴτε ἐν ἄλλοις πράγμασι πειραθείη μεθιστᾶν εἰς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι διηνεκὲς ἀλλ' ἐπὶ διαλύσεσιν ἢ πράσεσιν ἢ ποιν ἄλλαις μηχαναῖς τοῦ διηνεκὲς αὐτὸ μένειν παῦσαι πειραθείη παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη φοιτήσαντος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θείου νόμου. μηδεμίαν ἔχειν παντελῶς ἄδειαν τοῦτο ποιεῖν ἀλλὰ καὶ εἰ πράξειε, ἄκυρον εἶναι τὸ γενόμενον καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ μετ' αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀντιληψομένῳ φροντίδος ἢ καὶ τούτου ῥᾳθυμήσαντος ὡς εἰκὸς τοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας εὐθὺς ἀνακαλεῖσθαι τὸ γενόμενον καὶ οὕτως ἄκυρον ἀποφαίνειν ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε προελθόν. ὥστε καὶ τοὺς ἐν μέσῳ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν, ἐπὶ τὸν εὐαγῆ φέρεσθαι πάντως οἶκον. τῶν ἐν μέσῳ τολμηθέντων κατὰ πάντα τρόπον ἀργούντων. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἑκάστῳ δρόμος εἷς ἐστὶ τοῦ βίου παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδομένος οὗ πέλος ἐστὶ πάντως ὁ θάνατος τοῖς δὲ εὐαγέσιν οἴκοις καὶ

(1) ὃν δή. (2) πληγήν.
(3) καταθύμιον. (4) προῃρημένους.

(*a*) *LV. Idem Imp. Joanni Præf. Præt.*

HÆC Conſtitutio ad alterius conſtitutionis (*b*) memoriam, quam antea ſcripſimus, refertur; eam rurſus confirmare cum aliqua pulchriore acceſſione exiſtimavimus oportere, majori pœna delinquentes puniendo; non quod pœnarum augumentis lætemur; neque enim ita quicquam in animo noſtro eſt, atque clementia; ſed ut timore pœnæ delinquere volentes a delicto arceamus. Scimus itaque nos legem ſcripſiſſe, qua cavetur, ut nulla licentia ſit ſacrarum Eccleſiarum œconomis, aut iis, qui præpoſiti ſunt xenonibus, vel noſocomiis, vel ptochiis, vel virorum, aut mulierum monaſteriis, vel aliis hujuſcemodi corporibus, quorum illa conſtitutio mentionem facit: quæ perpetuo eis relicta ſunt, quæ annua, ſive annalia leges appellant, ex conventione quapiam, aut pecunia certa accepta vendere, aut alio quovis modo alienare; ac poſteris auferre ſolatium, quod inde proveniret. Addidimus in eadem lege, quas viſum eſt, rationes; quodque nullo pacto, ſi id fiat, ne appellatio quidem annui legati conſervetur, ſi non id ſingulis annis dari curetur; ſed ſemel ſolutum, poſtea totum deperеat. Hanc itaque legem cum quadam acceſſione renovantes ſancimus; ut ſi quis religioſus œconomus, xenodochus, noſocomus, ptochotrophus, gerontocomus, brephotrophus, orphanotrophus, vel archimandrita, vel aliquis eorum, qui priore conſtitutione noſtra continentur; quod perpetuo relictum eſt venerabilibus locis, quibus ipſi præſunt, ſive in pecunia numerata, ſive in aliis rebus immutare tentaverit in id, quod non perpetuum eſſe videatur; ſed tranſactionibus, aut venditionibus, aut aliis artibus, ut quod perpetuo manſurum erat, ceſſet, adverſus illam conſtitutionem, quam de his rebus tulimus, curaverint: nullam omnino licentiam habeat hoc faciendi. Sed & ſi factum ſit, invalidum ſit, quod ita fiet; & liceat ei, qui poſtea eandem curam ſuſceperit, aut eo fortaſſe negligente poſtea cæteris omnibus ſtatim revocare, quod factum eſt: quod ita invalidum videatur, ac ſi numquam inchoatum eſſet, uſque eo, ut & medii temporis fructus, & uſuræ, & omne commodum ad pium omnino locum pertineant; ea vero, quæ medio tempore patrata ſunt, modis omnibus ceſſent. Eſt enim unicuique homini curſus unus vitæ a creatore datus, cujus meta plane mors eſt: at piæ domus, & dicta corpo-

[a] *Ex eadem collectione, ex qua ſuperiores, ſumpta eſt.*
[b] *Ea eſt Græca 45. conſt. ſub hoc titulo.*

καὶ τὰς αὐτῶν συστάσεις ἀπελαύνουσι τοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ φυλαττομένοις οὐκ ἔνεστιν· οὐ δὲ κατὰ τὰς κτήσεις ἐπάγεσθαί τι πέρας ἀλλ᾽ ἕως ἂν διαμένωσιν οἱ ἅγιοι οἶκοι μένειν δὲ ἄχρι παντὸς, καὶ μέχρι γε αὐτοῦ τοῦ τῶν αἰώνων τέλους ἕως οὗ τὸ χριστιανῶν ὄνομα παρ᾽ ἀνθρώποις ἔστιν καὶ προσκυνεῖται δίκαιον μένειν καὶ τὰς διηνεκῶς καταλιμπανομένας χορηγίας ἢ προσόδους ἀθανάτους ἀεὶ ταῖς εὐσεβέσι πράξεσι ταῖς μηδέ ποτε παυομέναις ὑπηρετουμένας. τὸν δὲ τοιοῦτό τι πλημμελήσαντα καὶ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶγμα χρυσίου ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ πρόφασιν θαῤῥήσαντα, βλάβην μὲν μηδεμίαν ἐπάγειν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον τοῖς καθ᾽ ὧν ταῦτα ἔπραξεν οἴκοις ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν καὶ τὸ χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα κερδαίνειν ὅπερ εἰλήφασι καὶ οὐδὲν ἧττον τὸ καταλελειμμένον ἀπαιτεῖν δίχα τῆς οἱασοῦν ἐλαττώσεως αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο πράξαντα κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ τούτου πράγματα ἐνέχεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν συναλλάξαντι καὶ περιποιεῖν (1) αὐτῷ τόγε ἐπὶ τῷ οἰκείῳ προσώπῳ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν συμβάλλοντα τὸ ἀζήμιον. ὅπως ἂν πρὸς μὲν τὸν εὐαγέστατον οἶκον ὅνπερ οὐδὲν κατέβλαψε μηδεμίαν ἐλπίζοι τῶν διδομένων ἀνάληψιν ἢ τοῦ γεγονότος σύστασιν· ὅσον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν συμβάλλοντα πᾶσαν ἔχοι παρὰ τῶν νόμων ἄδειαν χωρεῖν ἐπ᾽ αὐτὸν καὶ κληρονόμους αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα καὶ τὸ δεδομένον εἰ ἰσχύσειεν εἰσπράττειν ἵνα εἰ μὴ τῇ πρὸς θεὸν εὐλαβείᾳ τῷ δέει γοῦν τῷ τῆς ἰδίας αὐτῶν περιουσίας καὶ τῶν οἰκείων κληρονόμων ὀκνηρότεροι γένοιντο πρὸς τὰς τοιαύτας συνθήκας ἃς ὁμολογοῦμεν ἐπ᾽ οὐδενὶ χρηστῷ πράττουσιν ἀλλ᾽ ἢ χρήμασι διαφθαρέντες ἢ πάθους τινὸς ἐλάττους γεγονότες ἅπερ ἅπαντα διὰ τοῦ δὲ τοῦ θείου νόμου κωλύοντες καὶ τοῦτον τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἐγγραφῆναι νόμοις θεσπίζοντες ἀνατιθέμεν αὐτῷ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ χριστῷ καλήν τινα καὶ πρέπουσαν αὐτῷ θυσίαν καὶ ταύτην προσάγοντες. Dat. Pr. Idus Sept. CP. DN. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino V. C. COS.

pora immortalia ſunt ab eodem Deo conſervata, non itaque decet, ne rebus quidem earum finem adferre: ſed dum permanent ædes ſacræ, manent autem ad ipſam omnino ſæculorum omnium finem, dum Chriſtianorum nomen apud homines erit, atque coletur; juſtum igitur eſt, ut maneant ſemper immortales, quæ perpetuo relinquuntur penſitationes, vel reditus piis operibus, quæ numquam ceſſabunt, ſuppeditandæ. Qui vero in re hac deliquerit, & relicta alienare, pecunia accepta, vel alio quocumque modo auſus fuerit, nullum quidem damnum adferat, ut antea quidem dictum eſt, his locis venerabilibus, contra quæ id fecit. Sed hæc loca & pecuniam, & res, quas acceperunt, lucrentur; ac nihilominus, quod relictum eſt, repetant ſine ulla deminutione. Is vero, qui hoc fecerit, & heredes ejus, & ſucceſſores, & ejus bona teneantur ei, cum quo contraxit: iſque vindicet ab eo, ſerventurque ipſe, ejuſque res indemnes. Sed tamen contra venerabilem domum, quam lædi non oportuit, non ſperet datorum recuperationem, neque propter id, quod factum eſt, ipſam conveniat. Quod vero ad contrahentem cum ipſo attinet, omnem a legibus facultatem habeat, adverſus eum, & heredes, reſque ejus, ac quod datum eſt, ſi poſſit, exigere, ut ſi non ob Dei metum, timore amiſſionis ſuarum rerum, damnique ſuorum heredum tardiores fiant ad hujuſmodi contractus; quos in confeſſo eſt, eos nullius boni cauſa facere, ſed vel pecunia corruptos, vel aliqua affectione ſuperatos. Quæ omnia per hanc ſacram conſtitutionem prohibemus, quam inter noſtras conſtitutiones ſcribi ſancimus, offerimuſque eam omnium Domino Deo & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto: pulchrum & decens ei hoc ſacrificium offerentes. Dat. Pr. Idus Sept. CP. DN. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino V. C. COS.

B. α. T. δ.

Η, ιδ. διάταξις τοῦ τετάρτου τίτλου, τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος.

Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ. μήτε δοῦλον μήτε ἐλεύθερον σῶμα τολμάτω τις εἰς πορνείαν προάγειν ἢ προϊστᾶναι. μηδὲ εἰ θυμελικὸς εἴη ἢ ἄλλως σκηνικός. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προσαχθὲν ἐκδικείσθω εἰς ἐλευθερίαν παρὰ παντὸς προσιόντος δίχα τινὸς δαπάνης τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις οἷς μελήσει τὸ μηδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν συνεῖναι συγχωρεῖν μίμοις ἢ χοροῖς ἢ ἄλλην θέαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν ἀναγκάζεσθαι.

LIB. I. TIT. IV.

DE EPISCOPALI AUDIENTIA.

[*a*] *XIV. Imp. Leo ad Populum.*

Neque ſervum, neque liberum corpus ſit, qui audeat, in meretriciam vitam producere, aut proſtrare, ſive thymelicus fuerit, [*b*] ſive alio pacto ſcenica perſona, ac ſi mancipium ſit, quod proſtrat; in libertatem vindicetur a quocumque ſine ullis ſumptibus apud ejus oppidi magiſtratum, aut Epiſcopum, quibus curæ erit: ne etiam invitam mulierem liberam, aut ancillam conjungi patiantur mimis, aut choris: [*c*] aut aliud ſpectaculum in theatro agere invitam.

XV. Nemo vel in Foro.

XVI. Si Legibus.

(1) αὐτῷ.

(a) *Ex dicta collectione eccleſiaſticarum conſtitutionum ſumpta eſt. Videatur* 33. *conſt. Græca ſub hoc eodem titulo, & epitome conſtit. ult. Græcæ de nuptiis, &* 7. *de ſpectaculis.*

(b) *Thymele orcheſtræ pars fuit ſuggeſti inſtar, in qua citharœdi, tibicines, ſymphoniaci, aliive cantores, aut muſici canebant, quos thymelicos appellabant, de his in digeſtis cap.* 4. *de iis, qui notantur, &* 10. *de pollicit. & dicta conſtit.* 7. *de ſpectac. & conſtit.* 34. *ſub hoc eodem titulo.*

(c) *Mimos appellat quoſcumque hiſtriones, ſive fabulas agerent comœdiarum, ſive Atella-* *Epi-* *na-*

Η ἐπιτομὴ τῆς ιζ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου,

Ἐπιλογῇ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων οἰκητόρων γίνεται ὁ Σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει ἢ τῶν πληρωσάντων ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι καὶ ὁ παραβαίνων (1) τριάκοντα λίτρας προστιμᾶται.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἧς ἡ ἀρχὴ Θεσπίζομεν.

Οἱ (2) ὑφεστῶτες καὶ τῇ παρὰ (3) φυλακῇ προσκαρτεροῦντες στρατιῶται ἐν τοῖς σεδέτοις αὐτῶν τὸ προσφερόμενον εἶδος ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ τῶν αὐνόνων αὐτῶν δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ ἐκδίκου ἐξ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

Η ἐπιτομὴ τῆς. κ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Οὐδεὶς στρατεύεται εἰμὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τριῶν ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων χριστιανὸς ὀρθόδοξος συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτῆς διδομένων. εἰ δὲ τοῦτο παραμεληθῇ δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ. κ. καὶ (4) ὁ στρατευσάμενος. ι. καὶ ἐκβάλλεται καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωροῦνται (5) καὶ ποιναὶ τοῖς πριβάτοις εἰσάγονται κινδύνῳ τοῦ κόμητος.

Η διάταξις. κβ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ (6) ἐπάρχῳ πραιτωρίων. οὐδένα ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προστάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐν

(1) πεντήκοντα. (2) ἐφεστῶτες. (3) φυλακῇ.
(4) στρατευόμενος. [5] αἱ ποιναὶ. (6) ὑπάρχῳ.

[a] *Epitome XVII. Conſtitutionis eiuſdem Imp. (cui ſimilis extabat. 11. ſub titulo ut nemini liceat.)*

Electione Epiſcopi, & primorum civium Sitonæ (*b*) fiant ex militantibus ordinibus provincialibus, aut ex veteranis, aut ex tironibus, ſive militaturis. Qui id tranſgreſſus fuerit, XXX. libris (*c*) multetur.

[*d*] *Epitome XVIII. cuius initium eſt,* Sancimus. *eiuſdem Imp. (cui ſimilis extabat XIX. de erogatione militaris annonæ.)*

Milites, qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtunt in ſuis, ut vocant, ſedetis, ſive ſtationibus, (*e*) ſpecies ad ſe pertinentes ex civitatibus, aut ex ejus regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu Epiſcopi, aut magiſtratus, aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus, accipiant; neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

XIX. Jubemus.

[*f*] *Epitome XX. Conſtitutionis Leonis, aut Juſtini Imp. (quæ refertur Nov. CIX.)*

Nemo militet, qui non apud acta teſtificatus cum tribus teſtibus ſit, propoſitis ſacroſanctis evangeliis, ſe eſſe Chriſtianum orthodoxum. Fiantque acta apud eum magiſtratum, ſub quo militaturus eſt; & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum ſit: dabit libras quinquaginta is magiſtratus, ejuſque officium XX. qui vero militavit, X. atque a militia eiicietur; teſtes, qui pejeraverint, in corpus punientur. illæ vero multæ comitiis periculo rebus privatis inferentur.

XXI. Si Præſens. *Juſtiniani.*

(g) *XXII. Idem Imp. Menæ Præf. Præt.*

Neminem in carcerem mitti volumus ſine juſſione eorum, qui in hac felici civitate, aut

narum, ſive mimorum, ſive etiam tragici forent. Chori appellatione utitur pro muſicis quibuſcumque, qui ſcænæ, aut theatro ſervirent, quales thymelicos fuiſſe diximus. Vide cap. 34. de ædil. edicto, & c. 79. de legat. 3. incip. Si chorus. A mimis pantomimi dicti ſunt, qui omnia imitabantur geſtu potius, quam voce; de quibus in Digeſtis aliquot locis.

(a) *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, de qua ſupra.*

(b) *Præfecti frumento emendo ita Græce appellantur, & munus id Sitonia. Vide titulum ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ.*

(c) *L. libris alii habent.*

(d) *Epitoma ex dicta ſæpius collectione ſumpta eſt.*

(e) *Vidend. Theophilus in inſtit. de militari teſtam. p. 1. qui rectius utitur eo verbo, quam Latini libri, in quibus eſt* In ſuis ædibus, *pro* In ſuis ſedibus. *Sic conſtit. ult. de reſtit. milit.*

[f] *Epitome hæc etiam ſumpta eſt ex eadem collectione. Refert Nov. 109. Authent. de privil. dotis hæret. mulier. in princ.*

(g) *Ex eadem collectione ſumpta eſt. Similis fuit ſub titulo de cuſtodia reorum conſtitutio ſexta Græca.*

ἐνδόξων ἢ περιβλέπτων ἢ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκδίκων βουλόμεθα. ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβληθέντων ἢ ἐμβαλλομένων τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν τὴν τετράδα ἢ τὴν παρασκευὴν τὰς ἐν ταῖς φυλακαῖς διερευνᾶσθαι καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῆς αὐτῶν κατοχῆς αἰτίας. καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν ὄντες εἴτε ἐλεύθεροι εἴτε ἐπὶ χρήμασιν εἴτε ἐπ' ἄλλοις ἐγκλήμασιν εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι, παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους ἄρχοντας ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκεῖνα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους περὶ τούτου καταπεμφθεῖσα θεία ἡμῶν διαγορεύει διάταξις. ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἴ τινα ῥᾳθυμίαν εἴδοιεν γινομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων ταύτην μηνύειν ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥᾳθυμούντων ἐνεχθείη κίνησις. Dat. XVII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

Η. κγ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

O αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ἰδιωτικὰς φυλακὰς πᾶσι τρόποις ἐν πόλεσιν ἢ ἐν κώμαις ἀπαγορεύομεν καθίστασθαι αὐτῶν δηλαδὴ τῶν κατεχομένων προνοίᾳ τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων. Dat. XII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

Η. κε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

O αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ὅσα περὶ τῶν καλουμένων κύβων ἤτοι κόττων καὶ τῆς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἐξερευνᾶν καὶ γινόμενα παύειν καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν. Dat. X. Kal. Oct. CP. Decio COS.

Η. κϛ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

O αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσηκόντων πολιτικῶν προσόδων ἢ πόρων ἐκδημοσίων ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν χρημάτων παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων ἢ δωρουμένων ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων ἢ τεχνοποιηθησομένων εἴτε εἰς ἔργα εἴτε εἰς σιτωνίαν εἴτε εἰς δημόσιον ὁλκὸν εἴτε εἰς ἐγκαύσεις βαλανείων εἴτε εἰς (1) λιμένας εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομὰς ἢ γε-

(1) λίμνας.

aut in provinciis ſunt Glorioſi, Spectabiles, atque Clariſſimi magiſtratus, item defenſorum, qui in ſingulis municipiis ſunt. De his autem, qui miſſi ſunt, aut mittentur, locorum Epiſcopi aliquo hebdomadis cujuſque die, quarta puta; (*a*) aut ſexta feria carcerem perſcrutentur; & cum diligentia captionis cauſas cognoſcant, ſervi ſint, an liberi, propter pecuniariam cauſam, an propter alicujus criminis accuſationem, an propter cædem factam miſſi ſint. Operam autem dent, ut Glorioſiſſimi, Spectabiles, & Clariſſimi magiſtratus hujus felicis urbis, & provinciarum illa faciant, quæ ſacra noſtra conſtitutio (*b*) ad Glorioſiſſimos Præfectos miſſa diſponit. Licentiaque detur ejus temporis religioſiſſimis Epiſcopis, ut ſi quidquam noverint negligentius eſſe factum ab iis, qui tunc erunt Glorioſiſſimi, Magnificentiſſimi, & Clariſſimi Magiſtratus, aut a cohortibus, quæ eis obediunt: id renuntient; ut competens adverſus negligentes accuſatio moveatur. Dat. XVII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

(c) XXIII. Idem Imp. Menæ Præf. Prat.

PRivatos carceres modis omnibus in urbibus, atque in vicis conſtitui vetamus: ipſis, qui cuſtodiuntur, videlicet cuſtodia liberandis cura, & providentia Epiſcopi ejus regionis. Dat. XII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

XXIV. Nemini licere.

(d) XXV. Idem Imp. Demoſtheni Præf. Præt.

QUÆ de alea, ſive ut vocant, cottis, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt; ea liceat Dei amiciſſimis Epiſcopis, & perſcrutari, & cohibere, ſi fiant; & flagitioſos per Clariſſimos Præſides provinciarum, & patres, defenſoreſque civitatum ad modeſtiam reducere. Dat. X. Kal. Octob. CP. Decio COS.

(e) XXVI. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.

DE iis, quæ ſingulis annis ad civitates pertinent, ſive civiles reditus ſint, ſive fructus ex publicis, aut privatis pecuniis, quæ ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut inſtituuntur, ſive ad opera, ſive ad rem frumentariam, ſive ad publicos aquæductus, ſive ad balneorum calefactionem, ſive ad portus, ſive ad murorum, aut turrium ædificationem, ſive ad pontium, atque viarum re-

(a) *Refert Euſtath. tit. 3. cap. 5. de temporibus.*

(b) *Hanc arbitror deſiderari ſub titulo de cuſtodia reorum.*

[c] *Hæc quoque conſtitutio ex eadem collectione ſumpta eſt. Similis fuit conſtit. 2. de privatis carceribus.*

(d) *Sumpta eſt ex eadem collectione. Videnda conſtit. 1. Græca de aleæ luſu, quæ male ab aliis ult. de religioſis conſcripta eſt.*

[e] *Ex eadem collectione ſumpta eſt hæc etiam conſtitutio.*

γεφυρῶν ἢ ὁδοστρωτιῶν ἐπανόρθωσιν ἢ ἁπλῶς εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωροῦσιν εἴτε ἀπὸ δημοσίων εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν ὡς εἴρηται προφάσεων θεσπίζομεν εἰς τ' αὐτὸν συνιόντας τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τρεῖς τε τῶν εὖ ὑπολήψεων καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν πόλιν ἔτους ἑκάστου ἐποπτεύειν τὰ γενόμενα ἔργα καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι καὶ λογοθετεῖν τοὺς ταῦτα διοικοῦντας ἢ διοικήσαντας καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι τὸ πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα ἢ δεδιοικῆσθαι τά τε σιτωνικὰ χρήματα τά τε λουτρωνικὰ ἢ περὶ ὁδοστρωσίας ἢ περὶ ὁλκοὺς ὑδάτων ἢ ἕτερα τοιαῦτα τινὰ ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον καὶ ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι ὡς ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας ἢ καὶ ὑπεύθυνος μὲν ὤφθη τὸ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκε καὶ οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχηκότα τῆς πράξεως. στέλλομεν γὰρ ἡμεῖς ἡνίκα ἂν βουληθείημεν τὸν ἡμῖν δοκοῦντα ὃς ἐποπτεύσει τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα λογοθέσια καὶ εἴπερ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι ψῆφον ποιήσεται τὸ ἀσφαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν καὶ διαδόχοις τελείως περιποιοῦσαν ἐφ' ᾧ μηκέτι δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ἐπιλελεῖφθαι πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων οὕτω σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων. ὡς τῆς ἡμετέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης ἡνίκα ἂν βουληθείημεν ἐξετάσεως. χρὴ μέντοι σπουδάζειν τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιουμένους τοὺς λογισμούς. ὅπως ἂν τὰ ἔργα εἰς ἅπερ ἅπαντα τῆς δαπάνης ἀφωρίσθη καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιμελῶς γένοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀνανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. εἰ μέντοιγε μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑπέχειν ὁ ταῦτα διοικήσας, μηδὲ ἀνάσχοιτο τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο ἀφωρισμένων εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως ζημίας πάσης χωρὶς συνωθούμενον ἐφ' ᾧ τε πᾶσι τρόποις λογισμοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῆς πόλεως καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλεσθαι παρ' αὐτοῦ ἀποδοῦναι τῇ πόλει. πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις Diſcuſſoras ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. ἀλλ' εἴτι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν τηνικαῦτα εἰ μὲν θεῖός ποι τύπος κατὰ συναρπαγὴν πορισθείη. ἄδειαν εἶναι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως προσδέχεσθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν πρόσταξιν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμμένην, εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονε. ὥστε εἰ κατά τινα γενόμενος φανείη συναρπαγὴν τηνικαῦτα τὸ γενόμενον ἄκυρον εἶναι, κινδυνεύοντα ὑποστῆναι τὸν τοῦτο πορισάμενον. εἰ δέ τις τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆφος ἢ καὶ κομμονιτώριον ἢ πρόσταγμά τι καὶ λογοθέσιον, περὶ τούτων δὲ τῶν προειρημένων κεφαλαίων ἐπιτραπείη παντὶ βουλόμεθα τρόπῳ τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας, μὴ προσίεσθαι ταῦτα ἀλλ' ἄδειαν εἶναι καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγεμόνι καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι καὶ πολίταις διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας προστάξεις, καὶ μηδὲ (1) ὀβολὸν ταύτης ἕνε-

(1) ὀβολὸν ἕνα.

refectionem, ſive ad publicas denique cauſas pertineant tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum eſt, cauſis: ſancimus, ut in unum conveniant religioſiſſimus Epiſcopus, ac tres bonæ exiſtimationis, & qui cæteris præſtant in ea civitate; ac ſingulis annis [a] inſpiciant opera facta, & curent, ut & metiantur, & rationem conficiant, qui ea adminiſtrant, aut qui adminiſtraverunt, & in monumentorum geſtione oſtendant impletionem operum, aut adminiſtrationem ſitonicarum, & balneariarum pecuniarum; ſive quæ in viis muniendis, aut aquæ ductibus, aut aliis rebus conſumuntur. Quæ omnia numquam omnino minui volumus. In monumentorum vero geſtione appareat, ſit ne ſolutus, an obligatus, qui ea adminiſtravit; & an quod debuit, ſolverit, atque ita erit cautum ei, qui eam curam ſuſcepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, ut inſpiciat rationes ab eis factas, & cum recte factas eſſe repererit, calculum feret, [b] quo ipſis, hæredibuſque, & ſucceſſoribus conſuletur; neque aliarum rationum, aut controverſiarum occaſio relinquetur. Omnia vero propoſitis ſanctis evangeliis diligenter fiant; nam inquiſitionem nos, cum libuerit, fieri jubebimus. Oportet itaque ſtudere religioſiſſimum Epiſcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, ut opera in ingentes ſumptus præſcripta ſingulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus, atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus ſubeſſe, qui ea adminiſtrat; neque ferat ſanctiſſimum ejus loci Epiſcopum, & illos poſſeſſores, qui ad eam rem conſtituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur id agere per clariſſimum provinciæ Præſidem, & cohortem, quæ ei parere ſolet, ac ſine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes ſubmittat religioſiſſimo Epiſcopo, & primis illis civitatis; quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur. Omnem vero libertatem tollimus noſtris Præſidibus mittendi in agros Diſcuſſores, aut Ratiocinatores, aut Exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed ſi quid hujuſmodi, nobis ignorantibus, fiet: ſiquidem ſacra forma ad aliquos per ſubreptionem emanaverit, liceat religioſiſſimo Epiſcopo ejus civitatis ſuſcipere quidem ſacram formam; renuntiare tamen nobis, ut nos cognoſcamus, an ex noſtra ad illum Præſidem juſſione, an per ſubreptionem facta ſit. Ut ſi per ſubreptionem facta eſſe videatur; quod factum ſit, inutile fiat, & periculum ſubeat, qui eam quæſivit. Si vero ab aliquo e noſtris Præfectis emiſſum decretum, aut commonitorium ſit, aut præceptum aliquod, aut rationum ſcriptura: & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus, ut modis omnibus non ejus urbis Epiſcopus, & primi civitatum illis rebus præficiantur; ſed liceat provinciæ Præſidi, & ipſis poſſeſſoribus, ac civibus juſſiones reicere,

[a] *Refert Euſtath. tit. 24. cap. ult. de temporibus.*

[b] ψῆφον ποιήσεται *ſignificare videtur redditis rationibus liberationem.*

Digitized by Google

ἕνεκα τῆς αἰτίας παρέχειν. εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσειεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν δεσπότην θεὸν καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω ὅτι σιγὴν ἐσίγησεν ἀνελευθέραν τε καὶ ἱερατικῆς παῤῥησίας ἀναξίαν. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐμφανίζει κατὰ χώραν ἢ ἀρχόντων οἱωνδήποτε ἢ ὑπάτων προαγωγὰς ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων ἢ διατάξεων ἢ θείων κομμονιτωρίων ἢ γραμμάτων γενικῶν μέντοι ἐμφανίσεις ποιοῖτο ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις μὴ εἶναι τούτῳ παῤῥησίαν περαιτέρω ἓξ νομισμάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ ἢ ἐφ' ἑκάστῃ διατάξει ἢ θείῳ κομμονιτωρίῳ ἢ γράμματι γενικῷ ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβεν. ὥστε ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἓξ μόνους κομίζεσθαι χρυσοῦς. εἰ δέ τι πλέον κομίσοιτο τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδοῦναι ἄδειαν ἔχοντος καὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦ τὸ κωλύειν. κἀνταῦθα τῶν ἴσων ἐπικειμένων ποινῶν τοῦτ' ἔστι τῶν δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ τῇ τε πειθομένῃ τάξει καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ εἴπερ ἐνδοῖεν αὐτοῖς ὑπεραπαιτεῖν βουλομένοις ἀλλὰ μὴ πᾶσι τρόποις τοῦτο κωλύουσιν οὐδενὶ γὰρ παντελῶς ἐφίεμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιούτους τινὰς τύπους περὶ τῆς ἐπαρχίας ἐκπέμπειν περὶ τῆς ὑδρορόων ἤτοι ὑπονομῶν ἢ ἀνακαθάρσεως ἢ περὶ τῆς τῶν οἰκοδομημάτων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γενομένων καταλύσεων ἢ τῶν καλουμένων (1) προδουλείων καὶ ἐρειπίων τόπων ἢ τοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς ἢ περὶ εἰκόνων ἢ τοιούτου τρόπου ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις καὶ κτήτορσι καὶ πολίταις τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τούτου μὴ προσίεσθαι τοῦτον ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἴσπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένην τῆς αὐτῆς ἐπιούσης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἰ μὴ τοῦτο κωλύσαιεν. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ πλατείαις ἢ ὅπου δήποτε κείμενον συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου τισί. τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν καλουμένων νομῶν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τῶν ἐκ θείου τύπου τισὶν ὑπηργμένων ἀναζητεῖν καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον τὸν δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν ἀλλ' οὐδὲ προφάσει ἐγγυητικῶν ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ὑποτελεῖς ἢ ὑπὲρ τὰ τῆς ἐντολῆς ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεων οἱ ὑπομνησθέντες ὅρκῳ γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν τηνικαῦτα μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος παρέχειν χωρὶς μέντοι ζημίας ἁπάσης εἰ δὲ

cere, ac ne obolum quidem ea de cauſa præſtare. Si vero in ea re ſanctiſſimus Epiſcopus negligens fuerit: habebit & Dominum Deum noſtrum infenſum, & imperialem vindictam expectabit; ſi ea ſervili ſilentio, ſacerdotalique licentia indigno præterierit. Si quis autem (*a*) in provincia renuntiaverit magiſtratum, aut Conſulum proceſſiones; [*b*] ſive generales formas glorioſiſſimorum Præfectorum, aut alicujus alterius e noſtris magiſtratibus ſive conſtitutionem, ſive ſacrum commonitorium, ſive generales litteras, ſive erectionem imperialium ſtatuarum indicaverit; non liceat amplius ſex nummis aureis in ſingulas nuntiationes, aut in ſingulas formas, aut conſtitutiones, aut ſacra commonitoria, aut generales litteras, aut ſtatuarum erectiones accipere in ſingulis provinciis, ad quas litteras accepit: ac licet multæ ſint in ea provincia urbes; nihil amplius præſtetur, quam illi ſex nummi. Si quid vero amplius acceperit, ejus quadruplum reſtituat; liceatque ejus urbis Epiſcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri & provinciæ Præſidi, & ei ſubdito officio, & Epiſcopo imponitur, ſi illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. Nemini enim omnino permittimus noſtrorum magiſtratuum hujuſmodi formas circa provincias emittere de rivorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut ſtationum a porticibus, aut eorum, quæ produlia [*c*] appellantur, aut de ruderum, ac dimidiatarum columnarum everſione, aut de imaginibus, aut ſi quid alio pacto ſit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuſcumque controverſiis. Sed liceat Epiſcopo, & iis, qui primi ſunt ejus urbis, & Præſidibus provinciarum, & poſſeſſoribus ac civibus inſinuata aliqua forma ei quidem non deferre, ſed prohibere, ac coercere omnem exactionem, omnemque vim, quæ ex eo eveniat: eademque pœna afficiat ſanctiſſimos Epiſcopos, niſi id prohibuerint. Sed & oportet Epiſcopum, ac patrem civitatis, & cæteros bonæ opinionis poſſeſſores providere; ne locus aliquis civilis, aut publicus juxta muros urbis, aut in publicis porticibus, aut in plateis, aut in quocumque alio loco, ab aliquo indebite poſſideatur; neve publicus locus alicui ſine noſtra ſacra forma tradatur. Idem inquirant de aquarum diſtributione, quæ ſacra aliqua forma cuique pertineat, ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competat. Neque vero fidejuſſionis cauſa, aut ſupra mandati formam noſtros ſubjectos affici patiemur. Sed ſi quidem immobiles res habeant idoneas, jusjurandum tantum præſtent, & conſcribatur: ſin autem non habeant; uſque ad quantitatis æſtimationem fidejuſſionem

ſine

(1) προδουλίων quidam, quod baſes ſtatuarum ſignificat. Vide conſt. 4. *De diſcuſſoribus.*

[a] *Similis fuit conſtit. 2. Gr.ca publicæ lætitiæ, vel conſulum nuntiatores &c. & vide conſtit. Græcam 4. de diſcuſſoribus, quæ huic multis in rebus conſentiens eſt.*

[b] *Vide Nov. 105. Authent. de conſulibus.*

[c] *Sunt, qui* prudolia *legant, eaque interpretentur baſes ſtatuarum, quæ* ἰδώλια *dicuntur; alii ad ſervitutem ſtillicidii, vel cloacæ pertinere exiſtimant, alii* proluvia *ſcribunt, alii* proludia. *Nos idem verbum reperimus dicta conſtit. 4. de diſcuſſoribus.*

δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας κοινῇ συνιόντα εἰς ταυτὸ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τόν τε ἔκδικον τῆς πόλεως κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς ἐναγωγῆς ποσότητα καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ ἢ ἐξ ὠμοσίας πλὴν εἰ μὴ ἐξ ἰδικῆς ἡμῶν, ἢ τινὸς τῶν μεγίστων ἀρχόντων προστάξεως κελευσθείη τὸ πρόσωπον ἀγαγεῖν ἐγγυητῇ μὴ καταπιστεῦσαι. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν χωρὶς ἁπάσης ζημίας. κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν κρατουμένων ἐπιτιμιῶν κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν ἢ παραβαινομένου τινὸς μὴ θᾶττον ταῦτα μηνύσαιεν δηλαδὴ μὴ συγχωρουμένων αὐτῶν μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέρους τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι, μηδὲ διαγραφὴν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσι ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι πλὴν ἢ μόνων ἐκείνων τῶν αἰτιῶν ἃς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προαγωγῶν καὶ τῶν διατάξεων καὶ θείων ἢ γενικῶν κομμονιτωρίων ἢ τύπων ἢ γραμμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν, καὶ ἅπερ αὖ ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχὸν ἢ εἰς σιτωνίαν ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασιν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ἀγόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἠπειλημένων. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα καὶ μὴν καὶ ἀπαγορευομένων μετάτων καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμῶν καὶ τούτων ὅσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγενημένῃ πέρας [1] ἐκτιθέναι προσήκον. Dat. VIII. Kal. Jul. Chalced. Lamp. COS.

ſine ullo damno præbeant. Si vero dubitaverint (*a*) exactores de fidejuſſorum fide, facultatibus, aut cautione: in eundem locum religioſiſſimus Epiſcopus, & Pater civitatis, ac Defenſor conveniant, & decernant, an idoneus eſſe fidejuſſor videatur uſque ad quantitatem, de qua agitur, & neceſſe habeat exactor ſuſcipere eum in fidejuſſorem, qui nihil pro fidejuſſione, aut ſacramento præſtabit: præterquam ſi privata noſtra, aut cujuſquam magiſtratus majoris juſſione perſonam ducendam eſſe, fidejuſſori non eſſe credendum decernatur: tunc enim licebit exactori fidejuſſorem non accipere; id vero agere ſine ullo detrimento. Cæterum eadem multa adverſus religioſiſſimum Epiſcopum, & clariſſimæ provinciæ Præſidem imponitur; ſi quid eorum tranſgredi paſſi fuerint; aut ſi, cum tranſgreſſum erit, non id ſtatim renuntiaverint. Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a noſtra conſtitutione (*b*) pro ſportulis accipiatur; neve deſcriptio (*c*) ob aliquam cauſam in civitatibus fiat; niſi ob illas tantum, quas ſupra enumeravimus, renuntiationes proceſſionum, conſtitutionum, ſacri & generalis commonitorii, aut formæ, aut litterarum, & hujuſmodi omnino rerum, de quibus antea ſanximus, item quæ propter ſuam conſervationem, atque ſalutem cives facere voluerint: ad opera forte publica, vel ad ſitoniam, vel ad aliam quamvis cauſam, quæ omnibus placeat propter urbis honorem fieri, ex quo Reſp. adjuvetur. Contra eos vero, qui hæc tranſgredi tentaverint, & ſi ad nos religioſiſſimi Epiſcopi id non retulerint, ea ſerventur, quæ antea a nobis comminata ſunt. Atque oportet ſingularum urbium Dei amantiſſimos Epiſcopos, cum omnia cognoverint, quæ a nobis de his rebus diſpoſita ſunt; & de metatorum exactione, (*d*) & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus, quæ noſtra ſacra conſtitutione continentur, quæ de omnibus edita eſt; finem competentem imponant. Dat. VIII. Kal. Julias Chalced. Lamp. COS.

XXVII. De creationibus.
XXVIII. Tam dementis.

Η. κ θ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλ.

Ὁ Αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Θεσπίζομεν μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν εἴτε παρά τινος συγκληρικοῦ εἴτε παρὰ τῶν καλουμένων λαϊκῶν πρὸς εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης. ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καθ' ἣν ὁ κληρικὸς διάγει, εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον παρὰ τῷ τῆς [2] μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τοῦτο πράττειν εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὔτε τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῷ ἀρέ-

(*e*) *XXIX. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

SAncimus, ut nemo venerabilis clericus ab aliquo ſive clerico, ſive laico ab initio apud beatiſſimum provinciæ Patriarcham accuſetur. Sed prius juxta ſacra inſtituta apud Epiſcopum civitatis, in qua clericus verſatur; tum ſi is ſuſpectus eſt, apud Metropolitanum Epiſcopum, reum agat. Sed ſi forte, ne ei quidem accuſatio pla-

(1) ἐπιτηδείαν. (2) πόλεως.

(a) *Similis eſt conſtit. 2. de ſportulis Græca.*
[b] *Eadem 2. de ſportulis.*
[c] *Vidend. ſimilis conſtit. 2. Publicæ lætitiæ &c. de qua ante diximus.*

[d] *Vide titulum de metatis, & epidemeticis. Metatores olim hoſpitia militibus parabant, & caſtrorum metatores dicebantur. Eo prætextu nonnunquam municipia vexabant, dictaque metata ſunt ea onera præbendorum hoſpitiorum.*
(e) *Ex eadem collect. hæc quoque ſumta eſt.*

ἀρέσκοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον [1] τὴν τῆς χώρας ἄγειν αὐτὸν δικαζόμενον· τριῶν ἅμα τῷ μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας προτελούντων, καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς ὅλης συνόδου ἐξεταζόντων, καὶ εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκριμένα, πραγμάτων ἀπηλλάχθαι· εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι, τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν ὡς ἂν εἰ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς εἰρημένος δικαστής. κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται, τῷ αὐτῷ τούτῳ φυλαττομένῳ καὶ εἴπερ ἐπίσκοπος ὁ (2) μεμφθεὶς εἴη εἴτε παρά τινος τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἴτε παρά τινος τῶν θεοφιλεστάτων κληρικῶν εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινὸς θεοφιλοῦς ἐπισκόπου. τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτίας εἰσαποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέραν ἀπάγεσθαι χώραν παντελῶς ἀπαγορεύομεν, πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίασιν τις ἐπὶ τούτῳ θείη ἐφ' ὧτε παραπεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια μὲν ἔστω τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις, γράμματα δὲ γίνεσθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπηγορευμένον τρόπον· οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς κατιέναι καὶ ἀμετρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπομιμνησκομένους ἐπιτρίβειν, ὁποῖον δή τι μέχρι τοῦ νῦν ἁμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν. ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ προσώπῳ τῶν ἐγκαλουμένων οὐπεραιτέρω τὴν ἕκτην τοῦ νομίσματος μοῖραν κατὰ πρόφασιν σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν στελλομένοις· ἢ εἴπερ ἐπίσκοπος εἴη ὁ πεμφθεὶς ἄχρι νομισμάτων ἓξ ἐφ' ὁτῃδήποτε ποσότητι καὶ δίκῃ ὁποιᾳδήποτε αὐτὰ παρέχεσθαι μόνον· καὶ πλέον τούτου μηδὲν αὐτῷ τούτῳ κομιούτος καὶ ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθείη τις αἰτίασις κατά τινος καὶ (3) τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρικῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ τῶν σπορτούλων καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνείδομεν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦμεν. εἰ μέντοι παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέσεως παρὰ τῷ θεοφιλεστάτῳ πατριάρχῃ ἤ τινι τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἢ ἄλλῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνεχθείη ψῆφος καὶ μὴ στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους, ἔκκλητός τε γένηται, τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν, κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι νῦν κρατοῦν

(1) τῆς. (2) πεμφθείς. (3) ἤ.

placuerit: ad ſacram ejus regionis ſynodum accuſatum deducat; & cum Metropolitano tribus convenientibus religioſiſſimis Epiſcopis, qui cæteris propter ordinationem præferuntur, de cauſa coram tota ſynodo cognoſcatur, & ſiquidem ei, quæ judicata erunt, placuerint; ab accuſando diſcedat: Si vero ſe lædi exiſtimaverit; provocet illius provinciæ beatiſſimum Patriarcham; atque iis, quæ ipſe judicaverit, omnino pareat; perinde, ac ſi eum initio judicem eſſet conſecutus. Nam contra horum antiſtitum ſententias non eſſe locum appellationi, a majoribus noſtris conſtitutum eſt. (*a*) Hoc idem ſervandum eſt; ſi Epiſcopus ab aliquo laico, ſive ab aliquo clerico, ſive ab altero religioſiſſimo Epiſcopo accuſatus ſit. Nam ut ſtatim accuſatio ad ſanctiſſimos Patriarchas deferatur; & ut accuſati in aliam provinciam mittantur; omnino prohibemus, præterquam ſi accuſationem quis ob eam rem intulerit, quod cauſa illius regionis religioſiſſimo Epiſcopo commiſſa fuerit. Quo caſu licet ad ipſos quoque ſanctiſſimos Patriarchas deferre accuſationem. Litteræ tamen conficiantur ad aliquem ex Epiſcopis eorum locorum, ut is cauſam audiat, ut antea a nobis dictum eſt. Non vero ei liceat facere, ut deſcendant in provincias venerabiles clerici, & immodicas ſportulas, dum accuſantur, inferant: qua in re huc uſque peccatum eſſe cognovimus. Neque enim in ſingulas reorum perſonas plus ſexta aurei nummi parte pro ſportulis dari concedimus iis, qui a ſanctiſſimis Patriarchis, ac Metropolitanis mittuntur; aut ſi Epiſcopus miſſus eſt, ſex tantum aurei ex quacumque quantitate, ac cauſa; neque quicquam amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accuſatio contra Epiſcopum, qui ſub eo ſit, aut ejus provinciæ clericum defertur. Nam ſi in civilibus judiciis moderari ſportularum, & ſumptuum modum curavimus, eaque ex lege præſtari [*b*] voluimus; multo magis in Eccleſiaſticis accuſationibus modum ſervari ſancimus. Enim vero ſi remiſſa cauſa ad ſanctiſſimum Patriarcham, aut ad aliquem ex religioſiſſimis Metropolitanis, aut ad alium Dei amantiſſimum Epiſcopum, ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac provocetur: ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio, (*c*) in qua, ut adhuc ſervatum eſt, lis

(a) *Has conſtitutiones exiſtimo nos non habere: eaſque intelligere oportet, ſalva Sedis Apoſtolicæ Romanæ auctoritate, ad quam licet omnibus appellare: idque Nicæno Concilio ſtatutum fuiſſe multi teſtantur. Julius in epiſtola ad Orientales cap. 18. 19. & 41. Zoſimus in commonitorio relato in Concilio Carthaginenſi Græco, & Carthaginenſi 6. c. 3. Latino, & in epiſtola ejuſdem Concilii ad Bonifacium papam. Felix II. epiſt. 1. Leo epiſt. 12. Idem ſtatutum eſt in Concilio Sardicenſi cap. 4. & 5. Græcis, 5. 6. & 7. Latinis. Vide Innoc. 3. in Concilio Lateranenſi cap. 5. quod eſt cap. 23. de privileg. & Grat. 2. quæſt. 6. & 3. quæſt. 6. multis capitibus.*

(b) *Conſtit. 2. Græca de ſportulis.*

(c) *Si cauſa delegata eſt a Patriarcha Conſtantinopolitano, & commiſſa inferiori Metropolitano, aut etiam Primati, vel Patriarchæ; & provocetur a ſententia lata ab eodem inferiore: non dubium eſt, quin idem delegans appellationis ordinarius judex ſit. At ſi appelle-*

τοῦ ἐξετάζεσθαι. εἰ δέ τις τολμήσειε παρὰ ταῦτα (1) πρᾶξαι ἀναδώσει μὲν πᾶν ὅσον εἴληφε τῷ ὑπὲρ πραχθέντι διπλάσιον γενήσεται δὲ καὶ ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου μητροπολίτου τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος καταλόγων τὰς δὲ αἰτήσεις εἰ μὲν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώη τὸ πρᾶγμα κατάστασιν καὶ ἐξ ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ μητροπολίταις ἢ παρὰ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις κελεύομεν. εἰ δὲ πολιτικὰ τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη ἑκόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προτιθέναι συγχωροῦμεν ἄκοντας δὲ οὐκ ἀναγκάζομεν ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστηρίων εἴπερ ἐκεῖνα μᾶλλον αὖ θέλοιντο παρ᾽ οἷς ἔξεστι καὶ ὑπὲρ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς εἰσὶ καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα τινὲς δὲ καθ᾽ ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ᾽ αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἴτε μητροπολιτῶν εἴτε τῶν ἄλλων ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐκεῖνα θεσπίζομεν ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἤδη διετάξαμεν αὐτὸς γὰρ αὖ καὶ μητροπολίτης δικαίως (2) καλοῖτο ὁ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων ἔχων κανόνων. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lamp. COS.

lis cognoſcatur. Si vero quis auſus fuerit adverſus hæc quicquam tentare: is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto ei, qui negotium paſſus eſt, præſtabit: fietque eccleſiaſticæ multæ ſubjectus apud ſanctiſſimum Patriarcham, aut religioſiſſimum Metropolitanum, qui tunc erit ex Eccleſiaſticorum numero eiiciendus. Has autem actiones, ſiquidem ad Eccleſiaſtica negotia pertinent, neceſſe fore jubemus, ut a ſolis religioſiſſimis Epiſcopis, aut Metropolitanis, aut a ſacris ſynodis, aut a ſanctiſſimis Patriarchis cognoſcantur. Si vero civilium rerum controverſia ſit; volentes quæſtionem apud eoſdem antiſtites inſtituere, patiemur: invitos tamen non cogemus; cum judicia civilia ſint, ſi ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoſcere. Quoniam vero quidam ſunt ſanctiſſimi Patriarchæ, qui in provinciis, in quibus exiſtunt, Metropolitanorum officium gerunt; alii per totam diœceſim Epiſcoporum Metropolitanorum, atque aliorum, qui ſub eis ſunt, ordinationes faciunt: ea de cauſa illud obſervari ſancimus, quod de Metropolitanis antea diſpoſuimus. Is enim jure Metropolitanus vocatur, qui in Epiſcopos minores ex ſacris regulis eam poteſtatem habet. Dat. XV. Kal. Novemb. CP. Lamp. COS.

H. λ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ιωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων θεσπίζομεν τὰς κηδεμονίας τῶν νέων εἴτε τῆς πρώτης εἴτε τῆς δευτέρας εἶεν ἡλικίας ἢ καὶ ἕτεροί τινες οἷς ὁ νόμος δίδωσι κηδεμόνας εἴ περ ἄχρι πεντακοσίων χρυσῶν καὶ μόνον τὰ τῆς περιουσίας εἴη τῶν νέων μὴ τὴν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν περιμένειν χειροτονίαν μηδὲ δαπάναις μεγάλαις περιβάλλεσθαι τῶν ἀρχόντων ἴσως οὐδὲ ἐνδημούντων ταῖς πόλεσιν ἐκείναις ἐν αἷς προϊέναι τὴν κηδεμονίαν συμβαίνει ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ κατὰ τὴν τῶν Αλεξανδρέων παρὰ τῷ ταύτης juridico ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ταύτης ἐπισκόπῳ ἢ καὶ δημοσίοις προσώποις εἴγε εὐποροίη τούτων ἡ πόλις γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας διδομένου κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων προσώπων κρίσιν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προϊόντων ὁπόσα ἐπὶ τῶν κηδεμόνων ἐγγυητοῦ τε πρὸς τὸ μέτρον εἴθισται μόνης τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς παρ᾽ ἧς ταῦτα πράττεται διὰ τὸ τῶν νέων χρήσιμον ἀπὸ τῆς παρούσης νομοθεσίας εἰσαγομένης πάντων δηλονότι ἐπὶ μόνῃ δύο νομισμάτων δόσει πραττομένων. διόπερ καὶ μάλιστα ἡ τοιαύτη τίθεται διάταξις ποινῆς ἐπικειμένης εἴ τις πλέον λαβεῖν θαῤῥήσειεν ἢ ἀναβάλλοιτο καταστῆσαι τὴν κηδεμονίαν ἐλπίδι μείζονος κέρδους καὶ οὐ μόνον τριπλάσιον ἀναδιδόντος πᾶν ὅπερ ἂν λάβοι ἀλλὰ καὶ αὐ-

(a) XXX. Idem Imp. Joanni Præf. Præt.

SAncimus, ut in tutelis, & curationibus pupillorum, atque minorum, item eorum, quibus lex curatores decernit; ſiquidem facultates eorum quingentis tantum aureis æſtimentur; minime expectetur Præſidum provinciarum creatio; neque magnis ſumptibus ſubiiciantur: ſi forte Præſides ab eis urbibus, in quibus tutorum, aut curatorum datio deſideratur, abeſſe contigerit. Sed apud illius civitatis Defenſorem, aut apud Magiſtratum municipalem, & Alexandriæ apud Juridicum una cum ejuſdem civitatis Epiſcopo, aut etiam præſentibus publicis perſonis, ſi quidem plures ſint in ea urbe, datio tutoris, ac curatoris fiat; & fidejuſſor juxta facultatum modum præſtetur dictarum perſonarum arbitrio; & alia omnia accedant, quæ in aliis tutoribus, & curatoribus, ac fidejuſſoribus idoneis accedere ſolent. Hæ autem ſolum perſonæ, apud quas hæc geruntur, propter pupillorum, atque minorum ſecuritatem, per præſentem conſtitutionem periculum ſubeant: quæ omnia duorum ſolidorum tantum datione conficiantur; & hanc præſertim ob cauſam hæc conſtitutio ſcripta eſt. Quod ſi quis amplius accipere auſus ſit; aut ſi differat conſtituere tutorem, aut curatorem majoris lucri ſpe: non ſolum in triplum ejus, quod accepit, reſtituendi pœ-

(1) τι πρᾶξαι. (2) ἀξίως.

letur a Patriarcha Alexandrino, vel Antiocheno: non Conſtantinopolitanus, ſed Romanus judex erit. Quod ſi Patriarcha inferior ſit, quos rectius Primates appellant; ab ejus ſententia jure ad Patriarcham ſuperiorem provocatur. Is enim parum a Metropolitano abeſt, ut hac eadem conſtitutione paulo poſt expreſſum eſt.

(a) *Hæc etiam ſumpta eſt ex eadem collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum: ejus mentio fit ſub titulo de Atiliano tutore in Inſtit.*

αὐτοῦ τοῦ φροντίσματος ἀποκινουμένου· ἡνίκα δὲ αὖ παρὰ ἐκδίκῳ γίνοιντο αἱ τῶν κηδεμόνων περιβολαὶ παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις ἀποτίθεσθαι τὰ πραττόμενα θεσπίζομεν. ὥστε εἶναι διηνεκῆ τοῦ πράγματος μνήμην καὶ μὴ παραπόλλυσθαι τοῖς τυχοῦσι τῆς κηδεμονίας τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν τῶν ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως κηδεμονιῶν παρὰ μόνῳ τῷ λαμπροτάτῳ πραίτωρι πραττομένων καθάπερ ἤδη νενομοθέτηται. Dat. V. Kal. Aug. CP. poſt COS. Lamp,

pœna teneatur; ſed & removeatur ab adminiſtratione. Cum vero apud Defenſorem fiet tutoris, aut curatoris datio, præſente ejus urbis Epiſcopo; in ejuſdem ſacroſanctæ Eccleſiæ archivo acta deponi ſancimus, ut perpetua ſit geſtæ rei memoria; neve fortuitis caſibus ſatiſdatio tutoris, ac curatoris ſubiciatur. In hac vero magna urbe tutelæ, & curationes apud Clariſſimum Prætorem tantum gerantur, ut antea ſancitum eſt. Dat. V. Kal. Aug. CP. poſt COS. Lamp.

Η ἐπιτομὴ τῆς λβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

XXXI. Sancimus.

(*a*) *Epitome XXXII. Conſtitutionis ejuſdem Imp.*

ΑΝαβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ ἐμφύτευμα ἄδειαν ὁ ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτὸ καὶ ἐν μὲν κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πέρατι τῆς τριετίας (1) ἐκμαρτύρασθαι τοῦτο παρὰ τοῖς ὑπάρχοις ἢ τῷ ἐπάρχῳ ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου ἄρχοντι ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ τοῦ δεσπότου δυναστεύοντος· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καθ' ἣν ἐστὶν ὁ παραιτούμενος καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν καὶ εἰ μὴ δὲ (2) ὄντι δέξηται ὄντι τὸ ἐμφύτευμα λύεται καὶ κερδαίνει τὸ τέλος ὁ ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου ἕως οὗ ὁ δεσπότης στείλῃ διὰ μαρτυρίας αἰτιατῶν ἐξ ἐκείνου γὰρ οὐ μὴν ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου λήψεται καὶ ἐπὶ τριετίαν μετὰ τὴν διαμαρτυρίαν ἀγνωμονοῦντα τὸν ἐμφυτευτὴν ἐξεῖσθαι δύναται.

Recuſante domino ſuſcipere canonem, licet emphyteutæ id teſtari: atque Conſtantinopoli in fine triennii apud Præfectos Prætorio, aut apud Præfectum urbis, aut apud competentem magiſtratum ejus, qui accipere recuſat, aut apud Patriarcham, ſi Dominus potens ſit; in provinciis vero apud Præſidem, aut cum in ea urbe non erit, apud Defenſorem, aut apud Epiſcopum ejus civitatis, ex qua recuſans dominus eſt: & unius eorum teſtimonium accipiet. Ac ſi ne tunc quidem canon recipiatur: pecunia non ſolvetur, & emphyteuta eam lucrabitur ſequenti quoque tempore, quo ad dominus mittat, qui cum teſtatione eam repetat: ex quo tempore, non etiam ex ſuperiore, canonem accipiet: ac triennio poſt (*b*) eam teſtationem exacto emphyteutam ſolvere recuſantem expellere poterit.

Η. λγ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

(*c*) *XXXIII. Idem Imp. Religioſiſſimis Epiſcopis totius orbis.*

Ο αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις θείαν ἐποιησάμεθα διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες οὐδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς (3) σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκειν οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τῆς (4) αὐτῆς ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου (5) χρυσίον ῥητὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν ἀλλ' εἴπι τοιοῦτο (6) γένηται κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διεταξάμεθα δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιαζομένους ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζόμενος εἴη ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων (7) δίδομεν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα (8) πάσχουσαν ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητὴν τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρ-

Sacram conſtitutionem [*d*] fecimus; qua nemini permiſimus invitam mulierem ancillam, liberamve in ſcenam, aut in orcheſtram (*e*) trahere; neque diſcedere volentem prohibere, ab ejus fidejuſſoribus pecuniam pro hac re promiſſam repetendo. Sed, ſi quid hujuſmodi fieret; & a clariſſimarum provinciarum Præſidibus, & a religioſiſſimis Epiſcopis earum civitatum, conſtituimus, ut prohiberetur: licentia vero præſtita eſt Epiſcopis una cum CL. viro provinciæ Præſide vel invitas mulieres ad ſe ducere; ac vim inferentes, aut eos, qui prohibent, ne ab eo opere amoveantur; publicatione bonorum, & exilio coercere. Si vero provinciæ moderator eſt, qui vim infert, aut qui mutationem vitæ prohibet: liceat ad ſolum Epiſcupum accedere eam, quæ id patitur, aut ejus fidejuſſorem. Is vero ſe opponat magi-

(1) ἐκ μαρτύρας. (2) ὄντως. (3) σκηνὴν ἢ εἰς.
(4) τὰς. (5) χρυσίον. (6) γένοιτο.
(7) διδοῦσαν. (8) παρασχοῦσαν.

[a] *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione.*
[b] *Refert Euſtath. tit. 25. cap. 13. & tit. 26. cap. 3. de temporum intervallo.*
(c) *Ex eadem collectione ſumpta eſt.*
(d) *Ult. de nuptiis Græcam. Vide etiam 14. Græcam ſub hoc eodem titulo, & 7. de ſpectaculis.*

(e) *In ſcena verſabantur hiſtriones, in orcheſtra muſici canebant; hi etiam thymelici dicebantur, illi mimi. Vide, quæ diximus dicta 14. conſtit.*

ἀρχὴν ἔχοντι καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ἢ μὴ γενόμενο πρὸς τοῦτο ἱκανοὶ μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐπεξεχθῆναι ποινὴν τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύτας γυναιξὶν ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον καὶ εἰ τυγχάνοιεν τοῖς τιμιωτάτοις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι μηκέτι δεομένας βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσας γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι. τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν τατῶν διατάξεων τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερὰ διὰ τοῦτο συνελθόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα τὴν δε τὴν θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι ταῦτα φυλάττοιτε τό τε ἐκ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἐπὶ τούτων παραβαίνουσι λογιζόμενοι. Dat. Kal. Nov. CP. DN. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino COS.

ſtratui, neque ei patiatur injuriam fieri; aut ſi non fuerit huic rei ſatis idoneus, referat noſtro imperio, ut debitas a nobis pœnas ſuſtineat, fidejuſſionibus videlicet diſſolvendis, & fidejuſſoribus ſine damno conſervandis. Poteſtas autem præbetur mulieribus liberis, ingenuiſve ab ea vita ſeparatis ad legitimas nuptias venire. Ac ſi contigerit honeſtiſſimis dignitatibus præditos eas ducere; non indigeant principali reſcripto; ſed poteſtatem habeant nuptias contrahendi, nuptialibus omnino inſtrumentis intervenientibus. Eademque de filiabus ſcenicorum diſpoſuimus. Illam itaqne conſtitutionem quinto libro conſtitutionum hujus Codicis noſtri nominis (a) ad civiles magiſtratus inſcriptam poſuimus. Quoniam vero oportebat per hanc noſtram ſanctionem vobis quoque totius orbis Epiſcopis eadem ſignificare: ea de cauſa placuit eadem pleniore interpretatione conſtituere; & hanc ſacram conſtitutionem fecimus; eamque ad vos miſimus; ut qui honeſtatem perſancte conſervatis, ac modeſtiam vobis vindicatis; hæc ipſa cuſtodiatis. Sed & a magno Deo noſtro timorem, a noſtro imperio vindictam, ſi quid eorum tranſgreſſum ſit, caveatis. Dat. Kal. Nov. CP. DN. Juſtin. PP. A. IV. & Paulino COS.

Η. λ δ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. σφόδρα πιστεύομεν ὡς ἡ τῶν ἱερέων καθαρότης τε καὶ εὐκοσμία καὶ ἡ πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συντονία καὶ αἱ παρ' αὐτῶν ἀναπεμπόμεναι διηνεκεῖς εὐχαὶ πολλὴν εὐμένειαν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ καὶ αὔξησιν παρέχονται δι' ὧν ἐστιν ἡμῖν καὶ βαρβάρων κρατεῖν καὶ γινώσκεσθαι κυρίοις ἐκείνους ἅπερ πρόσθεν οὐκ εἴχομεν καὶ ὅσωπερ αὖ τὰ τῆς αὐτῶν αὔξηται σεμνότητός τε καὶ κοσμιότητος, τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδιδόναι πιστεύομεν. εἰ γὰρ οἱ μὲν παρέχοιντο βίον σεμνόν τε καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτον τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα λαὸν νουθετοῖεν ὥστε πρὸς τὴν αὐτῶν σεμνότητα βλέποντα τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι πρόδηλον ὡς ἐντεῦθεν (1) ὅτε ψυχαὶ πᾶσι βελτίους ἔσονται καὶ ῥᾳδίως ἡμῖν ἐνδοθήσεται παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία προσήκουσα. ταῦτα τοίνυν ἡμῖν ἀνασκοπουμένοις προσήγγελται παραδόξως τινὰς τῶν εὐλαβεστάτων διακόνων ἔτι γε μὴν καὶ πρεσβυτέρων. τὸ γὰρ ἔτι πρόσωπον τοῦ καὶ εἰπεῖν ἐρυθριῶμεν φαμὲν δὴ τὸ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων ὡς τούτων τινὰς οὐκ αἰσχύνονται οἱ μὲν αὐτόθεν κύβων ἅπτεσθαι καὶ τὴν οὕτως ἀσχήμονα καὶ αὐ-

(1) αἰ.

(b) XXXIV. Idem Imp. Epiphanio ſanctiſſimo hujus felicis urbis Archiepiſcopo, & generali Patriarchæ. (c)

VEhementer credimus ſacerdotum puritatem, atque honeſtatem, item erga Dominum Deum, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum animi affectionem, ac perpetuas preces, quæ ab eis emittuntur, magnam tranquillitatem noſtræ reipublicæ, atque augmentum præſtare: per eas licitum nobis fuiſſe barbaris imperare, & ab eis dominos cognoſci; quæ antea minime fueramus aſſecuti; quantumque eorum honeſtas, atque auctoritas creſcit, tantum noſtram quoque rempublicam augeri credimus. Nam ſi illi vita honeſta, & undique innoxia præſtent; reliqui omnes reſipiſcent & ad eorum honeſtatem reſpiciendo a multis peccatis abſtinebunt: certumque eſt ex eo & animas omnium meliores futuras; & facilius nobis a magno Deo, Salvatoreque noſtro Jeſu Chriſto opportuna indulgentia tribuetur. Hæc itaque nobis reſpicientibus renuntiatum præter expectationem eſt, quoſdam diaconos, atque etiam presbyteros; & quod gravius eſt, quodque dicere veremur, nonnullos Epiſcopos partim non pudere alea ludere, & in eo inhoneſto ſpectaculo, quod laicis quoque

(a) *Hæc conſtitutio data eſt Juſtiniano quartum conſule, quo tempore altera editio Codicis facta eſt, & in ea editione permultæ conſtitutiones tam Græcæ, quam Latinæ adjectæ ſunt, in quibus hæc non adjecta ſolum, ſed etiam tum primum conſcripta fuit. Et ex hoc loco facile apparet, has conſtitutiones in Codice deſiderari; illamque quinto libro poſitam fuiſſe, quam diximus fuiſſe poſtremam ſub titulo de nuptiis.*

(b) *Ex eadem collectione, ex qua ſuperiores, hæc quoque ſumpta eſt.*

[c] *Vide, quæ conſtit. 7. Græca de ſumma Trinit. dicta ſunt.*

αὐτοῖς τοῖς ἰδιώταις παρ' ἡμῶν κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπηγορευμένην θέαν μετιέναι· οἱ δὲ τὴν τοιαύτην παιγνίαν οὐ κατηγοροῦσιν ἀλλ' ἢ κοινωνοῦσι τοῖς πράττουσιν ἢ καθῶνται θεαταὶ πράξεως ἀτόπου καὶ θεῶνται μὲν σὺν ἐπιθυμίᾳ πάσῃ τὰ πάντων ἀτοπώτατα (1) λόγων τε ἀκούουσι βλασφήμων οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη γίνεσθαι μολύνουσί τε τὰς ἑαυτῶν χεῖρας τάς τε ὁράσεις τάς τε ἀκοὰς οὕτω κατεγνωσμένοις καὶ ἀπηγορευμένοις παιγνίοις εἰ δὲ καὶ ἀπαρακαλύπτως ἢ ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις παραβάλλουσιν ἢ καὶ προκαλοῦνταί τινας ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων ἥττης ἢ νίκης ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διά τινων ἑτέρων οὐκ εὐσχημόνως τὰ τοιαῦτα παίζοντες ἢ τῶν ἐν σκηνῇ καὶ θυμέλαις θεαταὶ γίνονται παιγνίων ἢ ταῖς ἐν θεάτροις τῶν μαχομένων πρὸς τὰ θηρία μάχαις παραγίνονται καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν ὡς καὶ τοῖς ἄρτι μυουμένοις καὶ τῶν προσκυνητῶν ἀξιουμένοις μυστηρίων αὐτοὶ προκηρύττουσιν ἀποτάττεσθαι τῇ τοῦ ἀντικειμένου δαίμονος λατρείᾳ καὶ πάσῃ πομπῇ ἧς οὐκ ἐλάχιστον μέρος τὰ τοιαῦτα καθέστηκε. πολλάκις μὲν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα φυλάττεσθαι προηγορεύσαμεν ὁρῶντες δὲ τὴν περὶ τούτων γινομένην ἡμῖν προσαγγελίαν εἰς ἀνάγκην ἤλθομεν ἐπὶ τὸν παρόντα νόμον διὰ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀφικέσθαι σπουδὴν καὶ ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς ἱερατικῆς αὐτῆς ἅμα δὲ ὑπέρ τε τοῦ κοινῇ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντος καὶ θεσπίζομεν μηδένα μήτε διάκονον μήτε πρεσβύτερον καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐπίσκοπον ὅπερ καὶ ἄπιστον ἴσως ἂν δόξειεν ὧν ἐν ταῖς χειροτονίαις εὐχαὶ εἰς τὸν δεσπότην ἀναπέμπονται Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ γίνεται πνεύματος καὶ ταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς ἢ ταῖς χερσὶν ἐπιτίθεται τὰ ἁγιώτατα τῶν (2) παρ' ἡμῖν μυστηρίων ὅπως ἂν αὐτοῖς τὰ αἰσθητήρια πάντα καθαρὰ γένοιτο καὶ καθιερωθείη θεῷ. μηδένα τοίνυν τούτων τολμᾶν τοῦ λοιποῦ μετὰ τόνδε τὸν θεῖον ἡμῶν νόμον ἢ κυβεύειν τὴν οἱανοῦν τῶν κύβων παιδίαν ἢ τοῖς τοῦτο πράττουσι κοινωνεῖν ἢ παρακαθῆσθαι καὶ τέρπεσθαι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῖς γινομένοις ἢ παραβάλλειν ταῖς δημώδεσι ταύταις θέαις ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφημεν καὶ τι τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀπηγορευμένων ποιεῖν ἀλλὰ πάσης πρὸς ταῦτα μετουσίας τὸ λοιπὸν ἀπέχεσθαι. τὸ γὰρ ἤδη προειληφὸς εἰ καὶ ἀναζητεῖν ἐχρῆν καὶ μὴ μετιέναι προσηκόντως ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν συγχωροῦμεν τὴν ἐκ τοῦ παρόντος νόμου παρατήρησιν ἅπασιν εἰς τὸν λοιπὸν ἐπιτιθέντες χρόνον. προσῆκον γάρ ἐστιν αὐτοῖς νηστείαις τε καὶ (3) ἀγνείαις καὶ ταῖς ἀσκήσεσι τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς ὑπὲρ πάντων σχολάζειν εὐχαῖς ἀλλὰ μὴ ταῦτα καταλιμπάνοντας τῶν παντάπασι βεβήλων τε καὶ ἀπηγορευμένων ἅπτεσθαι. ταυτὸ δὲ τοῦτο θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ὑποδιακόνων τε καὶ ἀναγνωστῶν φαμὲν (4) εἴπερ καὶ αὐτοὶ τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης καὶ παντὸς τοῦ περὶ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας κόσμου καθεστῶσιν ὑπουργοὶ καὶ ὑπηρέται καὶ τὰ θεῖα μεταχειριζόμενοι λόγια τὰς ἱερὰς ἡμῖν ἐκ τῶν ἁγίων ἡμῶν βιβλίων οἱ μὲν ἀναγινώσκουσι γραφὰς οἱ δὲ ὑμνοῦσιν ᾠδάς.

que a nobis plerumque (*a*) vetitum eſt, apparere: partim vero non ludere, nec ludentes reprehendere; ſed vel ſocietatem cum luſoribus inire, vel turpiſſimæ rei ſpectatores eſſe; tum etiam inſpicere non ſine cupiditate res maxime inhoneſtas; blaſphemiaſque audire, quas illic intervenire neceſſe ſit; & manus, & oculos, atque aures ſuas his ludis damnatis, atque prohibitis inquinare: partim non obſcure, aut ad equorum certamina accedere, aut etiam provocare aliquos pro equorum victoria; ut per ſe, aut per alios inhoneſte ludos agant; aut cum ſcenicorum, vel thymelicorum ſpectacula fiunt, vel eorum, qui cum beſtiis in theatris (*b*) pugnant, adeſſe ſpectatores; neque animadvertere, quod nuper imbutis, atque honeſtatis venerandis myſteriis, ipſi prædicunt, ut ab eo dæmonum cultu avertantur, & ab omni eorum pompa; cujus non minimam partem hæc ipſa conſtituunt. Hæc quidem nos ſæpe eos agere vetuimus; ſed cernentes, quæ nobis renuntiata ſunt, neceſſario ad hanc conſtitutionem conſcribendam pervenimus; tum propter noſtrum erga pietatem ſtudium; tum etiam propter ſacerdotii ipſius, ac totius reipublicæ utilitatem. Sancimus itaque (*c*) ut nemo aut diaconus, aut presbyter, aut multo minus Epiſcopus, quod quemquam committere non credimus: cum in eorum creationibus (*d*) preces ad Chriſtum Dominum, Deumque noſtrum fundantur; ſanctus ille Dei ſpiritus vocetur; & ipſis eorum capitibus, aut manibus ſanctiſſima quæque, & nobis arcana myſteria amoventur: ut ipſis omnia ſentiendi loca pura, & Deo conſecrata fiant. Nemo igitur eorum audeat deinceps poſt hanc noſtram ſacram legem ludere aliquo alearum luſu, aut ſocietatem inire cum iis, qui id agunt, aut ſedere, ac voluptatem capere, aut paciſci de iis, quæ illic fiant; aut accedere ad ea ſpectacula, quæ antea dicebamus, aut aliquid illic agere eorum, quæ ipſis interdicta ſunt, quibus abſtinere eos poſthac omnino oportet. Quod enim antea factum erit, & ſi inquirendum erat, neque oporteret ignoſcere; tamen humanitatis cauſa præterimus, noſtræ legis obſervationem futuris temporibus injungendo. Namque oportet clericos jejuniis, vigiliis, ac divinarum ſcripturarum meditationibus, & maxime precibus vacare: & non ea omittere, & omnium maxime profana, atque prohibita attingere. Hoc ipſum ſancimus in reliquis clericis, hypodiaconis ſcilicet, & lectoribus; qui ſacræ menſæ, & Eccleſiæ ornamentorum miniſtri, ac famuli conſtituti ſunt: quique tractantes ſacras ſcripturas, alii ſacras lectiones ex piis libris nobis legunt, alii laudes, ſive hymnos canunt.

(1) λόγων δέ. (2) ἀποῤῥήτων ἡμῖν.
(3) ἀγρυπνείαις. (4) ὅιπερ.

(a) *Vide tit. de aleæ luſu, & ſub eo duas Græcas conſtitutiones.*

(b) *Malim* in amphitheatris *ex Caſſiodoro lib. 5. epiſt. 42. variarum. Sed fortaſſe theatrum generis nomen eſt. Utriuſque nominis mentio fit cap. 3. de operibus publicis in Digeſtis.*

[c] *Refert Photius tit. 9. cap. 27. Nomocanonis.*

(d) χειροτονίαις conſecrationibus *fuiſſet fortaſſe ſcribendum.*

ὠδάς. εἰ δέ τις τοῦ λοιποῦ τοιοῦτον πράττων φανείη καὶ προσαγγελθείη τοῦτο ἢ κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ ἢ κατὰ τὰς ἐπαρχίας τοῖς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένοις θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις ὧν τὴν χειροτονίαν ὁ τῆς σῆς μακαριότητος ποιεῖται θρόνος καὶ τοιαύτη τις ἐπέλθοι μέμψις ἢ διακόνῳ ἢ πρεσβυτέρῳ καὶ πολλῷ μᾶλλον τινὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὴν σὴν ἐνταυθοῖ μακαριότητα καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τοὺς ὑπὸ σὲ θεοφιλεστάτους μητροπολίτας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπους ταῦτα σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ κατὰ τὴν τῆς ἱερωσύνης τάξιν ζητεῖν καὶ ἀνερευνᾶν μηδὲ πάρεργον ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν ἀλλὰ καὶ μαρτύρων ἀξιοπίστων ἀκούειν καὶ διὰ πάσης ὁδοῦ χωρεῖν ὥστε τὸ ἀληθὲς λαβεῖν. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς τῶν τοιούτων εἴργομεν οὕτω καὶ συκοφαντεῖσθαι παρά τινων κωλύομεν καὶ εἰ πανταχόθεν τῆς ἐξετάσεως τῶν θείων προκειμένων λογίων γινομένης ἀληθῶς ἔχειν ἡ μέμψις φανείη καὶ ἀποδειχθείη διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἢ κυβεύων ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν ἢ ταῖς τοιαύταις παρακαθήμενος ματαιότησιν ἢ τὰς εἰρημένας παραβάλλων θέας ἢ καὶ ἴσως τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ὅπερ οὐδὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν ὅλως τοιαύτης τινὸς ἀνάσχηται θέας ἢ τοῖς κυβεύουσιν ἢ προσκαθέζεσθαι καὶ συνδιατίθεσθαι τοῦ λοιποῦ θεωρήσειε τὸν τοιοῦτον εὐθὺς ὑπὸ τῆς σῆς μακαριότητος ἢ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου ἢ τοῦ γε θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου ὑφ' ὃν τέτακται εἴπερ τις τῶν εἰρημένων εἴη κληρικῶν τῆς ἱερᾶς ἀφορίζεσθαι λειτουργίας ἐπιτίθεσθαί τε αὐτῷ κανονικὸν ἐπιτίμιον καὶ ὁρίζεσθαι χρόνον. ὑπὲρ οὗ τὰς προσῆκόν ἐστιν αὐτὸν νηστείαις τε καὶ ἱκεσίαις χρώμενον τὸν μέγαν ἐξιλάσκεσθαι θεὸν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου πλημμελήματος καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ὁ τοιοῦτον ἐπιτίμιον δεχόμενος μένοι δακρύων τε καὶ μετανοίᾳ καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν εὐχῇ ἄφεσιν τοῦ πλημμελήματος ἐξαιτῶν τηνικαῦτα τὸν ὑφ' ᾧ τέτακται ταῦτα ἀκριβῶς μανθάνοντα καὶ περιεργαζόμενον κοινὴν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖν εὐχὴν γίνεσθαι σὺν πάσῃ δὲ ἀκριβείᾳ (1) παρεγγυᾶν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ τῆς τοιαύτης ἱερωσύνης ὕβρεως ἀπέχεσθαι καὶ εἰ νομίσειεν αὐτὸν αὐτάρκως πρὸς μετάνοιαν ἐλθεῖν τηνικαῦτα τῆς ἱερατικῆς αὐτῷ μεταδιδότω φιλανθρωπίας. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀφορισμὸν εὑρεθείη μήτε γνησίως τῇ μετανοίᾳ χρώμενος περιφρονῶν τε τοῦ πράγματος καὶ καθαρῶς ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου κατειλημμένος τὴν ψυχὴν (2) τοῦτον μὲν αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὑφ' ᾧ τελεῖ τῶν ἱερῶν ἐξωθείτω καταλόγων παντάπασιν αὐτὸν καθαιρῶν οὐδὲ οὐκέτι παντελῶς ἄδειαν ἕξει πρὸς ἱερατικὴν ἐλθεῖν τάξιν ἀλλ' εἰ μὲν ἔχοι περιουσίαν τὸ τῆς πόλεως ἐκείνης βουλευτήριον καθ' ἣν ἱερᾶτο πρότερον ἢ εἴπερ οὐκ ἔχοι βουλευτήριον ἡ πόλις ἕτερον βουλευτήριον τῆς ἐπαρχίας ὅπερ μάλιστα χρήζει βουλευτοῦ παραλήψεται τοῦτον τοῦ λοιποῦ ἅμα τῇ περιουσίᾳ βουλεύοντα. εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχοι ταξεώτης τὸ λοιπὸν ἔσται τῆς ἐπιχωρίου τάξεως ἀντὶ τοῦ πρόσθεν ἱερέως καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ θεοῦ τάξιν ἐκλέλοιπεν ἔσται ταξεώτης ἐπιχώριος ταύτην ἑαυτῷ τὴν αἰσχύνην ἀντὶ τῆς ἔμπροσθεν τιμῆς ἐπιθείς. ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τὴν σὴν φυλάττειν ἁγιωσύνην καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐκδίκους τε καὶ οἰκονόμους οἷς ἐπιμελὲς ἔσται

nunt. Si vero quis deinceps quicquam eorum agere deprehendatur; idque nuntiatum fuerit aut in hac felice urbe Sanctitati tuæ, aut in provinciis iis, qui a te conſtituti ſunt, religioſiſſimis Metropolitanis, aut cæteris Epiſcopis, quorum ordinationem tuæ Beatitudinis ſedes facit; ac ſi qua querella ea de re facta ſit de diacono, aut presbytero, aut multo magis de aliquo ex religioſiſſimis Epiſcopis; tua tunc Beatitudo hic, & qui in provinciis ſub te ſunt Metropolitani, & qui eis ſubſunt Epiſcopi, hæc cum omni diligentia ſecundum ſacerdotii ordinem inquirant, atque ſcrutentur. Neque tamen quæſtio leviter fiat, ſed auditis fide dignis teſtibus, omnique via tentata, quo veritatem aſſequantur. Ut enim ipſos his rebus interdicimus, ita eoſdem calumniari a quoquam prohibemus. Itaque ſi inquiſitione, propoſitis ſacris ſcripturis, facta, recte ſe habere criminatio videatur; atque probetur, diaconum, aut presbyterum alea ludere, aut ſocium eſſe ludentium, aut ad hujuſmodi ineptias adſidere, aut ad illa jam dicta accedere ſpectacula; aut forte aliquis religioſiſſimus Epiſcopus, quod numquam futurum credimus, his ſpectaculis ſe immiſceat, aut cum ludentibus ſedeat, particepſve eorum fieri auſus ſit; eos ſtatim a tua Beatitudine, aut a Metropolitano, aut ab Epiſcopo, a quo ordinatus eſt, ſi clericus eſt, a ſacro miniſterio amoveatur: imponeturque ei canonica pœnitentia, ac tempus definietur, intra quod oportet ipſum jejuniis, ac ſupplicationibus incumbere, magnumque Deum ob crimen patratum placare. Ac ſiquidem id tempus is, quem geſtorum pœnitet, permanſit lacrimis, reſipiſcentia, inedia, atque erga Deum Dominum orationibus abolitionem delicti petat: tunc is, a quo ordinatus eſt, hæc diligenter inveſtigans, atque cognoſcens, publicas pro eo preces fieri curabit; omni vero cura cohortetur eum, ut poſtea omni labe in ſuo ſacerdotio abſtineat, ac ſi videatur ipſum debite pœnituiſſe, tunc ſacerdotum numero benigne reſtituatur. Si vero poſt ſuſpenſionem reperiatur non recte pœnitentia uti, eamque contemnere, & aperte contrariis rebus animum ſuum occupari: hunc quidem Antiſtes, ſub quo cenſetur, a ſacerdotum numero expellat, eumque omnino deponat: & nullam poteſtatem habeat ad ſacerdotum ordinem redire. Sed ſiquidem facultates habeat; curia ejus urbis, in qua prius ſacra faciebat; aut ſi curiam ea urbs non habeat, alia curia ejus provinciæ, quæ magis curialibus indigeat, ipſum deinceps curialem ſuſcipiet cum facultatibus ſuis. Si vero facultates non habeat, pro priore ſacerdotio cohortalis deinceps erit cohortis provincialis; & quando divinum ordinem dereliquit, erit ordinis apparitorum provincialium, quod ſibi hoc dedecus pro priore honore intulit. Hæc itaque omnia ſancimus in hac quidem felici civitate tuam obſervare Sanctitatem, & defenſores, & œconomos, qui in ſingulis Eccleſiis ſunt, quibus curæ erit hæc inquirere, ac renun-

(1) παραγγῦσαν. (2) οὗτος μὲν αὐτόν. alii οὕτως μὲν αὐτόν.

ἔσαι τὰ τοιαῦτα ἀνιχνεύειν καὶ προσαγγέλλειν καὶ τοὺς ἁλισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς διδομένης αὐτοῖς παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν σιτήσεώς τε καὶ χορηγίας ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἵ τε ὑπὸ τῇ σῇ τεταγμένοι μακαριότητι θεοφιλέστατοι μητροπολῖται καὶ πρός γε οἱ ὑπ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς ἐπίσκοποι καὶ οἱ τούτων ἐκκλησιέκδικοι καὶ οἰκονόμοι καὶ αὐτοὶ τὸν ἴσον τρόπον καθ' ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν τῷ πράγματι χρώμενοι καὶ τὸ ἱερὸν σέβας πανταχόθεν ἀνεπίληπτόν τε καὶ ἀμώμητον φυλάττοντες παραφυλάξουσι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἐνδοξότατοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων ὕπαρχοι φαμὲν δὲ τοὺς τῆς ἑῴας ἐπὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔθνεσι τὴν αὐτῶν δικαιοδοσίαν οἵ τε τῆς Ἰλλυρίδος οἵ τε τῆς Ἀφρῶν προεστῶτες διοικήσεως καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι αὐτοὶ μὲν οἱ τὰς μεγάλας ἀρχὰς ἄρχοντες ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενοι, αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς δέκα χρυσίου λιτρῶν ἀγωνιῶσαι ποινήν, ἄρχοντες δὲ ἐπιχώριοι μείζους τε καὶ ἐλάττους καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ πρός γε οἱ τῶν πόλεων ἔκδικοι ἀνὰ πέντε χρυσίου λιτρῶν ποινὴν εὐλαβούμενοι, εἰ ταῦτα μαθόντες μὴ προσαγγείλαιεν καὶ αὐτοῖς ἱερεῦσι τουτέστιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις ἢ τοῖς ἑκάστης διοικήσεως ἁγιωτάτοις πατριάρχαις καθ' ἣν ἂν ἕκαστος πλοίη χώραν ὥστε ἐκείνους ταῦτα μαθόντας κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διωρισμένον ἅπασιν ἐπεξελθεῖν καὶ ἐπειδὰν παρ' αὐτῶν ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἁλοὺς καθαιρεθείη μὴ τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἢ τῇ τάξει τοῦτον παραδοθῆναι παρασκευάσαιεν καὶ ὁ ἐνδοξότατος ὕπαρχος τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ταῦτα παραφυλάξει εἴπερ ἐπὶ ταύτης ἁμαρτάνοιτο τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει αὐτὸς μὲν ἀγανάκτησιν ἡμετέραν ὑφορώμενος ἡ δὲ αὐτοῦ τάξις δέκα χρυσίου λιτρῶν εὐλαβουμένη ποινήν ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ταῦτα νομοθετικῶς πεπράχαμεν. ἐκεῖνο δὲ τῶν ὡμολογημένων ἐστὶν ὡς ἡμῖν μὲν ἀφωσίωται πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν τῶν ἱερέων σεμνότητος εἰ δὲ αὐτοὶ παραβαίνοιεν τῶν τεταγμένων καὶ παραπροσποιοῖντο καὶ μὴ ἐπεξίοιεν ἀλλά τινα δῆθεν φιλανθρωπίαν οὐκ ἐπαινετὴν ἕλοιντο πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς ἕξουσι καὶ τὴν ἐκεῖθεν κρίσιν ἥτις αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ θεοῦ παραστήσεται βήματι τὴν οὐκ εὐπρεπῆ παραπροσποίησιν ἐλέγχουσά τε καὶ μετιοῦσα. εἰ δὲ καί τις τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων ταξεωτῶν ἢ ἐκδίκων ἢ μαθὼν ταῦτα μὴ μηνύσειεν ἢ ἐπεξελθεῖν ἐξὸν ἐκρᾳθυμήσειεν ἢ καὶ τὸ πρᾶγμα μισθοῦ καταπροδοίη ἴστω ὡς πρὸς ταῖς εἰρημέναις παρ' ἡμῶν ποιναῖς ἕξει καὶ τὴν παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ ἡμῶν τιμωρίαν ἑπομένην καὶ ἔνοχος ἔσται ταῖς ἀραῖς ἁπάσαις ταῖς τοῖς ἱεροῖς περιεχομέναις βίβλοις. ὥσπερ δὲ ταῦτα ἡμῖν δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν τοῦ δεσπότου νενομοθέτηται θεραπείαν οὕτω κἀκεῖνο προστίθεμεν ὥστε τὰς ἐξετάσεις σὺν ἀκριβείᾳ γίνεσθαι καὶ μηδένα συκοφάντην ἐπανίστασθαί ποτε καὶ ψευδοκατηγορεῖν ἢ ψευδομαρτυρεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. καθάπερ γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν εἴ τι τοιοῦτο πράξοιεν τηλικαύτας ἐπεθήκαμεν ποινάς, οὕτω καὶ τοῖς συκοφαντεῖν αὐτοὺς πειρωμένοις τὰς ἐξ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων νόμων ποινὰς ἐπικεῖσθαι βουλόμεθα εἰ προσαγγείλαντες εἶτα ἐπεξελθεῖν μὴ βουληθεῖεν ἢ συστῆναι ταῖς τοιαύταις κατηγορίαις οὐκ ἰσχύσαιεν. Dat. Pr. Non. Nov. CP. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino V. C. COSS.

B. α.

nuntiare, & deprehenſos annona privare, eaque præſtarione, quæ a ſacroſanctis Eccleſiis eis præſtatur. In provinciis vero tum ſanctiſſimi Metropolitani, qui a tua Beatitudine ordinati ſunt; tum religioſiſſimi Epiſcopi, qui ſub eis ſunt; tum Eccleſiarum defenſores, atque œconomi, qui pari modo, ut antea dicebamus, in hac re verſabuntur; ſacrumque cultum undique innoxium, atque ſincerum cuſtodient. Hæc etiam obſervabunt glorioſiſſimi Præfecti noſtrorum Prætoriorum, hoc eſt qui in Oriente in ſubditas nobis nationes juriſdictionem obtinent, item qui Illyricæ, atque Africanæ diœceſi præſunt, & eis obedientes cohortes. Sed & Clariſſimi Præſides provinciarum, item Defenſores civitatum. Atque ipſi quidem, qui maximis magiſtratibus præſunt, noſtram indignationem vereantur: ſed non obtemperantes cohortes eorum decem auri librarum pœna multabuntur. Provinciarum vero Præſides majores, atque minores, & qui eis obediunt apparitores, item civitatum Defenſores quinarum librarum auri pœnam timebunt: ſi hæc cognoſcentes non ipſi quoque renuntiaverint Antiſtitibus, hoc eſt, aut religioſiſſimis Epiſcopis, aut reverentiſſimis Metropolitanis, aut uniuſcujuſque provinciæ ſanctiſſimis Patriarchis pro qualitate ejus provinciæ, in qua cenſentur; ut illi hæc cognoſcentes, ſicut antea definitum eſt, omnes ulciſcantur. Idem dicendum eſt ſi non curiæ civitatis, aut cohorti eum tradi ſinant, qui in eo crimine deprehenſus, ac depoſitus fuerit. Glorioſiſſimus autem Præfectus urbis hujus feliciſſimæ eadem hæc obſervabit; ſi in hac Regia urbe quicquam commiſſum ſit, una cum ei obediente cohorte; & ipſe quidem noſtram ultionem, ejus cohors decem librarum pœnam timebit. Sed nos quidem hæc ſanciendo fecimus. Illud vero ſine dubio eſt nos honeſtatem ſacerdotum conſecrare velle. Si vero ipſi contra ea, quæ ordinata ſunt, faciant; eaque contemnant, nec vindicent; ſed quadam forte humanitate, minime laudanda capiantur: præter pœnas cæleſtes, ultionem, quæ ipſis parata eſt, in illo Dei tribunali, apud quod indecens negligentia eorum accuſabitur, ac vindicabitur, expectent. Sin autem aliquis civilium magiſtratuum majorum, atque minorum; item apparitorum, ac Defenſorum, aut ea cognoſcens non renuntiaverit, aut cum vindicare potuerit, negligens fuerit, aut rem mercede prodiderit: ſciat ſe præter pœnas a nobis antea enumeratas, paſſurum etiam magni Dei noſtri ultionem, obnoxiuſque erit illis omnibus imprecationibus, quæ ſacris libris continentur. Ut vero hæc nos non alia de cauſa conſtituimus, quam propter Domini noſtri miniſterium; ita illud quoque adicimus, ut inquiſitio cum diligentia fiat, ac nemo calumniator inſurgat, qui aut falſo quemquam accuſet, aut in eum teſtificetur. Namque ut ſacerdotibus, ſi quid deliquiſſent, illas pœnas poſuimus, ita ipſos, qui eos calumniari conantur; tum cæleſtibus, tum etiam legum noſtrarum pœnis volumus ſubjacere: & ſi poſtquam detulerint; aut perſequi noluerint; aut ſuſtinere accuſationem nequiverint. * Dat. Prid. Non. Novemb. CP. Juſtin. PP. A. IV. & Paulino V. C. COSS.

LIB.

Digitized by Google

B. α. T. ε.

Ἐκ τῆς τρίτης συνόδου ἡ ἕκτη διάταξις τοῦ πέμπτου τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος. ἧς ἡ ἀρχὴ Damnato.

Τὸ τῇ εὐσεβεστάτῃ θρησκείᾳ παρ' ἡμῶν ὀφειλόμενον σέβας τοὺς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβῶς ἔχοντες δίκαις τε ἀξίαις κολάζεσθαι καὶ ὀνόματι τῇ αὐτῶν φαυλότητι πρέποντι προσαγορεύεσθαι βούλεται ὡς ἂν ὀνείδεσι περιβληθέντες (1) αἰωνίαν ὑπομείνειεν τιμωρίαν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ μήτε ζῶντες τιμωρίας μήτε θανόντες ἀτιμίας ἐκτὸς ὑπάρχειεν. Νεστορίου τοίνυν τοῦ τῆς τερατώδους διδασκαλίας ἡγεμόνος κατακεκριμένου λείπεται τοὺς ὁμογνωμονοῦντας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀσεβείας κοινωνοὺς ὀνόματι (2) περιβάλλειν κατεγνωσμένῳ ἵνα μὴ τῇ τῶν χριστιανῶν ἀποχρώμενοι προσηγορίᾳ τούτῳ ὀνόματι κοσμοῖντο ὧν τοῦ δόγματος δυσσεβοῦντες ἀφέστηκαν. διὰ ταῦτα νομοθετοῦμεν τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς Νεστορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοὺς Σιμωνιανοὺς ὀνομάζεσθαι. προσήκει γὰρ τοὺς ἐν τῇ τοῦ θείου (3) ἀποστροφῇ τὸ ἐκείνου μιμουμένους δυσσέβημα τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κληροῦσθαι προσηγορίαν ὃν τρόπον Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου Πορφυριανοὶ διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας ἐκ Πορφυρίου προσαγορεύονται ὃς τὴν ἀληθῆ θρησκείαν ἐπιχειρήσας τῇ τοῦ λόγου δυνάμει καταγωνίσασθαι βίβλους ἑαυτῷ οὐ παιδεύσεως ὑπομνήματα καταλέλοιπε. καὶ μηδεὶς τολμάτω τὰς αὐτοῦ Νεστορίου τοῦ ἀθεμίτου καὶ ἱεροσύλου ἀσεβεῖς βίβλους περὶ τῆς ἁγνῆς τῶν ὀρθοδόξων θρησκείας καὶ κατὰ τῶν δογμάτων τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν ἐπισκόπων ἁγίας συνόδου κατέχειν ἢ ἀναγινώσκειν ἢ μεταγράφειν ἃς διὰ σπουδῆς πάσης ζητήσαντας δημοσίᾳ ἐμπιμπρᾶσθαι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πάσης ἀσεβείας ῥιζόθεν ἐκκοπείσης τὸ ἁπλοῦν καὶ εὐαπάτητον πλῆθος οὐδὲν πλάνης σπέρμα εὑρεῖν ποτε δυνήσεται. μηδὲ μνήμην τῶν οὕτως ἀπολλυμένων ἀνθρώπων ἔν τινι τῆς θρησκείας διαλέξει ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι ποιεῖσθαι ἢ οἰκίαν αὐτοῖς ἢ ἀγρὸν ἢ προάστειον

ἢ

(1) αἰώνιον ὑπομένειν. (2) περιλαβεῖν.
(3) ἀπογραφῇ.

LIB. I. TIT. V.
DE HÆRETICIS & MANICHÆIS.

Ex III. Synodo VI. (*a*) *Conſtitutio integra, cujus initium in noſtris libris eſt* Damnato.

Imp. Theod. & Valentin. AA.
Leontio Præf. urbis.

Debita a nobis piiſſimæ religioni cultura eos, qui circa divinitatem impie agunt, pœnis puniri dignis, & nominibus eorum pravitati convenientibus appellari vult: ut exprobrationibus ſubditi æternam contumeliam delictorum ſuſtineant; & neque viventes extra ſupplicium, neque morientes ſine contumelia eſſe noſcantur. Damnato igitur monſtroſæ doctrinæ principe Neſtorio, ſupereſt ejuſdem ſententiæ, & impietatis ſocios nomini ſubiicere vituperando: ne Chriſtianorum utentes vocabulo, eorum nomine decorentur, a quorum dogmate agentes impie receſſerunt. Propterea ſancimus, [*b*] ut ubicumque Neſtorii nefandæ ſunt ſectæ communicatores, Simoniani nuncupentur. Oportet enim eos, qui divinitatis averſione illorum imitantur impietatem, appellationem illis ſortiri conſimilem. Quemadmodum enim Ariani (*c*) lege Divæ memoriæ Conſtantini, [*d*] Porphyriani propter ſimilitudinem impietatis Porphyrii nominantur: (*e*) qui veram religionem temptans verborum virtute comprimere, libros ſibimet ſceleris, non eruditionis commenta dereliquit. Nulluſque præſumat ejuſdem Neſtorii nefandi, atque ſacrilegi viri impios libros de venerabili orthodoxorum religione, & contra dogmata Epiſcoporum ſancti Epheſini concilii retinere, aut legere, aut deſcribere; quos oportet omni ſtudio requiſitos publice concremari. Hoc enim (*f*) modo omni impietate radicitus amputata, ſimplex, & quæ poteſt ſeduci facile multitudo, nullum erroris ſemen aliquando poterit invenire. Neque memoriam ita perditorum hominum in aliquo religionis colloquio aliter, quam Simonis nomine (*g*) nuncupari; neque domum eis, aut agrum, aut

ſub-

(a) *Hæc Græce, & Latine edita eſt: eam ex tertia ſynodo generali Epheſina deſcripſimus. Latinam invenies lib. 16. tit. 5. Codicis Theodoſiani conſtit. ult. eodem initio, quo in Codice Juſtiniani* (Damnato) *Quæ ante id verbum hic ſunt, deſunt in utroque codice.*

(b) *Hæc uſque ad verbum.* Quemadmodum *deſiderantur in utroque etiam Codice, quamvis aliqua eu his poſtea dicantur.*

(c) *In Codice Juſtiniani mendoſe ſcriptum eſt* Arriani *ab Arrio: neque enim ea ſententia eſt conſtitutionis; ſed eos Porphyrianos eſſe vocandos: e Græcis* Arius, & Ariani *a Marte dicuntur, non geminata canina littera.*

(d) *Hæc conſtitutio extat apud Socratem lib. 1. eccleſiaſt. hiſtor. Vidend. Photius tit. 12. cap. 3. Nomocan.*

[e] *In codice Theodoſiano additur:* Sic ubique particeps nefariæ ſectæ Neſtorii Simoniani vocentur &c. *Id rectius eſt, quam quod in Juſtiniani codice editum eſt:* Sic ubique partices nefariæ ſectæ Neſtorii Neſtoriani vocentur.

(f) *In utroque codice deeſt hæc periodus.*

[g] *In codice Theodoſiano* aliquam ſupradicto nomine. *In codice Juſtiniani* aliquam ſupradicti nominis: *utrumque mendoſum eſt, quamquam hoc poſterius retineri poteſt. Sed quæ edidimus, pleniora ſunt.*

ἢ ὄντινα οὖν ἄλλον τόπον συνόδου ἕνεκα λεληθότως ἢ φανερῶς παρασχεῖν. τοὺς γὰρ τοιούτους ὁρίζομεν πάσης συνόδου ἀδείας στερίσκεσθαι· προδήλου ὄντος ἅπασιν ὡς ὁ παραβαίνων τε τὸν νόμον τοῦτον καὶ Νεστόριον μιμούμενος δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων τιμωρηθήσεται. ἡ μεγίστη τοίνυν καὶ περιφανὴς σου ἐξουσία ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν εἰς γνῶσιν ἁπάντων τῶν τὰς ἐπαρχίας οἰκούντων διατάγματι συνήθως ἐλθεῖν παρασκευάσει. τὸν νόμον δὲ τοῦτον τῇ τε ῥωμαίων τῇ τε ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττῃ ὡς πᾶσι σαφῆ καὶ γνώριμον εἶναι.

Η ἐπιτομὴ τῆς. θ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ια. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὅπου δήποτε οἱ μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι κεφαλικῶς τιμωροῦνται.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἧς ἡ ἀρχὴ τοὺς αἱρετικούς.

Οἱ μὲν μανιχαῖοι πανταχόθεν ἐλαύνονται καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται. οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοί, αἱρετικὸς δέ ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος, καὶ οἱ Ἕλληνες καὶ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύονται ἄρχειν καὶ ἀξίας ἔχειν ἢ δικολογεῖν ἢ ἔκδικοι ἢ πατέρες πόλεων γίνεσθαι ἵνα μὴ ἔχωσιν ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν χριστιανοῖς ἢ ἐπισκόποις ἢ στρατεύεσθαι πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων· οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχοντες μὴ προσκόπτοντες δὲ μήτε τοὺς ὀρθοδόξους ἐκβιβάζοντες ἐπὶ δημοσίαις ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις· ὁ δὲ πειραθεὶς τι τούτων γενέσθαι πρὸς ἀπράκτῳ τῇ ἐγχειρήσει δίδωσι. κ. λίτρας καὶ οἱ ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες. κ. καὶ οἱ ἄρχοντες. ν. καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις εἰσκομίζονται· ἐξῄρηνται οἱ Γότθοι (1) γίνονται (2) φοιδεράται

(1) γίνονται δέ. (2) φοιδεράτοι.

ſuburbanum, aut quemlibet alium locum conventus cauſa clam, aut aperte præberi. Tales enim decernimus omni licentia conveniendi eſſe privatos; cum omnibus palam ſit, eum, qui tranſgreditur hanc legem, & Neſtorium imitatur, rerum ſuarum publicatione eſſe multandum. Subiimis (a) igitur, & clariſſima tua poteſtas hanc conſtitutionem noſtram ad notitiam univerſorum provincias habitantium præceptis ſollemnibus pervenire procuret. Hac autem legem in Latina, & Græca lingua poſuimus, ut omnibus aperta ſit, atque nota. * Dat. III. Non. Aug. [b] Cl'. DN. Theodos. A. XV. & Qui Fuerit Nuntiatus. * [c]

VII. Curiales.
VIII. Quicumque.

[d] *Epitome IX. Conſtitut. Martiani, Leonis, Zenonis, aut Anaſtaſii Imp.*

HÆretici more ſolito ſepeliantur.

X. Siqui orthodoxæ.

(e) *Epitome XI. Anaſtaſii, aut Juſtini Imp.*

UBicumque Manichæi inveniantur, capite damnandi ſunt.

(f) *Epitome XII. ejuſdem Juſtini, (quæ refertur Novella CIX.) cujus initium* Hæreticos.

MAnichæi quidem undique expelluntur, & capite damnantur: cæteri vero hæretici (eſt autem hæreticus, qui orthodoxus non eſt) item Pagani, Judæi, & Samaritani prohibentur magiſtratum, aut dignitatem obtinere, & jus dicere, & Defenſores, aut Patres civitatum fieri: ne habeant poteſtatem vexandi orthodoxos, neve negotium inferant cuiquam Chriſtiano, aut etiam Epiſcopo: neque militare poſſunt, præter eos, qui ex genere cohortalinorum [g] ſunt, qui onera quidem ſuſtinere, ſed neque orthodoxos offendere, neque eis in publicis, privatiſve cauſis vim ullam inferre permittuntur: qui vero quid eorum facere tentaverit; quod geſſerit, invalidum erit, ac XX. libras ſolvet, & qui eos publicis cauſis inſcribere curaverunt, item viginti, præſides quoque quinquaginta: eæque omnes privatis rebus inferantur. Excipiuntur tamen Gotthi, qui fœderati fiunt, (a) &

[a] *Hæc in utroque Codice deſunt.*

[b] *In Codice Juſtiniani eſt III. Kal. Aug. Nos ſecuti ſumus Codicis Theodoſiani ſcripturam.*

(c) *Adde Coſ. in codice Juſtiniani eſt:* & Valentiniano. IV. AA. COS. *nos etiam Theodoſiani codicis ſcripturam retinuimus. Sæpe autem fiebat, ut ignoraretur Conſtantinopoli, quis Conſul Romæ eſſet: nam tunc alter C. P. fiebant propter imperii conſortium. Quærendum vero eſt, cur Auguſto menſe ignoraretur Conſul, qui Kal. Januariis inibat Conſulatum.*

(d) *Hæc epitome ſumpta eſt ex collectione Græca conſtitutionum Eccleſiaſticarum. Refert Theodorus Balſamon in ſcholiis ad Photium tit. 12. cap. 2. Nomocanonis.*

(e) *Ex eadem collectione hæc quoque epitome ſumpta eſt. Refert idem Theodorus d. cap. 2. & index Baſilicorum ordine litterarum littera M.*

(f) *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione. Refert hanc conſtit. Nov. 109. Auth. de privileg. dotis hæret. mulier. & Theodorus Hermopolita lib. 1. tit. 1. cap. 4. Baſilicorum.*

(g) *Hoc eſt ex genere eorum, qui in cohorte Præſidis, vel alicujus magiſtratus, ut apparitores, militabant.*

ται καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ (1) τιμῶνται. ἀμφισβητούντων τῶν γονέων ἐπικρατέστερός ἐστιν ὁ θέλων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τοὺς παῖδας προσαγαγεῖν.

Ἐκ τοῦ Θεοδώρου τοῦ Ἑρμουπολίτου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Γονέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας, ἐκείνου μᾶλλον ἡ γνώμη κρατείτω τοῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐπ' αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν, κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων μὴ ἐντεῦθεν ἀγανακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερείτω τροφῆς ἢ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων.

Ἡ ἐπιτομὴ τ. ιγ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Αἱρετικοὶ πατέρες μηδὲν ἔχοντες νόμιμον ἐγκαλεῖν τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν ἀναγκάζονται πρὸς τῆς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα καὶ συνάπτειν ὀρθοδόξοις καὶ διδόναι προῖκας καὶ προγαμιαίας δωρεὰς προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων. οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γενομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. εἰ δέ τι (2) πλημμελήσωσιν εἰς τοὺς γονεῖς κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. ἔχουσι δὲ καὶ ἡμαρτηκότες τὸ δ. τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἰουδαίων καὶ σαμαρειτῶν.

Ἡ ἐπιτομὴ τῆς. ιδ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Οἱ αἱρετικοὶ συνακτήρια ποιεῖν οὐ δύνανται ἢ παρασυνάξεις ἢ συνόδους ἢ χειροτονίας ἢ βαπτίσματα ἢ ἐξάρχους ἔχειν ἢ πατέρας ἢ ἐκδίκους ἐγχειρίζεσθαι ἢ φροντίζειν ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ (3) παρενθέτων προσώπων ἢ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιεῖν οὐδὲ παραβαίνων ἐσχάτως κινδυνεύει.

(*a*) & alias, ut principi placuerit, honeſtantur. Contendentibus parentibus [*b*] de fide religione liberorum, ille præferatur, qui vult liberos ortodoxæ fidei ſacris initiari.

Ex epitome Theodori Hermopolitæ pars cujuſdam capitis ejuſdem conſtitutionis.

SI parentes [*c*] fide, & religione diverſa ſint; illius potius ſententia obtineat, qui orthodoxam fidem filiis elegerit: quamvis pater ſit is, qui contradicat, & non ideo moleſte ferat, ac neceſſariis eos alimentis, aut aliis ſumptibus privet.

(d) Epitome XIII. Juſtini, vel Juſtiniani Imp.

HÆretici patres, qui nullam habent juſtam cauſam accuſandi orthodoxos liberos, coguntur de ſuis ſacultatibus alimenta eis, cæteraque neceſſaria præbere: item orthodoxis in matrimonium collocare, doteſque, ac donationes ante nuptias arbitratu Præſidum, & Epiſcoporum præſtare. Orthodoxi liberi hæreticorum, qui non ingrati ſuerunt; ſine diminutione capient, quod eis ab inteſtato competit; ultimaque diſpoſitio alio pacto ordinata non valeat, ſalvis tamen libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si vero quicquam offenderint contra parentes; accuſentur, & pœnas dabunt. Habent autem hi quoque ipſi, qui commiſerunt ingratitudinem, quartam bonorum partem ex teſtamento. Eadem in Judæis, & Samaritanis valebunt.

(e) Epitome XIV. ejuſdem Imp.

HÆretici collegia facere, aut paraſynaxes [*f*], aut ſynodos nequeunt, neque creationes (*g*), neque baptiſmata ordinare, neque Exarchos [*h*] habere, neque Patres, aut Defenſores creari; neque villas procurare, aut adminiſtrare per ſe, vel per interpoſitam perſonam, neque quid ex prohibitis facere. Qui vero hæc contempſerit, ultimo ſupplicio punietur.

H Epi-

(1) τιμωροῦνται. (2) πλημμελήσωσιν.
(3) παρενθέτου προσώπου αὐτῶν.

[a] *Erat id genus militiæ, ut Nov. 116. 117. & 130.*

[b] *Refert Phot. tit. 12. cap. 13. Nomocanonis. Hoc fortaſſe initium eſt epitomes 13. conſt.*

[c] *Præter Theodorum Hermopolitam d. cap. 4. refert Theodorus Balſamon in ſcholiis ad Photium tit. 12. cap. 2. Nomocan.*

[d] *Ex eadem collectione hæc quoque epitome ſumpta eſt, ex qua ſuperiores.*

[e] *Hæc etiam epitome ex eadem ſumpta eſt. Refert Theod. Balſamon d. cap. 2.*

[f] *Utitur hoc verbo conſt. 8. ſub hoc titulo, quæ Latina eſt, cujus initium eſt* Quicumque. *Significat autem malorum hominum cœtum, ſive conventum ſacrorum cauſa coactum: vide epit. conſt. 20. Græcæ.*

(g) χειροτονίας *intellige ordinationes, vel conſecrationes presbyterorum, aut Epiſcoporum.*

[h] *Utitur hoc nomine conſt. 41. Græca de Epiſc. & clericis.*

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΙ μανιχαῖοι παρὰ μόνων ὀρθοδόξων παίδων ἐξ ἀδιαθέτου διαδέχονται μὴ ὄντων δὲ τούτων ὁ φίσκος τὰ (1) πράγματα (2) διεκδικεῖ εἴτε διέθεντο εἴτε ἐληγάτευσαν εἴτε ἐδωρήσαντο.

(*a*) *Epitome XV. Conſtit.*

MAnichæi ſolos orthodoxos liberos ab inteſtato ſucceſſores habere poſſunt, qui ſi non exiſtant, fiſcus bona eorum vindicabit, ſive teſtamenta, ſive legata, ſive donationes fecerint.

. Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἄλλως ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΟΙ μανιχαῖοι παῖδας μὲν ἔχοντες ὀρθοδόξους ἐπ' αὐτοὺς καὶ μόνους ἐξ ἀδιαθέτου παραπεμπέσθωσαν. μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ ζῶντες ἢ τελευτῶντες ἐκποιείτωσαν. παντελῶς τῆς αὐτῶν οὐσίας εἰς τὸν δημόσιον περιελευσομένης λόγον.

· *Aliter ex collectione Baſilicorum ordine litterarum.*

MAnichæi, qui filios habent orthodoxos, in eos ſolos bona ab inteſtato tranſmittant. Nemini vero alii in vita, aut morientes largiantur. Eorum enim bona omnino ad fiſcales rationes pervenient.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιϛ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΑπὸ μανιχαίων γενόμενος ὀρθόδοξος ἐὰν εὑρεθῇ τὰ τῆς πλάνης ποιῶν ἢ ψιλῶς συνδιάγων ἢ ὁμιλῶν μανιχαίοις καὶ μὴ παραχρῆμα παραδιδοὺς (3) αὐτὰ νομίμῳ δικαστῇ ἐσχάτως τιμωρεῖται καὶ οἱ ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις ὄντες ἐπιμελῶς τοὺς ἐν αὐτοῖς τοιούτους ὄντας ἀναζητείτωσαν καὶ παραδιδότωσαν ἐπεὶ συλλαμβανόμενος ὁ μανιχαῖος ἐὰν (4) εἴποι γινώσκεσθαι παρά τινων ἁρμοδίως τιμωροῦνται ὡς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες κἂν μὴ ἦσαν τοιοῦτοι. τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον. ὁ ἔχων βιβλία μανιχαϊκὰ καὶ μὴ φανερῶν αὐτὰ ἐπὶ τῷ καυθῆναι τιμωρεῖται.

(*b*) *Epitome XVI. Conſtit.*

QUI ex Manichæo orthodoxus factus eſt, ſi ea facere reperiatur, in quibus aberrabat; aut ſaltem degere, aut converſari cum Manichæis, neque quam primum id legitimo judici detulerit: ultimo ſupplicio puniatur. Item qui in dignitatibus, vel militiis ſunt, diligenter, eos, qui inter ipſos hujuſmodi ſint, inquirant, ac deferant: nam ſi Manichæus comprehenſus dicat ſe aliquibus notum eſſe; pari modo illi plectentur, ac ſi eadem crimina commiſerint, quamvis non ſint Manichæi. Eodem enim pacto deliquiſſe videntur, qui norunt criminis auctores, neque eos prodere volunt. Qui libros (*c*)Manichæorum habet, neque eos exhibet, ut comburantur, puniatur.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιζ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἧς ἡ ἀρχὴ τῆς ἁγίας.

ΑΙ τῶν σαμαρειτῶν συναγωγαὶ καθαιροῦνται καὶ ἐὰν ἄλλας ἐπιχειρήσωσι ποιῆσαι τιμωροῦνται οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου πλὴν ὀρθοδόξων οὔτε δωροῦνται ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι τοῖς μὴ οὖσιν ὀρθοδόξοις ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων.

[*d*] *Epitome XVII. Juſtiniani, cujus initium eſt* Sanctæ. (*Refertur Novella CXXIX. Juſtiniani, & CXLIV. quæ Juſtini minoris V. eſt.*)

SAmaritanorum ſynagogæ deſtruantur: ac ſi alias facere tentaverint puniantur. Nequeunt autem ſucceſſores habere ex teſtamento, aut ab inteſtato præter orthodoxos; neque donare poſſunt, aut alio pacto alienare, atque transferre in eos, qui orthodoxi non ſint. Sed fiſcus providentia Epiſcoporum, ac Præſidum ea vindicabit.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΤΑ περὶ τῶν σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα ἐπὶ ταῖς συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδοχαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς μοντανισταῖς καὶ τοῖς ἀσκοδρούγοις καὶ ὀφίταις. μόνοι γὰρ ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδια-

[*e*] *Epitome XVIII. ejuſdem,* [*de qua conſt. ultima ni fallor.*]

QUÆ de Samaritanis ſancita ſunt, de ſynagogis, ac ſucceſſoribus eorum; in Montaniſtis quoque, Aſcodrogis, & Ophitis valeant. Soli etenim orthodoxi eis ſuccedunt ex teſtamento,

(1) πράγματα αὐτῶν. (2) ἐκδικεῖ.
(3) αὐτούς. (4) εἴπῃ.

(a) *Ex ſæpius dicta collectione prior epitome ſumpta eſt, poſterior ex collectione Baſilicorum ordine litterarum.*

(b) *Ex eadem collectione conſt. Eccleſiaſticar. ſumpta eſt hæc epitome.*
[c] *Refert Photius tit. 12. cap. 3. Nomocan.*
(d) *Hæc etiam epitome ſumpta eſt ex ead. collectione. Refertur Nov. 129. & 144.*
[e] *Epitome ſumpta eſt ex eodem libro.*

ἀδιαθέτω καὶ ληγάτα λαμβανέτωσαν οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ τουτέστιν οἱ μὴ ὀρθόδοξοι καὶ οἱ ἕλληνες καὶ οἱ σαμαρεῖται οὐ στρατεύονται οὔτε ἀξιωματικοὶ γίνονται οὔτε δημόσιον μετέρχονται φρόντισμα οὔτε παιδεύουσιν οὔτε συνηγοροῦσιν. εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τινὸς τούτων προσποιήσηται (1) τὸν ὀρθόδοξον καὶ φανῇ ἔχων γυναῖκα ἢ παῖδας αἱρετικὰς καὶ μὴ προσαγάγῃ αὐτοὺς τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἐκβάλλεται. εἰ δὲ καὶ λάθοι οὐ δύναταί τι τῶν αὐτοῦ δωρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν αἱρετικῷ ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὴν αἱρετικῷ καταφερομένην αὐτοῦ κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. καθόλου γὰρ οἱ μετασχόντες στρατείας ἢ ἀξίας ἢ συνηγορίας ἢ δημοσίας φιλοτιμίας ἢ συγκροτήσεως παρὰ μόνων ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὅπως οὖν εἰς αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δημόσιον ἐκδικεῖ. ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων ὀρθόδοξος εἴη καὶ ὁ ἄλλος αἱρετικὸς δεῖ γενέσθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν ὀρθοδόξους. εἰ δὲ οἱ μὲν ὀρθόδοξοι γένονται οἱ δὲ μείνωσιν αἱρετικοὶ μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέος οἱ ὀρθόδοξοι. εἰ δὲ πάντες εἰσὶν αἱρετικοὶ συγγενεῖς ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν ἢ μὴ ὄντων αὐτῶν ὁ φίσκος. ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥαθυμούντων καὶ μὴ (2) ἐξιόντων (3) ἢ μηνυόντων ἀρχόντων καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν καὶ ἐπισκόπων (4) ἔστινες καὶ περὶ τῶν (5) ῥαθυμούντων ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ αἱ δὲ ποιναὶ τῷ φίσκῳ ἁρμόζουσι.

to, & ab inteſtato; item ſoli legata capiunt. Cæteri vero hæretici, hoc eſt, qui orthodoxi non ſunt, item Pagani, & Samaritani militare non poſſunt, neque dignitatem obtinere, neque publicam curam exercere, neque docere, neque advocare. Si vero quis, ut horum aliquid conſequatur, orthodoxum ſe eſſe ſimulaverit; atque appareat, eum uxorem, aut liberos hæreticos habere; neque eos ad rectam fidem traduxerit: repellatur. Si vero id etiam lateat; non poterit quicquam donare, aut alio pacto in hæreticum transferre; ſed ea omnia, & hæretico delatam hereditarem fiſcus vindicabit. Etenim generaliter qui miſcent ſe militiæ, aut dignitati, aut advocationi, aut publicæ liberalitati, aut cuipiam collectioni, ſolos orthodoxos ſucceſſores habebunt; & quæ quocumque pacto ex eorum bonis ad hæreticos pervenerint, fiſcus vindicabit. Si alter conjugum (a) orthodoxus fuerit, alter hæreticus: orthodoxos fieri liberos eorum oportet. Si vero quidam ex his orthodoxi facti ſunt, quidam hæretici permanſerint: orthodoxi tantum utriuſque parentis erunt heredes. Sed ſi omnes hæretici ſint, cognati orthodoxi hæredes erunt; aut eis non exiſtentibus, fiſcus. Hæc conſtitutio varias pœnas imponit negligentibus, & hæc non exequentibus, aut non renuntiantibus magiſtratibus, & cohortibus tam civilibus, quam militaribus; item Epiſcopis, qui de Præſidibus negligentibus ad Principem referent. Pœnæ vero ad fiſcum pertinebunt.

XIX. Cognovimus.

Η ἐπιτομὴ τῆς κ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΙ αἱρετικοὶ κοινωνοῦντες ἢ (6) συνάξεις ἢ βαπτίσματα ποιοῦντες τιμωροῦνται ὡς οἱ τοὺς νόμους παραβαίνοντες καὶ οἱ τοὺς οἴκους (7) αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ παρέχοντες τοῖς ἤδη νομοθετηθεῖσιν ὑπόκεινται μόνοι οἱ ὀρθόδοξοι, ἐν τοῖς τῶν ἱερῶν περιβόλων ἔχοντες ἐργαστήρια κέχρηνται προνομίοις οὐ μὴν οἱ αἱρετικοί οὔτε ἔσω τῶν ἱερῶν περιβόλων πραγματεύονται διὰ τὸ μὴ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι μυστηρίων. οἱ δὲ μοντανισταὶ οὔτε συνδιαιτῶνται τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις ὀρθοδόξοις καὶ οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτῶν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ἐξωθοῦνται κωνσταντινουπόλεως. (8) κωλύονται ἐμπορεύεσθαι ἀνδράποδα καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα (9) ἀξιωματικὰ ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ ὁ νέμων αὐτοῖς ἄλογον προστασίαν δέκα λίτρας προστιμᾶται καὶ δέκα οἱ ἄρχοντες ἐξ ἀμελείας καὶ ὁ κόμης τῶν πριβάτων καὶ ἡ τάξις αὐτῶν.

(b) *Epitome XX. Conſtit.*

HÆretici, qui inter ſe conveniunt, aut ſynaxes, (c) aut baptiſmara faciunt, tamquam legum tranſgreſſores puniantur; item qui domus eis ad eam rem præbent, iis, quæ antea conſtituta ſunt, ſubjaceant: ſoli orthodoxi intra ſacra ſepta ergaſteria (d) habentes, non etiam hæretici immunitate fruantur; neque intra ſacra ſepta negotientur; ut non ſacra myſteria audiant. Montaniſtæ vero ne vivere quidem poſſunt cum iis, qui ex eis orthodoxi facti ſunt; & qui ab eis appellantur Epiſcopi, ac clerici Conſtantinopoli expellantur. Emere quoque ſervos prohibentur; item egeni ex eis honoraria munera [e] ex judiciis, aut ex Eccleſiis non accipiant. Qui vero his præfecturam, quam non debet, tribuit, decem libris multetur, ac totidem propter negligentiam Præſes, item Comes rerum privatarum, ejuſque apparitores.

XXI. Quoniam.
XXII. Divinam.

TIT.

(1) τὸ ὀρθόδοξον. (2) ἐπεξιόντων. (3) τῶν ἢ μή.
(4) οἵτινες. (5) addunt aliqui καὶ μὴ ἐξιόντων, quæ verba ſunt repetita ex ſuperioribus.
(6) συνάξιν ἢ βάπτισμα. (7) αὐτῶν.
(8) καὶ κωλύονται. (9) ἐκκλησιαστικά.

(a) *Refert Photius tit. 12. cap 13. Nomocan.*
(b) *Ex eadem collectione hæc quoque epitome ſumpta eſt.*
[c] *Vide adſcripta epit. 14. conſtit. Utitur hoc verbo Dionyſius Areopagita in Eccleſiaſt. hierarchia pro ſacra communione.*
(d) *Officinas, vel tabernas intellige.*
[e] *Refert Theod. Hermopolita lib. 1. tit. 1. cap. 5. Baſilicor.*

B. α. T. β.

Η ἐπιτομὴ τῆς. β. διατάξεως τῦ. θ. τίτλυ τῦ πρώτυ βιβλίυ τῦ κώδικ☉.

LIB. I. TIT. IX.
DE JUDÆIS ET CÆLICOLIS.

(*a*) *Epitome II. Conſtitutionis (cujus in Digeſtis capite XV. de excuſationibus, & III. de decurionibus, mentio fieri videtur.)*

ΕΝ ταῖς ἑορταῖς (1) αὐτῶν οἱ ἰυδαῖοι σωματικῶς ὀυ λειτυργῦσιν.

JUdæi in feſtis ipſorum diebus corporalia munera non ſubeunt.

III. Judæis.
IV. In Synagogam.

Et cætera in hanc rationem aucto numero.

B. α. T. ι.

Η ἐπιτομὴ τῆς. β. διατάξεως τῦ. ι. τίτλυ τῦ πρώτυ βιβλίυ τῦ κώδικ☉.

LIB. I. TIT. X.
NE CHRISTIANUM MANCIPIUM HÆRETICUS VEL PAGANUS VEL JUDÆUS HABEAT VEL POSSIDEAT VEL CIRCUMCIDAT.

(*b*) *Epitome II. Conſt. (quæ refertur LIV. conſtitutione de Epiſcopis, & clericis.)*

Ο ἕλλην (2) ἢ ἰυδαῖ☉ ἢ σαμαρείτης ἢ πᾶς μὴ ὢν ὀρθόδοξ☉ ὀυ δύναται χριςιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν ἐπεὶ ἢ αὐτὸ ἐλευθερῦται ϗ ὁ κτησάμεν☉ δίδωσι τοῖς πριβάτοις. λ. λίτρας.

PAganus, Judæus, & Samaritanus, quique orthodoxus non ſit, non poteſt Chriſtianum mancipium habere; nam & ipſum liberum erit, & qui id poſſederit, privatis rebus XXX. libras inferet.

Εκ τῦ κατὰ ςοιχεῖον ἐπιτομὴ ἄλλη τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Aliter ex collectione Baſilicorum ordine litterarum.

ΙΟυδαῖ☉ χριςιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω μήτε κατηχύμενον περιτεμνέτω μήτε ἄλλ☉ αἱρετικὸς χριςιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω.

JUdæus Chriſtianum mancipium non habeat; neque catechumenum circumcidat; neque hæreticus Chriſtianum mancipium habeat.

B. α. T. ια.

Η ἐπιτομὴ τῆς. θ. διατάξεως τῦ. ια. τίτλυ, τῦ πρώτυ βιβλίυ τῦ κώδικ☉ ἧς ἡ ἀρχὴ προστάττομεν.

LIB. I. TIT. XI.
DE PAGANIS SACRIFICIIS ET TEMPLIS.

[*c*] *Epitome IX. Conſtit. cujus initium* Jubemus.

ΕΑν τι (3) δωρηθῇ ἢ καταλειφθῇ τόποις ἢ προσώποις ἢ ἐπὶ συςάσει τῆς τῶν ἑλλήνων πλάνης ἡ πόλις αὐτὸ λήψεται ἐν ᾗ τὰ πρόσωπα οἰκεῖ ἢ ὑφ᾽ ἣν οἱ τόποι διάκεινται ϗ δαπανῶνται καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν (4) βασιλικῶν προσόδων. τὰ δὲ τῶν ἑλλήνων ἀσεβήματα τιμωρῦνται οἱ ἄρχοντες ϗ τὰ ὑπερβαίνοντα αὐτὺς ἀναφέρυσι βασιλεῖ.

SI quid donatum, derelictumve ſit locis, aut perſonis, aut collegio erroris Paganorum: id urbs illa percipiet, in qua aut ipſæ perſonæ habitant, aut ſub qua loci ipſi ſunt; & ad ſimilitudinem principalium largitionum [*d*] id diſpenſabitur. Paganorum vero impietatem Præſides vindicabunt; & quæ majora ſua poteſtate erunt, referent Imperatori.

(1) τῶν ἰυδαίων. (2) ἕλλην. (3) δοθῇ. (4) πολιτικῶν.

(a) *Hæc epitome ſumpta eſt ex jam dicta collectione conſtitutionum Eccleſiaſticarum. Refert Euſtath. tit. 3. cap. 6. de temporibus præter duo loca Digeſtorum, quæ retulimus.*

[b] *Prior epitome ſumpta eſt ex eadem collectione. Refertur conſt. 54. quæ incipit* Deo nobis. *de Epiſc. & cler. & a Mich. Ataliota tit. 35. Prochiri, & a Joſepho Tenedio in Prochiro ordine litterarum littera I. & X. Poſterior epitome eſt collectionis Baſilicorum ordine litterarum. Deeſſe conſtitutionis ſententiam, titulus indicat.*

(c) *Hæc epitome ſumpta eſt ex collectione conſtit. Eccleſiaſticar. ut ſuperiores.*

(d) Publicarum largitionum *habent quidam libri.*

Ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΙ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα τῇ πλάνῃ τῶν ἑλλήνων ἐπιμένοντες ἐσχάτως τιμωροῦνται· οἱ δὲ μήπω βαπτισθέντες ἑαυτοὺς καὶ παῖδας καὶ γαμετὰς καὶ πάντας τοὺς αὐτῶν προσαγέτωσαν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ τὰ μὲν αὐτῶν τέκνα μικρὰ ὄντα χωρὶς ἀναβολῆς βαπτίζονται· οἱ δὲ τέλειοι πρότερον τὰς γραφὰς κατὰ τοὺς κανόνας διδάσκονται. εἰ δὲ διὰ τὸ τυχεῖν στρατείας ἢ ἀξίας ἢ οὐσίαν ἔχειν χρηματίσοντες (1) βαπτισθῶσι καὶ τοὺς παῖδας ἢ τὰς γαμετὰς αὐτῶν ἢ τοὺς ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλάνης ἐάσωσι καὶ τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας δημεύονται καὶ δεόντως τιμωροῦνται καὶ τῆς πολιτείας οὐ μετέχουσιν. εἰ δὲ μὴ βαπτισθῶσι μετέχουσι τινος τῆς πολιτείας οὔτε κυριεύουσιν οὐσίας κινητῆς ἢ (2) ἀκινήτης ἀλλὰ τὸ δημόσιον αὐτὰ ἐκδικεῖ καὶ ἁρμοδίως τιμωροῦνται καὶ ἐξορίζονται. εἰ δὲ φανῶσι θυσιάζοντες ἢ εἰδωλολατροῦντες ὡς οἱ μανιχαῖοι τιμωροῦνται. οὐ παιδεύουσι δὲ ἕλληνες οἱανδήποτε παιδείαν οὔτε δημοσίας ἀπολαύουσι σιτήσεως οὔτε κατὰ (3) θεῖον τύπον.

Epitome X. conſtitutionis.

QUI poſt ſanctum baptiſma in errore Paganorum perſeverant, ultimo ſupplicio puniantur. Qui vero numquam baptizati ſunt, ipſi, liberi, & conjuges eorum, & omnes, qui in ejus poteſtate ſunt, ad ſacroſanctas Eccleſias perducantur; ac pueri, ſi parvi ſint, ſine mora baptizentur; majores vero antea Scripturas juxta ſacras regulas diſcant. Sin autem, ut militiam, vel dignitatem conſequantur, vel ut facultates poſſideant, ficte baptizati ſint: tamen liberi, aut conjuges eorum, aut ii, qui in domibus ſunt, aut qui ad eos pertinent, in erroribus ſuis eſſe permittant: bona eorum publicabuntur, & ipſi, ut oportet, plectentur, neque in Rempublicam partem ullam obtinebunt. Si vero non baptizati ſint, nec intererunt aliquo pacto in Rempublicam, nec erunt rerum mobilium, aut immobilium domini: ſed fiſcus omnia vindicabit; & ipſi, ut oportet, punientur, atque exulabunt. Sin autem ſacrificare, aut idola colere deprehendantur; ut Manichæi pœnas dabunt. Nullam diſciplinam Pagani doceant, neque publica annona, ne cum ſacra quidem forma, fruantur.

B. α. T. ια.

Ἡ ἐπιτομὴ τῆς τρίτης διατάξεως τοῦ ιβ. τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος, ἧς ἡ ἀρχὴ ἀνεῴχθησαν.

ΟΥδεῖ τοὺς προσφεύγοντας ἔχειν οἱανδήποτε ὅπλα (4) οὐ μὴν ἐντὸς τοῦ ναοῦ ἐσθίειν ἢ καθεύδειν. ἀσφαλῶς γὰρ διάγουσιν ἐντὸς τῶν πρώτων θυρῶν ἐν αὐλαῖς καὶ στοαῖς καὶ λουτροῖς καὶ κήποις. εἰ δὲ παρὰ τῶν κληρικῶν προτραπέντες καὶ ὅρκον ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ λαβόντες μὴ ἀποθῶνται τὰ ὅπλα διὰ ἐνόπλων ἀποσπῶνται· τοῦτο δὲ ποιεῖν οὐκ ἔξεστι παρὰ κέλευσιν τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἐκδίκων.

Ἐκ τῆς τρίτης συνόδου ἡ αὐτὴ ὅλη διάταξις.

Αὐτοκράτορες Θεοδόσιος καὶ Βαλεντινιανὸς αὔγουστοι Ἀντιόχῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ καὶ ὑπάτῳ.

ΑΡχαία τις καὶ ἀπὸ τῶν καιρῶν τῆς πλάνης συνήθεια καὶ νόμου φυσικὴ διάταξις δι' εὐσέβειαν ἀεὶ τῆς τοιαύτης κεκράτηκεν ὥστε τὰς θείας θρησκείας τῶν δημοσίων διοικήσεων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων

ἐν

LIB. I. TIT. XII.

DE IIS QUI AD ECCLESIAS CONFUGIUNT.

(*a*) *Epitome III. conſtitutionis, cuius initium eſt* Pateant. *Theodoſii, & Valentiniani Imperatorum.*

NON oportet eos, qui confugiunt ad Eccleſias, aliquod armorum genus habere, neque illic comedere, aut dormire: quando ſecuri intra priores januas verſantur in aulis, porticibus balneis, & hortis. Si vero a clericis admoniti, ſuſceptoque ſacramento de ſecuritate præſtanda, noluerint arma deponere; per ſatellites expellantur. Id tamen ſine Epiſcoporum, ac Defenſorum juſſione facere non liceat.

Tota conſtitutio ex tertia ſynodo.

Imp. Theodoſ. & Valentin. AA. Antiocho Præf. Præt. & Cos.

VEtus quædam eſt, & ab errorum temporibus ducta conſuetudo, juriſque naturalis conſtitutio; quæ propter pietatem ſemper obtinuit, ut divina religio tam publicis provinciarum adminiſtrationibus, quam privatorum hominum uſu

in

(1) βαπτίσασθαι. (2) ἀκινήτου. (3) τὸν θεῖον. (4) ἢ.

(a) *Epitome ſumpta eſt ex dicta collectione, ejuſque ſententiam refert Photius tit. 5. cap. 2. Nomocanonis, & Theod. Balſamon ibid. in ſcholiis, atque idem Photius tit. 9. cap. 27. Verba conſtitutionis invenies in tertia ſynodo generali Epheſina, & lib. 9. tit. 45. Codicis Theodoſiani, a quo ſumpta eſt inſcriptio. In eodem codice Græce, & Latine conſcripta eſt.*

ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἔθνει διαφυλαχθῶσι καὶ (1) ταύτας οὐ μόνον ἐν τῷ (2) ἀκροτάτῳ τῶν πραγμάτων ἀλλ' ὥσπερ ἐν τινι ἐπὶ γῆς οὐρανῷ ἀνατίθεσθαι καὶ ὅποι πλησιάζειν μόνοις καθαροῖς καὶ ὁσίοις θέμις ἐστί. ὅθεν κἀκεῖνο συμβαίνει τὸ πάντων φυσικῶς ταῖς διανοίαις ἐγκεῖσθαι μηδενὶ τρόπῳ δύνασθαι τὰ τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντα μιαίνεσθαι, μήτε κατὰ τῆς θείας δυνάμεως τὴν ἀνθρώπων ὕβριν χωρεῖν. πῶς γὰρ δύνατ(αι) μολύνεσθαι ἅπερ ἀεὶ καθαρεύειν ἀνάγκη ἢ πῶς δύνατ(αι) ῥυπαίνεσθαι ἅπερ ἅπαξ ἁγιασθέντα τὸ τοιαῦτα εἶναι οὐ παύεται ὅθεν εἰ καὶ πεπείσμεθα ὑπὸ τῶν ἐναγχος ἀθεμίτως ἐκ τῆς βαρβαρικῆς μανίας κατὰ τῶν θείων τολμηθέντων θυσιαστηρίων μήτε μολύνεσθαι τὸ καθαρὸν μήτε κεχρᾶνθαι ὅπερ εἶναι πέφυκεν ἅγιον. ὅμως ἐπειδὴ γέγονεν ὅπερ οὐδαμῶς ἠλπίσθη γενέσθαι καὶ μέχρι τῆς ἀσεβείας ἡ τῶν μυσαρῶν ἔφθασε τόλμα ὥστε μὴ τοῖς ἀνοσίοις γοῦν δοκεῖν βέβηλα εἶναι ταῦτα ἅπερ θεῖα τυγχάνει μήτε ἐν τοῖς ἁγιασθεῖσι καὶ ἀφιερωθεῖσι τόποις ἐξεῖναι ταῦτα ἅπερ οὐδὲ ἐν ἄλλοις χύδην ἀδίκως ἀνεκτὸν γίνεσθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν θρησκείαν καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας παραφυλακῇ ἀνόθευτον παραμένειν, πᾶσαν ὕβριν τῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος ἐκκλησίας τήν τε παρὰ τῶν τολμώντων καὶ ἀκόντων ἐγγινομένην ἀπείργομεν. καὶ γὰρ εἰ ἐθνικῆς ἀρχαιότητος ἡ θρησκεία πλάνη καὶ θεὸς τὸ δοκοῦν οὕτως τῆς οἰκείας δεισιδαιμονίας ἐξήτησε τὴν παρατήρησιν ὥστε τοὺς βωμοὺς μὴ πᾶσιν ἀλλὰ γὰρ ποσὶν ἐπιτρέπειν τῶν ἱερέων τούς τε ναοὺς ὥσπερ καὶ διὰ τῆς γῆς ὑψωμένους ἐν τοῖς ἀκροπόλεσι καὶ τοῖς ὀχυρωτέροις τῶν πόλεων ἀνατεθεῖναι τόποις τότε κατασκευασθέντα εἴδωλα προσκυνεῖν καὶ μετὰ σεπτῆς μεγίστης ἔχειν ματαιότητος, πόσῳ μᾶλλον (3) ἡμᾶς προσήκει τὴν θρησκείαν μετὰ πάσης φυλάττειν παρατηρήσεως πρὸς οὓς ὁ Θεὸς μετὰ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας οὐρανοὺς μὴ ἀπολιπὼν καταβέβηκε; καὶ ὥσπερ τινὸς μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἀντιδόσεως γενομένης ἄνθρωπος Θεὸν εἰς γῆν ὑπεδέξατο καὶ Θεὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγεν ἄνθρωπον; πρὸ δέ γε τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο μάλιστα ἐξιλεοῦται Θεὸς τοῖς τῆς ἄκρας ἐξουσίας πράγματα ἐπιλελησμένοις τῆς σωτηρίας ζωῆς τε καὶ ἀμεριμνίας φροντίζειν ἀνθρώπων ἅπερ κατὰ τὸ ἡμῖν ἔμφυτον οὐδαμῶς θάτερον τῷ ἑτέρῳ δίχα τῆς ἑκατέρου βλάβης συνάπτομεν, ὥστε μήτε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις ἢ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις ἐκ τῆς πολλῆς τῶν προσφευγόντων ἀπαγορεύσεως τε καὶ δειλίας προπετείας τε καὶ καταφρονήσεως τόλμης ἢ καὶ μανίας ὕβριν παρὰ τὸ πρέπον γενέσθαι τινὰ καὶ τὸν τῶν ἀθλίων τε καὶ ἀβοηθήτων μόνον ἔσχατόν γε λιμένα εὐρυτέροις τοῖς πεποιημένοις ὑποδέξασθαι κόλποις οὐδένα τὸν κλύδωνα τῆς θαλάττης καὶ τοὺς σκοπέλους ἐκκλίνοντα προσήκει τὴν τῆς γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην πόλεμος καθ' ὃν συνέστη παράταξις τὴν κατὰ τοῦ προσφεύγοντος ἀπειλὴν ἀποτίθεται τὸ ἄσυλον ποτὲ [4] ὑπερασπίσεως τῶν διαφόροις εὐόχων ἐγκλήμασι (5) τῇ τῶν νόμων παρωθούμενον (6) αὐθεντίᾳ καὶ ὥστε (7) μηδαμῶς τοῖς ἀλαβουμένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες τῶν ἀπειλῶν τῆς σκαιᾶς τύχης ἐλευθερωθέντες τε καὶ ἀμεριμνοῦντες γεγήθασι τοσαύτης τοιγαροῦν

in omni tempore, atque natione extendatur: eaque non ſolum in ſublimi loco, ſed quaſi in altero cœlo ponatur in terris, ut illo accedere puris, ſanctiſque ſolum fas ſit. Ex quo illud quoque evenit, ut omnibus ſuapte natura in animo ſedeat, nullo pacto poſſe, quæ Deo conſecrata ſunt, pollui; neque adverſus divinam poteſtatem, hominum injuriæ locum eſſe. Quî enim liceat inquinari ea, quæ ſemper pura eſſe neceſſe ſit? Aut quî ſordere liceat iis, quæ ſemel Deo conſecrata, ſacra eſſe numquam deſinant? Quamvis itaque ſciamus, eos, qui nuper nefarie, & barbaro quodam furore adverſus ſacras aras irruere auſi ſunt; neque polluiſſe, quod purum; neque fœdaſſe, quod ſanctum erat: cum tamen factum ſit, quod nullo pacto fieri ſperatum eſt; & uſque ad aras pravorum hominum audacia proceſſerit: & ut non videantur impiis hominibus ea eſſe profana, quæ ſacra ſunt; neve in conſecratis, ac Deo dicatis locis ea liceant, quæ ne in aliis quidem paſſim injuſte fieri ſinuntur, ac præterquam quod religionis, & pietatis obſervatio pura, & caſta debet permanere: quamcumque injuriam ab Eccleſia omnipotentis Dei arcemus, ſive eorum, qui audaces vim inferunt, ſive eorum, qui eo inviti confugere coguntur. Etenim ſi vana veterum paganorum ſuperſtitio, diique, qui placebant, illorum quoque ſuperſtitionis obſervatio ita excolebatur, ut non quibuſcumque aræ, ſed certis ſacerdotibus committerentur; ac templa quaſi terris eminentiora in arce, & editioribus locis urbium conſtituerentur: Hæc illi, qui idola, ſive ſimulacra ab ipſis conſtructa adorabant; & cum maxima veneratione in ea vanitate verſabantur: quanto nos decet magis religionem noſtram cum omni obſervatione colere, & venerari? Ad quos Deus ipſe cum vero cultu cœlum non derelinquens deſcendit? & quaſi quadam inter Deum, & homines permutatione facta, homo Deum in terris ſuſcepit: Deus hominem in cœlum deduxit? Huc accedit id, quo in primis placatur Deus; ut relictis ſupremæ poteſtatis negotiis, nobis ſalutis, vitæ, & tranquillitatis hominum curæ eſt: quod cum inſitum nobis ſit, nullo pacto alterum alteri ſine utriuſque læſione conjungimus: ut neque Eccleſiaſticis domibus, aut ſacris altaribus ex confugientium pertinacia, ignavia, temeritate, imprudentia, audacia, atque furore indecora fiat injuria; & ut miſerorum, ac derelictorum ſolus, extremuſque portus latiori ſinu facto comprehendatur; nemini enim tempeſtatem maris, ſcopuloſque declinanti oportet terrarum auferre tranquillitatem. Bellum, in quo acies conſiſtunt, profugis ſecuritatem præſtat; aſylumque aliquando protectionis iis, qui variis accuſationibus obnoxii ſunt, legum auctoritate excluſis; atque ut nullo pacto fugientibus expelli videatur humanitas, aram ſalutis in noſtris quoque ſtatuis vetuſtas conſtituit; & qui veſtigia noſtrarum imaginum conſequuntur, minis adverſæ fortunæ liberati, & ſecuri red-

dun-

(1) ταῦτα. (2) ἀκροτερίῳ. (3) καὶ ἡμᾶς. (4) ὑπερασπίσας. (5) τὴν τῶν. (6) αὐθεντίαν.
(7) μηδαμοῦ.

Digitized by Google

ρωμῦ τῆς ἁφῆς τοῦ ἱδρύματος διὰ τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν δίδωσι τοσαύτην χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν;

Ἀνεῴχθησαν (1) τοίνυν τοῖς (2) δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ (3) καὶ τοὺς προσφεύγοντας ἱκέτας ὁ κοινὸς (4) ὑποδεχέσθω βωμὸς καὶ τὴν θείαν βοήθειαν τὴν (5) κοινὴν προσκομιζομένην ἅπασιν ἐκ τῶν ταύτης οἴκων μηδεμία ὡς ὑπερτέρα διωθείτω ἀπειλή. ποῖος γὰρ ταῖς συμφοραῖς οἶκτος ὑπολειφθήσεται ἐὰν τοῖς ναυαγοῦσιν εἰ τὸν αἰγιαλὸν ἀποκλείσεις καὶ τὴν πηγὴν τοῖς διψῶσι θολώσεις; ἢ ποία ταῖς ἀνθρωπίναις περιέστι συμφοραῖς θεραπεία ἐὰν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἀρνηθείη; ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν (6) οὐ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια [(7) καὶ τὸ ἐντεῦθεν τοῦ ναοῦ τὸ τετραγώνων τοίχων] περιβολῇ τειχιζόμενον εἰς ἀσφάλειαν συμπλεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν ἀλλ' εἴπερ καὶ περαιτέρω τοῦτο τυγχάνει ἄχρι τῶν πλατυτάτων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας (8) ὧν τοῖς εὔξασθαι προῃρημένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνει ἐλέου βωμὸν τοῖς (9) προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ [(10) ὃν τῷ προειρημένῳ τόπῳ πρόσφυγας διεγράψαμεν καὶ τῶν (11) πρώτων] μετὰ τὰς δημοσίας πύλας (12) τῆς ἁγίας ἐκκλησίας θυρῶν (13) τὰ περὶ ἐγκείμενα εἴτε ἐν οἰκίαις (14) ἢ ἐν κήποις εἴτε ἐν αὐλαῖς ἢ ἐν λουτροῖς ἢ καὶ ἐν στοαῖς τυγχάνει τοὺς εἰς ἐκεῖνα πρόσφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ (15) ἐνδοτάτου ναοῦ φυλάττειν (16) καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τε καὶ εὐσεβείας λόγῳ τὰ (17) μικρὰ ὀλίγον διεστῶτα τοῦ τόπου οὐ μικρῷ τῷ τῆς παρατηρήσεως τούτου διώρισται, ὅμως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀμεριμνίαν πλατύναι τοῖς προσφεύγουσι καὶ τοῖς ἀλλαξομένοις βοήθειαν ἐκτεῖναι πᾶσαν τὴν προδηλουμένην περίοδον ἀδιάφορον εἶναι λιμένα τῆς ἀτυχίας προστάττομεν καὶ μηδένα (18) εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι τὰς ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας (19) μήτοιγε ὁ τοῦτο τολμῶν ἐν (20) συμφοραῖς ἑαυτὸν ἰδὼν καὶ αὐτὸς ἐξαιτῶν βοήθειαν (21) καταφύγῃ. (22) τὸ δὲ τοιοῦτον τῶν διαστημάτων πλάτος (23) ἐν καιρῷ τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διάγειν μᾶλλον δὲ τοῦ περιπατεῖν φιλανθρώπως συγχωρήσαμεν ἵνα μή τινι τῶν (24) προσπεφευγότων (25) ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ ἢ ἐν τοῖς (26) ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν ἢ ἐσθίειν ἢ καθεύδειν; (27) παννυχίζεσθαι ἐξῇ· τῶν μὲν κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν τοῦτο κωλυόντων τῶν προσφύγων δὲ τῆς εὐσεβείας ἕνεκα φυλαττόντων (28) ἵνα μήτε οἱ προσφεύ-

duntur. Cum igitur ſtatuas tangere propter imperialem venerationem ſupplicibus tantum auxilii præſtet: quantum oportet præſidii ſacratiſſimas atas confugientibus præſtate?

Pateant (a) igitur Dei magni templa miſeris: confugientes ſupplices communis ara ſuſcipiat; & divinum auxilium omnibus publice ex ſacris ædibus competens nullius iracundia quaſi ſuperioris excludat. Quæ enim calamitatibus miſericordia relinquetur: ſi naufragos littore excludas: aut fontem ſitientibus conturbes? quæve humanis neceſſitatibus ſupereſt medicina: ſi eis Deus ipſe denegatur? Sancimus itaque, ut noſtris temporibus non ſolum aræ ipſæ ſacræ, & populi orantis locus ambitu murorum quadrato cinctus tutelam confugientibus præſtet: ſed ſi quid extra ea ſit uſque ad ultimas templi januas, in quas primum ad orandum venientes incidimus, miſericordiæ aram confugientibus eſſe jubemus, ut quæ intra [b] templum in eum locum confugientibus deſcripſimus, & intra primas poſt publica loca ſacræ Eccleſiæ januas circumſcripta ſunt, ſive in domibus, (c) ſive in hortis, ſive in aulis, atriiſve, (d) ſive in balneis, ſive in porticibus ſint: ingredientibus profugis, ut in intimo templo, obſerventur. Ac quamvis religionis præſertim, & pietatis ratione, quæ parum abſunt (e) a loco ſacro, non parvæ tutelæ loco eſſe definiantur: tamen, ut ſecuritatem confugientibus porrigamus, & timentibus auxilium præſtemus: omnem illum ambitum indifferenter portum tranquillitatis eſſe jubemus; ac nemo ad eos repellendos ſacrilegas manus iniciat: ne, ſi id auſus fuerit, ipſe in calamitate conſtitutus auxilium petere, atque confugere habeat. Hujus autem ſpatii latitudinem metus tempore ut degere, vel obambulare humanitatis cauſa patimur; ita ut nulli ex profugis liceat in Dei templo, aut circa ſacras aras habitare, aut comedere, aut dormire, (f) aut pernoctare. Idque clerici quidem religionis cauſa prohibeant; confugientes vero pietatis gratia abſtineant: ut neque qui con-

[1] τοῖς *C. TH.* [2] αἰδέσιν. [3] in Cod. Theod. deſunt hæc, uſque ad verſ. 14. οὐ μόνον &c. [4] ὑποδεχέσθω. [5] κοινῇ. [6] οὐ γὰρ μόνα τά. C. Theod. [7] Cod. Theod. καὶ τὸν ἀντέρεισον ναὸν τῶν τεττάρων τῶν τειχῶν. [8] Hæc non ſunt in Cod. Theod. [9] προσφεύγουσι. C. TH. [10] Cod. Theod. ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν ἄχρι τῶν πρώτων.
[11] πρώτων. [12] τῆς Cod. Theod. [13] πᾶν τὸ παρεγκείμενον Cod. Theod. [14] Cod. Theod. ἢ κήποις ἢ αὐλαῖς ἢ λουτροῖς ἢ ἐν στοαῖς.
[15] ναοῦ. Cod. Theod. [16] Hæc deſunt in Cod. Theod. ad verſ. 34. προστάττομεν. [17] μικρῷ ὀλίγον. [18] τούτοις. Cod. Theod. [19] ἵνα μή. [20] συμφορᾷ σεαυτόν Cod. Theod. [21] καταφύγοι. [22] τοῦτο δέ. Cod. Theod. [23] διὰ τοῦτο συγχωρήσαμεν. Cod. Theod. [24] προσφυγόντων. Cod. Theod. [25] τοῖς. [26] ἁγίοις.
[27] παννυχίζειν. Cod. Theod. [28] Multa deſunt Cod. Theod. uſque ad p. ſeq. verſ. 21.

[a] *Hæc initium eſt hujus conſtitutionis in Codice Theodoſiano, & fuiſſe idem initium in Codice Juſtiniani, Græci interpretes auctores ſunt. Multa tamen in Theodoſiano detracta ſunt, multa etiam aliter Latine, quam Græce dicuntur.*
(b) *Refert Theodor. Hermapolita lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 11. *Baſilicor.*
(c) *In Cod. Theod.* ſive in cellulis, ſive in domibus, *Græca tamen conſt.* ἐν οἰκίαις *tantum habet. vide p. ſeq. verſ.* 22.
(d) *In cod. C. TH.* atriis *Lat. Græce* ἢ αὐλαῖς. *Epheſ. ſynodus habet* εἴτε ἐν αὐλαῖς.
[e] *Vide l.* Quæ religioſis. *Dig. de rei vind.*
(f) *In Cod. Theod. non recte ſcriptum eſt*, mane, vel veſpere cubare: *ſed ſcribendum eſt*, manere, vel veſci, vel cubare: *cum Græce ſit* μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν.

φεύγοντες βεβήλῳ. γνώμῃ προσφεύγειν (1) δοκοῖεν τῇ θρησκείᾳ καταμιγνύντες τὰς οἰκείας χρείας μήτε οἱ τὰ οὕτως αἰσχρὰ δυνάμενοι τοῦ θείου ἀπείργειν οἴκου δόξωσι τὴν εὐσέβειαν ἧς ὑποφῆται τυγχάνουσι καταβλάπτειν προκειμένου δὲ τοῦ θατέρου πάντως προσκροῦσαι αἱρετώτερον τοὺς κληρικοὺς τὰς ἀνθρωπίνας καὶ φυσικὰς τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων ἀπωθουμένους ὕβρεις θρασεῖς μᾶλλον ἢ ἀσεβεῖς νομίζεσθαι καὶ περὶ ἄνθρωπον ἢ περὶ θεὸν ἁμαρτάνειν ὁπότε τούτου τεθέντος τοῦ νόμου μήτε ἀπανθρωπίας τις ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς κληρικούς. ἐπεὶ δὲ πολλὴ τοῦτε φόβου καὶ τῆς ἀμεριμνίας τῶν προσφευγόντων πρόνοια γέγονε καὶ γὰρ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ χρήσει τε καὶ ἀνάγκῃ ῥυποῦσθαι τὸν τοῦ θεοῦ ναὸν καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐφυβρίστῳ ἀσθενείᾳ καταμίγνυσθαι τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῶν σαθρῶν μολύνεσθαι τὸ αἰτεῖν βοήθειαν τοῖς προσφεύγουσι οὐκ ἀπεκλείσαμεν ἀλλὰ καὶ προσέτι καὶ πλατυτέροις διαστήμασιν μακροτέροις τε χωρήμασιν ἀσφαλισθῆναι (2) τούτοις ἐψηφισάμεθα τοῦ πρέποντος τῇ τε ἀνθρωπότητι φυλαχθέντος (3) ὅπλα ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ (4) εἴδει ἀμυντήρια τοὺς προσφεύγοντας οὐδαμῶς ἔχειν ἢ ἐπιφέρεσθαι ἐν τοῖς (5) τῆς ἁγίας ἐκκλησίας προστάττομεν οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων ναῶν τε καὶ θυσιαστηρίων ὡς τὰ λοιπὰ ταῦτα κωλύοντες ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκημάτων καὶ ἑλῶν (6) καὶ (7) κήπου καὶ λουτροῦ καὶ αὐλῶν καὶ στοῶν (8) ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑπερασπίζειν τῶν προσφευγόντων ἐδηλώσαμεν. οὔτε γὰρ θέμις τοῖς ἁγιωτάτοις ναοῖς ἢ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τόποις κατὰ περιεργίαν διχονοίας ἢ πολέμων ὕλας ἐπιφέρεσθαι ἀρκείτω τοῖς προσφεύγουσιν ἡ τοῦ θεοῦ βοήθεια ᾧ τά τε ὅπλα καὶ οἱ νόμοι καὶ ἡ βασιλεία ὑποτάττεται καὶ γὰρ ἡμεῖς οὓς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα καὶ οὓς οὐ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι τῷ τοῦ θεοῦ ναῷ προσιόντες ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπάνομεν ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα καὶ τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσεως (9) εἰκόνι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλεται τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου δίχα μόνην τὴν τῶν δωρεῶν προσφορὰν ἐφαπτόμεθα καὶ εἰς τὴν τῶν θείων (10) κύκλῳ περιστοιχουμένην ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ὑπεκβαίνομεν καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς ἀγχιστευούσης θειότητος ἑαυτοῖς ἀπονέμομεν ὅθεν (11) τοὺς δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ θεοῦ (12) καὶ εἰς (13) τὸ ὁσιώτατον θυσιαστήριον ἐν οἱῳδήποτε ἔθνει (14) ἢ καὶ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας ὑπνοῦν ἐν τῷ ναῷ (15) ἤτοι καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ (16) καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν ἐκτὸς τινὸς ὕβρεως παρὰ τῶν κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι (17) καὶ οὕτως (18) τοῦτο τυποῦσθαι χρὴ πρὸς αὐτοὺς ὥστε μὴ δοκεῖν ὕβριν εἶναι τοῦ κωλύοντος ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτεῖν τὸ γινόμενον τῆς ἁγιωσύνης καὶ τῆς καθαρότητος τοῦ τόπου τοὺς εὐλαβουμένους ὑπομιμνησκέτωσαν καὶ μηδὲν ταῖς θρησκεί-

confugiunt, profana mente confugere videantur, religioni ſuos privatos uſus commiſcentes; neque qui poſſunt tam turpia a ſacris ædibus depellere; ſanctitatem, quam colunt, lædere videantur.

Horum altero eveniente omnino reſiſtere melius eſt clericos hiſce humanis, & naturalibus ſacri altaris injuriis; & ſi audaces, quam impii, & erga homines, quam erga Deum peccare potius cenſeantur; cum præſertim poſt hanc propoſitam legem, ne inhumanitatis quidem ulla ſuſpicio jure ipſos clericos tanget. Quoniam vero metui proviſum eſt, ac ſecuritati eorum, qui confugiunt: ne humanis uſibus, ac neceſſitatibus ſorderet Dei templum; neve ſacra myſteria injurioſa infirmitate miſcerentur; neve ſacra profanis contaminarentur; neve religioſæ res ſordidis fœdentur: auxilium quidem petere profugos non vetamus; ſed & latioribus finibus, ac longioribus ſpatiis eos tutos eſſe decrevimus: ſuo vero decore clementiæ obſervato, æræ arma, aut ex alia materia [*a*] nullo pacto confugiens habere, aut inferre intra Eccleſiam jubemus: eaque non ſolum a ſacris ædibus, atque aris, ut cætera arcemus; ſed a domibus, cænaculis, (*b*) hortis, balneis, atriis, (*c*) & porticibus, quæ antea tutelæ eſſe confugientibus diximus. Neque enim fas eſt ſanctiſſimis templis, aut Eccleſiaſticis locis ad inſtructionem diſſenſionis, ac belli, telorum materiam inferre. Sufficiat confugientibus divinum auxilium; cum Deo & arma, & leges, & imperium ſubſit. Namque nos etiam, qui ſemper imperandi jure armis ſtipamur, quoſque non decet ſine ſatellitibus eiſe, cum ad Dei templum accedimus; foris arma derelinquimus, diademaque deponimus; atque ea imago deminutionis imperii major nobis ipſius imperii honos eſſe ducitur. Ad ſacra autem altaria dona tantum offerentes accedimus; & in ſacrum, qui ea circumſtat, ambitum, ut ingreſſi ſumus, eximus; neque quicquam e ſacris nobis ipſis vindicamus. Quamobrem qui ſine armis ad ſacras Dei ædes, & ad ſanctiſſima altaria in hac urbe, aut in quacumque provincia confugiunt; dormire in Eccleſia, aut prope altaria, aut cibum ſumere a clericis oportet ſine ulla injuria prohiberi. Ita enim decet hoc contra illos conſtitui; ut non videatur injuriam facere, qui prohibet: ſed rationem religionis habere; & id, quod fiet, ſanctitatis, & puritatis cauſa fieri confugientibus renuntient; eoſque doceant, nihil religioni cum hominum uſu eſſe

[1] δοκοῖεν. [2] τούτους. [3] ὅπλα δὲ ἢ ἐν. Cod. Theod. [4] ἀμυντήρια. Cod. Theod.
[5] τῆς. Cod. Theod. [6] διαιτῶν.
[7] κήπων καὶ λούτρων. Cod. Theod.
[8] Deſunt etiam hæc in Cod. Theod. uſque ad verſ. 43. [9] εἰκόνα. [10] κύκλων.
[11] τοὺς τοίνυν δίχα. Cod. Theod. [12] εἰ καὶ εἰς τὸ ἅγιον. Cod. Theod. [13] ὁσιώτατα θυσιαστήρια. [14] ἢ κατὰ. Cod. Theod. [15] Cod. Theod. ἤτοι τῷ. alii ἢ καὶ ἐν τῷ. [16] καὶ ἐπ' αὐτοῖς. [17] κεκωλῦσθαι. Cod. Theod. [18] In Cod. Theod. deſunt hæc uſque ad pag. ſeq. verſ. 2.

(a) *Cod. Theod.* in quovis telo, ferro, vel ſpecie. *Sed Græce* ἐν σιδήρῳ ἢ ἐν ἑτέρῳ. *in Epheſ. additur* εἴδει.
(b) *Cod. Theod.* cællulis; *ſed Græce* διαιτῶν. *in Epheſ. ſyn.* καὶ ἑλῶν.
[c] *C. TH.* areis, *&* *Græce* αὐλῶν.

κείας μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν (1) τὰ διαστήματα τὰ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις (2) διὰ τὴν τῶν προσφύγων ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἀφορισθέντα (3) κατὰ μέρος δεικνυέτωσαν τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπιόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι (4) γνώτωσαν. ὡς οὐ χρὴ τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύποις μιαίνειν ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χραίνειν τὸν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνύβριστον εἶναι βουλόμενον εἰ τούτοις πᾶσι τις μὴ ἐπινεύσοι μήτε πείθηται (5) προτιμάσθω (6) τῆς πραότητος ἡ θρησκεία καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τοὺς προλεχθέντας τόπους (7) διωκέτω ἡ θρασύτης (8) ἔστω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβηθεὶς ἐκτὸς κινδύνου καὶ ὅμως ἡ θρησκεία τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐπιμιξίᾳ μολυνθήσεται τοὺς δὲ βοήθειαν ἐξαιτοῦντας παρὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ καὶ μεθ' ὅπλων εἰσιόντας εἰς τοὺς ἁγιωτάτους ναοὺς ἢ καὶ παρασκευῆς ἥτις φυσικῷ καὶ ἐθνικῷ νομίμῳ τῆς θρησκείας ἀπείργεται μὴ μόνον ἐπιφέρειν τῇ ταύτης ἁγνείᾳ ἀλλὰ γὰρ καὶ συνάπτειν ἐπιχειροῦντας ὅπερ βοηθοῦσι ἢ ἀκουσθῆναι ἢ ἀγριότητι ἰδεῖν φορητὸν πληρεστάτῳ αὐστηρίας προστάγματι καὶ φοβεραῖς ἀπειλαῖς (9) προηγουμένως μὲν τοῦτο μὴ ποιεῖν (10) παραινέσεις. ποίαν γὰρ ἐλπίδα ἐν τῇ θρησκείᾳ ἐντίθεται ὃς ἐφ' (11) ὕβρει ταύτῃ ὅπλα περικείμενος εἴσεισιν; ἐὰν δέ τινα μανία τυφλώττουσα παροξύνῃ τῶν ἡμετέρων καταφρονεῖν θεσπισμάτων (12) ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας ἢ ἐντὸς τοῦ ναοῦ ἢ περὶ τὸν ναὸν ἢ καὶ ἐκτὸς τούτου τυγχάνοντα παραχρῆμα (13) τοῦτον τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τοῦ ἐπισκόπου παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν (14) καὶ αὐστηρότερον (15) ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀποτίθεσθαι καταναγκασθῆναι προστάττομεν διδομένης αὐτοῖς ἐλπίδος (16) καὶ θάρσους ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικουρίᾳ ὀχυρωθήσονται. ἐὰν δὲ (17) τῇ τοῦ ἡμετέρου νόμου αὐθεντίᾳ καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες (18) τῷ τόνῳ τῆς οἰκείας ἀγνοίας ἐμμένωσι καὶ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται (19) ἅπερ παρὰ τὸ θεμιτὸν οὐ σωτηρίας χάριν ἀλλὰ τυραννίδος καὶ ἱεροσυλίας (20) θρασύτητος ἀνεδέξαντο γινωσκέτωσαν ὡς διὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων παραγγελμάτων ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος καὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης (21) κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα καὶ παρ' ἐνόπλων εἰς χωρουμένων ἀποσπασθήσονται καὶ πάσαις τα-

eſſe commune. Eis etiam ſingillatim oſtendent ſpatia intra Eccleſiæ ambitum, quæ eorum tutelæ, & tranquillitati definita ſunt; capitalemque pœnam adverſus temere irruentes indictam eſſe facient certiores: utque non oporteat religionem humanis ſordibus contaminari, aut injuria naturalis neceſſitatis fœdare eos, qui ob eandem religionem ſine injuria eſſe cupiunt. Quod ſi quiſquam his omnibus non conſenſerit, & obediverit: religio tum lenitati præferatur; & ex ſacris locis in alia jam dicta ducatur, ejuſque comprimatur audacia. Sit enim qui nimis timidus eſt, ſine periculo; non tamen religio humani uſus immixtione fœdetur: qui vero auxilium a Deo optimo maximo petunt, atque cum armis ſanctiſſima templa ingrediuntur; aut cum eo apparatu, qui naturali, ac gentium jure a religione amovetur; non ſolum inferre in eam puritatem ſacrorum, ſed etiam ea ſacris conjungere ſtudent; quæ juvare aut audire, aut videre barbarum eſt; quodque plurimis, atque maxime acerbis pœnis coercendum eſt, neque ejus rei admonitiones ferendæ ſunt.

Quam enim ſpem in religione ponit, qui eidem hanc injuriam facit armis circumdatus ingrediendo? Si vero quemquam ſic furor occæcaverit, & irritaverit; ut noſtras ſanctiones negligat; & ad quamcumque partem Eccleſiæ, ſive intra templum, ſive ad illum ambitum, aut extra venerit: ſtatim eum ex Epiſcopi auctoritate apud ſolos clericos, ut ſeverius hæc fiant in eorum ſalutem, arma deponere cogi jubemus, damuſque ei ſpem, atque fiduciam, ut religione potius, quam armorum tutela muniatur. Si vero noſtræ legis auctoritate, & eccleſiaſticorum voce commoniti in ſuæ ignorantiæ pertinacia perſeveraverint; neque arma dimiſerint, quæ præter fas non ſalutis, ſed quaſi tyrannicæ, ac ſacrilegæ audaciæ cauſa ſuſceperunt: tot, ac tantis præceptis placata religione, & a noſtra tranquillitate, & ab Epiſcopis Deo purgatione conceſſa [a] juxta eorum crimina, ab armatis etiam hominibus ſe evellendos noverint, (b) omni-

[1] Cod. Theod. δεικνυέτωσαν τὰ διαστήματα.
[2] τῇ αὐτῶν ἀσφαλείᾳ ἡσυχίᾳ τε.
[3] καὶ διδασκόντων. Cod. Theod.
[4] Deſunt in Cod. Theod. uſq. ad verſ. 10.
[5] Cod. Theod. εἰς ὁ προσφύγων εἰ μὴ πείθοι, τότε προτιμάσθω. (6) τῆς φιλανθρωπίας. Cod. Theod. (7) χωριζέσθω. Cod. Theod.
(8) Deſunt in Cod. Theod. uſq. ad verſ. 22. ſunt autem hæc: τοὺς δὲ μετὰ ὅπλων τὰς ἁγίας ἐκκλησίας καταλαμβάνοντας. (9) Cod. Theod. προηγουμένως μὲν μὴ ποιεῖν τοῦτο ὑπομνήσκομεν. (10) Hæc deſunt in Cod. Theod. ad verſ. 27.
(11) ὕβρει. (12) ἐὰν δὲ ἐν οἱῳδήποτε. Cod. Theod. (13) Cod. Theod. τά. alii τούτου τά.
(14) μὴ αὐστηρότερον. Cod. Theod. alii καὶ αὐστηροτέρα. (15) ἀναγκαζομένους ἀποτίθεσθαι. Cod. Theod. (16) καὶ ὅρκου. Cod. Theod. (17) τῇ ἐκκλησιαστικῇ. Cod. Theod. (18) μετὰ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας παραγγελείας τὰ ὅπλα. Cod. Theod. (19) Hæc deſunt in Cod. Theod.
(20) θρασύτητι. (21) ἐν ὅπλων εἰ ἀπεμφθέντων. Cod. Theod.

(a) *Cod. Theodoſ.* Apud Deum, & Epiſcopum cauſa purgata. *Græce eſt* καὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης: *quæ verba ſignificant, tam Imp. quam Epiſcopos excuſationem apud Deum habituros.*

(b) *Cod. Theod.* armatis, ſi ita res exegerit, intromiſſis, trahendos ſe, abſtrahendoſque eſſe cognoſcant. *Græce paucioribus verbis hæc dicuntur,* ἐνόπλων εἰσπεμφθέντων ἀποσπασθήσονται. *in Epheſ. Synodo eſt* καὶ παρ' ἐνόπλων εἰσχωρουμένων ἀποσπασθήσονται.

ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται (1) εὐσεβῶς τε ταῦτα εἰς αὐτοὺς γενήσεται ἅπερ χρὴ γενέσθαι ὑπὲρ τοῦ χαλεπὰ καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξαμαρτάνειν αὐτούς. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγχος κατὰ τῆς θρησκείας καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλεεινῶν εὐλαβεῖσθαι ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμήν τε ἀποκινῆσαι μανίας οὐ προσήκει ἵνα μὴ ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος ἡ τραγικὴ μανία πρώτως ἐξήμαρτε τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις ὅπερ ἀπείη ἱεροσυλίας τρόπῳ τολμηθείη (2) ἀλλ' οὔτε δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου (3) ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ (4) τήνδε τὴν πόλιν ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων τὸν (5) ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι ἵνα μὴ (6) ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ διαφόροις ἐξῇ (7) σύγχυσις ἐκ τούτου ἐγγένηται. εὐλαβεῖσθαι γὰρ τοὺς μεθ' ὅπλων φεύγοντας πρὸς διόρθωσιν βουλόμεθα ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὅπλα καὶ οὔτε σωτηρίαν ἐν κεφαλαίῳ καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ προηγουμένως διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν ἵν' αἱ τοιαῦται ἀθέμιτοι καὶ ἱερόσυλοι κινήσεις ἢ ἅμα (8) τὸ ἄρξασθαι ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων τῇ καλλίστῃ ὑποθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τόπῳ ἐμμένοντες τῶν προειρημένων ἐπιχειρήσει λόγῳ τῆς ὑπερλαμπροῦ ἐξουσίας διὰ τῆς κοσμιότητος δικαιοσύνης τε καὶ ἀκριβοῦς εὐσεβείας τουτέστιν ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως εὐλαβείας τιμῆς καθαρότητος ἁγιωσύνης αἰδοῦς εὐσεβείας καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφευγόντων φυλάττεσθαι μήτε διὰ τὴν θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν τῆς θρησκείας παρορωμένης προστετάχαμεν τοῦ πρέποντος ὁμοῦ τῇ τε θειότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφορισθέντος διαταγμάτων (9) προτεθέντων εἰς πάντα κόσμον καὶ γνῶσιν πάντων περιελθεῖν (10) φροντίσεις ὥστε τοὺς προσφεύγοντας διὰ τῆς ὁρισθείσης φιλανθρωπίας ἀμερίμνως τυγχάνειν καὶ μηδενὸς προπέτειαν τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διασπαράττειν. νόμος προετέθη ἰνδ. ιδ. μηνὶ φαρμουθὶ ιβ.

omnibuſque pœnis ſubiiciendos. (*a*) Fient autem ea non impie; quando ita pati eos oportet, quorum aſpera, atque crudelia crimina ſint. Quid enim non ex iis, quæ nuper auſi ſunt adverſus religionem, & Deum ii, qui valde miſerandi videbantur, timeri, aut ſuſpicari nos decet? & ob eam cauſam non omnem viam, atque occaſionem amoveri furoris oportet? ut ne quod exemplum furor quidam tragicus prius patravit; idem rurſus, quod abſit, ſacrilegii inſtar audeat. Sed neque ſine decreto, ac juſſione Epiſcopi, aut etiam noſtrorum judicum [*b*] hujus urbis, aut aliarum quarumcumque armatum oportet extra Eccleſiam trahi: ne ſi adverſus illos miſeros homines multis id, ac variis hominibus liceat: confuſio quædam, atque tumultus excitetur. Namque timere eos, qui cum armis confugiunt, volumus, ut emendentur: item eis auferri arma, non de capite ac ſalute periclitari, atque hoc præſertim pet hanc legem ſancimus: ut hæ nefandæ, ac ſacrilegæ commotiones, aut una cum earum initiis armis ſtatim depoſitis ex optima ſacerdotum admonitione ſedentur: aut in illa turpiſſima contumacia permanentes per clariſſimam poteſtatem propter decus juſtitiæ, & putam religionis venerationem compeſcantur. Hæc, quæ de religione pie, ac cum omni obſervatione venerationis, honoris, putitatis, ſanctitatis, pudoris, ac pietatis a confugientibus præſertim ſervari juſſimus, neque propter religionem excluſa clementia, neque propter clementiam religione contempta; ſed utrique ſuum locum reliquimus; propoſitis ad univerſum orbem edictis, ad cunctorum cognitionem pervenire curabis: ut & confugientes propter eorum, quæ definita ſunt, lenitatem ſecuri ſint; & nullius hominis temeritas, quæ in religionis honorem conſtituta ſunt, diſſolvat. Propoſita [*c*] Indictione XIV. Pharmuthi. Menſis XII. Dat. X. Kal. April. CP. Antiocho V. C. COS. & Qui fuerit nuntiatus.

IV. Si ſervus.
V. Denuntiamus.
VI. Præſenti.

(1) Deſunt hæc in Cod. Theod. uſq. ad verſ. 10.
(2) οὐ μὴν δίχα. Cod. Theod.
(3) καὶ ἡμῶν, τῶν τε. Cod. Theod.
(4) τὴν δεῖνα πόλιν καί. Cod. Theod.
(5) ὡπλισμένον. Cod. Theod. (6) πολλοῖς κατὰ τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης. Cod. Theod. (7) σύγχυσις τις ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή. Cod. Theod. id quo cætera, quæ ſequuntur uſque ad finem Conſtit. deſunt. (8) τῷ ἄρξασθαι. (9) προσταχθέντων.
(10) φροντίσει.

[a] *C. TH.* & omnibus caſibus eſſe ſubdendos. *Græce pro* caſibus *eſt* συμφοραῖς, *quod verbum calamitates ſignificat, & damna, quæ caſu etiam accidere poſſunt. Hic vero ſignificat paſſuros illos eas pœnas, quibus ob crimina, propter quæ confugerunt, obnoxii fuerant.*

(b) *C. TH.* nec ſine noſtra, ſive judicum. *Græce.* καὶ ἡμῶν, τουτέστι δικαστῶν *Ephes. ſyn.* ἢ καὶ ἡμῶν τῶν δικαστῶν.

(c) *Hoc ſumpſimus ex Epheſ. ſyn. Deeſt in Cod. Theod. in quo eſt* Dat. X. Kal. *&c. & illud prius ſcribendum erat, cum prius datæ fuerint litteræ, & poſtea propoſitæ, atque editæ.* Pharmut *autem menſis ab Aegyptiis*, Aprilis *a Romanis*, Xanticus *a Macedonibus*, Niſan *a Judæis dicitur Plutarcho in Romulo, & Joſepho lib. 2. cap. 13. antiquitat. teſtibus.*

Η (1) ἐπιτομὴ τῆς. ζ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο Ἔχων ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα μὴ θορυβείτω τὰς ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου ἀλλὰ προσίτω τοῖς ἄρχουσιν. εἰ δὲ τοῦ βασιλέως (2) ἐπὶ ἁμαρτήματι χρήζει διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου (3) αὐτὸν διδασκέτω, ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται.

Η ἐπιτομὴ τῆς. η. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ.

Ο Τοῦ βασιλέως εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος ἐκβοήσει χρώμενος ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ διὰ τοῦ ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος σωφρονίζεται, ὁ δὲ διὰ δυνατὸν πρόσωπον τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγων διδασκέτω τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ (4) πατριάρχου καὶ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.

B. α. T. ιζ.

Ἐκ τῶν πανδεκτῶν ἡ δευτέρα διάταξις τοῦ. ι ζ. τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος. ἧς ἡ ἀρχὴ Tanta.

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου καὶ Θεοῦ (5) ἡμῶν

• • • • ' *

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλ'. Ἰουστινιανὸς Ἀλαμαννικὸς Γοτθικὸς Φραγγικὸς Γερμανικὸς Ἀντικὸς Ἀλανικὸς Βανδαλικὸς Ἀφρικανὸς εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἔνδοξος νικητὴς τροπαιοῦχος ἀεισέβαστος αὔγουστος τῇ μεγάλῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσιν.

Δ Ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τὴν πρὸς πέρσας (6) εἰρήνην μετὰ τὸ κατὰ (7) βανδίλων τρόπαιον καὶ τὴν ὅλην λιβύης κτῆσιν καὶ τὴν τῆς ὀνομαστοτάτης καρχηδόνος ἐπαν-

(a) *Epitome VII. Conſtitutionis.*

QUI habet actionem, aut controverſiam cum altero, non perturbet Eccleſiam per ſe, nec per alium: ſed referat magiſtratibus. Si vero Imperatore in crimine hoc egeat, per Archiepiſcopum doceatur. Qui contra fecerit; puniatur.

(b) *Epitome VIII. Conſtitutionis.*

QUI dum Princeps feſto die ad magnam Eccleſiam accedit, clamoribus utitur: res, ob quas clamat, perdat; & a Præfecto urbis expulſus reſipiſcat. Si vero quis propter adverſarii potentiam ad Eccleſiam confugerit: per Patriarcham, ac defenſores Eccleſiæ Imperator cognoſcet.

Hactenus omnium Græcarum Conſtitutionum, aut verba, aut epitomes reperimus. In his, quæ ſequuntur, minus felices fuimus. Nam & permultas deſideramus, & epitomis minus plenis uſi ſumus.

LIB. I. TIT. XVII.

DE VETERE JURE ENUCLEANDO.

[c] *II. Conſtitutio (in Etruſcis Pandectis Græca reperitur, item Latina in hæc verba.)*

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI JESU (*d*) CHRISTI

(*a*) in compoſitione Edicti, & Senatuſconſulto, quod eam ſecutum eſt; hoc apertiſſime definivit: ut ſi quid in Edicto poſitum non inveniatur, hoc ad ejus regulas, ejuſque conjecturas, & imitationes poſſit nova inſtruere auctoritas. Hæc igitur omnia ſcientes, Patres conſcripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem ampliſſimas agite ſummæ divinitati, quæ veſtris temporibus tam ſalubertimum opus ſervavit: quo enim antiquitas digna divino non eſt viſa judicio; hoc veſtris temporibus indultum eſt. Haſce itaque leges & adorate, & obſervate, omnibus antiquioribus quieſcentibus; nemoque veſtrum audeat vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in utroque eſt, requirere: quia omne quod hic poſitum eſt, hoc unicum, & ſolum obſervari cenſuimus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus, noſtriſque Digeſtis, & Conſtitutionibus a nobis compoſitis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel oſtendere conetur; niſi temerator velit falſitatis crimine ſubjectus, una cum judice, qui eis [*b*] audientiam accommodabit, [*c*] pœnis graviſſimis laborare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc conſummatio ordinata eſt, juſſimus & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: (*d*) ut manifeſtiſſimum ſit, ex quibus legislatoribus, quibuſque libris eorum, & quot milibus hoc Juſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erant, [*e*] & quos, & anteriores piiſſimi principes admittere non ſunt indignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec ſibi cuidam [*f*] aliquam prærogativam vindicante. Cum enim conſtitutionum vicem & has leges optinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibuſdam eſſe intellegatur, cum una dignitas, una poteſtas omnibus eſt indulta? Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt,

[a] *In eadem Græca conſtit. ita ſcriptum eſt:* Ad hæc piæ recordationis Hadrianus, cum ea, quæ prætores ſingulis annis ſtatuebant, in brevem quendam librum coegit, optimum virum Julianum huic operi præficiens, in ea oratione, quam in urbe veteri Romana edidit, ſcripſit &c.

[b] Qui eorum, *varietas notata in Pand. Florent. editis.* Qui ei, *varietas notata a me in archetypo.*

[c] Accommodavit, *vel* patiatur, *varietas Pand. Florent.*

[d] *In Græca conſtit. eſt:* quæ poſt hanc ſacram conſtitutionem noſtram conſcribi juſſimus; ut omnes cognoſcere poſſint, quæ fuerit veterum prius incertitudo, & confuſio; & quid a nobis inventum ſit.

[e] Opere fuerant, *ex varietate Pandect. Florent.*

(f) *Et ſi hoc Florentiæ in Pandectis illis ſit, malo* quoquam, *ut in Codice Juſtiniani eſt.*

μοθεσίαν ἀθροισθῆναι ταύτην ἐγκελευόμενοι (1) νῦν τε αὖθις (2) αὐτὴν βεβαιοῦντες ἅπασιν ὁμοίως ἀπαγορεύομεν τὸ μηδένα θαρρῆσαι μήτε τῶν νῦν ὄντων μήτε τῶν ὕστερον ἐσομένων τούτων δὴ τῶν νόμων ὑπομνήματα γράφειν πλὴν εἰ μὴ βουληθείη εἰς μὲν τὴν ἑλλήνων γλῶτταν αὐτὰ (3) μεταβάλλειν μόνῃ δὲ τῇ κατὰ πόδα καλουμένῃ χρήσασθαι τῶν νόμων ἑρμηνείᾳ καὶ εἴ τι κατὰ τὴν τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων ὡς εἰκὸς προσγράψαι βουληθείη χρείαν ἕτερον δὲ παντάπασι μηδ᾽ ὁπωσοῦν περὶ αὐτὰ πράττειν μηδὲ αὖθις δοῦναι στάσεώς τε καὶ ἀμφισβητήσεως καὶ πλήθους τοῖς νόμοις ἀφορμὴν τοῦτο ὅπερ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἠδίκτου γέγονεν νομοθεσίας. ὥστε καίτοιγε οὕτω βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς ἐκ τῆς τῶν ποικίλων ὑπομνημάτων διαφορᾶς εἰς ἀπεριόριστον ἐκταθῆναι πλῆθος. εἰ γάρ τι φανείη τυχὸν ἀμφισβητούμενον ἢ τοῖς τῶν δικῶν ἀγωνισταῖς ἢ τοῖς τοῦ κρίνειν τεταγμένοις τοῦτο βασιλεὺς ἑρμηνεύσει καλῶς ὅπερ αὐτῷ μόνῳ παρὰ τῶν νόμων ἐφεῖται. ὡς ὅσγε θαρρήσειε παρὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν ὑπόμνημα τι καταθέσθαι κατὰ σχῆμα τῆς ἡμετέρας κελεύσεως ἀλλοιότερον ὄντος ἴστω τοῖς τῆς παραποιήσεως ἐνεχόμενος νόμοις τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ συντεθέντος ἀφαρπαζομένου καὶ (4) πᾶσι διαφθειρομένου τρόποις (5) αὐτῆς ταύτης ἐπικειμένης τῆς ποινῆς καὶ κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων ἅπερ σίγλας καλοῦσιν καὶ δι᾽ αὐτῶν συνταράττειν τὴν γραφὴν ἐπιχειρούντων. ἀλλὰ μὴ δι᾽ ὅλου τούς τε ἀριθμοὺς τά τε ὀνόματα τῶν πάλαι σοφῶν πάντα ὅλην νομοθεσίαν γραφόντων. ἴστωσαν δὲ καὶ οἱ (6) βιβλίον οὕτω γεγραμμένον κτώμενοι ὡς ἀνόνητον (7) ἔχουσιν τὴν τούτου κτῆσιν. οὐδὲ γὰρ δίδομεν ἄδειαν τοῖς τοιούτοις βιβλίοις ἐν τοῖς δικαστηρίοις πολιτεύεσθαι καὶ κρατεῖν κἂν εἰ συμβαίη τὸ βιβλίον ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ μέρους ὅπερ ἀναγινώσκεται μηδὲν ἔχειν τοιοῦτο σημεῖον ἀλλ᾽ ἐν ἑτέρῳ οἱῳδήποτε ἑαυτοῦ μέρει κἂν εἰ πρὸς ἅπαξ εἴη τοῦτο γενόμενον. ὥστε αὐτὸς μὲν τὸ βιβλίον αὐτὸ μηδὲ γεγραμμένον παντελῶς ἔξει. ὁ δὲ τοῦτο γεγραφὼς καὶ ἀγνοοῦντι τῷ κεκτημένῳ δὶς διπλασίαν καταθήσει τῆς τούτου διαπωλήσεως τοῦ βεβλαμμένου τὴν ποσότητα οὐδὲν ἧττον ἁρμοζούσης καὶ τῆς ἐγκληματικῆς κατ᾽ αὐτοῦ ποινῆς. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ταῖς ἄλλαις διατάξεσιν ταῖς περὶ τούτων τεθείσαις ἐνεγράψαμεν. ταῖς τε τῇ ῥωμαίων προελθούσαις φωνῇ τῇ

(1) νῦν δὲ Fl. editum eſt. (2) αὐτὸ quidam. (3) μεταβάλλειν Flor. (4) πᾶσιν Flor. (5) αὐτοῖς Flor. editum. (6) βιβλίον οὕτω γεγραμμένον Flor. editum eſt. (7) ἕξουσιν Flor. editum.

cum hoc opus fieri Deo adnuente mandabamus; tempeſtivum nobis videtur, & impræſenti ſancire: ut nemo neque eorum, qui in præſenti juris peritiam habent, neque poſtea [a] fuerint, [b] audeat commentarios iiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua & voces [c] Romanæ poſitæ ſunt; hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt; & ſi quid [d] forſitan per titulorum ſubtilitatem adnotare maluerint, & ea, quæ paratitla nuncupantur, componere: alias autem legum interpretationes, immo magis perverſiones, eos jactare non concedimus: ne verboſitas eorum aliquid legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus; quod & in antiquis Edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum huc, atque illuc in diverſas ſententias producentes [e] in infinitum detraxerunt: [f] ut pene omnem Romanam ſanctionem eſſe confuſam. Quos ſi paſſi non ſumus: quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia? Si quid autem tale facere auſi fuerint: ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur; volumina autem eorum omni modo corrumpentur. Si quid vero, ut ſupra dictum eſt, ambiguum fuerit viſum; hoc ad Imperiale culmen per judices referatur, & ex auctoritate Auguſta manifeſtetur; cui ſoli conceſſum eſt leges condere [g], & interpretari. Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus, & adverſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum [h] obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim, id eſt & nomina prudentium, & titulos & librorum numeros per conſequentias litterarum volumus, non per ſigla manifeſtari: ita ut qui talem librum ſibi paraverit, in quo ſigla poſita ſunt, in qualemcumque locum libri, vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis Dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in judicium aliquid recitare, qui in quacumque ſua parte [i] ſiglorum habet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit; non ſolum criminali pœna, ſecundum quod dictum eſt, plectetur, ſed etiam libri æſtimationem induplum Domino reddat; ſi & ipſe Dominus ignorans talem librum vel comparaverit, vel confici curaverit, quod & antea a nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſti- tu-

[a] Neque qui poſtea, *Flor. editum. Sed verbum* qui *non eſt in archetypo, ut illic notatur. Non male alii ſcribunt* nec qui poſtea.

(b) Fierent, *in Pand. Flor.* (c) Voce, *Florent. editum.*

(d) Et ſi qui, *ex varietate Pand. Florent.*

(e) *Poſt hoc verbum eſt in Pand. Flor.* contrahentes, *idque deletum: in Græca conſtitutione id non eſt.*

[f] *Malim* traxerunt: *nam Græce eſt* ἐκταθῆναι. *Sunt, qui ſcribant* diſtraxerunt, *quod non diſplicet.* (g) Et condere, *Flor. editum.*

(h) σίγλας *Græca conſt. Veteres notas appellabant, unde notarii dicti, qui eis uterentur. Hæ litteræ non erant, ſed litterarum vicem obtinebant. Erat etiam aliud ſcribendi genus; cum ſingulæ litteræ verba quædam ſignificabant, ut cum S. C. Senatus conſultum, R. P. rempublicam, P. R. populum Romanum ſcribebant: huic non inepte ſingularum nomen convenire; unde detracta littera* ſinglæ *fortaſſe dictæ ſunt, &* poſtea ſigla, *majore mutatione facta. Utrumque genus ſcribendi arbitror his verbis improbari.*

(i) Sui parte, *magis placet.*

τῇ τε τῶν ἑλλήνων γλώττῃ ἣν πρὸς τοὺς τῶν νόμων καθηγητὰς ἀντεγράψαμεν. ταῦτα δὲ δὴ τὰ βιβλία τοῦτε τῶν (1) ἰνστιτούτων τοῦτε τῶν (2) διγέστων φαμὲν ἐκτοῦ πέρατος τῆς τρίτης εὐτυχοῦς ἡμῶν ὑπατείας κρατεῖν θεσπίζομεν. τουτέστιν ἀπὸ τῆς προτριῶν καλανδῶν ἰαννουαρίων τῆς παρούσης δωδεκάτης ἐπινεμήσεως εἰς τὸν λοιπὸν ἅπαντα κρατοῦντα χρόνον καὶ ταῖς βασιλικαῖς συμπολιτευόμενα (3) διατάξεσι καὶ χώραν ἔχοντα ἐπίτε τῶν ὕστερον συμβησομένων ἐπίτε τῶν ἐν δικαστηρίοις ἠρτημένων ἔτι καὶ φιλίαις μὴ παραδεδομένων ἀπαλλαγαῖς. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν ἤτοι ἢ δεδικασμένον ἢ συμβεβασμένον ἀνακινεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα ἣν δὴ τρίτην ὑπατείαν ἡμῖν ὀνομαστοτάτην δέδωκεν ὁ θεὸς εἴγε ἐπ' αὐτῆς ἥτε πρὸς πέρσας εἰρήνη τὸ βέβαιον ἔσχεν. τότε τοιοῦτο τῶν νόμων ἀνατέθειται βιβλίον ὅπερ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέλειπται καὶ πρόσγε ἡ τρίτη τῆς οἰκουμένης μοῖρα τὴν ὅλην λιβύην φαμὲν τοῖς ἡμετέροις προστέθειται σκήπτροις ἅπαντα ταῦτα ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ δῶρα τῆς τρίτης ὑπατείας ἡμῖν δεδομένα. ἅπαντες τοίνυν οἱ εὐκλεέστατοι τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην δεχόμενοι διάταξιν χρῆσθαι τοῖς προειρημένοις ἡμῶν νόμοις ἕκαστος ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν παρατιθέτω δικαστηρίῳ προθήσει δὲ αὐτὴν ἐν τῇ μεγίστῃ καὶ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος ὕπαρχος μελήσει δὲ τῷ τε ὑπερφυεστάτῳ καὶ εὐκλεεστάτῳ ἡμῶν μαγίστρῳ τοῖς τε ἐνδοξοτάτοις καὶ πανευφήμοις ὑπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων τοῖς τε πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τοῖς τε ἐπὶ τῆς ἰλλυρίδος τοῖς τε ἐπὶ λιβύης διὰ προστάξεων οἰκείων ἅπασι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς τεταγμένοις ταῦτα ποιῆσαι καταφανῆ πρὸς τὴν ἅπασαν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀπαραλόγιστον γνῶσιν. Data XVII. Kalendas Januarias Domino Noſtro Juſtiniano Perpetuo Auguſto III. Conſule.

(1) *Inſtituton* Florent.
(2) *Digeſton* Florent.
(3) διατάξεσιν Florent.

tutione, & in Græca, [*a*] quam ad legum profeſſores dimiſimus. Leges autem noſtras, quas [*b*] in his codicibus, id eſt Inſtitutionum, ſeu Elementorum [*c*], & Digeſtorum, vel Pandectarum poſuimus, ſuum optinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus Conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Calendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum noſtris Conſtitutionibus pollentes, & ſuum vigorem in judiciis oſtendentes in omnibus cauſis, ſive quæ poſtea emerſerint, ſive in [*d*] judiciis adhuc pendent; nec eas judicialis, vel amicalis forma compeſcuit; quæ enim jam vel judiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita, hæc reſuſcitari nullo voluimus [*e*] modo. Bene autem properavimus in tertium noſtrum Conſulatum & has lege edere: quia maximi Dei, & Domini noſtr. Jeſu Chriſti auxilium, feliciſſimum eum noſtræ reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, [*f*] & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit; poſt Europam enim, & Aſiam, & tota Libya noſtro imperio adjuncta eſt; & tanto operi legum caput impoſitum eſt; omnia cœleſtia dona noſtro tertio Conſulatui indulta. Omnes itaque judices noſtri pro ſua jurisdictione eaſdem leges ſuſcipiant, [*g*] & tam in ſuis judiciis, quam in hac regia urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelſus [*h*] hujus almæ urbis Præfectus. Curæ autem erit tribus excelſis (*i*) Præfectis Prætoriis tam Orientalibus, quam Illyricis, nec non Libycis (*k*) per ſuas auctoritates omnibus, qui ſuæ juriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare. (*l*) Data ſeptimo decimo Kalendas Januarias Juſtiniano Domino Noſtro III. Conſule (*m*).

Ple-

(a) *Hæc verba deleta ſunt in Pand. Florent. ſolo excepto verbo* conſtitutione. *In Græca tamen conſtit. hæc ſunt*: Aliis conſtitutionibus, quæ de his rebus poſitæ ſunt, conſcripſimus, tum iis, quæ Latina, tum ea, quæ Græca lingua præceſſerunt. *Hanc Græcam conſtitutionem hodie non habemus.*

(b) Noſtras, quæ, *in Pandect. Flor. non ſine mendo.*

(c) *Græce* Inſtituton, *quod Inſtitutorum ſignificat, qui titulus a Græcis uſurpatur, a quibus hac in re libenter diſſentio.*

(d) Sive quæ, *in Flor. editum.*

[e] Volumus, *Florentini ediderunt.*

[f] Pax cum Perſis confirmata eſt, *Græce.*

[g] Suſpiciant, *ex varietate Florentinæ editionis. Græce eſt*, ſuſcipientes.

(h) Glorioſiſſimus, *Græce.*

[i] Tam excellentiſſimo, & præclariſſimo noſtro Magiſtro, quam glorioſiſſimis, & laudatiſſimis.

(k) *In Pand. Fl. eſt* Illuricis, necnon Libucis.

(l) *Additur in Græca conſtit.* Ut ad omnium ſubditorum noſtrorum indubitatam perveniant notitiam.

(m) Tertium Conſule, *ſcribendum eſt ex errore interpretationis notarum. In Græca eſt* III. Conſule. *Quæ ſit harum ſcripturarum differentia, notat Gellius. Aliud autem eſt dicere Agrippam ter Conſulem fuiſſe; aliud in tertio Conſulatu templum condidiſſe, aut litteras ſcripſiſſe; quod poſterius explicatur in his verbis,* Tertium Conſule hoc, aut illud fecit, *aut* Tertium Conſule hoc, aut illud factum eſt.

P*Leraſque alias Græcas conſtitutiones deſiderari in hoc primo libro multis argumentis mihi fit veriſimile. Nam a Græcis tituli quattuor amplius referuntur. Etenim conſtitutio ſingularis* Ut omnes judices, *XLIX. tituli eſſe dicitur, & De* Defenſoribus civitatum *LV. cum in Latinis, qui in cæteris cum Græcis conveniunt, ille XLV. hic LI. ſit. Sed & in veteri quodam libro Conſtitutionum Latinarum animadverti poſt titulum XXXIII.* De Officio Comitis rerum privatarum, *& tres conſtitutiones, quæ ſub eo poſitæ ſunt: eſſe adſcriptum Græcas conſtitutiones deſiderari: item titulum* De Officio Comitis Sacri Patrimonii, *& ſub eo Græcam conſtitutionem. In eodem libro poſt titulum XL.* De Officio Præfecti vigilum, *& Latinam conſtitutionem, quæ extat: titulus* De Officio Præfecti Annonæ, *& ſub eo Græca conſtitutio deſideratur. Itaque non dubito duos eſſe hos titulos ex illis, qui deſiderantur: alteros duos referre non poſſumus. Tamen addi a quibuſdam ſcimus hos duos* De Officio Comitis Sacri Palatii *poſt titulum* De Officio Comitis rerum privatarum, *& titulum* De Officio Vicarii *poſt titulum* De Officio Præfecti Auguſtalis.

Sub titulo XIV. De Legibus *in eodem libro adſcriptum erat in calce XI. Conſtitutionis Græcam legem deſiderari. Sunt qui ea verba poſt rubricam proximam retulerint* De mandatis Principum.

Sub titulo XV. De Mandatis Principum, *Haloander ad extremum addit II. Conſtitutionem Græcam deeſſe. Suſpicor ipſa principum mandata, quæ Novella XVII.* (a) *explicantur, ab eodem Juſtiniano, aut ab aliquo e veteribus conſcripta, hoc loco poſita fuiſſe. Eorum mentio in Digeſtis* (b) *eſt. Sed, & ſi ea non eſſent, ad eadem pertinere Græca lex poterat.*

Sub titulo XXVI. de Officio PP. *Orientis & Illirici in veteri illo Codice poſt quinque conſtitutiones, quæ extant, Græca deſideratur.*

Sub titulo XXXIX. De Officio Rectoris *provinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur: in eodem libro XIII.* (c) *Græca conſtitutio deſideratur. Eam ipſe crediderim eſſe, quæ in multis libris ex ipſa rubrica confecta eſt, & in hæc verba ultima conſcripta.*

Idem A. Nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur.

XIV. Si quis.

XV. Nulli.

Sub titulo XLII. De Officio Militarium Judicum *quinta conſtitutio Græca ab Haloandro deſideratur.*

Sub titulo De Adſeſſoribus *XLVII. vel potius LI. ex Conſulibus, ut arbitror, male adſcriptis XII. conſtitutioni, Haloander animadvertit, Græcam Zenonis Conſtitutionem XIII deſideravi datam VI. Kal. Jul. poſt Conſulatum Decii & Longini. Hanc autem eſſe arbitror, cujus Novella LX.* (d) *mentio fit.*

Cavendum, *inquit*, eſt, ne magiſtratuum adſeſſores cauſas audiant, quæ apud ipſos magiſtratus, aut judices datos moveri debent, ut Zenonis, & noſtra conſtitutione continetur. *Neutra autem earum extat.*

XIV. Nemo.

L*ibro II. ſub titulo II.* De in Jus Vocando *in Norico, & in illo veteri libro adnotatum eſt Græcam conſtitutionem quartam deſiderari. Item titulo V.* De Errore Calculi *conſtit. II. in aliis libris. Et titulo VIII.* De Advocatis *diverſorum judicum conſtit. VIII.*

B. β. T. ιβ.

ἐκ τοῦ περὶ χρονικῶν διαστημάτων τοῦ Εὐσταθίου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς κζ. διατάξεως τοῦ ιβ. τίτλου τοῦ β. βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΕΑν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσει χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτόν, καὶ τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἕτερον προβαλλέσθαι.

Καὶ

LIB. II. TIT. XII.

DE PROCURATORIBUS.

Pars epitomes Conſtit. XXVII. [e] *ex Euſtathio de temporum ſpatiis.*

SI fidejuſſor procuratoris non definierit tempus ſed dixerit tantum, fide jubeo pro illo: ſive moriatur, ſive non appareat, & contingat id fieri intra viginti dies; alterum præſtabit.

Alio

[a] *Authent. de mandatis principum.*

[b] *L.* Solent. *in fine. de offic. proconſ. l.* Eos. *de ritu nupt.*

(c) *Vide conſt. ult. de crimine ſacril.*

(d) *Authent. ut defuncti, ſeu funera.* §. Illud etiam. *vide Nov.* 82. *cap.* 1. *Auth. de judicibus in princ. & conſt. ult. de pedan. judic. & titulum qui pro ſua iuriſd.*

(e) *Euſtath. tit.* 10. *cap* 5. *de temporibus.*

Καὶ πάλιν.

Ἐὰν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ προτεθειμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐὰν ἀποσίᾳ ὢν πόῤῥω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἔστι μακρὰν ἐκ τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεται τις προθεσμία.

Alio loco.

SI moriatur, aut non appareat procurator in aliqua cauſa conſtitutus poſt viceſimam diem a magiſtratu propoſito edicto principalis venire, aut alium conſtituere intra tempus ſex menſium teneatur; ſi in longinqua provincia abſit: ſi in propinquo loco ſit; judex tempus arbitrabitur.

Β. γ. Τ. α.

Ἐκ τῶν κατὰ στοιχεῖον καὶ ἐκ τοῦ Θεοδώρου τοῦ Ἑρμουπολίτου ἡ ἐπιτομὴ τῆς ια. διατάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ γ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Τῆς ἀκριβείας τῶν νόμων ὁ δικαστὴς φροντιζέτω, μὴ δὲ τοῖς παρανόμως (1) ῥηθεῖσι παρὰ βασιλέως προσέχων.

LIB. III. TIT. I.
DE JUDICIIS.

Epitome Conſtit. XI. ex indice Baſilicorum, & ex Theodoro Hermopolita.

STricti juris judex curam habeat: nec adhæreat dictis ab Imperatore contra leges.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς ιβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας τεμνέσθω, καὶ μήτις τῶν δικαζομένων πολλάκις τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσελθὼν μὴ δι' ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑπερτεθεῖν προσείτω τῷ βασιλεῖ τὴν ἐκεῖθεν ἀναμενέτω βοήθειαν.

Epitome Conſtit. XII. ex eodem indice Baſilicorum.

OMnes Magiſtratus, & ſacri judices breviter cauſas terminent, neque aliqua pars ſæpe ad competentem judicem accedens, etiam ex neceſſaria cauſa, dilationes quærat; ſed adeat Imperatorem, & ab eo auxilium expectet.

XIII. Properandum.
XIV. Rem &c.

Β. γ. Τ. β.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. β. διατάξεως τοῦ. β. τίτλου τοῦ. γ. βιβλίου τοῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ ἀπαγορεύομεν.

LIB. III. TIT. II.
DE SPORTULIS.

In Codice Norico deſiderari dicitur II. Juſtiniani Græca Conſtitutio, cujus initium in Græcis libris eſt Prohibemus. *De ea ita Juſtinianus ſcribit lib. IV. Inſtitutionum.* [a]

TRipli vero agimus, cum quidam majorem vera æſtimatione quantitatem in libello conventionis inſerunt; ut ex hac cauſa viatores, id eſt executores litium ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent, tunc enim id, quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus, in triplum ab actore conſequetur: ut in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice fulget, quam procul dubio certum eſt ex lege condicticia emanare.

Hæc ita a Theophilo Græco interprete accipiuntur, ut videatur ſignificare ex eadem lege viatoribus ſemiſſem aurei a reis, a quibus centum nummi peterentur, concedi. Eum quoque, qui mille nummum petierat, cum centum tantum petere poſſet, ſex nummis oneraſſe reum affirmat. Eoſdem tamen executores quadruplo puniri conſtat: ſi quid amplius exegiſſent, quam quantum eadem conſtitutione continebatur, quod eodem loco ſcriptum eſt. (b) *Sed & in Græcis paratitlis* [c] *reperi partem ſententiæ hujus Conſtitutionis eſſe relatam, quæ XXVI. Conſtitutioni Græcæ de Epiſcopali audientia, ſimilis eſſet.*

Ἐὰν ὁ ἐκβιβαστὴς διαστρέφῃ τὸν ὑπομνησθέντα παρὰ τοῦ ἐγγυητοῦ πρόσωπον φάσκων αὐτὸν ἄπορον προνοίᾳ καὶ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου τοῦτον δεχέσθω.

SI executor rerum vexet propter fidejuſſoris perſonam, quam dicat idoneam non eſſe; providentia, judicioque Epiſcopi ea ſuſcipiatur.

(1) προσταχθεῖσι.

Aliis

[a] §. Tripli. & §. Sed hæc quidem. *de action.*
(b) §. Quadrupli. *eod. tit.*
[c] *In collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticar. lib. I. tit. 4. Codicis.*

Digitized by Google

Aliis conſtitutionibus non paucis hæc ipſa lex refertur, quas longum eſſet enumerare. Sed exempli cauſa has collegi XXVI. & XXIX. Græcis de Epiſcopali audientia, Novella VIII. XVII. XXVIII. LXXXII. [a] *& LXXXVI.*

III. Omnibus.

Tit. III. de Pedaneis Judicibus VI. *Conſtitutio Græca deſideratur Zenonis, quæ refertur Novella LXXXII.* (b) *ut in veteri quodam Novellarum libro adſcriptum reperi. Ea dicebatur quis judicum ordo, ac judiciorum eſſet; quive in ſingulis auditoriis cauſas cognoſcerent tam ordinarii, quam delegati, quos pedaneos appellant. Sed & de expenſis ac ſumptibus litium cautum eſſe, Juſtinianus refert. Sed cum eorum judicum nomina ſcripta fuiſſent, ipſis decedentibus cætera negligi cœpta ſunt: quoad ipſe Princeps ſubſtituit judices, quibus cauſæ delegarentur; & cætera in meliorem ſtatum redegit. Eandem conſtitutionem ſub proximo titulo Haloandrum deſideraſſe crediderim: movet me quod rubricæ conveniat* Qui pro ſua Juriſdictione Judices dare, darive poſſunt. *Fieri etiam poteſt, ut utroque loco deſideretur aliqua conſtitutio. Zenonis autem eſſet ſcribenda poſt Theodoſianam, quæ extat, atque ita a Græcis, ut prima Theodoſiana refertur.*

B. γ. T. ι.

Ἐκ τοῦ Θεοδώρου τοῦ ἑρμουπολίτου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ ι. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΚΑὶ (1) ἄῤῥενες καὶ γυναῖκες πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας τῶν χρεῶν ἐνάγοντες καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάπτοντες, ἄλλον τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον μηδένα τόκον ἐν τῷ μεταξὺ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν. καὶ τοῦ χρόνου δὲ τούτου παρατρέχοντος μὴ ἄλλως (2) ἐναγέσθωσαν, εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς πρώτης εἰσόδου τὰ ὑπὲρ τῆς μεθοδίας συμβάντα τῷ διαδίκῳ καταβάλλωσιν.

LIB. III. TIT. X.
DE PLUS PETITIONIBUS.

Ex Epitome Theodori Hermopolitæ pars cujuſdam capitis Conſtit. I.

OMnis (*) actor, ſive maſculus, ſive fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens aliud tantum expectet tempus, nullam uſuram in medio accipiens, quantum ipſe prævenire definitum ſolutionis diem conatus eſt: & hoc vero tempore elapſo, non aliter agat, quam ſi impendia primæ inſtantiæ circa litis præmonitionem facta adverſario ſolvat.

Aliam Zenonis Conſtitutionem deſidero, de qua Juſtinianus lib. IV. Inſtitutionum. (c)

EUM, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre auſus ſit; Zenonianæ conſtitutioni ſubjacere cenſemus; quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſunt; & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obſervare.

Hoc eſt, quod alio loco [d] *idem ſcribit:*

Si tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur conſtitutio.

De eadem arbitror poſtea [e] *ſcripſiſſe.*

Si minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti ſi cum ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit, aut ſi cum totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit, ſine periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adverſarium in eodem judicio ei condemnat, ex conſtitutione divæ memoriæ Zenonis.

Reperitur apud Theodorum Hermopolitam lib. VII. tit. VI. Baſilicorum & Conſt. Harmonopulum lib. I. titulo II. Prochiri (f) *prioris capitis ſententia iiſdem fortaſſe Zenonis ipſius verbis, in quibus additur ad ſupra ſcripta: eum, a quo ante tempus quid petitur, uſuras ſolvere non debere ejus temporis, quo induciæ duplicantur.*

II. Odioſas. TIT.

(1) Harmenop. πᾶς τῶν ἐναγόντων καὶ ἄῤῥενες.
(2) ἐναγέτωσαν.

(a) *Auth. De mandatis principum.* §. Tertio. *& De judicibus.* §. Nullo.
(b) *Auth. De judicibus. in princ.*

(*) Latina hæc interpretatio, quam Auguſtinus præteriit, reperitur paſſim in recentioribus exemplis Codicis Juſtinianei.

(c) §. Hodie. *De except.* [d] §. Sed hæc quidem. *De action.* (e) §. Si minus. *eod. tit.*
[f] *Vidend. Joſeph. Tenedius in Prochiro ordine litterarum littera* r.

B. γ. T. ιβ.

Ἐκ τῦ κατεστοιχείυ ἐπιτομὴ τῆς θ. διατάξεως τῦ ιβ. τίτλυ τῦ αὐτῦ βιβλίυ.

ΤΗ πρώτη τῶν πασχαλίων ἡμέρα καὶ μὴ βασιλικῆς ἰδικῆς ἐπὶ τέτῳ καταβαλλέσης κελεύσεως πάντες οἱ ἐν φυλακαῖς ἀπολυέσθωσαν. εἰ μὴ ἄρα ἱερόσυλός ἐστιν ἢ μοιχὸς ἢ παρθένων ἅρπαξ ἢ τυμβωρύχος ἢ γόης ἢ φαρμακὸς ἢ μονήτων πλαστῶν καταδεξάμενος ἢ φονεὺς ἢ πατροκτόνος ἢ κατὰ βασιλέως ἢ πόλεως μηχανησάμενος.

LIB. III. TIT. XII.

DE FERIIS.

Epitome Conſtit. IX. (a) ex indice Baſilicorum.

PRimo Paſchali die, etiam ſi non de ea re Imperialis juſſio accedat, omnes, qui in cuſtodiis erant, ſolvantur; niſi ſacrilegus ſit, aut adulter, aut raptor virginum, aut ſepulchri violator, aut impoſtor, aut veneficus, aut falſæ monetæ ſuſceptor, aut cædis, aut parricidii, aut majeſtatis adverſus principem, vel urbem reus.

X. Dies.

Tit. XLIII. De Aleæ luſu, & de Aleatoribus. *Sub hoc titulo duæ Græcæ* (b) *Conſtitutiones deſiderantur: quæ barbare verſæ extant in calce proximi tituli in unius formam connexæ. Prioris verba ſunt hæc:*

Imperator Juſtinianus A. Joanni Præfect. Prætor.

ALearum luſus (*c*) antiqua res eſt, & extra operas pugnantibus (*d*) conceſſa: verum pro tempore prodiit in lacrimas, milia (*e*) extranearum nominationum (*f*) ſuſcipiens. Quidam enim nec ludentes (*g*), nec ſcientes ludum (*h*) nominationum tantum, (*i*) proprias ſubſtantias perdiderunt die, noctuque ludendo argento, apparatu lapidum (*k*), & auro, conſequenter autem ex hac inordinatione blaſphemare conantur, & inſtrumenta conficiunt. Commodis igitur ſubjectorum providere cupientes (*l*) hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis, ſeu privatis (*m*) ludere, neque in genere, neque in ſpecie (*n*), & ſi contra factum fuerit; nulla ſequatur condemnatio: ſed ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab iis, qui dederunt, & eorum heredibus; aut his negligentibus, a Patribus (*o*), ſeu Defenſoribus, eis non (*p*) obſtante demum aliqua temporum, niſi (*q*) quinquaginta annorum (*r*) præſcriptione, Epiſcopis locorum hoc inquirentibus (*s*), & Præſidum auxilio utentibus. Deinceps vero ordinent quinque ludos [tomonobolon, tocondomonobolon, (*t*) Quintanum Contaca, perichyten, & hippicen.] Sed nemini (*u*) permittimus etiam (*x*) his ludere ultra unum ſolidum, & ſi multum dives ſit: ut ſi quem vinci contigerit, caſum gravem non ſuſtineat. Non enim ſolum bella (*y*) bene ordinavimus, (*z*) & res ſacras: (*aa*) ſed iſta; (*bb*) interminantes pœnam tranſgreſſoribus, poteſtatem dando Epiſcopis hoc inquirendi, & auxilio Præſidum ſanandi. (*cc*)

Poſterioris Conſt. verba ſunt hæc.

PRohibemus etiam ne ſint equi lignei. Sed ſi qui (*dd*) ex hac occaſione vicerunt, (*ee*) hoc ipſum recuperetur, (*ff*) domibus eorum publicatis, ubi hæc reperiuntur. Sin autem noluerit recipere is, qui dederit: (*gg*) procurator noſter hæc inquirat, & in opus publicum convertat. Similiter & ju-

[a] *Hanc epitomen cenſeo non eſſe hujus Græcæ Conſt. ſed potius epitomen conſt. 3. Latinæ de Epiſc. audiend. quam etiam refert Phot. tit. 7. cap. 1. Nomocanonis.*

[b] *Epitome horum conſtitutionum extat lib. 60. tit. 8. cap. 5. & 6. Baſilicorum. & apud Photium tit. 13. cap. 29. Nomocanonis.*

[c] Uſus, *alii.* [d] Pugnatoribus, *alii.* [e] Multa milia, *alii.* [f] Nationum, *alii.*

[g] Ludentes, *alii.* [h] Nec ludum ſcientes, *alii elegantius.*

[i] Sed numerationem tantum, *alii rectius: forte*, ſed numerationem tantum.

[k] Lapidibus, *alii.* [l] Proſpicientes, *alii.* [m] Vel privatis domibus, vel locis, *alii plenius.*

[n] Neque inſpicere, *alii.* [o] Ab eorum procuratoribus, vel patribus, *alii.*

[p] Repetit fiſcus non, *alii.* [q] Niſi, *alii.* (r) *Refert Euſtath. tit. 44. cap. 1. de temporibus.*

[s] Providentibus, *alii.*

[t] *Rejecimus barbara nomina, quæ in aliis libris leguntur*, comonobolon, comodaulon, regindalia, Kempon, & rei puſara, *quorum interpretationem facere multi agreſſi ſunt, potuit nemo. Nos ex Photio ſumpſimus nomina, ex Theodoro Balſamone interpretationem.* [u] Sed nec, *alii.*

(x) Etiam in his, *alii.* (y) Bella ſolummodo, *alii.* (z) Ordinamus, *alii.*

(aa) Sed & res ludicras, *alii.* (bb) Iſtam, *alii.* (cc) Sedandi, *alii.*

(dd) Sed ſi quid, *alii*, & ſi quis. [ee] Vincatur, *alii.* [ff] Ipſe recuperet, *alii.*

(gg) Dedit, *alii.*

judices provideant, ut a perjuriis, & blaſphemiis, quæ eorum inhibitionibus debent puniri, (*a*) homines penitus conquieſcant.

Ἐκ τῶν παρατίτλων τὸ τῆς ἐπιτομῆς μέρος τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ. μγ. τίτλου τοῦ. γ. βιβλίου τοῦ κώδικος, ἧς ἡ ἀρχὴ ἡ τῶν κύβων.

Apud Græcos interpretes in paratitlis [*b*] *partem prioris Conſtitutionis reperi in hæc verba.*

ΤΗΝ τοῦ κόττου παιγνίαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν καὶ κωλύειν γενέσθαι.

ALeæ luſum inquirere poſſunt Epiſcopi, & fieri prohibere.

Ἐκ τοῦ τρίτου καὶ δεκάτου τίτλου τοῦ φωτίου ἡ ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Sed & Photius Conſtantinopolitanus Patriarcha in canonum collectione titulo XIII. cap. XXIX. hanc eſſe prioris Conſtitutionis ſententiam ſcribit.

ΟΤΙ ὁ ἡττηθεὶς εἰς κόττον οὐκ ἀπαιτεῖται καὶ καταβαλὼν ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς (1) καὶ πέρι τριακονταέτιας εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν ὁ θέλων καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ καὶ δαπανᾷ εἰς (2) ἔργον τῆς πόλεως καὶ ἡ γενομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλεια ἄκυρος ἐστὶ καὶ ἀποδίδοται. εἰ δὲ καὶ ἐν σχήματι κόττου (3) ἡττήθη θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ οὐκ ἀπαιτεῖται. τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν βοηθούντων αὐτοῖς τῶν (4) πατέρων καὶ ἀρχόντων καὶ ἐκδίκων. μόνον δὲ παίζειν ἔξεστι (5) (μονόβολον καὶ κοντομονόβολον καὶ κυντανὸν κόνταχα χωρὶς τῆς (6) πόρπης καὶ περιχυτὴν καὶ ἱππικὴν) ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι ἑνὸς νομίσματος ἑκάστην συνθέσιν παίζουσιν οἱ δὲ λοιποὶ πάνυ ἧττον· τὸ δὲ πλέον ἀπαιτεῖν οὐκ ἔχει καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. προνοοῦσι τούτων οἱ ἄρχοντες δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν ἢ συγχωροῦσι παραβαίνεσθαι.

QUI victus eſt alea, non convenitur; ac ſi pecuniam dedit; eam ipſe recuperat, ac ſucceſſores a victore, & ejus perpetuo heredibus poſt triginta quoque annos. Si vero hi repetere eam nolint: tum quicumque velit, ſed præſertim Pater ejus civitatis, vel Defenſor eam recuperat, & in opera urbis impendit. Cautio quoque propter aleam præſtita inutilis eſt, ac reſtituitur. Si quis vero pro teſſeris, lupinis, aut qua alia re utatur: minime convenietur. Habeantque Epiſcopi licentiam hæc inquirendi cum auxilio Præſidum, & Patrum, ac Defenſorum civitatum. Solum vero ludere licet monobolo ſive curſu, contomonibolo ſive ſaltu, Quintano contace, ſive jaculis ſine ferro, perichyte, ſive palæſtra, item equorum curſu ſine fraude, ac dolo. Sed ii, qui locupletiores ſunt, uno nummo aureo in ſingulos jactus depoſito ludere poſſunt. Cæteri multo minoris; plus tamen repetere nequeunt; ac, ſi datum ſit, reſtituitur. Cujus rei Præſides curam gerent; decem librarum auri pœna iis imponenda, qui ea tranſgrediantur, aut tranſgredi patiantur.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς δευτέρας διατάξεως τοῦ αὐτοῦ μγ. τίτλου.

Poſteriorem Conſtit. in hanc ſententiam refert.

ΟΤΙ ἐπὶ τοῖς καλουμένοις ξυλίνοις ἱππικοῖς οὔτε ἄλλῃ κυβείᾳ παίζειν ἔξεστι πλὴν τῶν ἐπιτραπέντων ἐν τῇ προλαβούσῃ διατάξει καὶ οἱ τόποι καθ' οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἱππικοῖς παίζουσι δημόσιοι γίνονται καὶ τὰ διδόμενα ἀποδίδονται ἢ μὴ βουλομένων ἀναλαβεῖν τῶν δεδωκότων ἀπαιτοῦνται διὰ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ προσκυροῦνται τοῖς ἔργοις τῶν πόλεων.

NEque ligneis equis, neque alio genere aleæ ludere licet iis exceptis, quæ ſuperiore conſtitutione permittuntur; loca quoque, in quibus hujuſcemodi equis luditur, publica fiant, & quæ data ſint, repetantur; aut ſi ea nolint repetere, qui ſolverint; per urbis Præfectum, & Præſides provinciarum exigantur, atque addicantur operibus civitatum.

Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶνος.

Horum ludorum (*c*) *interpretationem ex Theodoro Balſamone Photii interprete adſcripſimus.*

ΓΙνωσκε δὲ ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος κοντομονόβολον τὸ πήδημα κυντανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς

τῆς

SCire oportet monobolon, curſum dici, contomonobolon, ſaltum; Quintanus autem contax,

tax,

(1) πέρα. (2) ἔργα. (3) ἡττηθῇ.
(4) ἀρχόντων καὶ πατέρων.
(5) μονίβολον & κονδομονίβολον & κιντανὸν καὶ κόνδακα χωρὶς τῆς ὄρπης καὶ περιχύτην καὶ ἱππικόν.
(6) πόρπης. & pag. ſeq. v. 1.

[a] Comprimi, *alii.*
[b] *Hæc ſunt lib. 1. tit. 4. Codicis in collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum. Videndæ conſtit. 25. & 34. Græcæ de Epiſc. audiend.*
(c) *Vidend. cap. 2. de aleatoribus in Digeſt.* Si quis certet haſta, vel pilo jacendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando *&c.*

τῆς πόρτης ὁ ἀκοντισμὸς αὐτὰ σιδήρου ἀποκνίσαντός τινος οὕτω κληθεὶς περιχυτὴ ἡ πάλη καὶ ἱππικὸν τὸ (1) ἱππόδρομον περὶ δὲ τοῦ ξυλίνου ἱππικοῦ ποτὲ γέγονεν ἀμφιβολία παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι τοῦτο τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ ἀντὶ ἵππων χρωμένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν. τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο ξυλινόν τι κατασκεύασμα διὰ κλιμάκων (2) λοξοειδῶν συντεθειμένον ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους οἱ γὰρ συνθηκίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ βόλους τέσσαρας ἐπιβεβαμμένους ἄνωθεν τῶν κλιμάκων (3) τιθέμενοι πρὸς τὸ κάτωθεν ἀπολύουσι καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βόλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν ἐκ τῆς πλατείας ὀπῆς τὴν νίκην ἐδίδου τῷ ἔχοντι αὐτὸν ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ δεύτερον παίγνιον παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι καὶ κολάζεσθαι ὡς ἔχον αἰτίαν κύβου.

tax, jaculationem ſignificat ſine ſerro, quod jaculis additur; ita a Quinto quodam appellatam; perichyte, palæſtra eſt; hippicon vero equorum curſus: de equis ligneis magna fuit dubitatio apud auditorium principis. Erant enim, qui dicerent, eſſe Ludi genus pueris uſitatum, non equeſtre, ſed cum pro equis hominibus uterentur, ac veherentur. Alii machinam quandam eſſe dicebant ligneam ſcalis quibuſdam obliquis erectam, quæ varia intus foramina haberent. Et qui ad eum ludum conſiderent, quattuor calculos colore varios ex ſuperiore parte ſcalarum ponentes, inde in inferiorem partem demittebant: is vero calculus, qui primum per extremum foramen exiret, victoriam ei, cujus fuerat, parabat. Itaque mihi etiam placet, poſteriorem hunc ludum a lege adjecta pœna prohibitum fuiſſe; quod aleæ ſpeciem habere videretur.

B. δ. T. κ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς ιδ. διατάξεως τοῦ κ. τίτλου τοῦ δ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Χρεία δὲ ἐν τῇ ἀποδείξει μαρτύρων πέντε ἐὰν μὴ ὦσι δικαιώματα πρὸς σύστασιν ἐπιτήδεια, εἰ δὲ εἰσὶ δικαιώματα ἀρκούμεθα τρισὶ μάρτυσιν. εἰ δὲ τὸ δικαίωμα τοιοῦτον ἐστὶν ὥστε αὐτὸ πᾶσιν ἀρκεῖν, ἴσως γὰρ ὑπόμνημα δημόσιον ἦ, τότε οὐ δεόμεθα μαρτύρων. ἐπιφέρει δὲ καὶ ἕτερον κεφάλαιον ἡ διάταξις τοιοῦτον. Ἐάν τις ἐν ὑπομνήματι καὶ ἐν συμβολαίῳ τοπομαρτυρήσῃ ἀνάγκην ἐχέτω πᾶσι τρόποις καὶ δίκης ἐπὶ τῷ πράγματι κινουμένης μαρτυρῆσαι, κἂν ἕτερον ἐπιγράφηται. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴπομεν βλάπτεται ὁ δεηθεὶς τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομὴ τῆς ιε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ἡ Διάταξις κελεύει μὴ μόνον ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χρηματικαῖς ἕκαστον ἀναγκάζεσθαι μαρτυρεῖν ἅπερ ἐπίσταται μεθ' ὅρκου δόσεως ἢ ὀμνύειν ὡς οὐκ ἐπίσταται ὑπεξῃρημένων τῶν προσώπων τῶν ἀπὸ νόμου κωλυομένων μαρτυρεῖν καὶ τῶν ἰλλουστρίων καὶ τῶν ὑπερβεβηκότων αὐτοὺς. εἰ μήγε θεῖος γένηται τύπος. καὶ εἰ μὲν ἐνδημῶσιν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει δι' οἰκείας φωνῆς μαρτυρεῖν. εἰ δὲ ἀπολιμπάνονται στέλλεσθαι τοὺς τῶν μερῶν ἐντολέας ἐφ' ὧν καταθέσθαι ἅπερ ἐπίστανται ἢ ἐπομόσασθαι ἅπερ ἀγνοοῦσι. δηλονότι καὶ ἐπὶ τῆς ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρίας τῶν αὐτῶν προσώπων ὑπεξῃρημένων, (4) τάξας τε τὰς ἐπὶ τούτοις διαλαλίας καὶ τὰς παραγωγὰς ἀζημίους εἶναι τοῖς μάρτυσιν.

B.

(1) ἱπποδρόμιον.
(2) ξυλοειδῶν.
(3) τιθέμενοι.
(4) πάσας δέ.

LIB. IV. TIT. XX.
DE TESTIBUS.

I. Conſtitutio Græca deſideratur.

II. Si Tibi.

Epitome Conſtit. XIIII. ex indice Baſilicorum.

IN probationibus quinque teſtibus opus eſt: niſi adſint inſtrumenta ad rem opportuna. Si vero ea adſint; tribus teſtibus contenti ſumus. Quod ſi inſtrumentum tale eſt, ut pro omnibus ſufficiat; forte enim publicum monumentum eſt: tunc teſtibus non indigemus. (*alio capite*) Si quis in monumento, aut contractu teſtis fuit: cogatur modis omnibus, ſi cauſa de eadem re mota ſit, teſtimonium ferre; quamvis alterius fori præſcriptionem alleget. Nam, ſi hoc non dicamus, qui ejus teſtimonio indiget, damnum accipiet.

Epitome Conſtit. XV. (a) ex eodem indice.

HÆC conſtitutio jubet; ut non ſolum in criminalibus cauſis, ſed etiam in civilibus quilibet teſtimonium ferre de iis, rebus, quæ novit, ſacramento præſtito cogatur; aut juret ſe nihil eorum ſcire, illis exceptis perſonis, quæ jure prohibentur, atque etiam illuſtribus, & qui ſupra eos ſunt, niſi de ea re, ſacra forma fiat. Et, ſi in Regia urbe conſiſtunt, ipſi dicant teſtimonium: ſi vero abſint; mittantur partium procuratores, coram quibus deponant, quæ noverint, aut jurent ſe de hiis nihil ſcire. Sed certe neque in hoc perſonarum exceptarum teſtimonio in ſcriptis redigendo, neque in aliis depoſitionibus teſtium, & comparitionibus quicquam damni teſtes patiantur.

XVI. Si quis Teſtibus.

(a) *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro ordine litterarum littera* A.

B. δ. T. κα.

Ἐκ τῆς διατάξεως δ. τοῦ τίτλου λθ. τοῦ ια. βιβλίου τοῦ κώδικος τοῦ θεοδοσίου ἡ ιε. διάταξις τοῦ κα. τίτλου τοῦ δ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Τηνικαῦτα γράμματα μεγάλην ἰσχὺν ἔχει ὅταν περὶ αὐτῶν τῶν γραμματίων μὴ ἀμφισβήτησις ἐξ ἄλλων ὤφειλε βεβαιοῦσθαι.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς κβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ἐὰν τις ἀπαιτούμενος ἐν δικαστηρίῳ παραγαγεῖν (1) δικαιώματα οὐ καθ' ἑαυτοῦ ἀλλὰ καθ' ἑτέρου τινός (2) συμβαλλόμενα ἐπίσω παραιτεῖται τοῦτο παραγαγεῖν, ὡς (3) ἐκ τοῦ βλάβην (4) ὑπολαβόμενος ὁ δὲ αἰτῶν τὸν (5) χάρτον (6) προσενεχθῆναι λέγει μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἢ χρήματα εἰληφέναι παρὰ τῶν μελλόντων ἐλέγχεσθαι ὑπὸ τοῦ προσφερομένου δικαιώματος ἢ ἑτέραν τινὰ προβάλλεσθαι πρόφασιν. ἑαυτὸν δὲ μεγάλα βλάπτεσθαι μὴ προσφερομένου τοῦ δικαιώματος. βούλεται μὲν ἡ διάταξις τὸν ἔχοντα τὸ δικαίωμα (7) προσφέρειν αὐτὸ, εἰ μηδὲν ἐκ τῆς προκομιδῆς αὐτοῦ μέλλει καταβλάπτεσθαι. εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ βλάβην αὐτῷ (8) ποιεῖ προσφερόμενον τὸ δικαίωμα, μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν προκομίζειν αὐτό, ἐπειδὴ συμφέρει αὐτῷ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό. εἰ δὲ ὁ τοῦ συμβολαίου δεόμενος διαβεβαιοῦται μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ὅρκον διδότω μόνον ὡς νομίζων βλάβην (9) περὶ τὴν ἰδίαν πίστιν ὑπομένειν ἐκ τῆς τοῦ συμβολαίου προκομιδῆς (10) διὰ τοῦτο παραιτεῖται προκομίσαι. ἵνα δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ κερδαίνειν τὰ ἐπαγγελθέντα αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ (11) προκομίσαι τὸν (12) χάρτον βλάβην οἰκείαν (13) νομίζῃ, περιεργότερον, παρεχέτω (14) τὸν ὅρκον λέγων ὅτι διὰ τὸ λαβεῖν χρήματα ἢ ἕτερόν τι διὰ τὸ μὴ προκομίσαι τὸν χάρτον ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπαγγελίαν δόσεως (15) οὔτε διὰ φόβον ἐκείνου καθ' οὗ ζητεῖται τὸ δικαίωμα, (16) οὔτε διὰ τὴν φιλίαν αὐτοῦ παραιτεῖται τὴν τοῦ χάρτου προκομιδήν. ἀλλ' (17) ὡς ἐξ ὀρθοῦ περὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν μεγάλα βλαπτόμενος. ὥσπερ γὰρ ὁ νομιζόμενος εἰδέναι τὸ ἀληθὲς περί τινος ὑποθέσεως ἀναγκάζεται καὶ ἄκων πρὸς μαρτυρίαν καὶ οὐδὲ ἐπαγγελίαν ἔχει χρημάτων ὑπὲρ τοῦ μὴ μαρτυρῆσαι οὐδὲ εἰ κατὰ φίλου ἕλκεται πρὸς μαρτυρίαν παραιτεῖται τὴν μαρτυρίαν, οὕτως οὐδὲ ὁ συμβόλαιον ἀπαιτούμενος προσενεγκεῖν ὅτι διὰ τὸ εἰληφέναι τι ἢ ἐλπίζειν λαμβάνειν ὅτι διὰ τοῦ μέλλοντος ἐκ τοῦ συμβολαίου βλάπτεσθαι τὴν φιλίαν δύναται τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ παραιτεῖσθαι. ἀλλ' εἰ μὲν ὅτι ἐπομόσηται μὴ ἔχειν τὸ ζητούμενον δικαί-

καὶ

(1) δικαίωμα. (2) συμβαλλόμενον δὲ.
(3) ἐκ τούτου. (4) ὑπολαβόμενος. (5) χάρτην.
(6) προσενεχθῆναι. (7) προφέρειν.
(8) ποιῇ. (9) παρὰ. (10) καὶ διὰ.
(11) κομίσαι. (12) χάρτην. & verſ. 37.
(13) νομίζῃ. (14) ὅρκον. (15) ὑπὸ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ ὅτι διὰ.
(16) Deſunt quibuſdam. (17) ἐξ.

LIB. IV. TIT. XXI.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

Conſtit. XVI. (a) ex lib. XI. Cod. Theodoſ.

IMP. Julianus Aug. dixit. Talia inſtrumenta tum magnum robur habent: cum in cauſa fides eorum ex aliis firmanda non eſt.

Epitome XXII. (b) Conſtit. ex indice Baſilicorum.

SI quis urgeatur in judicio exhibere inſtrumenta non contra ſe, ſed contra alium quemvis, quæ utilia ſint alii, ac ſe excuſet, quod vereatur damnum inde pati: is vero, qui inſtrumentum petat exhiberi, dicat eum non damnum paſſurum, ſed potius pecunias accepiſſe ab eis quos impetit, ne inſtrumentum exhibeat, aut alia qualibet ratione ſe excuſare; ſe vero maxime lædi, ſi non producatur: jubet hæc Conſtitutio; ut is, qui habet inſtrumenta, ea proferat, ſi nihil is ex ea productione damni paſſurus eſt. Si vero re vera lædatur ex editione inſtrumenti; non cogatur exhibere: cum utilius ſit ei occultare id potius, quam edere. Quod ſi is, qui indiget inſtrumento, confirmaverit, nihil eum læſum iri: alter ſacramentum præbeat, ſe exiſtimare damnum pati juxta fidem ſuam, ſi inſtrumentum exhibeat; ideoque ſe excuſare ab exhibitione. Ne vero hoc ipſum credatur eſſe ſua læſio, quod lucrum conſequatur ab alio, ne exhibeat; diligentius juſjurandum præſtet, ſe neque ſperare pecuniam, aliudve quicquam pro non productione inſtrumenti, neque habere promiſſionem de ea re, neque ob timorem illius, adverſus quem petatur inſtrumentum, neque ob ejus amicitiam, recuſare exhibitionem: ſed quod recta via in ſuis facultatibus multum lædatur. Ut enim is, qui putat ſe ſcire de aliqua re, cogitur etiam invitus teſtimonium dicere; neque ſi ei pecunia promiſſa ſit, ne dicat; aut contra amicum veniat ad ferendum teſtimonium, excuſatur: ita neque is, qui inſtrumentum exhibere petatur, ſive quod aliquid ceperit; ſive quod aliquid ſperet accipere, ſive propter amicitiam ejus, qui ex inſtrumento læderur; poteſt ſe ab exhibitione excuſare. At ſi quis juret ſe non habere inſtrumentum, quod petatur: nullo modo co-

gen-

[a] *In lib. 11. tit. 39. conſtit. 5. Codicis Theodoſiani ita ſcriptum eſt*: Pars actorum habitorum apud Imp. Julianum Aug. Mamertino, & Nevitta Coſſ. X. Kal. April. C. P. in conſiſtorio, adſtante Jovio viro clariſſ. Quæſtore, Anatolio Magiſtro officiorum, Felice Comite ſacrarum largitionum &c. Imp. Julianus Auguſt. dixit.

[b] *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro litterа A.*

χρήματα μηδὲ ὅλως ἀναγκάζεσθαι προσφέρειν ὅπερ μὴ ἔχει. εἰ δ' οὐκ ἀνέχεται τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὑπέχειν, πάντως ἀναγκάζεται προσφέρειν τὸ τοιοῦτο δικαίωμα. εἰ δὲ ἑαυτὸν ἀποκρύψει ὡς μήτε ὀμόσαι, μήτε προσαγαγεῖν τὸ δικαίωμα βουλόμενος, πᾶσαν τὴν ἐκ τούτου συμβησομένην ζημίαν τῷ δεομένῳ τοῦ δικαιώματος οἴκοθεν καταβαλλέτω, τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰς τὰ ἀργυροπρατικὰ βιβλία ἢ τὰ παρ' ἑτέρων τινῶν συμπραττόμενα ἅπερ τις ἐπιζητεῖ προκομισθῆναι οὐ κατὰ τῶν τὰς πυκτὰς ταύτας συντεθεικότων, ἀλλὰ καθ' ἑτέρων τινῶν. ἐκεῖνοι δὲ ἀναγκάζεσθαι προσφέρειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα οἳ καὶ μαρτυρεῖν κατά τινος ἀναγκαζόμενοι καθ' ὧν γὰρ προσώπων ἄκοντες οὐ μαρτυρεῖ κατὰ τούτων οὔτε προκομίζειν πυκτὴν ἢ δικαιώματα ἢ ἕτερον τι τοιοῦτο ἀναγκάζεται. πρόδηλοι δέ εἰσιν ἐκ τῶν νόμων οἱ μὴ ἀναγκαζόμενοι κατά τινων μαρτυρεῖν ἄκοντες, καὶ ἐκεῖνοι καθ' ὧν οὐκ ἀναγκάζονταί τινες μαρτυρεῖν. οὐδενὶ δὲ ἔξεστιν ἄλλως ἀναγκάζειν προσφέρεσθαι δικαιώματα εἰ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ παρ' ᾧ κινεῖται ἡ ὑπόθεσις, τότε δὲ ἀναλώμασι τοῦ ζητοῦντος γίνεσθαι τὴν προκομιδὴν τῆς πυκτῆς τῶν δικαιωμάτων, χρὴ δὲ γίνεσθαι καὶ τὴν ἐμφάνειαν αὐτῶν πρὸς ἅπαξ μόνον. εἰ δὲ ἅπαξ προκομισθέντος τοῦ συμβολαίου ἐπιζητεῖ καὶ δεύτερον γενέσθαι τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ ὁ τούτου δεόμενος εἰ εὔλογον φανείη τῷ δικαστῇ καὶ δεύτερον προσενεχθῆναι τὸν χάρτην. ὁ δὲ προκομίσας αὐτὸν ἤδη παραιτεῖται ἀπαρνούμενος τὴν δευτέραν προκομιδὴν λέγων ἀπολωλέναι τὸν χάρτην ἢ ἄλλως πως μὴ ἔχων εὐχέρειαν τῆς τούτου προκομιδῆς, ὅρκῳ μόνῳ τοῦτο αὐτὸς πιστούσθω, καὶ μηκέτι ἀναγκαζέσθω προσφέρειν αὐτό. τούτων κρατούντων οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ.

gendus eſt id exhibere quod non habet. Si vero renuat id ſacramentum præſtare, aut ſi ſe occultet, ne juret aut, ne exhibeat: omne damnum, quod ex eo ei, qui indiget inſtrumento, obveniet, de ſuo reſtituat. Hæc omnia obtineant tam in argentariorum ſcripturis, quam in aliis aliorum contractibus, quæ quis exhiberi petat; non ſolum contra eos, qui ea compoſuerunt, ſed etiam contra alios quosvis. Illi autem cogantur exhibere ſcripturas, aut inſtrumenta; qui dicere teſtimonium adverſus aliquem coguntur. Nam adverſus eas perſonas, adverſus quas quis non dicit teſtimonium invitus; nec proferre ſcripturas, aut inſtrumenta, aut alias res cogetur. Certæ autem ſunt perſonæ in jure; quæ non coguntur invitæ adverſus quaſdam alias dicere teſtimonium: & aliæ, adverſus quas dicere non coguntur. Nemini autem liceat alibi cogere inſtrumenta exhiberi, quam in ſuo judicio, ubi controverſia agitatur; tunc vero ſumptibus petentis fieri eorum exhibitionem. Fieri quoque debet ea exhibitio ſemel tantum. Si vero facta ſemel editione inſtrumenti, petat eam iterum fieri, qui eo indiget; ſi id judici æquum videatur, iterum exhibeatur inſtrumentum. Quod ſi is [a], qui jam exhibuit, ſe excuſans neget ſe poſſe iterum id exhibere, vel quia ſcriptura deperdita ſit, aut aliqua alia ratione non habeat facultatem eam exhibendi; ſacramento ſuo fides ei adhibeatur; neque amplius cogatur id inſtrumentum exhibere. Hæc autem locum habeant non ſolum in urbe Regia, ſed etiam in aliis locis reipublicæ.

Sub titulo XXIV. De Actione Pigneraticia *Haloander notat deeſſe I. Græcam Severi, & Antonini Conſtitutionem ad Metrodorum propoſitam Idib. Octob. Apro & Maximo Coſſ.*

Sud titulo XXXIII. De Nautico Fœnore *prima quoque deeſſe dicitur in veteri quodam Romano libro, niſi forte ultima ſit proximi tituli* De uſuris.

II. Trajectitiam.

III. Cum dicas *& cæteræ.*

B. ε. T. α.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς. ς. διατάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ. ε. βιβλίου τοῦ κώδικος.

LIB. V. TIT. I.

DE SPONSALIBUS, ET ARRIS SPONSALICIIS, ET PROXENETICIS.

Deſideratur vel ab ipſo Accurſio conſtitutio, quæ de proxeneticis diſpoſuerit. Cum itaque a nobis quintam a Græcis referri inventum ſit, quam nos quoque eodem numero habemus; ſextam (b) *deſiderari credidimus. Cujus fortaſſe ea ſententia eſt, quam in indice ordine litterarum, & apud Harmenopolum lib. IV. titulo III. reperimus.*

Η Διάταξις βούλεται τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν εἰ δὲ ὅλως ἀνέχεται λαβεῖν (1) εἴγε μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου μηδὲν ὅλως λαμβάνειν. (2) εἰ δὲ συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν. κ. μοῖραν τῆς προικὸς καὶ τῆς (3) προγαμιαίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν δὲ ἐὰν ἡ προὶξ ἔχει διακοσίας λίτρας, λίτρας δέκα χρυσίου. ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν ἐπιτρέπει

Conſtitutio eſt, quæ jubet, ut nuptiarum proxeneta, ſi fieri poſſit, omni munere abſtineat; modo non aliquam conventionem inierit. At ſi quid pactus ſit; non amplius viceſima dotis, aut donationis propter nuptias petere poſſit: ut ſi dos ducentarum librarum auri ſit, decem libras exigat. Minus autem, ſi velit accipere permit-

(1) εἰμὲν. (2) εἰ δὲ καὶ Harmenop.
(3) προγαμιαίας Harmenop.

(a) *Vidend. conſt. 21. ſub hoc titulo, cujus initium* Cum quis.

(b) *De proxeneticis vide lib. 50. tit. 14. Digeſt. Refert ſententiam huius Conſtit. Prochiron trium Imperator. tit. 3. cap. 4. & Joſeph. Tenedius littera* Γ.

πει αὐτὸν. εἰ δέ καὶ ὅσης δήποτε ποσότητος ἡ προὶξ ἐςὶ περιττέρω τῶν δέκα λιτρῶν τοῦ χρυσίου, οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν.

B. ε. T. δ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. κ. θ. διατάξεως τοῦ. δ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου. ἧς ἡ ἀρχὴ πάσης.

Ἡ σκηνικὴ αὐεθῆναι βουλομένη καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη δυνάται προσεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ.

B. ε. T. θ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ι α. διατάξεως τοῦ θ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου τοῦ κώδικος.

Ὁ δευτερογαμήσας τὰ ἐκ τοῦ πρώτου γάμου κέρδη τῶν αὐτοῦ παίδων προτελευτησάντων, ἐχέτω καὶ ἐκδικείτω παρὰ τῶν ἐχόντων.

B. ε. T. ι ζ.

Ἐκ τοῦ κεφαλαίου ι δ. τοῦ τίτλου ζ. τοῦ κ η. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι β. διατάξεως τοῦ ι ζ. τίτλου τοῦ. ε. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Πολλάκις ὑπεξούσιοι παῖδες μετὰ τῶν ἰδίων γαμετῶν τὰ πρὸς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων μηχανώμενοι ῥεπούδιον ἔπεμπον αὐταῖς μηδεμίαν ἐχούσης εὔλογον αἰτίαν ὥστε τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀπαιτεῖσθαι. καὶ τὴν προῖκα ἣν ὑποδέξαντο καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν, ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιήσαντο. ἔμενον δὲ αὐτοὶ καὶ λυθέντος δῆθεν τοῦ γάμου ταῖς οἰκείαις γαμεταῖς συνόντες λαθραίως. ὅθεν ἡ παροῦσα διάταξις βούλεται μήτε ὑπεξουσίους παῖδας μήτε αὐτεξουσίους μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους (1) εἰς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων ἢ μητέρων τοὺς τῶν προικῶν ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τοῦ γάμου περιμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν οὕτως μὴ διαλύεσθαι τοὺς γάμους τῶν παίδων παραγνώμην αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ πεμφθῇ παραγνώμην τῶν γονέων διαζύγιον μὴ ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν τῆς προικὸς ἢ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἀπαίτησιν εἰ καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα τοὺς πέμψαντας ἀλόγως τὸ διαζύγιον ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ μεθοδείᾳ. ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ υἱοῦ μὴ δύνα-

mittitur. Si vero dos cujuſcumque majoris quantitatis ſit; non amplius decem libri auri proxeneta accipiat.

LIB. V. TIT. VI.
DE NUPTIIS.

In Græcis paratitlis refertur pars ſententiæ XXIX. [a] conſtitutionis, cujus initium eſt Omnis; *ſed totius conſtitutionis ſententia refertur conſtitut. Græca XXXIII.* De Epiſcopali audientia.

SCenica, quæ ab eo genere vitæ liberati deſiderat, & ab aliquo magiſtratu prohibetur, referat Epiſcopo, ut ejus providentia ad caſtam, honeſtamque vitam revertatur.

LIB. V. TIT. IX.
DE SECUNDIS NUPTIIS.

Ex eiſdem paratitlis XI. [b] conſtitutionis ſententiæ pars eſt.

IS qui ſecundas nuptias conttahit, lucra prioris matrimonii propter mortem liberorum habebit; & ab iis, qui ea poſſidebunt, vindicabit.

LIB. V. TIT. XVII.
DE REPUDIIS.

Epitome Conſtit. XII. (c) ex lib. XXVIII. Baſilicorum.

SÆpe liberi, qui ſub patria poteſtate ſunt, cum ſuis conjugibus in damnum ſuorum parentum machinantur, repudium eis mittentes nulla juſta cauſa moti; ſed ut parentes reſtituant & dotem, quam acceperunt, & donationem ante nuptias, quam pro eis fecerunt; ipſi vero permaneant fortaſſe etiam ſoluto matrimonio clam ſuis conjugibus adhærentes. Quamobrem jubet hæc conſtitutio; ut neque liberi, qui ſub patria poteſtate ſunt; neque ii, qui ſui juris ſunt tam maſculi, quam feminæ, poſſint diſſolvere matrimonium cum damno ſuorum patris, vel matris, qui dotes, vel donationes ante nuptias dederunt, aut ſuſceperunt. Sed, ut in conſtitutione matrimonii expectamus patrum conſenſum: ita non diſſolvantur liberorum nuptiæ ſine eorum voluntate. Si vero repudium quoque miſſum ſit ſine eorum licentia: non competat in eos dotis, aut ante nuptias donationis repetitio, ſive ipſi ea dederint, ſive ſuſceperint. Sed ipſe filius, aut filia, qui repudium ſine cauſa miſerunt, huic fraudi ſubiiciatur. Abſurdum enim eſt, ut pater ſine filii volunta-

(1) ἐπὶ περιγραφῇ τῶν ἰδίων γονέων.

(a) *Ex paratitlis lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum.*

(b) *Refertur, ut opinor, Nov. 2. Auth. de non eligendo ſecundo nub. coll. 1.*

(c) *Ex lib. 28. tit. 7. cap. 14. Baſilicor. Refert. Nov. 22. cap. 8. vide Prochiron trium Imperat. tit. 4. cap. 20. & Harmenop. lib. 4. tit. 4. Prochiri.*

ναϛθαι λύειν τὸν γάμον· τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτετράφθαι ἴσως καὶ ἐλάττοσι τῶν κε. ἐνιαυτῶν ὑπάρχουσι καὶ μὴ δὲ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις ἢ κακίστῃ γνώμῃ περὶ τοὺς γονέας κεχρημένοις λύειν παραγνώμῃ αὐτῶν τὸν ἴδιον γάμον.

tate nequeat diſſolvere matrimonium; liberis vero permittatur, minoribus fortaſſe XXV. annis, & qui ignorant, quid ipſis utile ſit, aut qui malo animo erga parentes utantur, ut ſine eorum voluntate ſua matrimonia dirimant.

Lib. VI. Tit. III. De Bonis Libertorum, & Jure Patronatus *IV. Conſtitutio Græca, vel Accurſio teſte, deſideratur; ejus ſententia ab Juſtiniano lib. III. inſtitutionum* [a] *refertur in hæc verba:*

NOſtra conſtitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus, ita hujuſmodi cauſam definivit; ut ſiquidem libertus, vel liberta minores centenariis ſint, id eſt minus centum aureis habeant ſubſtantiam, ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus: ut pro mille ſeſtertiis unus aureus computetur; nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione; ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus, quod erat ex lege XII. Tabularum, integrum reſervavit. Cum vero majores centenariis ſint, ſi heredes, vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſive unum, ſive plures, cujuſcumque ſexus, vel gradus; ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſi quidem inteſtati, ad omnem hereditatem patronos, patronaſque vocavimus. Si vero teſtamentum quidem fecerint, patronos autem, aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint; vel mater, ſive avus maternus eos præterierint, ita quod non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam, ut antea, ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur: vel quod deeſt eis, ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus, vel liberta eis reliquerit; ita ſine onere, ut nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommiſſa præſtentur; ſed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis aliis caſibus a nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad hujuſmodi diſpoſitionem juris perſpeximus: ut tam patroni, patronæque, quam liberi eorum, nec non qui ex tranſverſo latere veniunt, uſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum, libertarumve vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt; & ſi ejuſdem patroni, vel patronæ, vel duorum, duarumque, plurium ve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti, vel libertæ vocetur ſucceſſionem; & in capita, non in ſtirpes dividatur ſucceſſio: eodem modo & in iis, qui ex tranſverſo latere veniunt, ſervando pene enim conſonantia jura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

Et alio loco. (*b*)

CUmque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio tamquam ex familia, & octavo unde patroni, patronæque & parentes eorum, utramque per conſtitutionem noſtram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas uſque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus; ut ſit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia, ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum poſſeſſionum reſoluta.

Idem eodem libro. (*c*)

NOS nihil perfectiſſimo juri deeſſe cupientes noſtra conſtitutione, quam de jure patronatus humanitate ſuggerente protulimus, ſancimus ſucceſſionem in adgnatorum hereditatibus non eſſe eis denegandam: cum ſatis abſurdum erat, quod cognatis a Prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente ſequens ſuccedit; & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

Et poſtea. (*d*)

SED noſtra conſtitutione, quam pro jure patronatus fecimus, quod jus uſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuerat; & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus; ut ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio, liberum, vel liberos habuerit, ſive ex libera,

ſive

[a] §. Sed noſtra. *De ſucceſſ. libertor.*
[b] *De bonorum poſſeſſ.* §. Cumque antea.
[c] §. Placebat. *De legit. adgn. ſucceſſ.*
[d] *De ſervili cognat. in princ.*

ſive ex ſervilis condicionis muliere; vel contra ſerva mulier ex libero, vel ſervo habuerit liberos cujuſcumque ſexus; & ad libertatem his pervenientibus ii, qui ex ſervili ventre nati ſunt, libertatem meruerint; vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſervitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem pervenerint; ut hi omnes ad ſucceſſionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocavimus ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſive ſoli inveniantur, qui in ſervitute nati, & poſtea manu miſſi ſunt; ſive una cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſive ex eodem patre, ſive ex eadem matre, ſive ex aliis nuptiis ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt.

Ἐκ τῶν παρατίτλων τὸ τῆς ἐπιτομῆς μέρος τῆς δ. διατάξεως τοῦ δ. τίτλου τοῦ ϛ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Ὅτι ἡ τῷ δεσπότῃ μέχρι τέλους αὐτοῦ (1) παλλακευθεῖσα μὴ ἔχοντι γαμετὴν νόμιμον ἁρπάζεται μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς εἰς ἐλευθερίαν καὶ λαμβάνει τὸ πεκούλιον ὅπερ εἶχεν ἐν τῷ τελευτᾷν τὸν δεσπότην πρὸς τὸ νόμιμον μέτρον καὶ οὐκ ἔχουσι κατ' αὐτῆς πατρωνικὸν δίκαιον οἱ παῖδες ἢ οἱ κληρονόμοι ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ τελευτήσαντος.

In paratitlis [a] quoque reperitur hæc ſententia.

QUÆ Domini ſui uſque ad Ipſius mortem concubina fuit, cum legitimam uxorem non haberet; cum liberis ſuis in libertatem vindicatur; & peculium, quod habuit tum, cum dominus mortuus eſt, præter legitimam quantitatem retinet, neque habent adverſus eam defuncti liberi, aut heredes, aut cognati jus patronatus.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Ὅτι εἰ μὲν ἐλάττονα τῶν ρ. νομισμάτων ἔχοιεν περιουσίαν, οἱ ἀπελεύθεροι οὐ περιεργάζονται. ἀλλὰ διατίθενται ὡς ἂν βουληθῶσιν. ἀδιαθέτων δὲ καὶ ἀπαίδων αὐτῶν τελευτώντων, κληρονομοῦσιν οἱ πάτρωνες. τῶν δὲ ὑπὲρ τὰ ρ. νομίσματα ἐχόντων οὐσίαν, εἰ μὲν εἴησαν παῖδες ἢ ἔκγονοι, ἢ προέκγονοι, ἢ ἀπέκγονοι, αὐτοὶ καλοῦνται πρὸς τὴν διαδοχὴν ἀπαίδων δὲ ὄντων αὐτῶν, καὶ ἀδιαθέτων καλοῦνται οἱ πάτρωνες. εἰ δὲ διάθωνται ἄπαιδες ὄντες οἱ ἀπελεύθεροι, ἀνάγκην ἐχέτωσαν τὸ τρίτον τῆς περιουσίας αὐτῶν, καταλιμπάνειν τοῖς πάτρωσι. καλοῦνται δὲ, πρὸς μὲν τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίαν ὅτι κατιόντες τοῦ πάτρωνος, καὶ οἱ ἐκ πλαγίου δηλονότι κατιόντων μὴ ὄντων μέχρι πέμπτου βαθμοῦ, πρὸς μὲν τὴν μέμψιν τῆς διαθήκης τοῦ ἀπελευθέρου μόνοι οἱ πάτρωνες καὶ παῖδες αὐτῶν καὶ ἔκγονοι ἕως πέμπτου βαθμοῦ μόνου. οἱ δὲ ἐκ πλαγίου οὐκ ἔχουσι τὴν ἐναντίωσιν τῆς διαθήκης, ἐπὶ τῷ λαβεῖν τὸ τρίτον ἐξωτικῶς γραφομένου.

Ex indice Baſilicorum pars eiuſdem Conſtitutionis, aut eius Epitomes.

UT ſiquidem minus centum aureorum bona liberti habeant; non vexentur: ſed, ut velint, teſtentur. Sed ſi inteſtati, & ſine liberis deceſſerint; patroni ſuccedant. Si vero ultra centum aureos habeant: ſi filii, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes ſuperſint; hi vocentur ad ſucceſſionem: ſi ſine liberis, & inteſtati deceſſerint, patroni vocentur. Si vero hi liberti teſtati fuerint, qui liberis careant: cogantur tertiam partem bonorum ſuorum patronis relinquere. Vocantur autem ad inteſtati ſucceſſionem deſcendentes liberi patroni, & ex tranſverſo latere, ſi deſcendentes non extabunt, uſque ad quintum gradum. At ad querellam inofficioſi teſtamenti liberti, ſoli patroni, & filii eorum, atque nepotes uſque ad quintum gradum admittentur; ex tranſverſo autem propinqui non poſſunt contra teſtamentum petere tertiam partem ſcriptis extraneis heredibus.

TIT. XXIII. De Teſtamentis. *Poſt XXIII. Conſtitutionem duas Juſtiniani Græcas Conſtitutiones deſidero, quarum lib. II. Inſtitutionum (b) mentio fit.*

QUia incivile eſſe putavimus ſcripturæ ordinem quidem ſequi; quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum; ſperni autem teſtatoris voluntatem; per noſtram conſtitutionem & hoc vitium emendavimus: ut liceat & ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus uſus favorabilior eſt.

Et alio loco. (c)

LEgatariis autem, & fideicommiſſariis, quia non juris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis conjunctis teſtimonium non denegamus; immo in quadam noſtra conſtitutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus.

Sub

(1) παλλακευθεῖσα.

(a) *Refert Photius tit.* 13. *cap.* 5. *Nomocanonis.*

(b) §. Ante heredis, *de legat. vide Conſt.* 24. *Latinam ſub hoc titulo.*
(c) *De teſtam.* §. Legatariis.

Sub titulo XXV. De Inſtitutionibus, *vel ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub condicione factis VI. Conſtitutio Juſtiniani in Norico libro deſideratur,*
VII. Generaliter.
VIII. Si quis.

Tit. XLVIII. De Incertis Perſonis. *Sub hoc titulo unica Conſtitutio Græca deſideratur, quæ in plura capita diviſa erat, ut Græci interpretes referunt; ejus initium fuiſſe dicunt* Incertus. *A noſtris titulus ipſe eum proximo* Ad S. C. Trebellianum *conjunctus eſt. Hujus tamen conſtitutionis ab Juſtiniano ipſius legis auctore mentio fit lib. II. & III. inſtitutionum.* (*a*)

LEgari, *inquit*, illis ſolum poteſt, cum quibus teſtamenti factio eſt. Incertis vero perſonis neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat. (*b*) Nam ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, ut D. Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat, veluti ſi quis ita dicat: quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato: Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent; æque incertæ perſonæ legari videbatur, & denique multæ aliæ hujuſmodi ſpecies ſunt. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari: quia placebat nominatim ſervos liberari. Sub certa vero demonſtratione, ideſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ recte legabatur, veluti: ex cognatis meis, qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem perſonis legata, vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta, repeti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cautum erat. Poſtumo quoque alieno inutiliter antea legabatur: (*c*) eſt autem alienus poſtumus, qui natus inter ſuos (*d*) heres teſtatori futurus non eſt: ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſtumus avo. Sed nec hujuſmodi (*e*) ſpecies penitus eſt ſine juſta emendatione relicta: cum in noſtro Codice conſtitutio poſita ſit, per quam & huic parti medemur, non ſolum in hereditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicommiſſis, quod evidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram conſtitutionem incertus dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati cavere. Poſtumus autem alienus heres inſtitui & antea poterat, & nunc poteſt: niſi in utero ejus ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt.

Idem ſub titulo de bonorum poſſeſſionibus. [*f*]

SI alienus, *inquit*, poſtumus heres fuerit inſtitutus; quamvis hereditatem jure civili adire non poterat; cum inſtitutio non valebat: honoratio tamen jure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adjuvabatur. Sed & is a noſtra conſtitutione hodie recte heres inſtituitur, quaſi & jure civili non incognitus.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς πρώτης καὶ μόνης διατάξεως τοῦ μη. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ Incertus ἐν τῷ η. κεφαλαίῳ.

Ὅτι δύναταί τις ληγάτον ἐκκλησίᾳ καταλιμπάνειν ἢ καὶ κληρονομίαν.

Καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Ὅτι ἔρρωται τὸ καταλιμπανόμενον θεμιτῷ συστήματι ἢ σωματείῳ οἷον συγκλητικοῖς ἢ βουλῇ ἢ τάξει ἄρχοντος ἢ ἰατροῖς ἢ διδασκάλοις ἢ συνηγόροις ἢ στρατιώταις ἢ ὁμοτέχνοις ἢ ἱερεῦσιν ἢ ἑτέροις τισὶ καὶ μερίζονται κατὰ πρόσωπον ἐξ ἴσου οἱ ἐν τῷ

VIII. Capite hujus Conſtitutionis refertur a Græcis (*g*) *hæc ſententia.*

POteſt quis legatum, vel hereditatem Eccleſiæ relinquere.

Et alio loco. (*h*)

VAlet quod relinquitur licito collegio, aut corpori; ut puta ſenatoribus, aut curiæ, aut apparitoribus, aut medicis, aut præceptoribus, aut advocatis, aut militibus, aut artificibus, aut ſacerdotibus, aut aliis perſonis. Partes autem æquis portionibus ſinguli capiunt, qui tempore

[a] §. Legari, *& ſequentibus: de legatis.*
[b] Relinqui poſſunt, *Theophilus, qui alia quoque verba in præſens tempus ex præterito mutat.*
[c] Legamus, *Theophil.*
[d] Suus, *idem Theophil. tam hoc loco, quam in tit. de bonor. poſſeſſ. in princ.*
[e] Sed hæc quidem omnia olim. *Sed extat Conſtitutio noſtri Imperatoris in ipſo Codice poſita, quæ hæc omnia incertarum perſonarum capita mire corrigit Theophil.*
[f] *Adde in princ. ubi Theophilus addit,* quis ſit alienus poſtumus: *hoc eſt is, qui ſi naſceatur, ſuus heres futurus non eſt illi, cui alienum eſſe dicimus.*
[g] *Hoc invenies in paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *Codicis in collectione Conſtitutionum eccleſiaſt.*
[h] *Phot. tit.* 2. *cap.* 1. *Nomocan.*

χωρῶ τῆς πλάτης ἐν τῷ καταλόγῳ ἀνευρισκόμενοι εἰ μὴ ῥητὸν ποσὸν ὁ διαθέμενος ἑκάστῳ ὁρίσει.

mortis in eorum numero reperiuntur; niſi nominatim teſtator partes tribuerit.

Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς αὐτῆς.

In calce (a) ejuſdem Conſtitutionis.

ΟΤΙ ἐὰν προστάξῃ ἢ ἐτήσιον καταλειφθῇ ἀντεβοῦς ἢ ἐκκλησίαις ἢ ξενῶσιν ἢ πτωχείοις ἢ εὐαγέσιν οἴκοις ἢ κοινῷ κλήρῳ ἢ εἰς αἰχμαλώτων λύσιν ἢ αὐτοῖς τοῖς πτωχοῖς ἢ τοῖς αἰχμαλώτοις κρατεῖ ἡ τοῦ πλατύσαντος βούλησις.

SI quid præſens, aut annuum relictum ſit pietatis cauſa eccleſiis, aut xenonibus, aut ptochus, aut piis locis, aut clero, aut ad captivos redimendos, aut ipſis pauperibus, ſive captivis: defuncti voluntas ſervanda eſt.

TIT. XLIX. Ad S. C. Trebellianum. *Vereor, ne non ſub hoc titulo deſit Juſtiniani Conſtitutio, qua Pegaſiani, S. C. vires in Trebellianum transferantur. Quod ſignificare videtur lib. II. Inſtitutionum, (b) & in Græca & Latina Conſtitutione, quam ſub titulo de vetere jure rettulimus, (c) item Novella* 1. *(d)*

Sub titulo LXI. De Bonis, quæ liberis, *videntur tres Conſtitutiones deeſſe. Namque XI. Conſtitutionem referri a Græcis ſcio, niſi mendum in eorum libris ſit.*

Lib. VII. TIT. XI. Qui manumittere non poſſunt. *Sub hoc titulo VIII. Conſtitutionem Juſtiniani deſidero, de qua in Inſtitutionibus (e) ita ſcriptum eſt.*

CUM libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante viceſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſervo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori XX. annis libertatem in teſtamento dare ſervo ſuo concedimus, niſi XVII. annum impleverit, & XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas hujuſmodi ætati & pro aliis poſtulare conceſſerit; cur non etiam ſui judicii ſtabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam ſervis ſuis poſſint pervenire?

B. η. T. ι.

H. ιβ. διάταξις τοῦ δεκάτου τίτλου τοῦ. η. βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΑΥτοκράτωρ καῖσαρ ζήνων εὐσεβὴς νικητὴς τροπαιοῦχος ἀειμέγιστος ἀεισέβαστος αὔγουστος ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως. Καὶ δικαίως εἰρήνης (τ) ἀπολαύοντας καὶ τῶν ἔξωθεν πολέμων ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ὑπηκόους βουλόμενοι νουθετεῖν ἕκαστον προθυμούμεθα. διὸ καὶ τὸν παρόντα φέρομεν νόμον ἱκανῶς ἀποδεικνύντα ὡς καὶ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια δικαίως ἐδίδαξεν καὶ ἡμεῖς προνοητικῶς τὰ τὴν δυσχέρειαν λύοντα διορίζομεν καὶ μικρὸν ἀποστάντες τῶν τραγῳδεστέρων τῇ πολιτείᾳ ῥημάτων τοῖς τῷ πλήθει γνωριμωτέροις χρησόμεθα ὅπως ἂν ἕκαστος αὐτῶν ἐντυγχάνων τῷ νόμῳ μὴ δέοιτο ἑτέρου βοηθοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν, ἔγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν εἰσαχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ μεγέθους ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου λέοντος ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇ δὲ τῇ ἐνδόξῳ πόλει κτίζειν βουλομένων ἀμφιβόλως εἶναι κατά τινα μέρη δοκεῖ διὰ τὰς τῶν φαύλως ἑρμηνευόντων ἐπινοίας καὶ ἡμεῖς προστάττομεν τοὺς τὰς ἰδίας οἰκίας ἀνανεοῦντας

LIB. VIII. TIT. X.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

(f) XII. Imp. Cæſ. Zeno, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus Adamantio Præf. urbis.

ET judiciorum pace frui, & a bellis externis abſtinere noſtros ſubditos cupientes; admonere ſingulos curavimus; cur hanc quoque conſtitutionem fecerimus; qua dilucide oſtenditur, quid tua nos recte Magnificentia docuit, quidque nos ipſi provide definivimus; ut difficultas omnis diſſoluta ſit. Atque in ea parum diſcedentes ab civilibus noſtræ Reipublicæ verbis, utimur his, quæ in vulgus nota ſunt; ut quiſquis in hanc legem inciderint, non alio interprete ad ipſius uſum indigeat. Novimus itaque ex iis, quæ a tua magnitudine ſuggeſta ſunt, ſacram illam conſtitutionem (g) immortalis recordationis Leonis patris noſtri, quam de iis tulit, qui in hac inclita urbe ædificare volebant; ambigue eſſe aliqua ex parte ſcriptam videri, ob pravorum hominum iniquas interpretationes. Nos vero jubemus (h), ut qui domos ſuas renovant, nullo

(τ) ἀπολαύοντας. alii ἀπολαύοντι.

[a] *Ex Photio d. cap.* 1.

[b] §. Sed quia. *de fideicommiſſ. hered.*

[c] §. Quintus. [d] *Authent. de hered. & Falc.* §. Etenim.

[e] *Tit.* Quibus ex cauſis man. non licet, *in fine.*

[f] *Hanc Græcam reperimus in bibliotheca Beſſarionis Cardinalis Venetiis in libro Novellarum Juſtiniani; alterum exemplum habuimus ex Laurentiana bibliotheca Florentiæ. Refert Juſtinianus Coſtitutione proxima, & Novella* 43. *&* 163. *Authent. de operis novi nunt.*

[g] *Hanc Conſtitutionem Leonis deſideramus.*

[h] *Refertur hæc ſententia a tribus Imperatorib. tit.* 26. *cap.* 4. *& aliis Prochiri, & a Conſtant. Harmenop. lib.* 2. *tit.* 4. *& a Michaele Attaliota tit.* 34. *Prochiri, & a Joſepho Tenedio littera* κ.

τας τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μηδαμῶς (1) παρεξεῖναι ὥστε μὴ τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀφαιρεῖσθαι φῶτα ἢ (2) ἀπόβλεψιν τῶν γειτόνων παρὰ τὸ πάλαι καθεστηκὸς οὐμὴν προσθήσω (3) τὸ δήποτε δέοι κρατεῖν οἷον ὁ τῇ οἰκοδομίᾳ χρώμενος δίκαιον (4) ἔχων προσῆκον αὐτῷ ἐκ συμφώνου ἢ ἐπερωτήσεως ἐπιτρέπον ἀμείβειν εἰ (5) βουληθῇ τὸ (6) παλαιὸν σχῆμα (7) διὸ θεσπίζομεν εἰ σύμφωνον ἢ ἐπερώτησις (8) βοηθῇ τῷ κτίζοντι ἐξεῖναι αὐτῷ κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ συμφώνου ἢ τῆς ἐπερωτήσεως οἰκοδομεῖν (9) εἰ καὶ τοὺς γείτονας οἷς ἐναντιοῦται τὸ σύμφωνον ἐντεῦθεν βλάπτειν δοκοίη τῆς δὲ μὴν τῆς διατάξεως εἰπούσης καὶ εἰ δώδεκα ποδῶν χρῆναι καταλιμπάνειν μέσον τῆς τε ἰδίας καὶ τῆς τοῦ γείτονος οἰκίας τὸν οἰκοδομεῖν μέλλοντα καὶ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον (10) προστεθήσει ᾧ μεγίστην ἀσφάλειαν εἰκότως (11) ποιεῖ τὸ γὰρ ἐνδοιάζον οὐκ ἐπιτήδειον εἰς ἀμφιβολίας ἀναίρεσιν περιφανῶς κελεύομεν δύο καὶ δέκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπικειμένου τοῖς θεμελίοις οἰκοδομήματος παραφυλαττομένους δὲ μέχρι πέρατος τοῦ ὕψους καὶ τῷ τοῦτο τοῦ λοιποῦ παραφυλάττοντι ἐξεῖναι τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἐφ' ὅσον (12) θελήσειεν ὕψος καὶ θυρίδας κατασκευάζειν τὰς καλουμένας παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγοὺς κατὰ τὴν θείαν νομοθεσίαν εἴτε νέαν οἰκίαν (13) βούληται κτίζειν εἴτε παλαιὰν ἀνανεοῦν. εἴτε διαφθαρεῖσαν ἐκ πυρὸς οἰκοδομεῖν μηδαμῶς ἐκ τούτου τοῦ διαστήματος συγχωρεῖσθαι ἀφαιρεῖν τοῦ γείτονος ἄποψιν θαλάσσης εὐθεῖαν καὶ οὐ βεβιασμένην ἐξ οἵου δήποτε πλαγίου τῆς οἰκίας ἣν ὁ γείτων ἑστὼς ἔνδον ἐν τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ καθήμενος (14) ἔχειν μὴ παρατρέπων ἑαυτὸν ἐν τῷ παρακύπτειν εἰς τὸ πλάγιον καὶ βιαζόμενος ὥσπερ ἰδεῖν θάλασσαν τὸ γὰρ τῶν κήπων τι καὶ τῶν δένδρων (15) οὔτε περιείληπται τῇ προτέρᾳ νομοθεσίᾳ οὔτε τῇ παρούσῃ προστεθήσεται. οὔτε γὰρ προσήκει (16) τοιαύτην δουλείαν κρατεῖν. μηδενὶ δὲ ἐξέστω (17) κτίζειν οἰκίαν ἐν μέσῳ ὄντος στενωποῦ ἢ πλατείας (18) ὑπέργους δεκαδύο (19) ποδῶν διὰ τοῦτο παραιρεῖσθαι μέρος τῆς πλατείας ἢ τοῦ στενωποῦ καὶ τῷ οἰκείῳ προσνέμειν οἰκοδομήματι. οὐ γὰρ τὰ τῷ δημοσίῳ προσήκοντα βλάπτειν βουλόμενοι καὶ τοῖς κτίζουσιν ἀπονέμειν δεκαδύο ποδῶν εἶναι διάστημα ἐν μέσῳ τῶν οἰκιῶν διωρίσαμεν, ἀλλ' ὥστε μὴ στενότερα εἶναι τὰ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν διαστήματα (20) καὶ τὸ πλέον (21) περιόντι ἐῶντες ἔχειν ὡς ἔχει καὶ τοῦτο μειοῦσθαι μὴ συγχωροῦντες ἵνα τῇ πόλει τὰ οἰκεῖα περισώζηται δίκαια. εἰ δὲ τὸ παλαιὸν οἰκοδόμημα καὶ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοιοῦτον ἦν ὥστε ἔλαττον εἶναι τῶν δώδεκα ποδῶν μεταξὺ ἑκατέρας οἰκίας διάστημα μὴ ἐξέστω παρὰ τὸ (22) παλαιὸν ἢ ὑψοῦν τὸ οἰκοδόμημα ἢ θυρίδας ποιεῖν [(23) εἰ δὲ μὴ δέκα (24) ποδῶν εἴη] ἐν μέσῳ, τὰς τοιαύτας γὰρ παρακυπτικὰς μὲν ὁ κτίζων οὐ δυνήσεται ποιεῖν οὐκ οὔσας (25) παλαιὰς ὡς εἴρηται φωταγωγοὺς δὲ ποιήσει ἀπὸ

[1] παρεξιέναι. [2] ἄποψιν.
[3] ὅτι δήποτε. [4] ἔχοι διαπροσῆκον.
[5] βουληθείη. [6] παρόν. [7] τότε γάρ.
[8] βοηθοῖ. [9] καὶ. [10] προστεθήσει ὅ.
[11] ποιείτω. alii ποιῇ. [12] θελήσειεν.
[13] βούλοιτο. [14] ἔχει. [15] ὄν.
[16] Deſunt hæc alicubi. [17] κτίζοντι.
[18] ὑπὲρ τούς. [19] πόδας. [20] καὶ.
[21] εἴπερ πλέον ὄντος. [22] παλαιὸν σχῆμα.
[23] εἰ μή. [24] πόδες εἶεν. [25] πάλαι.

lo pacto veterem formam tranſgrediantur: ut ne qui ædificant, lumen auferant, aut proſpectum vicinis præter id, quod antea fuerat conſtitutum. Neque tamen adiicimus, idem ſervari oportere; ſi iis, qui ædificat, jus aliquod habet, quod ei ex conventione, aut promiſſione competat; quo permittatur mutare, ſi velit, veterem formam: etenim ſancimus, ut ſi pactione, aut ſtipulatione ædificans juvatur; licere ei ſecundum conventionis, aut promiſſionis vires ædificare, quamvis vicini, quibus obſtat conventio, ex eo lædi videantur. Sed & cum ea conſtitutione dicatur, ut duodecim pedum ſpatium inter ſuum, & vicini ædificium relinquere eum oporteat, qui velit ædificare: ei intervallo plus, minuſve adiectum eſt; unde major incertitudo orta fuit: neque enim dubiis rebus res dubias decidere oportet. Jubemus (*a*) autem aperte, ut duodecim pedes interſint inter utrumque ædificium, initio ſumpto ab extremis fundamentis, & ad ultimam ædificii altitudinem eodem ſpatio obſervando: atque ei, qui hoc deinceps obſervaverit, liceat opus extollere in quantam velit altitudinem, feneſtraſque tam eas, quibus proſpiciatur, quam eas, quæ lumen admittant, ſecundum ſacræ legis obſervationem aperire, ſive novam domum fabricari velit, ſive veterem renovet, ſive igne conſumptam ædificet. Neque tamen ex hoc intervallo liceat vicino rectum proſpectum maris auferre, non obliquum ex aliquo ædium latere; cum vicinus intra domum aut ſtans, aut ſedens proſpicere poteſt, neque ſe aliquorſum convertit, ut captet maris proſpectum. Hortorum [*b*] vero, & arborum proſpectus, neque priori lege, neque hac ipſa circumſcribitur: neque enim decet hujuſmodi ſervitutem in eis locum habere. Nemini [*c*] autem fas ſit, dum ædificat, ad angiportus, aut vias, quæ latiores XII. pedibus ſint: ea de cauſa adimere viæ, aut augiportui partem, & ſuæ domui applicare. Neque enim lædere voluimus, quæ juris publici ſunt, eaquæ ædificantibus addicere, cum XII. pedum intervallum definivimus inter ædificia: ſed ut non eſſet anguſtius intervallum; ac ſi quid plus eſſet, apud eum conſiſtere ſivimus, qui id obtineret; neque deminui permiſimus ut civitati ſua jura conſerventur. Si vero vetus (*d*) ædificium, & antiqua ejus forma talis ſit; ut anguſtius intervallum XII. pedibus ſit inter utramque domum: non liceat præter veterem formam, aut ædificium erigere, aut feneſtras apperire, niſi X. pedes interſint: eo enim caſu proſpectus cauſa, quæ antea non fuerint, non poterit; luminis gratia

[a] *Refertur hæc ſententia a collectore judicis Baſilicorum ordine litterarum littera* κ. *&* *a trib. Imperat. d. tit. 26. c. 5. & ab Harmenop. d. tit. 4. Prochiri.*

[b] *Harmenop. d. tit. 4. refert, Papinianum lib. 3. quæſtionum ultima quæſtione reſpondiſſe, montium proſpectum neminem impedire poſſe.*

[c] *Referunt tres Imperat. d. tit. 26. c. 9.*

[d] *Referunt iidem Imperat. c. 10. ejuſdem libri, & Ataliota. d. tit. 34.*

ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ κάτω εἰς ὕψος μηδαμῶς τὸ καλούμενον ψιλόδοπτον ποιεῖν ἐν τῷ (1) ἑαυτοῦ οἰκήματι τολμῶντος [(2) φωταγωγοὺς θυρίδας κατασκευάζειν] κατὰ τὸ εἰρημένον τῶν ἓξ ποδῶν ὕψος καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον. εἰ γὰρ τοῦτο ἐξείη πάλιν αἱ φωταγωγοὶ διὰ τοῦ ψιλοδοπάτου (3) παρακυπτικῶν πληρῶσι χρείαν καὶ τὸν γείτονα βλάψωσιν ὅπερ (4) γενέσθαι κωλύομεν οὐδαμοῦ τὴν ἐκ τῶν συμφώνων ἤτοι ἐπερωτημάτων ἁρμόζουσαν (5) βοήθειαν καὶ (6) εἴ περ ὅλως ὑπάρχει τοιαύτη τις ἀναιροῦντες (7) ἔτι δὲ τοῦ προτέρου νόμου κελεύοντος ἑκατὸν πόδας ἐξεῖναι τὰς οἰκίας εἰς ὕψος αἴρειν τὰς ὑπὸ τοῦ πυρὸς πρώην διαφθαρείσας εἰ καὶ περὶ θαλάττης ἄποψιν ἕτερος βλάπτοιτο καὶ ταύτην ἀναιροῦντες τὴν ἀμφιβολίαν θεσπίζομεν τοῦτο αὐτὸ κρατεῖν ἐπὶ τῶν ἐμπρησθεισῶν οἰκιῶν εἴτε τῶν ἀνανεωμένων καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ οὐσῶν μὲν πρότερον κτιζομένων δὲ νῦν (8) μετὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ πυρὸς μὲν βλάβην μὴ δεξαμένων διὰ παλαιότητα δὲ ἢ καί τινα οὖν ἄλλην αἰτίαν σαθρῶν γενομένων (9) ἵνα ἐπὶ πάσης οἰκίας οἰκοδομουμένης ἑκατὸν ποδῶν εἴη διάστημα ἐν μέσῳ τῶν ἀμφιβαλλομένων τόπων κωλύματος χωρὶς (10) (γένηται οἰκοδόμημα (11) εἰ καί τις) ἄλλως διαφερούσης οἰκίας τὴν ἐπὶ θάλασσαν ἄποψιν (12) λυμαίνηται τὰς δὲ ἀπὸ μόνων μαγειρείων ἢ τῶν καλουμένων ἀποπάτων ἢ ἀφεδρώνων ἢ κλιμάκων ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρησίμων ἢ καὶ ταῦτα ἃ καλοῦσιν οἱ (13) παλαιοὶ βαστέρνια ἄποψιν εἰς θάλασσαν βλάπτειν ἐξέστω κἂν ἐντὸς ἑκατὸν ποδῶν βούληταί τις οἰκοδομεῖν (14) δώδεκα μέντοι πόδες ἐν μέσῳ (15) τυγχάνοιεν ὄντες. ταῦτα δὲ παραφυλαχθῆναι θεσπίζομεν ὅτε μὴ ὑπάρχει τινὶ σύμφωνον ἐπιτρέπον οἰκοδομεῖν τοὺς δὲ κτίζοντας ἀπὸ συμφώνου τοῦ γείτονος ἐμμένειν τοῖς στοιχηθεῖσι τηνικαῦτα γὰρ καὶ μὴ παραφυλαχθέντος (16) διαστήματος τοῦ συμφώνου ἐπιτρέπομεν ἐγείρεσθαι τὰς οἰκοδομὰς (17) κἂν βλάπτοιεν περὶ θαλάττης ἄποψιν τοὺς συμφωνήσαντας ἢ τοὺς τὰς ἐκείνων οἰκίας διαδεξαμένους ((18) ἐπειδὴ τέλεια τισὶν (19) ὑπάρχουσιν ἐκ (20) συμφώνου δίκαια οὐ προσήκει (21) δι' αὐτῶν τοῦ γενικὸν ἀναιρεῖσθαι (22) νόμον) ἔτι θεσπίζομεν τὰ καλούμενα (23) σωλάρια μετὰ τὸν παρόντα νόμον μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμαϊσίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι δέκα δὲ ποδῶν εἶναι διάστημα μεταξὺ δύο σωλαρίων (24) ἄντικρυ ὄντων (25) ἀλλήλων εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη διὰ στενοχωρίαν τοῦ τόπου ἐκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σωλάρια (εἰ δὲ αὐτὸς ὁ στενωπὸς μὴ περαιτέρω δέκα ποδῶν εἴη μὴ δὲ ἐπιχειρεῖν ἐκ μηδετέρου μέρους σωλάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν καὶ τὰ (26) γενόμενα δὲ ὃν (27) τρόπον εἴρηται κελεύομεν ἀφεστάναι τοῦ ἐδάφους (28) εἰς ὕψος πο-

tia aperire poterit altiores feneſtras ſex pedibus a ſolo. Neque vero tum adminiculum, quod ψιλόδοπτον dicitur, ſuæ domi facere quiſquam audeat, & lumen admittentes feneſtras ſupra illam ſex pedum altitudinis menſuram aperiat; quo legi fraus fiat. Id enim ſi liceat, lumini ſervientes feneſtræ, propter id adminiculum proſpectui erunt accommodatæ; & vicinos lædent, quod fieri prohibemus; minime tamen auferendo, quod ex conventione, aut ſtipulatione auxilium competit, ſi modo id cuiquam competierit. Jam vero cum priori lege jubeatur, ut liceat ad centum pedes eas domos erigere, quæ prius igne conſumptæ fuerunt, quamvis in maris proſpectu aliquis læderetur: hanc quoque difficultatem tollendo ſancimus, hoc ipſum locum habere tam in combuſtis ædibus, quam in iis, quæ renovatæ ſunt, aut quæ antea quidem non erant, ſed nunc primum ædificantur; aut etiam in iis, quæ ab igne nihil damni paſſæ ſunt, ſed ob vetuſtatem, aut ob aliam cauſam dirutæ ſunt. Ut in quocumque genere ædificii centum pedum intervallum ſit inter id, & loca, cum quibus lis eſt, ac ſine prohibitione opus fiat, quamvis alterius domui in maris proſpectu officiatur. At cum e culinis ſolum proſpicitur, aut e latrinis, aut ex aliis ſeceſſibus, aut ex ſcalis, ſive e ponticulis, quibus ad tranſeundum utantur, aut ex iis locis, quæ veteres βαστέρνια (*a*) appellabant: offici poteſt, & ſi intra centum pedes ædificetur, quamvis tantum pedum XII. intervallum ſit. Hæc vero obſervanda eſſe ſancimus, quotiens nulla conventio ſit, ex qua aliter ædificari permittatur. Nam qui ex pacto vicinorum ædificant, conventioni tantum ſatisfacient; & vel non derelicto intervallo juxta pactionem extollere eis ædificia permittimus; & ſi alii lædantur in maris proſpectu, tam qui contraxerunt, quam qui eas domos ab eis acceperunt. Etenim jura, quæ perfecte aliquibus ex conventione competunt, non decet ea generalibus legibus abrogari. Hoc amplius ſancimus; ut ſolaria poſt hanc legem non ex tignis tantum, atque aſſeribus ſiant; ſed in eam formam, qua ea, quæ Romana dicuntur, conſtruuntur. Sitque decem pedum intervallum inter duo ſolaria, quæ adverſa inter ſe ſint: quod ſi propter anguſtiam loci fieri id nequeat, aliorſum ſolaria convertantur. Si vero ipſe angiportus non latior decem pedibus ſit; nemo inſtituat ex aliqua parte ſolaria, ſive mæniana (*b*) ædificare; & quæ recte facta ſunt, abeſſe jube-

(1) αὐτοῦ. (2) φωταγωγοῦ θυρίδος κατασκευασθείσης. (3) παρακυπτικὴν πληρώσουσιν.
(4) γίνεσθαι. (5) τοῖς κτίζουσι βοήθειαν.
(6) ὑπέρ. (7) ἔτι. (8) μετὰ τοῦ τῶν.
(9) καί. (10) γίνεσθαι τὰ οἰκοδομήματα.
(11) ἢ καὶ τῆς ἄλλως. (12) λυμαίνεται.
(13) πολλοί. (14) εἰ καὶ δύο καὶ δέκα.
(15) τυγχάνοιεν. (16) διαστήματος κατὰ τὸ σύμφωνον. (17) εἰ καί. (18) ἐπεὶ δὲ τέλεια. alii ἐπειδὴ τὰ ἤδη. (19) ὑπάρχοντα. (20) συμφώνων.
(21) διὰ τῶν γενικῶν. (22) νόμων. (23) σολάρια. (24) ἀντικρυόντων. (25) ἀλλήλοις.
(26) γινόμενα. (27) εἴρηται τρόπον. (28) καὶ εἰς τοὺς τοίχους κατασκευάζειν ὥστε μὴ τὸν ἀέρα διὰ τῶν εἰς ὕψος γενομένων σωλαρίων ἀποφράττεσθαι.

(a) Baſternas *Sarmatiæ gentem fuiſſe, ex Strabone, & Livio lib. 40. didici. Eodem nomine vehiculi genus dicitur Palladio, & Servio. Hic ædificii forma eſt ex uſu illius gentis ſumpta.*
(b) σωλάρια ἤτοι ἐξώστας, *ex hoc loco Conſtitutio XI. huius tituli emendanda eſt.*

ποδῶν δεκαπέντε διάστημα καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον αὐτῶν κίονας λιθίνους ἢ ξυλίνους ἐπὶ τῷ ἐδάφει ἵστασθαι ἢ τοίχους κατασκευάζεσθαι ὥστε μὴ τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ ὕψει γινομένοις ὡς εἴρηται σωλαρίοις) ἀποφράττεσθαι μήτε ἐντεῦθεν στενώτερον γίνεσθαι τὸν στενωπὸν καὶ τὴν δημοσίαν πάροδον κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας τοῦ στενωποῦ γίνεσθαι ἀναγούσας ἐπὶ τὰ σωλάρια ὥστε (1) ἔκ τε τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς (2) καὶ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ σωλάρια κουφοτέρους καὶ σπανιωτέρους συμβαίνειν ὃ μὴ συμβαίη ποτὲ καὶ εὐκολώτερον παύεσθαι τοὺς ἐκ τοῦ πυρὸς κινδύνους τῇ πόλει καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. εἰ δὲ καὶ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σωλάριον ἢ κλίμαξ οὐ (3) τὰ γενόμενα ἐκκοπήσεται μόνον ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου (4) λιτρῶν ζημίαν ὑπομενεῖ καὶ ὁ διατυπώσας ἀρχιτέκτων ἢ ἐργολάβος ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης οὐχ οἷός τε ὢν (5) καὶ διὰ πενίαν (6) ζημιούμενος τὸ σῶμα αἰκισθεὶς τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται. πρὸς τούτοις παρακελευόμεθα μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου (7) μέχρι τοῦ καπετωλίου ἀποφράττειν οἰκήμασιν (8) ἀλλὰ ἐκ σανίδων (9) μόνον ἢ καὶ ἄλλως ἐν μέσῳ τῶν κιόνων κατασκευαζομένοις ἀλλὰ (10) μὴν τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ ὑπερβαίνειν (11) πλεῖον μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις ἐπὶ τὴν πλατεῖαν (12) ὕψος δὲ πόδας ἑπτά. ἐκ παντὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κιόνων τὰς παρόδους ἐλευθέρας (13) καταλιμπάνεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν στοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας: καλλωπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα ἤτοι ἐργαστήρια μαρμάροις ἔξωθεν ὥστε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει (14) ψυχαγωγεῖν δὲ τοῖς βαδίζουσι τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια καθάπερ (15) δοκιμάσει ἡ ἐν τῇ πόλει (16). σὴ φρονήσει μεγαλοπρέπεια καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα καὶ τοῦ τρόπου κατασκευάζεσθαι (17) θεσπίζομεν τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πᾶσι φυλαττομένης ὥστε μὴ (18) ἐπὶ τινῶν γειτόνων ἐπιτραπὲν ἐφ᾽ ἑτέρων κωλύεσθαι ((19) τούτων κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον φανερῶν γενομένων καὶ τοῖς τῶν προτέρων νόμων ἔν τισι κεφαλαίοις δοξάσης τὰ λοιπὰ μέρη τοῦτο κρατεῖν θεσπίζομεν) (20) κακεῖνο μέντοι νομοθετοῦμεν ὥστε μὴ τὰς τῶν (21) συκοφαντούντων κακοτεχνίας τοῖς ἐπιεικέσι λυμαίνεσθαι. πολλοὶ γὰρ (22) φθόνου δίκας οὐκ ἀδικήματός τινος (23) τὴν οἰκοδομὴν βουλομένοις ὑφαίνοντες ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται ὥστε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον εἶτα κωλυθέντα ((24) καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς (25) καταλιπεῖν ἠναγκασμένον καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον τὸ χρῆμα ἐξ οὗ τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἤλπισεν ἀναλίσκειν περὶ τὴν δίκην καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον μετὰ τὸ ψήφου νικώσης ἐπιτυχεῖν ἔτι καθάπερ ἀλύτοις τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον προσχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος τὸ δὲ ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ ταῖς τοῦ γείτονος συμφοραῖς εὐφραινομένου προστάττομεν τοίνυν ἐπὶ

bemus a ſolo XV. pedum intervallo in altitudinem, nullo vero pacto ad eorum perpendiculum lapideæ, aut ligneæ columnæ in ſolo ſtatuantur, aut parietes fiant; ut ne aer iis, qui ſubtus conſiſtunt, adimatur; neve ex eo anguſtior angiportus fiat, ac publica via. Item prohibemus ſcalas, quæ ab ſolo angiportus ducant ad ſolaria: ut ex tutiori ædificio, & ex non ita conjunctis ſolariis leviora, & magis rara contingant urbi & dominis, quæ Deus avertat, incendia: quæ ita multo quoque facilius extinguentur. Sin autem adverſus conſtitutionem noſtram ſolarium fiat, aut ſcalæ: non ſolum id, quod factum eſt, excindatur; ſed ædium etiam dominus decem auri libras mulctæ nomine ſolvet; & architectus, aut opifex, qui opus inſtituit, totidem: opifex quoque, qui opus fecit, & ſolvendo non eſt propter paupertatem, corpore plectetur, & verberibus cæſus ex urbe eiicietur. Ad hæc jubemus nemini licere plures deinceps columnas in porticibus publicis conſtitutas a miliario ad Capitolium (*a*) occludere ædificiis, ſed aſſeribus tantum, aut aliis rebus inter columnas conſtitutis. At tamen hæc ædificia non excedant cum ipſis parietibus erga viam publicam ſex pedum latitudinem, altitudinem autem ſeptem pedum. At qui omnino poſt quartam quamque columnam tranſitus liber a porticibus in viam relinquatur. Exornentur autem hæc ædificia, ſive officinæ marmoribus extrinſecus; ut & pulchriorem urbem efficiant, & tranſeuntes delectentur. Quæ vero in aliis partibus urbis inter columnas tabernæ fiunt, quemadmodum Magnificentiæ tuæ convenire videbitur, eadem menſura, & modo ædificari ſancimus, æquitate videlicet omnibus ſervata; ne quod aliis permittitur, aliis prohibeatur. Illud ſane conſtituimus: ne calumniantium fraudes modeſtos homines lædant. Namque multi invidiæ potius, quam damni cauſa litem ædificare volentibus parantes, ſuis dilationibus cauſam præbent, ut qui cœperat ædificare, eum poſtea damni prætextu prohibeatur, imperfectum opus cogatur derelinquere: & in judicium adductus pecuniam, ex qua conſtruere domum ſperabat, in litibus conſumat; quodque maxime abſurdum eſt, poſt ſententiam victricem conſecutam; in ſolubilibus adhuc quibuſdam vinculis implicetur; eo, qui prohibuit ædificari, occaſione appellationis tempora ſolita expectante, & ſe impedimento operi fuiſſe cum vicini calamitate gaudente. Jubemus igitur, ut in his caſibus, ſi remiſſio data ſit ad-

[a] *De miliario vide l.* Mille paſſus. *Dig. de verb. ſignif. ut Romæ, ita Conſtantinopoli, quæ nova Roma dicta eſt, & miliarium, & Capitolium fuit. Videndus incertus ſcriptor de regionibus urbis CP.*

[1] ἐκ. [2] καὶ ἐκ τοῦ. [3] τὸ γεγονός. [4] λίτρας. [5] διὰ. [6] ζημιοῦσθαι [7] ἄχρι τοῦ καλουμένου. [8] ἐκ. [9] μόνων. [10] μὲν. [11] πλάτους. [12] ὕψους ποδῶν. [13] καταλείπεσθαι. [14] ψυχαγωγεῖ. [15] αὖ δοκιμάσειε τῇ. [16] συμφέρειν ἡ σὴ. alii συμφρονήσει. [17] τῆς. [18] τὸ ὁποτινων. [19] Deſunt alicubi non ſine cauſa. [20] κἀκεῖνο δέ. (21) συκοφαντῶν. (22) φθόνου. (23) τοῖς οἰκοδομεῖν. (24) τὸ.
(25) ἀπολιμπανόμενον ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα. vide pag. ſeq. v. 12.

ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων εἰ ἄφεσις ἐπιδοθείη κατά τινων τυπωθέντων παρὰ τοῦ διαγνόντος ἅμα τῷ δοθείσῃ παρὰ τοῦ δικαστοῦ τῇ ἀναφορᾷ ἤτοι τύπον ἔγγραφον [1] καὶ παραφυλαχθείσης κυρίας ἐξεῖναι τῷ νενικηκότι καὶ τῷ ἡττηθέντι ἅμα ἢ κατὰ μόνας εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιέναι μεγαλοπρεπείας καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος κατὰ τὸ σύνηθες εἰ ἄπεστι τὸν ὅρον τοῦ διαιτητοῦ φανερὸν ποιεῖν ἵνα πάσης ἀναβολῆς ἐκκοπείσης νόμιμον ἐπιτεθείη πέρας τῇ ὑποθέσει καὶ μὴ χειμῶνος εἰ τύχοι παρόντος ἢ πλησιάζοντος ἕως περιμένουσι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα καὶ μὴ δικαίως κωλυθέντα ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν, παραπλήσιον δὲ εἰ καί τις ὑποθέσει τοιαύτῃ ἐφεῖναι βουληθείη μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις παραχρῆμα τὴν καλουμένην Conſulationa γίνεσθαι καὶ δίδοσθαι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ νενικηκότι [2] σκοπεῖσθαι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ψῆφον ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης γινωσκέτωσαν δὲ πάντες ὅσοι κωλύειν ἐπιχειρῶσι τοὺς οἰκοδομοῦντας ὡς ἡττηθέντες καὶ τὰς ζημίας αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι καὶ τὴν τῶν ὑλῶν τιμὴν ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι ἢ χείρους γίνεσθαι ἐν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ καὶ τῶν οὐ δικαίως ἐπιχειρησάντων οἰκοδομεῖν εἰ ἡττηθεῖεν καὶ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα καὶ δίκην εἰπεῖν περὶ τούτων ἠναγκασμένῳ καταπιθέντων πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξ ἀποφάσεως μόνου τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν καὶ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν ἐνδόξων ἀρχόντων ἀκροᾶσθαι τοιαύτης ὑποθέσεως μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαύτην ὑπόθεσιν στρατείας ἢ φόρου χρῆσθαι παραγραφῇ ἕνεκα τοῦ μὴ δικάζεσθαι ἢ μὴ (3) καταθεῖναι τὰς ζημίας ὅσας δοκιμάσει τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως ἢ παρ' αὐτοῦ δοθέντος διαιτητοῦ προσαχθεῖεν ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα διὰ τῆς τάξεως τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας μηδενὸς ἐπὶ τούτῳ χρωμένου φόρου παραγραφῇ· προνοείτω δὲ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια τοῦ μήτινας τῶν ἐργολάβων ἢ τεχνιτῶν ἀρξαμένους ἔργου τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελὲς ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν ἀναγκαζέτω πληροῦν τὸ ἔργον ἢ διδόναι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ μὴ τὸ (4) ἔργον γενομένην βλάβην. εἰ δὲ πένης τις εἴη τυχὸν ὁ τοῦτο ἁμαρτὼν πληγάς τε λαμβανέτω καὶ ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληροῦν ὅπερ ἔγνωμεν τολμᾶσθαι κατὰ τῶν οἰκοδομούντων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολάβων τεχνιτῶν ὥστε αὐτῶν τὸ πλεῖον ἐπιτιθέντων οἷς ἤρξαντο ἐργάζεσθαι μηδὲ ἑτέρους τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληροῦν συγχωρούντων ἀλλὰ ἐνεγκεῖν ἀφόρητον ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευάζουσι μηχανωμένων ὁ δὲ παραιτούμενος τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι δι' αὐτὸ τοῦτο ὅτι ἕτερος ἤρξατο καὶ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

adverſus nuntiationem ab eo, qui cauſam cognovit; una cum relatione ab ipſo judice data, aut forma conſcripta, & non obſervato tempore, liceat victori, & ſuperato aut ſimul, aut per ſe ingredi judicium tuæ Magnitudinis, & adverſario, ſi abſit, ut ſolet, vocato illam judicis dati ſententiam oſtendere; ut omni dilatione præciſa legitimus finis cauſæ imponatur; neque hieme forte præſente, aut adventante, dum expectant longa dilationum tempora, is, qui ædificare volebat, neque jure prohibebatur, damnum patiatur grave. Simili modo, ſi quis in eadem cauſa provocare voluerit, incuſans ea, quæ a Magnificentia tua decreta ſunt, ſtatim Conſultatio [a] fiat; & concedatur ipſi, atque victori; ut de ea ſententia, ut conſuetum eſt, in ſacro noſtro palatio ſine ulla dilatione cognoſcatur. Noverint autem omnes, qui prohibent ædificantes, ſe, ſi victi ſint, & omne damnum, quod evenit, ſoluturos, & materiæ æſtimationem, quæ corrupta eſſe videbitur, aut deterior facta judicii tempore. Illi vero, qui non jure ædificare cœperunt, ſi victi fuerint, & damnum opus prohibenti præſtabunt, qui cauſam dicere his de rebus coactus eſt. Omnem ſane hujuſmodi controverſiam tantum ex reſponſo judicii tuæ Magnitudinis judicari jubemus, neque alius quiſquam glorioſorum magiſtratuum audiat hanc cauſam: neve quis reus in ea militiæ utatur, aut fori præſcriptione; quo minus judicetur, aut condemnetur ad damna præſtanda, quæ glorioſiſſimi Præfecti urbis ſententia, aut judicis ab eo dati præſtare juſſus eſt. Sed exactionem condemnatus patiatur per officium tuæ Magnificentiæ; neque quiſquam hac in re præſcriptionem fori objiciat. Tua vero Magnitudo provideat; ne quis opifex, aut artifex, qui opus inchoaverit, id imperfectum relinquat; ſed eum, qui id inchoaverit, ac mercedem acceperit, cogat opus perficere; aut præſtare damnum, quod ex ea re evenerit domino ædificii, & quod paſſus eſt ob opus imperfectum. Sed ſi forte pauper ſit ille, qui ita deliquit; verberibus cæſus in exilium extra urbem mittatur. Neque vero alius ejuſdem artificii prohibeatur, quod ab alio cœptum eſt, perficere, quod ſcimus auſos fuiſſe quoſdam architectos adverſus Dominos ædificiorum; ut neque ipſi explerent, quæ cœperant ædificare, neque alios eadem opera perficere paterentur; ſed potius ut grave inde damnum ſentirent, qui ædificabant, operam dabant. Itaque qui recuſaverit, quod ab alio cœptum eſt, perficere ob eam tantum cauſam, quod alius id cœperit: ipſe quoque idem judicium patietur, quod is, qui opus imperfectum dereliquit.

XIII. Cum dubitaretur.

XIV. De operis (*b*) novi.

B. TIT.

(1) καὶ μή, quidam recte.
(2) σκοπεῖσθαι.
(3) καταθεῖναι.
(4) ἔργον πληρωθῆναι, quidam.

(*a*) *De hac lib 7. Codicis titulo de appellationibus, & conſultationibus videndus Julianus Nov. 23. cap. 2. & Nov. 62. cap. 1.*

(b) *Titulus de operis novi nuntiatione neque in veteribus Latinis libris extat, neque in Græcis; ideo hæc Conſtitutio collocanda eſt ſub titulo de ædificiis privatis.*

B. η. T. ια.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρους τῆς ἐπιτομῆς τῆς γ. διατάξεως τοῦ ια. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται σταυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανον ἅγιον.

B. θ. T. μζ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρους τῆς ἐπιτομῆς τῆς ιβ. διατάξεως τοῦ μζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Μηδὲ παρὰ ξένοις τοῖς ἔξω Ῥώμης οἰκοῦσι διαθέτως ἀδελφότης συνιστάσθω καὶ τις ὡς ἀδελφὸς ἀπολειφθεὶς κληρονόμος γραφῇ, ἐκπιπτέτω τῆς κληρονομίας. ἡ θέσις μιμεῖσθαι ὀφείλει τὴν φύσιν, οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ γεννᾷ ἀδελφόν.

B. θ. T. δ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρους τῆς ἐπιτομῆς τῆς ς. διατάξεως τοῦ τετάρτου τίτλου τοῦ θ. βιβλίου τοῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ οὐδένα.

Ὁ (1) θεοφιλέστατος κατὰ τόπον (2) ἐπίσκοπος μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν (3) ἢ τὴν τετράδην ἢ τὴν παρασκευὴν τὰς φυλακὰς (4) διερευνάτω.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρους τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Ὁ κατασχεθεὶς μὴ ἐπὶ πολλὴν χρόνον μενέτω ἐν τῇ φυλακῇ. χρὴ γὰρ αὐτὸν συντόμως ἀπολυθῆναι ἢ συντόμως τιμωρηθῆναι. κελεύομεν οὖν τὸν ὑπομνηματογράφον ἀφ' οὗ ἐμβληθῇ τις ἐν τῇ φυλακῇ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕως τριάκοντα ἡμερῶν προσφέρειν τῷ ἄρχοντι τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκεκλεισμένων ἐν ᾗ δεῖ περιέχεσθαι καὶ τὴν ποιότητα τῶν ἁμαρτημάτων. εἰ δὲ μὴ ταῦτα γένηται ἡ μὲν τάξις κ. λιτρῶν χρυσίου προστιμωρηθήσεται ὁ δὲ ἄρχων ἐκπί-

πτων

(1) οἱ θεοφιλέστατοι. (2) ἐπίσκοποι.
(3) τὴν τετράδα. (4) διερευνάτωσαν.

LIB. VIII. TIT. XI.

DE OPERIBUS PUBLICIS.

Epitome Conſtit. III. ex indice Baſilicorum.

NEque monachus, neque alius quiſquam in loco publico, aut in eo, ubi ſpectaculum agitur, crucem, aut ſanctas reliquias ſtatuat.
IV. Prætoria.

LIB. IX. TIT. XLVII.

DE ADOPTIONIBUS.

Pars Epitomes Conſtit. XII. (a) ex indice Baſilicorum.

NE etiam a peregrinis, (b) qui extra urbem Romam habitant, fratres per adoptionem conſtituuntur. Quod ſi quis ut frater heres relictus teſtamento eſt; amittat hereditatem. Adoptio enim naturam imitetur oportet: atqui nemo fratrem ſibi procreat.

LIB. IX. TIT. IV.

DE CUSTODIA REORUM.

(c) *VI. Conſtitutio, cujus initium erat* Neminem, *refertur a Græcis, eadem, ut arbitror, quæ XXII. De Epiſcopali audientia Juſtiniani ad Menam P. P. Græca relata eſt. Hujus autem epitomes pars refertur his verbis.*

REligioſiſſimus cujuſque regionis Epiſcopus aliquo uniuſcujuſque hebdomadis die quarta puta, aut ſexta feria carceres diligenter perſcrutetur.

Ex indice II. Baſilicorum pars ejuſdem Conſtitutionis, aut ejus epitomes, cujus verba poſtea reperi lib. LX. tit. XXXV. cap. XXI. & XXII. Baſilicorum, & animadverti partem priorem eſſe Epitomen Conſtit. V. Latinæ. Græcæ epitomes initium eſt Neminem.

QUI carcere tenetur, non multo tempore in cuſtodia maneat. Oportet enim eum aut cito abſolvi, aut cito puniri. Jubemus igitur Commentarienſem, poſteaquam injectus quis eſt in cuſtodiam, ſingulis diebus uſque ad trigeſimum cujuſque diem proferre magiſtratui indicem incluſorum, in quo qualitas etiam delictorum contineatur. Si vero hæc facta non ſint: cohors quidem viginti libris auri multetur, magiſtratus

au-

[a] *Refert præter indicem Baſilicorum ordine litterarum, Joſeph. Tenedius in Prochiro littera* λ. *vidend. Harmenop. lib. 4. t. 6. Prochiri.*

[b] παρὰ ξένοις, *quod verbum* hoſpites, & advenas *ſignificat; non male etiam* provinciales *hoc loco intelligi poſſent.*

[c] *Prior Epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis, quæ ſunt in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum.*

πτων τῆς ἀξίας ι. χρυσίȣ λιτρῶν ἐν τοῖς ἡμετέροις εἰσαχθήσεται θησαυροῖς. ȣδένα χρὴ ἐμβάλλεσθαι φυλακῇ χωρὶς κελεύσεως τῶν μεγάλων ἀρχόντων ἢ τῶν κατὰ τὸν τόπον ἐκδίκων. χρὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον κατὰ πετράδα ἢ παρασκευὴν ἐπισκέπτεσθαι τȣ̀ς ἐν φυλακῇ διὰ τί ἐνεκλείσθησαν καὶ εἰ μὲν δȣ̃λοι εἰσὶν εἴσω (1) κ. ἡμερῶν ἐκβάλλεσθαι αὐτȣ̀ς ἢ σωφρονιζομένȣς καὶ τοῖς δεσπόταις παραδιδομένȣς ἢ ἐὰν μὴ φαίνηται ὁ δεσπότης ἀπολύειν αὐτȣ̀ς. εἰ δὲ ἐλεύθεροι εἰσὶν ἐπὶ ἀταξίᾳ κατεχόμενοι παραχρῆμα κρίνειν αὐτȣ̀ς ἢ ἐὰν ἄλλης δήποτε αἰτίας παρασχεῖν αὐτȣ̀ς ἐγγυητὰς. εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν ἐγγυητὰς εἰ μὲν ἐπὶ ἐγκλήματι κατέχονται χωρὶς φόνȣ εὐτάχει αὐτȣ̀ς κρίνεσθαι. εἰ δὲ κεφαλικόν ἐστι τὸ ἔγκλημα εἴσω λ. ἡμερῶν ἐὰν δὲ μετὰ χρεῖα πλείονος ὑπερθέσεως μηδαμȣ̃ παρέχοντος αἰτίαν τȣ̃ ἐγκεκλεισμένȣ δοθῆναι αὐτῷ ἐπὶ ἐξωμοσίᾳ ἵνα τὸ ψῆφος γένηται κατ' αὐτȣ̃ ἐὰν ἀπολειφθῇ. ἐὰν δὲ φόνȣ ἐστὶν εἰ μὲν ἀπὸ ἀναφορᾶς δημοσιευόντων εἴσω ἓξ μηνῶν κρίνεσθαι εἰδότων τῶν δημοσιευόντων ὅτι ἐὰν ψεύσωνται τῇ αὐτῇ ὑπόκεινται τιμωρίᾳ. εἰ δέ τις ἐγγραψάμενος αὐτῶν γέγονε τῆς ἐνοχῆς δίδωσθαι αὐτὸν ὑπὸ ἐγγύας ἢ ἐὰν μὴ εὐπορῇ ἐγγυητῶν μεῖναι μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τέμνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἐν τὸς ἐνιαυτȣ̃. προλήψεως δὴ παρ' αὐτȣ̃ γενομένης ὡς ὑπεύθυνος εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ φρȣρᾷ ἕως ὅτι περαιωθῇ ἡ δίκη. εἰ δὲ ἤδη ψῆφος γέγονε περὶ τῶν ἐγκεκλεισμένων ἐκβιβάζεσθαι αὐτὴν εἴτε σωματική ἐστιν εἴτε χρηματική.

autem cadat a dignitate, & decem auri libras noſtris theſauris inferat. Neminem oportet cuſtodiæ tradi, ſine juſſione magnorum Magiſtratuum, aut Defenſorum eorundem locorum. Epiſcopus vero (*a*) debet quarta, vel ſexta feria inquirere, qua de cauſa ſinguli incluſi ſint. Et ſi quidem ſervi ſint, intra viginti dies educantur; & caſtigati, ſi dominos habuerint, eis tradantur; aut ſi domini non appareant, abire permittantur. Si vero liberi fuerint: rei ſeditionis ſtatim judicentur: ſi alia de cauſa detinentur; fidejuſſores dent. Si eos non habeant; & de crimine accuſentur non [capitali nec] cædis [*b*]; cito judicentur. Si capitale [*c*] crimen eſt, intra triginta dies judicentur. Quod ſi res indiget majore dilatione; & vinctus non præbeat cauſam: dimittatur cum cautione juratoria; ita ut ſententia eo quoque abſente in eum feratur. Si vero de cæde [*d*] accuſetur: ſi quidem ex relatione publicorum accuſatorum; intra ſex menſes judicetur, ſcituris eiſdem, ſi falſa detulerint, eandem pœnam ſubituros eſſe. Si vero quis (ab aliis accuſatus) reus ſcriptus ſit (*e*); datis fidejuſſoribus liberetur. Si non habeat fidejuſſores: maneat in vinculis, & judicium intra annum finem accipiat. Quod ſi contra eum præſumptio fuerit, quod obnoxius ſit: maneat in cuſtodia, quoad cauſa terminetur. Si vero ſententia de cuſtodiis lata ſit, ſive in rem, ſive in perſonam, exequatur.

Additur in Baſilicis. [*f*]

SI pecuniaria pœna ſit, facultas conceditur bonis cedendi. Epiſcopi moneant Præſides, ut hæc ſervent, alioquin ipſi, & eorum officium decem libras inferent; & Epiſcopis liceat negligentiam Præſidum Principi deferre.

Ἐκ τȣ̃ Εὐσταθίȣ μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΕΠὶ τῶν χρηματικῶν αἰτήσεων ὁ μὴ εὐπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν ȣ̓κ ὀφείλει πλέον τῶν λ. ἡμερῶν μεῖναι ἐν τῇ φυλακῇ, εἰ δὲ χρεῖα ἐστὶ πλείονος ὑπερθέσεως ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι

Ex Euſtathio (*g*) *pars Epitomes ejuſdem Conſtitutionis.*

IN cauſis pecuniariis, qui non poteſt præbere fidejuſſorem, non debet ultra triginta dies in cuſtodia manere. Sed ſi opus eſt majore dilatione, ſub cautione juratoria dimittatur.

Καὶ πάλιν.

ΕΑΝ ἐξ ἀναφορᾶς δημοσίων προσώπων ἐπὶ φόνῳ (2) κατενεχθῶσι τινὲς, ȣ̓κ ὀφείλȣσιν ἐγγυηταῖς (3) καταπιστευθῆναι ἀλλὰ βληθῆναι εἰς φυλακὴν (4) μέχρις ἑξαμήνȣ περαιȣμένȣ τȣ̃ πράγματος. εἰ δὲ ὑπὸ ἰδιωτῶν (5) κατηγορηζῶσι δηλονότι μετὰ ἐγγράφων νομίμων, ὀφείλȣσιν ἐγγύας διδόναι ἢ μένειν ἐν τῇ φυλακῇ ἕως ἐνιαυτȣ̃ τεμνομένȣ τȣ̃ πράγματος.

Alio loco.

SI ex relatione publicarum perſonarum propter cædem aliqui detineantur: non oportet eos fidejuſſoribus committere; ſed in cuſtodia teneri non ultra ſex menſes, intra quos cauſa terminetur. Quod ſi a privatis accuſantur, ſub legitima videlicet inſcriptione; fidejuſſores dare debent, aut annum in cuſtodia manere, quoad cauſa finem accipiat.

(1) κ. (2) κατηνέχθησαν. alii κατεσχέθησαν.
(3) καταπιστεύεσθαι. (4) μέχρι ἓξ μηνῶν.
(5) κατηγορήθησαν.

[a] *Refert Euſtath. tit.* 3. *cap.* 5. *&* *tit.* 10. *cap.* 1. *de temporibus.*
[b] Non cædis, *Græce; ſed illud magis placet.*
[c] *Refert Euſtath. tit.* 11. *cap.* 5.
[d] *Refert idem tit.* 19. *cap.* 13. *&* 17. *cuius verba apertius declarant hoc caput; quamobrem ea poſtea retulimus.*
[e] ἐγγραψάμενος, *hoc eſt*, ſub inſcriptione a privatis accuſatus, *ex Euſtathio.*
[f] *Sumpſimus hæc ex interpretatione Jacobi Cuiacii lib.* 60. *tit.* 35. *cap.* 22. *qui Græca verba non edidit.* [g] *Dicto titulo* 11. *&* 19.

B. Θ. T. ε.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς β. διατάξεως τῦ. ε. τίτλυ τῦ αὐτῦ βιβλίυ ἧς ἡ ἀρχὴ ἰδιωτικὰς

ΕΑΝ τις (1) ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφελέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. [2] σημείωσαι ὅτι ῥαθυμυμένυ [3] τύτυ τῦ πράγματος δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων τῦτο γὰρ φησὶ μὴ ποιήσαντες ὁ τὴν (4) παρὰ μόνην τὴν ὀυσίαν ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον.

LIB. IX. TIT. V.

DE PRIVATIS CARCERIBUS INHIBENDIS.

(a) II. Conſtitutio, cujus initium Privatos, *ſimilis, ni fallor, XXIII. De Epiſcopali audientia in hanc ſententiam refertur.*

SI quis in privatum carcerem miſſus ſit; providentia religioſiſſimi Epiſcopi inde ſtatim auferatur. Significare quoque videtur hæc conſtitutio, ut ſi id negligatur; oporteat Epiſcopum Comiti Rerum Privatarum referre. Namque additur, qui non fecerint, non ſolum de omnibus bonis, ſed de ipſa etiam ſalute periclitaturos.

Ἐκ τῦ θεοδώρυ τῦ ἑρμυπολίτυ ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΟΝόμος ὀυ βύλεται ἰδιώτην ἔχειν φυλακὴν ἰδίαν, ἀλλὰ τὸν ἔχοντα κατά τινος ἀναγκάζει τοῖς ἄρχυσι προσιέναι. κακεῖνοι εἰ συνείδοσι δίκαιον φυλακὴν γενέσθαι, ἐπιτρέπυσι τῦτο. εἰ δὲ τύτυ μὴ φροντίσας, ὁ ἰδιώτης κατάσχῃ τὸν αὐτίδικον αὐτῦ ἐν φυλακῇ ἰδίᾳ, ἀτιμώρητος ὀυκ ἔσαι. ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίῳ ὑποκείσεται. καὶ τοσαύτας ἡμέρας ἐν δημοσίᾳ φρυρᾷ διάξει, ὅσας ἐποίησεν ὁ παρ᾽ αὐτῦ ἐγκληθεὶς ἰδιωτικῇ φυλακῇ ὁ ποίας καὶ εἴη τύχης ἐκπίπτων καὶ τῆς κατ᾽ ἐκείνυ ἀγωγῆς. δίδωσι δὲ ἄδειαν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐκβάλλειν καὶ τὺς ἐμβαλλομένυς ταῖς ἰδιωτικαῖς φυλακαῖς, καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχυσι ὄυς τινας ἔρχονται. καὶ τῷ τῆς ἱεροσυλίας ὑποβ... ει ἐγκλήματι ἐὰν ῥαθυμήσωσιν, καὶ τὺς πρώτυς της τάξεως αὐτῶν.

Ex Theodoro Hermopolita (b) epitome ejuſdem Conſtitutionis.

HÆC lex neminem privatum vult carcerem habere proprium. Sed eum, qui habet in aliquem paratum, cogit adire magiſtratus; eis enim permittentibus jure habere carcerem poterit. Si id negligens adverſarium in carcerem privatum immittat; non impunitus evadet. Sed pœnæ ſubjacebit; & tot dies in publica cuſtodia manebit, quot adverſarium in privato carcere tenuit; & cujuſcumque fortunæ fuerit, amiſſione ejus, & actionis in perſonam, quam vinxit, plectetur. Habeant etiam poteſtatem Epiſcopi educendi e carceribus privatis incluſos, & provinciarum Præſides in eorum provinciis: quod ſi facere neglexerint; ſacrilegii crimine ipſi Præſides, & eorum primi apparitores ſubjiciantur.

Sub titulo VI. Si reus, vel accuſator mortuus fuerit. *I. Conſtitutio Græca in Norico, & in veteri quodam libro deſideratur; in alio tamen libro ante titulum deeſſe Conſtitutionem notabatur. Fieri tamen poteſt, ut utroque loco deſit. Nam & video lib. LX. Baſilicorum titulo LVI. ante conſtitutiones, quæ ſub hoc titulo ſunt, eſſe unius conſtitutionis hanc ſententiam.* Si miles deſertor militiæ deceſſerit, ſolvitur crimen.

Sub titulo VIII. Ad legem Juliam Majeſtatis, non dubito VI. conſtitutionem deſiderari, in qua duo illa Pauli, & Martiani capita Latine relata eſſent; quæ in noſtris libris duæ conſtitutiones eſſe putantur. Sic apud Modeſtinum ſub titulo de excuſationibus lib. XXVII. Digeſtorum pleraque relata extant Latine, cum ipſe Græce cætera tradidiſſet. Videnda Epitome hujus Conſtitutionis lib. LX. tit. XXXVI. cap. ult. Baſilicorum.

B. Θ. T. ια.

Ἐκ τῦ κωνσαντίνυ τῦ ἁρμενοπούλυ ἡ ἐπιτομὴ τῆς δευτέρας διατάξεως τῦ ια. τίτλυ τῦ Θ. βιβλίυ τῦ κώδικος.

ΓΥνὴ μὴ ἔχυσα ἄνδρα τῷ ἰδίῳ δύλῳ μιγεῖσα, εἰ μὲν μὴ ἔχυσα παῖδας τῦτο (5) διαπράξεται, τυπτισ-

LIB. IX. TIT. XI.

DE MULIERIBUS,

Quæ ſe propriis ſervis junxerunt.

Epitome Conſtit. II. [c] ex lib. LX. tit. XXXVII. Baſilicorum, & Conſtant. Harmenopol. lib. VI. tit. II. Prochiri.

MUlier, quæ viro caret, ſi ſervo ſuo ſe conjunxerit; ſi quidem liberos non habeat,

(1) βληθῇ. (2) σημειωτέον. (3) τῦ.
(4) περὶ μόνην. (5) διαπράξηται.

(a) *Prior Epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis, quorum antea mentionem fecimus.*

(b) *Lib. 3. tit. 1. cap. 4. Baſilicorum. Eandem ſententiam reperies lib. 60. tit. 55. cap. 2. Baſilicorum, & in indice ordine litterarum littera* ↔. *& apud Harmenop. lib. 6. tit. 14. Prochiri, & Mich. Ataliotam tit. 35. Prochiri, & Joſeph. Tenedium littera* ↔.

(c) *Referunt tres Imperat. tit. 27. c. 43. Prochiri, a quo ſumpſit Harmenop. lib. 6. tit. 2.*

θω ἢ κειρέσθω, καὶ ὁ τοιοῦτος δοῦλος τυπτόμενος καὶ κειρόμενος πιπρασκέσθω, καὶ ἡ τιμὴ αὐτοῦ εἰσκομιζέσθω. εἰ δὲ ἐπὶ παισὶ τοῦτο διαπραχθῇ καὶ ἡ ὑπόστασις (1) αὐτῆς πᾶσα κατὰ δεσποτείας τρόπον παραυτίκα τοῖς παισὶν ἀνεκποιήτως φυλαττέσθω, τῆς χρήσεως μόνης παρ' αὐτῇ μενούσης, ἢ ἡ τιμὴ δὲ τοῦ πραθέντος δούλου τοῖς παισὶν ἀνήκει.

verberetur, & tondeatur, & ſervus is verberatus, & tonſus vendatur, pretiumque ejus inferatur in publicum. Si vero liberos habuerit, cum id facinus admiſit: etiam bona ejus omnia jure dominii ſtatim liberis ſine ulla alienatione conſerventur, ſolo uſufructu apud eam manente, pretium quoque ſervi venditi ad liberos pertineat.

B. Θ. T. ιϛ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς δ. διατάξεως τοῦ ιϛ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM.
De ſicariis.

Sub hoc titulo videtur deeſſe Græca Conſtitutio poſt eam, quæ quarta (a) edita eſt, cujus initium eſt Si ut allegas, *quem ut tertiam videtur referre liber LX. Baſilicorum tit. XXXIX. ea vero, quæ in noſtris libris tertia eſt, omittitur. Ejus initium* Si quis percuſſorem. *Græcæ epitomen reperi in indice Baſilicorum ordine litterarum, & in eodem tit. XXXIX.*

Ἐξέστω παντὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς νυκτὸς ἐπιόντα ἢ παρακαθήμενον τὰς ὁδοὺς καὶ οὕτως ἐπιβουλεύοντα τοῖς παριοῦσιν ἀκινδύνως ἀναιρεῖν, κἂν στρατιώτης ἐστί. κρεῖττον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ἑαυτῷ ἢ μετὰ τὸ παθεῖν ἐπιζητεῖν ἑαυτῷ τὴν ἐκδίκησιν.

Liceat cuilibet nocturnum aggreſſorem in agris, vel viarum obſeſſorem, qui viatoribus inſidiatur, impune occidere, quamvis miles ſit. Præſtat enim (b) in his rebus ſibi conſulere, quam poſt damnum paſſum vindictam ſibi quærere.

V. Eum qui.

B. Θ. T. ιη.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι. διατάξεως τοῦ ιη. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XVIII.

DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS.
Epitome Conſtit. IX. (c) ex indice Baſilicorum.

Οἱ μαθηματικοὶ (2) τὰς οἰκείας βίβλους ἐπ' ὄψει τῶν ἐπισκόπων καιέτωσαν. οὕτω τε τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ παραδιδόσθωσαν μηδεμίαν ἐπανόδου πρὸς τὴν οἰκείαν πλάνην ἐλπίδα φυλάττοντες μὴ ἀπεχόμενοι δὲ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῃ πόλει διαγωγῆς ἐκβληθήσονται. εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα ἢ ἐν πόλει φανῶσιν ἢ ταῖς αὐτῶν χρώμενοι διδασκαλίαις ἐξοριζέσθωσαν.

Mathematici ſuos libros in conſpectu Epiſcoporum comburant. Sicque catholicæ religiont tradantur, ut nullam revertendi ſpem ad eorum errores conſervent. Qui vero non abſtinuerint; & ab ipſa urbe Roma, & a converſatione in unaquaque alia expellantur. Nam ſi poſthac aut in urbe videantur, aut eorum diſciplinis utentur; exulabunt.

B. Θ. T. κθ.

Ἐκ τοῦ κωνσταντίνου τοῦ ἁρμενοπούλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς β. διατάξεως τοῦ κθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XXIX.

DE CRIMINE SACRILEGII.

Inter primam, & ſecundam [d] Conſtitutionem hujus tituli relatam lib. LX. tit. XLV. Baſilicorum, additur epitome cujuſdam conſtitutionis, quam Græcam fuiſſe ſuſpicamur. Itaque ſecundam deſiderari opinamur: ejus epitomes verba ex Hermanopulo lib. II. tit. IX. Prochiri, & ex dicto titulo XLV. Baſilicorum retulimus.

Ὁ τὸν προσφεύγοντα εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ χειρώνυμος αὐθεντίᾳ ἀποσπάσας, (3) τυπτόμενος καὶ κειρόμενος ἐξοριζέσθω.

Qui confugientem ad ſanctam eccleſiam propria auctoritate abſtraxit: verberatus, & tonſus in exilium mittatur.

III. Diſputare.

B. LIB.

(1) αὐτῆς. (2) τὰς ἑαυτῶν. (3) διαιρόμενος.

[a] *Hanc exiſtimo eſſe epitomen conſtit. 1. Latinæ ſub titulo, quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare, & in confectione Baſilicorum inſertam fuiſſe hoc loco.*

[b] *Cicero pro Milone:* Silent enim leges inter arma; nec ſe ſpectari jubent: cum ei, qui ſpectare velit, ante injuſta pœna luenda ſit, quam juſta repetenda.

[c] *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro Littera* M.

[d] *Referunt tres Imp. tit. 27. cap. 7. Prochiri. Hujus nulla mentio fit in paratitlis lib. 1. tit. 12. Codicis in collectione eccleſiaſticarum conſtit. Vereor, ne non hæc adiecta ſint in confectione Baſilicorum, aut mutata pœna conſt. 6. d. tit. 12. cujus initium* Præſenti: *quod in aliis animadverti.*

B. Θ. T. λϛ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχείου καὶ ἐκ τοῦ ἀρμενοπούλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ λϛ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΠΑΣ ὁ εὑρίσκων φλυαρίαν ἐσφραγισμένην ἢ ἀσφράγιστον καὶ μὴ παραχρῆμα καίων ἀλλ' ἀναγινώσκων, ὑποκείσθω τῇ τιμωρίᾳ ᾗ τινὶ ὑπόκειται καὶ ὁ συνθεὶς τὴν φλυαρίαν.

LIB. IX. TIT. XXXVI.

DE FAMOSIS LIBELLIS.

Ex lib. LX. tit. LXIII. Baſilicorum ante eam conſtitutionem, (a) quæ ſola ſub hoc titulo in Latinis libris reperitur, epitomen alterius conſtit. invenimus. Eandem apud Harmenop. lib. VI. tit. IX. & in indice Baſilicorum.

QUicumque invenit famoſum libellum ſignatum, vel non obſignatum, neque ſtatim eum igni tradit, ſed eum recitat: ſubjaceat eidem punitioni, cui ſubiicitur is, qui eum libellum compoſuit.

II. Si quis.

B. Θ. T. λζ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχείου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς β. διατάξεως τοῦ λζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΙ (1) ἀπελάται ἅπαξ μὲν τοῦτο (2) πλημμελοῦντες τυπτέσθωσαν, ἐκ δευτέρου δὲ διαπραττόμενοι ἐξοριζέσθωσαν. εἰ δὲ (3) καὶ τρίτον φωραθεῖεν (4) τὸ τοιοῦτο κατατολμῶντες χειροκοπείσθωσαν, τῆς (5) ἀπελασθείσης ἀγέλης δηλονότι τῇ ἰδίᾳ δεσποτείᾳ παρ' αὐτῶν ἀποκαθισταμένης.

LIB. IX. TIT. XXXVII.

DE ABIGEIS.

Epitome Conſtit. II. (b) ex indice Baſilicorum.

ABigei ſemel id crimen committentes, verberentur, iterum patrantes exulent; ſi tertio idem facere auſi fuerint, manus eis abſcindantur, abacto videlicet grege domino reſtituto.

B. Θ. T. μζ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς κϛ. διατάξεως τοῦ μζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

ΟΙ κατὰ τόπον ἐπίσκοποι φροντιζέτωσαν παραφυλαχθῆναι ἐπὶ τοῖς ἐξοριζομένοις διηνεκῶς ἢ ἐπί τινα χρόνον ῥητὸν τὰ προστεταγμένα τῇ διατάξει.

LIB. IX. TIT. XLVII.

DE PŒNIS.

Refertur a Græcis XXVI. (c) Conſtitutio, cujus initium eſt Sancimus, *in hanc ſententiam.*

CUram gerent cujuſque regionis Epiſcopi: ut hæc conſtitutio, quæ de in tempus, aut in perpetuum exulantibus diſponit; cuſtodiatur.

Ex lib. LX. tit. LI. cap. LXVI. Baſilicorum epitome ejuſdem Conſtitutionis, Jacobo Cujacio interprete.

COnſtitutio jubet; ut ne miſſi in exilium eis locis, in quæ miſſi ſunt, degant in cuſtodia, & ut ne quis relegetur in propugnaculum Gypſi, vel alia præſidia, (d) Sed ſi quidem morte di-

(1) τὰς ἀλλοτρίας ἀγέλας οἱ ἀπελαύνοντες.
(2) ποιοῦντες. (3) καὶ τὸ τρίτον. (4) τοῦτο ποιοῦντες.
(5) ἀπελαθείσης.

[a] *Refert Theodorus Balſamon in ſcholio ad Photium tit. 9. cap. 36. Nomocan. vidend. Joſeph. Tenedius littera* x.

[b] *Eſt lib. 60. tit. 25. cap. 4. & in Prochiro trium Imperat. tit. 27. cap. 52. unde ſumpſit Harmenop. lib. 6. tit. 5. in fine, Mich. Attaliota tit. 55. Prochiri, Joſephus Tenedius littera* λ. *Mihi tamen videtur in his pœnas fuiſſe in editione Baſilicorum immutatas.*

[c] *Prior epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib. 1. tit. 3. Codicis, quæ ſunt in collectione Græca conſtit. eccleſiaſticarum.*

[d] *Hujus loci mentio fit N. 22. & 142. Authent. de nuptiis.* §. Quod autem. *& videtur inſulam ſignificare, in qua Gypſum effoderetur. Nam cum de iis, qui in metallum damnantur, verba faceret Juſtinianus d. Nov. 22. addidit,* quale hodie eſt in Prœconeſo, ſive Proconeſo (*utrumque enim legi in veteribus libris*) & in ea, quæ vocatur Gypſus. *Quæ etiam verba reperies lib. 28. tit. 4. cap. 46. Baſilicorum. Apud Stephanum inſula in Æthiopia eſt Gypſcis, quæ juxta Æthiopiam, quæ ſub Aegypto eſt, & in Arabico ſinu conſtituitur Ptolemæo, dicta ab eo Gypſitis; vel, ut in Græcis libris eſt mendoſe, ni fallor, Gythites. Eſt & Gypſara, vel Gypſaria portus in Mauritania Cæſarienſi, & in Arabia Petræa urbs Gypſaria eidem Ptolemæo; atque Prœconneſus inſula in Propontide, quam Stephanus Proconeſum eppellat. Plinius ad extremum*

gnum ſit crimen, huic pœnæ ſubiiciatur; ſi exilio perpetuo, vel temporario; tum in exilium mittatur ita tamen, ut non jubeatur eſſe in cuſtodia eis locis, in quæ mittitur; ſed in provinciam eat, quam judex ſtatuerit, citra provincias, & civitates inferius exceptas, cum poteſtate verſandi in tota provincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam ſeditioſe, & inciviliter agere, niſi velit ultimo ſupplicio affici a Præſide provinciæ, vel a Præſide illorum locorum, in quibus exulat. Et conjecti in carcerem, ut in Regia urbe, in eo non ſint ſupra conſtitutum jam tempus in ſuperiori titulo de cuſtodiis, (*a*) & ſimili modo in provinciis; ut compendio criminum cauſæ finiantur, & reus, ſi dignus exilio, damnetur; non in cuſtodiam, ſed in provinciam, quæ non ſit ex prohibitis, ea lege, ut ultimo ſupplicio afficiatur, ſi provincia exceſſerit, vel ibi inciviliter quid admiſerit. Magiſtratus autem Alexandriæ, & Thebaidos ſolos jubet in Gypſum, & in Oaſin mittere, (*b*) vel in ſex menſes, vel ad ſummum in annum. Quod ſi perpetuum ſit exilium, neque in Gypſum mittere, neque in Oaſin, neque in cuſtodiam alterius provinciæ; ſed, ut dictum eſt, in provinciam integram ea condicione, ut ſi quid deliquerint, vel ſi exceſſerint juſſa Præſidum, qui miſerunt; ultimo ſupplicio afficiantur. Jubet autem officiales cujuſque judicii hujus legis commonefacere Præſides; nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, ſed ſtatim dimittere ſine damno, & mora; & eum, qui quid auſus fuerit accipere, quadruplum reddere. Prohibentur vero Præſides relegare in provincias, & civitates conſtitutioni ſubjectas (*c*).

B. Θ. T. μΘ.

Ἐκ τοῦ Ἀτταλειάτου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ια. διατάξεως τοῦ μθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Οἱ ἔχοντες πράγματα τοῦ καταχριθέντος ἐπὶ τυραννίδι ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν ἐν δὲ εἴσω ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὀφείλουσι καταμηνύειν (1) ἐπεί τοιγε μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσι.

LIB. IX. TIT. XLIX.

DE BONIS PROSCRIPTORUM, SEU DAMNATORUM.

Pars epitomes Conſtit. XI. (*d*)

QUI bona damnati affectatæ tyrannidis (*e*) habent, in Regia urbe, intra duos menſes; in provinciis, intra octo denuntiare debent: ne poſtea bona, & quadruplum reſtituant.

Ex

Ali-

(1) ἔτεετε.

libri quinti ait, inſulam eſſe in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſum, unde Cyzicenum marmor, eandem Neurin, & Proconneſum dictam. Ex hoc loco Plinii apparet marmor effodi, aut cædi, Proconneſi, ut in latomiis Syracuſis, & aliis locis.

(a) *Hæc verba non ad proximum titulum referuntur; eſt enim quartus hujus libri titulus de cuſtodia reorum in Cod. Juſtiniani, & in Baſilicis 35. lib. 60. ſed intellige ſuperiorem longo intervallo.*

(b) *Græcus interpres Baſilicorum Oaſin locum eſſe ait in Ægypto Nilo circumdatum culicibus & muſcis infeſtum relegatis; in eumque Magnum Athanaſium relegatum fuiſſe ab Imp. Conſtantio. Ulpian. cap. 7. de interdictis, & relegatis:* Eſt quoddam genus quaſi in inſulam relegationis in provincia Ægypto in Oaſin relegare. *Quod verbum una littera addita mendoſum eſt in Pand. Florent. eſt enim* in O aſin. *Unde Oaſenam deportationem appellant Honorius, & Theodoſius conſtit. ſingulari de Nili aggerib. lib. 9. tit. 32.* Codicis Theodoſiani, *quod verbum dedita opera, an caſu omiſſum eſt ſub eod. titulo lib. 9.* Codicis Juſtiniani. *Oaſam mendoſe ſcriptum bis reperio apud Hieronymum in vita Hilarionis in editione Romana cæteroquin elegantiſſima. Mendoſe idem nomen ſcriptum eſt in fine voluminis Chalcedonenſis concilii, dum Petrum quendam Antiochenum pſeudo Epiſcopum a Leone Imp. fuiſſe Oaſam, ſive Oaſam deportatum refertur. At Liberatus Carthaginenſis diaconus in Breviario de Neſtorianis cap. 6. in fine, quod ſecundo volumine conciliorum extat, refert Socratem affirmare Neſtorium Oaſim miſſum in exilium. Longum eſſet referre, quæ ſinguli hiſtorici de eodem oppido ſcripſerint, Theodoritus, Socrates, Sozomenus, Evagrius, Zonaras, Nicephorus, Anaſtaſius, in eccleſiaſtica hiſtoria, & Procopius lib. 1. belli Perſici.* Apud hos Oaſis parvi oppidi nomen, & deſerti cujuſdam in Ægypto eſt. *Ptolemæus lib. 4. cap. 5. de Marmarica, & Ægypto diſſerens, in Oaſitis Oaſin parvam, & Oaſin magnam ſtatuit. In quibuſdam tamen libris* Oaſſis *ſcriptum eſt.*

(c) *Quænam hæ fuerint, incertum eſt.*

(d) *Prior epitome ſumpta eſt ex Euſtathio de temporibus, altera ex indice Baſilicorum ordine litterarum.*

(e) *Perduellionis potius, quam majeſtatis, ſi veterum Romanorum memoriam repetamus. In declamationibus ex Græcorum more affectatæ tyrannidis.*

Εκ τῦ κατασοιχείυ ἤτοι ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΕΑν τις ὡς ἐπὶ (1) τυραννίδῳ ἐλεγχθεὶς δήμευσιν (2) ὑπομείνῃ οἱ μεν ἔχοντες (3) αὐτῦ πράγματα καὶ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν ὀφείλυσιν αὐτὰ (4) προσαγγέλειν. (5) εἰ δὲ μὴ διάγοντες ἐν αὐτῇ εἴσω ὀκτὼ μηνῶν. εἰ δὲ μὴ τῦτο ποιήσυσιν μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ (6) τετραπλῦν παρέχυσι.

Aliter.

SI quis (*a*) affectatæ tyrannidis accuſatus publicationem ſuſtinuit: qui ejus bona obtinent, & intra Regiam urbem ſunt, intra duos menſes debent ea denuntiare: qui extra eam ſunt, intra menſes octo. Si qui id non egerint, quadruplum cum ipſis bonis præbebunt.

B. ι. T α.

LIB. X. TIT. I.

DE JURE FISCI.

Εκ τῦ ν ϛ. βιβλίυ τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς ι α. διατάξεως τῦ α. τίτλυ τῦ ι. βιβλίυ τῦ κώδικος.

Pars undecimæ Conſtitutionis (*b*) *ex lib. LVI. Baſilicorum.*

ΠΑσα δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετρυμένων πληρύσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἢ πρόσωπα ἢ δικαιώματα τινὰ ἤτοι ἐξ ἐπαρχιῶν ἀχθῆναι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παράσχωσιν ὡς ἀπαράσκευοι.

OMnis publica actio intra ſex menſes poſt litis conteſtationem peragatur; niſi forte contingat, ut ſit neceſſe, vel perſonas, vel inſtrumenta quædam ex provinciis accerſiri in Regiam urbem, aut ſi ipſimet, qui conveniuntur, cauſam dilationis præbeant, utpote ſi ſe imparatos dixerint.

Εκ τῦ Εὐσαθίυ περὶ χρονικῶν διασημάτων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Pars epitomes eiuſdem Conſtitutionis, ex Euſtathio de temporibus.

ΠΑσα φισκαλία δίκη ἤτοι τῦ δημοσίυ ταμιείυ εἴσω ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιύσθω, εἰμὴ ἄρα ὑπέρθεσις ἀναγκαία ἐσὶν. ὡς βιβλίυ ι. τῦ κώδικος τίτλυ. α. διατ. ι α. τῶν δὲ βασιλικῶν βιβλίυ. ν ϛ. τίτλυ. β. κεφάλαιον τελευταῖον.

OMnis fiſcalis actio, ſive ærarii publici, intra ſex menſes poſt conteſtationem finem accipiat, ni forte dilatio neceſſaria fuerit.

B. ι. T. β.

LIB. X. TIT. II.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS.

Εκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. ι. διατάξεως τῦ. θ. ἤτοι. β. τίτλυ τῦ. ι. βιβλίυ τῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

Refertur a Græcis (*c*) *X. conſtitutio tituli. IX. ſed ipſe huic titulo magis convenire crediderim. Hujus initium eſt* Sancimus. *Cujus epitome infra ſcribitur.*

ΣΗμείωται ὅτι ὁ βυλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης δύνανται γίνεσθαι κληρικοὶ καὶ δημόσια χρεωσῶσιν, ἑτέρῳ δὲ λόγῳ ὅτι τολμηρῶς καὶ ῥιψοκινδύνως ἔῤῥωται ἡ ἐπὶ τύτοις χειροτονία.

VUlt hæc conſtitutio curialem, & cohortalem poſſe clericos fieri, quamvis fiſci debitores ſint. Et alio loco dicitur, audacter, & ſine periculo valere hujuſmodi ordinationem.

B. ι. T. γ.

LIB. X. TIT. III.

DE FIDE,

Et jure haſtæ fiſcalis, & de adjectionibus.

VII. Imp. Zeno. A. *

Εκ τῦ ἀδήλυ ἤτοι ἐκ τῶν βασιλικῶν ἡ διάταξις ζ. τῦ γ. τίτλυ τῦ αὐτῦ βιβλίυ.

Αυτοκράτωρ Ζήνων. *

ΕAN δημευθέντος τινὸς ἡ ὀυσία πιπράσκεται ἔξεσι καὶ τῷ κόμιτι τῶν ἰδιοκτήτων τῦ βασιλέως καὶ

SI alicujus bona publicentur, atque vendantur, licet tam Comiti rerum privatarum Auguſti, quam

(1) τυραννίδι. (2) ὑποςῆ. (3) αὐτῦ τὰ.
(4) προσαγγεῖλαι. (5) οἱ δὲ. (6) τετραπλάσιον.

(a) *Eſt lib. 60. tit. 52. cap. ult. Baſilicor. & refert Mich. Ataliota tit. 35. Prochir. & Joſeph. Tenedius litteris* Δ, & T.

(b) *Horum trium poſtremorum librorum Græcas conſtitutiones ſumpſimus ex libris Jac. Cujacii, paucis exceptis, quarum mentionem faciemus.*

(c) *Id reperies in paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *Codicis in collectione conſtit. eccleſiaſticarum.*

καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τινὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς οὐσίας μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. Kal. Aug. Poſt. Conſ. *

quam ſcholæ Palatinorum, quam etiam fiſci advocato emere aliquas res ex eadem auctione; iſque contractus a nemine calumnietur. Propoſ. III. Kal. Aug. Poſt. Conſul. *

B. ι. T. ια.

LIB. X. TIT. XI.
DE DELATORIBUS.

Ἐκ τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς διατάξεως ζ. τοῦ ια. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΥτε οἰκέτῃ οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω μήτε θάνατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινὰ ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβάλει, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ, ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπίπτων καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας.

Pars Conſtit. VII. ſive epitomes, ex Baſilicis.

NEque ſervo, neque libero homini liceat deferre id, ex quo quiſquam aut mortem, aut bonorum ſuorum amiſſionem pertimeſcat. Quod ſi quis aliter fecerit, vel ſi propterea quod theſaurum invenerit, deferat quemquam, ſervus quidem ſtatim igni tradatur, maxime ſi dominum ſuum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & civitate emiſſa extra fines Romani imperii abeat.

Ἐκ τοῦ ρδ. κεφαλαίου τοῦ κ. τίτλου τοῦ ς. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ὡς Θεόδωρος φησί, μέρος τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΜΗτε ὁ κόμης (1) τῆς ἰδικῆς περιουσίας, μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τὸν περὶ (2) θησαυροῦ καταμηνύοντα (3) προσδεχέσθω, εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλει ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς οὐκ ἧττον. ε. λιτρῶν γινέσθω. καὶ μὴ δέ τις σφραγὶς ἢ (4) ἀναγραφος, ἢ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσερχέσθω πράγμασι πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου.

Ejuſdem Conſtit. pars, ſive alterius, quæ ſub hoc, aut alio titulo Græca deeſt.

NEque Comes (a) rerum privatarum, neque quiſquam alius Conſtantinopolitanus, aut provincialis magiſtratus delatorem theſauri ſuſcipiat. Si vero de aliqua alia re fiſcali renuntiet, fidejuſſorem ſtatim non minoris quinque librarum æſtimationis det. Nullum quoque ſigillum, aut deſcriptio, aut innovatio quævis de rebus denuntiatis fiat, ante adjudicationem conſcriptam.

Ἐκ τοῦ ζ. τίτλου τοῦ νς. βιβλίου τῶν αὐτῶν μέρος τῆς διατάξεως η. τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἤτοι ἐπιτομή τῆς αὐτῆς

ΜΗ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς περιηχήθησαν τινὰ κατέχειν δημόσια, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομείνας, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κατακριθεὶς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος. μηδὲ ἕτερος τοιοῦτος ἀπὸ νόμου εἰργόμενος ἀκουέσθω. οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τῷ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποπνιγέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινός (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ ἀναγκάζεται) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγχωρούμενος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστὼς καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐστὶν ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ διαλαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πρι-

μι-

Pars VIII. Conſtit. ſive ejus epitomes, ex Baſilicis.

NE liceat advocatis fiſci dicere ſibi eſſe relatum, detinere quemquam bona ad fiſcum pertinentia, & propter hanc occultam accuſationem inſidias aliis agere. Sed delator adſit, ejuſque qualitas conſideretur; & neque filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiſcalibus deferat: neque exilium paſſus, aut calumniæ cauſa damnatus, aut fuſtibus a magiſtratu cæſus, aut alius a jure prohibitus audiatur. Servus autem (b) ſive in fiſcali cauſa, ſive in alia qualibet dominum accuſaverit: ejus vox in ipſa accuſationis oratione opprimatur, etiam ſi vera contra dominum detulerit. Schola vero Palatinorum, quæ ſola & poteſt, & cogitur delationes facere; aut is, cui a jure permittitur, ſi quemquam deferat; patronus fiſci delatoris meminerit. Atque ſi eſt in urbe Regia is, qui delatus eſt, ex decreto Comitis rerum privatarum conveniatur: neque amplius quattuor nummis toti Palatinorum ſcholæ, & pro tempore Primicerio, atque

fi-

(1) τῶν πριβάτων.
(2) καταμηνυόντων.
(3) προσδέχεσθαι.
(4) ἀναγραφή.

[a] *Ex Theod. Hermapolita lib. 6. tit. 1. c. 104. Baſilicor. & ex indice eorundem littera κ.*
[b] *Refertur ab eodem indice Baſilicorum dicta littera κ.*

μικηρέῳ καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν πεντακοσίων νομισμάτων μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ ἐντολέως. καθ' ἑκάστην δὲ διάγνωσιν τὰ νενομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως καὶ ἀνάιτιος μὲν ὢν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων ἀπαιτεῖται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω ἀλλὰ καὶ τὰ συμβάντα τῷ ταμείῳ δαπανήματα ἐν (1) διπλασίων διδότω ὑπὲρ ὧν μάτην ἐδικάσατο. ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν (2) ἢ ἀκινήτοις μὲν ὦσιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους (3) ἡ χολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς. ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς βασιλίδος καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων τῶν πραγμάτων εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνίστασθαι τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀποστῆναι, εἴτε φίλος αὐτοῦ εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος ὅταν ἄπεστιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ (4) νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καὶ τοῦτο αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμεῖον μηδενὸς προκρίματος ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προπετῶς ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅσοις διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων, εἰδότος τοῦ ἐναγομένου ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ φανέντα καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομοθεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τοὺς ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντας μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσέχεσθαι, καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγείλαντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα μὴ μόνον ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας ἀλλὰ καὶ ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομίζεσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τοὺς ἐγγύας διδόναι. εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοι-

(1) διπλασίον. (2) εἰ ἀκινήτοις.
(3) ἡ σχολή. (4) νεμόμενος forte.

fiſci advocatis pro citatione, aut pro comparatione procuratoris exſolvat. Sed in ſingulis cognitionibus conſtitutas expenſas in jam dicto judicio præbeat, tam pro ipſa cognitione, quam pro actorum conſcriptione. Quod ſi innocens ſit, abſolvatur a petitione: ſi vero obnoxius eſſe videatur; non ea ſolum, quæ habeat, aut debitum, quod debeat, exſolvat; ſed etiam ſumptus, quos fiſcum feciſſe contigerit, in duplum auctos reſtituat, ex quo temere litem ſuſcepit. Si vero ſolum bona deferantur, ut ad ſacrum ærarium pertinentia; & ignoretur eorum poſſeſſor; ſint tamen ea intra Regiam urbem, aut in ſuburbanis; ſi quidem immobilia fuerint, non eis titulos ſchola Palatinorum imponat, neve ea occupet: ſed Comes rerum privatarum Auguſti edita in celebrioribus Regiæ urbis locis proponat, & ubi ea conſiſtunt, quibus permittat cuicumque contradicturo de his rebus intra triginta dies (*a*) ſuſcipere apud ſe judicium, & cum ſuis rationibus comparere, expenſas ſolvendo ſupra dictas: ſive ipſe poſſeſſor bonorum ſit, qui velit ſe opponere, ſive amicus ipſius, aut ſervus, vel libertus, cum abeſt is, qui vere ea bona poſſidet, ea quoque in hoc negotio peragantur, quæ de cuſtode poſſeſſionis conſtituta ſunt. Si vero neque ipſe dominus rei, neque procurator poſſidentis, neque cuſtos poſſeſſionis intra triginta dies appareat, idque actis expreſſum ſit, in poſſeſſionem mittatur fiſcus eorum bonorum ſine præjudicio domini in eis, quæ ipſi competunt, actionibus. Si vero bona delata mobilia, aut ſe moventia fuerint; non temere ea apprehendantur: ſed prius perquiratur eorum poſſeſſor, iſque conveniatur, & litiget expenſas ſolvendo jam dictas, aliaque ſupra ſcripta ſervando. At qui omnibus legitimis modis & probationibus ſcriptis, & non ſcriptis diſcutiatur de his rebus: & qui ſcire quidquam poſſunt, examinentur. Sciat vero is, qui convenitur, ſe, ſi ſuccubuerit, non ſolum ſumptus in eo judicio factos ſoluturum, ſed & illa, quæ apud ipſum reperiantur, reſtituturum; & eorum adjecturum æſtimationem. Hæc cum generaliter de rebus fiſcalibus conſtitutio ſtatuiſſet, propriam deinceps ſanctionem de publicatis ob crimen læſæ majeſtatis decernit. Ut de eo crimine renuntians nullo pacto delator appelletur, ſed recte ſuſcipiatur, & ſi quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, ut cæteri delatores puniantur; ſi vero vicerint in delatione, non ſolum pœna careant, ſed etiam octavam partem [*b*] bonorum, delatorum accipiant. Delati autem, ſi res ab eis poſſeſſa, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æſtimabitur; ejus quantitatis quæcumque fuerit, fidejuſſores dabunt: ſi vero excedent eam ſummam; uſque ad quinquaginta eaſdem libras nihilominus dabunt fidejuſſores: pro reliqua autem quantita-
te

[a] *Refert Euſtathius tit. 3. cap. 13. de temporibus.*
[b] *Refert index Baſilicorum ordine litterar. & Joſeph. Tenedius littera* μ.

λοιπῇ ποσότητι διομνύσθαι προστιθέντας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς προσεδρεύσουσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθεῖεν ἑκάστης κλήσεως ὑπὸ δέκα ἡμέρας γενομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανεῖεν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἢ διαδικασταὶ ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμεῖον φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀπόκριτον τοῖς ἀπολιμπανομένοις. εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκεινται καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν μηδὲν ταραχῶδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω ὡς εἴτε ἐπιμείνας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης εἴτε ἀποσταίη τῆς κατηγορίας καὶ ἀφανὴς γένοιτο σύμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν ϗ μὴ δεδιὼς τὴν ἐν αὐτῇ ζημίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας καὶ οὐ δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οὐ δὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται παραφυλαττόντων τὸν νόμον τούτον κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστίμου ἀπαιτουμένου. εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ϗ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες ϗ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων ταῦτα μὴ λανθάνῃ, ἔξεστι ϗ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον ϗ προσαγγέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως ἵνα ταῦτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων εἴσπραξιν ἐπιτρέψῃ.

te jurabunt, addentes in eadem cautione juratoria ſe adjuturos in judicio ſacrarum privatarum Auguſti aut per ſe ipſos, aut per procuratores, neque id tribunal deſerturos. Si vero poſt id jusjurandum deſeraot, ter vocentur, denis diebus inter ſingulas vocationes interpoſitis; fient quoque tria proclamata contra eos; & ſi ne tunc quidem veniant aut ipſi, aut eorum procuratores, vel defenſores; poſſeſſionem bonorum ſacer fiſcus apprehendat, abſentibus reſervata eorum defenſione. Quod ſi bona delata in provincia ſint; & Præſes provinciæ ſive ſponte ſua, ſive ex juſſione Comitis rerum privatarum Auguſti de cauſa cognoſcat; nihil cum tumultu, aut per vim fiat: ſed expenſæ ſolvendæ ejus judicii tertiam partem earum, quæ in Regia urbe ſolvuntur, non excedant. Unuſquiſque autem deferens ſive Comiti rerum divinarum privatarum Auguſti, ſive ſcholæ Palatinorum, ſive clariſſimis fiſci advocatis, ſive etiam clariſſimis Præſidibus provinciarum, noverit, ſe, ſive in cauſa perſeveret, & calumniator eſſe detegatur: ſive ab accuſatione deſiſtat, & latitet; ſi mediocres facultates habeat, eaſque amittere pro nihilo ducat, graviſſimis verberibus caſtigandum, & perpetuo fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honeſtum aliquod officium, aut idoneas facultates; excidet tum a militia, tum ab aliis facultatibus, & neque intra urbem Regiam, neque in ea provincia habitare permittetur: ſervabiturque hæc lex tam a Comite privatarum Auguſti, quam a ſchola, quæ ſub eo eſt, eamque violans ob ſingula capita ejus violata quinquaginta auri libras multæ nomine exſolvet: ſi vero in provincia eorum aliquid violetur; in ſingulos eventus triginta auri libras tam qui provinciis præſunt, quam ſubjectæ eis cohortes exolvent. Ne vero quiſquam eam multam effugiat, liceat etiam injuria affectis deferre legis tranſgreſſorem, & renuntiare id impune ſacratiſſimo Auguſto, aut glorioſiſſimo Magiſtro; ut ea cognoſcens Imperator ipſi Magiſtro multarum exactionem committat.

B. ι. T. ις.

Ἐκ τοῦ νς. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς α διατάξεως τοῦ ις. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Αἱ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀννῶναι ϗ αἱ κεφαλητίωναι τῷ δημοσίῳ διεκδικείσθωσαν ϗ μὴ διαμερίσθωσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἑτέροις ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου ϗ τὴν δόσιν ϗ τὸν τρόπον τοῦ δαπανήματος διορίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἔργον ὕλαι μεταφερέσθωσαν ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος ϗ τοῦ προσφόρου σκρινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.

LIB. X. TIT. XVI.

DE ANNONIS ET TRIBUTIS.

Pars Conſtitutionis primæ ex lib. LVI. Baſilicorum.

VAcantes deinceps annonæ, & capitationes a fiſco exigentur: neque a magiſtratibus ſeparabuntur, ut aliis concedantur, aut in publica opera inſumantur, ſine ſacra forma; qua & donatio, & modus ſumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in privatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur ſine ſacra forma. Qui contravenerit, de ſuo fiſci damnum farciat; & competens ſcrinium graviſſimis pœnis ſubjiciatur.

II. Æs Quidem.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν Βασιλικῶν ἡ διάταξις ιγ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Αὐτοκράτωρ αὐγούστιος ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, ἐὰν μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν (1) τυχικῆς συντελείας ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ δέησις αὐτῶν εἰς βασιλέα καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδοὺς, καὶ ἐὰν τι μηνύσῃ οὗτος τοῖς ἐπάρχοις μηδεὶς τύπος διδόσθω ἐπὶ τὴν μήνυσιν αὐτοῦ εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθείη τύπος ὀφείλων πᾶσι τρόποις παραφυλάττεσθαι. ὁ δὲ καθ' εἷς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τοιούτων ἐννοιῶν μὴ ἐπιδιδότω. μήτε δὲ κουφισμὸς ἢ μείωσις διηνεκῶς ἢ προσκαίρως μήτε ἐποψία μήτε ἐξίσωσις γινέσθω χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως ἀλλὰ μήτε ἐκτυχὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι ὑπὲρ χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτῶν ἀρχὴν μήτε σιτηρέσια τισὶν ἀφορίζέτωσαν ἢ ἄλλως πῶς χρήματα ἢ μὴ παρεχόμενα τὴν ἀρχὴν ἢ παρεχόμενα μὲν διὰ δὲ τὴν ἔλλειψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα ἢ διὰ τὸ παυθῆναι τὴν αἰτίαν σχολάσαι δι' ἣν παρείχοντο τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διδόμενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον. μήτε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τοῖς ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω, τὶς ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. ὁ δὲ τοῦτο κατὰ αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ χρεωστούμενα τῷ δημοσίῳ. μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται ἢ ταῖς πόλεσιν ἀφώρισται εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προσώποις τισὶν ἀφοριζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταύτῃ παραφυλάξει καὶ διδάξει τοὺς ἐπάρχους καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες (2) εἰ ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσοιεν οἴκοθεν διδότωσαν τὴν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν. τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τοῦτ' ἀλλὰ καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ τουτέστι καλάνδαις ἰανουαρίαις καὶ καλάνδαις μαΐαις καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξ ἴσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμίας καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γινομένης κατὰ τῶν συντελῶν. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνεπλεῖτο ἔξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν προτέραν συνήθειαν προτιμᾶν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. εἰ δὲ καὶ τριμερῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν ἐχέτωσαν τὸν σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς διδομένον. τὸ δὲ προαπεσταλμένον κατὰ (3) συνήθειαν εἰσφερέσθω ἐν τῷ (4) πρανομίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. Dat. Kal. April. Paulo V. C. COS.

XIII. Imp. Anaſtaſius A. Anthemio Præf. Præt.

SI quidem provincia, vel civitas petierit relevationem corporalis muneris, aut mitti inſpectorem, vel peræquatorem; ad Imperatorem petitio eorum referatur, & ex ejus electione idoneus ad eam rem, ſacramento prius ab eo præſtito, mittatur. Et ſi is renuntiaverit Præfectis; nulla ſacra forma ad ejuſdem relationem præbeatur, niſi ipſi Præfecti declaraverint Principi ea omnia, quæ is eos docuerit, aut petierit, atque ita ſacra forma efferatur, quæ modis omnibus debeat obſervari. Quæ vero petitiones a ſingularibus hominibus de his rebus excogitantur, exhiberi non debent. Nulla quoque relevatio, nec deminutio perpetua, vel ad tempus, nec inſpectio, nec peræquatio fiat ſine imperiali ſcripto concepta juſſione. Verum nec Præfecti exigant, quæ ante eorum magiſtratus tempus debebantur, neve annonas aliquibus applicent, aut pecuniam undecumque, aut quæ ab initio præſtita non fuerunt, aut præſtita quidem, ſed propter corporum defectum, quibus hæc erant præbenda, vacantia; aut ex eo, quod cauſa præſtationis antiquæ ceſſaverit: ſed hæc omnia ex ſola principis auctoritate ſacra forma conſcripta adminiſtrentur. Qui vero id non obſervaverint; & id, quod dederint, de ſuo reſtituent, & quidquid aliud fiſcus damni paſſus fuerit. Neque etiam prorogationes, aut dilationes his debitoribus fiſci quiſquam præbeat, præter legitimas dilationes, ſine conſcripta divina juſſione. Qui autem id propria auctoritate fecerit, de ſuo, quod debebitur, fiſco reſtituet. Neque etiam civitatum pecunias, aut fiſco inferendas, aut civitatibus deputatas in alios uſus transferat, aut aliis perſonis aſſignet ſine divina juſſione. Officium quoque Præfectorum niſi hæc omnia hac conſtitutione comprehenſa obſervaverit, & docuerit Præfectos; atque ii, qui provinciis præſunt, & eis ſubdita officia, & reliqui fiſcales res tractantes, niſi bis juſſionibus paruerint; de ſuis bonis damnum reſarcient, quod fiſco eveniet; & ut legis contemptores quinquaginta libris auri multabuntur. Ter autem omnia fiſcalia inferantur, tam quæ Armeniaca dicuntur, quam reliqua omnia; hoc eſt Kalendis Januarii, & Kalendis Maii, & ad finem indictionis tribus æqualibus portionibus fiſcalibus rebus diviſis; neque medio tempore aliquid contra collatores innovetur. Sed, quoniam Armenica tributa ſolent duabus tantum penſionibus ſolvi: liceat collatoribus, ſi velint, veterem conſuetudinem ſequi, & duabus penſionibus æqualibus inferre, ut alterum dimidium menſe Septembri futuræ indictionis inferatur. Quod ſi maliint tribus æquis portionibus Armenica fiſcalia ſolvere; habeant hoc amplius totum Septembrem menſem futuræ indictionis. Quod vero προαπεσταλμένον, hoc eſt, ante miſſum dicitur, juxta conſuetudinem inferatur initio ſingularum indictionum; quando id etiam nomen ipſum ſignificat. Dat. Kal. April. Paulo V. C. COS.

(1) ψυχικῆς quidam. (2) εἰ μή. (3) τὸ συνήθες quidam. (4) προοιμίῳ forte.

B. ι. T. ιθ.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν Βασιλικῶν ἡ θ. διάταξις τοῦ ιθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. Ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος, εἷς μόνος κανονικάριος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ προσφόρου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων κατεπείγειν τὴν ἀπαίτησιν τῶν κεχρεωστημένων τίτλων τῷ ἰδίῳ σκρινίῳ. ἐξπελλευτὴς μέντοι μὴ πεμπέσθω εἰ μὴ μετὰ παραδρομὴν τῆς ὡρισμένης προθεσμίας καὶ ἑνὸς μηνός. τούτου δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος πεμπέσθω ὁ ἐξπελλευτὴς προστιμωμένου, καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς τὸν ὄγκον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥαθυμίας ποσότητα ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελλευτὴν, καὶ τὰ λοιπαζόμενα δημόσια καὶ τὸ πρόστιμον μεθοδεύειν. μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ τάξει καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελλευτὴς ἐπικείσθω ἀφοριζομένης αὐτῷ παραμυθίας καὶ πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν καὶ πρὸς τὰ διαστήματα τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ πεμφθῆναι τὸν ἐξπελλευτὴν, ἐξπελλευτὴς δὲ ἕτερος μηδέποτε πεμπέσθω μηδὲ ἄλλος τις μετὰ τὸν ἐξπελλευτήν. ἐὰν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρειῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελλευτὴν τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτω καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι αὐτὸν παρεχέτω τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος καὶ ὁ ἐξπελλευτής. ἡ γὰρ ἀφορισθεῖσα τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' (1) αὐτῶν πεμπομένοις ἀπαιτηταῖς ἀρκεῖ καὶ μηδὲν περαιτέρω μήτε τὰ συστήματα τῶν πόλεων, μήτε οἱ συντελεῖς ἀπαιτείσθωσαν εἰ καὶ πλείονες πρὸς ἀπαίτησιν ἐκπεμφθείησαν προστιμωμένων ἑκάστου πάντων τῶν ἐκπεμπομένων καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐνταγαὶ τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνύεσθαι μὴ αὐξανέσθω δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφωρισμένην αὐτῷ παραμυθίαν. εὐδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω, εἰ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν ἐπιτίμιον ἔστω καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν τάξεων αὐτῶν καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν δημοσιευόντων προσώπων. Dat. XII. Kal. Aug. CP. Paulo V. C. COS.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ιη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ Θεσπίζομεν.

Περὶ τῶν προσφευγόντων ταξεωτῶν ἢ πολιτευομένων ὅπως δεῖ αὐτοὺς ἀπαιτεῖσθαι τὰς δημοσίους εἰς φορὰς φησὶν ἡ διάταξις παρακελευσαμένη μη-

δέ.

(1) αὐτὸν forte.

LIB. X. TIT. XIX.

DE EXACTIONIBUS TRIBUTORUM.

IX. (a) Imp. Anaſtaſius A. Anthemio Præf. Præt.

NE multis exigentibus res fiſci; tam collatores, quam ipſa fiſci ratio lædatur, ſinguli tantum in ſingulas provincias canonicarii ex ſcrinio competenti mittantur, qui ſollicite curent exactionem ſingulorum titulorum eidem ſcrinio debitorum. Executor vero ἐξπελλευτὴς appellatus, non mittatur, niſi poſt curſum definiti temporis, & unius menſis (*b*). Hoc autem tempore tranſacto, is executor mittatur, ac multetur Præſes, & ejus officium, atque canonicarius juxta non exactæ pecuniæ, & negligentiæ quantitatem, ita ut executor & reliqua fiſcalia, & multam ſtudioſe exigat. Hiſque ſolis Præſidi, & officio, & canonicario executor immineat. Solatium vero præſtetur ei juxta provinciæ debitricis, & itineris qualitatem; quod ſolatium Præſes, ejuſque officium, & canonicarius ſolvant, qui cauſam præſtiterunt, ut is executor mitteretur. Poſt hunc unum executorem alter executor, aut aliquis alius non mittatur. Quod ſi præfecti putaverint alterum mitti oportere; eadem in eo ſervetur, & competens ei ſalarium is, qui in cauſa eſt, ut mittatur, exſolvat: hoc eſt, is, qui provinciæ præeſt, ejuſque officium, & canonicarius, atque ille prior executor. Solatium namque canonicario debitum aliis omnibus poſt eum miſſis exactoribus ſufficit, & nihil amplius aut corpora civitatum, aut collatores præſtare cogantur; & jam ſi plures mittantur ad eam exactionem: ipſi enim ſinguli multabuntur, qui publica debita non explicaverint. Delegationes canonicario mittantur, ut ab eo quoque expediantur, ſed non ideo augeatur ſolatium ei conſtitutum: & quod vocant εὐδοματικόν, nullo pacto accipiant; quod ipſum tam nomine, quam re omnino aboleatur. Quod ſi ea, quæ ſancita ſunt, aliqua in parte violentur; multa quinquaginta librarum auri violatores puniantur, tam officia Præfectorum, quam præſides provinciatum, eorumque officia, quam etiam cæteræ publicæ tractantes perſonæ. Dat. XII. Kal. Aug. CP. Paulo V. C. COS.

Epitome XVIII. [c] Conſtit. cujus initium fuit Sancimus, *ex Paratitlis.*

HAC conſtitutione tractatur de confugientibus (in Eccleſias) cohortalibus, ac publicis perſonis, quo pacto oporteat exigere ab ipſis pu-

bli-

[a] *Hæc appellatur a quibuſdam conſt. 18. & initium ejus fuiſſe dicitur* Sancimus. *Vidend. Julianus Nov. 128. cap. 6.*

[b] *Refert Euſtath. tit. 11. cap. 17. de temporibus.*

[c] *Ex paratitlis lib. 1. tit. 12. Codicis, quæ ſunt in collectione eccleſiaſt. conſtitutionum.*

δεῖν καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς τὰς συντελείας εἰ μὴ (1) δημοσιάζωσιν. ἐπὶ γὰρ τοὺς προσφεύγοντας ἢ ἄλλως (2) κρύβοντας ἑαυτοὺς οὐδεμίαν βούλεται γίνεσθαι παρὰ τῶν συντελεστῶν ἐπ' αὐτοὺς καταβολήν.

B. ι. T. κζ.

Ἐκ τοῦ νζ. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν μέρος τῆς β. διατάξεως τοῦ κζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

dirigatur, vel is, ad quem dirigitur, cautionem recipiat oportet idoneam ab executore. Si vero etiam poſſet quis repellere executionem; oportet Præſidem, cum reſcierit, eum amovere; ponere vero ſub perſonali cautione eum, qui convenitur, ac referre. Quod ſi negligat, vel Præſes, vel ejus officium, vel is, ad quem ſcriptum eſt, de ſuo indemnem perſonam conventam præſtabit, tam dum in magiſtratu eſt, quam poſt adminiſtrationem. Excipit tamen conſtitutio pro tributis obligatos. Si vero corrupti muneribus Præſides executionem non faciant ſacris eloquiis propoſitis; aut contemnant: tam facultates amittent, quam a magiſtratu amovebuntur, & de ſalute periculum patientur. Quæcumque autem lex inſinuari debet, & oſtendi prius Præfectis. Qui vero eam in provinciam detulerit, accipiat aureos nummos ſex. Studeat autem Præſes ſuis præceptis in omnes urbes ei ſubjectas leges in publicum edere, ſine ullo lucro, aut Præſidis, aut Defenſorum, aut portitoris. Quod ſi quis lucrum acceperit; id cum altero tanto reſtituat; & ſi magiſtratus fuerit, magiſtratum amittat; ſi aliud officium habeat, id quoque amittat.

B. ιβ. T. ξγ.

LIB. XII. TIT. LXIII.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομὴ τῆς β. διατάξεως τοῦ ξγ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Publicæ lætitiæ, vel Conſulum nuntiatores, vel inſinuatores Conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, vel judicialium litterarum, ex deſcriptione, vel ab invitis ne quid accipiant immodicum.

Epitome Conſtit. II. (a)

Ἡ Διάταξις βούλεται ἓξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων ἢ γενικῶν προσταξέων ἢ δημοσίων συμβολαίων ἢ ἀνδριάντων. τὸν δὲ πλέον λαβόντα τετραπλάσιον ἀναδιδόναι κωλυόντων τοῦτο ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας. ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησιν ἐστὶ βασιλικήν, ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ δημευθήσεται καὶ ἐξορισθήσεται, καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύει μήτε διαγραφὴν γενέσθαι προφάσει τούτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοὺς μὴ ἓξ χρυσοῦς. μήτε ὡς παρὰ ἑκόντων μηδέν, ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν. καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βούλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς σιτώνιαν ἢ αἰτῶσι παρὰ βασιλέως τοῦτο ἐπιτραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τούτου ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται, οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτωσι καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται. ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα τιμωρεῖται, εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα. ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν. εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σιτώνας ἢ ἐθνικοὺς ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν ὄντων ἐν χερσὶ προσόδων, μη-

HÆC Conſtitutio vult, ut ſex tantum nummi præſtentur in ſingulis provinciis pro inſinuandis ſacris litteris, aut generalibus mandatis, aut publicis contractibus, aut ſtatuis: qui plus acceperit, quadruplum reddat. Id etiam caveant Præſes, & Epiſcopus, & Primi civitatis, & omne civile, ac publicum auxilium, ne Epiſcopus indignationem Principis ſubeat; Præſes ab officio amoveatur, & bonis publicatis exulet; & officium periclitetur. Nec ob has cauſas deſcriptio fiat ſupra illos ſex aureos nummos; neque eo prætextu quod ſponte id ſolvant: ſed qui plus ceperit, quadruplum reſtituat. Cum vero cives volunt ſeipſos deſcribere, ut pura aut ad opus publicum, aut ad ſitonium, hoc eſt ad frumentum emendum, aut cum petunt ab Imperatore, ut id eis permittatur: non oportet timere ullum damnum: nam nec in ſacerdotes erit indignatio, nec Præſides ab officio amovebuntur, & publicatis bonis exulabunt, nec officium in corpus plectetur, niſi renuntiaverint Imperatori, quæ contra hanc conſtitutionem facta ſunt. Licentiam quoque habeant ii, qui deſcripti ſunt, contradicere deſcribentibus; ac ſi id non poſſint facere, adire Præſidem, & Imperatori referre. Sed non oportet patres, aut annonæ curatores, aut provinciales ſuſceptores quicquam præbere ex proventibus apud eos exiſten-

(a) *Vidend. conſt. 26. Græca de Epiſc. audient.*

Digitized by Google

μηδὲ ποσότητα * φυλάττεσθαι τῇ ἀφωρισμένῃ χρείᾳ· εἰ δὲ παραβῇ ὁ ἄρχων οἴκοθεν ταῦτα καταβαλλέτω. χρὴ γὰρ ἀμείωτα τά τε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

ſtentibus, ſed eos conſervare ad uſus deſtinatos. Si id Præſes violaverit, de ſuo reſtituat: oportet enim publicas, & civiles res ſine deminutione conſervari.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως ἧς ἡ ἀρχὴ Θεσπίζομεν.

Ejuſdem Conſtit. epitomes pars ex Paratitlis, (a) in quibus ejus initium fuiſſe dicitur Sancimus.

Ο Μήνυσιν τινὰ ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ καὶ πλέον ἓξ νομισμάτων βουλόμενος διαγράψαι τοὺς ἐπαρχίας προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀπωθείσθω.

QUI nuntium refert in provincia, ac plus ſex nummis velit a provinciis, deſcriptione facta, exigere, providentia Epiſcopi compeſcatur.

[a] *Ea ſunt lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis in dicta collectione conſtit. Eccleſiaſt.*

Digitized by Google

J U L I A N I
ANTECESSORIS CONSTANTINOPOLITANI
N O V E L L A R U M
JUSTINIANI IMPERATORIS
E P I T O M E.

ANTONIUS AUGUSTINUS
ARCHIEPISCOPUS TARRACONENSIS

EMENDAVIT, ET AUXIT

Additis latinis quibuſdam Novellis Conſtitutionibus ejuſdem Imperatoris, cum Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus, ac Verborum quorundam Juliani interpretatione.

Accedunt nonnulla ex Novellarum earumdem Libro, a Pithoeis Fratribus olim edito.

Digitized by Google

ANTONII AUGUSTINI

PRÆFATIO.

CUM duo lectorum genera ſint, quorum alteri diſcendi cauſa legant; alteri ſolum, ut reprehendendi captent occaſionem: illorum mihi habendam eſſe rationem, horum contemnendam eſſe calumniandi cupiditatem ſemper exiſtimavi. Sive enim ſcribas, ſive nihil ſcribas; ſive hoc, aut illo modo ſcribas: ſemper hi habent, quod reprehendant. At ſtudioſo viro nullus liber eſt inutilis. Ab aliis enim dicendi, ab aliis vivendi rationem, ab aliis artes, ac diſciplinas, ab aliis hiſtoriam temporum, ab aliis alia, atque alia diſcit. Illi ſe omnia ſcire jactant; habereque ſe, in quo Platones, Ariſtoteles, Demoſthenes, Cicerones, Papinianos, Julianos, Ulpianos, & cæteros quoſcumque magnos viros ſæpius erraſſe facile oſtendant. His igitur, qui nihil ignorant, nihil ſcribendum eſſe cenſemus: quando ad eos, qui vitam Epicureorum deorum in terris degunt, nulla beatitatis acceſſio fiet; medicis hos tantum committendos eſſe putamus. Studioſorum vero, hoc eſt eorum, qui diſcendi cupiditate tenentur, duplex etiam genus eſt, juris præſertim civilis, qua de re nunc agitur; alteri enim nocere exiſtimant linguarum peritiam, antiquitatis cognitionem, diſſerendi, aut dicendi artem, & cæteras diſciplinas, quibus tamen veteres juriſconſultos exornatos fuiſſe negare non poſſunt: alteri his omnibus libenter operam dant, & cæterorum ignaviam, quam etiam ſtupiditatem adpellant, vehementer irrident. Utroſque admonendos eſſe potius, quam irritandos ſemper cenſui. Peccare enim

quoſdam ex utroque genere hominum video, dum præter modum, aut hi ſuavitate dictionis, atque ornamentorum capti, minus in hanc ipſam diſciplinam incumbunt; aut illi nec verbis,nec ſententiis ſibi ipſis conſtant, in utriſque hærent, artis docendi rudes, atque imperiti. Utriſque Juliani librum proferimus, ut imitentur. Hic Anteceſſor Conſtantinopolitanus, hoc eſt Juris præceptor, utriuſque linguæ peritus fuit, Græcas Novellas conſtitutiones Latinas fecit, & prooemiis, ac perorationibus ſublatis, ſingulorum capitum ſententiam paucis verbis dilucide explicat. Hunc Alciatus meus Conſularem virum, & Patricium appellat in parergis. Exiſtimo eum putaſſe eundem fuiſſe Julianum illum, quem eiſdem titulis Priſcianus ornavit. A qua opinione diſcedo; propterea quod Priſciani libri extant, Mavortio Conſule, ſcripti a diſcipulis Priſciani. Illius autem conſulis annus collectionem Novellarum, quæ poſt mortem Juſtiniani facta eſt, quinquaginta amplius annos excedit. Alius eodem nomine fuit Præfectus Prætorio, ad quem extant aliquot Græcæ conſtitutiones datæ, Lampadio, & Oreſte conſulibus. Sed hunc etiam alium eſſe exiſtimamus, tum propter rationem temporum, tum propterea, quod hunc videmus in veteribus libris, nec Patricium ſe, nec Conſularem, aut Præfectorium appellaſſe, aut, ut tunc uſurpabant, Ex-conſule, vel Ex-præfecto; ſed tantum Anteceſſorem CP. Neque illi audiendi ſunt, qui Conſtantienſem fuiſſe dixerunt, & temporibus Irnerii conſcripſiſſe: quos & veteres libri, & plurima antiquorum ſcriptorum teſtimonia, quæ in Paratitlis retulimus, aliter rem ſe habere docebunt. Uſum fuiſſe hoc libro Irnerium, Bulgarum, Azonem, Joannem, Accurſium, & cæteros interpretes non Juliani nomine, ſed Novellæ, certiſſimum eſt. Sed cum eodem tem-

tempore haberent ineptam illam ΚΑΤΑ ΠΟΔΑ interpretationem ΤΟΝ ΝΕΑΡΟΝ, hoc eſt Novellarum conſtitutionum,eam huic libro præferentes,Authenticorum nomine exornarunt. Ex eo libro Irnerius conſtitutionibus Codicis Juſtiniani capita quædam adjecit: quas Authenticas conſtitutiones appellavit. Ita Novellarum nomen, quod vetuſtiſſimum eſt, & a plurimis Imperatoribus poſt Theodoſianum Codicem editum, uſurpatum; & quo Juſtinianus ipſe utitur frequentius in his eiſdem legibus appellandis; uſurpari deſiit, & Authenticorum frequentari. Primus noſtro tempore Gregorius Haloander Norica illa laudatiſſima editione juris civilis, exemplo quodam uſus Bononiæ Florentini libri Marcianæ bibliothecæ, Græce, & Latine, quaſi poſtliminio reſtituendum eum librum Novellarum curavit. Poſt hunc Henricus Scringerus Græce multis conſtitutionibus auctum eundem edidit, exemplum ſecutus Veneti libri Beſſarionis Cardinalis. Scringerianæ editionis interpretes fuerunt Antonius Contius, & Henricus Agylæus, quorum alter Authenticorum volumini nimis deferens decimam quandam collationem addidit, in quam retulit eas conſtitutiones, quæ in Authenticis deerant; alter novam latinam editionem Novellarum addendo ea, quæ in Norica editione ab Haloandro omiſſa ſunt, ſatis diligenter conſcripſit. Id unum in eorum libris, & in Duareni juris civilis accurata editione deſidero; quod nemo eorum Græca verba Novellarum retulerit, nec Latinam Juliani interpretationem. Primus Nicolaus Boerius legibus Longobardorum Juliani libellum conjunxit, ſcholiis ornavit, & in publicum propoſuit. Hunc ſecuti ſunt Lugdunenſes librarii, qui minus mendoſos libros habuerunt. Ad noſtras manus venerunt præter hos Andreæ Alciati pervetus liber, & alter Pallantinæ eccleſiæ codex Hiſpanien-

nienſis minus vetuſtus. Ex his omnibus libris, & ex collatione verborum, quæ tum ab aliis, tum ab Ivone Carnotenſi referuntur, Julianus noſter magis limatus prodit, & plenior: quamvis quædam adhuc mutila ſint, & quæ manus aliorum, atque auxilium expoſcant. Ordinem libri aliquot locis mutavimus, ut facilius Novellarum libros ſubſequeretur. Latinas conſtitutiones ſuo quamque loco inſeruimus: ut & magis Juliani labor eluceret comparatione Latinarum Legum; & ut minus in Græcis laboraremus, quæ de eadem re ſcriptæ ſunt. Dicet aliquis, quid mihi cum Juliano? qui aut eadem dicit, quæ cæteri interpretes, & ſupervacaneum laborem ſubſtinebo; aut alia, quæ neque in Græcis, neque in Latinis legibus continentur; & cum probationem res deſideret; aliunde mihi quærenda auctoritas, & probationis genus eſt? Hanc rationem ceſſatoris potius, & otium amantis, quam ſtudioſi alicujus viri fuiſſe crediderim: qua ſola poſſet maxima librorum, atque hominum pars negligi. Omnes enim aut noſtra, aut aliena referimus: neque tamen omnes pari auctoritate cenſemur. Debetur more majorum antiquitati, & ſenectuti honos: non minor eis, qui morum ſanctitate, & vitæ innocentia excellunt: debetur regibus, pontificibus, magiſtratibus, & cæteris, qui domi, militiæque cum imperio, aut poteſtate ſunt; ſuus quoque honos parentibus, ac præceptoribus, atque iis, qui bene de nobis, aut de republica meriti ſunt, deferendus eſt. Eadem ratione poſt divini, & humani juris conditores, ii, qui propius abſunt ab illis, qui leges conſcripſerunt, utpote qui verbis utuntur communibus, & ſenſa norunt legum latorum; habere debent apud nos majorem in eiſdem legibus interpretandis auctoritatem. Illi quoque, qui in ſingulis artibus, aut diſciplinis ita excellunt, ut principes dicantur, & duces aliorum, auctoreſve

fa-

familiæ; in maximo honore ſunt: quales Caſſianorum, & Proculejanorum Longinus, & Proculus; ſic poſtea ex Papiniani domo, tamquam ex equo Trojano plurimos noſtri juris auctores ortos fuiſſe novimus. Quæ cum ita ſe habeant; ea Juliani noſtri vetuſtas eſt, ut vel ſola ejus auctoritas maximum apud omnes pondus habere debeat. Itaque cum eadem dicit, quæ cæteri; poſſumus eadem pro certis ducere, neque aliqua ratione dubitare, cum tanto teſtimonio confirmentur. Cum vero ſolus eſt in ſua ſententia; veriſimile eſt non ſine cauſa motum eſſe, & niſi contrarium certa ratione, aut ſcripto legum conſtet, probabilius eſſe debet, id verum eſſe. Sed fingamus eſſe quædam, aut ſupervacanea, aut etiam falſa: quotus enim quiſque liber hujuſmodi nævis caret? at ea eſt utilitas cæterorum, ut condonari debeant, ſi qua hujuſmodi reperiantur. Erit fortaſſe, qui ordinem accuſet rerum tractandarum; cum de eadem re diverſis conſtitutionibus agatur: & cum eadem conſtitutione de rebus variis conſcribatur. At id non Juliani magis, quam Juſtiniani erratum eſt, & libri Novellarum conſtitutionum collectoris, in quo non ſolum non ea diſtincta ſunt, quæ tractantur, ſed ne ipſæ quidem conſtitutiones ſecundum ordinem temporum collocatæ ſunt. Accedit, quod inſertæ ſunt Juſtini minoris, & Tiberii Conſtantini aliquot Novellæ conſtitutiones, & tres Præfectorum formæ, ut ex paratitlis cognoſci poteſt. Sed an eas habuerit Julianus, incertum eſt; neque enim extat ea libri pars, quæ ad eas conſtitutiones pertineat. Ut vero conſuleremus lectorum utilitati, & paratitla, & indices, & variæ lectiones, & obſcurum verborum Juliani ſignificationes adjectæ ſunt: quibus exiſtimamus gratam rem iis eſſe facturos, qui hoc fortaſſis auxilio indigebunt.

AD

AD LECTOREM.

Verbis Juliani ſubjacent Variæ Lectiones : his Paratitla, ſive Scholia. Paucæ a nobis ſunt animadverſiones ad marginem appoſitæ. Quæ vero hujuſmodi » notam adjunctam habent, ea ſunt ex Pithœorum libro adjecta.

JU-

JULIANI ANTECESS. CONSTANTINOP.
NOVELLARUM
JUSTINIANI IMPERATORIS
EPITOMES PARS I.
CUM
ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus.

NOVELLA I. [*a*]

IN (1) digeſtis, & conſtitutionibus didicimus (2) parentibus quidem & liberis, necnon fratribus, & patronis certam (3) quandam portionem ex noſtra deberi ſubſtantia; quam neceſſe eſt omnimodo eis relinquere, niſi forte ingrati circa nos apparuerint: aliæ autem perſonæ (4), quæ neque parentibus, neque liberis (5), neque fratribus, neque patronis connumerantur, ſive ingratæ ſint, ſive non; ex voluntate noſtra heredes nobis exiſtunt; vel lucrum ex noſtro patrimonio capiunt. His itaque perſonis eo modo diſcretis videamus caput Conſtitutionis propoſitum: ejus autem vis, ac poteſtas talis eſt.

II. (*b*) Si quis parentem, vel filium, vel fratrem, vel patronum heredem inſtituerit; & legatûm, ſive fideicommiſſum ab eo (6) legibus non incognitum alicui reliquerit: ſiquidem voluntatem defuncti ſcriptus heres impleverit; & ſine fruſtratione legatum exſolverit: (7) habeat firmiter hereditatem defuncti; & judicio potiatur ejus, cujus everti (8) judicium paſſus non eſt. Sin autem reluctandum eſſe voluntati teſtatoris exiſtimaverit; & legatario moras intantum fecerit; ut etiam legatarius judicem adeat, & victricem (9) ſententiam capiat, & tamen nihilominus heres moras ſimiliter faciat; ut (10) poſt judicialem calculum annale prætereat ſpatium: tunc ſolam legitimam portionem ſibi debitam heres inſtitutus habeat; & reliquam partem amittat. Quæ pars ſi quidem ſubſtitutos habuerit; prius ad eos veniat. Sin autem ſubſtitutos non habeat (11); ad coheredes ipſius. Sin autem nec coheredes habeat (12); tunc ad generalem fideicommiſſarium perveniat. Quod ſi plures ſunt (13) generales fideicommiſſarii: tunc ei deferatur pars, qui majori ex parte fideicommiſſo (14) honoratus eſt. Quod ſi nemo (15) ex ſupraſcriptis perſonis ſubſiſtit (16): tunc ad legatarios pars memorata perveniat. Quod ſi nec legatarii ſint: tunc ad eos perducatur, quos teſtator libertate (17) donavit. Quicumque autem ex ſupradictis (18) omnibus (19) partem ſibi delatam amplexus fuerit: is (20) voluntatem teſtatoris omnimodo (21) impleat. Ideoque (22) & cautionem præſtare eum oportet, quod omnimodo impleturus eſt ea, quæ in teſtamento defuncti continentur. Ordine ſcilicet hoc obſervan-

[1] *primum quidem in Digeſtis.* [2] *diximus.* [3] *certam quidem.* [4] *perſonæ ſunt, quæ.* [5] *parentis, neque liberorum, neque fratris, neque patroni loco habentur.* (6) *ab herede.* (7) *tunc habeat.* (8) *cujus evinci.* (9) *monitricem ſententiam.* (10) Ivo *& poſt.* alii *ut poſt.*

(11) *habeat: tunc ad.* (12) *& coheredes quidem non habeat.* (13) *ſi plures ſint.* A. [14] *fideicommiſſi.* [15] *nulla ex ſupradictis.* (15) *conſiſtit.* alii *ſubſiſtat.* (17) *quibus teſtator libertatem.* [18] *ex ſupraſcriptis.* [19] *omnibus perſonis partem.* (20) *is & voluntatem.* (21) *modis omnibus.* (22) *&.*

(*a*) Hæc eſt in libro Authenticorum conſtitutio prima collationis primæ ſub titulo *de heredibus & Falcidia.* Eam græce, & latine edidit Greg. Holoander.

(*b*) Juliani verba refert Ivo Carnotenſis *parte* 16. *cap.* 115. decreti. Vide auth. Hoc amplius. C. *de fideicomm.*

vando, ut (1) inter legatarios quidem, & fideicommiſſarios, generales fideicommiſſarii cæteris legatariis, & fideicommiſſariis præferantur. Quod ſi nullus generalis fideicommiſſarius ſit: tunc illi (2) veniant, qui majoribus legatis, vel fideicommiſſis honorati ſunt. (3) Quod ſi nemo ex his vel non potuerit, vel (4) noluerit partem memoratam admittere: tunc illi vocentur, quibus teſtator libertatem reliquerit. Sed non paſſim, ſed ſecundum ordinem ſcripturæ vocentur: ut quem (5) primum libertate donaverit (6); ejus condicio præcellat: & ſi primus vel non potuerit, vel noluerit partem memoratam admittere: tunc ille veniat, qui ſecundo loco libertatem accepit.

Hæc, ſi (7) unus ex parentibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis heres ſcriptus eſt. (8)

Sin autem heres inſtitutus extraneus ſit; & moras fecerit [9] legatario per totum annale ſpatium poſt judicialem ſententiam numerandum: tunc nullam partem, nullum emolumentum ſcriptus heres ſentiat: ſed omne, quod a teſtatore ei præſtitum eſt, auferatur ab eo, & veniat ad eos, quos ſupra (10) expoſuimus ſecundum eundem ordinem, & eandem obſervantiam (11). Ita tamen, ut eodem modo is, qui ad partem vocatur, cautionem præbeat: quod omnimodo impleturus ſit ea, quæ in teſtamento defuncti continentur. Quod ſi nemo ex his, de quibus locuti ſumus, appareat: tunc etiam adgnatis, ſive cognatis defuncti pateat aditus, quamvis in teſtamento nulla eorum mentio comprehendatur. Quod ſi nec tales perſonæ appareant: tunc extraneis quibuſcumque locus fiat, ſi velint hereditatem ſuſcipere, & de implenda voluntate teſtatoris cavere. Quod ſi nec [12] extraneus inveniatur, qui defuncti (13) ſucceſſionem cum ſupradicta (14) cautione ſuſcipiat: tunc fiſco res vindicentur ſcilicet (15) & ipſo voluntatem teſtatoris impleturo. Illud autem certum eſt, quod ſi filius a patre in teſtamento exheredatus eſt: neque ex ipſo teſtamento, neque ab inteſtato lucrari aliquid poterit occaſione hujus Conſtitutionis. Omnes autem, qui ex hac lege ad rerum vindicationem vocantur, omnia jura heredum habeant; ideſt jus aditionis, & pro herede gerendi, & conveniant, & conveniantur. Omnibus, quæ diximus, obtinentibus & ſi non ab herede, ſed a legatario, vel fideicommiſſario, & forte ab eo, qui mortis cauſa quid (16) accepit, dari, fierive teſtator voluit. Ideſt ut ordo vocationis incipiat quidem ab ſubſtitutis (17) & legatariis; deſinat autem in publicum.

II. [a] Si quis ab aliquo ſcriptus heres in teſtamento fuerit, in quo legata, vel fideicommiſſa ſcripta (18) ſunt; timeat autem, ne forte legata, vel fideicommiſſa legatariis, vel fideicommiſſariis relicta totam ſubſtantiam defuncti (19) exhauriant; ita (20) ut ipſe nihil ab hereditate ſibi delata [21] lucretur: ergo ſi velit Falcidiæ legis emolumentum integrum ſibi ſervari: faciat inventarium rerum, quas teſtator dereliquerit [22] præſentibus legatariis, & fideicommiſſariis, qui ſcilicet (23) in eadem civitate degunt (24): niſi forte propter ſexum, quod feminæ ſunt, vel propter dignitatem, vel propter ætatem, vel morbum, (25) vel vincula præſto eſſe impediuntur (26): tunc enim illos repræſentari oportet in conſcriptione inventarii qui negotia eorum legitime adminiſtrant. Quod ſi [27] omnino præſto non ſint legatarii, vel (28) fideicommiſſarii: tunc tres teſtes adhibeantur, quorum & fides & opinio probata eſt (29). Teſtes autem ex ea civitate eſſe oportet, in qua conficitur inventarium: & ſub conſpectu eorum atque præſentia inventarii procedat conſcriptio (30): ſolis etenim tabulariis & (31) in ea cauſa non credimus. Quod ſi poſtea reverſi fuerint legatarii; & quaſdam res ab herede (32) ſubreptas eſſe putaverint, eaſque cælatas, & in inventario non inſertas: liceat eis per tormenta ſervorum hereditariorum veritatem requirere, [33] & fraudem [34] heredum manifeſtare, ſcilicet & ipſis heredibus nihilominus cogendis jusjurandum præſtare [35]; quod nullo modo in conſcribendo inventario doloſe verſati ſunt (36); & teſtibus ſimiliter compellendis ſacramentum [37] præſtare, quod de nulla fraude conſcii ſunt [38] ſcriptis heredibus. Et ſi legatarii præſentes ſint; hi veniant, vel homines eorum interveniant; aut, abſentibus eis, tres bonæ opinionis teſtes repræſentari oportet. Quod ſi legatarii præſto quidem fuerint: ipſi (39) autem ve-

[1] *tam inter legatarios, quam.*
[2] *tunc illis veniat.* (3) *honorati ſint.*
(4) *vel non maluerit.* [5] *ut cui primum libertatem.* [6] *donavit.*
(7) *Hoc ſi unus.* alii, *hæc ſint, ſi unus.*
(8) *ſcriptus ſit.* (9) *moras faciat.*
(10) *quos ſuperius expoſuimus.* alii *quos ſupra ſcripſimus.* (11) *obſervationem.*
(12) *nec talis extraneus.* (13) *qui nec teſtatoris.* (14) *cum prædicta.* (15) *ſed &.*
(16) *aliquid accepit.* (17) *ab inſtitutis.*
(18) *relicta ſunt.* (19) *teſtatoris.*
(20) *& ipſe.* alii, *ut ipſe.* (21) *ſibi relicta.* (22) *ſibi dereliquit.* alii, *ſibi dereliquerit.* (23) *qui in.* (24) *degent.* (25) *vel morbo, vel vinculo.* alii, *vel propter morbum, vel propter ætatem, vel vincula.*
[26] *impedientur.* alii, *impedirentur.*
[27] *ſi omnes.* (28) *legatarii, ſive.* alii, *legatarii, ſeu.* (29) *probata ſit.* (30) *præcedat inventarii confectio.* (31) *in ea.* A.
(32) *ab heredibus.* A. [33] *inquirere.*
(34) *fraudes.* (35) *ſacramentum præſtare.* alii, *jusjurandum ſubire.* (36) *ſint.*
(37) *jusjurandum.* (38) *conſcii ſint.*
(39) *venire autem.*

[a] Vide authen. Sed cum teſtator. C. *ad l. Falcidiam.*

venire, vel homines ſuos mittere ad conſcribendum inventarium noluerint: tunc libera licentia pateat heredibus, trium teſtium adhibito teſtimonio, inventarium facere. Nullo [1] legatariis obiiciendo (2) poſtea obſtaculo; ſi voluerint & in hoc caſu per tormenta ſervorum hereditariorum, vel per ſacramentum heredum, ſive teſtium veritatem manifeſtare. Et is quidem (3), qui hæc omnia obſervaverit; legis Falcidiæ beneficium obtinebit [4]. Quod ſi nec [5] fecerit inventarium, nec ſupradictam obſervationem cuſtodierit: ſciat ſe omnia legata, omnia (6) fideicommiſſa legatariis, vel fideicommiſſariis ſoluturum; quamvis non ſufficiat teſtatoris ſubſtantia. Ut interdum etiam de ſuo præſtare legata (7) vel fideicommiſſa cogatur. Tota autem iſta diſceptatio totiens locum habebit; quotiens teſtator ignorans facultatum ſuarum modum, legata, vel fideicommiſſa ampla reliquit (8). Alioquin ſi ſciens quantum habeat patrimonium, ſpecialiter expreſſerit, ut non liceat heredi Falcidiæ legis beneficio uti: neceſſe eſt voluntatem ipſius teneri [9]. Et ſiquidem adire maluerit hereditatem ejus is, quem heredem ſcripſerit (10): omnimodo legata, atque fideicommiſſa perſolvat ſine quavis deminutione, nullum habiturus lucrum, niſi pietatem ſolam, quod [11] voluntati teſtatoris gratis obtemperavit [12]. Sin autem repudiaverit hereditatem: locus fiat [13] ſubſtitutis; & poſt ſubſtitutos, coheredibus; & poſt coheredes, fideicommiſtariis generalibus; & poſt fideicommiſſarios generales, legatariis; & poſt legatarios, eis, qui libertate (14) donati ſunt; & poſt eos qui libertate donati ſunt; ab inteſtato venientibus adgnatis, ſive cognatis; & bis non apparentibus, extraneis; & poſt extraneos publico.

III. Nullam licentiam ſcriptus heres habeat quibuſdam legatariis perfecta & ſolida legata perſolvere, quibuſdam ex parte; nec quibuſdam præſtare, quibuſdam non. Sed omnibus pro rata portione ſolvat ſive in ſolidum, ſive in partem æquitatis [15] ratione conſervanda. Vel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ, deminuere legata non debet: vel ſi quibusdam ſolida legata perſolverit [16]; aliis omnibus implere [17] debet. Niſi forte mirabile aliquid extiterit, quod deminuat teſtatoris ſubſtantiam.

IV. [a] Intra annum modis omnibus relictum præſtetur legatum. Initium autem anni eſſe oportet illud tempus, ex [18] quo judiciali [19] ſententia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem.

Anno autem tranſacto, heres, qui legata non ſolverit [20], hereditatem teſtatoris amittat; & locus fiat illis perſonis, quarum ſupra fecimus mentionem [21]; ſcilicet [22] ab annali ſpatio impuberibus, vel adoleſcentibus nullo præjudicio generando. Hi enim duplici via muniti ſunt. Nam & reſtitui in integrum poſſunt; & competentes actiones adverſus tutores, vel curatores ſuos dirigere. Ea autem, quæ diximus, teneant, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis teſtamentum, ſive voluntas proferatur. [23] Et in omni perſona teneant, [24] ideſt ſive privata ſit, ſive militaris, ſive religioſa [25] ſit, ſive imperialis. D. K. Apr. CP. *

* *In lib. Auth. Goth.* Dat. Kal. Jan.

NOVELLA II. [b]

I. [c] NUlla [26] licentia ſit mulieri, vel marito, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit, in donatione propter nuptias vel dote, cujus ſolum uſumfructum habet [27], non etiam dominium; aliquem [28] de liberis ſuis anteferre: ſed ſit proprietas rerum omnibus debita, portionibus æquatis (29).

II. [d] Si maritus, vel mulier, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit; res dotis, vel propter nuptias donationis alienaverit: quocumque tempore alienatio facta fuerit; neque rata neque irrita ſit: ſed interea maneat in ſuſpenſo. Et ſiquidem parens, qui alienaverit, ante liberos ſuos moriatur: omnimodo rerum alienatio refutetur. Sin autem eo ſuperſtite ab hac luce liberi ipſius erepti fuerint: in tantam portionem alienatio valebit, quantam ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit: ideſt ut tantam portionem lucretur, quantam pepigerit

(1) *nullo a legatariis.* [2] *poſtea opponendo.* (3) *is quidem heres.* (4) *retinebit ſibi beneficium.* (5) *non fecerit.* (6) *& fideicomm.* alii, *vel fideicomm.* (7) *legata &c.*
(8) *reliquerit.* [9] *tenere.* (10) *heredem ſibi ſcripſit.* (11) *ſcilicet quod voluntati.*
(12) *obtemperaverit.* [13] *locus fiet.*
[14] *quibus libertas donata eſt; poſtquam eos, quibus libertas donata eſt.*
(15) *æqualitatis ratione conſervata.* A.
(16) *perſolvat.* (17) *perſolvere.*
(18 Ivo, *quo.* alii, *quo ex.* (19) *definitiva judiciali.* (20) *ſolvit.* (21) *quas ſupra numeravimus.* (22) *ſed.* (23) *in omni autem.*
(24) *ſive.* (25) *religioſa.* (26) *Nulli mulieri ſit licentia.* (27) *habent, non.*
(28) *aliquos.* (29) *exæquatis.*

(a) Capitis 4. verba refert Ivo *d. parte 16. cap.* 116.
(b) Eſt in libro Authenticorum conſtitutio 2. collationis 1. titulo *de non eligendo ſecundo nubentes mulieres.* Hanc non edidit Græcam Haloander: quia deerat in libro Florentino Græco novellatum, ex quo deſcriptus eſt Bononienſis, quo Haloander uſus eſt. In Florentino autem defuit: propterea quod in Baſilicis Leonis Imp. hæc conſtitutio omiſſa eſt. Eam Græcam edidit Henr. Scringerus ſumptam ex libro Veneto Beſſarionis Cardinalis, Latinam fecit Henr. Agylæus.
[c] Vide auth. Lucrum. *C. de ſecund. nupt.*
(d) Vide auth. Sed & ſi quis. *eod. tit.*

gerit in inſtrumento dotis, vel donationis habiturum ſe, ſi liberi, poſt quam editi ſint [1], mortui ſuerint: in reliquam [2] autem portionem alienatio non valebit; niſi ſorte filius [3] eundem parentem, qui alienavit, teſtamento heredem [4] vel ab inteſtato reliquit.

III. [a] Si filius inteſtatus mortuus ſuerit: portio, quæ competit ei ex dote, vel ante nuptias [5] donatione, non veniat ad parentem ſuperſtitem; ſed ſoli fratres ipſius ad eam partem vocentur: ſcilicet ſi ſine liberis ille (6) mortuus eſt. Liberi enim defuncti & fratribus ejus & parentibus præferuntur.

In aliam autem ſubſtantiam, quam mortuus dereliquit [7]: pariter cum fratribus parentes vocentur: ſive ad ſecundas nuptias pervenerint [8], ſive non. Quod ſi teſtamento condito filius deceſſerit: illi veniant, qui ſcripti ſunt: niſi forte inofficioſi querella teſtamentum ejus, evacuaverit [9].

IV. [b] Si mulier defuncto marito ſuo [10] ad ſecundas pervenerit nuptias: res, quæ ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias priores, eo [11] modo adminiſtrentur: ſi quidem immobiles ſint: mulier eas habeat; & liberis ſuis, ſi ſupervixerint, conſervet. Sin autem mortui ſuerint: portionem quidem rerum, quam mortis liberorum caſus ei detulerit; modis omnibus habeat; reſiduam autem partem heredes eorum lucrentur. Sin autem donatio propter nuptias in rebus mobilibus ſit: tunc res quidem apud liberos ſint; uſuram autem matri dependant (12) tertiam centeſimæ cum competenti cautela; quod prædictam uſuram ſine fruſtratione in omni ſequenti tempore perſolvant. Sin autem propter nuptias donatio & aurum habeat, & argentum, & veſtes: tunc electionem habeat mater (13), utrum velit cautionem præſtare, & res adminiſtrare; an tertiam centeſimæ uſuram a ſuis liberis accipere. Sin autem res habeat tam mobiles quam immobiles propter nuptias donatio: tunc res quidem immobiles ſint apud eam, ut (14) ex fructu earum alatur; mobiles autem apud liberos (15) ſecundum prædictam diſtinctionem.

V. (c) Si quis uxorem duxerit; & propter nuptias donationem non ſolum adſcripſerit, ſed etiam re ipſa (16) dederit; mulier autem adſcripſerit quidem dotem, re autem vera non dederit in toto tempore, quo maritus ſuus vixerit: mortuo eo nec donationem ante nuptias conſequatur; utpote cum nullam dotem ipſa dediſſet. Sed ſi quidem nihil (17) omnino dotis nomine dederit; nec mortuo marito ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sin autem partem præſtiterit dotis; tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo ſuo marito. Hæc autem Conſtitutio locum habeat (18) etiam in his matrimoniis, quæ nondum ſoluta fuerint. (Sciendum autem eſt quædam (19) præſentis Conſtitutionis capitula ex XXII. Conſtitutione, quæ de nuptiis promulgata eſt, transformata fuiſſe.)

NOVELLA III. (d)

I. PRæſens Conſtitutio uſque ad ſua tempora numerum clericorum, qui eſt, conſervat. Poſtea autem jubet clericos Conſtantinopolitanæ civitatis (20) hoc numero definiri, ut ſexaginta quidem presbiteros, centum autem diacones (21), quadraginta diaconiſſas, nonaginta (22) ſubdiacones, centum & undecim lectores, & viginti quinque cantores, & centum oſtiarios eccleſia habeat.

II. (e) Non liceat in minoribus eccleſiis clericatus honorem ſuſcipientibus, poſtea in majorem eccleſiam per (23) patrocinium quorumdam tranſire. Sed ſi quidem tale aliquid factum fuerit: irritum ſit, & nullius momenti. Nec (24) liceat ulli clericos quidem deſtinare, vel creare; nullas autem eis alimonias præſtare. Sed duorum (25) alterum eligat, vel non faciat clericos; vel ſi fecerit, det eis, unde vivere poſſint. *Cap. 2. De præb.*

NO-

[1] *ſi liberi, qui poſtea editi ſunt.* alii, *ſi liberi, qui poſtquam editi ſunt.* ſorte, *ſi qui liberi poſtquam editi ſint.* (2) *in alia autem portione.* (3) *niſi forte filis &c. reliquerint.* (4) *teſtamento.* (5) *aut antenuptiali.* (6) *ipſe.* (7) *dereliquerit.* (8) *migraverint nuptias.* (9) *evacuetur.* (10) *marito.* (11) *hoc modo.* A. (12) *dependent.* [13] *habeat.* (14) *& uſufructu.* (15) *apud liberos ſint.* [16] *rem ipſam dederit.* alii, *ipſam tradiderit.* (17) *nec omnino.* [18] *locum habebit.* (19) *quoddam præſ. conſt. caput &c. transformatum.* (20) *ſcilicet hoc numero.* [21] *diaconos.* A. (22) *LXX. autem ſubdiaconos.* alii *nonaginta ſubdiaconos.* A. (23) *patrocinio.* (24) *Non liceat ulli Epiſcopo clericos ordinare, & nullas.* Bern. Papienſ. & Greg. 9. alii, *Nec liceat clericos &c.* (25) *ſed horum.* Bern.

[a] Vide auth. Ex teſtamento. *eod. tit.*
(b) Vide auth. Sed ſi aurum. *eod.*
(c) Vide auth. Sed quæ. C. *de pact. convent.*
(d) Eſt etiam tertia conſtitutio in libro Authent. collationis 1. titulo *Ut determinatus ſit numerus clericorum.* Eam græce, & latine edidit Haloander.
[e] Apud Greg. IX. capitis 2. de præbendis hæc eſt inſcriptio: *In corpore canonum.* Sed in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis Epiſcopi Faventini caput 2. ejuſd. tituli hanc habet inſcriptionem: *In corpore canonum P. V. ex Novellis.* Hinc igitur ſumpta ſunt verba a Greg. IX. relata.

NOVELLA IV. (*a*)

I. [*b*] SI quis erediderit pecuniam alicui; & fidejuſſorem, vel mandatorem acceperit, vel eum [1] qui pro eo pecuniam conſtituit [2]: non prius contra tales perſonas actiones moveat ſuas [3]; quam adverſus ipſum reum principalem egerit; eumque inopem invenerit, vel in ſolidum, vel pro parte [4]. Poſtquam enim egentia laborare noſcatur [5] reus ſive in ſolidum [6], ſive pro parte: tunc contra fidejuſſores, vel mandatores intendere creditorem (7) oportet. Hoc (8) ſi debitor præſens ſit, & appareat. Sin autem abſens fuerit reus; & fidejuſſores, vel mandatores præſto ſint; vel hi qui pro eo pecuniam conſtituerunt: tunc præfiniri [9] eis diem oportet, intra quem (10) diem debeant reum exhibere. Sin autem tempus præfinitum præterierit: ipſi quidem actiones pro reo (11) ſuſcipiant, & debitam pecuniam perſolvant. Cedat autem eis actionibus ſuis (12) creditor, quas adverſus reum principalem habet. Quod ſi tam reus, quam fidejuſſor, vel mandator, vel qui pecuniam pro eo conſtituit, in abſentia fuerint: tunc liceat creditori etiam adverſus res principalis rei venire. Quod ſi nullæ res rei principalis appareant: tunc etiam in res fidejuſſoris, vel mandatoris manus creditoris porrigi poſſunt: ut & ſi debitores habeant: etiam ab his creditori (13) ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligenda ſunt: ut nullam facultatem habeant (14) creditores ſibi (15) res vindicare prius, quam perſonales actiones exerceant [16] tam contra ipſum reum principalem, quam contra fidejuſſores ejus [17] & mandatores; eoſque non ſolvendo eſſe appareat: eodem jure ſcilicet obſervando, ſi perſonæ eorum non appareant. Hæc autem omnia, quæ de creditore, & fidejuſſore diximus; etiam ad venditionis confirmatorem trahenda ſunt: ut non prius emptori licentia ſit adverſus confirmatorem conſiſtere; niſi prius venditorem convenerit, vel indubitate ſolvendo non ſit. Sed nec hypothecariis in rem actionibus judicium pateat ante, quam perſonales actiones defecerint. Et in (18) ſumma quæ dicta ſunt de mutua pecunia, & in venditione cuſtodienda ſunt [19], & in omnibus contractibus, qui aliquam ſatiſdationem recipiunt. Sin autem argenti diſtractores pecuniam conſtituerint [20], ſecundum veteres leges conveniantur.

II. (*c*) Si quis pecuniam mutuavit [21]; debitor autem pecuniam non habuit (22), quam dare debet (23): rem mobilem creditori præſtet, ſi habeat (24). Sin autem rem mobilem non habuerit (25): tunc immobilem rem ſuam, ſi habet, vendere debet; & pecuniam debitam ex pretio rei [26] ſolvere. Sin autem emptorem non inveniat (27): tunc prædium, quod optimum habet, creditori ſuo præſtet; & actione, qua obſtrictus (28) eſt, liberetur [29]. Ubi autem emptorem ſui prædii invenit (30), caveat creditori [31] pecuniam debitam ſoluturum ſe: & poſt cautionem liceat ei conſtituere venditionis contractum. Creditoris autem appellatione ſignificatur non ſolum is, qui mutuam dedit alicui pecuniam: ſed etiam omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habent.

NOVELLA V. (*d*)

I. QUI vult ædificare monaſterium; prius Epiſcopum invocet (32), & illum exoret, ut [33] ſanctam crucem faciat (34), & imponatur poſtea ædificium.

II. (*e*) Si quis monachus (35) fieri vult, ſive liber ſit, ſive ſervus: non ſtatim monachus fiat, ſed per triennium tonſura quidem careat; & veſte laicorum utatur; & divinas ſcripturas diſcat [36]: & confiteatur ſuam conditionem, id eſt utrum ingenuus ſit, an ſervus, vel alterius cujuſcumque (37) ſtatus; & narret cauſas, propter quas ad ſolitariam vitam migrare deſide-

(1) *vel qui.* (2) Ivo, *pecuniam conſtituerit.* alii, *pecunias conſtituerit.* (3) *moveat.*
[4] *vel in partem.* [5] Ivo, *noſcitur.* alii, *dignoſcitur.* (6) *ſive in parte, ſive inſolidum.* [7] *creditores.* (8) *Hæc ſi.* (9) *præfinire eos.* [10] *quam.* (11) *pro eo.*
[12] *actiones ſuas.* (13) *creditoribus.*
(14) *habeat creditor.* Ivo. (15) *res.*
[16] *exerceat.* Ivo. (17) *ejus vel.*
(18) *In ſumma.* alii, *Et in ſumma ſciendum eſt.*
(19) *eſſe.* (20) *cuſtodierint.*
(21) Ivo, *mutuaverit.* A. (22) *non habuerit.* Ivo. A. (23) *dare poſſit.* alii, *daret tunc.*
(24) Ivo, *ſi habet.* (25) *non habeat.* Ivo.
(26) *rei venditæ ſolvere.* (27) *non invenerit.* (28) *adſtrictus.* [29] *liberatur.*
(30) *invenerit.* (31) *caveat creditori ſuo.*
(32) *vocet.* (33) *& crucem.*
(34) *imponat.* (35) Ivo, *Qui monachus.*
[36] *addiſcat.* Ivo. alii, *dicat.*
(37) *cujuſcumq. condicionis, vel ſtatus.* Ivo.

[*a*] Hæc eſt in libro Anthent. quarta conſtit. collat. 1. ſub titulo *de fidejuſſoribus & mandatoribus.* Edita eſt græce, & latine ab eodem Haloandro.

(*b*) Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 117. decreti. Vide auth. Præſente. C. *de fidejuſſ.* & auth. Sed hodie. C. *de oblig. & action.* & auth. Hoc ſi debitor. C. *de pignor.*

(*c*) Refert Ivo *d. parte* 16. *cap.* 118. Vide auth. Hoc niſi. C. *de ſolution.*

(*d*) Hæc etiam eſt quinta conſtitutio in libro Authent. collat. 1. titulo *de monachis.* Non habuit eam Græcam Haloander: quod in Florentino libro deerat. In Baſilicis quoque integra non eſt. Edidit eam græce Scringerus, Agylæus latine.

(*e*) Refert Ivo *par.* 7. *cap.* 153. & 154. decreti, ut conſtit. 5. *cap.* 1. & 2. Vide auth. Verum. C. *de Epiſc. & cleric.*

Digitized by Google

raverit (1); oe forte malus [2] ſit, & Deo diſpliceat (3). Oportet autem [4], & monachos verba ei adſerre (5), quæ mores ejus, & vitam corrigere [6] poterunt. Et ſi per triennium talis appareat, ut videatur dignus tonſura & veſte religioſa: tuoc & (7) tondeatur, & ſtolam monachicam (8) veſtiat, ſive liber ſit, ſive ſervus, & nulla ei moleſtia inferatur neque de ſervili, neque de libertina condicione. Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum (9) ut ſervum ſuum voluerit: & dicat quod res ſuas (10) furatus ad monaſterium cucurrerit (11): oon ſtatim eum abſtrahat: ſed prius probet quod & ſervus eſt; & io furto (12), vel (13) vita mala, & peccatis atrocibus timuit, & ſugit. Et ſi hæc vera ſint (14): reddatur ſervus domino ſuo cum rebus ſubreptis, ſi etiam ipſæ quoque (15) in monaſterio ſuerint. Domious autem eum recipiens fidem ei præſtet, quod nullo eum malo (16) propter hæc (17), quæ jam peccavit, affecturus ſit.

Quod ſi nulli delicto ſervum ſuppoſitum eſſe dominus probare (18) potuerit; & ipſe ſervus ex caſtitate morum ſuorum bona teſtimooia habeat: & ſi nondum triennium præterierit; tamen maneat in eodem (19) venerabili monaſterio. Trieonio autem ſemel tranſacto, & inter monachos ſervo Dei (20) numerato (21), nulla ſit poſt ea licentia (22) qualemcumque moleſtiam ei inferre, ſive revera (23) famulus ſit, ſive ingenuus: ſed omnimodo ſolitariæ (24) vitæ permaneat; & ſi peccatum (25) in priore vita admiſſum ſit. Ea autem, quæ furto ſubrepta ſunt, proculdubio ſi inveniantur, domino reddi oportet.

(26) Sin autem ſervitutem effugiens veniat (27) quis ad monaſterium; poſtea autem reliquerit venerabilem locum, & in aliam vitæ figuram tranſierit: liceat domino extraere eum (28); & probanti quod ſervus eſt, ut ſervum eum habere (29).

III. In omnibus (30) monaſteriis ſive paucos, ſive complures monachos habeant, nulla licentia monachis ſit ſeparatim converſandi, nec unuſquiſque monachus ſuum proprium cubiculum habeat. Sed communiter ad excolendum Deum (31) congregentur; & in communi loco dormiant, ſingulis quidem in culcitris ſuis humo videlicet conſtratis (32) jacentibus, omnibus autem in una domo dormientibus. Quod ſi tantus ſit monachorum numerus, ut una domus eis non ſufficiat: tunc & in duabus, pluribuſve habitationibus dormiant, non autem ſeparatim per ſe, ſed in communi loco, ſicut jam prædiximus: niſi forte quidam ex his (33) tales ſint (34) ut juſte debeant ſegregari ab alia (35) monachorum multitudine; quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci Anachoritas, & Heſychaſtas dicunt (36).

IV. (a) Si quis in (37) monaſterio ſe conſecraverit (38), & poſt quam veſte religioſa veſtitus eſt, a monaſterio receſſerit (39): omnia bona ipſius, quæ in monaſterio (40) introduxerit (41), ad ipſum monaſterium pertineant.

Idem eſt ex alia Conſtitutione, & ſi non introduxit (42): omnes enim res ejus dominii monaſterii ſint (43).)

V. Si vir, vel mulier liberos habens ad ſolitariam vitam pervenerit; ſi quidem jam donaverat filio (44) vel filiis ſuis (45) tantum, quantum lex Falcidia facit ſive occaſione propter nuptias donationis, quam pro filio ſuo dedit, ſive dotis cauſa, quam pro filia ſua præſtitit. Si igitur habeant (46) legis Falcidiæ quantitatem, cætera bona ejus ab omni (47) inquietudine liberentur, ſive pater ſit, ſive mater, qui, quæve in monaſterium introierit. Ut in (48) reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem; utpote cum lege Falcidia ſatis eis factum ſit. Quod ſi nibil eis, vel minus Falcidia pater, vel mater præſtiterit: tunc etiam monacho facto patre, vel matre conſecrata, libera facultas filiis ſit vel totam Falcidiam, vel quod deeſt eis, a monaſterio vindicare. Inter virum autem

& uxo-

(1) *cupit.* [2] Ivo, *malæ ſint.* A.
(3) Ivo, *diſpliceant.* (4) *autem.*
(5) *facere.* (6) *corrigant.* Ivo. (7) *tunc.*
(8) *monaſticam.* A. (9) *in ſervum.*
(10) *res meas furatus fuerit, &*
(11) *concurrerit.* Ivo. (12) Ivo, *& furto.* alii, *& pro furto.* A. (13) *& vita.*
(14) Ivo, *vera ſunt.* (15) *& ſi ipſæ.* forte, *ſi & ipſæ.* alii, *ſi etiam ipſæ.* A.
(16) Ivo, *nullum ei malum.* (17) *hoc, quod.* (18) *probaverit.* Ivo.
(19) Ivo, *in eodem monaſterio.* alii, *in eodem loco venerabili.* (20) *ſervo.* A.
(21) *connumerato.* (22) *licentia ſit poſtea domino.* (23) *vere.* Ivo. (24) *in ſolitaria vita.* Ivo. A. (25) Ivo, *etiam ſi peccatum.* alii, *etſi peccatum ab eo.* alii, *etſi peccatum ei.*
(26) *cap.* 2. Ivoni. aliis, *cap.* 3.
(27) *venerit.* (28) Ivo, *domino retrahere eum.* alii, *domino ſuo extrahere.* (29) Ivo alias, *in ſervum eum habere.* alias, *ut ſervum,* alii, *ut ſervum habeat.* (30) *In omnibus autem.* (31) *excolendum dominum.* alii, *excolendum.* (32) *humi videlicet ſtratis.*
(33) *in his.* (34) *qui juſte.* (35) *ab illa.*
(36) *vocant.* (37) *Si quis.* (38) *ſe congregaverit.* alii, *ſe conſecravit.* (39) *receſſit.*
(40) *in monaſterium.* (41) Ivo, *introduxit.* (42) *introduxerit.* (43) *communes ſunt monaſterii.* (44) *donaverit filio ſuo.*
(45) *filiæ ſuæ.* (46) *habuerit.*
(47) *omni.* (48) *intraverit.* *In*

(a) Vide auth. Ingreſſi. C. *de ſacroſ. eccleſ.* & auth. Nunc autem. C. *de Epiſc. & cler.* & Gratian. 19. *q.* 3. *c.* 9. Si qua. §. Nunc autem. Capitis 4. verba refert Ivo *d. parte* 7. *cap.* 155. ut *cap.* 3. *conſtit.* 5.

& uxorem talis obſervatio teneat (1): ut ſive maritus, ſive uxor (2) intraverit in monaſterium (3); hoc conſequatur laica perſona, quod ex (4) caſu mortis ei competiiſſet (5) ſecundum dotalium pactionum tenorem.

VI. (a) Si quis introierit (6) in monaſterium & poſt religioſam veſtem (7) receſſerit; & militaverit, vel ſimpliciter laicus factus fuerit: ſpolietur cingulo militari, & vita (8) libera non potiatur, ſed officio Præſidis provinciæ ſervire cogatur; ſubſtantia autem ejus in monaſterio maneat.

VII. (b) Si quis in monaſterio conſecratus fuerit, poſteaque in aliud monaſterium tranſire maluerit: ſubſtantia quidem ejus a priore monaſterio vindicetur. Aliorum autem monaſteriorum primates prohibeant eum tranſire; ut in alio (9) monaſterio non recipiatur. Et de hoc (10) curare debent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam reverentiſſimi Archimandritæ.

VIII. Si quis monachus conſtitutus clericatus honorem acceperit, nullam habeat facultatem (11) uxorem ducendi: quamvis ejus gradus ſit, cujus clericus non prohibetur uxorem habere: qualis eſt gradus cantorum, & lectorum. Non ſolum autem uxorem ducere prohibetur; ſed etiam concubinam habere. Si quis autem monachus ante conſtitutus clericatus occaſione vel duxerit uxorem, vel concubinam habuerit: eiiciatur de clero, & ſit privatus, & ad nullam militiam, vel profeſſionem aliam audens (12) venire: niſi forte velit in anteſatas pœnas incidere.

IX. Primi monachi creatio non ſecundum ordinem temporis fiat: nec qui tempore prior eſt, primi loci creationem ſibi præſumat; nec qui ſecundus forte, vel tertius eſt; ſed qui & vitæ caſtitate, & divinarun rerum, humanarumque (13) ſcientia, & animi gravitate præcellit, is habeat (14) loci prioris honorem. Idque procedere debet ſecundum electionem, atque judicium religioſiſſimi Epiſcopi. Quæ autem diximus & in prioribus, & in iſtis Conſtitutionibus de clericis & (15) monachis, vel monaſteriis: ea non ſolum de maſculis, ſed etiam de feminis ſanctimonialibus intelligere debemus.

NOVELLA VI. (c)

I. HÆC conſtitutio in primo capite de conſecratione Epiſcoporum loquitur, quam oportet procedere ſic. Debet enim prius diſceptari de vita Epiſcopi, utrum bona ſit, an reprehenſibilis; & utrum bonis teſtimoniis muniatur, an non. Sed & ſi officialis, vel curialis condicionis ſit: prohibetur (16) Epiſcopus fieri: niſi forte a tenera ætate in monaſterio fuerit, eoque modo liberatus eſt prædictis condicionibus: ita tamen ut quartam portionem (17) ſubſtantiæ ſuæ curiæ præſtet ſecundum legis obſervantiam.

Sed neque ex laico (18) ſtatim ad Epiſcopatum aſcendere licet (19); neque clericatus honorem ſimulatum habuiſſe ſufficit. Oportet autem eum, qui epiſcopus fit, neque uxorem habere, neque concubinam, neque filios, neque nepotes ſive legitimos, ſive legibus incognitos (20). Et ſi quis contra hoc (21) fecerit; & is qui factus eſt, & is qui eum fecerit (22), de Epiſcopatus (23) expellatur (24) honore. Nec liceat pecuniæ datione Epiſcopum fieri. Eſſe autem oportet eum, qui Epiſcopus fit, vel monachum, vel clericum, ita tamen ut non minus ſex menſibus appareat eum in clericatu fuiſſe. Legere autem debet ſanctos Canones: eoque tempore (25), quo conſecratur, conſulat (26) eum is, qui conſecrat, ſi poſſit facere atque cuſtodire omnia, quæ divini præcipiunt canones: & ſiquidem denegaverit ſe poſſe cuſtodire, non conſecretur. Sin autem pollicitus fuerit obſervaturum ſe, quantum homini (27) poſſibile eſt, ſancta canonum præcepta: tunc is, qui conſecrat eum, admonere, atque prædicere (28) ei debet; quod ſi non obſervaverit canones ſanctos, & Deo alienus erit, & inter religioſos Epiſcopos (29) non connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit; eodemque (30) modo creatus Epiſcopus fuerit: non ſolum ipſe, ſed etiam qui conſecraverit (31) eum, inter Epiſcopos non erit. Sed & pecuniæ (32), vel res datæ (33) conſecrationis cauſa ſacroſanctæ eccleſiæ addican-

(1) *obſervantia teneatur.* (2) *ſive mulier.* (3) *monaſterium.* (4) *ex cauſa mortis ei.* alii, *ex cauſa mortis.* (5) *competit.* (6) *introierit.* (7) *poſtquam religioſam indutus eſt veſtem.* alii, *poſtquam religioſa indutus eſt veſte.* (8) *ita, ut vita.* (9) Ivo, *& in alio.* alii, *in alio.* (10) Ivo, *Et hoc.* A. (11) *licentiam.* (12) *audeat.* A. (13) *rerum.* (14) *habeat.*

(15) *clericis, vel.* [16] *prohibeatur.* (17) *partem.* [18] *laico.* (19) *liceat.* (20) *ſint incogniti.* (21) *contra hæc.* (22) *fecit.* [23] *Epiſcopatus.* [24] *ſpoliatur.* (25) *eo autem tempore.* (26) *conſulet.* (27) *hominibus.* (28) *prædicare.* (29) *religioſi Epiſcopis.* (30) *dedit; & eo.* (31) *conſecravit.* (32) *Sed & pecunia.* alii, *Sed pecunia.* alii, *Sed pecuniæ.* (33) *data.*

(a) Refert Ivo *d. parte 7. cap.* 156. ut *cap. 4. conſt. 5.*
(b) Refert idem Ivo. *cap.* 157. *d. parte 7.* ut *cap. 6. ejuſd. conſtit.*
[c] Eſt in libro Authent. conſtitutio ſexta collationis 1. ſub tit. *quo modo oporteat Epiſcopos, & ceteros clericos ad ordinationes perduci.* Eam refert Anſelmus Lucenſis *lib. 1. cap.* 50. decretorum. Græcam non edidit Haloander: quod ea neque in Florentino libro, neque in Baſilicis conſcripta foret. At ex Veneto codice eam græce edidit Scringerus, & Agylæus latine.

cantur (1), ſive Epiſcopus ſit, ſive clericus, qui eas dedit (2). Is autem qui accepit, non ſolum res amittat, ſed & gradum, atque honorem clericatus (3). Similiter autem & ſi laicus ſit, qui pecuniam, vel res accepit, & ipſas amittat, & aliud tantum, quam tum accepit, pœnæ nomine ſanctæ eccleſiæ præſtare compellatur (4). Sed & ſi magiſtratus gerat, in magiſtratum eſſe deſinet (5), & exilio inrevocabili condemnabitur. Sin autem aliquis presbyter, vel diaconus conſtitutus pecunia data (6) ad Epiſcopatus apicem pervenerit: non ſolum Epiſcopus eſſe deſinet, ſed etiam priorem gradum presbyterii, vel diaconii (7) amittet (8). Conſecratio autem Epiſcopi fiat ante omnem populum Chriſtianitatis (9), ut ſit facultas unicuique, ſi velit, contradicere. Et ſi quidem ante conſecrationem facta fuerit contradictio: non prius conſecretur Epiſcopus; niſi diſceptatio (10) de contradictione facta ſit, & undique appareat innoxius is, qui ad Epiſcopatum vocatur. Sin autem quis (11) ante diſceptationem ad episcopatus apicem (12) pervenerit: amittat honorem non ſolum is ipſe (13), ſed etiam is, qui eum creavit. Quod ſi is, qui contradixerit (14), calumniator probatus fuerit; vel contradictionis judicium deſeruerit; & non peregerit cauſam: prohibeatur ſacra communione in omni vita ſua ab eo, qui conſecravit (15) Epiſcopum.

II. Nemo religioſus Epiſcopus extra ſuam eccleſiam degat ultra annale ſpatium: niſi forte per imperialem juſſionem hoc fuerit factum (16). Patriarchæ autem Epiſcopos cogere debent (17) in ſuis eccleſiis obſervare (18), & in longas peregrinationes non ire [19]. Sin autem ſine juſſione Principis ultra annum Epiſcopus extra ſuam (20) eccleſiam fuerit; tunc regionis Patriarcha legitimis eum præconiis revocet (21), ideſt cuſtodiens ſacrorum canonum obſervationem (22). Sin autem non obtemperaverit is, qui vocatus eſt; ſed in eadem abſentia perſeveraverit: tunc repellat eum ab Epiſcoporum numero, & alterum pro eo ſubſtituat. Sin autem is, qui in abſentia eſt, metropolitanus non fuerit, ſed cujuſdam municipii Epiſcopus: tunc ea, quæ diximus a Patriarcha fieri oportere, metropolitanus (23) faciat. Quod [24] ſi litigiorum (25) cauſa peregrinari voluerit Epiſcopus, non concedatur licentia (26). Litigare enim Epiſcopus debet [27] non per ſemetipſum (28), ſed per ſuos clericos (29), ſive apocriſiarios, ſive œconomos [30]: & ſupplicare Principi debent, & impetrabunt ea, quæ deſiderant fieri.

III. Numquam Epiſcopus (31) in Conſtantinopolitanam civitatem veniat, niſi litteras acceperit (32) a metropolitano ſuo ad imperatorem, quas divini canones commendaticias appellant. Quibus declarabitur (33), neceſſariam eſſe profectionem Epiſcopi. Sin autem metropolitanus ſit (34), qui pervenire in CP. civitatem maluerit (35): litteras acipiat (36) a Patriarcha regionis ſuæ. Venientes autem (37) non audeant intrare ad imperatorem per ſe metipſos: ſed prius ad Patriarcham veniant; vel ad apocriſiarios regionis, ex qua ſunt, & ipſis communicent (38) cauſas, propter quas venerunt (39). Liceat autem Epiſcopis & per Referendarios magnæ eccleſiæ, vel apocriſiarios Patriarcharum referre Imperatori, & ſic impetrare reſponſum.

IV. Nemo clericus fiat, niſi is, qui & bonum teſtimonium habeat (40), & litteratus eſt. Qui enim litteras neſcit, clericus eſſe non poteſt. Docent (41) autem & presbyteri & diaconi ſacras orationes, & eccleſiaſticos canones. Quos ſcilicet conſecrari oportet ſine reprehenſione, ſine juſta contradictione, ſine pecuniarum (42) datione, liberatos tam officiali, quam curiali condicione ſecundum (43) obſervationem, quam in primo capite præſentis Conſtitutionis expoſuimus.

V. Qui binas nuptias contraxerit, diaconus, vel presbyter fieri prohibetur. Sed & ſi mulierem disjunctam a marito ſuo, quem ipſa reliquerit (44), uxorem quiſpiam habuerit: neque diaconus, neque presbyter fieri poteſt. Idem eſt & ſi concubinam habeat. Quippe tales homines cum caſtitate (45) vivere decet (46). Caſtus autem eſt, qui habet, vel (47) habuit uxorem caſtam, & ipſam (48) ab ipſo virgine virginem ſuſceptam (49). Si quis autem presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus uxorem duxerit, vel con-

(1) *addicentur.* alii, *addicuntur.*
(2) *eſt, qui dedit.* (3) *dignitatis, vel clericatus.* (4) *compelletur.* (5) *deſinat.*
(6) *pecunia oblata.* (7) *presbyteri, vel diaconi.* (8) *amittat.* (9) forte, *civitatis.* A.
(10) *diſceptatione &c. facta.* (11) *ante.*
(12) *ad Epiſcopatum.* (13) *ſolum ipſe.*
(14) *contradixit.* (15) forte, *conſecrabit.* A.
(16) *hoc fecerit.* alii, *fuerit factum.*
(17) *debent ſe.* (18) *hoc obſervare.* alii, *continere.* (19) *non ire, niſi juſſu Principis.*
(20) *extra.* (21) *evocet.* (22) *obſervantiam.* (23) *Archiepiſcopus.* (24) *Si autem.*
(25) *litigandi.* (26) *licentia ei non concedatur.*
(27) *Epiſcopi.* (28) *ſemetipſos.*
(29) *clericos debent.* (30) *œconomos, vel vicedominos.* (31) *Nemo umquam Epiſcopus.*
(32) *litteris acceptis.* (33) *declaratur.*
(34) *metropolitani ſint.* (35) *maluerint.*
(36) *accipiant.* (37) *alias.* (38) *committent.* (39) *veniunt.* (40) *habet.*
(41) *Doceantur.* A. alii, *Docent.*
(42) *& ſine pecunia.* (43) *niſi forte ſecundum.* (44) *reliquit.* (45) *in caſtitate.*
(46) *debent.* (47) *vel qui habuit.*
(48) *& ipſa.* (49) *virginem receptam.* alii, *virgine ſuſcepta.* Poſt hæc verba aliqui habent: *ipſa ſeparata, presbyter, vel diaconus fieri non prohibetur.*

concubinam habuerit ſive clam, ſive palam, ſive ſub aliqua figura: cadat clericatus honore, & ſit privatus, & laicus.

VI. Ea autem, quæ de clericis diximus, teneant & (1) in diaconiſſis. Diaconiſſas (2) autem creari conſtitutio præcipit (3); ſi quinquaginta annorum ætatem agant (4): ita tamen ut virgines ſint, vel unum tantummodo maritum habuerint. Sin autem mulier propter aliquam neceſſitatem minor quinquaginta annis diaconiſſa facta fuerit: non liceat ei alibi degere, quam in aſceterio (5) ſanctimonialium mulierum, ubi neque mares converſantur, neque vivere liceat ei, quomodo velit. Nulla autem diaconiſſis facultas tributa eſt habere quoſdam ſecum (6) veluti fratres, ſive cognatos, vel quos dicere ſolent agapetos, ideſt dilectos. Nam diaconiſſæ, vel per ſe habitare debent, vel nullum alium admittere ſecum, niſi revera fratrem. Sin autem aliqua ſuſpicio ſit, quaſi ſimulatus frater cum ea degerit: vel ab initio non conſecretur, vel ſi conſecrata fuerit, amittat honorem. Pœnas autem cum corruptore patiatur eas, quas ſacræ conſtitutiones adverſus corruptores definiunt (7). Eo autem tempore, quo diaconiſſæ conſecrantur, admonendæ ſunt; ut ſi poſtea nupſerint, vel aliam vitam elegerint: gladio ultore ſternentur (8), & facultates (9) monaſteriis, ſive eccleſiis addicentur (10). Is autem qui corrupit eam, puniatur quidem eodem ſupplicio, bona autem ejus fiſci juribus vindicentur.

VII. (*a*) Sive lector (11), ſive ſubdiaconus, ſive diaconus, ſive presbyter clericatus honorem contempſerit, & in aliam vitam tranſierit: duorum alterum vel curiali condicioni cum ſuis facultatibus ſubiiciatur; vel ſi plures curiales civitas habeat, ſive ipſe vilior ſit: ad officialem condicionem trahatur (12), ideſt taxeoticam.

VIII. Nullus Epiſcopus (13) multitudinem clericorum faciat paſſim (14). Debet enim ſecundum reditum eccleſiarum, ita etiam numerus (15) clericorum moderari. Et ſiquidem is, qui ſacroſanctam ædificavit eccleſiam, ſtatuit ab initio clericorum numerum, qui debeat (16) in eadem eccleſia conſecrari: ille numerus cuſtodiatur. Sin autem numerus præfinitus non eſt: neque per amicitiam, neque per gratiam oneranda ſacroſancta eccleſia eſt. Sed moderandus (17) numerus erit cura & ſolicitudine Patriarcharum & Metropolitanorum, & aliorum Epiſcoporum. Liceat autem unicuique, ſive privatus, ſive laicus (18) ſit, inſpicienti ea, quæ diximus ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre.

NOVELLA VII. [*b*]

I. [*c*] NUlli ſub Romana ditione conſtitutæ eccleſiæ (19), vel xenodochio, vel ptochotrophio, vel noſocomio, vel orphanotrophio, vel gerontocomio, vel brephotrophio, vel monaſterio tam monachorum, quam ſanctimonialium Archimandritam habenti, vel Archimandritiſſam: ergo his omnibus non liceat (20) alienare rem immobilem (21) ſive domum, ſive agrum, ſive hortum (22), ſive ruſticum mancipium, vel panes civiles (23); neque creditoribus ſpeciali (24) hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet venditionem (25), donationem, permutationem, & emphyteuſeos (26) perpetuum contractum. Sed omnes omnino (27) ſacerdotes ab hujuſmodi (28) alienatione abſtineant ſe (29) pœ-

Cap. 5. De reb. eccleſ. *non alien.* Nulli.

[1] *teneant etiam.* [2] *Diaconiſſam.* [3] *præcepit.* [4] *habeant.* alii, *habeat.* [5] *aſceteriis.* (6) *quoſdam.* (7) *minantur.* (8) *ſternantur.* alii, *feriantur.*

(9) *facultates earum.* A. (10) *addicantur.*

(11) Ivo, *Quiſquis*, *Sive lector.*

(12) *tradatur.* Ivo. (13) *Epiſcoporum.*

[14] *faciat.* [15] *numero.* (16) *debent.*

(17) *Sed ſecundum facultates ſacroſanctæ eccleſiæ moderandus.* [18] *ſive clericus.* forte, *ſive laicus*, *ſive clericus.* [19] *Nullis &c. conſtitutis eccleſiis.* Ivo ſic: *Nullus ſub Rom. ditione conſtitutam eccleſiam &c. infeſtare audeat.* (20) Burchardus, Bernardus Papienſ. & Greg. IX. *Nonnulli liceat.*

(21) *inmobilem eccleſiæ.* iidem tres.

(22) *ſive domum, ſive agros, ſive hortum.* Greg. IX. *ſive agrum.* [23] Hæc verba non habent illi tres. (24) *neque creditoribus ſpecialis.* vetus codex, & Ivo, & Burch. & Bernard. A. *neque ſpecialis*, Greg. IX. alii, *neque creditoribus ſpeciali, ſeu generali.*

(25) Burch. & Bern. *contineat condicionem.* Greg. IX. *continet condicionem, donationem, venditionem.* alii, *contineat venditionem.*

(26) Bernard. *emphyteuſis.* Greg. *emphyteuticum.*

(27) Bern. *ſed omnes.* Greg. *unde omnes.*

(28) Ivo parte 3. *hujuſmodi*; parte 17. *a rerum eccleſiaſticarum.* alii, *hac.*

(29) Ivo parte 3. *alienatione abſtineant.* parte 7. *alienatione ſe abſtineat.* Burch. Bernard. & Greg. ut Ivo parte 3. alii, *contractu abſtineant.*

[*a*] Refert Ivo Carnotenſ. *part.* 6. *cap.* 421. decreti, ut conſtit. 6. *cap.* 7.

(*b*) Hæc eſt conſtitutio 1. collationis 2. in libro authent. titulo *de non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis.* In libro Norico Haloandri, ut in Florentino, & Baſilicorum libro græca non extat. Sed Scringerus eam græce, latine Agylæus conſcripſerunt.

(*c*) Refert Ivo *parte* 3. *cap.* 185. & *parte* 17. *cap. ult.* decreti, ut ex conſtit. 7. *cap.* 1. Partem vero ejuſdem capitis Burchardus Vormatienſis *lib.* 3. *cap.* 164. decretorum, ut ex conſilio apud Silvanectum præſente Ludovico Rege *cap.* 5. & Bernardus Papienſ. in prima collectione Decretalium *c.* 4. *de reb. eccleſiæ*, ex eodem concilio; unde ſumpſit Greg. IX. *c.* 5. *eod. tit.* Vide Auth. Hoc jus porrectum. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 10. *q.* 2. *c.* 2. §. Hoc jus.

Digitized by Google

pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio minatur (1): ideſt ut is quidem (2), qui comparavit (3) rem loci venerabilis (4), reddat eam ei, cujus & antea fuerat: ſcilicet cum fructibus, & aliis (5) emolumentis, quæ in medio tempore facta ſunt. Œconomum autem eccleſiæ præſtare oportet omne lucrum, quod ex hujuſmodi prohibita alienatione ſenſerit; vel quod (6) eccleſiam damno affecerit, ita ut in poſterum œconomus non ſit. Non ſolum autem ipſe, ſed etiam ſucceſſores ejus (7) teneantur (8): ſive ipſe œconomus [9] alienaverit, ſive reſpiciens alienantem Epiſcopum non prohibuerit; & multo magis ſi conſenſerit. Tabellionem (10) autem, qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſerit (11); perpetuo exilio tradi oportet.

Magiſtratus autem, qui eadem inſtrumenta admiſerit [12], & officiales, qui operam dederint (13), ut monumentis intimentur donationes; vel cæteræ (14) alienationes actis intervenientibus confirmentur: non ſolum magiſtratu, ſed etiam dignitate & facultatibus ſuis cadant. Remittit autem Conſtitutio ea, quæ in præterito tempore facta (15) ſunt. Excipit (16) autem quoſdam contractus, quos in ſequentibus exponit (17) capitulis; per quos & (18) eccleſiarum immobiles res alienari poſſunt. [Xenodochium, ideſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur. Ptochotrophium, ideſt locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines (19) paſcuntur. Noſocomium, ideſt locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur. Orphanotrophium ideſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium, ideſt locus venerabilis, in quo pauperes, & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Brephotrophium, ideſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur.]

II. [a] Si princeps voluerit rem immobilem ſancto loco (20) præſtare, & accipere ab eo [21] aliam immobilem [22] rem; & eo modo permutationem contrahere: liceat hoc facere ei divina pragmatica (23) ſanctione ab eo (24) promulgata. Cap. 1. De rer. perm.

III. (b) Emphyteuſeos contractum ſub hac obſervatione (25) ſanctus conſtituat (26) locus: ut vivo quidem eo, qui (27) contrahit, maneat omnimodo [28] emphyteuſis; mortuo autem eo, ad heredes ejus tranſmittatur, ſi forte filii ſunt (29) ſive maſculi, ſive feminæ; aut ſi nepotes ſint, ſive neptes, aut ſi uxor ſit, vel maritus; ſi ſpecialiter mariti, vel uxoris nomen expreſſum fuerit (30): alioquin ad aliam perſonam emphyteuſeos contractus non tranſeat; ſed uſque ad vitam contrahentium extendatur, niſi filios (31), filiaſve, nepotes, nepteſve habeant. Procedere autem emphyteuſis debet prius requiſitione cum omni veritate, atque ſubtilitate habita in reditu eo, qui ad id tempus fuerat, in quo ad ſacroſanctam eccleſiam res perveniſſet; & ejus reditus ſexta portio remittatur (32) ei, qui emphyteuſim contrahit. Sin autem deminutus fuerit ex aliquo caſu reditus prædii: duorum alterum (33), vel ſub eodem reditu, qui tunc [34] inveniatur [35], ſine ulla diminutione is, qui contrahit, accipiat prædium, vel ad contractum omnino non accedat. Melius enim eſt locare prædia ſanctorum locorum quam ſub hujuſmodi deminutionibus contractus emphiteuſeos facere. Sin autem eccleſiaſtici proaſtii emphyteuſis contrahatur pretioſiſſimi quidem, ſed tamen viliſſimum reditum habentis: non oportet emphyteuſeos contractum ad reditus [36] quantitatem metiri: ſed æſtimatio proaſtii fiat, & inſpiciatur reditus, qui per viginti (37) annos comparari poteſt ex pretio proaſtii:

[1] Greg. IX. *comminatur.* (2) *ut is.*
(3) Ivo parte 17. *comparaverit.* alii, *comparat.* (4) Ivo, ibid. *loco venerabili reddat, cujus & antea fuerat.* A. Idem parte 3. *loci venerabilis, reddat ei, cujus & ante fuerat.* alii, *loco venerabili reddat eam, cujus antea fuerat.* alii, *loco venerabili reddat eam, cujus antea fuerat.* (5) *aliiſque.* Ivo.
(6) Ivo, parte 3. *vel ſi eccleſiam damno affecerit.* Idem parte 17. *vel qui eccleſiæ damnum effecerit, a miniſterio ſubmoveatur.* alii, *vel quod eccleſiæ damnum effecerit.* alii, *vel eccleſiam damni affecerit.* alii, *vel eccleſiæ damnum affecerit.* (7) Ivo, parte 3. *ſed ſucceſſores ejus.* alii, *ſed etiam conſortes eorum.*
(8) Ivo parte 17. *hac lege teneantur.*
(9) *ſive archiœconomus.* Ivo ibidem.
(10) *Tabelliones.* (11) Ivo, *conſcripſit.* alii, *conſcripſerint.* (12) Ivo, *admiſerunt.* alii, *admiſerint.* (13) Ivo, *dederunt.*
(14) *vel.* (15) Ivo, *acta.* A. (16) *Excepit.*
(17) *exponemus.* (18) *per quos.* Ivo. A.
(19) *omnes*, ibid. v. 36. (20) Burch. Bern. & Greg. IX. *ſanctis locis.*
(21) Greg. *ab eis.* (22) Greg. *immobilem, eoque modo de communi voluntate.* alii, *rem immobilem, & eodem modo.* (23) Greg. IX. *ſi cauſa rationabilis id expoſcat; & res, quam præſtiterit, major fuerit, vel æqualis; pragmatica &c.* Ivoni, & aliis deſunt hæc: *divina pragmatica ſanctione ab eo promulgata.*
(24) Greg. *ſuper hoc.* (25) *forma.*
(26) *contrahat.* (27) *eo cum quo* (28) *omnino.*
(29) *ſint.* A. (30) *expreſſum ſit nomen.*
(31) *niſi forte filios.* (32) *ſextam portionem remittant.* (33) *alterum fiat.* A.
(34) *qui nunc.* (35) *invenitur.*
(36) *ad fructuum.* (37) *triginta.*

(a) Refert idem Ivo *d. parte 3. c.* 184. ex ead. conſt. 7. *cap.* 2. & Burc. *d. lib.* 3. *cap.* 265. ex dicto concilio *cap.* 6. & Bernard. Papienſ. *cap.* 1. *de rer. permutatione.* ex eod. concilio, a quo ſumpſit Greg. IX. *cap.* 1. *eod. tit.* Vide auth. Sed & permutare. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Sed & permutare.
[b] Vide auth. Perpetua. & auth. Qui rem. C. *de ſacroſ. eccl.* quarum verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Perpetua. & §. Qui rem.

ſtii: & tantum reditum dare ſe paciſcatur is, qui emphyteuſim contrahit; ita tamen ut etiam in hoc caſu non in perpetuum contractus extendatur: ſed ſecundum obſervationem, quam ſuperius diximus. Sciant autem hi, qui emphyteuſim contraxerint [1]; quod placito [2] reditu ab eis per biennium (3) non dato licentia libera præſtatur ſanctorum locorum adminiſtratoribus & prædia abſtrahere, & nihil emponematum nomine præſtare. Emponemata autem dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata ſunt. Sin autem deteriorem agrum fecerit; cogatur de ſuo ſumptus (4) dare, & reſtituere in priſtinam (5) prædii faciem [6], & ad hoc ſubiici debent non ſolum ipſe, ſed etiam heredes ejus, vel ſucceſſores, vel bonorum poſſeſſores, & bona ejus: ita tamen ut debitum quoque reditum ſine aliqua dilatione, vel deminutione reddere compellantur. Id autem quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non ſolum in integris domibus, vel proaſtiis, vel agris, vel hortis: ſed etiam in his, quæ omnino diruta & deſerta, & in area poſita ſunt. Quamvis enim nullum ædificium, nullam materiam habeant: attamen alienari ea prohibitum eſt: niſi forte emphyteuſis ad tempus ſecundum antefatam diviſionem in tres perſonas fuerit facta. Ne autem (7) aliqua circumſcriptio fiat: jubet Conſtitutio duos primates mechanicorum, vel architectorum in civitate CP. una cum religioſis œconomis, & quinque reverentiſſimis presbyteris, & diaconis duobus, præſente & ipſo beatiſſimo Archiepiſcopo: vel (8) in provinciis duos nobiles vel mechanicorum, vel architectorum, aut unum, ſi unum tantum habeat civitas; pervenire (9) oportet ad loca (10) & divinis antepoſitis ſcripturis definiri ab eiſdem architectis, quantum debeat ſuper eodem loco diruto ſacroſanctæ præſtari eccleſiæ ab eo, qui (11) emphyteuſeos contractum procedere velit (12). Et ſub his pactionibus inſtrumenta emphyteuſeos componantur: ut (13) is, qui contraxerit (14) emphyteuſim, & ædificet, & materiis utatur; ſi quaſdam materias dirutus (15) habeat locus: & tranſmittat (16) contractum duobus ſucceſſoribus ſuis ſecundum prædictam obſervationem: poſteaque prædium redeat ad ſacroſanctam eccleſiam, vel ad alium venerabilem locum, qui ſub titulo emphyteuſeos rem immobilem dederit (17). Tribus perſonis defunctis omnimodo (18) prædium ad venerabilem locum redeat. Nam & illam pactionem, immo magis callidam machinationem reiiciendam (19) eſſe, Conſtitutio jubet: ideſt ſi pactus (20) fuerit cum œconomis (21) & religioſo Epiſcopo, & aliis perſonis, quas enumeravimus, is qui emphyteuſim contrahit (22): ut etiam tribus perſonis defunctis nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ab eccleſia capere, & aliis perſoniis anteponi. Talem enim conventionem, utpote callide factam, Conſtitutio reprobavit.

IV. Sin autem voluerit aliquis rem immobilem eccleſiaſticam vel ptochicam utendi fruendi cauſa accipere: eo modo faciat contractus (23), quo Divi Leonis Conſtitutio ſtatuit. Oportet enim fructuarium divitem conſtitutum & rerum immobilium Dominum aliam rem jure dominii dare ſacroſanctæ eccleſiæ, vel alii venerabili loco, a quo uſumfructum appetit (24). Ita tamen ut res immobiles, quas ipſe pro uſufructu præſtat, non minorem reditum habeant, quam uſus fructus eſt (25) rei immobilis ad ſacroſanctam eccleſiam, vel alios venerabiles locos (26) pertinentis: ita tamen ut (27) res omni modo, quam utendi fruendi cauſa accepit (28), vel mortuo eo ad ſanctum redeat locum; vel adhuc vivo eo, ſi forte uſque ad certum tempus uſusfructus ei conſtitutus (29) eſt. Impleto enim tempore neceſſe eſt uſumfructum extingui. Nulla autem licentia ſit in tantum tempus protelare; ut etiam poſt mortem fructuarii res immobiles ad ſanctum locum non redeant. Nam modis omnibus defuncto fructuario pleno jure fundus ad eccleſiam redire debet. Ita tamen ut etiam illæ (30) res, quas de ſuo patrimonio ab initio fructuarius ad locum ſanctum (31) dedit, maneat [32] firmiter nulla machinatione abſtrahendæ (33).

V. (a) Si quis contra ſaluberrima jura [34] præſentis Conſtitutionis rem immobilem loci venerabilis comparaverit: primum quidem rei æſtimationem amittat, & rem, quam inlicite emerit (35), reſtituat cum omnibus emolumentis ejus, quæ [36] in medio tempore facta ſunt (37), & omnia lucro eccleſiæ, vel alterius loci venerabilis cedant. Et nullam habeat ipſe contra eccleſiam actionem: ſed tantum adverſus œco-

(1) *contraxerunt.* [2] *ſi placitus reditus, &c. non datur.* (3) Hæc verba deſunt aliquibus. (4) *de ſuo ſumptu.* (5) *priſtinam.* (6) *formam.* (7) *Ne forte.* (8) *& in.* A. (9) *venire.* (10) *ad locum.* (11) *eo, qui ad.* (12) *vult.* alii, *voluit.* (13) *& is.* (14) *contraxit.* (15) *dirutas.* [16] *tranſmittatur contractus.* (17) *dedit.* [18] *omnino.* (19) *removendam.*

(20) *ſi pactum.* (21) *œconomo.* A. (22) *contraxit.* [23] *faciat contractum.* alii, *fiat contractus.* (24) *accepit*, forte, *accipit.* (25) *ſit uſusfructus.* (26) *& alia venerabilia loca.* (27) *ut illa res.* (28) *accipiat.* (29) *relictus.* (30) *illa res, quam.* (31) *loco ſancto.* A. (32) *maneat.* (33) *abſtrahenda.* (34) *monita.* (35) *comparavit.* (36) *quæ.* (37) *peracta ſunt.*

[a] Refert Ivo *d. parte* 3. *cap.* 185. decreti ex conſtit. 7. *c.* 5. Vide auth. Qui res. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Qui vero res.

œconomos, vel alias (1) venditorum perſonas ex empto judicium moveat. Nam venditorum patrimonia emptori ſubjecta eſſe æquum eſt. Hæc, ſi (2) venditio contra præſentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta ſit. Alioquin ſi donatio facta fuerit: tunc is, qui liberalitatem interdictam accepit, non ſolum ipſam rem cum fructibus ſuis & cauſis venerabili loco reſtituat (3); ſed etiam aliud tantum, quantum accepit, pœnæ nomine præſtet ſanctiſſimo loco, cujus res donata fuerit ab his, qui res ejus adminiſtrant. Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis: tunc & rem, quam accepit, reddat; &, quam ipſe dedit, amittat: actione ei (4) ſcilicet adverſus perſonas, & patrimonia eorum conſervanda, qui cum eo contraxerint (5). Excepto videlicet Principe, cui ſecundum præfatam ſuperius diviſionem permutationem facere rerum immobilium cum ſacroſanctis locis (6) permiſſum eſt. Sin autem pignus creditor ad corporalem detentationem acceperit; & res immobilis ſit, quæ pertinet ad eccleſiam, vel ad alios venerabiles locos (7), veluti domus, vel proaſtium (8), vel ager, vel hortus, vel panes civiles, vel mancipia ruſtica; nam ea quoque veluti membra rerum immobilium ſunt: ſi quis igitur (9) horum aliquid pignoris nomine corporaliter accepit (10): primum quidem neque ſortem quam dedit, neque uſuras, quas forte ſtipulatus eſt, exigat; deinde etiam ipſam rem cum ſuis emolumentis venerabili loco reſtituat. Sed in hoc (11) caſu adverſus œconomum (12), vel alios adminiſtratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia hæc, quæ diximus, etiam in mulierum monaſteriis, vel aſceteriis obtinere oportet.

VI. (a) Si quando (13) neceſſaria cauſa & inexcuſabilis (14) immineat (15), ut mutuam pecuniam accipiat (16) venerabilis locus: liceat œconomis etiam res immobiles obligare pignoris jure; ita tamen (17) ut corporaliter creditoribus non tradantur.

VII. Si quis emphyteuſeos contractum in eccleſiaſtica re, vel alterius venerabilis loci contraxerit in perpetuum: primum quidem id, quod actum eſt, pro infecto habebitur (18); deinde tantum eum in unoquoque anno perpetuo præſtare ſanctiſſimo (19) loco oportet; quantum præſtitiſſet, ſi ab initio legitima emphyteuſis eſſet: nullo remanente apud eum ex his rebus, quæ fruſtra ei emphyteuſeos occaſione præſtita ſunt. Res enim ipſas cum ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet. Tabelliones autem, qui (20) contra leges (21) emphyteuſeos inſtrumenta receperint, irrevocabili puniantur exilio; & nunquam (22) redeant, nec ſi divina ſanctio promulgata fuerit. Nam nec magiſtratibus audaci ſpiritu (23) talia inſtrumenta vel dictare, vel facta admittere, & monumentis publicis (24) inferre (25), vel confirmare debent. Nam ſi aliquid tale deliquerint: non ſolum honore, ſed etiam dignitate & patrimonio (26) cadant.

VIII. (b) Iidem (27) pœnis coerceri oportet etiam illos (28), qui ſancta vaſa, ſive ſacra dona (29) contra legem vel pigneraverint (30), vel diſtraxerint, vel conflaverint, vel quocumque modo alienaverint: excepta videlicet captivorum redemptione. Eandemque obſervantiam jubet Conſtitutio obtinere (31) & in alienatione panum civilium.

IX. (c) Nulli (32) liceat per pragmaticam ſanctionem aliquid eorum (33) capere, quæ ſacroſanctis eccleſiis, aliiſque venerabilibus locis competunt: ſcilicet ſi (34) immobiles ſint: vel mobiles quidem (35), ſed quæ alienari non poſſunt. Sin autem Quæſtor magnificus tale reſcriptum dictaverit, vel cæteri magiſtratus intimationem pragmaticæ formæ receperint: unuſquiſque quinquaginta librarum auri pœna multetur. Sin autem religioſi Epiſcopi talem (36) pragmaticam ſanctionem contempſerint: ſine periculo contempſiſſe ſe (37) cognoſcant. Nam ſi receperint eam (38), etiam epiſcopatus honorem amiſſuros ſe non dubitent. Ea autem locari vel emphyteuſeos titulo dari oportet ſola, quæ adminiſtratorum arbitratu videantur tali aliquo (39) indigere.

Si quis in potentatu conſtitutus divinam pragmaticam ſanctionem impetraverit cogentem œconomum, vel alios adminiſtratores venerabi-

(1) *& alias.* (2) *Hoc ſi.* (3) *ad venerabilem locum pertinentem reſtituat.*
(4) Ivo, *actione.* alii, *actione ejus.*
(5) *quæ cum eo contraxerunt.* Ivo.
(6) *eccleſiis.* (7) Ivo, *vel ad alia venerabilia loca.* alii, *vel alia venerabilia loca.*
(8) *pratum.* Ivo. (9) Ivo, *Si quis.*
(10) Ivo, *acceperit.* (11) *Sed & in hoc.* Ivo. (12) *œconomos.* (13) *Si qua.* Ivo.
(14) *inextimabilis.* (15) *imminet.* Ivo.
(16) *capiat.* Ivo. (17) *tamen.* Ivo.
(18) *haberi.* alii, *habeatur.* (19) *venerabili.* A.. (20) *autem ſi.* (21) *contra legem.*
(22) *ut numquam.* (23) *audere.* alii, *audire.* (24) *& in publicis monumentis.*
(25) *inſerere.* (26) his verbis aliqui libri carent. (27) *Eiſdem.* Ivo. (28) *eos.*
(29) *ſancta dona.* (30) *pigneraverit &c.* Ivo. (31) *teneri.* (32) *Nemini.*
(33) *aliquid.* Ivo. (34) *ſive*
(35) *quæ.* (36) *tales pragmaticas ſanctiones.* Ivo. (37) Ivo, *contempſiſſe.* alii, *ſe contempſiſſe.* (38) *eas.* Ivo.
(39) *tale aliquid.*

(a) Refert idem Ivo *c.* 186. *d. parte* 3. ex *cap.* 6. ejuſdem conſtitutionis.
[b] Refert idem Ivo *cap.* 187. ejuſdem partis, ut ex *cap.* 8. *d.* conſtit. 7.
[c] Refert etiam Ivo *d. parte* 3. *cap.* 188. ex *c.* 9. ejuſd. conſtit.

bilium locorum ea, quæ ab eis (1) neque locata, neque emphyteuſeos titulo (2) data ſunt, ſibi locari, vel emphyteuſeos nomine dari: pœna ſacrilegii teneatur.

X. (a) Nemini liceat in poſterum cujuſcumque (3) monaſterii venditionem impiam, vel donationem, vel permutationem contrahere: ubi & altare conlocatum eſt, & ſacra (4) miſſa facta, & monachica converſatio. Sin autem aliquid tale admiſſum fuerit: & id, quod factum eſt, pro infecto habebitur (5); & is, qui accepit, pretium (6) amittat; & is, qui diſtraxit (7), rem & pretium reddat ſacroſanctæ eccleſiæ, & venerabilibus monaſteriis (8): quorum curæ (9) erit alienatum contra leges (10) monaſterium, rurſum in priſtinum ſtatum reducere (11). Nulli autem liceat (12) nec titulo (13) pignorum, nec (14) hypothecarum ſacroſanctum obligare monaſterium. Nam etſi tale aliquid admiſſum fuerit, refutari oportet: ut iterum in ſanctiſſimo monaſterio ſacra procedat miſſa (15).

XI. [b] Si quis ſterilem agrum cuique (16) venerabili loco donaverit, vel vendiderit: contractus nullius erit momenti. Nam & donatione, & quavis alienatione reſciſſa cogatur donator, aut venditor rem ſuam recipere, quam calliditate & fraude (17) videtur dediſſe; ut exoneret (18) ſcilicet ſuum [19] proprium patrimonium. Œconomus autem, vel quicumque alius adminiſtrator venerabilis loci omne damnum, quod ex hujuſmodi (20) illicito actu contigerit, reſarciat (21) ei, qui cum eo contraxit ſecundum ea, quæ ſupra diximus (22). Liceat autem unicuique ex populo, ſi viderit præcepta propoſitæ Conſtitutionis neglecta, ad Imperatorem (23) referre, & calumniatoris notam evadere. Omnibus autem permiſſum eſt, ubique [24] magiſtratus gerentibus, ſive majorem, ſive minorem poteſtatem habeant, omnia præſentis Conſtitutionis capitula cuſtodire.

NOVELLA VIII. (c)

I. OMnes Magiſtratus ſine pecunia creari (25) decernimus: ut neque impune aliquid detur; neque ſine punitate (26) aliquid a ſubjectis exigatur.

„ II. Vicarius Aſianæ Regionis, & Præſes „ Phrygiæ Pacatianæ Comes Phrygiæ Pacatianæ nominetur, & habeat tam vicarii, quam „ præſidis honorem, & utriuſque Magiſtratus „ annonas, & capita habeat, & una tantum „ apparitione utatur: permixta tamen ab u„ troque magiſtratu. Agat autem curam & „ tributorum exactionum. Sed & apparitio ejus „ duplices annonas, & capita habeat. Comes „ autem Phrygiæ Pacatianæ nullam habeat „ communionem in Aſiana Diœceſi, ſed ha„ beat quidem Comitis Phrygiæ Pacatianæ „ nomen: nullam autem habeat juriſdictio„ nem extra territorium Phrygiæ Pacatianæ.

„ III. Qui ante Vicarius Ponticæ vocaba„ tur, modo Comes Galatiæ primæ nomine„ tur, & in milites habeat poteſtatem, & u„ triuſque Magiſtratus annonas accipiat, id„ eſt tam civiles, quam militares. Ultra ter„ ritorium autem primæ Galatiæ nullam ha„ beat poteſtatem. Utriuſque autem Ponticæ „ magiſtratus apparitores miſceri oportet, & „ Comitianam appellari, & periclitari cum ſuo „ Comite in exactionibus tributorum.

IV. * Nemo magiſtratus civilis, vel militaris in municipiis (27) ejus provinciæ, cui præeſt, vicarios ſuos audeat mittere. Sed ſi quis tales [28] fecerit magiſtratus, honore cadat.

* *Hoc cap. II. eſt Aug.*

„ V. Magiſtratus Comitis Orientis, & Præ„ ſidis Antiochiæ unus ſit, & utriuſque ap„ paritores miſceantur, & Comitiana appari„ tio appelletur: & primam Syriam habeat „ tantum Comes Orientis, dummodo etiam „ illam regionem habeat, quæ Kyreſtica vo„ catur. Habeat autem & utriuſque magi„ ſtratus annonas, & curam agat in tributo„ rum exactionibus, & ut populares ſeditio„ nes compeſcat, & civilem ordinationem „ conſervet.

VI. * Omnes privatos homines ſuppoſitos [29] eſſe Conſtitutio jubet omnibus provinciarum Præſidibus tam in pecuniariis, quam in criminalibus cauſis. Hi autem [30], qui a CP. civitate deſcendunt [31], cujuſcumque judicis cal-

* *Hoc cap. III. eſt Auguſtino: quæ ſequuntur autem IV. V. VI.*

(1) *quæ aliis.* (2) *nomine.* (3) *cujuſquam.* Ivo. [4] Ivo, *ſacræ miſſæ factæ.* alii, *ſacra miſſa.* [5] *habeatur.* (6) *prædium amittat.* [7] Ivo, *diſtraxerit, & rem.* A.
(8) ſorte, *venerabilibus monachis.* A.
(9) Ivo, *quorum cura erat, ut.* alii, *quorum cura erit.* alii, *& iis, quorum cura erit, ubi.* [10] *contra legem.* (11) *reducerent,* Ivo. [12] Ivo, *licentia ſit.* (13) *titulo.* alii, *vel titulo.* (14) *vel hypothecarum.*
(15) *ſacræ procedant miſſæ,* Ivo. alii, *ſancta procedat miſſa.* [16] *cuicumque.* A.
(17) *vel fraude.* (18) *ut exoneraret.*
(19) *ſuum.* (20) *ex hoc.* (21) *reſarcies.*
(22) *dixit.* (23) *ad Epiſcopum.*
(24) *ubicumque.* (25) *creandos.*
(26) *punitione.* A. (27) *municipiis.* A.
(28) *tale quid fecerit, magiſtratus.* A.
[29] *ſubjectos.* (30) *& ut ii.*
(31) *deſcenderunt.*

[a] Refert Ivo *d. cap.* 188. Vide Auth. Multo magis. C. *de ſacroſ. eccl.*
(b) Vide auth. Sicut alienatio. C. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Sicut. 10. *q.* 2.
(c) Eſt in libro Auth. duplex conſtitutio ſecunda, & tertia collationis 2. titulo *Ut judices ſine quoquo ſuffragio fiant*: & titulo *Juſjurandum, quod præſtatur ab iis, qui adminiſtrationem accipiunt.* Huic eidem ſecundæ conſtitutioni conjungitur Edictum primum Juſtiniani in eodem libro. In Norico etiam, ut duæ Conſtitutiones editæ ſunt & græce, & latine ab Haloandro, conſtitutio hæc 8. Et Juſjurandum illud, ut. 9. conſtit.

calculos, vel juſſiones habeant; ſubjecti ſint provinciarum Præſidibus: ut non audeant ſportularum nomine aliquid exigere ſupra modum ſacris Conſtitutionibus ſtatutum. Hoc enim ſi contempſerit Præſes, de ſua ſubſtantia reſarcire damna provincialibus cogatur. Liceat autem eis de hujuſmodi injuriis [1] referre non ſolum majoribus magiſtratibus, quibus ſuppoſiti ſunt hi, qui ſportulas inlicitas exegerint; ſed etiam ipſi Imperatori. Licearque Præſidibus; ſi viderint eos, qui calculos, vel juſſiones habent, quod iojuſte, vel violenter verſati fuerint; refrenare, & non timere neque digniratem eorum, neque cingulum, quo forte decorantur. Oportet autem unumquemque, qui magiſtratum geſturus eſt, ante quam honorem ſuſcipiat, dare ſacramentum: quod neque dedit alicui pecuniam, neque lucrum impium capturus eſt. Si quis aurem ab eo aliquid (2) accipiat ultra ea, quæ Conſtitutio ſtatuit: in quadruplum boc reddat. Curam autem agat Præſes provinciæ & in exactionibus tributorum: eaque exigere debet, non cum ſeveritate; niſi forte contumaces ſint hi, qui tributa debent. Habeat autem adſeſſores circa ſe æquos, & juſtos, & non inclinantes ad lucrum. Quod ſi quis dederit aurum, ut magiſtrarus fiar; poſteaque in ſurto convictus ſit in ipſo magiſtratu: & publicabuntur bona ejus, & in exilium mittendus erit, & corporales coertiones patietur. Nam Epiſcopum (3), & primates civitatum, ſi viderint judicem injuſte converſari, preces Imperatori porrigere oportet: ut cum (4) principali indignatione Præſes pœnas impius luat.

VII. [a] Præſes provinciæ, poſtquam deſierit eſſe Præſes, in eadem provincia quinquagiota dies ibi faciat, & publice parear (5), & omnes excipiat actiones. Quod ſi ante quam quinquaginta dies prætereant, abſcooderit ſe: liceat unicuique & renere eum in proviocia; & omne, quod furatus eſt, ab eo repetere, præſente tamen Epiſcopo, & rem diſcerneote. Quod ſi anre quinquaginra dies ſugerit, & comprehenſus fuerit ſive in Conſtanrioopolitana civitare, ſive in alia quacumque regione: retraharur ad eam provinciam, cui præerat; & ea, quæ furatus eſt, in quadruplum reddat [6]. Hæc autem tota licentia provincialibus data eſt; ſi in ſurto Præſidem arguere maluerint. Nam in aliis cauſis ante dicta obſervatio (7) ceſſat.

VIII. Nemo autem neque in criminali cauſa, neque in tributorum exactione, oeque in populari ſeditione a præſide (8) provinciæ tentus fori præſcriptione utatur. Ur autem in omnibus exequi (9) poſſit præſes provinciæ: & milites, qui io provincia ſedent (10), ſubiiciantur ei. Quod ſi milites [11] non obtemperaverint: & annona eorum prohibebitur (12) & militiam ſuam amittent, & corporales pœnas ſubſiſtent (13).

IX. Cumque in provinciis Præſides juſti mittaotur: ſuperfluum eſt Latrunculatores mirtere, ut [14] eos, quos Viocolytas, ideſt eos, qui violentias prohibent; vel Aphopliſtas vocant, ideſt eos, qui privatis hominibus arma habere concedunt (15); ne rapinas, aut cædes faciant. Sed neque Magiſtro Militum Orientis, vel aliis magiſtratibus licebit Latrunculatores, vel Viocolytas, vel Aphopliſtas, vel alios ſimiles eis io provincias mittere. Sin autem aliquid tale perpetretur: hi, qui miſſi ſunt, præſidali poteſtati ſupponantur; & ultimum periculum patiantur, poſtquam hoc ad Imp. fuerit relarum. Hi aurem, qui miſerint eos; triginta librarum auri pœna coerceantur. Is aurem, qui magiſtrarus creatur, ſiquidem in CP. civitare, præ oculis Imperatoris (16), vel Præfecti Prætorio (17), & comitis rerum Privatarum, & Cubicularii: ſin autem in provincia magiſtratum accipiat: ante metropolitanum, & primates civitatis jurare debet. Jubet [18] Conſtitutio & Defenſores civitatum nihil omnino vel dare, niſi uſque ad LX. (19) ſolidos; vel accipere, niſi publicas annonas, ſi quæ ſint [20].

NOVELLA IX. (b)

PRæſens Conſtitutio jubet quidem ſanctiſſimam eccleſiam Romanam centum anoorum præſcriptione ſolum in ſuis actionibus poſſe removeri (21). Nibil autem [22] de ea latius exponimus, quia innovata eſt ab alia Cooſtitutione, quæ data eſt, Conſule Biliſario.

NO-

[1] *& de his.* (2) *aliquid.*
(3) *Nam & Epiſcopi.* (4) *debent, ut.*
(5) *appareat.* (6) *reſtituat.*
(7) *obſervantia.* (8) *apud Præſidem provinciæ conventus.* A.
(9) *omnibus cauſis, & juſtitia exequi.* alii, *omnibus cauſis exequi.* (10) *reſident.*
(11) *& ſi milites ei.* alii, *& ſi ei.*
(12) *eorumdem militibus prohibeatur.* alii, *eorum prohibeatur.*
[13] *amittant, & corporali pœna ſubſiſtant.* alii, *amittant, & corporales pœnas ſubſtineant.* A. (14) *& eos.*
(15) forte, *non ſinunt.* A.
[16] *Prætoris, vel Imperatoris.*
(17) *Prætorii.* (18) *Jubet autem.*
(19) *ad XL.* [20] *ſunt.*
(21) *ſubmoveri.* (22) *Nec etiam.*

[a] Vide auth. Si vero. C. *ut omnes judices.*
(b) Hæc ſunt verba Juliani.

NOVELLA EADEM. (*a*)

Ut eccleſia Romana centum annorum habeat præſcriptionem. (1)

Idem A. *Joanni viro beatiſſimo* (2), *ac ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & Patriarchæ veteris Romæ.*

ET legum [3] originem anterior Roma ſortita eſt: & (4) ſummi pontificatus apicem apud eam eſſe nemo eſt, qui dubitet. Unde, & nos neceſſarium duximus patriam legum, fontem ſacerdotii ſpetiali noſtri numinis lege inluſtrare: ut ex hac in totas (5) catholicas eccleſias, quæ uſque ad Oceani fretum (6) poſitæ ſunt, ſalubertimæ legis vigor extendatur: & ſit totius Occidentis, nec non Orientis (7), ubi poſſeſſiones ſitæ inveniuntur, ad eccleſias veſtras (8) ſive nunc pertinentes, ſeu poſtea eis adquirendæ, lex propria ad honorem Dei conſecrata. Cùm enim antiqua jura triginta annorum metis temporales exceptiones circumcludebant (9); & ſi hypotheca ſuerat, paulo longiora eis ſpatia condonabant: nos ſacroſanctas Eccleſias hujuſmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus; & maxime (10) in his rebus, in quibus vel læſionem ſuſtinuerint (11), vel quicquam debeatur. Sed centum tantummodo annorum lapſu temporalem exceptionem eis opponi ſanctimus: ut maneant per totum ſupradictum (12) tempus integra jura eccleſiaſtica; & non poſſit eis alia præter centum annorum obviare exceptio: cum hoc tempus, vitæ longævi hominis plerumque finis eſſe dignoſcitur (13). Habeat itaque veſtra ſanctitas (14) hanc legem catholicis totius Occidentis eccleſiis profuturam; & in Orientales partes propagandam, in quas (15) aliquid ſacroſanctæ veſtræ eccleſiæ poſſident (16): ut ſit Deo omnipotenti dignum donarium divinarum rerum tuitio; nec iniquis hominibus impium remaneat præſidium; & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur. Sed ille ſervetur innocens, qui revera innoxius ſit, nec improba allegatione temporis ſeſe tueatur [17] tempus pro puritate prætendens. Quod igitur noſtra æternitas ad omnipotentis Dei honorem venerandæ ſedi ſummi apoſtoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terræ, omnes inſulæ totius Occidentis, quæ uſque ad ipſos Oceani receſſus extenduntur, noſti imperii providentiam per hoc in æternum reminiſcentes. Hujuſmodi legis (18) prærogativam, ſicut ſupra dictum eſt, non ſolum in Occidentalibus partibus Romanæ Eccleſiæ condonamus: ſed etiam in Orientalibus [19], in quibus eccleſiaſticæ urbis Romæ poſſeſſiones ſunt, vel poſtea ſuerint. Scilicet omnibus judicibus majoribus (20) & minoribus, qui Chriſtiani, & orthodoxi ſunt, hanc (21) noſtram Conſtitutionem ſervantibus, nihilominus hujus legis (22) temeratoribus poſt cœleſtes pœnas etiam legitimum ſemper vigorem pertimeſcentibus, pœnam (23) quinquaginta librarum auri, ſormidantibus hac lege non ſolum in poſtea (24) emergentibus cauſis ſuum tenorem exercente; ſed etiam in his, quæ jam in judicium ſunt deductæ. Sanctitas itaque tua præſentem noſtræ manſuetudinis legem piiſſimam, ſive ſacroſanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens; intra (25) ſacratiſſima vaſa reponat, & a vobis [26] ſervandam, & omnes (27) eccleſiaſticas poſſeſſiones ſervaturam (28). Dat. CP. VI. * K. Mai Biliſar. V. C. COS. * *XVIII.*

NOVELLA X. (*b*)

HÆC Conſtitutio jubet referendarios quattuordecim, qui nunc ſunt, eſſe. Donec autem ad octo (29) veniant (30); non liceat alium adicere: ut ſtatutus numerus eorum octo ſit.

NO-

[1] *gaudeat præſcriptione.* [2] *beatiſs.*
[3] *Ut legum.* [4] *eſt: ita &.*
[5] *in univerſas.*
(6) *ad Oceanum fretum.* alii, *ad Oceanum.*
(7) *nec non & Orientis.*
(8) *noſtras.* (9) *concludebant.* (10) *manime.*
(11) *ſuſtinuerunt.* (12) *prædictum.*
(13) *dignoſcatur.* A. [14] *ſanctitas tua.*
[15] *in quibus.* A. (16) *noſtræ eccleſiæ poſſident.* alii, *poſſident eccleſiæ.*
(17) *ſe tueatur.* [18] *Hujus legis.* A. alii, *Hujuſmodi autem legis.*
[19] *Orientalibus partibus.*
(20) *& majoribus.*
(21) *ſunt, vel poſtea fuerint, hanc.*
(22) *hujuſmodi legis.* [23] *& pœnam.*
(24) *in.* (25) *inter.* A. alii, *intro apud.*
(26) *a nobis.* (27) *& in omnes.*
(28) *ſervituram.*
[29] *uſque ad octo.* (30) *perveniant.*

(*a*) Hoc initium latine ſcriptum invenio in græcis libris, in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum: unde apparet latinam fuiſſe hanc conſtitutionem; quæ in libro Authent. eſt conſt. 4. collat. 2. titulo *Ut eccleſia Romana centum annorum habeat præſcriptionem.* Eandem Haloander latinam edidit, ut decimam conſtitutionem, Agylæus melius, ut nonam. In græcis libris ſignificabatur, quid hac conſtitutione contineretur; eamque Novella conſt. 3. abrogari: quod Julianus etiam affirmat; ſed id hodie non obtinet. Vide auth. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccleſ.*

[*b*] Hæc eſt in libro authent. conſtit. 5. collat. 2. titulo *de Referendariis ſacri palatii.* Eam græce & latine edidit Haloander, ut 11. conſtit.

NOVELLA XI.

* *Nova in Pith. lib. eſt præſ. Conſt. habetq. titulum:* Ut Civitates circa Viminacium &c.

HÆC * conſtitutio jubet, civitates, quæ ſunt circa Viminacium, quas ditione ſua noſter Imperator ſubjugavit, eas igitur jubet poteſtati eſſe ſubjectas Archiepiſcopi ſui proprii, & non eſſe in poteſtate Theſſalonicenſis Epiſcopi. Dat. VI. Kal. Maii Conſ. Beliſarii.

NOVELLA EADEM.

De privilegiis Archiepiſcopi Primæ Juſtinianæ [1].

Idem A. Caſtellioni (2) *viro Beatiſs. Archiepiſcopo Primæ Juſtinianæ.*

MUltis (*a*) & variis modis noſtram patriam augere cupientes, in qua prima (3) Deus præſtitit nobis ad hunc mundum, quem ipſe condidit, venire. Et circa ſacerdotalem cenſuram eam volumus maximis incrementis ampliare: ut primæ Juſtinianæ patriæ noſtræ [4] ſacroſanctus Antiſtes non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat; & certæ [5] provinciæ ſub ejus ſint auctoritate: id eſt tam ipſa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripenſis, nec non Myſia ſecunda, & Dardania, & Præbalitana provincia, & prima (6) Macedonia, & pars ſecundæ Pannoniæ, quæ cum Urbatenſi [7] eſt civitate. Cum enim antiquis temporibus Sirmii [8] Præfectura fuerit [9] conſtituta, ibique omne fuerat Illyrici faſtigium tam in civilibus, quam in Epiſcopalibus cauſis. Poſtea autem Atilianis [10] temporibus eiſdem locis devaſtatis Aprecinius [11] Præfectus prætorio de Sirmitana (12) civitate in Theſſalonicam profugus venerat. Tunc ipſam Præfecturam & ſacerdotalis honor ſecutus eſt; & Theſſalonicenſis Epiſcopus non ſua auctoritate, ſed ſub umbra Præfecturæ meruit aliquam prærogativam. Cum igitur in præſentia Deo auctore ita noſtra res publica aucta eſt; ut utraque ripa Danubii jam noſtris civitatibus frequentetur: & Biminacium recidiva, & limitata (13), quæ trans Danubium ſunt, noſtræ iterum ditioni ſubacceſſerit (14): neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam Præfecturam in patrimonii noſtri (15) feliciſſima parte (16) collocare. Cum nihil quidem magni diſtat (17) a Dacia Mediterranea ſecunda Pannonia, nec multis (18) etiam ſpatiis ſeparatur ſecunda (19) Macedonia a Pannonia ſecunda. Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes non erat utile Reipublicæ ad primam Macedoniam per tot ſpatia, tantaſque difficultates venire: ideo neceſſarium nobis viſum eſt ipſam Præfecturam ad ſuperiores partes trahere: ut juxta eam provinciæ conſtitutæ facilius ſentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo, & omnes præfatæ Primæ Juſtinianæ ſacroſancti Antiſtites, Archiepiſcopi habeant prærogativam: & omnem licentiam, ſuam auctoritatem Epiſcopis (20) impertiti, & eos ordinare, & in omnibus ſupradictis (21) provinciis primam habere dignitatem, & ſummum (22) ſacerdotium; ſummum faſtigium, quæ a ſe decementur (23): & ſolum (24) Archiepiſcopum habeant: nulla actione adverſus (25) eum Theſſalonicenſi Epiſcopo ſervanda. Sed tu ipſe, & omnes primæ Juſtinianæ Antiſtites ſint ejus judices, & diſceptatores: quidquid oriatur inter eos diſcriminis, ipſi dirimant (26), & finem imponant, & eos ordinent: ne ad [27] alium quempiam (28) eatur; ſed ſuum cognoſcant Archiepiſcopum omnes prædictæ provinciæ: & ejus ſentiant creationem, & vel per ſe, vel per ſuam auctoritatem, vel per aliquos (29) mittendos habeant [30] poteſtatem, omnemque ſacerdotalem cenſuram, & creationis (31) licentiam. Sed & in Aquenſi (32), quæ eſt in provincia (33) Daciæ Ri-

(1) Contius addit: *& ſede. P. P. Illyrico in Pannoniam ſecundam, id eſt Juſtinianam Primam transferenda.* (2) *Caſtelliano.*
(3) *qua primo.* A. (4) *noſtra propter hoc.*
(5) *& cæteræ.* (6) *& ſecunda.* (7) *in Baccenſi.* (8) *Firmii.* alii, *Firma.*
(9) *fuerit.* (10) *Attiliani.* alii, *Antilianis.* forte ab Attila *Attilanis.* A. Vidend. Procop. lib. 4. de ædificiis Juſtiniani Imp.
(11) *Apennius.* alii, *Apenninus.*
(12) *Firmitana.* alii, *Fermatana.* forte *Sirmiana*, vel *Sirmienſi* a Sirmio. A.
(13) Contius, *limina numquam recidua, & litterata.* alii, *Imminatium, Recidua, & limitata.* alii, *Biminacium quoniam recidiva, & litterata.* Locus mendoſus. forte, *frequentetur, & Biminacium: recidiva, & limitata, quæ &c. acceſſerint, vel ſubjecta ſint.* A. Vidend. Procopius d. lib. 4. (14) *ſubjecta ſint.* A. alii, *ſubacta ſunt.*
(15) *in Pannonia in noſtra.* alii, *quæ in provincia noſtra.* (16) *patria.* (17) *diſtet.*
(18) Hæc verba, uſque ad illa [*Et quia*] Contius omiſit. (19) *prima Macedonia.*
(20) *eis.* (21) *ſupra ſcriptis.* (22) *ſummum.* (23) *aſcendere.* Locus mendoſus.
(24) *& te ſolum.* (25) *communione ad.*
(26) *ipſi hoc dirimant.* (27) *nec ad.* A. alii, *& nec ad.* (28) *quærendum.* alii, *quendam.*
(29) *per clericos.* (30) *habeat omnem.* A.
(31) *curationis.* (32) *in Aquis.* alii, *in Aſaquis.* alii, *in Iſaquis.* (33) *provinciæ.*

(*a*) Hoc initio utuntur etiam Græci, in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum. Quo fit, ut latinam fuiſſe credamus; quam hoc loco in veteribus libris Authenticorum invenimus. Haloander ea caruit; cum tamen in Florentino libro, & initium, & epitome ejus legeretur. Primus Antonius Contius eam edidit integram, eum ſecuti poſtea ſunt Hen. Agylæus, & Lud. Ruſſardus. Titulus ejus eſt, *de privilegiis Archiepiſcopi Primæ Juſtinianæ.* Videnda Nov. 131. c. 3. Juliani epitome caremus.

Ripenſis, ordinati volumus a tua ſanctitate Epiſcopum; ut non in poſterum ſub Mediterraneo (1) Epiſcopo ſit conſtituta. Sed Mediterraneus (2) quidem maneat in Mediterraneo (3) nulla communione cum Aquenſi (4) ſervanda. Aquenſis autem Epiſcopus habeat præfatam civitatem, & omnia ejus caſtella, & territoria, & eccleſias: ut poſſit Bonoſiacarum [5] ſcelus vel ex ea [6] civitate & eccleſia [7] expellere, vel in (8) ortodoxam fidem tranſformare. Ut igitur ſciat beatitudo tua noſtri numinis diſpoſitionem: ideo præſentem legem ad tuam venerabilem ſedem tranſmiſimus: ut in perpetuum tale beneficium babeat patriæ noſtræ eccleſia in Dei omnipotentis gloriam, & noſtri numinis ſempiternam recordationem. Quando autem tuæ ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit: pro tempore Epiſcoporum ejuſdem (9) venerabili ſuo concilio Metropolim (10) ordinari ſanctimus: quemadmodum decet Archiepiſcopum omnibus honorum neceſſariis (11) provehi, nulla penitus Theſſalonicenſi Epiſcopo ad hoc (12) communione ſervanda. Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxit æternitas; modis omnibus ad effectum producere [13] non differat.

NOVELLA XII. [a]

I. (b) SI quis nefarium, & inceſtum, atque damnatum (14) matrimonium contraxerit [15]; liberos autem legitimos ex priore [16] matrimonio non babuerit: ſtatim ſuis facultatibus careat; & dos, quæ ei data eſt [17], fiſci juribus [18] vindicetur: poſt publicationem autem & cinguli ſui [19] patiatur amiſſionem, & exilio puniatur. Quod ſi vilior ſit, & corporalibus coercitionibus [20] ſubſiſtat; & uxor ejus [21] contra leges nupta eaſdem pœnas patiatur, ſcilicet ſi nulla juſta excuſetur ignorantia.

II. Sin autem liberi ſint ei, qui [22] inceſtas contraxerit [23] nuptias; illi autem liberi legitimi ſint, quod forte ex alio legitimo matrimonio procreati ſunt [24]: pœna patris [25] ſui juris fiant; & paternas accipiant facultates. Sic tamen ut patri ſuo alimoniam præbeant [26], & quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrent. Hæc autem omnia valeant poſt biennium quam hæc Conſtitutio fuerit intimata. Nam intra biennium omnes quidem [27] inlicitas nuptias, ſi quæ contractæ ſunt, diſſolvi, Conſtitutio jubet ſine pœna eorum, qui nuptias inlicitas contraxerunt. Liberis autem, qui ex hujuſmodi matrimoniis ſunt [28], tres partes paternorum bonorum præſtentur, & quarta fiſco: ſcilicet ſi non ingrati ſint tales liberi, & alii liberi legitimi non ſint. Nam ſi liberi legirimi ſint: tunc quartam quidem partem fiſcus capiat; cætera autem bona inter ſe legirimi liberi, & hi, qui ex inlicito matrimonio nati ſunt, partiantur tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. Mulier autem, quæ contra leges nupſit, ſuam dotem tantum accipiat. Sed hæc omnia intra biennium valeant: nam poſt biennium (29) ſuperiora præcepta [30] valebunt, quæ in primo capite dicta ſunt. Nam ſi poſt biennium in inlicitis nuptiis [31] aliquis permanſerit: pœnis in primo capite dictis ſubiiciatur. Idemque dicimus, & ſi ante biennium novas inlicitas (32) contraxerit nuptias. Nam biennii indulgentia (33) illis præſtita eſt, qui jam contraxerint (34) contra leges matrimonia (35): ut intra biennium ſeparentur. Quod non ſi fuerint ſeparati; ſed perſeveraverint in toto biennio; pœnis primi capitis ſubiiciantur.

III. [c] Si quis cum muliere libera (36) conſuetudinem habuerit, cujus nuptiæ interdictæ non ſunt; & liberos ab eo illa (37) procreaverit; poſteaqae dotalia inſtrumenta compoſuerit ei: non ſolum jam nati liberi (38) legitimi, & in poteſtate ejus ſint; ſed etiam poſtea procreati.

NO-

(1) *Meridiano.* A. Contius addit, *Thraciæ oppido.* (2) *Meridianus.* A.
(3) *in Meridiano.* A. alii, *in Meridio.* alii, *in medio.* [4] *cum Aquis.*
(5) *Bonoſiacorum.* Contius, *Jam eorum.*
(6) *ex ea.* (7) *& terra.* (8) *& in.*
(9) *Archiepiſcoporum ejus a.* forte, *Archiepiſcopum: a.* A. (10) *Metropolitanos.*
[11] *honoratum in eccleſiis.* alii, *honoratum eccleſiis.* (12) *nec ad hoc.* (13) *perducere.* A.
(14) Ivo, parte 9. *damnandum.*
[15] Ivo, ibi. *contraxit.* [16] *ex priore legitimo.* Ivo. (17) *doſque ei data.*
(18) *viribus.* Ivo, in Panorm. (19) *cinguli.* Ivo, parte 9. (20) *corporali quæſtioni.* Idem parte 16. & in Panomr. alii, *& corporalibus coertionibus.* (21) *uxor ei.* (22) *ſint, &.* Ivo.
(23) *contraxerint.* Ivo. (24) *procreati ſint.* Ivo. A. (25) *in pœnam patris.* Ivo.
(26) *alimonias præbeant.* Ivo. alii, *alimonias præbere debeant.* (27) *omnium.*
(28) *matrimonio nati ſunt.* alii, *matrimonio ſunt.* (29) Hæc periodus in veteri libro deeſt, nec ſine cauſa. (30) *jura.*
(31) *inlicitas nuptias aliquis contraxerit.*
(32) *inlicitas.* (33) *biennium illud præſtari oportet.* (34) *jam contraxerunt.* alii, *contraxerunt.* (35) *matrimonium.*
(36) *muliere.* Ivo. & alii. (37) *ab ea.*
(38) *nati filii.* Ivo.

(a) Eſt in libro Authent. conſtit. 6. collat. 2. titulo *de inceſtis, & nefariis nuptiis.* Hanc Haloander græce & latine edidit.
[b] Vide auth. Inceſtas. C. *de inceſt. & inutil. nupt.* Juliani verba refert Ivo Carnot. *parte* 9. *c.* 3. & 4. decreti, ut Nov. 32. *c.* 1. & 2. & *parte* 16. *c.* 122. ejuſd. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 30. Panormiæ.
(c) Vide auth. Quod jus. C. *de natur. lib.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *c.* 34. decreti. ut Nov. conſt. 32. *c.* 3.

Digitized by Google

NOVELLA XIII. [a]

„ QUI antea in urbe Conſtantinopolitana
„ Præfecti vigilum vocabantur, modo
„ Prætores populi nominentur, & ſeditiones
„ plebis compeſcant, & codicillos honoris
„ divina manu piiſſimi Principis accipiant;
„ fiant ab inluſtribus, vel Comitibus Conſi-
„ ſtorianis, vel ex his, qui magiſtratus in pro-
„ vinciis geſſerunt. Habeant autem & unum
„ conſiliarium ſinguli, & annonarum nomine
„ denas auri libras per ſingulos annos. Sin
„ autem incendium, in urbe fuerit factum,
„ intereſſe eo Prætores „ * oportet (1) vice-
nos ſecum habentes milites, & tricenos matri-
cularios.

* *Hujus Epit. pauca hæc tantummodo verba ſunt in Aug. lib.*

NOVELLA XIV. (b)

HÆC conſtitutio jubet neminem lenonem eſſe neque in urbe imperiali, neque in provinciis (2). Et hoc (3) prohibere debent Prætores, & Præſides (4). Ultimo enim ſupplicio (5) ſubiiciuntur (6), qui contra Conſtitutionis normam lenones eſſe auſi ſunt. Omnia autem inſtrumenta & fidejuſſiones apud lenones interpoſitas, vel a lenonibus contra bonos mores factas, infirmas, atque invalidas eſſe Conſtitutio (7) jubet.

NOVELLA XV. (c)

I. (d) NUlla licentia ſit Defenſoris officium in civitatibus ſuis contemnere: alioquin quinque librarum auri pœna (8) coercebitur: ita tamen ut in opera civitatis quinque libræ impendantur: & poſt pœnæ ſolutionem nihilominus Defenſoris officium ſuſcipere cogatur. Nec enim (9) viliſſimos homines, ſed ipſos magis primates Defenſores civitatum fieri decet; quamvis Illuſtres ſint, vel militare cingulum, vel prærogativas ex principalibus pragmaticis ſanctionibus habeant. Creari autem Defenſorem (10) oportet per ordinem: & ſit unus ex ipſis primatibus, quorum calculo crearetur (11). Fiat autem cum ſacramento. Nam jurare debet, quod omnia ſecundum leges & juſtitiam facturus eſt (12). Confirmetur autem per juſſionem Præfecti Prætorio. Et habeat Defenſoris honorem per biennium tantum, & non liceat Præſidi ſucceſſorem ei dare; ſed nec (13) Præfecto Prætorio.

II. Non liceat Præſidibus Vicarios Defenſorum mittere: nam nec ſuos mittere poſſunt. Sufficit enim Præſidi (14) Defenſores juſſiones (15) implere.

III. [e] Teſtamenta, atque donationes apud Defenſores intimentur (16); aliaque monumenta publica apud eos recte procedant. Hoc enim Præſes prohibere non poterit; quamvis adverſus ipſum Præſidem componantur, vel adverſus hominem (17) ejus. Acta (18) autem conficere (19) Defenſor poteſt (20) ad ſimilitudinem Præſidis tam adverſus tributarias inlationes differentes, quam adverſus ſeditioſos homines (21). Habeat autem ex præſidali apparitione unum exceptorem, & duos apparitores. Et judicet in pecuniariis cauſis uſque ad ſolidos trecentos.

IV. Si quis plus petierit, ut apud Præſidem magis, quam apud Defenſorem cauſa cognoſcatur: & per definitivam ſententiam reperiatur quantitas litis intra (22) trecentos ſolidos conſtituta: perdat & ipſam quantitatem, quæ revera ei debetur, & actionis ſuæ diſpendio puniatur.

V. Si Defenſor civitatis ſententiam definitivam protulerit; & adverſus eam provocatio porrecta ſit: apud Præſidem Provinciæ exerceri eam oportet (23). Sin autem ab apparitoribus Defenſor injuriam fuerit paſſus; & Præſes provinciæ neglexerit competentem eis vindictam (24) inrogare: tunc relationem ad præfectum Prætorio (25) mittat: & quod præfecto viſum fuerit, ſequatur. Habeat autem ſcrinium (26) publicum; ubi monumenta publica deponere poſſit: & habeat unum hominem, qui eadem acta debeat conſervare.

VI.

(1) Mutilus eſt hic Juliani locus: poterunt tamen verba ex Græca conſtitutione farciri. *Spectabiles Prætores Plebis oportet vicenos ſecum habentes milites, & tricenos matricularios flagitioſe viventes coercere.*

(2) *in aliis provinciis.* (3) *hoc.* alii, *quod.* alii, *&c.* [4] *Præſides provinciæ.*

[5] *ſupplicii judicio.* Ivo in Panorm.

[6] *ſubiiciantur.* (7) *hæc Conſtitutio.*

(8) *libris auri ipſe.* [9] *Nec etiam.*

(10) *Defenſores.* [11] *creetur.* A.

[12] *facturus ſine dolo eſt.* (13) *ſed.*

(14) *Sufficiunt eis.* (15) *Præſidis juſſiones.*

(16) *civitatis inſinuentur.* A.

[17] *homines.* (18) *Pacta.* (19) *componere.* [20] *debet.* [21] *ſeditioſos.*

[22] *litis fuiſſe intra.* (23) *diſceptetur.*

(24) *ei vindictam.* (25) *Prætorii.*

(26) *Defenſor, & ſcrinium.* alii, *ſcrinium unum.*

(a) Hanc vidi in veter. libris Authent. poſt undecimam conſt. ſub titulo *de plebeiis Prætorib.* Juliani epitomes pauca verba extant. Haloander hanc conſt. græce, & latine edidit.

(b) Hæc eſt in libro Authent. prima conſtitutio collationis tertiæ ſub titulo *de lenonibus.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit. Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 305. decreti, ut *Nov. conſt.* 31. *c.* 1. & *parte* 16. *cap.* 121. ejuſd. decreti, & *libro* 5. *tit.* 2. *cap.* 29. Panormiæ.

(c) Eſt in libro Authent. *conſt.* 2. *collat.* 3. *tit. de defenſorib. civitatum.* Eam græce, & latine Haloander edidit.

[d] Vide auth. Præſides. C. *de Epiſ. aud.* & auth. Hodie. C. *de judiciis.*

[e] Vide eand. auth. Præſides.

VI. Defenſores ſine datione pecuniæ fiant. Quatuor enim aureos tantum præſtare debent in judicio (1) Præfecti Prætorio pro juſſionibus, quibus Defenſorum creatio confirmetur. Sin autem civitas minima ſit: tres ſolidos tantum præſtare debet [2]. Sin autem publicas annonas (3) habeant (4) ex veteri quadam conſuetudine (5), capiant eas (6) ſine aliquo obſtaculo. Et ſi in magnis criminibus obnoxii convincantur aliqui; caſtigare eos Defenſores oportet; poſteaque Præſidibus tranſmittere. Nam in levioribus criminibus ſufficit pœna, quam ipſi impoſuerint.

NOVELLA XVI. [a]

„ SUperius conſtitutionem legimus, qua ca-
„ vetur, ut numerus clericorum certus ſit
„ in majore Eccleſia urbis Conſtantinopolita-
„ næ: hæc autem Conſtitutio jubet, ut ex
„ aliis Eccleſiis ſuperflui clerici, ideſt hi, qui
„ ſupra ſtatutum numerum ſunt, in locum
„ mortuorum clericorum majoris Eccleſiæ
„ transferantur. Dat. XIII. * Kal. Aug. poſt
„ Conſulatum Beliſarii.

* In Lib. Auth. Idib. Aug.

NOVELLA XVII. (b)

I. (c) HÆC Conſtitutio habet inſcriptionem *Mandata Principis*. Diſponit autem quales eſſe oportet provinciarum Præſides: & interdicit eis aliquid a ſubjectis lucrari; quaſi publicis annonis ſufficientibus eis. Nam & tributa exigere, & requirere debent (7): ne forte fiſcus deminutionem aliquam paſſus eſt (8). Oportet autem & cauſas privatorum cum æquitate eos audire: & viliores quidem dirimere ſine ſcriptis: & non concedere litigatoribus ultra ea, quæ conſtitutionibus continentur, in judicio expendere. Sin autem viles ſint litigatores: & ſine (9) aliqua expenſa cauſas eorum cognoſcere Præſidem oportet. Sic enim hæc omnia cum omni puritate (10) fiant: ne facile in CP. civitatem provinciales concurrant. Nam etſi concurrerint, cum per magiſtratus provinciales nihil ſteterit (11); nullum reſponſum impetrabunt a Principe (Jubet (12) Conſtitutio, & agentes in rebus, & alios quoſcumque, qui a CP. civitate juſſiones majorum judicum portant (13), prohiberi poſſe per provinciarum præſides injuſte converſari.)

II. Conſuetudinarias juſſiones ex quocumque judicio procedentes provinciarum Præſides non recipiant, veluti de publico aquæductu, de portu (14), de itineribus muniendis, de pontibus, de imaginibus, de muris, de ædium excidio, utpote (15) in publico loco ædificatarum (16). Jubet [17] autem nullam rationem habere Præſides provinciarum hujuſmodi juſſionum niſi divinam pragmaticam ſanctionem intimaverit (18): poſteaque indicare Præſidem oportet per ſuam relationem piiſſimo Principi. Nam nec divinam pragmaticam formam temere eum admittere Conſtitutio permittit. Debet autem & in operibus publicis ſuam diligentiam, atque inſtantiam Præſes oſtendere: nam & patres civitatum ædificationes publicas cogere debet conſtruere [19]. Omnes autem milites, qui in eadem (20) provincia ſedent, imperio Præſidis ſubiici Conſtitutio præcipit. Nam & caſtigare eos delinquentes Præſidi licet.

III. Si quis crimine inligatus in judicium (21) Præſidis productus fuerit; & ne aliquid de eo cognoſcatur; privilegio dignitatis, vel militiæ uſus fuerit: Præſes provinciæ non recipiat eum. Qui enim privilegium ad removenda crimina prætendit; a Præſide admitti non debet. Apparitores quoque refrenare Præſidem oportet: etſi injurioſe converſari voluerint: non permittere. Sed & conſiliarium, & omnes (22) homines ſuos puriſſimos habeat: ut his tantum contenti ſint, quæ eis publicum adminiſtrat (23).

IV. Præſes provinciæ fidem publicam non paſſi unicuique [24] præſtare debet, immo etiam ſi dederit: uſque ad triginta dies tantum fides publica debet valere. Sed & condemnare eos debet, qui intra terminos (25) ſanctorum ſunt, & exigere (26) eos: ita tamen ut competentem honorem ſanctorum terminis conſervet (27).

Termini ſanctorum non proſunt neque homicidiis, neque adulteris, neque raptoribus virginum. Sed etſi quis tributa fiſco debeat, poterit intra ſanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum. Et tam [28] œconomi, quam

(1) *in judicium.* [2] *decet.* [3] *publicam annonam.* (4) *habeat.* [5] *ex veteri conſuetudine.* alii, *ſecundum veterem conſuetudinem.* (6) *capiant eam.* (7) *debent.* malim *debent; & requirere, ne forte &c. patiatur.* A. (8) *patiatur.* A. (9) *ſine.* (10) *pietate.* (11) *non ſteterit.* (12) *Jubet autem.* [13] *judicium impetrant.* (14) *& de portu, & de &c.*

(15) *vel aliorum publicum exigeri, utpote.* [16] *ædificatorum.* (17) *Licet.* (18) forte, *intimaverint.* A. (19) *debent, & conſtituere.* [20] *in.* (21) *in judicio.* alii, *judicio.* (22) *omnes ſuos.* (23) *ſubminiſtrat.* (24) *criminoſis.* (25) *in terminis.* alii, *intra terminum.* (26) *exequi.* (27) *obſervet.* (28) *ut tam.*

(a) Hæc in libro Juliani deſideratur. Eſt in libro Authent. conſt. 3. collat. 3. tit. *de menſura ordinandor. clericor.* Haloander eam græce, & latine edidit.

(b) Hæc fuit ab Juſtiniano græce, & latine edita: ſed latina editione caremus. In libro Authent. eſt conſt. 4. collat. 3. titulo *de mandatis principum.* Greg. Haloander eam græce, & latine edidit.

(c) Vide auth. Niſi breves. C. *de ſentent. ex periculo, vel breviculo recit.*

Digitized by Google

quam defenſores eccleſiarum ad hoc ſubveniant Præſidi magis, quam debitorem eripiant. Nam ſi quid tale fecerint: de ſua ſubſtantia tributa fiſco reddere compellantur.

V. [*a*] Præſes provinciæ non debet permittere tributorum exactoribus aliter tributa exigere: niſi prius declaraverint jugerum quantitatem, & pro quibus prædiis, & in quibus ſpeciebus exactio fit. Quod ſi de tributis aliqua dubitatio emerſerit: cenſuales quidem faciant expoſitionem cum omni ſubtilitate; referantur autem apud glorioſiſſimum Præfectum Prætorio: & per ampliſſimum judicium ejus cauſa dubia dirimatur. Debet autem Præſes provinciæ cogere cenſuales, & jam ut tranſlationes faciant diſtractorum prædiorum ſine omni tamen detrimento. Sin autem ideo cenſuales tranſlationes facere diſtulerint; quod emptores inopes eſſe putant: & hujus rei diſceptatio præſidalis erit: & ſi dubitatur, utrum emptor idoneus ſit, an non; venditor autem paratus ſit periculo ſuo tranſlationem venditi prædii fieri: audire debet.

VI. Profectiones præſidum non oportet damnoſas provincialibus eſſe. Nam & (1) angarias præſidi, vel apparitioni ejus (2) ſa ere non licet (3). Omnes enim omnino præſides annonis ſuis contentos eſſe Conſtitutio jubet. Non liceat provinciarum Præſidibus in eiſdem (4) provinciis, quas ipſi gubernant, Vicarios ſuos conſtituere. Sed nec militibus conceſſum eſt angarias a provincialibus petere, vel quæcumque detrimenta eis facere: ſed ſi (5) quid damni provinciales ſentiant, hoc Præſes eis de ſuo reſarcire compelletur.

VII. Si quis juſſionem (6) portaverit Præſidi de religionibus (7); liceat ei eam (8) comtemnere. Nam ſi quid canonicum acciderit: hoc Præſes cum metropolitano provinciæ diſponere debet.

VIII. [*b*] Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum Præſidis referri (9); ſed cognatis punitorum reddi oportet.

IX. Injuſta patrocinia tam prohibere, quam contemnere (10) Præſes provinciæ debet. Alienos colonos, ſive capite cenſitos nemo ſuſcipere audeat: ſed etſi (11) ſuſceperit, ſtatim reddat: alioquin ſi non reddiderit, terram deſertam propter colonorum, vel adſcripticiorum [12] abſentiam ſuſceptoribus eorum inrogari æquum eſt. Curare autem (13) Præſes provinciæ debet; ne aliquid (14) tale contingat. Sed etſi contigerit; etiam ſi (15) in aliam provinciam coloni, vel adſcripticii fugerint: per publicas litteras reducere eos debet. Et hoc non ſolum in dominicis prædiis obtinebit; ſed etiam in privatorum poſſeſſionibus, quarum forte aliqui curam habent (16), ſive quod conductores (17) ſunt, ſive quod procuratores.

X. Si quis alienis agris, vel ergaſteriis titulos impoſuerit, & nomen ſuum inſcripſerit: bonorum publicatione puniatur. Unuſquiſque autem Præſes provinciæ, poſtquam ad provinciam pervenerit, convocare debet Epiſcopum, & clerum, & primates civitatis; & hæc divina Mandata intimare non ſolum in metropolitana civitate; ſed etiam in aliis provinciæ municipiis (18): ita ut per apparitores inſinuentur, & [19] ſine omni municipalium damno (20).

XI. Nemo privatus audeat arma tenere, vel gerere. Hoc enim ſolis (21) militibus conceſſum eſt. Hi quoque, qui propter ſeditionem a CP. civitate fugerint (22), teneri debent a provinciarum Præſidibus, & cuſtodiri. Nam & (23) referre de his Præſides oportet: & ſi de his ſunt, quos utpote ſeditioſos perſcrutatur magiſtratus populi Romani; punire.

NOVELLA XVIII. (*c*)

I. (*d*) OMnes tam maſculi, quam feminæ decedentes, ſi unum filium habeant: tertiam partem ſuæ ſubſtantiæ ei relinquant Falcidiæ nomine: eodem obtinente jure etſi duos, vel tres, vel quattuor liberos dereliquerint (24). Sin autem ultra quattuor ſint, dimidiam ſubſtantiæ paternæ habeant: ut in hoc caſu Falcidia ſex dimidiam partem contineat, ideſt ſex uncias ſubſtantiæ defuncti. Nulla autem differentia eſt, utrum ab inſtitutione heredis, an fideicommiſſi datione legitima pars liberis præſtita eſt (25). Hoc autem, quod de filiis & filiabus diximus; teneat etiam in omnibus deſcendentibus perſonis, quibus ſcilicet de inofficioſo agere permiſſum eſt.

II. Curiales priori [26] (ideſt præcedentis capitis (27)) obſervatione excepti (28) ſunt. Hi enim liberis ſuis curialibus novem uncias ſubſtantiæ ſuæ relinquere coguntur [29]: tres au-

[1] *Nam nec.* (2) *apparitori ejus.* alii, *apparitori.* (3) *licet.* (4) *in ipſis.*
[5] *ſed & ſi.* (6) *juſſiones.* [7] *regionibus.* (8) *eas.* (9) *perferri.* Ivo.
[10] *continere.* (11) *ſed ſi.* [12] *adſcriptorum.* (13) *autem etiam.* (14) *ne quid.*
(15) *& ſi.* [16] *aliquis curam habet.*
(17) *creditores.*
(18) *provinciis, & municipiis.* alii, *provinciis.* (19) *inſinuentur.* alii, *inſinuet.*
(20) *onere.* (21) *ſolum.*
(22) *fugerunt.* (23) *Nam.* (24) *reliquerint.* (25) *præſtita ſit.* (26) *prioris.*
(27) Non videntur hæc verba eſſe Juliani, ſed adjecta ab aliquo ſtudioſo.
(28) *excepti.* [29] *cogantur.*

(*a*) Vide Auth. Sed & periculum. C. *ſine cenſu, vel reliq.*
(*b*) Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 119. decreti, ut ex *cap.* 10. *conſt.* 4. & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 28. Panorm.
(*c*) Hæc in libro Authent. Eſt conſt. 5. collat. 3. ut. *de triente & ſemiſſe.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.
(*d*) Vide Auth. Noviſſima. C. *de inoff. teſtam.*

by Google

autem reliquas uncias, in quas voluerint perſonas, tranſmittant. Sed tamen ea lex jura de inofficioſo teſtamento querellæ non mutat. Nam ſolam quantitatem Falcidiæ legis dilatavit, & auxit.

III. Si quis liberos & uxorem habens, in ultimis ſuis elogiis juſſerit totius ſubſtantiæ ſuæ uxorem quidem uſum fructum habere, liberos autem nudam proprietatem: quid juris ſit? & dicimus uſque ad partem legitimam Falcidiæ habituros liberos etiam uſumfructum proprietatis: reliquam autem uſusfructus portionem uxori dandam. Quia ſi nudam proprietatem ſine ullo uſusfructus ſolatio habeant liberi: nihil prohibet eos fame perire. Hæc autem, quæ diximus, teneant tam in patre defuncto, quam in avo, & proavo, & omnibus (1) ſuperioribus perſonis, eodem videlicet jure obſervando (2), & ſi mater decedens marito ſuo (3) uſumfructum totius patrimonii ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem. Idem in [4] avia & proavia [5].

IV. (a) Si quis nepotes ex filio reliquerit, & ex filia nepotes, vel neptes: pariter ad hereditatem ab inteſtato avi defuncti vocentur: & non minus tertia parte ſicut antea capiant (6). Sed integram portionem conſequantur [7] nepotes ex filia nati [8], qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. Item ſi avia deceſſerit, nepotibus ex filio, & nepotibus ex filia [9] derelictis: omnes pariter ad hereditatem aviæ ſuæ vocentur; & omnino nulla ſit differentia, utrum omnes nepotes ſint, an [10] neptes: & utrum [11] ex filio, an ex filia (12) procreati ſint.

Si quis (13) ſine dotalibus inſtrumentis, ſed ſola (14) nuptiali affectione matrimonium contraxerit, & liberos habuerit; poſteaque ſoluto priore matrimonio (15) ſecundas nuptias cum alia muliere contraxerit, & dotalia inſtrumenta cum ea (16) fecerit; & alios liberos habuerit: omnes liberi ejus tam (17) ex priore (18) matrimonio nati, quam ex ſecundis nuptiis procreati pariter ad hereditatem vocentur: quamvis prius (19) matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis contractum eſt.

V. Si quis neque liberos legitimos habens, neque uxorem legibus cognitam, deceſſerit; & concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit. Concubinam autem dicimus talem, quæ libera conſtituta in domo defuncti fuerat (20) uſque ad mortem ejus: & ſi liberi naturales in domo ejus ab ipſo procreati fuerint (21), & nutriti: Si hæc igitur ita ſint; veniant ſimul tam ipſa concubina, quam liberi ejus naturales ab inteſtato in ſubſtantiam defuncti: non ut totam accipiant; ſed ut duas tantum uncias conſequantur ſubſtantiæ defuncti patris; & diſtribuantur inter eos & matrem: ita tamen ut mater unius liberi portionem accipiat, & per capita diviſio rerum fiat. Quod ſi concubina ante concubitorem ſuum deceſſerit, & filios naturales reliquerit: nihilominus duas uncias filii (22) naturales conſequantur. Hoc (23) autem de ea concubina dicimus, quæ ſola fuerat in domo (24) defuncti concubitoris. Alioquin ſi complures (25) fuerint mulieres; quas in concubinatu defunctus habebat, ex quibus & naturales liberos habuerit (26): nulla licentia dabitur neque concubinis, neque liberis earum [27] ad ſucceſſionem defuncti venire. Quoniam meretrices magis, quam concubinæ tales mulieres [28] ſunt, cum quibus paſſim defunctus dormiebat. Sed illam ſolam cum prole (29) ſua ad hereditatem defuncti vocamus, quæ quodammodo uxorem legitimam imitatur: & nulla differentia eſt, utrum naturales ejus liberi maſculi, an feminæ ſint. Hæc autem omnia [30] in futurum tempus obtinere Conſtitutio jubet.

VI. [b] Si quis pro filia ſua dotem genero (31) dederit, vel propter nuptias donationem pro filio ſuo nurui præſtiterit; poſteaque (32) ipſe pater deceſſerit ſive inteſtatus (33), ſive teſtamento condito; & non ſpecialiter expreſſerit, ut nulla fiat collatio dotis, vel ante nuptias [34] donationis: ſi hæc igitur ita ſint (35) is, qui ſuccedere patri [36] voluerit; cogatur conferre dotem, vel ante nuptias (37) donationem.

VII. (c) Si quis liberis ſuis res ſuas diſtribuere velit, ſive in teſtamento, ſive in alia quacumque [38] voluntate: liceat quidem ei hoc facere, dum tamen diſtributiones (39) confirmet

(1) *& in omnibus.* (2) *obſervando.*
(3) *marito.* [4] *Idem eſt, & in.*
(5) *& in proavia.* (6) *accipiant.* Ivo in Panorm. (7) *aſſequantur.* Ivo ibid.
(8) *filia.* (9) *neptibus ex filia.* Ivo. parte 16. alii, *ex filia.* (10) *an.* alii, *ſint, aut.*
(11) *utrum.* Ivo. (12) *aut ex filia.* alii, *& in filia.* (13) *Item ſi quis.* A.
(14) *ſola.* (15) *poſteaque ſoluto matrimonio.* alii, *poſtque prius matrimonium.*
(16) *et.* (17) *tam liberi.* (18) *ex primo.*
(19) *primum.* (20) *erat.* (21) *ſunt.*
(22) *liberi.* (23) *Hæc.* (24) *erat in domo.* alii, *erat domi.* (25) *plures.* alii, *quam plures.* (26) *naturales liberos habuit.* alii, *filios naturales habuerit.* (27) *eorum.*
(28) *tales.* (29) *progenie.*
(30) *Hæc autem.* alii, *Hoc autem.*
(31) *genero ſuo.* (32) *poſtea.* alii, *poſteaquam.* (33) *teſtatus, ſive inteſtatus.* alii, *inteſtatus, ſive teſtamento edito.*
(34) *antenuptialis.* (35) *Si hoc igitur ita ſit.* (36) *jure patris.* (37) *antenuptialem.* (38) *alia quadam.* (39) *diſtributionem.*

[a] Vide Auth. Quæ tertiæ. C. *de collat.* Juliani verba refert Ivo *part.* 16. c. 123. decreti, ut conſt. 34. c. 4. & *lib.* 5. *tit.* 2. c. 31. Panorm.
[b] Vide Auth. Ex teſtamento. C. *de collation.*
[c] Vide Auth. Si modo. C. *fam. erciſc.*

ſua ſubſcriptione. Quod ſi ipſe ſubſcribere nolit; faciat liberos ſuos ſubſcribere, inter quos & (1) rerum diſtributio fit. Quod ſi non ita fecerit; vel etiam ſine teſtibus voluntatem ſuam condiderit: ſciat eam nullius eſſe momenti. Ideoque liberi ejus omnes ita ſubſtantiam ejus partiantur inter ſe, ac ſi ſine ulla ejus (2) diſtributionis voluntate parens eorum deceſſiſſet.

VIII. (*a*) Si quis prolatam manum ſuam (3) negaverit, & dixerit talem ſcripturam ſuam non eſſe; & poſtea (4) actor probationibus (5) vexetur & aliis difficultatibus: vel ſi litteras quidem ſuas agnoverit (6); dixerit autem pecuniam ſibi numeratam a creditore non eſſe: in utroque caſu convictus (7) in duplo debitam quantitatem actori præſtet (8).

Quod ſi judex contra præſentem legem judicaverit: ipſe pœnam actori reddat. Hæc (9) autem ita ſe habent (10), niſi forte actor probationibus deficiens ſacramentum reo detulerit (11): tunc enim ſi reus ſacramentum dare noluerit; ſed veritatem confeſſus fuerit: dupli pœnam evitabit (12). Quod ſi longiori tempore extenſo litigio ad ſacramentum actor decurrerit (13); poſteaque reus ſacramenti timore veritatem confeſſus fuerit: dupli quidem pœnam ſic evitabit (14); cogatur autem omnes impenſas, quas actor propter improbitatem ejus fecerit, ſacramento actoris præſtare. Si quis autem (15) dixerit nullam ſibi adnumeratam eſſe pecuniam: poſtea autem confeſſus ſit (16), & dixerit ſe etiam particularem ſolutionem (17) ſolviſſe: quamvis re vera perſolverit (18); attamen nihilominus (19) integram ſortem exſolvat (20). Sed etſi reus litteras actoris protulerit, eaſque ſuas eſſe actor negaverit; & poſtea reus veritatem probare potuerit: cogatur actor non ſolum illud imputare reo, quod litteris declaratur; ſed etiam (21) alterum tantum perſolvat pœnæ nomine mendacii ſui. Et in hoc (22) caſu ſacramenti ratio eadem (23) habeatur tam in actoris, quam in rei perſona.

Quod ſi litigium per tutores, vel curatores ventiletur; pone enim principales perſonas impuberes eſſe, vel adoleſcentes: tunc pœnæ exactio propter improbam negationem adverſus ipſos tutores, vel curatores competat. Hæc autem Conſtitutio nullam facit innovationem in legibus, quæ duplum, vel quadruplum in quibuſdam caſibus exigi præcipiunt.

IX. (*b*) Si quis rerum detentator in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominum non eſſe: actor autem probaverit ſuum dominium eſſe; & probationibus convictus reus poſtea dicat hypothecarum titulo, vel alio quodam jure ad ſe res pertinere: tali pœnæ ſubiiciatur, ut adhuc lite in ſuſpenſo conſtituta res ad actorem transferantur (24); & poſt translatam poſſeſſionem, tunc ſi quas ſibi putaverit actiones competere; eas moveat is, qui tranſpoſuit poſſeſſionem.

X. (*c*) Si quis neque uxorem legitimam habens, neque liberos legibus cognitos, ancillam autem ſuam concubinam habuerit; & liberos ex ea ſuſceperit; poſteaque eam cum liberis ſuis manumiſerit, & jus aureorum anulorum eis impetraverit, & natalibus eos reſtituerit, inſtrumentaque dotalia conſcripſerit; quamvis poſtea nullos habuerit liberos (25); attamen (26) & uxor legitima ſit, & liberi ante (27) dotalia inſtrumenta nati (28) tam legitimi, quam in poteſtate patris ſui naturalis efficiantur (29); & ſucceſſionem ejus ab inteſtato capiant.

NOVELLA XIX. (*d*)

*

NOVELLA XX. [*e*]

SI prætoris Paphlagoniæ, vel Honoriados provocatio porrecta ſit; & inducatur apud Præfectum, & Quæſtorem: Præfecti Prætorii officium huic appellationi obſequatur. Idem eſt & in moderatore Helenoponti, & Ponti Polemoniaci; & Proconſulis Armeniæ, & Prætorum Lycaoniæ, Piſidiæ, & Iſauriæ. In Comite autem Orientis utrumque officium obſequatur; ideſt & Præfecti Prætorii, & ſcrinii epiſtu-

(1) *quos.* (2) *ulla.* (3) *prolata manu ſua.* Ivo. alii, *probatam manu ſua ſcripturam.* alii, *probatam manu ſua ſcriptam ſcripturam.*
[4] *poſtea.* Ivo. alii, *ut poſtea.*
(5) *probatione.* Ivo. (6) *litteram ſuam non negaverit.* alii, *litteras quidem agnoverit.* (7) *in utrumque caſum convictus.* Ivo. alii, *in utroque caſu ſi convictus ſit.*
(8) *quantitatem præſtet.* Ivo. alii, *pecuniam actori præſtet.* (9) *Hoc.* (10) *habet.* alii, *habeant.* [11] *retulerit.*
(12) *ſic evitabit.* (13) *recurrerit.*
(14) *evitabit.* [15] *Si quis.* [16] *fuerit.*
(17) *particulares ſolutiones.* Ivo.
(18) *perſolvit.* alii, *ſolverit.* (19) *attamen.*
(20) *partem perſolvat.* (21) *ſed &c.*
(22) *in hoc autem.* (23) *ratio.*
(24) *transferantur.* (25) *filios.*
(26) *tamen.* (27) *qui ante.*
(28) *ſunt nati.* (29) *efficiuntur.*

(*a*) Vide Auth. Contra. C. *de non numer. pec.* Juliani verba refert Ivo *part.* 16. *cap.* 124. decreti, ut conſtit. 35. *c.* 4.
(*b*) Vide Auth. Item poſſeſſor. C. *qui potiores.*
[*c*] Vide Auth. Sed nova. C. *de nat. liber.*
(*d*) Hanc non habet Juliani liber. Eſt in libro Authenticor. conſt. 6. collat. 3. titulo *de filiis ante dotalia inſtrumenta natis.* Eam græce, & latine Haloander edidit.
[*e*] Hæc eſt in libro authent. conſtit. 7. collationis 3. tit. *de adminiſtrantib. officia in ſacris appellationibus.* Edidit eam græce, & latine Haloander.

ſtularum. In Pontica autem, & Aſiana, quæ translata eſt in Galatiam, & Phrygiam Pacatianam, officium Præfecti tantum obſequatur. In quibus autem cauſis antiquo jure libellenſes obſequuntur; in his nulla innovatio facta eſt. Sed nihilominus idem ſoli (1) implebunt. *

* *Reſpondet huic Novellæ Conſtitutio XXV. in Pith. libro; ſed in hoc præterea eſt eadem pene quæ ſuperior Conſtitutio CXX. cum hac inſcript.* De officio in examinatione provocationum miniſteria præbentium, & de appellationibus: *quare & hanc addimus.*

„ Si Prætori Paphlagoniæ, & Honoriados provocatio porrecta fuerit, eaque introducta ſit in ſacrum auditorium Præfecti Prætorio, conſidente ſcilicet Eminentiſſimo Quæſtore ſacri Palatii, officium præfectianum oportet miniſterium exhibere, & ceſſare quæſtoris officium, ideſt eos, qui in divinis militant ſcriniis. Idem dicimus, & ſi porrecta fuerit appellatio moderatori Elenoponti. Idem dicendum eſt, & ſi provocatum ſit adverſus ſententiam Proconſulis Cappadociæ, vel Proconſulis Armeniæ, vel Prætoris Lycaoniæ, vel Prætoris Piſidiæ, vel Prætoris Iſauriæ, ut in iſtis omnibus Provinciis provocatio porrecta, & introducta in auditorium Præfecti Prætorio, conſidente quidem Quæſtore, examinentur. Præfecti autem officiales tantum exercendæ provocationi miniſterium præbeant, nullam communionem habentibus his, qui in divinis noſtris ſcriniis militant. Quod ſi Comiti Orientis provocatio data ſit, commune miniſterium exhiberi oportet ab Officialibus Præfectorum, & ab his, qui in divinis militant. Comiti autem Galatiæ, vel Phrygiæ provocatio data ad Officiales ſolos Præfectorum pertineat. Et hæc omnia pertinere oportet, ſive ex noſtra juſſione ſpecialiter judicium delegatum fuerit nuper inventis judicibus, ſive citra ullam juſſionem noſtram ex auctoritate juriſdictionis ſuæ judicaverint, & adverſus eorum ſententiam porrecta fuerit provocatio. Et hæc dicimus de his magiſtratibus, qui a nobis aliquam innovationem receperunt, & quodammodo in alia figura tranſlati ſunt. Nam in his, qui nullam receperunt innovationem, eandem obſervantiam in exhibendis miniſteriis cuſtodiri præcipimus, quam vetuſtas ab antiquis temporibus introduxit, & conſuetudo inconcuſſa firmavit.

NOVELLA XXI. (*a*)

*

NOVELLA XXII. (*b*)

I. HÆc Conſtitutio ſuas quidem vires retrorſum non redigit: nec obtinebit in eis, quæ ante ipſius tempora contigerunt (2). Et locum habeat in maritis, & uxoribus, qui, quæve aut omnino teſtati non ſunt; vel non jure teſtati fuerint (3); vel quantum pertinet ad eandem Conſtitutionem inteſtati deceſſerint (4).

II. (*c*) Sunt quædam juſtæ cauſæ, quæ bona gratia (5) matrimonia diſrumpunt (6). Et eſt prima cauſa, ſi maritus, vel mulier (7) ſolitariam vitam elegerint (8): ita tamen ut ſi vir monachus factus ſit (9): tantum lucretur ex donatione propter nuptias ſibi data mulier, quantum morte mariti lucri cepiſſet. Idem dicimus, & ſi mulier in monaſterium introierit (10): maritus enim ejus ex dote tantum lucrabitur, quantum lucri cepiſſet, ſi uxor ejus (11) mortua fuiſſet (12). Sed etſi (13) quis non potuerit cum uxore ſua miſceri; forte enim frigidæ naturæ eſt; triennio tranſacto, quod numerabitur ſcilicet ex eo tempore, quo copulati ſunt: ſi non potuerit (14) in toto triennio cum muliere [15] ſua miſceri; etiam ſine repudio matrimonium diſſolvatur. Sed etſi vir, vel uxor in captivitate fuerit: ſine repudio matrimonium diſſolvatur. Sub ea tamen diſtinctione, ut ſi quidem ſpes ſit maritum, vel uxorem reverti [16]: ea perſona, quæ in civitate eſt, non audeat ad ſecundas nuptias pervenire. Alioquin maritus quidem ante nuptias donationem amittat; uxoris autem temeritas dotis amiſſione punietur (17). Quod ſi incertum ſit, utrum ab hoſtibus capta perſona vivat, an non: tunc ea perſona, quæ in civitate eſt, expectet quinquennium [18]: quo tranſacto licebit, & [19] marito uxorem ducere, & mulieri ad ſecundas nuptias migrare. Alio quoque modo bona gratia matrimonia diſſolvuntur: veluti ſi vir, vel mulier ex ſententia judiciali in ſervitutem deducantur [20]: forte enim libertini (21) conſtituti ingrati erga ſuum patronum extiterunt. Sed [22] hoc caſu tantum lucrari oportet eam perſonam, quæ in ſuo ſtatu perduravit; quantum lucri cepiſſet (23), ſi ea perſona, quæ in ſervitutem redacta eſt, deceſſiſſet.

Si

(1) *hujuſmodi miniſterium idem ſoli.* A.
(2) *contigere.* (3) *fuerunt.* (4) *deceſſerunt.*
(5) *bona gratia ſine repudio.* (6) *matrimonium diſſolvunt.* (7) *vel uxor.*
(8) *elegerit.* (9) *fuerit.* (10) *intraverit.*
(11) *uxor.* (12) *eſſet.* (13) *Sed ſi.*
(14) *ſi quis non poteſt.* Ivo. (15) *uxore.* Ivo.
(16) *redire.* (17) *puniatur.* (18) *expectat, cum quinquennium expectet.* (19) *licebit.*
(20) *reducantur.* alii, *reducatur.*
(21) *liberti.* A. (22) *Sed & in hoc.* alii, *Sed in hoc.* (23) *lucrari potuiſſet.*

(*a*) Hæc non eſt in Juliani libro; niſi forte ea verba ſint, quæ nos poſt Novellas Edict. 3. conſtituimus. In veteribus libris Authenticorum reperitur barbare converſa ſub titulo *de Armeniis*; eamque Bartolum habuiſſe conſtat. At Greg. Haloander eam græce, & latine conſcripſit: Contius barbaram edidit.
(*b*) Eſt in libro Authent. conſtitutio 1. collationis 4. titulo *de nuptiis*. Hanc græce, & latine Haloander edidit.
[*c*] Videndæ Auth. Sed hodie. C. *de rep.* & *auth.* Sed hodie. C. *de don. inter vir.* Partem hujus capitis refert Ivo *parte* 8. *cap.* 81. decreti, ut Nov. 37.

Q 2

III. (*a*) Si quis per errorem ancillam mulierem [1] uxorem duxerit, liberam eam eſſe putans (2); vel ex contrario ſi libera mulier ſervo per errorem conjuncta (3) ſit; poſteaque veritas reperta fuerit: dicendum eſt omnino nuptias non conſtitiſſe. Inter liberum enim, & ancillam, vel ſervum (4), & liberam mulierem nuptiæ contrahi non poſſunt. Quod ſi calliditate, vel connivencia (5) Domini ſervus, vel ancilla matrimonium cnntraxerit cum libera perſona: forte enim Dominus ancillam ſuam ut liberam viro ingenuo [6] conjunxit, & dotem pro ea præſtitit (7), ut propter nuptias donationem lucretur totam, vel pro parte: Si quid igitur (8) tale contigerit; ipſa datione (9) dotis, & ancilla libera fiat (10), & nuptiæ conſiſtant, nulla lege, quantum pertinet ad ſervitutem, hujuſmodi matrimonium concutiente. Sin autem Dominus ſpecialiter quidem nuptiis [11] ancillæ ſuæ, vel ſervi non conſenſerit; ſciens autem quod agatur (12), non prohibuerit [13]: forte enim ideo hoc facit, ut poſtea negotium moveat homini libero, quod (14) ancillam ejus duxerit (15) uxorem; vel ingenuæ mulieri quod [16] ſervo ejus nupta ſit (17): ſi quid igitur (18) tale evenerit; licet [19] ſpecialiter Dominus non conſenſerit, attamen ſi ſciens (20) non prohibuerit; & nuptiæ integro jure conſiſtant, & ſervilis condicionis [21] perſona eripiatur ad ingenuitatem. Illo ſine dubitatione [22] aperto, quod liberi, qui ex hujuſmodi nuptiis procreati fuerint, tam ingenui, quam legitimi ſint (23).

IV. Si quis ſervum ſuum ægrotum, vel ancillam morboſam contempſerit, & nullam curam eis fecerit: neceſſe eſt eos liberos eſſe. Servus enim per titulum *Pro derelicto* contemptus a Domino ſuo in libertatem eripiatur, eodem jure etiam in ancilla obtinente. Ideoque inter eos nuptiæ legitimæ cnntrahi poſſunt. Et iſtæ quidem cauſæ ſunt, per quas bona gratia matrimonia diſſolvuntur [24]. His autem adnumerari (25) debet (26) in expeditione degentis mariti militis diſſolutio: de qua dicendum eſt in [27] competenti tempore, in quo etiam cauſas ſubtilius repudii dicturi ſumus.

V. Illud certum eſt, quod in his cauſis, ex quibus matrimonium ſolvitur (28), ſi velit mulier poſtea nubere, annum prius expectare debet propter ſanguinis confuſionem.

VI. [*b*] Alienus adſcripticius liberam mulierem non ducat uxorem, neque ſciente, neque conſentiente Domino. Quod ſi [29] tale aliquid auſus fuerit facere: liceat Domino & (30) retrahere eum cum modica [31] caſtigatione ſive per ſe, ſive per magiſtratus (32), & copulatam ſibi mulierem disjungere. Tales enim nuptiæ nec nuptiæ ſunt, nec dos ulla eſt, nec donatio propter nuptias intelligitur.

VII. (*c*) Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit: non audeat ſine cauſa legibus cognita repudium ei mittere. Alioquin quartam partem ſubſtantiæ ſuæ (33) deceptæ mulieri præſtet. Hæc autem quarta pars talem diſtinctionem recipiat: nam ſi quidem quandringentarum librarum auri facultates maritus habeat, vel minus: quartam partem omnimodo ſubſtantiæ ſuæ mulieri (34) præſtet, ideſt vel (35) centum libras, ſi quadringentarum librarum ſubſtantiam habeat [36]; vel minus, ſi minores habeat facultates. Quod ſi tantas habeat opes, ut etiam quandringentarum librarum quantitatem (37) excedant: tunc centum tántummodo (38) libras ei maritus præbeat (39). Sed ſiquidem per maritum ſteterit, quo minus matrimonium conſiſtat; & ſine cauſa repudium miſerit: in hoc caſu ſoluto matrimonio annum expectet mulier, poſteaque ſine impedimento ad ſecundas nuptias tranſeat. Quod ſi per mulierem ſteterit (40), quo magis matrimonium diſſolvatur: quinque annos expectet; & his tranſactis ad ſecundas nuptias migret, ſi velit.

VIII.

[1] *ancillam.* (2) *putans.* Ivo in Panorm. alii, *eam putans.* (3) *juncta.* Ivo.
(4) *ſervum.* Ivo. [5] *calliditate, & conniventia.* Ivo, parte 8. *calliditate, & continentia.* Idem in Panorm. alii, *per calliditatem, & conniventiam.* alii, *per calliditatem, vel conniventiam.* (6) *inſcio.* (7) *præſtiterit.* (8) *ergo.* Ivo. (9) Ivo, *ipſam donationem.* alii, *ipſa donatione.* (10) Ivo, parte 8. *ancillam liberam faciat.* quæ verba deſiderant, ut antea ſcribatur, *& ipſa datio dotis.* Panormia habet, *ancillam facit liberam.*
(11) *in nuptias.* Ivo. (12) *quid agatur.* A. alii, *quid agitur, &.* Ivo, mendoſe utrobique, *quod.* (13) *cohibuerit.* Ivo.
[14] *qui.* [15] *duxit.* Ivo. (16) *quæ.*
(17) *nupta eſt.* Ivo. [18] *ergo.* Ivo.
[19] *&.* Ivo. (20) *attamen ſciens.* alii, *ac cum ſciverit.* Ivo in Panorm. *attamen rem ſciens.* parte 8. *attamen neſciens*, mendoſe, pro *attamen rem ſciens.*
(21) *de ſervili condicione.* (22) Ivo parte 8. *ſine dubio.* in Panorm. *jure ſine dubitatione.* alii, *videlicet.* [23] Ivo. *ſunt.*
(24) *matrimonium diſſolvatur.*
(25) *connumerari.* (26) *debet etiam.*
(27) *eſt.* (28) *diſſolvitur.*
[29] *Qui ſi.* (30) *domino.*
(31) *cum modica.* alii, *eum modica.*
(32) *magiſtratum.* (33) *ſuæ terræ.*
(34) *deceptæ mulieri.* (35) *ideſt.*
(36) *habuerit.* (37) *auri ſummam.*
(38) *tantum.* alii, *tantummodo auri.*
(39) *præſtet.* (40) *ſtetit.*

[*a*] Vide Auth. Ad hoc. C. *De Latina liber.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *c.* 56. decreti, ut Nov. conſt. 37. & *lib.* 6. *tit.* 9. *c.* 1. Panormiæ, ut ex Nov. 33.
(*b*) Vide Auth. Ad hoc.
(*c*) Refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 35. ut ex conſt. 37. *c.* 7.

Google

VIII. (*a*) Si filiusfamilias uxorem duxerit: non habeat licentiam uxori ſuæ repudium mittere ſine paterno conſenſu. Idem dicimus, & in filia familias uxore: nam nec ei repudium mittere ſine paterno conſenſu marito ſuo permittitur (1). Alioquin dotem, quam pater ſuſcepit, vel propter nuptias donationem non cogitur (2) reddere.

IX. (*b*) Si morte mariti, vel uxoris ſolutum matrimonium fuerit: ſuperſtes perſona dotem, vel propter nuptias donationem ſecundum pactiones factas lucretur [3]: ita tamen ut diſpares [4] non ſint pactiones. Nun enim admittimus tales conventiones [5] quæ marito quidem dimidiam partem dotis moriente (6) muliere præſtant [7]; uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis moriente marito. Exæquari enim pactiones ab utraque perſona [8] decet. Ideoque ſuperfluum unius portionis tollimus, ut etiam in perſona mariti tertia pars dotis expectetur. Exæquationem enim partium ita fieri Conſtitutio jubet, ut major pars [9] deminuto ſuperfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen lucratus fuerit ex dote maritus, muliere mortua, vel ſi mulier lucretur ex donatione propter nuptias, mortuo marito; hoc habeat pleno jure; & habeat (10) poteſtatem, quo voluerit modo, ea conſumere (11) ſive per legatorum titulum, ſive alia quavis [12] alienatione. Sin autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes, vel quaſdam ex eis: maneant apud liberos præcipui honoris vice: ſive ſcripti fuerint heredes ab ea perſona, quæ tale luctum ſenſerit (13), ſive non: niſi forte ingrati circa eam extiterint.

Si enim (14) ingrati circa eam perſonam extiterint liberi, quæ lucri (15) aliquid ceperit (16): quamvis tales res non alienaverit ſpecialiter (17) ſive inter vivos, ſive in teſtamento ſuo: attamen heredes ejus eas res (18) capiant, excluſis videlicet modis omnibus liberis. Illud autem (19) certum eſt, quod ſi filii ſint, & ex ante defunctis filiis nepotes, pariter cum ſuis patruis, ſive avunculis in eundem honorem perveniant; ſi tamen ſui patris hereditatem amplectuntur. Hoc autem non ſolum in dote, & donatione propter nuptias teneat: ſed etiam in illis matrimoniis, quæ ſine dotalibus inſtrumentis (20) conſiſtunt, in quibus quartam partem ſubſtantiæ ſuæ maritus, vel uxor lætæ perſonæ compellitur dare ſecundum anteſatam (21) diviſionem.

X. [*c*] Si mulier (22) poſt mortem mariti nec dum (23) annali ſpatio completo ad ſecundas properaverit (24) nuptias: omnibus (25) quidem modis inter infames erit. Sed ſi quidem liberos ex priore matrimonio non habeat; infamiam quidem exſolvere (26) poterit, ſi preces Imperatori porrexerit, & cum divino (27) Principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit. Res autem a priore marito ſuo ſibi derelictas (28) nullo modo lucrabitur; ſed decem perſonis res eodem modo (29) adcreſcunt, id eſt uſque ad ſecundum gradum in ſuperioribus, & in (30) inferioribus, & ex latere venientibus dinumeratione facta: eodemque modo decem perſonis collectis. Sunt autem hæ: pater & mater (31), avus & avia (32), filius & filia (33), nepos & neptis (34), frater & ſoror (35). His autem perſonis non apparentibus ea, quæ a priore marito tali uxori relicta ſunt, fiſci juribus vindicentur. Sed nec propter nuptias donatione potiri conceditur, quamvis pactionum tenor reclamaverit (36). Sed nec copulato ſibi ſecundo marito ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ. Sed nec ab alio (37) extraneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur. Omnino enim cum alio non habeat (38) teſtamenti factionem. Ideoque neque hereditatem ſibi relictam, neque legatum, neque fideicommiſſum, neque mortis cauſa donationem capere poterit. Sed ea, quæ relicta ſunt, ſive legata, ſive fideicommiſſa, ſive hereditaris particularis datio (39) apud coheredes (40) ejus remaneant. Sin autem ipſa ſola heres ſcripta eſt, ad eos bona defuncti perveniant (41), quos ab inteſtato leges vocant. Hæc de his, quæ ex teſtamento tali mulieri relinquuntur (42). Nam ſi ab inteſtato ad cognatorum (43) ſuorum here-

di-

(1) *permittimus.* [2] *cogatur.* alii, *compellere.* ſorte *compellitur.*
(3) *pactionem factam.* (4) *impares.*
(5) *talem conventionem.* (6) *mortuo.*
(7) *præſtent.* alii, *præſtat.*
(8) *ab utraque parte.* alii, *ex utraque parte.*
(9) *pars &c.* (10) *ut habeat.*
(11) *eam diſponere.* alii, *eadem conſumare.* alii, *eadem diſpoſitione.* ſorte, *de eadem diſponere.* (12) *alia quacumque.*
(13) *ſcripſerit.* (14) *Si.* (15) *qui lucri.* alii, *qui.* [16] *acceperint.* alii, *interceperint.* (17) *ſimiliter.* [18] *caſdem res.*
(19) *Illud.* (20) *dotibus.* (21) *præfatam.*
(22) *Similiter ſi mulier.* Ivo parte 8.
[23] Ivo ibid. *nondum.* (24) *pervenerit.*
(25) *omni quidem modo.* Ivo.
(26) *ſolvere.* Ivo. (27) *divino.* Ivo.
(28) *ſibi relictas.* Ivo. (29) *eodem modo.* alii, *res eo modo.* alii, *res eædem.* (30) *&c.*
(31) *mater.* (32) *avia.* (33) *filia.*
(34) *neptis.* (35) *ſoror.* (36) *declaraverit.* (37) *ab aliquo.* (38) *habet.*
(39) *datio.* (40) *coheredibus.*
(41) *perveniunt.* (42) *reliquerit.*
(43) *adgnatorum.*

[*a*] Vide Auth. E contra. C. *de repud.*
(*b*) Videndæ Auth. Hæc res. & Auth. Nunc autem. & Auth. Ad eos. C. *de ſecund. nupt.*
(*c*) Refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 272. ut Nov. 37. *c.* 11. & *parte* 16. *c.* 125. & *lib.* 6. *tit.* 4. *c.* 10. Panorm. ut Nov. 27. *c.* 11.

ditatem vocatur (1): non omnibus ſuccedere poterit (2); ſed uſque ad tertium gradum tantum (3) ab inteſtato hereditatem accipiat [4]; ulterioris autem gradus cognatis omnino non ſuccedat. Sin autem liberos habeat [5], & non expectet [6] anni ſpatium; ſed ad ſecundas nuptias properaverit (7): & hæc quidem infamis erit: ſed tamen nec Principis indulgentia priori reſtituetur famæ, niſi liberis ex priore matrimonio natis dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ donaverit pure & ſine ulla condicione; ita ut nec uſum ejus (8) retineat ſibi. Sed tempore ſecundi matrimonii [9] ſimpliciter dimidiam partem ſuarum facultatum eis donet. Hoc enim facto, & principali reſcripto ſecuto priſtinam famam ſibi renovabit. Inter eos autem liberos, quibus dimidiam partem bonorum ſuorum donabit (10), res donatæ æqua [11] portione diſtribuantur. Et ſi quidem filii ſint, in capita dividantur res eis [12] donatæ. Sin autem nepotes ſunt (13): patris ſui portionem accipiant ut videantur quodammodo in ſtirpem (14) ſuccedere (15). Et ſi quidem omnes liberi inteſtati deceſſerint: hereditas eorum ad matrem perveniat, proculdubio dimidiam partem bonorum ſuorum, quam ſemel dedit, iterum recepturam (16). Quod ſi teſtamento facto deceſſerint: neceſſe eſt res, quas dereliquerint [17], ad ſcriptos eorum ſucceſſores pervenire.

XI. (*a*) Si mulier poſt priores nuptias repudio, vel morte mariti ſolutas ad ſecundum (18) migraverit matrimonium anno ſcilicet legitime (19) completo: ſi quidem nullos habeat liberos; ſine quæſtione res ſibi derelictas a priore marito pleno jure poſſidebit, non ſolum jure uſusfructus, ſed etiam rerum dominio potitura. Quod ſi liberos ex priore matrimonio habeat [20] ad ſecundas perveniens nuptias [21] in primis quidem carebit propter nuptias donatione: deinde [22] omni alia liberalitate, quæ ad eam pervenerit; ſive inter vivos, ſive in ultima (23) voluntate maritus ei quippiam dederit, vel dereliquerit ſive inſtitutionis (24) nomine, ſeu legati (25), vel fideicommiſſi cauſa. Hoc autem, quod diximus carere eam omnibus, quæ ex ſubſtantia mariti ad eam pervenerunt (26): intelligendum eſt quantum ad rerum dominium; uſusfructus enim earum rerum ipſi mulieri permanet (27), proprietate ſcilicet ex eo tempore liberis competente, quo ſecundas nuptias mater eorum contraxerit. Sin autem illa deceſſerit; etiam uſusfructus eis adcreſcat. Et hæc omnia jura communiter locum habeant (28) tam in uxoris perſona, quam in mariti (29); ſi forte & ipſe (30) ſecundas contraxerit nuptias nulla diſcretione habita utrum dotem, vel propter nuptias donationem ipſi pro ſe dederint, an alius magis pro eis.

XII. [*b*] Adeo autem rerum prædictarum poſt ſecundas nuptias patris, vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit; ut non poſſit pater, vel mater eorum res eaſdem firmiter alienare, nec (31) hypothecæ titulo obligare: quoniam [32] jus utendi fruendi tantummodo parenti conceſſum eſt. Sed clementius (33) res temperabitur: ut ſtatim quidem liberi non poſſint ſuum parentem [34] vetare, ſi eaſdem res alienare voluerit (35): ſed poſt obitum ejus [36] eas vindicabunt ſine ullo obſtaculo. Et non ſolum ipſi, ſed etiam heredes eorum res diſtractas, vel pigneratas vindicabunt: & non ſolum adverſus emptores, vel creditores; ſed etiam contra ſucceſſores eorum in rem movebitur actio, nulla temporali præſcriptione excluſis (37), niſi forte triginta annorum curricula tranſacta fuerint [38]: quæ computari oportet ex eo tempore (39), quo liberi ſuæ poteſtatis effecti ſunt (40): excepta videlicet pupillari ætate; quia impuberibus nulla temporis computatio concurrit [41].

XIII. (*c*) Nullam poſt hac habeat electionem pater, vel mater ad ſecundas perveniens (42) nuptias, res prædictas cui voluerit liberorum ſuorum addicere. Sed ad omnes liberos hujuſmodi res (43) veniant in capita diſtribuendæ; niſi forte nepotes ex filio, vel filia proponantur. Hi enim in ſtirpem (44) vocantur, & patris ſui, vel matris portionem accipiunt. Illud autem quod ſuperius (45) diximus, ut in talibus rebus alienatio a parente [46] facta irrita ſit (47); non

ſine

(1) *vocetur.* alii, *vocentur.* (2) *poterat.*
(3) *gradum.* (4) *capiat.* (5) *habet.*
(6) *expectaverit.* (7) *pervenerit.*
(8) *uſumfructum.* (9) *Sed ab eo tempore, ex quo ſecundum matrimonium contraxerit.*
(10) *donaverit.* alii, *donavit.* [11] *ex æqua.*
(12) *res ejus.* (13) *ſint.* A.
(14) *in ſtirpes.* [15] *ſuccedere debere.*
[16] *receptura.* (17) *reliquerint.*
(18) *ad ſecundas migraverit nuptias.*
(19) *legitimo.* A. (20) *habens.* alii, *habeat,* &c. (21) *pervenerit nuptias.* alii, *venerit.*
(22) *deinde autem.* (23) *ultima.*
(24) *inſtitutionis.* (25) *ſive legati.* alii, *vel legati.* (26) *pervenerint.* (27) *permaneat.* alii, *perveniat.* (28) *habent.*
(29) *mariti.* (30) *ipſe.* (31) *vel.*
(32) *quamvis.* (33) *Sed clementer.* alii, *ſed clementius quidem.* (34) *ſuos parentes.*
(35) *voluerint.* (36) *eorum.*
(37) *excluſi.* alii, *excluſi ſint.* (38) *ſint.*
(39) *ex tempore.* alii, *ex eodem tempore videlicet.* (40) *fuerint.* (41) *currit.* alii, *occurrit.* forte *cucurrit.* (42) *veniens.*
(43) *heres.* (44) *in ſtirpes.* (45) *ſupra.*
(46) *parentibus.* [47] *irrita non ſit.*

(*a*) Vide auth. In donatione. Et auth. Lucrum. & auth. Hæ res. C. *de ſecund. nupt.*
[*b*] Vide auth. Niſi tricennale. C. *de bon. matr.*
[*c*] Vide auth. Lucrum. auth. Sed & ſi quis. & auth. Hæ res. C. *eod. tit.*

ſine diſtinctione teneat (1): ſed interdum pro parte valeat: ideſt pro ea, quam caſus ille facit (2), qui extat nullis liberis ſuperſtitibus, prorata ſcilicet totius pactionis. Hoc autem, quod dico, tale eſt. Quædam mulier nupſit; & pepigit cum marito ſuo, ut ſoluto matrimonio, ſi liberi ſuperſtites fuerint; in totum propter nuptias donationem habeant (3): ſi nulli liberi ſuperſtites fuerint, tertiam partem habeant (4). Ecce in hoc caſu ſi direpto (5) priore matrimonio ſecundas nuptias contraxerit mulier, tribus liberis ſuperſtitibus; & unus ex his (6) deceſſerit: tantam partem mulier (7) pleno jure poſſidebit, & alienare firmiter poterit; quantam (8) mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione, quæ illo caſu continetur, qui locum habet, ſi liberi ſuperſtites non ſint: ideſt ut tertiam portiunculam (9) tertiæ partis mater lucretur, eamque firmiter alienet (10): in cæteris autem portiunculis inutilis ſit (11) alienatio. Quod ſi contigerit omnes liberos mori ſine liberis: neceſſe eſt totam portionem tertiam matrem habere, quam habuiſſet, ſi ab initio nullis liberis ſuperſtitibus priores nuptiæ ſolutæ fuiſſent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio a parente (12) facta interim in ſuſpenſo eſt. Et poteſt pro parte quidem valere uno filio defuncto; pro parte autem in ſuſpenſo eſſe: ut ſi omnes liberi moriantur, tota tertia portio firmiter alienata fuiſſe (13) videatur. Illud indubitatum eſt quod filius ingratus circa parentes (14) oſtenſus hujuſmodi portione (15) excludendus erit: in hoc enim tantummodo caſu jus electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrem (16), vel matrem ingratus probatur (17); vel omnimodo (18) qui circa eum ingratus eſt, qui ultimus deceſſerit.

XIV. Pater, vel mater, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit, non habeat (19) licentiam ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum (20) ſuorum, vel vitricum ultra eam partem, quæ ad unumquemque liberorum ſuorum (21) ex ſubſtantia ejus pervenerit. Ideoque ſi unum filium habeat; dimidiam partem eidem filio (22) ſuo conſervet, & alteram dimidiam (23) novercæ, vel vitrico præſtet. Sin autem duos filios habeat, tertiam tantummodo portionem (24) bonorum ſuorum novercæ, vel vitrico liceat eis (25) præſtare. Quod ſi tres habeat filios (26); quartam partem, ſi velit, det. Et regulariter tantam partem (27) liceat ei novercæ, vel vitrico dare; quantam (28) ſinguli liberi habent (29). Sed & ſi [30] in teſtamento ſuas facultates dividere parens voluerit; & novercæ, vel vitrico quippiam donare (31) voluerit legati, vel fideicommiſſi nomine: pariter ſubſtantiam ſuam diſtribuat; ut vitricus, vel noverca unius liberi habeat portionem. Hæc (32) ſi liberis ſuis non ex diſparibus partibus facultates ſuas parens diviſit (33). Nam ſi diſpares portiones eis præſtiterit [34]: neceſſe eſt novercam, vel vitricum illi filio comparari, qui minimam portionem accepit (35), ita tamen ut unuſquiſque liberorum non minus lege Falcidia habeat; niſi forte appareat ingratus. Id autem, quod diximus de patre, & de matre [36], teneat & in avo (37), & in avia [38], & non ſolum in filio, filiave, ſed & in [39] nepote, nepteve (40).

XV. Sed eſt quæſitum multotiens in judiciis; quo tempore computationem patrimonii parentis facere debeamus; utrum eo, quo dotem, vel ante nuptias donationem, vel aliam qualem vis liberalitatem adſcripſit, vel dedit vitrico, vel novercæ; an magis illud tempus ſpectari oportet, quo parens mortuus eſt [41]. Et dicimus eventum inſpici oportere, ideſt illud tempus, quo parens mortuus eſt: ut ſecundum patrimonii quantitatem, quod poſtea inventum fuerit, ita diviſio fiat inter liberos ex priore matrimonio natos, & novercam, vel vitricum. Ita ut ſi quid plus novercæ, vel vitrico datum, vel derelictum (42) fuerit: hoc redeat ad liberos (43), qui ex priore matrimonio nati ſunt (44), & pariter inter eos diſtribuatur. Sin autem ex ſecundo matrimonio liberos reliquerit, id quod de ſua ſubſtantia plus æquo (45) dedit, irritum factum [46], inter omnes, & ex priore, & ex ſecundo matrimonio natos liberos dividatur. Illud autem (47) certum eſt, quod & primi (48), & ſecundi, & tertii matrimonii liberi ſinguli ſuæ matris dotem; vel proprii [49] pa-

(1) *teneatur.* (2) *fecit.* (3) *habeat.* A.
[4] *habeat mulier.* (5) *diruto.* alii, *dirupto.* forte, *dirempto.* (6) *ex eis.*
(7) *partem tertiam inſuper.* alii, *partem tertiam mulier.* (8) *quantum.*
(9) *particulam.* (10) *alienare poſſit.*
(11) *inutilis erit.* alii, *inutilis fiat.*
(12) *a parentibus.* (13) *eſſe.*
(14) *parentem.* (15) *his portionibus.*
(16) *patrem, &c.* alii, *patrem, aut circa.*
(17) *probatus eſt.* (18) *omnino.*
(19) *habet.* (20) *liberorum.* (21) *liberorum.* (22) *filio.*
(23) *dimidiam partem.* alii, *partem.*
(24) *partem.* alii, *neutrum.*
(25) *liceat ei.* alii, *liceat.*
(26) *liberos.* (27) *tantum.*
(28) *quantum.* (29) *haberent.*
(30) *Sed ſi.* (31) *dare.* (32) *Hoc ſi.*
(33) *parentes diviſiſſent.* (34) *præſtiterint.*
(35) *acceperit.* (36) *& matre.*
(37) *in avo.* (38) *avia.*
(39) *Sed etiam in.* alii, *Sed etiam.*
(40) *& nepte.*
(41) *moriatur.* (42) *relictum.*
(43) *reddat, ac liberis.* (44) *nati ſunt, detur.* (45) *plus.* alii, *amplius æquo.*
(46) *irritum permaneat, ut.* (47) *Illud vero.* [48] *ex primo, & ſecundo, & tertio matrimonio.* (49) *proprii ſui.*

patris propter nuptias donationem excipient omnimodo [1], ſive ad alias pervenerit (2) nuptias pater, vel mater, ſive non.

XVI. Sin autem legatum defuncta perſona ſuperſtiti parti reliquerit; deinde ſuperſtes noluerit ad alias nuptias pervenire (3): liceat ei ſuo jure legatum poſſidere, & alienare ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate; & liceat ei hoc quo (4) voluerit modo diſponere.

XVII. (*a*) Omnia autem, quæ diximus de lucro dotis, vel propter nuptias donationis ex morte mariti, vel uxoris ad alterutram perſonam pervenientis (5); trahenda ſunt etiam ad ea lucra, quæ per repudium matrimonio ſoluto ad alterutram [*6*] partem pervenerunt (7). Idem juris eſt, & ſi bona gratia nuptiæ disjunctæ ſunt (8). Liberis enim res lucro cedentes ſervabuntur. Idem dicimus, & (*9*) de eo lucro, quod mulieribus præſtari neceſſe eſt ſine dotibus nuptis. Quartam enim partem, quam ex facultatibus mariti acceperunt (10), liberis ſuis præſtare coguntur [11].

XVIII. Libera licentia ſit tam augere (12) quam deminuere [13] dotem, vel propter nuptias donationem etiam conſtante adhuc (14) matrimonio. Quod in primis quidem nuptiis ſine diſtinctione verum eſt: in ſecundis autem nuptiis liberis quidem ex priore matrimonio extantibus (15) deminuere dotem, vel ante nuptias donationem non licebit; quamvis augere eas non eſt prohibitum. Sin autem nulli liberi (*16*) ex præcedenti (17) matrimonio ſint: tunc (18) & augere, & deminuere dotem, & propter nuptias donationem ſine ullo (19) obſtaculo licet.

XIX. (*b*) Si quis in ultimis ſuis elogiis uſumfructum uxori ſuæ reliquerit, ſive mortis cauſa donaverit; vel ſi vivus (20) uſumfructum ei conceſſiſſet (21); poſteaque ad ſecundas nuptias uxor migraverit: non ſtatim ei pereat uſusfructus; ſed habeat eum integrum mulier quo ad vixerit: poſt mortem autem ejus redeat uſusfructus ad proprietatem ſuam. Hæc autem ita ſunt, niſi ſpecialiter maritus, qui donavit uſumfructum, ſub hac condicione dedit (22), ut ſi mulier ad ſecundas pervenerit nuptias, uſusfructus extinguatur. Idemque (23) dicimus & ſi mulier uſumfructum marito ſuo donaverit, vel in ultima voluntate reliquerit. Sed hæc de jure utendi fruendi, quod per liberalitatem (24) alteri ab altero datum eſt. Sin autem uſusfructus dotis cauſa, vel propter nuptias donationis gratia datus ſit: tunc vetera jura inlibata maneant: ideſt ut apud maritum, vel mulierem ſit; quamvis (25) contrarium in ſuo teſtamento perſona decedens expreſſerit (*26*).

XX. Quodcumque filius, vel filia adquiſierit ſive ex materna linea, ſive ex cauſa nuptiali, vel qualitercumque [27]: hujus rei uſumfructum omnino (28) pater habeat, quamvis ſecundas contraxerit nuptias. Loquimur [29] autem de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt. Exceptis videlicet caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus peculiis. Ea enim ſine aliqua diſtinctione parentibus non adquiruntur, neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad uſumfructum ſpectat [30]. Sed ſunt pleno jure liberorum, quamvis in poteſtate parentum fuerint.

XXI. (*c*) Si mulier liberis ſuis res quaſdam donaverit; poſteaque ad ſecundas pervenerit nuptias; & ingratitudinis velamento donationem ſemel a ſe factam revocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere; niſi ſpecialiter probaverit, vel quod vitæ ejus filius (31) inſidiatus eſt, vel (32) quod manus ei impias intulerit, vel quod tales inſidias ei concinnaverit (33), ut facultatibus ſuis totis privetur [34].

XXII. [*d*] Mulier, quæ ad ſecundas migraverit nuptias, privilegiis, vel (35) dignitatibus mariti prioris [*36*] non utatur (37).

XXIII. (*e*) Si liberta mulier patrono ſuo copulata nuptiis quidem ejus ipſa [38] renuntiaverit; ad ſecundum autem matrimonium migrare voluerit: id facere (*39*) invito patrono

non

(1) *accipiant, & æqualiter omnino dividant.* (2) *venerit.* (3) *venire.* (4) *eo quo.* [5] *provenientis.* (*6*) *utramque.* (7) *perveniant.* (8) *ſint.* (*9*) *etiam de.* (10) *acceperint.* (11) *ſervare coguntur.* alii, *ſervare cogantur.* Adduntur in aliquibus libris hæc verba: *Et ſi ſecundas contraxerit nuptias maritus: filii ſui ex priori matrimonio nati res, quas lucratus eum cuſtodiat.* In quibus verbis pro *filii ſui nati*, ſcribendum eſt *filiis ſuis natis*, & pro *eum; eſt.* A.

(12) *tam mulieri, quam etiam marito tam augere.* (13) *quam etiam deminuere.* [14] *conſtante.* [15] *exiſtentibus.*

(*16*) *nulli extant liberi.* (17) *priore.* [18] *tunc.* [19] *ſine.* (20) *vel vivus.* (21) *conceſſerit.* (22) *dederit.* [23] *Idem.* (24) *liberalitate.* (25) *niſi.* (*26*) *expreſſit.* (27) *ex qualicumque.* (28) *omnimodo.* [29] *Loquitur.* (30) *exſpectat.* (31) *ejus.* (32) Ivo. *ſit, vel.* (33) *concinnaverit.* Ivo. alii, *comminaverit.* alii, *ei comminaverit.* (34) *totis privaretur.* Ivo. alii, *privetur.* (35) *privilegiis, &c.* [*36*] *prioris mariti.* Ivo. alii, *prioris viri.* (37) Ivo, *in decreto: non utitur.* (38) *ejus.* Ivo. (*39*) *hoc facere.*

(*a*) Vide auth. Ad eos. *eod. tit.*
(*b*) Vide auth. Hoc locum. C. *ſi ſecund. nupt. mul.*
(*c*) Refert Ivo, *parte* 16. *c.* 126. decreti, ut *cap.* 33. Vide Auth. Quod mater. C. *de revocand. donat.*
[*d*] Refert idem *parte* 8. *cap.* 273. ut Nov. 37. *cap.* 23. & *parte* 16. *cap.* 127. decreti, ut *cap.* 24. & *lib.* 6. *tit.* 4. *cap.* 11. Panorm. ut Nov. 27. *cap.* 23.
[*e*] Refert idem Ivo *d. parte* 8. *cap.* 57. ut Nov. 37. *cap.* 25. & *parte* 16. *cap.* 128.

non poterit. Alioquin ſi contra voluntatem ejus nupſerit, non ſunt (1) nuptiæ: ſed ut meretrix conjuncta eſſe videtur (2).

XXIV. Conſtante adhuc matrimonio dotem maritus uxori ſuæ non facile compellitur ſolvere (3); niſi ſit cauſa legibus cognita. Alioquin ſi temere dotem uxori ſuæ maritus ſolverit: donaſſe ei videtur (4). Et ideo mortua muliere dotem reddere heredes ejus marito debent, cum fructibus ſcilicet, qui in medio (5) tempore nati ſunt; & non ſolum ipſi marito, ſed etiam heredibus ejus. Ideoque & lucra dotium ſic tractantur, quaſi non eſſent redditæ, ut & pacta dotalia conſerventur: etſi ſecundas nuptias maritus contraxerit: filiis ſuis ex priore matrimonio natis res, quas lucratus eſt, cuſtodiat.

XXV. (*a*) Si mulier liberorum ſuorum tutelam admioiſtraverit; & poſt inchoatam adminiſtrationem ad ſecundas migrare voluerit nuptias: prius filiis ſuis impuberibus tutorem petere debet, eique rationem (6) adminiſtrationis ſuæ reddere; & poſt redditam rationem (7) ſi debitrix appareat, debitum ſuum ſolvere (8) debet: deinde ſi velit, ad matrimonium ſecundum perveniat (9). Sin autem hac obſervatione contempta ſecundas contraxerit nuptias: non ſolum res ipſius matris (10) liberis ſuis (11) hypothecæ titulo ſupponantur; ſed etiam res vitrici ex (12) præſentis Conſtitutionis auctoritate. Et ſi filii impuberes moriantur: ſucceſſionem eorum mater lucrari (13) non ſperet, ſive ab inteſtato deferatur (14) eorum ſucceſſio; ſive ex teſtamento, quo forte (15) pater eis pupillari modo matrem eorum (16) ſubſtituit. Et non ſolum tales pœnas patiatur: ſed etiam illas, quæ de his (17) mulieribus dictæ ſunt, quas probatum (18) fuerit [19] ante quam legitimum tempus, id eſt annale ſpatium prætereat, ad ſecundas nuptias properaſſe: ut ſint infames, & alias (20) pœnas ſuſtineant, quas ſuperius expoſuimus (21). Solvi autem pœnæ (22) poſſunt, ſi principalis indulgentia remiſerit eas; ſecundum jam traditam obſervationem (23); & ſi (24) dimidia pars bonorum matris liberis ſuis (25) donata fuerit; ita ut [26] nec uſusfructus rerum matri eorum concedatur.

Idem autem dicimus, & ſi naturalium liberorum mater tutelam adminiſtrans ad ſecundas convolaverit nuptias. Eaque cuſtoditi oportet in provinciis quidem cura, & ſolicitudine Præſidum; in imperiali autem Civitate cura, & ſolicitudine tam Præfecti Urbis, quam Præfecti Prætorio.

XXVI. Si pater juſſus, vel rogatus fuerit legatum, aut fideicommiſſum filio ſuo ſub condicione præſtare: non aliter legatorum ſervandorum cauſa ſatisdare cogatur, niſi ſecundas contraxerit nuptias.

XXVII. (*b*) Clericus, qui ſupra (27) lectores, & cantores eſt (28), veluti ſubdiaconus, vel diaconus, nullas nuptias contrahere audeat: alioquin ſacerdotio [29] cadat. Lector quoque, ſi ſecundas contraxerit nuptias: ad majorem (30) gradum ordinis eccleſiaſtici prohibeatur aſcendere [31]. Laicus etiam ſi appareat uxori conjunctus eſſe, quæ alium maritum habuit (32); aut ſi non jure conjunctus ſit; aut ſi ipſe aliam uxorem habuit: neque ſubdiaconos, neque diaconus, neque presbyter fieri poterit (33). Nam & ſi (34) clandeſtinis artibus ad conſecrationem irrepſerit, honore ejus cadat.

XXVIII. (*c*) Si quis decedens reliquerit uxori ſuæ legatum ſub hoc modo; ut ad ſecundas nuptias non perveniat: vel ſi mulier marito ſuo legatum reliquerit; ut ſecundum ille non contrahat matrimonium: correcta lege Julia Miſcella præſtetur legatum ſub hujuſmodi obſervatione. In primo [35] quidem anno legatum non exigatur (36): niſi forte ſacerdotium legatario obvenerit (37); ut nuptiarum nulla ſpes ſit. Anno autem primo tranſacto, ſi quidem res legata immobilis ſit: ſub cautione tamen juratoria, & obligatione bonorum ſuorum, quod ſecundis ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit, reſtituat cum fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis fuerit (38): ſi quidem legatarius, vel legataria locuples fuerit; ſimili cautione, atque obligatione bonorum ſuorum rem ſibi legatam capiat, ita ut ſecundis nuptiis contractis, res, qualis data eſt, reddatur, vel deminutio ejus reſarciatur (39). Sin autem pecunia

 ou-

(1) *non ſunt.* Ivo. [2] *videatur.* Ivo, parte 8. (3) *reddere.* (4) *videbitur.*
(5) *qui medio.* alii, *& qui in medio.*
(6) *rationes.* (7) *reddita ratione.* Ivo. alii, *redditas rationes.* (8) *ſuum perſolvere.* Ivo. alii, *perſolvere.* (9) Ivo in Panorm. *veniat.* alii, *pervenire.* (10) *ipſius, ideſt matris.* Ivo, & alii. (11) *ejus.* Ivo. (12) *vitrici.*
(13) *ſe lucrari.* A. (14) *ei deferatur.* A.
(15) *quod forte.* [16] *matrem.*
(17) *de illis.* [18] *quæ probatæ.*
(19) *fuerint.* (20) *tales.*
(21) *ſupra poſuimus.* alii, *ſupra expoſuimus.* (22) *pœnis.* A.
[23] *obſervantiam.* (24) *ſi.* (25) *liberis.*
(26) *ut.* (27) *ſuper.* Ivo. (28) *erit.*
(29) *a ſacerdotio.* Ivo. (30) *ad omnem.*
(31) *prohibetur accedere.* Ivo.
(32) *habuerit.* (33) *poteſt.* Ivo.
(34) *Et ſi.* Ivo. (35) *ut in primo.*
(36) *legata non exigatur.* (37) *ad ſacerdotium legatarius pervenerit.* alii, *legatarius ad ſacerdotium pervenit.* (38) *ſit.*
(39) *reſtituatur.*

(*a*) Vide Auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 273. ut Nov. 37. *c.* 23. & *parte* 16. *cap.* 129. ut *cap.* 27. & *libro* 6. *tit.* 4. *cap.* 12. Panorm.
(*b*) Refert Ivo *parte* 6. *cap.* 422. decreti, ut ex conſt. 37. *c.* 28. Vide auth. Multo magis. C. *de Ep. & cler.*
(*c*) Vide Auth. Cui relictum. C. *de indicta vid. toll.*

numerata legata ſit: cum uſuris ſuis reddatur, quæ legatario ſolutæ ſunt ab his (1), quibus pecuniam mutuavit: ſacramento prius ab eo præſtito, quod nihil ex uſuris ſibi ſolutis cælavit. Quod ſi non quidem mutuaverit (2) pecuniam ad uſuram, ad uſus autem ſuos (3) convertit: uſurarum nomine tertiam (4) centeſimæ det. Hæc (5) ſi locuples fuerit legatarius, vel legataria. Sin autem minus ſolvendo fuerit; fidejuſſorem (6) dare cogatur. Quod ſi nec fidejuſſionem dare poſſit: ſub cautione juratoria, & obligatione bonorum (7) res ei præſtentur. Statim autem atque (8) ad ſecundas nuptias pervenerit; res legati nomine datæ vindicentur apud qualencunque perſonam inventæ fuerint, ſive mobiles, ſive immobiles ſint. Et omnimodo (9) vindicatio rerum ita fiat; quaſi alienatio earum ab initio facta non eſſet. Sin autem pecunia numerata legata ſit; & legatarius neque fidejuſſores (10) habuerit, neque idoneus ſit: tunc ille, a quo legatum ei relictum (11) eſt, tertiam centeſimæ uſurarum nomine ei præſtet; donec ad ſecundas pervenerit nuptias; vel ſacerdotio fuerit conſecratus, ut nulla ſpes nuptiarum ſuperſit; vel mortuus fuerit legatarius. Nam ſiquidem ſecundas [12] nuptias contraxerit: reddat, quas accepit uſuras. Sin autem ad ſacerdotium venerit, vel mortuus ſit: capiat aut ipſe ſortem, aut heres (13) ejus. Hæc autem omnia obſervari decet (14), & ſi non maritus uxori, aut uxor marito; ſed extraneus quicumque ſub eadem condicione legatum reliquerit: nam & hic (15) eadem teneant, quæ in marito diximus, & uxore: ut antefata cautio detur; ſi quidem inſtitutio particularis ſit, coheredibus; ſin autem legatum, vel fideicommiſſum (16), heredibus, vel ſubſtitutis; nemine autem ex his apparente, his cautio (17) præſtetur, qui ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti vocantur: niſi forte ſpecialiter teſtator talem cautionem dari prohibuit (18). Nam & in hoc (19) voluntatem ejus cuſtodiri æquum eſt.

XXIX. (*a*) Si filius decedens in teſtamento ſuo matrem heredem inſtituerit: ſic inſtitutio ejus habeatur; quaſi quivis alius extraneus a defuncto [20] heres in teſtamento ſcriptus fuiſſet [21]. Ideoque omnia, quæ filius reliquerit (22), ad matrem perveniant: nulla diſcretione [23] habita utrum res, quas filius dereliquit, ex paterna ſubſtantia ad eum devolutæ ſunt (24); an non. Undecumque enim res ſunt, quæ (25) ad filium pervenerint [26], tranſmittuntur (27) ad matrem: nullaque eidem matri quæſtio ab aliis filiis ſuis, ideſt fratribus defuncti moveatur. Quia & ſi alius extraneus a defuncto filio heres inſtitutus eſſet; nihilominus (28) omnes res teſtatoris accepiſſet. Hæc (29), ſi mater in teſtamento a filio ſuo heres inſtituta eſt: nulla habita differentia utrum ad ſecundas migraverit nuptias, an non. Sin autem inteſtatus filius defunctus eſt; & mater vel jam ad ſecundas nuptias migraverit (30), vel poſtea migraverit: vocetur quidem & ipſa cum fratribus defuncti filiis ſuis (31) ad ſucceſſionem ejus. Sed earum quidem rerum, quæ ex paterna linea ad filium defunctum pervenerunt (32), tantum uſumfructum habeat mater, ſi ſecundas nuptias contraxerit (33), vel ſi poſtea contraxerit [34]. Sin autem res ex alia cauſa a filio defuncto adquiſitæ ſunt: tunc in iiſdem rebus æquali (35) portione cum fratribus defuncti filiis ſuis [36] ſuccedat: & non ſolum jus utendi fruendi, ſed etiam proprietatem in iiſdem habeat rebus: excepta videlicet (37) propter nuptias donatione. Ea enim ſuis finibus (38) regitur, & nullam innovationem ab hac Conſtitutione patitur. Sed in (39) hoc toto juris (40) capite ingratitudinis ratio habenda eſt non ſolum ad matrem, ſed etiam ad fratres. Cauſæ autem ingratitudinis in alia inferiore Conſtitutione exponentur (41). Illud autem certum eſt, quod hoc caput Conſtitutionis ad futuros caſus, non ad præteritos pertinet.

XXX. Liceat matri in his rebus, quæ non ex paterna linea ad filium ſuum defunctum pervenerunt (42); ſi hæres ei extiterit, & teſtari, & alienare, aut quo voluerit modo (43), diſponere. Quod ſi res permixtæ fuerint tam ex paterna linea, quam ex diverſis aliis cauſis adquiſitæ; veluti ex teſtamento, ex donatione, ex legato, vel alio hujuſcemodi (44) caſu: earum quidem (45), quæ ex paterna linea filio de-

[1] *ſint ab his.* (2) *mutuavit.* (3) *ſed ad uſum ſuum.* (4) *uſuram tertiæ.*
[5] *Hoc ſi.* (6) *fidejuſſorem.* alii, *fidejuſſores.* [7] *ſuorum bonorum.* (8) *ut.* alii, *ſi.*
(9) *omnino.* [10] *ſi fidejuſſores non.*
(11) *relictum.* [12] *legitimas.* alii; *ſecundas legitimas.* (13) *heredes.* (14) *obſervari debent.* alii, *ſervari decet.* (15) *hæc.*
[16] *fideicommiſſum relictum fuerit.* A. alii, *fideicommiſſum relictum ſit.*
(17) *eis cautio.* (18) *prohibuerit.*
(19) *in hoc caſu.* (20) *defuncto.*
(21) *eſſet.* (22) *reliquit.* (23) *diſtinctione.*
(24) *ſint.* A.

(25) *res.* (26) *pervenerunt.*
(27) *tranſmittantur.* (28) *ſolus.*
[29] *Hæc.* [30] forte, *nuptias migravit.* A.
[31] *defuncti filii ſui.* alii, *filii ſui.*
[32] *pervenerint.* [33] *nuptias contraxit.* A.
(34) Hæc verba in quibuſdam libris non ſunt. [35] *æqua.* (36) *filii ſui.*
(37) *excepta.* (38) *in ſuis finibus, regionibuſque.* (39) *Sed & in.* [40] *juris.*
(41) *exponuntur.* (42) *pervenerint.* alii, *pertinuerunt.* (43) *& ad quemque voluerit modum.* alii, *& ad quem voluerit modum.* (44) *hujuſmodi.* (45) *earum quidem rerum.* A.

[*a*] Vide Auth. Ex teſtamento. C. *de ſecund. nupt.* & auth. Et cum ſolis. C. *ad* 5. *c. Tertull.*

defuncto obvenerunt, tantum habeat (1) uſumfructum, aliarum autem rerum pleno jure habeat proprietatem. Hoc autem Conſtitutionis caput non ſolum in futuris caſibus (2), ſed etiam in præteritis negotiis locum habeat [3]; niſi forte [4] vel judiciali ſententia, vel amicali tranſactione [5] ſopita ſunt (6).

XXXI. Studeant autem parentes filios ſuos tam ex priori matrimonio natos, quam ex ſecundis nuptiis procreatos ex æquis partibus heredes ſcribere; niſi forte quidam inter eos ingrati appareant. Hoc autem quaſi [7] perſuadentes magis quam legis neceſſitatem imponentes dicimus [8]. D. K. * Apr. Poſt Conſ. Beliſ.

* XV. Kal. Apr. tam in edit. Pith. quam in lib. Auth. legitur.

Cauſas autem repudii in iſta Conſtitutione [9] poſitas ideo non diximus: quia in inferiori Conſtitutione hoc caput pleniſſime invenitur. Et omnino (10) ſi quid prætermiſſum eſt in hac conſtitutione; quaſi deletum, vel ſuperfluum expoſitum non eſt: & ideo illam Conſtitutionem (11) legere debes, quam tibi [12] Tituli competentes oſtenderint.

NOVELLA XXIII. (a)

I. OMnis provocatio ſive per ſe, ſive per procuratorem, vel per defenſorem, vel per tutorem (13) velit quiſpiam provocare; intra decem dies porrigatur. Quos numerari (14) Conſtitutio præcipit (15) ex eo die, quo definitiva ſententia recitata eſt.

II. Si conſultatione Imperator, vel [16] Princeps occupatus non poſſit ſenatum ad hoc ipſum colligere: allegationes litigatorum maneant in eadem figura; & nullum præjudicium patiantur, quamvis tempus ſtatutum (17) tranſactum ſit: uſque eo videlicet, donec princeps vacationem habens (18) ſenatores in unum convocaverit (19).

III. Si ab Ægyptiaca regione provocatio orta ſit: non ad imperialem civitatem reducatur; ſed apud Præfectum Auguſtalem Alexandrinæ civitatis dirimatur Sacrum auditorium *. Sententiæque Auguſtalis nulla provocatio porrigatur. Hoc autem dicimus de his cauſis, quæ quingentorum aureorum quantitatem non excedunt.

* habentem addit. Pith. lib.

IV. In Aſiana quoque, vel Pontica regione ſi provocatio data ſit: Comites, vel Proconſules, vel Prætores, vel moderatores de appellatione cognoſcant. Nam & illi magiſtratus ad ſimilitudinem Auguſtalis ſacrum auditorium habent, ideoque nec ſententiæ eorum aliqua porrigatur provocatio.

Hæc autem totiens locum habeant (20), quotiens decem auri libras cauſa non excedat.

In Orientali regione provocationes uſque ad decem auri libras ad Spectabilem Comitem Orientis inducantur.

Sin autem ante dictis Spectabilibus Proconſulibus, vel aliis hujuſmodi judicibus porrigatur appellatio in his ſcilicet cauſis, in quibus principaliter judicant: tunc apud Præfectum Prætorio, & Quæſtorem cauſa audiatur, utroque officio obſequente, ideſt, tam ſacrorum ſcriniorum, quam Præfecti Prætorio.

V. Illud autem, quod diximus de appellationibus apud Proconſules inducendis, non ſine diſtinctione eſt. Nam ſi quidem non Spectabiles ſint hi, contra quos appellatio porrecta eſt; & a divina juſſione, vel ab aliis magiſtratibus judices conſtituti fuerunt: tunc Proconſules appellationem audiant. Sin autem Illuſtres ſint, a quibus appellatum eſt: provocatio exerceri debet in CP. civitate ſecundum veterem conſuetudinem cujuſcumque quantitatis ſit. Omnibus cæteris legibus, quæ de appellationibus poſitæ ſunt, in ſua firmitate durantibus.

NOVELLA EADEM.

DE APPELLATIONIBUS, ET INTRA QUÆ TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

IMP. *Juſtinianus Aug. Triboniano Illuſtri Magiſtro officiorum, & (21) Quæſtori Sacri Palatii.*

(b) ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes [22], & maxime hæc (23) circa appellationes facientes, & in (24) præſenti ad hujuſmodi beneficium pervenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut ſi quis per ſe litem exercuerit (25), & fuerit (26) condemnatus; intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſin autem per procuratorem cauſa ventilata ſit [27]; & in triduum proximum eam 2. q. 6. c. 27.

(1) *habeat.* (2) *cauſis.* (3) *habet.*
(4) *niſi forſan.* (5) *amicabili compoſitione.* alii, *amicabili tranſactione.* (6) *ſint.*
(7) *autem.* (8) *edicimus.* (9) *in Conſtitutione.* (10) *omnino.* [11] *alias Conſtitutiones.* A. (12) *quas tibi.* A. alii, *quas.*
(13) *vel tutorem.* alii, *vel per tutorem, vel quempiam.* (14) *connumerari.*
[15] *jubet.* [16] *Si conſultatio ſpe retur:* &c. Ivo. A. alii, *Si conſultatione Prætor, vel:* alii, *Si conſultatione ordinetur Prætor, &c.*
(17) *tempus.* (18) *agens.*
(19) *convocaverit.* Ivo. (20) *habent.*
(21) *glorioſiſſimo Quæſtori iterum, & Exconſule.* (22) *interponentes.* Gratian.
(23) *hoc circa.* (24) *in.*
(25) *exercuiſſet.* (26) *& fuiſſet.*
(27) *ſit; in.* Gratian. alii, *eſſet; & in.*

(a) Hæc ſunt verba Juliani.
(b) Hæc ſunt Juſtiniani verba: is enim latine hanc Conſtitutionem promulgavit. Eſt in libro Authent. conſt. 2. collat. 4. tit. *de appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari.* Eam refert Grat. 2. q. 6. c. 27. anteriorum. Græcam epitomen habent libri græci, quam Haloander edidit, eam Agylæus latinam fecit.

eam (1) extendi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum eſſe provocationes porrigendas, in promptum (2) periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe (3). Unde neceſſarium duximus hujuſmodi rei competenter mederi.

I. (a) Et ſanctimus omnes appellationes ſive per ſe, ſive per procuratores, ſeu per defenſores, vel coratores, & [4] tutores ventilentur; poſſe intra decem dierum ſpatium, a recitatione ſententiæ numerandum (5), judicibus ab his quorum intereſt, offerri, ſive magni, ſive minores ſunt (6); excepta videlicet ſublimiſſima Prætoriana Præfectura. Ut liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſive appellandum ei ſit, ſive (7) quieſcendum: ne (8) timore inſtante (9) opus appellatorium frequentetur. Sed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ (10) & indiſcuſſos hominum calores poteſt refrenare.

II. [b] Ad hæc [11] ſanctimus, ſi quando lis ſperatur in noſtrum inferri conſiſtorium [12]: ſi forte contigerit imperatoriam (13) majeſtatem occupatam publicis cauſis ex (14) mundanis proviſionibus non poſſe convocare patres, quatenus cauſa agitetur (15): non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt litigantium, ſi culmen imperatorium occupetur? Vel quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem principem poſſit (16) ad convocandos (17) patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid tale evenerit: cauſa intacta permaneat: donec Imperator ſua ſponte motus (18) & convocari proceres juſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

III. Illud etiam in tertio capitulo (19) diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas ita magiſtratus digeſſerit [20], ut alii majores, alii medii, alii minores ſint: [21]: & appellationes [22] a minoribus judicibus non ſolum ad (23) maximos judices remittentur, ſed ad (24) Spectabilium judicum tribunal; quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent; novitas autem hoc (25) dereliquerit (26): evenit, ut ſuper minimis cauſis maximi noſtri judices inquietentur; & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis: ut forſitan (27) totius litis æſtimatio ad ſumptus judiciales non ſufficeret [28]. Ideoque (29) ſanctimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adjuncta ei utraque Libya provocatio ſperatur uſque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc Regiam urbem eam venire (30); ſed ad Præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei poſt (31) definitivam ſententiam appellatione porrigenda.

IV. Similique modo quotiens in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit uſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros Spectabiles Comites forte, vel Proconſules, vel Prætores [32], vel Moderatores; quibus ſpecialiter eaſdem (33) lites peragendas deputavimus, remittantur. Quatenus & hi [34] ad ſimilitudinem Præfecti Auguſtalis vice ſacri cognitoris intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen (35) & legum timore perferant [36] decidendas (37). Orientalem autem tractum [38] cauſas appellatione ſuſpenſas, & uſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum Spectabilem Comitem Orientis mittere ſimili modo audientiam, & finem eis impoſiturum. Illo videlicet obſervando (39), ut viri Spectabiles Duces, vel alii Spectabiles judices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos judices ſuas tranſmittant appellationes in litibus quantæcumque ſint quantitatis [40]: cum non oporteat ad compares judices appellationes referri; ſed a minore judicio in majus tribunal aſcendere. Sed ad Illuſtriſſimam Præfecturam illorum appellationes cujuſcumque ſint quantitatis, ut dictum eſt, dirigantur: qui una (41) cum viro excelſo pro tempore Quæſtore eas dirimat utroque officio ſubminiſtrante, ideſt tam ex ſacris ſcriniis more ſolito, quam Præfectorio [42].

V. Ita tamen hæc (43) ſanctimus, ut nec a ducibus, vel aliis (44) Spectabilibus judicibus quibus forte, & ſi privati ſint, imperialis [45] majeſtas cauſas injunxerit, appellatio ad memoratos Spectabiles judices currat: ne cauſa

non

(1) *ea extenderetur.* [2] *proprium.* [3] *perdidiſſe invenimus.* (4) *vel tutores.* [5] *numerandorum.* Grat. (6) *ſint.* Grat. & alii. (7) *acquieſcendum.* (8) *nec timore.* (9) *inſtantiæ.* (10) *quæ.* Gratian. (11) *Ad hoc.* Grat. (12) *conſiſtorio principis inferri.* [13] *Imperatoris.* Grat. (14) *cauſis, &c.* (15) *exagitetur.* [16] *poſſet.* (17) *convocandum.* Gratian. alii, *vocandos.* (18) *monitus, ſua ſponte.* (19) *capite.* [20] *digeſſit.* (21) *eſſent.* (22) *& ut appellationes.* (23) *non ad.* (24) *ſed etiam ad.* (25) *hæc.* (26) *dereliquit.* (27) *ut forſan.* (28) *ſufficiat.* (29) *Ideo.* (30) *venire.* (31) *ei penitus poſt.* Grat. (32) *Præſides.* (33) *eas.* (34) *& hi quidem, qui.* (35) *tantum.* (36) *proferant.* Gratian. & alii quidam. (37) *decidentes.* (38) *Orientalis autem tractus.* (39) *obſervato.* Grat. (40) *quantitatis.* (41) *quæ una.* A. (42) *Præfecti Prætorio.* (43) *Ita tamen hoc.* Gratian. (44) *vel ab aliis.* Grat. (45) *imperialis tamen.*

[a] Vide Auth. Hodie. C. *de appell.*
[b] Vide Auth. Sed & ſis. C. *de temp. & repar. app.* cujus verba refert Grat. 2. *q.* 6. *c.* 40. ei, qui. §. Sed ſis. Juliani verba refert Ivo *part.* 16. 120. decreti, ut conſtit. 24. *c.* 2.

non gradatim procedere, ſed perperam videatur. Sed a Præſidibus quidem provinciarum, & judicibus a nobis datis, ſi non ſint Spectabiles judices, intra memoratam quantitatem referetur (1). Si autem vel [2] illuſtres ſint dati a nobis judices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, qui a principe delegati (3) ſunt, ſpectabilem (4) habent (5) dignitatem: eorum appellationes ſub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more judices referuntur (6). Omnibus aliis, quæ in [7] appellationibus ſtatuta ſunt, vel ab (8) antiqua proſapia, vel ab auctoritate [9] anteriorum conſtitutionum, vel a noſtra humanitate intactis illibatiſque cuſtodiendis. Dat. III. Non. Jan. * (10) poſt Conſ. Biliſarii.

* *In Epit. Pith.* Conſ. Beliſ. *In lib. Auth.* Kal. Jul. poſt Beliſar. V. C. Conſ.

NOVELLA XXIV. (a)

* *Conſtit. XVII. hæc eſt in Pith. lib. quæ de* Offic. Præt. Juſtin. Piſidiæ *inſcrib.*

„ I. HÆC * conſtitutio jubet, utroſque
„ Piſidiæ Magiſtratus, ideſt civilem,
„ & militarem, in unum miſceri: & qui eas
„ habet, ut Prætor Juſtinianus vocetur: &
„ habeat adparitionem prætorianam: & ſin-
„ guli adparitores per probatorias ſuas fiant.
„ Habeat autem & carrucam argenteam, &
„ ſecurim, & faſces, ſive virgas, & Adreſpon-
„ ſum propter milites, & ſit unus ſpectabili-
„ um Magiſtratuum, quemadmodum ſpecta-
„ biles ſunt Comites Pacatianæ, & Galatiæ,
„ & Orientis, & Proconſules.
„ II. Si provocatio porrecta fuerit adverſus
„ ſententiam Prætoris Piſidiæ, oportet eam re-
„ ferri in auditorium præfecti prætorii, & quæ-
„ ſtoris, ut ſimul dirimant appellationem;
„ nam & in aliis ſpectabilibus judicibus hæc
„ eadem obſervabuntur. Sin autem ex divina
„ juſſione judex non ſpectabilis in Piſidia da-
„ tus fuerit, & adverſus ſententiam ejus pro-
„ vocatio porrecta ſit: non jam Comes Paca-
„ tianæ Phrygiæ provocationem audiat, ſed
„ ipſe prætor Piſidiæ; nam & ſacrum audito-
„ rium habere ei conſtitutio conceſſit in hu-
„ juſmodi appellationibus, ſcilicet ſi cauſa pro-
„ vocationis ultra trecentos aureos non ſit.
„ Dat. XII. Kal. Jan. Conſ. Beliſ.

NOVELLA XXV.

* *Conſtit. XVIII. hæc eſt in Pith. lib. inſcribiturq.* de Offic. Prætor. Lycaoniæ.

„ I. * PRæſes Lycaoniæ Prætor nominetur,
„ habeat autem, & civilia, & mi-
„ litaria inſignia, & apparitio ejus per proba-
„ torias fiat, & uſque ad centum apparitores
„ numerus ejus extendatur. Habeat autem præ-
„ tor Lycaoniæ non ſolum civilis, ſed militaris
„ Magiſtratus Annonas: habeat autem & Adre-
„ ſponſum: curam autem agat in omnibus cau-
„ ſis, ideſt in civilibus, in militaribus, in pri-
„ vatis, in publicis, & ſi quid admiſſum fue-
„ rit ab eis, qui ex Conſtantinopolitana civi-
„ tate deſcendunt, hoc diligenter perſcrutetur,
„ & ſecundum delicti quantitatem temeratori-
„ bus pœnas inroget. Habeat autem & car-
„ rucam argenteam, & ſecurim, & faſces ſive
„ virgas; & ſit inter ſpectabiles Magiſtratus.
„ II. Si prætoris Lycaoniæ provocatio por-
„ recta fuerit, præfectus prætorio cum quæ-
„ ſtore eam recipiat. Sin autem a divina juſſio-
„ ne judex fuerit in Lycaonia datus, & non
„ ſit ſpectabilis, poſteaque adverſus ſententiam
„ ejuſdem judicis provocatio porrecta ſit, apud
„ prætorem Lycaoniæ exerceri eam oportet,
„ ſcilicet ſi cauſa quingentorum aureorum quan-
„ titatem non excedat. Idem eſt, & ſi ab aliis
„ magiſtratibus maximis judex ibi fuerit deſti-
„ natus. Dat. XV. Kal. Jun. C. P. Conſ. Biliſ.

NOVELLA XXVI.

„ * QUI Thraciæ præeſt prætor Juſtinia-
„ nus nominetur, & duorum vica-
„ riorum, qui in Longomuro ſedebant, ſolus
„ habeat Magiſtratus: nam ex illis vicariis u-
„ nus quidem vicem agebat magiſtri militum,
„ alter autem vicarius erat præfecti prætorii.
„ Thraciæ autem prætorem & ſpectabilibus vi-
„ ris connumerare oportet. Nam ea, quæ dixi-
„ mus de prætore Piſidiæ, & de prætore Ly-
„ caoniæ, in eo quoque tenent. Habebit autem
„ apparitores non plures quam centum, & non
„ ſolum civilibus, ſed etiam militaribus deco-
„ rabitur inſignibus. Habeat autem, & Adre-
„ ſponſum, & curam agat in tributorum exa-
„ ctionibus, cum ſua ſcilicet apparitione, quæ
„ prætoriana vocabitur. Militares autem ap-
„ paritores conſtitutio jubet ab epiſtularum
„ ſcrinio, a quo & antea vicariana apparitio
„ militabat. Appellatio autem porrecta contra
„ ſententiam prætoris Thracenſium, apud præ-
„ fectum prætorio, & quæſtorem exerceri de-
„ bet, ita tamen, ut quingentorum aureorum
„ quantitatem non excedat appellationis cauſa.
„ Cavetur autem conſtitutione, ut etiam in
„ appellationibus porrectis contra ſententias
„ non ſpectabilium judicum, qui per divinam
„ juſſionem conſtituti ſunt, eadem obſerven-
„ tur, quæ in aliis prætoribus diximus. Dat.
„ Kal. Jun. Conſ. Beliſ.

* *Conſtit. XIX. hæc eſt in lib. Pith. atque hunc habet titulum* de Offic. Prætor. Juſtiniani Thrac. &c.

NO-

(1) *referatur.* Gratian. (2) *autem.* [3] *dilecti.* vetus liber, forte, *delecti.* vel *directi.* (4) *ſpectabilem.* (5) *habeant.* Gr. [6] *referantur.* [7] *quæ de.* (8) *vel.* (9) *auctoritate.* Gratian. (10) *Kal. Jul.*

[a] Novellæ 24. 25. 26. 27. neque in libro Juliani, neque in libro Authenticorum ſunt. Edidit tamen eas græce, & latine Haloander ſub his titulis, 24. *de præſide Piſidiæ.* 25. *de prætore Lycaoniæ.* 26. *de prætore Thraciæ.* 27. *de Comite Iſauriæ.*

NOVELLA XXVII.

* Conſtit. XX. hæc eſt in lib. Pith. & tit. habet; de Offic. Pr. Iſaur. &c.

„ * PRæſes Iſauriæ utriuſque & ipſe Ma-
„ giſtratus habeat inſignia, & Prætor,
„ ſive comes nominetur, & apparitio ejus
„ Comitiana vocetur, & de appellationibus
„ omnia ſic teneat, & in eo, quemadmodum
„ de aliis Prætoribus diximus, eumque connu-
„ merari jubet inter Spectabiles magiſtratus.
„ Dat. XV. Kal. Jun. Conſ. Biliſ.

NOVELLA XXVIII. [a]

I. DUorum Pontorum unus ſit Præſes Moderatoris appellatione decorandus: & habeat ſub juriſdictione ſua civitates tredecim, & nominetur provincia [1] Helenopontus. Amaſia autem, & Neocæſarea civitas jus metropolitanum, & nomen habeant. Duarum autem iſtarum civitatum Epiſcopi in Conſtantinopolitana civitate conſecrentur; & ſint ipſi metropolitani, & municipiorum ſuorum Epiſcopos ſinguli ipſi conſecrent. Iſte autem Moderator Juſtinianus habeat & civile, & militare auxilium. Habeat & Adreſponſum; & omnis condicio fiat ei ſubjecta nemine fori præſcriptione defendente. Sed & utriuſque honoris, id eſt & civilis, & militaris capiat annonas concurrentes in ſeptingentis, & vigintiquinque ſolidis, & apparitionem habeat unam, & publicos curſus. Item tributorum exactio ad periculum ipſius, & apparitionis ejus pertineant. Conſiliarius autem Moderatoris capiat de publico ſeptuaginta duos ſolidos; apparitio autem ejus; quæ una facta eſt ex civili, & militari apparitione permixta capiat quadringentos quadraginta ſeptem ſolidos, & tremiſſem.

II. Moderator Helenoponti vicarios ſuos in eadem provincia non mittat. Ipſe enim circuire civitates debet, & inſpicere eas; & ſi quid injuſte fit, hoc corrigere. Sed & ſi milites viderit non contentos eſſe publicis annonis, ſed damna ſubjectis facientes, refrenare debet: & ſi quid inlicite ceperint, repetere, & ſubjectis reſtituere. Et hoc non impediatur facere neque divina forma, neque pragmatica ſanctione. Habeat autem apparitores centum. Nam qui Moderatoris honorem habent, inter Spectabiles judices ſunt.

III. Moderator Helenoponti neminem concedat titulos imponere ruſticis prædiis, vel ædibus alienis. Hoc enim proprium fiſci, vel Cæſaris eſt. Quod ſi inveniat aliquem nomen alienis prædiis imponentem: titulos quidem inlicitos ſtarim tollat (2); perſcrutetur autem eum, qui titulos impoſuit. Et ſi quidem quaſi Dominus impoſuit: titulos quidem inlicitos tollat; rebus autem illius, qui impoſuit, publicos titulos imponat. Sin autem rerum procurator ſit: titulos quidem tollat, illum autem, qui impoſuit, ſive procurator, ſive Dominus ſit; tormentis acerbiſſimis ſubiiciat: ut ex corporali coertione doceatur titulorum impoſitionem fiſci, vel Cæſaris propriam eſſe. De provocationibus autem Moderatori porrigendis eadem teneant jura, quæ de aliis Spectabilibus diximus.

NOVELLA XXIX. (b)

MAgiſtratus Paphlagoniæ unus ſit; & Prætor nominetur; & habeat duplicem poteſtatem, ideſt tam Paphlagoniæ, quam Honoriados: & habeat centum apparitores. De annonis autem ejus, & conſiliarii, & apparitionis eadem teneant, quæ ſuperius de moderatore Helenoponti diximus. Nam & de titulis non imponendis, & de provocationibus jura eadem obſervantur. Idem eſt & de (3) militibus. Honor autem ejus Spectabilis eſt.

NOVELLA XXX. (c)

„ I. MAgiſtratus Cappadociæ omne offi-
„ cium, atque apparitionem civi-
„ lem, & militarem habeat. Sed & in aliis pro-
„ vinciis Ponticæ regionis conſtituta tamiaca
„ prædia ſub imperio ſuo habeat; nam & ta-
„ miacas poſſeſſiones poteſtati ejus conſtitutio
„ ſubiicit. Summarii quoque Comitianæ appa-
„ ritionis ſubjecti ſunt ei. Utrumque enim of-
„ ficium Proconſuli Cappadociæ obtemperare
„ debet: nam Magiſtratus Cappadociæ Pro-
„ conſul eſt, & ideo utraque apparitio tam
„ Comitiana, quam civilis, Proconſularis ap-
„ pellabitur. Utrumque tamen Officium ſecun-
„ dum Veterem ordinem ſuas proprias admi-
„ niſtrationes habeat.
„ Epitropi autem & Tracteutæ non ſint. No-
„ minentur autem tredecim Magiſtri periculo
„ comitianæ apparitionis, & tredecim exacto-
„ res, qui tredecim Magiſtri quinquagenos ſo-
„ lidos præſtent. Nemo autem exactor ultra de-
„ finitionem, & formam Nicetæ audeat aliquid
„ accipere: alioquin militia cadet. Adjutoris au-
„ tem creatio fiat periculo tredecim magiſtro-
„ rum, & aliorum, qui poſt ipſos ſunt; ſi is, qui
„ in

[1] *nominentur provinciæ.* (2) *re tollat.* & v. 55. & 57. (3) & *de.*

[a] Hæc quoque in libro Authent. deſideratur. Edita eſt ab Haloandro græce, & latine ſub titulo *de moderatore Elenoponti.*

(b) Hanc habuiſſe videtur Albericus Reſatins, qui verbo *Aquilegia* refert in Novella *de privilegiis Paphlagoniæ in princ.* ejus urbis mentionem fieri. Hodie in libris Authent. non extat. Eam græce & latine edidit Haloander ſub titulo *de pratore Paphlagoniæ.*

(c) Hæc etiam Conſtitutio deſideratur in libro Authent. Eam Haloander græce, & latine edidit ſub titulo *de Proconſule Cappadociæ.*

„ in gradu vocatur, idoneus non ſit. Proconſul autem Cappadociæ habeat carrucam argenteam, & ſecurim, & faſces, & omnia vetera proconſularia inſignia. Inferre autem eum oportet quinquaginta libras auri venerabili Auguſtæ, ſcilicet ex juſtis acquiſitionibus. Ipſum autem proconſulatum ſine pecuniarum datione accipiat. Habeat autem annonarum nomine auri libras viginti, & conſiliarius ejus libras auri duas: apparitio autem ejus habeat ea, quæ ab antiquis temporibus uſque ad hoc tempus habuit. Maneat autem & Palatinorum ſchola, quæ ſub Cappadocia eſt, in eadem poteſtate, & ordine, & figura. Nihil autem neque conſuetudinis nomine, neque annonarum, neque in veſte, neque in aliis ſpeciebus aliquid accipiat: non ab ipſo proconſule, non ab ejus apparitione.

* Hoc unicum caput eſt in Epit. Auguſtini.

II. * Proconſul Cappadociæ vindicare debet direpta, vel uſurpata tamiaca prædia a quibuſdam ſive ruſtica, ſive urbana, nulla ei temporali præſcriptione opponenda. Temporis enim prolixitas publico non nocet. Invigilare autem debet & tributorum exactionibus. Habeat autem in ſua poteſtate omnes ſive milites, ſive ſcriniarios tam glorioſiſſimi Præfecti Prætorii, quam fortiſſimi Magiſtri Militum; ſive civile habeat officium, ſive tamiacum cingulum, ſive digniratem tam majorem, quam minorem, ſive ſacerdos ſit ſive aliud quodcumque privilegium prætendat. Diligenter autem obſervare debent, ut canonicarii, qui ab illuſtriſſimo Præpoſito mittuntur, nullum ſentiant lucrum ab aliqua perſona: quamvis ex conſuetudine aliquid accipere ſoliti eſſent.

„ III. Pioconſul Cappadociæ municipiis ejuſdem provinciæ, cui præeſt, vicarios ſuos mittere non audeat. Si quid enim fieri vult, habet defenſores municipiorum, & apparitores ſuos, per quos ſuas juſſiones ad effectum perducere poterit. Sin autem militibus indigeat, ipſi milites, qui in Cappadocia degent, juſſiones ejus impleant; ita tamen, ut neque milites, neque ipſe proconſul, neque conſiliarius ejus aliquid detrimentum faciat ſubjectis, ſed publicis annonis contenti ſint. Ideoque & propriis jumentis, propriiſque ſumptibus proficiſci eos oportet. Jubet autem conſtitutio tam ſcholares homines, quam domeſticos in Cappadocia degentes, juſſiones proconſulis implere; nam ſi juſſionibus ejus non paruerint, & cingulum & facultates ſuas amittant; nam & in eos poteſtas proconſuli ex hac conſtitutione data eſt. Curam autem agere debet, ne hi, qui a Conſtantinopolitana civitate deſcendunt, ſubjectos lædant. Sed & curſus publici debet curam habere; nam & veredorum diſpoſitionem ſub juriſdictionem ejus conſtitutio eſſe jubet. Agat autem curam & frumentariæ cauſæ civitatis, & operum publicorum.

„ IV. Eos, qui juſſiones ſuperfluas portant, veluti de aquæductu, de muris, de pontibus, expellet proconſul Cappadociæ: ut nec intimare eis tales ſupervacuas juſſiones concedatur, niſi forte juſſionem pragmaticam habeant. Sin autem proconſul adjutorio majore indigeat, mittat relationes tam ad inluſtriſſimum præpoſitum, quam ad alios maximos populi Romani magiſtratus.

„ V. Titulos privatos alienis rebus prohibeat imponi Cappadociæ proconſul. Et ſit inter Spectabiles magiſtratus. Et ſi provocatio contra ſententiam ejus porrecta ſit, apud præfectum prætorio, & quæſtorum inducatur.

„ VI. Quod ſi ex utraque Cappadocia judex datus ſit, tam ex divina juſſione, quam ex calculo maximi magiſtratus, judex autem neque ſpectabilis ſit, neque quantitas cauſæ quingentos aureos excedat: proconſul talem appellationem recipiat, & ſacrum habeat auditorium. Et ſi crimen moveatur in judicio ejus, attendat ipſe leges, & non renꝗcat neque cingulum, neque dignitatem, neque ſacerdotium reorum. Dat. Conſ. Biliſar.

N O V E L L A XXXI. [a]

HÆC conſtitutio prius quidem narrat de duabus Armeniis quemadmodum adminiſtratæ ſunt: deinde de tertia Armenia loquitur. Cujus Comiti ſeptingentos ſolidos annonarum nomine dedit; & Conſiliario ejus ſeptuaginta duos aureos, & apparitioni ejus ſexaginta. Loquitur autem & de quarta Armenia, cui præerit (1) Martyropolitanam civitatem, & locum, qui Citharizon appellatur: & Præſidem ejus Conſularem eſſe juſſit. Quattuor itaque Armeniis conſtitutis primæ quidem Armeniæ Proconſulem, & tertiæ Comitem inter Spectabiles viros fecit. Secundæ autem Armeniæ, & quartæ magiſtratus ordinarios eſſe præcepit.

II. Si appellatio litis uſque ad quingentos ſolidos pertinenris in ſecunda Armenia orta fuerit: ad proconſulis auditorium primæ Armeniæ producatur. Sin autem in quarta Armenia ſimiliter appellatio orta fuerit; in tertiam perducatur (2). De ſacerdotibus autem, vel conſecrationibus, vel de metropolitano jure Epiſcoporum nihil Conſtiturio innovavit. Tertiæ autem Armeniæ Comiti etiam milites ſubjecit (3), & juſſit eum audire, & criminales cauſas militum, & legitimo calculo dirimere.

(1) forte, *cui Provinciæ adjecit.* vel, *cujus Præſidi adjecit.* A. (2) *in tertia producatur.* (3) *ſubiicit.*

(a) In libro Auth. hæc etiam non extat. Sed ab Haloandro græce, & latine edita eſt hoc titulo *de deſcriptione quattuor Præſidum Armeniæ.*

NOVELLA XXXII. (*a*)

SI (*b*) quis ruſtico mutuaverit; terram ejus in pignus accipere non audeat: uſuram autem ſumere eum [1] æquum eſt. Si quidem aridos fructus mutuaverit (2), octavam: ſin autem ſolidos mutuaverit, ſiliquam unam annuam [3] per ſingulos aureos capiat; donec ſcilicet totum, quod debetur, fuerit a debitore ſolutum.

NOVELLA XXXIII.

UT NULLUS MUTUANS AGRICOLÆ TENEAT EJUS TERRAM.

IDEM A. *Dominico V. Illuſtri P. P.* (4) *per Illyricum* (5).

[*c*] PRÆ avaritia (*6*) creditorum, qui anguſtia temporum abutentes terrulas infelicium agreſtium ſibi adquirunt, pro pauco frumento omnem illorum ſubſtantiam retinentes, legem poſuimus: quam primo quidem in Thraciam, & totas (7) ejus provincias; in præſenti autem in (8) Illyricianas [*9*] patrias (10) direximus. Cujus exemplar (11) ſubdi etiam præſenti lege (12) præcepimus (13): ut ne privati quidem (14) homines putent legem contra ſe ſolummodo eſſe [15] propoſitam (*16*); milites autem (17) altiori nitentes faſtigio, legem contra ſe non eſſe (18) prolatam, exiſtiment. Ut ergo (*19*) & tua magnitudo ſciat, quod communis hæc lex (20) poſita eſt, & provincialibus, & militibus, & omni cingulo nulla excuſatione cuiquam (21) competente: ideo ad (22) tuam ſublimitatem præſentem legem deſtinavimus. Sciturıs militibus, qui præſenti legi non eſſe obediendum exiſtimant; quod cingulo denudati inter privatos habebuntur [23]: pœnis, quas in anteriore lege poſuimus, prius nihilominus ſubjugandis.

NOVELLA XXXIV.

IDEM A. *Agerutio * V. C. Præſidi Æmimontis* (24). ** Agmelio.*

(*d*) REM duram atque inhumanam, & quæ ultra (25) omnem impietatem, & avaritiam ſit (*26*), perſpeximus lege ſaluberrima (27) ſanare [28], & communem (*29*) omnibus deponere (30) medicinam non tantum in præſenti (31) neceſſitatis (32) tempore; ſed & in (33) omni ævo futuro. Venit enim [34] ad noſtras aures (35) quoſdam in Myſia ſecunda [*36*] provincia, quam adminiſtras, avide (37) neceſſitate temporum captata quoſdam (38) fœneraticios feciſſe contractus: & paucam (*39*) menſuram fructuum (40) dantes (41) terrulas eorum abſtraxiſſe: & ex hac cauſa quoſdam colonorum fugæ latebras petiſſe, alios (42) fame eſſe necatos, & triſtiſſimam peſtem homines invaliſſe incurſione barbarica non minorem. Sancimus itaque omnes hujuſmodi (43) creditores quantumcumque vel tritici (44), vel hordei, vel alia ſpecies (45), quæ in fructus aridos (*46*) eſt (47), dederint (48); hoc reddito in præſenti cum parte modii (*49*) octava pro ſin-

(1) *ſumere*. (2) *mutuavit, &* 18.
(3) *unam.* alii, *annuam.* (4) *Præfecto Prætorio.* alii, *viro Illuſtri Præpoſito.*
[5] *Illyricis.* alii, per *Illyricos.*
(6) *Propter avaritiam.* [7] *& in totas.* alii, *& in omnes.* (8) *Illyricanas.* A.
(9) *autem & in.* [10] *provincias.*
(11) *exemplum.* alii, *exemplarium.*
[12] *legi.* A. (13) *præcipimus.*
(14) *ut non ſolum privati.* (15) *ſe eſſe.*
[16] *poſitam.* (17) *ſed etiam milites.*
(18) *eſſe.* (19) *Ut igitur.* (20) *lex.*
(21) *cuidam.* (22) *ideo & ad.*
(23) *habeantur.* (24) *Vic. Præſidi Æmimontis.* alii, *Viceconſuli Myſiæ minoris.* alii, *clariſſ. Præſidi Æmi montis in Thracia.*
(25) *& avaritiæ plenam.*
(26) *fit.* (27) *lege hac.* alii, *hac lege ſaluberrima.*
(28) *ſalvare.* alii, *emendare.*
[29] *communiter.* [30] *ponere.*
[31] *in præſentis.* [32] *neceſſario.*
[33] *Sed etiam in.* alii, *Sed in.*
(34) *autem.* [35] *noſtras piiſſimas aures.*
(36) *in ea ipſa.* (37) *provincia, quam tu adminiſtras, avare.* alii, *viros, &.* alii, carent his omnibus. (38) *captata.* alii, *captata ad quoſdam.* alii, *captos.* (39 *menſuram.*
[40] *& ipſi creditores propter parvum fructum, quem dabant, terras.* alii, habent utrumque, & poſt verbum *terras* addunt *colonorum callide arripuiſſe, & paucam &c.*
(41) *dantes totas.* (42) *& alios.* (43) *hos.*
(44) *modii tritici.* alii, *modii vel tritici.*
(45) in quibuſdam libris hoc deſunt.
(46) *vel in alia ſpecie.* alii, *& alterius ſpeciei.* (47) *in fructibus aridis.* (48) *crediderint.* alii, *crediderit.* (49) *parte.*

(*a*) Novellæ 32. 33. 34. de eadem re conſtitutæ ſunt. Nam 32. Græca eadem eſt cum 34. Latina, & 33. latina præcipitur, ut in Illyrico 34. obſervetur. Hæ duæ latinæ eatant in libro Authent. altera eſt conſt. 4. collationis 4. titulo. *Ut nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram.* Altera eſt conſt. 5. *Nullum credentem agricolæ tenere illius terram.* Haloander græce, & latine Conſtitutionem 32. edidit. Græce item edidit epitomem Novellarum 33. & 34. quam nemo adhuc latinam fecit. Vide Auth. Ad hæc. C. *de uſur.*
(*b*) Juliani verba ſunt hæc.
(*c*) Hæc ſunt Juſtiniani.
[*d*] Hæc etiam ſunt Juſtiniani.

ſingulo modio (1) in unoquoque anno præſtanda terrulas colonis reſtituere: nemine penitus eorum (2) audente [3] terrulas detinere ſub occaſione fœnerariciæ cautionis ſive in ſcriptis [4], ſive ſine ſcriptis credira ſunt contracta [5]. Sin autem pecunias dedit (6): nihil amplius quam unam ſiliquam [7] pro ſingulo ſolido annuam [8] præſtare. Et hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus, ex præſenti [9] quidem tempore initium accipientem, in omne autem ævum (10) modis omnibus obſervandam: ut ſi quando (11) fuerit vel triticum [12], vel hordeum fœneratum, vel alii aridi (13) fructus: creditores tam quod dederunt accipientes (14), quam pro uſuris octavam modii partem (15) annuam pro ſingulis modiis, vel ſiliquam pro ſingulo ſolido: & ſecundum (16) hunc modum in quantum fœnus permanſit (17) percipientes ſive terrulas, ſive aliud pignus (18) acceperint (19) boves forte, vel pecora, vel mancipia: hæc modis omnibus [20] reddere [21]: & hanc legem communem omnibus eſſe (22) humanitate & pietate gaudentem (23), & omnibus egenis conſulentem (24), & creditoribus mediocre ſolatium afferentem (25). Hæc [26] igitur quæ a nobis ſtatuta ſunt, claritas tua in omni provincia (27), quæ tuo (28) moderamine gubernatur (29), obſervare (30) feſtinet. Scituris omnibus creditoribus, quod ſi (31) aliquid præter hæc [32] commiſerint, & actione [33] cadenr (34], & cui fœnus (35) ablatum eſt, hoc habebit [36] ſolatium, ut ipſe quidem ſecurus degat, avarum autem creditorem videat in ſuis pecuniis patientem jacturam. Dat. XV. Kal. Jul. Poſt Biliſ. V. C. Conſ.

NOVELLA XXXV. (a)

Viginti ſex adjutoribus Quæſtoris (37) liceat in ſuos locos [38] alios ſubſtituere idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit, propoſitis ſanctis (39) evangeliis. Hi autem, qui fiunt in locum [40] eorum, qui ſuo loco ceciderunt; centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, ideſt ſcrinii memoriæ, & duorum, qui proximi futuri ſunt, quamvis non ſint ex viginti ſex adjutoribus; tamen licentiam habeant ſubrogare in ſuum locum. Habeant igitur jus vendendi militiam ſuam, ſed (41) non ultra centum ſolidos, dummodo & is [42], qui ſubrogatur (43), electione Quæſtoris fiat. Prærogativas (44) autem Conſtitutio dat Theodoſio, & Epitheo [45], & Cyrillo (46), & Sabatio, & Protogeni (47). Illo videlicet obſervando, ut ſi quis ex viginti & ſex (48) adjutoribus defunctus fuerit, heredes (49) ejus centum ſolidos dent (50); & electione Quæſtoris mulirent. Sin autem liberi ſint defuncti, hoc idem jus [51] habeant: quamvis heredes parenti ſuo non extiterint.

„ NOVELLA EADEM. *

* Ex lib. Pith. Verba Juſtiniani hic addere operæ pretium duximus, cum in Auth. lib. non reperiatur hæc conſtitutio.

„ DE ADJUTORIBUS QUÆSTORIS.

„ IMP. JUSTINIANUS A. *Tribuniano Quæſtori.*

„ INter viros devotos memoriales tam ſacri
„ noſtri ſcrinii memoriæ, quam epiſtolares,
„ nec non libellenſes, & adjurores Viri excel-
„ ſi pro tempore Quæſtoris, multas dubita-
„ tiones ſcimus eſſe emerſas, temporibus Tho-
„ mæ glorioſiſſimæ recordationis, cum is Quæ-
„ ſtor jam gubernatam ſacri ſcrinii memoriæ,
„ quam epiſtolarum gubernabat cenſuram. Ad-
„ jutoribus quidem aſſerentibus, in ſcrinio qui-
„ dem memoriæ XII. eſſe antiquitus adjutores,
„ in aliis autem duobus ſcriniis, ideſt ſacrarum
„ epiſtolarum, & ſacrorum libellorum, in u-
„ noquoque ſeptenos numero: ſed poſtea ſic
„ effuſam eſſe licentiam, ut innumerabiles pe-
„ ne adjurores extarent temporibus Joannis vi-
„ ri magnifici quæſtoris, cum per prolixum

„ tem-

(1) *in ſingulo modio.* alii, *per ſingulos modios.* (2) *audente, eorum.* (3) *aliquo audente.* (4) *ſcriptis.* (5) *ſint contracta.* alii, *ſint.* (6) *dederit.* (7) *ſiliquam.*
[8] *in anno.* (9) *in præſenti.* alii, *& præſenti.* (10) *omni autem ævo.* [11] *ſi quis.*
(12) *qui vel triticum.* alii, *triticum.*
(13) *fœneratur, vel alios aridos.*
(14) *accipiant.* (15) *modii.* [16] *ſecundum.* (17) *permanſerit.* (18) *in pignus.*
(19) *acceperunt.* alii, *accepit.* alii, *acceperat.* [20] *hæc.* alii, *hoc modis omnibus.*
(21) *reddant.* (22) *& hæc lex communis omnibus ſit.* (23) *gaudens, neque non.*
(24) *conſulens.*
(25) *afferens.* (26) *Ea.*
(27) *omnes provincias.* (28) *noſtro.*
(29) *gubernantur.* (30) *obſervari.*
(31) *quod ſi forte.* alii, *ut ſi forte.*
(32) *præter hoc.* alii, *propter hoc.*
(33) *exactione.* alii, *actione.* (34) *cadant.*
(35) *& ille, cui penitus.* alii, *& cui pignus.*
(36) *habebit.* (37) *Quæſtoris, quos Boethos dicunt. Quæſtoris.* aliis deeſt in his verbis additis verbum primum *Quæſtoris.*
(38) *in ſuo loco.* (39) *ſacris.* (40) *in loco.*
(41) *& non.* (42) *ex his.* (43) *ſubrogatus eſt.* (44) *Prærogativam.* (45) *Epicteto.*
(46) *Quiedio.* forte, *Quieto.*
(47) *Pirigeno.* (48) *viginti ſex.* A. alii, *viginti.* [49] *ab herede.* (50) *ſolidi dentur.*
(51) *idem juris.*

[a] Hæc etiam Conſtitutio ab Juſtiniano latine conſcripta eſt: cujus initium fuit, Inter Viros Devotos. Sic enim legi in Florentino libro; non ut in Norica editione eſt [Inter prudentes.) Hæc neque in libro Anth. neque in græcis libris, aut latinis reperta eſt. Pro ea Greg. Haloander epitomen græce, & latine edidit ſub titulo *de adjutoribus Quæſtoris.* Verba Juliani addidit Ant. Contius, & eum ſecuti Agylæus, & Ruſſardus.

„ tempus tale geſſiſſet officium. Et Proculum
„ excelſæ memoriæ de confuſione adjutorum
„ imperiali culmini ſuggeſſiſſe, & ſacram con-
„ ſtitutionem eſſe promulgatam, qua cavetur,
„ antiquo, ideſt XXVI. numero tantummodo,
„ Quæſtoris adjutores concludi, nec tamen li-
„ cere alium ſubrogari, donec in prædictum
„ numerum agmen adjutorum redigatur, omni-
„ bus ſuperfluis paulatim deminutis: licentia
„ primatibus tantummodo adjutoribus data in
„ ſua loca alios ſubrogandi, ideſt in ſcrinio qui-
„ dem memoriæ, tertium primum locum obti-
„ nenti, & laterculenſis nomen ineunti; in a-
„ liis autem duobus ſcriniis, ideſt Epiſtolarum,
„ & libellorum, in ſecundum gradum venien-
„ tibus, & Melloproximatum ingredientibus,
„ ut hi tantummodo licentiam ſibi haberent
„ alium ſubrogare. Poſteaque eumdem pruden-
„ tiſſimæ memoriæ virum bene exiſtimaſſe mul-
„ tos inveniri, qui non poſſint propter varias dif-
„ ficultates, quæ humano generi poſitæ ſunt,
„ per ſe divina miſteria peragere: & iterum
„ verbo ad imperiale faſtigium ſuggeſſiſſe,
„ & pragmaticam ſubſecutam eſſe ſanctionem,
„ quatenus liceret & eis alium in ſuum locum
„ ſubrogare hominem idoneum ad tale miniſte-
„ rium peragendum, & condignum quæſtioni
„ electione a pro tempore Quæſtore eamdem
„ licentiam accipientem. Et hæc quidem eſſe
„ ſubſequuta temporibus Proculi magnificæ
„ memoriæ. Verum opus quæſtionum tranſi-
„ vit tunc altercationibus quorumdam memo-
„ rialium eamdem licentiam per aliam conſti-
„ tutionem eſſe ſublatam, ut nemini liceat,
„ in ſuum locum alium ſubrogare, ne quaſi
„ venalitas, & ſordidum mercimonium verſari
„ videretur, qui ſacræ vocis noſtræ miniſtri
„ eſſe noſcuntur, tribus tantummodo exceptis,
„ quibus ſupradicta conſtitutio bujuſmodi præ-
„ ſtitit licentiam. Cum igitur in præſenti com-
„ perimus eos, qui confectioni legum a nobis
„ elimatarum, & in ordinem per tuam excel-
„ lentiam digeſtarum, ſuum miniſterium præ-
„ buerunt, dignos eſſe fungi adjutoris officio,
„ quamvis cordi nobis eſt prædictum adjuto-
„ rium meum in ſua ſtabilitate decurrere, ta-
„ men eos idoneos conſtitutis hujuſmodi de-
„ fraudari nullo modo juſtum eſſe exiſtimavi-
„ mus. Pragmaticam itaque ſanctionem, quæ
„ a Proculo quidem excelſæ memoriæ eſt in-
„ venta, & ad imperialem culmen relata
„ eſt; & ex hoc promulgata, poſtea autem
„ per quorumdam contentioſam inſtantiam ſub-
„ latam renovamus: & licentiam damus o-
„ mnibus XXVI. adjutoribus alios in ſua loca
„ ſubrogare, idoneos tamen, & quos pro tem-
„ pore Quæſtor ſacroſanctis Evangeliis propo-
„ ſitis elegerit, & mandata eis in ſcriptis præ-
„ ſtiterit: ut centenis ſolidis tantummodo da-
„ tis, habeant licentiam homines prædicto
„ opere digni judicati, in deficientium, vel
„ alio modo deſiſtentium loca pervenire, &
„ adjutoris officium peragere. His, qui in tri-
„ bus gradibus, ideſt, in ſcrinio quidem me-
„ moriæ Laterculenſis, in aliis autem duobus,
„ Melloproximi aſcenderint, etſi inter vigin-
„ ti & ſex adjutores taxati non fuerint, licen-
„ tiam habentibus in ſua loca adjutores in-
„ ſerre. Ita tamen ut tam Laterculenſis, quam
„ Melloproximi licentiam habeant, quanti po-
„ tuerint, tanti loca ſua vendere: cum ini-
„ quum eſt his, quibus nihil a nobis additum
„ eſt, aliquid derogare. Nam & ante hanc le-
„ gem permiſſum erat eis ſuum officium in aliis
„ transferre. Itaque & venditionis jus habeant,
„ & quanti potuerint paciſci, tanti & ven-
„ dant. Aliis autem, quibus jus venditionis
„ præſtitimus, non ultra centum ſolidorum
„ ſummam hoc facere liceat. Sive autem La-
„ terculenſes, ſive Melloproximi, ſive alii,
„ quibus ex hac lege conceſſum eſt, ſuum of-
„ ficium in alios tranſponere maluerint: is
„ qui ſubrogatur, talis ordinandus ſit, qualem
„ quæſtoria cenſura elegerit; ne ex hujuſmo-
„ di licentia in homines minus idoneos pro
„ tempore glorioſiſſimi Quæſtoris adminiſtra-
„ tio cadat. Sic enim dignas ſua induſtria mer-
„ cedes homines, quos jam enumeravimus,
„ accipient; & numerus adjutorum ſine ulla
„ confuſione permanebit. Sed quia volumus
„ ante alios in deficientia quocumque modo
„ loca eos taxari, qui in legum confectione
„ tuæ ſublimitati ſuum miniſterium præbue-
„ runt, ideſt Theodoſium, & Epicteum, &
„ Quirillum, & Sabacium, & Perignin, hoc
„ eis donamus; ut offerentes centenos ſolidos,
„ ante alios omnes loca adjutorum, qui ſua
„ ſponte recedere maluerint, ſubeant; ſcilicet
„ unuſquiſque ex V. memorialibus in ſcrinium
„ ſuum officium adjutoris impleturus. Illo et-
„ iam obſervando, ut & ſi quis ex XXVI. ad-
„ jutoribus ab hac luce ſubtractus fuerit, in
„ ſuos hæredes, vel liberos, licet hæredes non
„ ſint, hujuſmodi beneficium tranſmittat, ut
„ in locum ejus adjutor ſubrogetur, centenis
„ quidem ſolidis ab eo offerendis: pro tempo-
„ re autem ſublimiſſimo Quæſtore electionem
„ ejus, qui ſubrogatur, ſecundum quod ſupe-
„ rius dictum eſt, faciente. Prærogativam au-
„ tem, quam V. memorialibus ſpeciali dedimus
„ beneficio, ita eis donamus, ſi ille, qui de-
„ ficiat, non habuit filium jam utilem, jam
„ idoneum ad peragendum adjutoris officium,
„ & a pro tempore glorioſiſſimo Quæſtore
„ actiſſimum eſſe ſecundum prædictam obſer-
„ vationem judicatum. Talem enim filium
„ ſperni, & ad alium advenam pervenire ſatis
„ durum, atque inhumanum eſt. Aliis videli-
„ cet omnibus, ſi quæ in prædictis Conſtitutio-
„ nibus continentur, in ſuo robore durantibus.
„ Quæ igitur noſtra ſanxit æternitas, ſinceritas
„ tua ſcriniis, quorum intereſt, manifeſtare
„ feſtinet, quatenus ſciant, & quæ a noſtra
„ Majeſtate diſpoſita ſunt, & quantum eis ac-
„ ceſſit ex tua ſuggeſtione, noſtraque libera-
„ litate. Dat. V. * Kal. Jun. CP. Beliſar.
„ V.C. Conſ.

* VI. Id. Jun. [illegible] Pith.

NO-

* *Hanc quoque ſubjecimus ex Pithœor. lib. Conſtit. quod ea in lib. Auth. non reperitur.*

NOVELLA XXXVI. (a) *

„ UT III, QUI IN AFRICA SUNT, INTRA QUIN-
„ QUENNIUM COMPETENTES SIBI RES
„ USQUE AD TERTIUM GRADUM DEBEANT
„ VINDICARE.

IDEM A. *Salomoni PP. Africæ.*

„ OMne infinitum, & perperam effuſum
„ merito, & incivile, & incompoſitum
„ eſſe credentes, certis finibus noſtras actiones
„ militare cenſemus. Nuper itaque in Africa
„ noſtra, quam divæ memoriæ dicioni noſtris
„ Vigiliis ſubjugavit, noſtram pragmaticam
„ ſanctionem promulgavimus, ut omnes, quæ
„ jam Vandalicis temporibus amiſerunt, ea poſ-
„ ſint a detentatoribus injuſtis tam abſtrahere,
„ quam ſibimet vindicare: & quinquennale ſpa-
„ tium ſtatuimus, intra quod liceat hoc facere:
„ quam ſanctionem in ſuo quidem robore ma-
„ nere volumus, ſed cum certo moderamine,
„ certaque definitione, ut non liceat Afris tam
„ prolixa annoſitate elapſa, & antiquis gene-
„ ribus pene deletis; calumnias veteres reſu-
„ ſcitare, & invicem ſibi moleſtias ingerere,
„ & in tanta pace bella gerere inteſtina. Per
„ hanc itaque legem ſancimus, ſi quis præten-
„ dat res vel ad ſe, vel ad patrem ſuum, vel
„ avunculum pertinere, & inquiat contra le-
„ ges ab aliis detineri, poſſe eas recuperare,
„ ſcilicet antea legi cognitis, probationibus
„ præſtitis, vel ab inſtrumentis legitimis reci-
„ tandis, vel a teſtibus idoneis educendis, &
„ quorum gravitas judicibus acceptabilis ſit,
„ videlicet cognationali certamine agitato: &
„ extendi hanc noſtram conſtitutionem tantum-
„ modo ad patres, & avos, non autem ad a-
„ lium gradum ſuperiorem: & hoc in utrum-
„ que videlicet ſexum ſancimus. Ut qui ſuum
„ vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum,
„ vel aviam, omneſque ejus maſculos, ſive
„ fœminas pertinuiſſe oſtenderit, hoc ab inju-
„ ſtis detentatoribus abſtrahat: ultimiore re-
„ quiſitione penitus quieſcente: ne quis proa-
„ vum ſuum, vel abavum, vel atavum, vel
„ proaviam, vel abaviam, vel ataviam, indu-
„ cens miſcere pietati, calumniæ cumulum in-
„ gerat. Hocque, & tranſverſa linea obſerva-
„ ri præcipimus, ut uſque ad tertium gradum
„ tantummodo ſtet, ideſt, ad fratres, & ger-
„ manos, ad patruos, & amitas, & avunculos,
„ & materteras, non autem ad alios ſuperio-
„ res agnationis, ſeu cognationis gradus. Et
„ ſi quis hujuſmodi quæſtionem deferre ſit pa-
„ ratus, non alibi, ſed ad judicium ſublimi-
„ tatis tuæ, vel præſidum provinciarum, &
„ inſularum, ſtricto judicio celebrato, hujuſmo-
„ di præbeat probationes; & non ex una par-
„ te, neque in aliis provinciis, vel in hac flo-
„ rentiſſima Civitate, ſed tantummodo in A-
„ frica Dioceſi, præſentibus adverſariis ſuis:
„ & tunc mereat noſtri numinis, noſtræque
„ conſtitutionis auxilium. De fide enim gene-
„ ris, probationes ex una parte præſtari nul-
„ lo concedimus modo; & ſi quis hujuſmodi
„ acta oſtenderit quaſi in hac florentiſſima Ci-
„ vitate confecta, vel in alio loco, ea non eſ-
„ ſe audienda cenſemus, licet antea hoc fue-
„ rit permiſſum. Inventa enim circa tales re-
„ quiſitiones ſumma calliditate, reſpuendas eſ-
„ ſe hujuſmodi concinnitates ſancimus, ne, dum
„ ſua reddere cuidam cupimus, & alienas ei
„ ſubjectas doloſe accipere concedamus. Rerum
„ autem requiſitionem ſecundum antefatum
„ modum apud ſublimitatem tuam, vel præſi-
„ des provinciarum intra definitum tempus no-
„ ſtræ ſanctionis fieri volumus in quinquennium,
„ anno, qui jam tranſactus eſt ex prioris prag-
„ maticæ ſanctionis editione, in quinquennium
„ computando: ut actor reliquum habeat qua-
„ driennium ad hujuſmodi inquiſitionem, ſci-
„ licet ſi temporis computatio legitimas exce-
„ ptiones excedat. Hujuſmodi enim quadrien-
„ nii ætas præterire nullo patitur modo, ne im-
„ mortalis fiat judiciorum complexus. Quæ igi-
„ tur pro ſecuritate Africæ mea ſanxit æternitas,
„ hæc ſublimitas tua per edicta ſua in omnem
„ Africanum tractum proponenda, manifeſta-
„ re cunctis civibus Africanis deproperet: ut
„ omnes quid in tranſactis annis obſervare o-
„ porteat ſcientes, hoc obſervare feſtinent.
„ De cætero enim ſi quis caſus talis emerſerit,
„ ſucceſſiones omnes, & temporis curſus ſic pro-
„ cedere diſponimus, quemadmodum in omni-
„ bus terris noſtro orbe incluſis ſacratiſſima ju-
„ ra diſponi: ut & ſint & deſcendentium, &
„ ab utroque latere venientium gradus omnes
„ & temporales curſus intacti, quemadmodum
„ generales noſtri numinis leges eos tradiderunt
„ omnibus. Dat. Kal. Januar. Biliſar. V. C.
„ Conſ.

NOVELLA XXXVII. *

* *Hæc pariter Conſtit. deeſt in Auth. lib. quare & hanc addimus ex lib. Pith.*

„ DE AFRICANA ECCLESIA.

„ IDEM A. *Salomoni PP. Africæ.*

„ VEnerabilem Eccleſiam noſtræ Carta-
„ ginis Juſtinianæ, cæteraſque omnes
„ Africæ Dioceſeos ſacroſanctas Eccleſias, im-
„ perialibus beneficiis relevare, noctu, dieque
„ feſtinamus, poſtquam noſtræ Reipublicæ
„ per Dei præſidium a tyrannis direptæ ſocie-
„ ta-

(a) Novellæ 36. & 37. & in Juliani, & in Authent. libro deſiderantur. Latinas fuiſſe ex Florentino Græco libro conſtat. Unde Haloander ſumpſit utriuſque epitomen, & eam græce, & latine edidit. Initium 36. fuit. Omne Infinitum; titulus, *de succeſſoribus eorum, qui in Africa degunt.* Initium 37. Venerabilem Eccleſiam; titulus, *de eccleſiis conſtitutis in Africa.* Hujus 37. pleniorem epitomen vidimus in epitome conſtitutionum eccleſiaſticarum græca.

tates ſunt, noſtras etiam ſentiant liberalitates. Cum igitur ſeparatus, ut ſanctiſſimus ſacerdos, ejuſdem noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, qui venerando Concilio totius Africæ ſanctiſſimarum Eccleſiarum præeſſe dignoſcitur, una cum cæteris ejuſdem provinciæ reverendiſſimis Epiſcopis, propriis per Theodorum virum religioſum, Diaconum, & reſponſalem ejuſdem venerabilis Eccleſiæ Carthaginis Civitatis Juſtinianæ, deſtinatis, noſtram deprecati ſunt Majeſtatem, poſſeſſiones Eccleſiarum totius Africani tractus, tyrannico quidem tempore ablatas eis, poſt victorias autem cœleſti præſidio nobis contra Vandalos præſtitas, per noſtram piam diſpoſitionem eis redditas, ſalva in quocumque loco conſtitutas videlicet tributorum ſolutione, firmiter poſſidere, ſecundum legis tenorem, quæ jam ſuper hac cauſa promulgata eſt: petitionibus eorum prono, libentique animo duximus annuendum. Ideoque jubemus, ſublimitatem tuam ſuis diſponere præceptionibus, ut prædictas poſſeſſiones, ſalva, prout dictum eſt, tributorum ratione, venerabiles Eccleſiæ cum noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, quam omnium Civitatum Africanæ Dioceſeos, firmiter poſſideant, & ſine ulla concuſſione, a nullo penitus abſtrahendas. Si quis autem alias poſſeſſiones, ſive domus, ſive Eccleſiarum ornamenta, apud Afros, vel Arrianos, vel Paganos, vel alias quaslibet perſonas, detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo ſine aliqua dilatione, & ſacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ fidei aſſignari, nulla prolixitate temporis his, qui eaſdem res inique detinent, uti concedendis, ſed earum reſtitutionem omni exploſa machinatione facere compellendis; quia non patimur ſacratiſſima vaſa, vel ornamenta venerabilium Eccleſiarum, aut alias poſſeſſiones, apud Paganos, vel alias perſonas detineri; & lex, quæ nobis antea prolata eſt, ſit, abundeque hujusmodi capitulo conſultum fecerit. Alterius etiam noſtræ conſtitutionis prærogativa, quam pro Eccleſiaſticis fecimus rebus, & poſſeſſionibus, Africæ quoque venerabiles Eccleſias perpotiri cenſemus, & ſecundum ejus tenorem licentiam eis damus, res proprias, & poſſeſſiones, quicquid ad eas pertinens ablatum eſt, vel fuerit, ab antiquis detentatoribus vendicare. Curæ autem erit tuæ ſublimitati, quatenus neque Arrianis, neque Donatiſtis, neque Judæis, nec aliis, qui orthodoxam Religionem minime colere noſcuntur, alia detur omnino communio penitus ad eccleſiaſticos ritus, ſed omnimodo excludantur a ſacris, & templis nefandi, & nulla eis licentia concedatur penitus ordinare Epiſcopos, vel Clericos, aut baptizare quaſcumque perſonas, & ad ſuum furorem trahere; quia hujuſmodi ſectæ non ſolum a nobis, ſed etiam ab anterioribus legibus condemnatæ ſunt, & a ſceleratiſſimis, nec non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem hæreticos, ſecundum leges noſtras, quas impoſuimus, publicis actibus amoveri, & nihil penitus publicum gerere concedantur hæretici conſtituti, & orthodoxis imperare, cum ſufficiat eis vivere, non etiam ſibi aliquam auctoritatem vindicare, & ex hoc orthodoxos homines, & Dei omnipotentis rectiſſimos cultores quibuſdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem babere nullo modo concedimus; pœnitentiam autem eorum, ſi ad ortbodoxam fidem mente puriſſima venire maluerint, non reſpuimus, ſed damus eis lientiam hoc faciendi; quia & Deo omnipotenti nihil ita eſt acceptabile ut peccantium pœnitentia. Judæis inſuper denegamus ſervos habere Chriſtianos, quod & legibus anterioribus cavetur, & nobis cordi eſt illibatum cuſtodire, ut neque ſervos orthodoxæ Religionis habeant, neque, ſi forte Cathecumenos accipiebant, eos circumcidere, ſed neque ſynagogas eorum ſtare concedimus; ſed ad eccleſiarum figuram eos volumus reformari. Neque enim Judæos, neque Paganos, neque Donatiſtas, neque Arrianos, neque alios quoſcumque hæreticos, & ſpeluncas habere, vel quædam quaſi ritu Eccleſiaſtico facere patimur, cum hominibus impiis ſacra peragendi permittere ſatis abſurdum eſt. Inſuper ſacroſanctæ Eccleſiæ Carthaginis Juſtinianæ omnia condonamus, quæ Metropolitanæ Civitates, & eorum Antiſtites habere noſcuntur, quæ Codici noſtro in primo ejus libro ſegregata, ſacroſanctis Eccleſiis ſuum honorem præſtare noſcuntur, ut civitas, quam noſtri numinis cognomine decorandam eſſe perſpeximus, imperialibus etiam privilegiis decorata floreſcat. Confugas etiam, qui ad venerabiles Eccleſias, & earum fines convolare feſtinant, & ſuæ voluntati proficere, nulli penitus licere ſacrilegis manibus ab his abſtrahere; ſed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, niſi tamen homicidæ ſint vel virginum raptores, aut Chriſtianæ fidei violatores. Illos etenim, qui talia facinora committunt, nullis eſſe dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non poſſint ſacroſanctæ Eccleſiæ & homines iniquos adjuvare, & hominibus legis ſuum adjutorium præſtare. Si quid præterea, ſacroſanctæ Eccleſiæ ſæpe dictæ noſtræ Carthaginis Juſtinianæ, vel aliis venerabilibus Eccleſiis Africanæ Dioceſeos a quacumque perſona pro ſuæ ſalute animæ oblatum eſt, vel fuerit quocumque modo legitimo, ſeu in poſſeſſionibus, ſeu in aliis quibuslibet ſpeciebus, & hoc apud venerabiles Eccleſias manere firme, nullius unquam manibus abſtrahendum: cum homines, qui tam laudabiles, tamque Deo acceptabiles actus, & pias facere oblationes deproperant, ſatis & nos laudamus, & Dei cœleſtis remunerat clementia. Hæc igitur omnia, quæ ad honorem ſacroſanctarum dedimus Eccleſiarum totius Africanæ Dioceſeos, per præſentem piiſſimam, & in perpetuum valituram

ram

„ ram, legem, quam omnipotenti Deo dedican-
„ dam eſſe perſpeximus, ſublimitas tua cogno-
„ ſcens, firma, illibataque cuſtodire feſtinet, &
„ omnibus, prout ſolitum eſt, manifeſtare e-
„ dictis ubique proponendis: ut noſtra juſſa
„ ſummæ pietatis habentia, ex omni parte in-
„ mutilata ſerventur. Demetatoribus eorum
„ pœna X. librarum auri ſubdendis, aliqua gra-
„ vi noſtri numinis indignatione plectendis o-
„ mnibus, qui noſtram diſpoſitionem quocum-
„ que modo, vel tempore violare conceſſerint.
„ Dat. Kal. Aug. CP. Beliſar. V. C. Conſ.

NOVELLA XXXVIII. (*a*)

I. SI quis curialis condicionis conſtitutus ſine liberis deceſſerit: novem quidem unciæ ſubſtantiæ ejus ad curiam civitatis perveniant; tres autem uncias cui voluerit relinquat. Sin autem liberos quidem habuerit; eos autem ex concubina procreaverit: liceat ei eos ſcribere heredes cum curiali gravamine; ut & (1) videantur ex legitimo matrimonio ſuſcepti fuiſſe; quemadmodum ſi vivus naturalis pater hujuſmodi liberos ſuos in curiam civitatis dediſſet: nulla diſcretione habita utrum in ſolidum (2) heredes eos ſcripſerit, an pro parte: dum tamen non minus novem unciis habeant. Quod ſi quidam ex naturalibus liberis curialem condicionem repudiaverint; nec ad hæreditatem admittantur: ſed partes eorum adcreſcant (3) his, qui curiales eſſe non dedignantur. Sin autem omnes liberi ejus naturales curiales eſſe voluerint: novem unciæ derelictæ eis modis omnibus curiæ civitatis vindicentur. Hæc ſi teſtamento facto curialis teſtator (4) deceſſerit.

II. Sin autem inteſtatus defunctus eſt: novem quidem unciæ ejus curiæ civitatis ipſius deferantur; tres autem reſiduæ unciæ cognationi (5) ejus competant. Quod ſi naturales ſimiliter filios dereliquerit: hi qui (6) voluerint curiæ civitatis ſeſe adnumerari; conſequens eſt novem uncias legem ad eos revolvere [7]. Eadem teneant jura, & ſi quis ex ancilla ſua filios habuerit, eoſque vel vivus in curiam dederit, vel in teſtamento ſuo heredes inſtituerit cum curiali gravamine. Nam & his eadem obſervari decet, quæ diximus in filiis naturalibus, qui ex libera concubina nati ſunt. Quod ſi eos pater naturalis manumiſit tantum, & non in curiam dedit; illi autem vel omnes, vel quidam ex his curiæ muneribus ſubjici volunt: neceſſe eſt eos, qui curiales fieri parati ſunt, novem uncias capere. Sed & ſi unus ſolus ex his curialem condicionem admittit: ipſe ſolus & novem (8) uncias habeat in poteſtatem [9]. Quod ſi nemo eorum curialis, vel a patre factus eſt, vel fieri paratus eſt: novem unciæ curiæ competant civitatis. Hæc de naturalibus liberis.

III. Sin autem legitimos filios, vel nepotes ex filiis curialis homo reliquerit: tunc novem unciæ inter omnes diſtribuantur; quemadmodum parens diſpoſuerit. Ita tamen ut jura de inofficioſo teſtamento querellæ unicuique liberorum integra cuſtodiantur: niſi forte ingratitudinis allegatio reclamaverit. Gratis enim tantummodo liberis novem uncias dari, Conſtitutio jubet. Et unuſquiſque eorum curialia munera ſubeat ſecundum magnitudinem partis, quam lucratus eſt: cæteræ autem tres unciæ ad eos perveniant, quibus eas præſtari (10) defunctus voluerit.

IV. Quod ſi filias, vel neptes curialis homo reliquerit: ſi quidem omnes curialibus maritis conjunctæ ſunt; neceſſe eſt omnibus novem uncias dari, quemadmodum a parente diſtributæ fuerint, ita tamen ut ſingulæ non minorem partem habeant legitimo modo. Quod ſi quædam ex his curiales maritos habeant, quædam non; novem quidem unciæ diſtribuantur inter eas, quæ curialibus maritis [11] conjunctæ ſunt: tres autem unciæ præſtentur his, quæ non ſunt curialibus maritis conjunctæ, dum tamen ſingulæ legitimum habeant modum. Sin autem nondum nuptæ ſunt: liceat parenti ſub condicione eas in novem uncias [12] heredes ſcribere, ſi ejuſdem civitatis curialibus conjugantur. Quod ſi talem condicionem contempſerit (13) novem quidem unciæ curiæ civitatis addicantur; tres autem reſiduæ unciæ inter filias, vel neptes defuncti diſtribuantur.

V. Quod ſi quis curialis & filios, & nepotes, & filias vel neptes dereliquerit: maſculi quidem curiales dimidiam portionem ſubſtantiæ capiant; filiæ autem, ſi quidem curialibus maritis conjunctæ ſunt, reliquam dimidiam portionem accipiant. Sin autem curialibus nuptæ non ſunt, tres quidem uncias ipſæ filiæ habeant; aliæ autem tres unciæ fratribus earum adcreſcant.

VI. Si quis curialis condicionis conſtitutus tamiacæ, vel murilegulæ, vel comitiacæ mulieri conjugatur: filii, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris condicionem ſequantur. Jubet autem Conſtitutio, vim, ac poteſtatem ſuam ad ea quoque facta porrigi; quæ ante quam edatur, contigerint: niſi forte quidam liberati ſunt a curiali condicione per tamiacam, vel mu-

(1) *&c.* [2] *in ſolido.* (3) *adhæreſcant.* (4) *teſtator, ideſt qui teſtamentum facit de rebus ſuis.* (5) *cognationibus.* (6) forte *hique.* A.

(7) *devolvere*, forte. (8) forte, *novem.* A. (9) *in poteſtate.* A. (10) *præſtari.* (11) *curialibus.* (12) *unciis.* (13) *contempſerint.*

(*a*) Hanc habuerunt veteres juris interpretes Azo, Accurſius, & Albericus ſub titulo *de naturalib. liberis curiæ deputandis.* Initium eis fuerat (Qui rem). Hodiè in libro Auth. non extat. Eam tamen græce, & latine edidit Haloander ſub titulo *de decurionibus.*

murilegulam, vel comitiacam matrem. Eos enim liberos permanere præcepit, excepto Theodoſio, & fratribus ejus, & liberis Joannis, qui Exiſcon vocatur. Hi enim quamvis ante Conſtitutionis editionem curialis conſtituti condicionis per tamiacam matrem liberati ſunt: nihilominus curiales permaneant: nullo reſcripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda curialia munera. Hæc autem Conſtitutio data eſt menſe Martio indictione decima.

NOVELLA XXXIX. (a)

I. (b) SI quis unum ex liberis (1) heredem inſtituerit, ideſt filium vel filiam, vel [2] nepotem, vel neptem (3), & deinceps ſive quoſdam ex his (4) ſive omnes ſimul; & rogaverit eos ut tempore quo moriantur, vel poſtquam mortui fuerint, aliis reſtituant hereditatem: primum quidem unicuique eorum legis Falcidiæ modus in principio (5) deducatur, & non ſupponatur fideicommiſſi gravamini: cæteras autem partes fideicommiſſario reſtituant integras. Ita tamen, ut ſi propter nuptias donationem uxori, vel dotem marito dare maluerit perſona fideicommiſſo gravata: liceat ei hoc facere etiam ex aliis rebus, quæ fideicommiſſo ſuppoſitæ ſunt; & reliquas res tantum fideicommiſſario cogatur reſtituere. Hæc autem Conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus, ſed magis in futuris caſibus.

Nullum autem augmentum dotibus, vel propter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis, ſeu [6] reſtitutionis. Nam & ſi quid callide perpetratum fuerit; nihilominus reſtitutio fideicommiſſi (7) integra manebit, poſt deductionem ſcilicet Falcidiæ legitimæ partis. Hoc autem, quod (8) de Falcidiæ deductione Conſtitutio loquitur, in liberis locum habet; quibus & pars Falcidiæ debetur. Quod ſi heres inſtitutus ex liberis non ſit; contentus eſſe debet deductione dotis, vel (9) propter nuptias donationis; & reliquas res hereditarias fideicommiſſario reſtituere. Dotem autem, vel propter nuptias donationem dari lex præcipit honeſtam, ideſt neque ſatis modicam, ut ſit dedecus heredi; neque ſatis immodicam, ut ſit grave (10) fideicommiſſario: ſed medietatis cujuſdam moderatione moderatam.

II. (c) Si mulier defuncto marito ante quam annus legitimus tranſeat, ad ſecundas quidem nuptias (11) non migraverit; more autem meretricum ab aliquo ſtuprata conceperit, & peperit (12); ut ſit clarum in id, quod natum eſt, ex defuncto marito (13) non eſſe: eaſdem pœnas patiatur, quas ex ſuperiore Conſtitutione patitur ea, quæ ante tempus legitimum ſecundas nuptias contraxerit (14). Ideoque & ante nuptias donatione careat, ut (15) nec tantum habeat jus utendi fruendi (16); aliiſque [17] pœnis anteſatis ſubiiciatur (18); & ſit ſtupri quoque criminis obnoxia. Pejus etenim (19) eſt ſtuprari, quam ſecundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

NOVELLA XL. [d]

„ HÆC * Conſtitutio alia quidem omnia
„ Capitula, quæ de alienatione prædio-
„ rum eccleſiaſticorum ſuperius dicta ſunt, in
„ eodem vigore conſervat, ut etiam in ſancta
„ Eccleſia Hieroſolymitanæ ſacratiſſimæ Ci-
„ vitatis obtineant. Nam, & ipſi diſtractionem
„ omnino ruſticorum prædiorum interdicit.
„ Domos autem, ſi quas habeat, non prohibeat
„ eam alienare, ſcilicet ſi ampliore commodo
„ potiatur: hoc autem decreto antecedente fie-
„ ri jubet. Decretum autem apud Patriarcham
„ Hieroſolymitanæ Civitatis ordinetur præ-
„ ſente etiam Clero ejus, & probanda juſta
„ cauſa, propter quam alienatio Domorum fit:
„ ita tamen ut æſtimatio definiatur ad quanti-
„ tatem penſionum, quæ per quinquaginta an-
„ nos colligi poſſunt, ut ea æſtimatione domo-
„ rum alienatio fiat. Dat. XV. Kal. Jun. CP.
„ poſt Biliſar. V. C. Conſ.

* De rebus immobilib. alienandis, quæ in Eccleſia Hieroſol. &c. *in lib. Pub. inſcrib. hæc Conſtit. quæ ibi XL. eſt.*

NOVELLA XLI. (e)

HÆC Conſtitutio quendam virum magnificum Bonum nomine Quæſtorem exercitus (20) fecit. Nam & more antiquo duplex erat Quæſtorum magiſtratus. Et unus quidem cir-

(1) *ex liberis ſuis.* A. [2] *filiamve.* [3] *neptemve.* (4) *ex eis.* alii, *ex ipſis.* [5] *præcipuus.* (6) *vel.* (7) *fideicommiſſario.* (8) *Hæc autem, quæ.* (9) *&.* (10) *ſit gravis.* [11] *nuptias.* Ivo parte 16. [12] *pepererit.* Ivo. A. [13] *defuncti mariti.* Ivo. (14) *contraxit.* Ivo parte 8. (15) *& nec.* [16] *fruendique.* (17) *& aliis.* [18] *ſubjaceat.* (19) *enim.* (20) *exercitui.*

(a) Hæc eſt in libro Auth. conſtitutio 6. collationis 4. titulo *de reſtitutionibus, & ea, quæ parit in undecimo menſe poſt mortem viri.* Hanc edidit græce, & latine Haloander. Ab hac conſtitutione in quibuſdam libris Græcis incipit liber ſecundus Novellarum, ſed in libro Juliani a conſt. 69.

(b) Vide auth. Res, quæ. C. *cum delegat.*

(c) Vide auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 312. & *parte* 16. *cap.* 130. decreti, ut Nov. conſt. 38. c. 2.

[d] Hanc habuit Albericus ſub tit. *Ut eccleſia ſanctæ Reſurrectionis*, ex qua verba aliquot refert verbo *Eccleſia*. Hodie neque in lib. Juliani, neque in lib. Auth. neque in Norico Haloandri extat. In Baſilicis quoque non fuiſſe, Græci afferunt. Ex Veneto tamen libro Scringerus græce, Ant. Contius, & Hen. Agylæus latine eam ediderunt.

[e] Hæc etiam in libro Auth. deſideratur. Sed eam Haloander græce, & latine edidit ſub titulo *Apud quem oporteat appellationes in quinque provinciis interpoſitas examinari.*

circa latus principis erat; alter autem Quæſtor exercitui præerat. Diſpoſuit autem præſens Conſtitutio etiam annonas Quæſtoris, & conſiliatii ejus: apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam Præfecti Prætorio, idest ſcriniarium (1), & ab actis, & præcones, & commentarienſes, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem. Sed annonas militum tam * commentarienſium, quam limitatenſium diſpoſuit, quomodo diſtribui debeant. Subjecit autem ei quinque provincias, ideſt Scythiam; & Myſiam; & Cariam; & omnes Cycladas inſulas; & Cyprum, & Cretam. Cauſarum quoque auditorium habere conceſſit; ut non (2) obiiciatur ei fori præſcriptio. Subjunxit autem & notitiam impenſarum. Et eſt promulgata hæc Conſtitutio data K. Jun. CP. Biliſ. (3) * COS.

* *comitacenſium.*

* Indictione XV. P. C. Beliſ. *eſt in lib. Pith, in lib. vero Auth.* Indict. XII.

NOVELLA XLII. (a)

HÆC Conſtitutio confirmat ſanctiſſimas ſynodos, & monachorum (4) auctoritatem. Anthimum autem, & Petrum, & Severum, & Zooram ab Epiſcoporum numero expellit. Prohibetque eos in CP. civitatem [5], vel aliam magnam civitatem (6) converſari. Minatur etiam ſi quis (7) Severi libros habeat, eoſque ignibus non tradat, ſeveriſſimas pœnas. Nam & manus ſucciſionem (8) ſuſtinere (9) jubet eos, qui libros ejus ſcribere auſi fuerint.

NOVELLA XLIII. (b)

* *XIII. hæc Conſt. in lib. Pith. eſt cum hoc titulo:* Ut mille centum ergaſteria immunitate potiantur ſub nomine decanorum, & lecticariorum: & nemo alius immunitatem habeat.

„ HÆC * Conſtitutio jubet, ut in Conſtantinopolitana Civitate mille centum ergaſteria immunitate potiantur occaſione decanorum, & lecticariorum, & funeribus defunctorum deſtinentur: ita ut octingenta quidem ergaſteria corpora perſonarum præſtare: reſidua autem trecenta ergaſteria pecuniam dare: cætera autem omnia ergaſteria civilibus muneribus fungantur, ſive eccleſiæ ſint, ſive xenonis, ſive monaſterii, ſive orphanotrophii, ſive brephotrophii, ſive ptochii, ſive alterius cujuſcumque dominii, ſive imperialis domus, ſive Magiſtratus populi Romani, ſive illuſtris, ſive alterius ſenatoris, ſive „ cubicularii, ſive militari cingulo decorati. „ Quod ſi quis Patrocinio ſuo munere civili „ liberare ſuum voluerit inquilinum, dominium „ quidem amittat ergaſterii: hoc autem fiſci viribus vindicetur. Dat. Kal. Jun. CP. P. C. Biliſ.

NOVELLA XLIV. (c)

TAbelliones ipſi per ſe conveniant cum eis, qui inſtrumenta quædam componere (10) volunt: & non aliter chartam complere audeant niſi cauſam (11) cognoſcant: ut interrogati a judicibus reſpondeant, qualis eſſet (12) cauſa, propter quam inſtrumenta compoſuerunt, & maxime ſi litterarum imperiti fuerint hi, qui (13) inſtrumenta fieri deſideraverunt (14). Hoc autem obtineat (15) tam in CP. civitate, quam in aliis provinciis. Pœnam autem Conſtitutio definit adverſus eos (16) tabelliones, qui aliter fecerint, ſtationum amiſſionem: ita ut ſi (17) diſcipulus eorum viſus fuerit dignus ad inſtrumenti compoſitionem; ipſe habeat jus ſtationis. Quod ſi indignus ſit diſcipulus auctoritatem ſtationis committi: prior quidem rabellio modis omnibus removeatur; alius autem pro eo dignus ſtationem accipiat: ita tamen ut nullum ſentiat damnum dominus ſtationis, ſed habeat reditus integros. Tabellio autem amittat jus ſtationis, quia dedignatus eſt convenire cum eis, qui inſtrumenta componi ſibi deſideraverunt. Nullam autem excuſationem habeant tabelliones morbi, vel occupationis: duorum enim alterum neceſſe eſt, vel cauſas eos (18) cognoſcere, & inſtrumenta earum (19) facere, vel ſi ignorent, nec facere (20). In CP. autem (21) civitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones unum tabellionem apud Magiſtrum Cenſus præponere (22), & licentiam ei dare facere inſtrumenta deſiderantibus in eorum ſtatione; & in abſolvendis inſtrumentis venire: & nulli alii licentiam eſſe hoc facere, niſi ei, qui a tabellionibus præpoſitus eſt apud Magiſtrum Cenſus, ſicut jam diximus. Cæterum ſi aliter obſervatum fuerit; ea pœna Tabellionibus immineat, quam ſuperius diximus. Inſtrumentum autem propter hoc ſolum non ſit irritum; ſed utilitatis contrahentium cauſa valeat.

(1) *ſcriniarios.* A. (2) forte, *& ut non.* A.
[3] *CP. Poſt Conſ. V. C. Biliſ.*
(4) locus mendoſus, forte ſcribendum, *ſanctiſſimarum ſynodorum œcumenicarum.* A.
[5] *in urbe CP.* A. (6) *alia magna civitate.* A. (7) *autem & alia, & ſi quis.* A.
(8) *inciſionem.* (9) *ſubſiſtere.* A.

(10) *fieri.* (11) *de cauſa.* (12) *ſit.*
(13) *qui.* (14) *deſideraverint.*
(15) *Hæc autem obtineant.*
(16) *adverſus.* (17) *ita autem, ut ſi.*
(18) *cauſam eorum.* (19) *eorum.*
(20) *non facere.* alii, *non faciant.*
(21) CP. (22) *proponere.*

(a) Hæc quoque deſideratur in libro Auth. Extat græce, & latine in generali quinta ſynodo. Latina verba ex Iſidori conciliis retulit Ant. Contius. Eandem poſtea edidit græce, & latine Haloander ſub titulo *Ut Anthimus, Severus, & reliqui hæretici eccleſiaſtico gradu detrahantur.* Citat Accurſius quædam ex hac Novella in Auth. Sed novo. C. *de ſerv. fugit.*

(b) Hac conſtitutione carent tam liber Juliani, quam liber Auth. Ab Haloandro græce, & latine edita eſt ſub titulo *de officinis, ſive tabernis CP. urbis.*

(c) Hæc eſt conſtit. 7. collationis 4. in libro Auth. titulo *de tabellionibus.* Edita quoque eſt ab eod. Haloandro græce, & latine.

II. Tabelliones non ſcribant inſtrumenta in aliis chartis, quam in his [1], quæ protocolla habent: ut tamen protocollum tale ſit, quod habeat nomen glorioliſſimi comitis Largitionum & tempus, quo charta facta eſt: alioquin ſi alias ſcripturas [2] charta habeat (3), non admittant eam (4) tabelliones. Hoc autem jus tenear in ſola CP. civitate. Quod ſi adverſus ea fecerint (5); pœnæ falſitatis ſubiiciantur (6).

NOVELLA XLV. (*a*)

I. NEque Judæus, neque Samaritanus, neque quivis hæreticus curiæ (7) muneribus excipiatur propter hoc ſolum, quod catholicæ ſidei non eſt. Sed & (8) munera curialia ſubeat [9], & nullo honore curiali potiatur [10]. Nam curiales habent quædam privilegia, veluti ut tormentis non ſubiiciantur, ut non ab alia in aliam provinciam retrahantur. Et in ſumma qui contra fidem catholicam ſentit, munera quidem curialia ſubeat; hoོorem autem, vel privilegium nullum habeat.

2. q. 7. c. 26. II. (*b*) Si hæreticus contra hæreticum litiget [11]: liceat cuivis eorum (12) hæreticum teſtem adducere. Sin autem orthodoxus contra hereticum litiget: pro orthodoxo quidem etiam (13) hæretici teſtimonium valeat (14); contra orthodoxum autem ſolius orthodoxi teſtimonium valeat (15). Orthodoxis autem (16) litigantibus ad teſtimonium nulli hæretico [17] pateat aditus. Interdum autem etiam adverſus [18] orthodoxum hæretici teſtimonium probabile eſt; quod contingit, ſi orthodoxus in curialem condicionem trahatur (19): tunc enim hæreticus adverſus eum recte teſtis producitur, ut dicat ſe ſcire eum curialem eſſe, vel ex (20) curiali patre genitum.

NOVELLA XLVI. [*c*]

HÆC Conſtitutio facit ſubdiviſionem in ea Conſtitutione, quæ de rebus immobilibus ad ſancta loca pertinentibus loquitur. Ait enim: ſi œcleſia, vel alius ſacratiſſimus locus publicum debitum debeat, veluti tributa [21]; & non habeat, unde ſolutionem pecuniæ faciat: convenire (22) omnes in unum tam clerum (23), quam religioſum Epiſcopum ipſius (24) civitatis, & a metropolitanis (25) ſanctis ſcripturis propoſitis rem diſceptari. Et ſi nullæ aliæ opes inveniantur ſine alienatione eccleſiaſtici prædii: tunc decreto apud Præſidem provinciæ celebrato alienatio prædii ad locum venerabilem pertinentis fiat; ita tamen ut emptor pretium tributorum exactoribus ſolvat; & ab eis apochas recipiat; & in fiſci locum ſuccedat; & monumentum pleniſſimum habeat, & non timeat anteriores leges. Eis autem, qui diſtraxerunt (26), operam dare oportet; ut poſtquam ipſi actis intervenientibus depoſuerint ſe jure (27) diſtraxiſſe, etiam apochas tributorum intimare; ut & eccleſia ſecuritatem habeat de pecuniis tributorum nomine fiſco ſolutis, omni circumventione, & ſimulatione pro infecta habenda (28). Ideo enim & decreti celebratio permiſſa eſt; ut etiam publicum (29) manifeſtetur ex quot (30) annis collectum eſt; & quemadmodum non potuerunt Œconomi pecuniam ſolvere; ſed in neceſſitatem alienationis (31) venerunt (32). Hæc autem [33] omnia procedere (34) debent propoſitis ſanctis evangeliis. Sin autem privatus ſit, cui venerabilis locus pecuniam debeat: ipſam immobilem poſſeſſionem creditor pro ſoluto accipiat: dummodo addictio ita fiat [35], ut debitam pecuniam non excedat, ſcilicet, & in hoc caſu decreti celebratione interveniente. Hujus autem Conſtitutionis ſubdiviſione excepta (36) eſt magna eccleſia CP. civitatis, & ſancta oratoria, quorum (37) ipſa curam agit: ſed etiam omnia

mo-

(1) *his.* (2) *aliam ſcripturam.*
(3) *chartæ habeant.* [4] *eas.* (5) *fecerit.*
(6) *ſubiiciatur.* (7) *civilibus.* (8) *ſed.*
(9) *ſubeant.* [10] *potiantur.*
(11) *litigat.* Ivo, in Panorm. (12) *licet cuique eorum.* Grat. alii, *liceat cuivis.* alii, *liceat cuilibet eorum.* (13) *quidem.* Ivo, in Panorm. & Grat. (14) *habeant.* (15) *valet.*
(16) *quidem.* (17) *nullus heretico.* Ivo. parte 16. *nullus hereticorum.* Idem in Panorm.
(18) *adverſus.*

(19) *a curiali munere ſe ſubtrahat.*
(20) *vel a.* (21) *tributum.*
(22) *convenire debent.* (23) *clerici.*
(24) *religioſus Epiſcopus.* (25) *apud metropolitanum.* A. (26) *diſtraxerint.*
(27) *ſe ita.* (28) *habita, vel habenda.*
(29) *publicum debitum.* A. (30) *ex quibus.*
(31) *neceſſitate ad alienationem.* A.
(32) *pervenerunt.* A. (33) *ante.*
(34) *præcedere.* (35) *adiiciat ita.*
(36) *exempta.* (37) *Theodora, cujus.*

[*a*] Hæc in libro Auth. deſideratur. Citat tamen Accurſ. in *l.* Quoniam. C. *de heretic.* Edidit eam græce, & latine Haloander hoc titulo *Ne Judæi, Samaritani, & heretici per cauſam religionis, & cultus ſui curiali fortuna liberentur.*

[*b*] Refert Ivo *par.* 16. *cap.* 131. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 6. Panorm. ut ex conſt. 42. *c.* 2. & Grat. 2. *q.* 7. *c.* 26. Si hæreticus.

(*c*) Eſt in libro Auth. Conſtitutio 1. collationis 5. titulo *de Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione, & ſolutione.* Caruit ea Græca Haloander, & libri Græci Bononienſis, & Florentinus; ut neque etiam in Baſilicorum libris fuit. Sed Hen. Scringerus eam ex Veneto libro græce, Agyleus latine poſtea ediderunt.

monaſteria, quæ eidem ſanctæ magnæ eccleſiæ ſuppolita ſunt.

NOVELLA XLVII. (a)

I. PUblica monumenta (1) tam ea, quæ in judiciis conficiuntur, quam ea, quæ apud magiſtrum Cenſus, ſive apud Defenſores conſiſtunt: inſtrumenta etiam, quæ tabelliones ſub qualicumque (2) figura conficiunt tam in CP. civitate, quam in provinciis. Hæc omnia hujuſmodi initium (3) totius ſcripturæ ſuæ habeant: *Imperante illo divo Auguſto anno* (4) *illo:* & poſt hoc (5) inſerant quoque conſulis (6) appellationem, & omnem veterem obſervationem (7) inſtrumentorum cuſtodiant, etſi forte tempora quoque civitatum provincialium inſtrumentis ſcribi ſolitum eſt; ea conſueto more ſcribantur (8). Hujus (9) autem juris præceptio a prima indictione incipiat.

II. Qui ſcribunt tempora in monumentis publicis, non utantur litteris illis veteribus, & obſcuris (10): ſed per Græcas litteras tempora ſcribantur, ſi monumenta [11] græce compoſita ſunt. Sin autem latine monumenta confecta fuerint; Latinis quidem litteris tempora ſcribantur; ſed claris (12) litteris, & quas poteſt (13) quicumque litteratus Latinus (14) cognoſcere.

NOVELLA XLVIII. (b)

SI quis ſua manu conſcripſerit, vel alterius manui ſubſcripſerit ſive in ſuo teſtamento, ſive ſine teſtamento in quavis (15) chartula; & (16) modum ſubſtantiæ ſuæ declaraverit: idque fecerit heredibus ſuis omnibus præſentibus, vel omnibus abſentibus, vel quibuſdam ex his abſentibus, quibuſdam (17) præſentibus: non liceat heredibus ejus talem ſcripturam recuſare, nec dicere, quod unus ex coheredibus res quaſdam a teſtatore relictas ſubripuit (18), & celavit (19). Si enim teſtator cum ſacramento expreſſerit nihil aliud ſibi ſupereſſe extra ea, quæ in præfata ſcriptura continentur; neceſſe habeant heredes ſcripturam ejus ſequi, ſive liberi ejus ſint, ſive extranei: neque ſervi (20) hereditarii tormentis ſubiiciantur, neque ulla alia probatione veritas (21) exquiratur. Hoc autem totum jus pertinet ad heredes: nam creditoribus nullum præjudicium faciet vox (22) teſtatoris, ejuſdemque debitoris. Licet (23) enim creditoribus omnia perſcrutari, & veritatem exquirere, & ſuo commodo uti. Sed heredes (24) neceſſe eſt ſequi (25) ea, quæ (26) teſtator dixerit, ſcripſerit [27], vel ſubſcripſerit; vel ſubſtantiam ſuam (28) quocumque modo declaraverit. Cæterum ſi vocem [29] teſtatoris reprobant: etiam hereditatem ejus amittant. Quod non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam adhuc in cauſis (30) pendentibus teneas.

NOVELLA XLIX. (c)

I. (d) SI quis adverſus ſententiam judicis provocaverit; judicio appellationibus deſtinato præſto (31) non fuerit: liceat litigatori adverſario ejus intrare [32] in judicium (33), in quo provocatio exerceri debeat intra biennium tamen, & ut (34) unus verbi gratia menſis ſuperſit; & dicat ſuas allegationes judicibus etiam abſente eo, qui [35] provocavit. Judices [36] autem non omnimodo pro eo, qui præſto (37) eſt, ſententiam dicant [38]: ſed interdum etiam pro (39) abſente, ideſt pro eo, qui provocavit [40], judices victricem [41] calculum ferant (42), ſcilicet ſi bonam cauſam habeat. Ne (43) autem abſentia ejus impunita relinquatur: omnimodo provocationis impenſas adverſario ſuo præſtet, ſive vicerit, ſive victus fuerit. Quod ſi utrique, poſtquam ſtatuti dies legibus intraverint [44], in abſentia fuerint: maneat prior ſententia. Cætera autem jura [45], quæ de appellationibus poſita ſunt in ſuo permaneant (46) ſtatu: nam hæc Conſtitutio de his loquitur, qui in abſentia fuerint,

(1) *inſtrumenta, vel monumenta.*
(2) *quacumque.* alii, *quaque.* (3) *initium.*
(4) & Imperii anno. *alii*, Imperii anno illo.
[5] *poſt hæc.* (6) *Conſulum.* A.
(7) *obſervantiam.* (8) *conſcribantur.*
(9) *Hæc.* (10) *obſcuris.* (11) *inſtrumenta.*
(12) *& claris.* (13) *quas poteſt.* alii, *& quas poſſit.* alii, *& quæ poſſit.*
[14] *Latinis litteratus.* [15] *quavis.*
(16) *charta.* (17) *vel.* [18] *ſubripuerit.*
[19] *calaverit.* (20) *& neque ſervi.* alii, *nec ſervi.* (21) *probatio veritatis.*
(22) *facit vox.* [23] *Liceat.* (24) *Et heredes.* alii, *Sed & heredes.* (25) *habent ſequi.* (26) *quæ eis.* (27) *conſcripſerit.*
(28) *vel.* [29] *ſi voluntatem.*
(30) *in adhuc.* alii, *in caſibus adhuc.*
(31) *præſens.* (32) *ejus abſente intrare.*
(33) *judicio.* (34) *ut.* (35) *illo, qui.*
[36] *Judex.* (37) *præſens.* (38) *dicat.*
(39) *& pro.* alii, *etiam.* [40] hæc verba in quibuſdam libris deſunt. (41) *victricem.*
(42) *ferat.* (43) *Neque.* (44) *intervenerint.* A. (45) *omnia jura.* [46] *maneant.*

[a] Hæc eſt conſt. 3. collat. 5. in libro Auth. titulo *Ut præponatur nomen Imp. documentis.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.

[b] Eſt in libro Auth. Conſt. 2. ejuſd. collationis, titulo *de jurejurando a moriente præſtito propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ.* Eam etiam edidit græce, & latine Haloander. Vide Auth. Quod obtinet. C. *de probat.*

(c) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 5. titulo *de iis, qui ingrediuntur ad appellationem.* Hanc Haloander ut 50. conſtitutionem græce, & latine edidit: qui 49. deeſſe credidit: cui Ant. Contius ſubſcribit.

(d) Vide Auth. Ei, qui. C. *de temp. & repar. app.* cujus verba refert Grat. 2. q. 6. c. 40. Ei, qui.

rint, poſtquam ſtatuti dies intraverint (1).

II. [a] Eſt quædam Conſtitutio in quarto libro Codicis poſita, qua cavetur, ut ſi de fide litterarum dubitatio emerſerit: comparatio earum fiat (2) ex inſtrumento publico, quod per tabellionem factum eſt. Unde [3] quæſtio emerſit (4) ex cauſa cujuſdam, quæ erat (5) talis. Quidam proferebat chartulam (6) ſine tabellione compoſitam, & ex ea intentiones ſuas probabat: ſed adverſarius ejuſdem manus aliam chartulam ſine tabellione compoſitam proferebat, & ſuas allegationes confirmabat, Sed alter ex litigatoribus dicebat ei [7] litteras cartulæ [8] ſcriptas ejuſdem manu [9] non eſſe: ideoque comparationem fieri litterarum ex publico inſtrumento exigebat. Ille autem dicebat ſufficere comparationem fieri cum ea chartula (10), quam ipſe producebat adverſarius (11). Sed ex contrario ei reſpondebatur illam chartulam [12] ſine tabellione compoſitam eſſe. Quærebatur, quid juris ſit? Et noſter Imperator conſtituit (13) in hoc caſu etiam ex chartula ſine tabellione compoſita recte fieri comparationem litterarum: ipſe enim, qui tale inſtrumentum produxit, fidem ejus probaſſe primus (14) intelligitur. Fiant autem comparationes ex publicis ſcrinis; veluti ſi apocha prolata fuerit a menſa (15) glorioſiſſimi Præfecti Prætorio. Sed & quod ex publicis monumentis (16) prolatum fuerit; hoc quoque idoneum videtur (17) ad comparationem: quippe cum publico teſtimonio confirmetur, Omnes autem litterarum comparatores prius ſacramentum præſtent: & tunc deinde faciant comparationes (18).

III. (b) Omnes litigatores (19) poſtquam juſjurandum de calumnia juraverint [20]; hoc quoque jurijurando ſuo addent (21), quia non [22] dilationis, nec calumniæ (23) cauſa, nec vexandi (24) adverſarii gratia probationes in tota cauſa (25) ab adverſario ſuo exigant (26). Nam antea in unoquoque capitulo litis, ſi litigator (27) ab adverſario ſuo probationes exegiſſet, jurare cogebatur [28], quod non calumniæ cauſa probationes exegit. (29). Erat autem graviſſimum in una cauſa complura ſacramenta præſtare; ideoque unum jusjurandum ſufficiat (30).

NOVELLA L. [c]

*

NOVELLA LI. (d)

ERant quidam impii homines, qui mulieres miſeras in ſcenam prodire coartantes juſjurandum ab eiſdem (31) mulieribus exigebant, quod numquam meretrices eſſe deſinent (32). Hoc autem & crudele, & a pietate procul noſtro Principi (33) viſum eſt; ideoque conſtituit [34]; ut liceat meretricibus honeſtiorem (35) vitam eligere ſine aliqua pœna [36], ſine aliquo timore; quamvis juratoriam cautionem expoſuerunt (37). Hi autem, qui tale jusjurandum exegerunt, & contra caſtitatem operam ſuam (38) dedere (39): pœnæ nomine decem libras auri

(1) *ſtatutus dies intraverit.* (2) *fiat.*
[3] *Nam.* (4) *evenit.* (5) *eſt.*
[6] *chartam.* & ibi verſ. 11.
[7] *dicebat.* (8) *chartæ.*
(9) *ejuſdem.* (10) *charta.*
[11] *proferebat.* [12] *chartulam.* alii, *illam chartam.* [13] *Et nos conſtituimus.*
(14) *prius.* (15) *de menſa.* [16] *inſtrumentis.* (17) *videatur.* [18] *faciant comparationem.* alii, *comparationes fiant.*
(19) *Omnis autem litigator.*
(20) *juraverit.* (21) *addant.* Ivo. *addunt.*
(22) *quod non.* A. (23) *non calumniæ.*
(24) *non vexandi.* (25) *tota iſta cauſa.*
(26) *exigens.* alii, *exiges, jurare cogetur.*
(27) *cum litigator.* Ivo. (28) *compellebatur.* Ivo. (29) *exigis.*
(30) In quibuſdam libris additur: *quamvis antiqui per unam quamque calumniam dederint unum ſacramentum, quod nobis non placet.* In aliis additur: *quamvis aliqui pro unaquaque calumnia dederint, &c.* Hoc etiam loco additur hæc formula hujus ſacramenti, quam non eſſe Juliani, arbitror; ſed alicujus ſtudioſi: *Quod ſacramentum calumniæ ſit ita. In primis quidem actor juret. Hanc litem, quam movi, calumniandi animo non movi; ſed exiſtimo me bonam habere cauſam; nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo nullas exigam. Sic Deus. Poſtea reus ita. Ego putans bona inſtantia * cauſæ ad contradicendum pervenio: nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo ullas exigam. Sic Deus.*
(31) *eis.* (32) *deſinant.* forte *deſinerent.* A.
(33) *noſtri imperii.* (34) *conſtituimus.* Ivo. *Princeps conſtituit.* (35) *honeſtam.*
(36) his verbis caret Ivo. (37) Ivo parte 8. *expoſuerint.* A. (38) *operam.*
(39) *dederunt.* Ivo.

[a] Vide Auth. Ad hæc. C. *de fide inſtr.*

(b) Vidend. Auth. Hoc ſacramentum. & Auth. In iſto. C. *de jurejur. pro calumn.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. decreti *cap.* 132. ut conſtit. 45. *cap.* 2.

[c] Hæc in Juliani, & Auth. libris deſideratur. Venetus liber partem Novellæ 41. hic reperit; id Scringerus, & Agylæus etiam afferunt. Addo, in eodem libro adſcriptum eſſe hujus Conſtitutionis initium fuiſſe, Recte nobis. Sic igitur ſtatuo hanc Conſtitutionem latinam fuiſſe ejuſdem ſententiæ cum 41. Græca. In Baſilicis hanc quoque inſertam non fuiſſe, Græci affirmant.

(d) Hæc eſt conſtit. 4. collat. 5. in libro Auth. tit. *Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent, &c.* Eam Haloander græce, & latine edidit. Vide auth. Quod eis. C. *de nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 37. decreti, ut conſt. Nov. 46. *cap.* 1. & *libro* 6. *tit.* 3. *cap. ult.* Panormiæ.

Digitized by Google

auri perſolvant (1) iiſdem meretricibus, quæ ſacramenta dederunt. Pœna autem decem librarum officio (2) Præſidis efflagitetur (3). Quod ſi Præſes neglexerit: de ſuo patrimonio pœnam præſtare cogatur, & magiſtratu ſibi commiſſo cadat: & non ſolum mulieribus, ſed etiam heredibus, & aliis ſucceſſoribus earum pœna ſolvatur (4). Hoc ſi privatus ſit, qui (5) ſacramentum a meretrice exegerit [6]. Sin autem ipſe Præſes ſacramentum (7) a meretrice exegerit: teneatur quidem eadem pœna (8); ſed exactio pecuniæ fiat officio militaris judicis, ſcilicet ſi talis judex in illis locis fuerit. Quod ſi militaris nemo fuerit judex: metropolitanæ civitatis Epiſcopus pœnam exigat; cui & vicinæ [9] provinciæ Præſes favere (10) debet forſitan majori imperio decoratus.

N O V E L L A LII. [a]

I. [b] SI quis in aliqua civitate, vel vico debitores habuerit: poſteaque alios homines ex eadem civitate, vel vico in alia civitate, vel in alio vico, vel (11) nundinarum gratia degentes invenerit: non audeat eos, vel res eorum tenere; vel alieni (12) debiti nomine pecuniam ab (13) his exigere; vel pignora ab his extorquere. Nam ſi quid tale ſecerit: omne quod inciviliter exegerit, in quadtuplum reddere compellitur (14) ei, qui injuriam paſſus eſt. Sed & ſi quam actionem adverſus debitorem ſuum habeat, eam quoque amittat. Hæc [15] autem obſervari decet cura, & diligentia Præſidum; quibus graviſſime pœnæ imminebunt, ſi præcepta ſaluberrima (16) præſentis (17) Conſtitutionis neglexerint.

II. [c] Si quis imperatori donare voluerit: ſufficiat ei ad perfectam donationem inſtrumentum liberalitatis modum continens: & non cogatur hujuſmodi donationis inſtrumentum (18) publicis monumentis (19) intimare; quamvis quingentorum (20) aureorum quantitatem donatio facta excedat. Nam nec Imperatoris donatio in privatam perſonam facta publicis monumentis indiget.

N O V E L L A LIII. (d)

I. (e) SI quis ex divina juſſione inſcriptis habita, vel ex calculo magiſtratus aliquem convenerit; ut in (21) aliis locis exhibeat, aut ſiſtat (22); ideoque & cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tempus in judicium deſtinatum venturus ſit; poſteaque tempus quidem certum [23] tranſactum fuerit, & is quidem, qui (24) cautionem expoſuit, præſto ſit; adverſarius autem ejus, ideſt actor abſit; & decem dies poſt certum tempus tranſierint: liceat reo præſenti, abſente actore, intrare apud judicem, & docere ſuam præſentiam & actoris abſentiam, & ſtatim obſervatione [25] judicii abſolvatur: ita tamen ut ſacramentum præſtet de impenſis, quas impendit tam in profectione (26), quam in peregrinatione ſua: & in tanta quantitare (27) judex actorem condemnet. Cum autem ſoleant exſecutores litium etiam (28) ab actoribus cautionem exigere, quod omnimodo [29] peragant intentiones ſuas; ſin autem non peregerint, quod pœne nomine certos aureos præſtaturi ſunt: jubet Conſtitutio calumniam paſſo primum quidem pœnam cautionis ab actore præſtari: deinde ſi quid plus ſit in impenſis, quas reus fruſtra ſecerit (30): hoc calculo judicis eidem reo præſtetur: ſacramento tamen ejus legitima taxatione [31] moderato. Hæc [32] enim ſi ita cuſtodiantur (33): jam deſinent (34) homines in alienam (35) vitam ludere; & ideo in locis competentibus (36) hac pœna perterriti litigabunt.

II. Solent actores, qui in CP. civitate homines trahere volunt; quos obnoxios ſibi dicunt (37), fidejuſſores (38) dare; & pœnam promittere peragendi litigii cauſa (39), & quod omni-

(1) *ſolvant.* (2) *per officium.* (3) *flagitetur.* Ivo. (4) *pœnam ſolvat.* Ivo.

[5] *probatum ſit, quod.* Ivo. (6) *exegit.*

[7] Ivo in Panorm. *ipſe ſacramentum.* Idem parte 8. *ſacramentum non.*

(8) Ivo in Panorm. *quidem teneatur ea pœna.* Idem parte 8. *ne teneatur quidem ea pœna.* (9) *Quod & qui vicinæ eſt.*

[10] *facere.* (11) hæc verba in quibuſdam libris deſunt. [12] *alicujus.* (13) *ex his.*

(14) *compelletur.* A. alii, *compellatur.*

(15) *Hoc.* [16] *ſaluberrima.*

(17) *hujus.*

(18) *hanc donationem.* alii, *hujus donationis inſtrumenta.* (19) *inſtrumentis.*

(20) *ducentorum.* (21) *ut.* (22) *ſe, vel ſiſtat.* alii, *ſe, aut ſiſtat.* (23) *certum.* alii, *quidem.* (24) *idem, qui.* (25) *ab obſervatione.* A. (26) *via.* (27) *in tantam quantitatem.* (28) *litium.* [29] *omnino.*

[30] *fecerit.* [31] *legitime.* [32] *Hoc.*

[33] *cuſtodiatur.* (34) *tunc deſinant.* alii, *jam deſinunt.* alii, *jam deſinant.*

[35] *aliam.* (36) *competentius.*

(37) *dicunt.* (38) *& fidejuſſiones.*

(39) *litigii.*

(a) Eſt in libro Authent. conſt. 5. ejuſd. collationis titulo *Ut non fiant pignorationes pro aliis perſonis.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit.

(b) Vide Auth. Sed omnino. C. *ne uxor. pro mar.*

(c) Vide Auth. Item. C. *de donation.*

[d] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 6. collat. 5. titulo *de exhibendis & introducendis reis.* Edidit eam utraque lingua Haloander.

[e] Vidend. Auth. Quod fieri. C. *de dilation.*

omnibus modis vincant: & ſic permittitur (1) a provincia in urbem imperialem, quos ſibi reos (2) eſſe putant, abſtrahere. Cum autem ab alia provincia [3] in aliam provinciam (4) exhiberi [5] reos actores deſiderabant: ſine fidejuſſione hoc impetrahant. Sed noſter Imperator hac promulgatione (6) conſtituit; ut neque ab alia provincia in aliam exhibitio reorum ſine fidejuſſione fiat, & oeque per (7) magiſtratus ampliſſimos, neque per glorioſiſſimum Quæſtorem ex perſona principis aliquid tale reſcriberetur (8): ideſt ut ſine fidejuſſione actoris reorum exhibitio ab alia in aliam provinciam fiat. Immo magis debet contrarium dictari; ideſt ut non aliter fiat exhibitio rei, quam ſi actor fidejuſſores (9) præſtiterit promittentes (10) quod omnimodo peragat cauſam, ac vincat: alioquin quod pœnæ nomine tot aurei præſtabuntur. Nam his eo modo ordinatis, ſi actor non peregerit cauſam, vel peragens non obtinuerit; committitur adverſus cum pœna, & adverſus fidejuſſores ejus; & reo præſtabitur. Si quid autem ultra quantitatem pœnalem exhibitionis occaſione reus impenderit: hoc ei juranti dari æquum eſt ſacramento ipſius antea (11) moderato per legitimam taxationem, ſicut in præcedenti capitulo (12) diximus.

III. (*a*) Si quis (13) ex ſententia judicis admonitus fuerit: habeat poſt admonitionem (14) viginti dierum ſpatium; ut liceat reo, vel recuſare judicem, vel alium (15) quoque petere, ut ſimul ambo judicent; vel forte id quod debet confiteri intra prædictos viginti dies. Poſtquam autem libellum accuſationis exceperit; perſonales præſtet fidejuſſiones; & ſportulas det Conſtitutioni noſtri Principis cognita. Subſcribat autem & contradictionis libellum; tempus quoque, & diem ſcribere eum oportet, quo libellum accuſationis excepit [16]. Cum autem litis conteſtatio fiat (17); interrogari debet a judice, ſi tranſierunt viginti dies [18] deliberationis. Hoc autem conſideretur (19) ex ſubſcriptione ejus, quam in libello (20) inſeruit. Nam intra viginti dies [21] litis conteſtatio facta (22) nullius momenti eſt. Si quis autem judicem recuſaverit, & alium pro eo petierit; eumque iterum recuſare maluerit, quem ſibi (23) judicem petiit [24]: oon audiatur.

IV. (*b*) Si quis juratus promiſerit (25) obſervaturum ſe in judicio; deinde [26] ante litis conteſtationem imperialem urbem reliquerit, & duxerit ſe in aliam partem: liceat actori, & nondum (27) litis conteſtatione facta, adire judicem, & docere tergiverſationem rei. Et ſi quidem (28) inter magiſtratus ſit judex: jubeat omnimodo reum in judicium deduci (29). Sin autem inter magiſtratus oon ſit; ſed ſit judex datus ab aliqua poteſtate; vel etiam ab (30) imperiali juſſione: referat hoc ipſum, ut ducatur reus juſſu magiſtratus, qui eum judicem eſſe deſtinavit. Præfiniatur autem [31] certus dies (32), intra quem ſi non venerit reus, & cauſæ diſceptatio fiat etiam eodem reo abſente; & io poſſeſſionem rerum ejus actor mittatur; & in tantum (33) jus pignoris habeat, quantus eſt debitæ quantitatis modus. Et poſtquam io poſſeſſionem rei actor (34) fuerit miſſus: non aliter reus eam accipiat (35), niſi omnia damna, quæ contigerunt (36) actori, reſarcierit; & dederit fidejuſſores (37), quod omnimodo actoris inteotionem excepturus ſit ſive per ſe, ſive per legitimam perſonam. Hæc ita ſint (38), niſi forte ex juſta cauſa, & inexcuſabili reus io abſentia fuerit.

V. (*c*) Si quis caſu militaverit (39), & non ſolvendo deceſſerit; caſus militiæ ejus, quod ſcholaplacitum (40) a quibuſdam vocatur, non temere creditoribus concedatur. Etenim (41) ſi quis ad hoc ipſum, ut militaret, defuncto [42] mutuaverit (43): ipſe etiam (44) ſcholaplacito [45] fruatur, inope debitore defuncto. Sin autem liberi, & uxor a defuncto derelicti ſunt: adeant Principem, & accipiant eundem militiæ caſum; quamvis heredes defuncto non exti-

[1] *permittuntur.* (2) *conſcios.* (3) *a provincia.* [4] *in provinciam.* (5) *extrahere.* (6) *hanc promulgationem.*
(7) *neque, &c.* & ibi verſ. 10.
(8) *reſcribere.* alii, *ſcribere.* (9) *fidejuſſiones.* (10) *promittens.* (11) *antea.*
[12] *capite.* [13] *Si autem.* (14) *monitionem.* [15] *vel alibi.* (16) *excipit.* alii, *excipiat.* (17) *conteſtatio fiet.* alii, *conteſtationem exceperit.* (18) *ſi tranſierint viginti dies.* alii, *ſi tempus viginti dierum tranſierit.* (19) *conſideratur.* (20) *libello.*
(21) Ivo, *Intra viceſimum diem.* alii, *Nam intra viceſimum diem ſi.* alii, *Nam ſi intra viceſimum diem.*
(22) *facta eſt.* alii, *fiat.*
[23] *ut aliquem ſibi.* Ivo. (24) *petat.* Ivo.
(25) *promiſit.* (26) *deinde autem.*
(27) *nondum.* (28) *Sed & ſi quidem.*
(29) *in judicium duci.* alii, *in judicio duci.*
(30) *etiam.* (31) *& præfigatur.*
(32) *terminus.* (33) *in tantum modum.* alii, *tantummodo.* (34) *actor.*
(35) *recipiat.* (36) *contigerint.*
(37) *fidejuſſorem.* A. (38) *ſunt.*
(39) *forte militaverit.* (40) *ſcholæ placitum.* (41) *Ecce enim.* (42) *militet, defunctus.* alii, *militet, defuncto.* alii, *militet, defunctis.* (43) *mutuaverat.* (44) *ipſe æque.*
(45) *ſcholæ placito.* alii, *ſchola placita.*

(*a*) Vide Auth. Offeratur. C. *de litis conteſt.* cujus verba refert Grat. *3. q. 3. c. 4.* §. Offeratur. Juliani aliquot verba refert Ivo *parte 16. c. 133.* decreti, ut conſtit. 48. *c. 3.*
(*b*) Vide Auth. Et qui jurat. C. *de bon. auct. jud. p.*
[*c*] Vidend. Auth. Quod obtinet. C. *de pignor.* Hujus capitis verba Lud. Ruſſardus ex libro Jac. Cujacii retulit, nos ex And. Alciati veteri libro deſcripſimus.

Digitized by Google

titerint. Sin autem neque liberos, neque uxorem dereliquerit: tunc etiam cæteris creditoribus caſus militiæ ſubiiciantur, exceptis videlicet ſpectabilibus viris Silentiariis, quorum prærogativas proprias in eadem firmitate durare Conſtitutio jubet.

VI. (*a*) Diximus (1) in ſuperioribus mulierem (2) ſine dote nupta, & ſine cauſa repudiatam a marito, quartam partem ſubſtantiæ ejus (3) conſequi oportere (4) uſque ad centum libras auri: hoc ipſum conſtituimus, ideſt ut quartam partem mulier capiat defuncto marito (5) ſive complures (*6*) liberos habeat, ſive non. Illud autem certum eſt, quod mulier, ſive mobiles, ſive immobiles res habeat ſuas proprias, omnimodo eas ſine (7) deminutione deducere poterit [8]. Hæc autem omnia intelligi debent, ſi mulier idoneas facultates non habeat. Nam ſi inops non ſit, neque dotem dedit: gravare liberos defuncti quartæ partis exactione non debet. Nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid ex ſubſtantia uxoris ſuæ lucrabitur: niſi forte legatum ei (*9*) relictum eſt (10) a muliere, vel mulieri a marito: hoc enim quod relictum eſt, omnimodo capiat [11], ſive inops ſit, ſive non. Quod ſi inopi conſtitutæ mulieri maritus (12) legatum reliquerit (13) minoris quantitatis, quam portio quarta faciat (14): ſuppleatur (15) id, quod ei deerit [*16*].

N O V E L L A LIV. (*b*)

I. (*c*) CONſtitutio eſt Imperatoris noſtri in undecimo libro Codicis (17) poſita, quæ jubet eum, qui ex libera matre, & adſcripticio patre natus eſt (18), ingenuum eſſe. Eam igitur Conſtitutionem præſens promulgatio jubet obtinere in bis tantummodo caſibus, qui poſt Conſtitutionem illam contigerunt (19): qui antea [20] emerſerunt [21], antiquo jure dirimantur.

II. [*d*] Si eccleſia cum eccleſia, vel ptochium cum ptochio [22], vel eccleſia cum ptochio, vel monaſterium cum alio monaſterio (23), & ut (24) ſimpliciter dixerim, ſi venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit; hæcque (25) fieri proſit utrique loco: liceat primatibus ejus permutare, decreto tamen prius celebrando (*26*) cum omni ſubtilitate, & jurejurando (27) apud locorum metropolitanos rei diſceptatione [28] procedente (29). Ut ipſi (30) deliberent (31), an ambabus partibus proſit permutatio rerum immobilium: & non indigeat res ſpeciali divina pragmatica forma. Hujus (32) autem legis excipiatur licentia magna (33) CP. civitatis eccleſia. Nullam enim rem immobilem [34] alienare permittitur (35), quemadmodum antea non permittebatur.

N O V E L L A LV. [*e*]

LIceat eccleſiis, & aliis venerabilibus locis perpetuos inter ſe contractus emphyteuſeos [*36*] facere, decreto ſcilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteuſis, ut ad privatam perſonam omnino (37) non extendatur. Sed hujus (38) legis licentia excipiatur magna CP. eccleſia, quemadmodum in anterioribus Conſtitutionibus.

NO-

(1) *Didicimus.* alii, *Diximus autem.*
[2] *capitulis mulierem.* alii, *capitulis, quod mulierem.* (3) *ei.* (4) *oportet.* (5) *marito ſuo.* (*6*) *plures.* alii, *quam plures.*
(7) *ſine.* (8) Poſt hæc addunt aliqui libri; *non ſubiectas mariti creditoribus, niſi ad hoc tantum, quod heres ei extiterit.*
(*9*) *marito legatum.* (10) *erat.* alii, *ſit.*
(11) *capiat.* (12) *maritus ſuus.*
[13] *reliquit.* alii, *relinquat.*
(14) *fiat.* alii, *quam fecit.* (15) *ſuppleat.*
[16] *minus dedit.* (17) *Codicis.*
[18] *natus erat.* (19) *contigerint.* alii, *contigere.*
(20) *qui autem ante illam.* alii, *qui autem antea.* alii, *quæ autem antea.*
(21) *emerſerint.* (22) *ptochotrophium cum ptochotrophio.* (23) *vel monaſterio.* Ivo. alii, *vel monaſterium cum monaſterio.*
(24) *vel, ut.* Ivo. (25) *hocque.* Ivo. alii, *hoc quoque.* alii, *& hoc quaſi.* alii, *& hoc quod.* (*26*) *celebrato.* (27) Ivo. caret his verbis. (28) *diſceptatione.* Ivo.
(29) *præcedente.* A. (30) *ut & ipſe.* alii, *ut ipſe.* (31) *deliberet.* (32) *Ex hujus.*
(33) *magnæ.* (34) *Nullas enim res immobiles.* (35) *permittatur.* (36) *emphyteuticos.* (37) *omnimodo.* (38) *Sed ex hujus.*

(*a*) Vide Auth. Præterea. C. *unde vir, & uxor.*
(*b*) Hæc eſt conſtit. 7. collat. 5. titulo, *Conſtitutionem, quæ ex adſcripticio, & libera natos liberos eſſe vult &c.* Hanc non habuit Græcam Haloander; ſed eam Scringerus græce, Agylæus latine ediderunt. Hæc conſtitutio, & duæ proximæ ſubſequentes in Baſilicorum libros relatæ non ſunt, ut a Græcis accepimus: eadem ratione in multis Græcis libris non ſcribuntur.
(*c*) Vide Auth. Antiqua. C. *de infant. expoſ.*
(*d*) Vide Auth. Item ſibi. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 10. *q.* 2. *c.* 2. §. Item ſibi. Juliani verba refert Ivo *parte* 3. *cap.* 189. decreti, ex *cap.* 10. conſt. 7.
(*e*) Eſt in libro Auth. conſt. 8. collat. 5. titulo, *Ut de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum non fictæ fiant ad piſſ. Imper.* Hac etiam caruit Græca Haloander; edita eſt græce ab Hen. Scringero, & ab Agylæo latine.

NOVELLA LVI. (a)

SI quis in CP. civitate fuerit factus clericus: ſi quidem magnæ eccleſiæ clericus ſit; emphaniſtica præſtet, quæ ex conſuetudine præſtari (1) oportet. Sin autem alterius oratorii clericus fuerit (2); nihil ab eo emphaniſticorum nomine exigatur. Et ſi quis ab eo exegerit: ipſe quidem, qui exegit, amittat ſtatum clericatus, quem habet; is autem, a quo exactum eſt, gradum exactoris obtineat. Hæc autem omnia defenſores eccleſiæ cuſtodire debent: qui ſi neglexerint, decem librarum auri ſolutione multentur.

NOVELLA LVII. (b)

I. [c] SI Clerici ab eccleſiis ſuis (3) deſtiterint: alios clericos in locum eorum ſubrogari oportet (4): ſcilicet ut & (5) annonas, & dona eccleſiaſtica [6], quæ illis deſtitutoribus (7) præſtabantur, accipiant: & ſi poſtea deſtitutores redierint (8), nihil eis præſtetur: quia annonæ eorum, & dona [9] aliis clericis pro ipſis ſubrogatis præſtita (10) ſunt. Omnibus enim modis ſubrogatis clericis annonas (11) eorum præſtari decet (12). Nam neque deſtitutoribus (13) aliquid ab eccleſia dandum eſt, neque ad lucrum (14) œconomorum, vel aliorum, qui adminiſtrant, cedere. Si enim ſubrogati clerici prædictas annonas non acceperint: ipſi, qui ſolent adminiſtrare, eas de ſua ſubſtantia eis dare cogantur. Nam & ſi quas habeant (15) proprias poſſeſſiones, jubet Conſtitutio, ut ex iiſdem poſſeſſionibus certa prædia deputentur, ex quorum reditu ſubrogatis clericis annonæ præſtentur.

II. [d] Si quis eccleſiam ædificaverit, aut clericis annonas (16) ex ſubſtantia ſua dederit: non liceat ei, quos voluerit clericos in eadem eccleſia facere. Sed ſi voluerit ibi (17) quoſdam conſecrari, offerat eos beatiſſimo Patriarchæ: & ille, ſi viderit eos dignos, conſecret; & ſi non probaverit, arbitrio ſuo reiiciat.

NOVELLA LVIII. [e]

SI quis in domo ſua oratorium habuerit; non audeat in eo ſacram facere miſſam (18), niſi clericos catholicæ fidei habuerit deputatos (19) ex juſſione [20] religioſiſſimi (21) Epiſcopi civitatis [22], vel beatiſſimi Patriarchæ. Si quis autem (23) adverſus ea (24) fecerit: domus ipſius [25] fiſci juribus vindicetur (26), & ſit ſub indignatione Principis. Et ſi præfectus Prætorio poſtquam hoc (27) cognoverit non prohibuerit: quinquaginta (28) librarum auri multa plectetur [29], & apparitio (30) ejus ſimili pœnæ ſubiiciatur. Nulla autem invidia eſt unumquemque hominem Chriſtianum [31] in propriis ædibus oratoria [32] habere; & in his orare, & pſallere ſine clericis; ſacram autem miſſam non faciat (33).

NOVELLA LIX. (f)

HÆC Conſtitutio loquitur de impenſis, quæ in funeribus mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergaſteria in CP. civitate immunitatem habere juſſit, ut funera ducant. Sed & reditum funeribus deſtinatum a divæ (34) memoriæ Anaſtaſio Imperatore confirmavit, & funeribus deputavit. Et dedit ſingulis

gulis

(1) *præſtare.* (2) *factus fuerit.*
[3] *eccleſiis.* Ivo. (4) *neceſſe eſt.* Ivo.
(5) Ivo. *ut ſcilicet.* alii, *qui ſcilicet.*.
[6] *eccleſiaſticas res.* [7] *illis lectoribus.* Ivo. alii, *illis.* alii, *eis deſtitoribus.* aliis utrumque verbum deeſt. (8) Ivo. *redierint.* alii, *deſtitores redierint.* (9) *eorum.* Ivo.
(10) *præſtitæ.* Ivo. [11] *annonæ.*
[12] *debent.* (13) *deſtitoribus.*
[14] *lucro.* (15) *habent.* (16) *annonam.* Ivo. (17) *ſibi.* Ivo. (18) *facere ſacras miſſas.* Ivo. alii, *ſacram celebrari facere miſſam.* alii, *ſacra myſteria facere.*
(19) *qui ei deputentur.* Ivo. alii, *deputatos ei.*
(20) *ex juſſu.* Ivo. alii, *& juſſu.*
(21) *religioſi.* Ivo parte 6. (22) *illius civitatis.* (23) *Si quis.* (24) *hæc.*
(25) *domus ejus.* alii, *domus ipſa.* alii, *dominus ipſius.* (26) *addicatur.* Ivo. A.
(27) *hæc.* (28) *quadraginta.* [29] *pœna multetur.* alii, *quaſi multa plectetur.*
[30] *apparitor.* [31] *Chriſtianum.*
[32] *oratorium.* [33] *miſſa non fiat.* alii, *ſacram celebrari miſſam non faciat.*
(34) *a divinæ.*

[a] Hæc eſt conſtit. 9. ejuſd. collationis hoc tit. *Ut ea, quæ vocantur inſinuativa &c.* Hæc non erat in Florentino libro, ut duæ ſuperiores: quia is liber poſt Baſilicorum librum conſcriptus eſt, in quo deerant, ut ſupra diximus. Hac de cauſa Haloander quoque his caruit. Venetus liber retinuit eaſdem a quo Scringerus græcam edidit, Agylæus eandem Latinam fecit.

[b] Hæc eſt conſt. 10. ejuſd. collat. titulo *Ut clerici, qui recedunt, aliis pro eis ſubrogatis præbeant emolumenta.* Hanc edidit græce, & latine Haloander, ut 58. conſtitutionem. Scringerus, & Agylæus, ut 57. Veneti libri ordinem ſecuti. Ant. Contius Noricæ editioni adhæſit.

(c) Refert Ivo *parte 6. c.* 424. decreti.

[d] Refert etiam idem Ivo *parte 6. cap.* 423. ut conſtit. 49. *c.* 2. & *parte* 3. *cap.* 190.

[e] Eſt in libro Authent. conſt. 12. ejuſd. collationis titulo *Ut in privatis domibus ſacra myſteria non fiant.* Hanc non habuit Græcam Haloander: quia neque in Florentino, neque in Baſilicis eſt. Scringerus eam græce, Agylæus latine ediderunt. Juliani verba refert Ivo *parte* 3. *c.* 191. & *parte* 6. *c.* 424. decreti, ut conſtit. 50. *cap.* 1.

(f) Albericus Roſarius verbo *Exequias* refert Novellam hoc titulo *de expenſis, quæ fiunt circa defunctorum exequias.* Hæc in libro Auth. deſideratur. Edidit eam Haloander græce, & latine.

gulis cadaveribus, ſive ſingulis lectulis mortuorum unum aſceterium, ideſt octo ſanctimoniales pſallentes, & tres acolythos. Ut neque ſanctimoniales, neque acolythi omnino aliquid accipiant ab his, qui funera mortuorum deſiderant, ſed gratis eum deducant. Sin autem cognati, vel amici defuncti unum alterum aſceterium, vel etiam duo adhibere vellent (1), neceſſe eſt eos aliquid præſtare, non tamen immodicum, ſed hujus legis definitione moderatum. Nam ſi quidem intra novos muros cadaver deponatur: tremiſſem aſceteriis præſtari æquum eſt; & acolythis poſt tres illos, qui gratis miniſterium faciunt; ſi alii tres adhibiti fuerint, ſiliquas tres dari oportet. Sin autem ſex acolythi ſint, ſex ſiliquas accipiant; & deinceps ita fiat. Sin autem longius ſpatium ſit; & decani, qui lectuli miniſterium faciunt, plures ſint: modicum aliquid & ipſis præſtabitur. At Sycorum (2) tranſitus intra novos muros videatur eſſe. Sin autem extra novos muros, vel in alio tranſmarino loco cadaver poneretur: tunc ſanctimoniales quidem, quæ poſt unum aſceterium adhibitæ ſunt, ſemiſſem accipiant; acolythi autem ſingulorum aſceteriorum quattuor ſiliquas. Unum autem aſceterium, quod ex [3] neceſſitate; ante cadaver pſallet (4), & acolythi ejus nihil (5) omnino accipiant; ſed faciant miniſterium gratis. Sin autem aliquis velit unum ex maximis lectis accipere ad honorem defuncti; vel ſi (6) inauratum lectum adhibuerit: tunc [7] tantum præſtet aſceteriis, & decanis, quantum pepigerit: ita tamen ut duodecim aureorum quantitatem non excedat.

NOVELLA LX. (a)

I. (b) SI quis debitorem ſuum ægrotantem, & periclitantem [8] mori moleſtare [9] voluerit pro debito ſuo: non liceat ei hoc facere; cum neque uxori ejus (10), neque liberis aliquam inquietudinem (11) inferre permittitur [12]; neque ſigna ædibus ejus imponere: niſi poſt mortem ejus (13) debitoris lite conſiſtente judicialis calculus prolatus fuerit, & legitima ordinatio ſecuta ſit (14). Sed neque mortuo debitore deductionem ejus, & funus (15) impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit: actionibus ſuis cadat (16), ſive juſtas habeat intentiones (17), ſive non, & non ſolum debitam ſibi quantitatem amittat; ſed etiam alterum tantum (18) heredibus ejus pro injuria defuncti præſtare compellitur (19). Et non ſufficiunt iſtæ pœnæ, cum & tertia pars bonorum ejus publicetur, & ipſe infamia notetur. Hæc autem omnia in CP. civitate cura, & diligentia cuſtodiantur tam Præfecti Urbis, quam Præfecti Prætorio; Magiſter (20) quoque Officiorum his invigilare (21) debet, & apparitores (22) eorum. In provinciis autem præſides ea obſervabunt, & alii magiſtratus ſive civiles ſint, ſive militares. Quod ſi ea [23] neglexerint: magiſtratus quidem imperialis urbis cum ſuis apparitoribus viginti librarum auri pœna multentur [24]; provinciarum autem magiſtratus quinque libras auri pœnæ nomine dare cogantur.

II. [c] Si quis ex magiſtratibus CP. civitatis cauſam audierit; non audeat poſt litis conteſtationem in totum (25) eam derelinquere [26]: nec conſiliarii ejus ſententiam definitivam per ſemetipſos (27) proferre (28). Sed litis quidem (29) conteſtatio modis omnibus apud (30) ipſos magiſtratus [31] fiat, & ultima cognitio poſtquam alias allegationes litigatores adferere nolint (32). Sententia quoque definitiva ab ipſis magiſtratibus proferatur, ſive majores ſint, ſive minores, præſentibus etiam conſiliariis eorum. Sed appellationes (33) eorum ipſi (34) ſuſcipiant (35); & inter eos, qui ex provocatione litigant, certamina compeſcant. Quod ſi vel (36) magiſtratus, vel conſiliarii eorum contra præſentis Conſtitutionis ſtatutum (37) quippiam ſibi (38) præſumpſerint: magiſtratus quidem viginti librarum auri pœna multentur; conſiliarii autem, ſi quidem advocati fuerint; advocatorum ordine cadant. Sin autem inter advocatos non ſint, ſed forte cingulo decorati: honorem ſuum amittant, & decem librarum auri pœna multentur; eaſque omnes (39) pœnas Comes Rerum Privatarum exigat. Quod ſi (40) neglexerit: ſciat ſe publicas rationes de ſua ſubſtantia repleturum. Hæc autem diximus (41) de magiſtratibus imperialis urbis, qui diverſis occupationibus fa-

(1) *velint.* (2) *A Sycas autem.* (3) *ex quo.* (4) *pſallit.* [5] *ejus nihilominus nihil.* (6) *vel.* [7] *hic.* (8) *vel periclitantem.* (9) *moleſtare.* [10] *uxori.* (11) *injuriam.* [12] *afferre permittatur.* Ivo. alii, *afferre permittitur.* (13) *mortem.* Ivo. (14) *eſt.* (15) *funeris.* [16] *cadit.* Ivo. (17) *juſtam habeat intentionem.* (18) *tantum aliud.* alii, *aliam tantam.* alii, *aliam.* (19) *compellatur.* Ivo.

(20) *Magiſtratus.* (21) *in his vigilare.* (22) *apparitiones.* alii, *apparitores omnes.* [23] *ſi.* (24) *multabuntur.* (25) *in toto.* (26) *relinquere.* (27) *ſe ipſos.* (28) *perferre.* [29] *litis.* (30) *apud.* (31) *ipſum magiſtratum.* (32) *noluerint.* (33) *Et appellationes.* (34) *ab eis interpoſitas.* (35) *ſuſcipient.* [36] *Quod ſi.* (37) *ſtatuta.* (38) *venire.* (39) *eaſque.* [40] *qui ſi.* (41) *dicimus.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſt. 13. collat. 5. titulo *Ut defuncti, ſeu funera eorum non injurientur a creditoribus.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.

(b) Vide Auth. Item qui. C. *de ſepulcr. viol.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 134. decreti, ut conſt. 52. *cap.* 1.

[c] Vide Auth. Ad hæc. C. *de judiciis.*

fatigati totas litigiorum (1) cognitiones ſuſcipere non poſſunt; ſed ſolam litis conteſtationem & ultimam cognitionem audire coguntur (2), & ſententiam definitivam dicere, & appellationem ſuſcipere, & provocationum cognitiones diſcernere. Alii autem judices, qui magiſtratus CP. civitatis non ſunt, ſed ab Imperatoris juſſione deſtinati, ſive in principali (3) civitate, ſive in provinciis; cum Conſiliariis ſuis omnes litigiorum partes audiant. Alioquin & dignitates ſuas amittant, & viginti libras auri pœnæ nomine ſolvant. Conſiliarii autem eorum ſi quid adverſus hujus Conſtitutionis præcepta fecerint & civitate (4), in qua non obſervaverint (5) iſtam (6) Conſtitutionem, expellantur (7) in exilium, & ſint infamia inuſti.

NOVELLA LXI. (a)

SI quis donationem propter nuptias mulieri conſcripſerit ſive pro ſe, ſive pro alio, ſive pater pro filio ſuo, ſive mater, ſive cognatus pro cognato (8), quivis extraneus (9) pro alio donationem propter nuptias conſcripſerit, in qua etiam res immobiles ſint: non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecæ titulo obligare, nec ſi conſenſerit (10) in alienatione, vel hypotheca mulier. Sed ſi [11] quid contra hanc legem factum, ſcriptumve fuerit: hoc pro infecto ſit, & pro non ſcripto habeatur; niſi forte obſervatio illa cuſtodiatur, quæ de interceſſionibus feminarum in quarto libro Codicis poſita eſt Titulo *Ad S. C. Velleianum*: ideſt ut poſt primum conſenſum biennio tranſacto aliud inſtrumentum a muliere conſcribatur, in quo ſe fateatur priorem ſuum conſenſum comprobare (12): alioquin prior conſenſus nullius momenti eſt. Immo etiam ſi ſecundus conſenſus (13) priorem voluntatem poſt biennium confirmaverit; non omnimodo (14) valebit, ſed ita demum ſi ex aliis mariti facultatibus (15) ſatis eidem mulieri fieri poſſit in donatione propter nuptias: alioquin nec ſecundus, nec tertius conſenſus lædere mulierem (16) poterit. Hæc autem dicimus non ſolum in donatione propter nuptias, ſed etiam in dote: ſi quas res dotales alienare, vel obligare maritus voluerit. Emptores autem, vel (17) creditores, quibus res alienatæ vel obligatæ ſunt, nullam injuriam patiantur. Nam & ſi quod (18) ad mulieres pertinet, actionibus careant ſuis: attamen aliæ mariti (19) facultates, & ipſi mariti (20) neceſſario eis permanent obligati (21). Hæc autem Conſtitutio prærogativis dotium nullum præjudicium facit. Nam prærogativas datas integras (22) ineſſe dotibus Conſtitutio jubet: ita tamen ſi de dotibus actiones mulieres moveant (23). Aliis autem (24) perſonis privilegium in actione dotis, nec antea datum eſt, nec modo (25) datur. Ea autem Conſtitutio non in præteritis, ſed in futuris caſibus non valeat.

NOVELLA LXII. (b)

I. HÆC Conſtitutio jubet provocationes in conſultationibus non tantum ſine conventu (26) ampliſſimis magiſtratibus, ſed etiam omnibus ſenatoribus induci: ut [27] totus ſenatus cauſas appellationum audiat, & conveniat: quamvis ſilentium tantum ſine conventu ſenatoribus denuntiatum fuerit. Silentio enim conventum ineſſe videri. Audiant itaque provocationes ſanctis evangeliis propoſitis: & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referant: ut ex divina ſententia ejus ſenatus calculus confirmetur.

II. Urbicaria (28) Præfectura omnibus aliis præſideat dignitatibus: & poſt Præfectum cæteri Patricii numerentur. Et ſi quidem [29] inter eos Conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum Conſularem ordinem, & prærogativas Conſulatus ſui ſedeant: ut tamen anteponantur ordinarii Conſulares honorariis Conſula-

(1) *litigatorum.* (2) *cogantur.* (3) *imperiali.* (4) *ex ipſa pelli civitate.*
[5] *ſervaverint.* (6) *hanc.* (7) *& ipſo proprio cadere honore.* (8) *pro alio cognato.* alii, *propter cognatum.* (9) *quis extraneus.* alii, *quivis alius.* (10) *conſenſerint in alienatione, vel hypotheca mulieres.*
(11) *Et ſi.* (12) *approbaſſe.* (13) *ſecundo conſenſu.* [14] *omnino.* [15] *facultatibus.* (16) *eam.* (17) *autem &.*
[18] *quod.* alii, *quantum.* [19] *aliæ uxoris.* (20) *ipſius mariti.* alii, *ipſe maritus.*
(21) *permaneant obligatæ.* alii, *permanet obligatus.* [22] *integras.* (23) *mulier moveat.* (24) *enim.* (25) *nunc.* [26] *tantum in.* alii, *tantum.* (27) *fit ut.*
(28) *Urbicana.* (29) *Et Conſules, & qui.*

[a] Eſt in libro Auth. Conſtit. collationis 5. titulo *Ut immobilia antenuptialis donationis neque hypothecæ dentur &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Sive a me. C. *ad S. C. Vellejan.* Auth. Permiſſa. C. *de don. ante nupt.*

(b) Accurſ. in Conſt. 3. de Conſulibus *lib.* 12. refert Novellam *de ord. ſe.* hoc eſt de ordine ſenatorum, non ut aliqui ſuſpicantur, de ordine ſedendi. Hanc eſſe ex libro Juliani And. Alciati cognovi, quæ hoc loco in libro Auth. deſideratur. Eam latinam fuiſſe ex epitome, quam Haloander edidit latine, didicimus. Ejus initium fuiſſe afferit (Ante de his ipſis) titulum *de conſultationibus.* Græcam epitomen fatetur ſe deſcribere non potuiſſe, ſed ſententiam ejus tradidiſſe. Mihi Florentinus liber Marcianæ bibliothecæ habere viſus eſt titulum *de ſenatoribus*, ut Venetus liber, quem Scringerus, & Agyleus ſequuntur. Initium vero in Florentino libro eſt mendoſe [Antiliðiſſimis] pro quo *Antiquiſſimis* ſcribendum eſſe ſuſpicatus ſum. Sed poſtea in aliis Græcorum ſcholiis reperi *Antiquis temporibus.* Aotonio Contio placuit Norica editio, eique immiſcuit Juliani verba ex libro Cujacii. Agylæus, & Ruſſardus eadem verba retulerunt.

laribus. Poſt Patricios autem (1) tam Conſularium, quam præfectorum, & (2) Magiſtrorum Militum, & [3] illuſtrium virorum ordo ponatur (4). Omnes autem iſti liberam habeant facultatem in ſenatu ſenteotiam dicere. Qui autem propter cingulum magiſtratus a ſenatoribus honoratur [5]: etiam poſt depoſitionem cinguli ſui inter ſenatores conoumeretur (6). Liceat autem Illuſtribus viris Patriciatus codicillos accipere; quamvis neque Conſulares, neque Præfectorii (7) facti ſunt: quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam io præterito Conſtitutio relaxavit. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compelluntur (8): omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis in quavis promotione ſua firmitate [9] durantibus. Qui autem præſentem Conſtitutionem non obſervaverint; pœna quinquaginta librarum auri plectantur [10]: quæ pœna non ſolum ipſis violatoribus [11] Conſtitutionis imminebit; ſed etiam aliis, qui violare (12) eam conceſſerint (13).

N O V E L L A LXIII. (*a*)

HÆC Conſtitutio localis eſt: nam de his loquitur ædificiis, quæ in CP. civitate per calliditatem imponuntur. Zenoniana (14) enim Conſtitutio jubet conſpectum maris (15) non poſſe aliquem ab alio excludi; niſi centum pedes in medio utrorumque ædificiorum fuerint. Sed quidam in prædicta Regia urbe talem machinationem iovenerunt. Cum enim volebant intra centum pedes domum ædificare: poſuerunt parietem extra centum pedes altiſſimam (16); & conſpectu maris [17] ſubtracto intra centum pedes domum ædificaverunt; quaſi nullam conſpectionem jam maris habentem e vicino [18]: poſteaque parietem illam, quam (19) per fraudem erexerunt, depoſuerunt: & ipſius maris conſpectum habere cœperunt. Hæc itaque Conſtitutio contra tales aſtutias promulgata eſt: & præcepit, ut oemini liceat ædificium, vel ultra centum pedes imponere, niſi revera domum ædificare maluerit. Alioquin ſi ſolum parietem erexerit; non ut cuſtodiat præcepta legum; ſed ut fraudem legibus faciat: primum quidem ex hujuſmodi improba machioatione nullum inveniat commodum quia depredata videtur domus, quæ conſpectum maris perdidit, ut in vendendo (20) †. Nam ædificium fictum deponi jubetur. Deinde ipſe, qui auſus eſt contra leges alienam voluntatem [21] rapere: vi bonorum raptorum actione in [22] quadtuplum tenetur; decem quoque librarum auri pœna multabitur non ſolum ipſe, qui tale facinus perpetrare conatus eſt; ſed etiam qui præſentem legem violare conceſſerit (23). Decem autem librarum auri pœnam inferri jubet in arca theatrali glorioſiſſimi Præfecti hujus Regiæ urbis.

N O V E L L A LXIV. (*b*)

ET hæc Conſtitutio localis eſt. Loquitur enim de hortulanis, qui io hac Regia urbe, vel in ſuburbanis ejus hortos aliquibus conducunt, vel emphyteuſim io eiſdem hortis contrahunt. Si enim conductionis, vel emphyteuſeos nomine hortos acceperint; ſi quidem holera habent, æſtimationem bolerum fieri, & eo tempore, quo horti dominis reſtituuntur, ſimiliter holerum quor [24] laboraverunt, tantum æſtimatio fiat. Non autem propter emponemata, & ſtercolinium aliqua ratio moveatur. Sin autem ſine holeribus hortus ſit, ſimiliter ſine holeribus reſtituatur: & oulla item (25) æſtimatio fiat de ſtercolinio. Æſtimationem autem definiri Conſtitutio jubet non ſolum ab ipſis hortulanis, ſed etiam ab his, quos Summarios conſuetudo appellat. Quod ſi quis forſitan locum ſpinoſum hortulano locaverit, vel emphyteuſeos nomine dedent; & ille eundem locum excoluerit: tam culturæ mercedem capiat, quam holeris æſtimationem quinque librarum auri pœna multando eo, qui præſentem Conſtitutiooem violare conetur.

N O V E L L A LXV. (*c*)

HÆC Conſtitutio localis eſt: nam promulgata eſt de eccleſia Myſiæ: & jubet,

(1) *Et poſt hos.* (2) *quam Præfectoriorum, &c.* alii, *Præfectorum, quam.*
(3) *Militum.* [4] *Illuſtrium neque Præfecti, neque Præfectorii.* (5) *ſenatoribus connumerantur.* forte, *ſenatoribus numeratur.* A. (6) *connumerentur.* (7) *Præfecti.* alii, *Præfecti Prætorii.* (8) *compellantur.*
(9) *ſua firmiter.* alii, *in ſua firmitate.*
[10] *plectentur.* (11) *violatoribus ipſius.*
(12) *violari.* (13) *conſenſerint.*
(14) *Leoniana.* (15) *aeris.* (16) forte, *altiſſimum.* (17) *aeris.* & ibi verſ. 36. 39. & 48. (18) forte, *habente me vicino, vel habente vicino.* A. (19) forte, *illum quem.*
(20) *ut invadenda.* forte, A.
(21) *voluntatem.* (22) *actione ad.*
(23) *violari conſenſerit.* forte.
(24) *quæ.* A. (25) *iterum.*

(*a*) Hæc eſt conſtit. 15. dictæ collat. 5. titulo *de novi operis nunciatione maritimi aſpectus.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Vidend. Nov. 165.
(*b*) In libro Auth. hæc conſtitutio deſideratur. Ab Haloandro utraque lingua eſt edita ſub titulo *de hortulanis.*
(*c*) Hæc etiam in Auth. deſideratur. Scripta autem fuit latine, cujus initium fuiſſe Haloander refert [Scimus antea legem] titulum vero *de iis, quæ relicta ſunt eccleſiæ Myſiæ.* Ejuſque Græcam, & Latinam epitomen edidit. Sed nos in epitome Conſtitutionum eccleſiaſticarum hoc initium legimus *Scimus antea promulgaſſe.* Juliani verba refert Lud. Ruſſardus.

bet, ut ſi quis rem immobilem eidem eccleſiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem: & adjecerit, ut in continentiam pauperum reditus adminiſtretur: hujuſmodi legatum, vel hereditas, vel donatio nullo modo alienetur. Quod ſi incertus redditus eorum ſit; domus autem relictæ, vel vineæ [1] procul a civitate fuerint [2], in qua eccleſia poſita (3) eſt, cui legatum, vel donatio facta fuerit (4): tunc liceat tales poſſeſſiones vendere. Sin autem domus, vel agri aut intra civitatem, vel circa muros ejus fuerint: teſtator autem voluit eam venundari, & ex pretio eorum redemptiones, vel alimonias fieri: tunc ſecundum tenorem verborum teſtatoris & in his venditio celebratur (5). Talis enim rei actus firmus eſt (6).

NOVELLA LXVI. [a]

HÆC Conſtitutio jubet leges de ordinandis teſtamentis a noſtro Imperatore ſcriptas, poſt duos menſes ab intimatione earum numerandos tenere: commemoravit autem etiam de reformatione Falcidiæ, ideſt (7) de ea Conſtitutione, quæ pro quadrante triente, vel ſemiſſem paternæ ſubſtantiæ, ſive maternæ filiis dat. Duos autem menſes ita dinumerant, ut in CP. quidem civitate ex eo tempore cedant, ex quo propoſita eſt Conſtitutio; in provinciis autem poſtquam intimata eſt. Ut poſt intimationem ejus duorum menſium ſpatium expectetur: poſteaque ſecundum ea, quæ in eadem Conſtitutione continentur, teſtamenta ordinari oportet. Quod ſi intra duos menſes ſecundum veteres (8) leges contra Conſtitutiones [9] Imperatoris noſtri aliqui teſtati fuerint (10); teſtamenta eorum robur pleniſſimum habeant (11).

NOVELLA LXVII. (b)

I. (c) NUllus audeat ædificare eccleſiam (12), vel oratorium ante quam civitatis Epiſcopus veniat, & vota faciens ſanctiſſimam crucem infixerit publice in eodem loco procedens, rem manifeſtam omnibus faciens (13). Unuſquiſque autem ante (14) ædificationem loquatur Epiſcopo; & præfiniat (15) modum, qui ad (16) luminaria, & ſacrum miniſterium (17), & cuſtodiam oratorii, & alimonias eorum, qui ibi obſervant (18), ſufficiat. Et ſi hæc ſufficientia viſa fuerint; faciat prius donationem eorum, poſteaque domum (19) ædificet. Sin autem ea, quæ ab ipſo [20] præfinita ſunt, non ſufficiant (21) ad conſtituendum [22] oratorium; æquum eſt vetera oratoria, quæ forte ruinam minantur, reparare arbitrio (23) religioſiſſimi civitatis Epiſcopi (24).

II. Si Epiſcopus (25) multum tempus (26) ab eccleſia ſua defuerit, & in aliis locis degat [27]: œconomus eccleſiæ (28) ejus impenſas ei non adminiſtret [29]. Nam tales inanes ſumptus melius eſt in eccleſiam ſuam (30) & in alias res ad pietatem pertinentes præſtare. Teneant (31) autem in talibus Epiſcopis (32) etiam ea, quæ in (33) prioribus ſanctionibus cauta ſunt (34).

III. Si alienatio immobilis eccleſiaſticæ [35] rei celebranda (36) ſit: decretum quidem omnibus modis procedat ſecundum ſupra relatam [37] Conſtitutionem. Adeſſe autem decreto debet non ſolum Epiſcopus, & clerus eccleſiæ ejus, cujus prædium alienare deſiderant; ſed etiam metropolitanus Epiſcopus [38], cum prædicta jam [39] obſervatione, & duo Epiſcopi ex conſilio (40) ejus adſint.

NOVELLA LXVIII. (d)

HÆC Conſtitutio loquitur de liberorum morte, ut pacta dotalia, quæ ex caſu mortis liberorum aliquid (41) matri conferunt, teneant, & dirimantur ſecundum Divi Leonis Conſtitutionem: ſcilicet ſi ante Novellam (42) Conſtitutionem Imperatoris noſtri contigerunt. Ve-

(1) *relicta, vel vinea.* (2) *fuerit.* [3] *ſita.* (4) *legato, vel donatione data fuit.* [5] *celebretur.* (6) addit Ruffardus, *D. CP. Joanne COS.* A. (7) *legis, ideſt.* (8) *ſervantes.* (9) *Conſtitutionem.* (10) *fuerunt.* (11) *habent.* (12) *monaſterium, eccleſiam.* (13) *faciat.* (14) *ante.* Ivo. (15) *præſumat.* (16) *quod ad.* Ivo. (17) *ſacro miniſteria apta.* Ivo. alii, *& ſacrum myſterium.* (18) *ſerviunt.* (19) *& poſtea domum.* Ivo. alii, *poſteaque domum ibi.* (20) *quæ ab eo.* Ivo. alii, *ea, quæ ab eo.* (21) *ſufficiunt.* Ivo. (22) *conſtruendum.* quidam. Ivo, *cuſtodiendum.* [23] *cum arbitrio.* Ivo. (24) *Epiſcopi.* (25) *Si quis Epiſcopus per.* alii, *Si Epiſcopus per.* (26) *temporis.* (27) *degerit.* (28) *aut eccleſia.* (29) *adminiſtrent.* (30) *in eccleſia eſſe.* (31) *Teneantur.* (32) *Epiſcopi.* (33) *quæ.* (34) *ſunt, ſervare.* (35) *eccleſiæ.* (36) *celebrata.* (37) *dictam.* (38) *Archiepiſcopus.* (39) *prædicta.* (40) *conſilio.* (41) *lucrum.* (42) *novam.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 16. collationis 5. titulo *Ut factæ novæ conſtitutiones poſt inſinuatione earum poſt duos menſes valeant.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

(b) Hæc eſt conſtit. 17. ejuſdem collationis titulo *Ut nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem Epiſcopi.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit.

(c) Refert Ivo Carnotenſ. *parte 3. c. 192.* decreti, ut ex conſt. 59. *c.* 1.

(d) Hæc in libro Authent. & in Norica editione Haloandri deſideratur. Non fuiſſe in Baſilicis Græci affirmant. Græcam tamen edidit Scringerus ex Veneto Beſſarionis libro, Latinam Ant. Contius, & Hen. Agylæus hoc titulo *Ut Conſtitutio ſacratiſſ. Imp. de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum, quæ non extantium liberorum lucra introducit, obtineat in iis factis, quæ acciderunt poſt conſtitutionem &c.*

Veluti mater vidoa liberos habens ad ſecundas nuptias pervenit (1): & ante nuptias donatio ad filios pertinuit: poſtea filii deceſſerunt, & ad ſuos heredes eandem ante nuptias donationem tranſmiſerunt ſecundum Conſtitntionem Divi Leonis; ſed poſt Conſtitntionem noſtri Imperatoris, quæ mortuis liberis emolumentum matri præſtat, non retrahuntur res ab heredibus filiorum: quia ſemel ante Conſtitutionem eiſdem heredibus competierunt. Si quid autem poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris tale contigerit, in hoc Leonianæ legi locus non erit.

[1] *pervenerit.* alii, *venit.*

JULIANI ANTECESS. CONSTANTINOP.

NOVELLARUM JUSTINIANI IMP.

EPITOMES PARS II. (1)

NOVELLA LXIX. (a)

I. HÆC Conſtitutio jnbet, ut omnes (2) Romani tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis juriſdictioni (3) Præſidum provinciarum ſubjiciantur: & nemo in aliqua cauſa obnoxius privilegium præſidi provinciæ opponat, quaſi non ei ſubjectus ſit; oiſi [4] ſpecialiter pragmatica ſanctio prolata duci (5) eum juſſerit. Ideoque ſive de dominio alicujus rei, ſive de agrorum finibus, ſive de hypothecis, ſive de nuda poſſeſſione, ſive de alia quavis pecuniaria, vel criminali cauſa litigium inter partes emerſerit: non liceat reo privilegium ſuum opponere præſidali judicio, ſive ex imperialibus litteris, ſive ex majoris judicis juſſiooe. Sed omnibus modis in eo loco pulſetur, ubi aliquid egerit, vel admiſerit, ſive de maxima, ſive de minima re quæratur (6), veluti (7) de gallina: quamvis enim minima videatur hujuſmodi res (8) eſſe; attamen juſtitiæ ratio non ex quantitate, ſed ex ſuis regulis debet æſtimari. Nam & quod aliis viliſſimum eſſe videtur, hoc aliis (9) pretioſiſſimum eſt. Et omnino (10) ſive bovem, ſive aliam qualemcumqoe (11) rem alicui ſubripuerit [12]; in eadem provincia pulſetur, ubi tale peccatum admiſerit (13). Nam & probationum [14] copia in externis (15) locis noo ſimilis agentibus eſt. Et hæc (16) quidem dicimus, ſi utraqoe pars in præſentia (17) ſit: ut in eodem loco modis omnibus lis (18) dirimatur, in quo aliquid admiſſum eſt.

II. Quod ſi actor quidem præſto ſit, reus autem abſit; ſed actores ipſius, vel procuratores, vel conductores, aliquid egerint, aut deliquerint (19): ille quidem, qui fecit, omnimodo (20) accuſetur; ipſum autem litigium maneat in ſuſpenſo, donec rerum domino (21) cauſa fuerit declarata. Tempus autem dilationis ex locorum ſpatio dari debet: nam ſi quidem una, vel doabus provinciis interpoſitis Domini [22] rerum in proximis locis degant (23): quattuor menſes ad dilationes ſufficiunt. Sin autem io longinquo abſint [24], veluti in Palæſtina, vel in Ægypto: octo menſes ad (25) dilationem dari oportet (26). Sin autem vel in Italia (27), vel in Africa morentur (28): novem menſes ſtatui debent. Eadem (29) dicimus, & ſi in Arctois locis principalis perſona degat.

III. Et ſi quidem rerum dominus illi commiſerit cauſam, qui apud eum retulerit: neceſſe eſt, ut ipſe (30) pulſetur abſentis domini oomine. Sin autem alium litigare maluerit: & hoc (31) liceat ei facere, dum tamen procurator ipſius, & defendat [32] cauſam, & modis omnibus impleat, qnod judex jndicaverit; niſi provocatio ſit ſubſecuta, (aut generaliter (33) definita, aut amicabiliter ſopita.) Quod ſi do-

(1) *Liber ſecundus.* (2) *homines.* [3] *uni Præſidi.* (4) *nec ſi.* (5) *prolata educi*, alii, *promulgata duci.* (6) *quæritur.* (7) *videlicet.* (8) *hæc res.* (9) *hoc etiam. aliis quam.* (10) *omnimodo.* [11] *quamcumque.* [12] *ſurripuit.* (13) *admiſit.* [14] *probationis.* (15) *extraneis.* (16) *Hæc.* alii, *Et hoc.* (17) *provincia.*

(18) *res.* (19) *dereliquerint.* (20) *modis omnibus.* (21) *de rerum dominio.* (22) *dominus.* (23) *degat.* (24) *abſit.* (25) *menſium.* (26) *debent.* (27) *in Italia.* (28) *moretur.* (29) *Et idem.* (30) *ut ipſe, qui præſens eſt.* (31) *hoc.* (32) *defendat.* (33) *aut aliter.* in quibuſdam libris deſunt hæc verba uſque ad illa; *Quod ſi.*

(a) In Juliani libro hinc incipit altera pars Novellarum. In quibuſdam Græcis conſtit. 39. Hæc in libro Auth. conſtit. 20. collat. 5. titulo *Ut omnes obediant judicibus provinciarum.* Eam Haloander ut conſt. 68. græce, & latine edidit. Scringerus, & Agylæus, ut 69. vide Auth. Qua in provincia. C. *ubi de crim. agi oport.*

domino quidem rerum manifeſtetur cauſa: ipſe autem neque venire, neque alium mandare (1) curaverit: tunc prædicto tempore tranſacto, is, qui accuſatus eſt, litiget: & ſi reus apparuerit, condemnetur: ſcilicet domino (2) rerum eandem condemnationem ſubituro, ſi ipſe quoque obnoxius ſit. Et ſi quidem ſolvendo fuerit (3) is, qui accuſatus (4), & condemnatus eſt: ipſe judicato ſatisfaciat: enimvero ſi ſolvendo non ſit; ex rebus domini abſentis, qui nec venire, nec mandare alicui [5] voluit (6; ſolvi actori æquum eſt. Quod ſi reus præſens poſt accuſationem (7) evaſerit: & (8) neque dominus rerum venerit; neque procuratorem tranſmiſerit; tunc ex una parte judex audiat cauſam, ut ſolet in heremodiciis (9) fieri, ſcilicet ipſo (10) reo per præconem vocato: ut ſi (11) in eadem abſentia perſeveraverit, condemnetur. Quod ſi actor in abſentia ſit, domino rerum vel (12) præſente, vel procuratore miſſo, tunc omnia detrimenta, quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei reſarciat (13).

IV. Nullum privilegium eximere reum provinciali judicio volumus: niſi is (14) ſpecialiter noſtram pragmaticam ſanctionem produxerit, quæ propter publicas cauſas in hanc Regiam civitatem eum revocaverit: vel ſi ex lege hoc fiat, veluti ſi provocationem Præſidi provinciæ porrexerit; & propter hoc in iſta imperiali civitate litem audire oportet, quamvis de minoribus cauſis ad majores (15) judices provinciarum provocationes exerceri Conſtitutio jubet [16]; niſi forte in hac civitate cauſa principalis quamvis minima ventiletur: tunc enim in illa (17) civitate, non in provinciis provocatio exercetur (18).

V. [a] Nulla autem (19) perſona privilegio aliquo utatur ad fugiendos præſentis legis (20) laqueos; quamvis eccleſia ſit, vel xenodochium (21), vel oratorium, vel quivis alius locus, qui pietatis cauſa colitur: idem juris eſt, ſive fiſcus, ſive patrimonium fiſci, ſive (22) alius quivis divinus titulus pulſetur; & multo magis ſi potentis hominis perſona in judicium fuerit evocata: quamvis privilegium ex ſacro oraculo prætendat (23); niſi quod diximus, pragmatica ſanctio in hac civitate eum reipublicæ cauſa revocaverit.

VI. Hæc Conſtitutio non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam in præteritis (24) locum habeat (25).

Si quis autem præſes provinciæ conſtitutus hujuſmodi (26) legem cuſtodire neglexerit: non ſolum magiſtratu ſuo eiiciatur; ſed etiam decem librarum auri ſubeat (27) pœnam.

NOVELLA LXX. [b]

PRæfectoria dignitas dicitur non ſolum Præfectorum Prætorio, vel Urbis, ſed etiam Magiſtrorum Militum. Ea autem duplex eſt: aut enim honoraria eſt, aut quæ in ipſo geſtu præfulget (28). Honorariam dicimus eam, cum codicillos aliquis accipiat [29] ab Imperatore, quibus dignitas ei præſtatur, quaſi & is Præfectus fuiſſet, ſive Magiſter Militum. In ipſo autem geſtu poſitus eſſe videtur, qui revera Præfectus, vel Magiſter militum factus eſt. Igitur ſi curialis homo Præfectoria dignitate potitus fuerit [30]: ſi quidem honoraria, maneat in eadem condicione conſtitutus [31]: ſin autem revera [32] Præfecturam nanctus eſt, vel Magiſterium Militiæ: tunc curiæ nexibus liberetur. Præfectos autem Prætoriorum quattuor ponimus, ideſt, & [33] Orientalis ſedis, qui in (34) hac civitate eſt; & Illyricianæ regionis; & Africanæ diœceſeos; & qui Italiæ (35) præpoſitus eſt.

NOVELLA LXXI. [c]

ILluſtribus quidem perſonis, & his, qui ſupra eos ſunt, omnimodo neceſſitas imponatur lites pecuniarias per procuratores inferre, vel excipere. Eodem juris tenore optinente, & ſi injuriarum judicium criminaliter fuerit motum ſecundum privilegia hujuſmodi juris a Zenoniana præſtita Conſtitutione. Clariſſimis autem perſonis, ideſt Comitibus, & Tribunis libera licentia ſit, quod voluerint, facere: ideſt, aut per ſemetipſos judicia peragere, aut per procuratores, quos elegerint, ſuis allegationibus uti.

NO-

(1) *tranſmittere.* [2] *& domino.* (3) *ſit.* (4) *accuſatur.* (5) *aliquem.* (6) *voluerit.* (7) *actionem.* (8) *evaſit.* (9) *eremodiciis judiciis.* (10) *& ipſo.* (11) *& ſi.* (12) *rerum.* [13] *reſtituat.* (14) *niſi.* (15) *apud majores.* A. [16] *conſtituimus.* (17) *in hac.* [18] *ventiletur.* (19) *Nulla.* Ivo.

(20) *Præſidis.* (21) *xenon.* Ivo. (22) *ſive.* Ivo. (23) *oſtendat.* (24) *præſentibus.* (25) *habet.* (26) *præſentem.* alii, *iſtam.* (27) *ſolvat.* (28) *præfulgeat.* alii, *fulgeat.* (29) *accipit.* (30) *potitus.* alii, *poſitus fuerit.* (31) *conſtrictus.* (32) *veram.* (33) *ideſt.* (34) *quæ in.* (35) *in Italia.*

(a) Refert Ivo *parte 4. cap.* 189. decreti, ex Nov. conſt. *lib. 9. c. 5.*

(b) Hæc eſt conſt. 19. *d.* collat. 5. titulo *Ut ordinatæ Præfecturæ &c.* Eam edidit utraque lingua Haloander, ut conſtit. 69. Scringerus, & Agylæus, ut 70.

(c) Eſt in libro Auth. conſt. 18. ejuſd. collationis tit. *Ut ab Illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt &c.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt. Vide Auth. Hoc jus. C. *de procur.*

NOVELLA LXXII. *(a)*

I. NUlli tutori, oulli curatori [1] liceat nomina contra pupillum, vel eum, qui curatione ejus gubetnatur (2), jure ceſſionis(3) in ſe ttansferre ab alio(4), ſive pretium pro actione dedit (5), ſive non.

II. Nemo, qui dicit ſe obnoxium pupillum habere, vel eum, qui curatione [6] eget, tutor, aut curatot ipſe (7) creetur. Sed & is (8), qui manifeſte obnoxius impuberi, vel ei, qui cura indigeat (9), fuerit; tutot, vel curator non fiat.

III. Quod ſi quis tutor, vel curator conſtitutus, neque obnoxium habeat eum, cujus negotia gerit, neque obnoxius ei ſit: poſtea autem hereditas ad eum devoluta fuerit (10), quæ debitorem, vel creditorem memoratæ perſonæ eum faciat: tunc alius tutor, vel curatot ei adjungatur, qui cuſtodiat (11) eum, & hoc ipſum ſacramentum (12) juret, quod non malitiæ tutoris, vel curatoris favebit, oe pœnæ ſubiiciatur.

IV. Ne autem unuſquiſque dicens (13) ſe creditorem impuberis eſſe, vel forte adoleſcentis ab onere tutelæ, vel curationis facile excuſetut: ſanctimus non aliter eum recipiendum eſſe, niſi manifeſte probaverit creditorem ſe eſſe impuberis, vel forte adoleſcentis; vel tes eorum ſibi obnoxias eſſe, vel parentes. Quod ſi res in incetto (14) ſit, tunc ſacrameotum præbeat, quod ideo tutelam, vel curam recuſat, quia revera ſuum debitorem eſſe pupillum, vel forte adoleſcentem exiſtimat: tunc enim, & ſi voluerit, non admittatur ad tutelam, vel curationem (15) cujuſcumque perſonæ, quamvis tutor legitimus ſit.

V. Quod ſi quis (16) adverſus ea tutor, vel curator creari paſſus fuerit: ſi quidem obnoxium impuberem habeat, vel forte adoleſcentem; actiones, quas (17) habet, amittat. Sin autem ipſe obnoxius fuerit [18]: non liceat ei dicere, quod tempore, quo tutelam, vel curationem gerebat, ſolutionibus, vel aliis (19) commenticiis (20 liberationibus actione ſolutus eſt.

VI. Nulli tutori, vel curatori liceat, ſicut ſuperius diximus (21) nomina contra pupillum, vel forte (22) adoleſcentem redimere; nec (23) ceſſiones adverſus eum impetrare, quamvis jam deſiit tutor, vel curator eſſe: ſed omnimodo hoc, quod factum eſt, pro infecto habeator: ita ut pupillus quidem, vel forte adoleſcens omnimodo ſecuritatem habeat, & nulla teneatut actione. Tutori autem, vel (24) curatori non liceat contra eum redire, qui nominibus [25] ei ceſſerit: eodem jure obtinente, & ſi poſtquam tutor, vel curator deſiit eſſe, ceſſiones nominum impetraverit.

VII. Hæc autem omnia de omnibus curatoribus poſita ſunt non ſolum adoleſcentium, ſed etiam [26] prodigorum, vel furioſi [27], vel mentecapti (28), vel ſi quid aliud aut lege expreſſum eſt, aut natura inveniatut.

VIII. *(b)* Nemo tutor, vel curator compellatur pecuniam impuberis, vel forte adoleſcentis mutuam dare: ſed liceat ei ſterilem eam in tuto deponere. Nam melius eſt ſortem impuberis, vel adoleſcentis conſervare [29], quam uſurarum cupiditate etiam ſortem amittere. Sin autem ſponte ſua tutor, vel curator mutuaverit ſorte ſub pignoribus, vel ſub alia (30) indubitata cautela: tunc habeat quidem per ſingulos annos duorum menſium relaxamentum: ſciat autem, quod periculum ſortis ad ipſum (31) pertinebit.

IX. Si pupillus reditus habeat ſibi ſufficientes: eos tutor impendat. Sin autem ampliores reditus ſint (32), quam ſumptus: tunc id, quod ſuperfuerit, deponatur. Quod ſi ſubſtantia impuberis mobilis ſit: tunc id tantum tutor mutuare debet, quod ſufficiat ad adminiſtrationem pupillarium rerum: quod autem ſuperfluum ſit, hoc deponatur (33). Eademque [34] dicimus & de curatoribus omnium perſonarum. Licebit autem tutori, vel curatori & (35) ſubtiliter inquirere, ſi quem reditum (36) comparare pupillo, vel forte (37) adoleſcenti poſſit ex ſuperflua pecunia: ut & tributa levia ſint, & venditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autem, quod ſi adverſus ea comparaverit, negligentiæ periculum ad eum pertinebit. (38).

X. [*c*] Quod ſi pecuniam tantam (39) habeat pupillus, ut ex (40) ea adminiſtrationes rerum ipſius ſolummodo explicentur: tunc mutuare tutor, vel curator eam debebit cum cogitatione cœleſtis judicii.

Nam & ab (41) initio ante quam adminiſtra-

(1) *vel curatori.* (2) *cuius curationem gubernat.* [3] *jura ſucceſſionis.* (4) *ab aliquo.* (5) *dedit.* [6] *curatore.* [7] *ipſi.* A. (8) *Sed is.* alii, *Sic is.* (9) *indiget.* (10) *ſit.* [11] *cuſtodiet.* [12] *ſacramento.* (13) *dicat.* [14] *incerta.* (15) *curam.* (16) *Si quis.* (17) *actionem, quam.* (18) *ſit.* (19) *vel.* (20) *conventionibus.* [21] *prædiximus.* (22) *vel &c.* & ibi v. 51.

(23) *&c.* (24) *Tutori, aut.* (25) *nomina.* (26) *ſed.* (27) *furioſorum.* (28) *mentecaptorum.* [29] *conſervari.* (30) *alia.* [31] *ad eum.* (32) *habeat.* alii, *ſunt.* (33) *deponatur.* (34) *Et hæc eadem.* (35) *curatori.* (36) *& ſiquidem reditus.* (37) *vel.* (38) *pertinet.* (39) *tantum.* [40] *quod ex.* [41] *Ab.* Ivo. alii, *Et ab.*

(*a*) Hæc eſt conſtitutio 2. collat. 6. tit. *Ut ii, qui obligatas ſe habere perhibent res minor, &c.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Minoris. C. *qui dare tutores.*

(*b*) Vide Auth. Noviſſime. C. *de admin. tutor.*

(*c*) Vide Auth. Quod nunc. C. *de curat. furioſ.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *c.* 135. decreti, ut conſt. 63. *c.* :

Digitized by Google

ſtrationi ſe immiſceat (1) tutor, vel curator cujuſvis (2) perſonæ; ſacramentum præſtare [3] compellitur per divinas (4) ſcripturas, quod omnia geſturus eſt, quæ pupillo commoda eſſe putaverit. Eadem dicimus & de his, qui curatione egerent (5).

NOVELLA LXXIII. (*a*)

I. [*b*] SI quis depoſitum alicui caute (*6*) dare voluerit; neceſſarii ſunt ei tres teſtes: nam litteræ depoſitarii ſolæ non ſufficiunt depoſitori ad (7) pleniſſimam depoſiti dati probationem. Teſtimonia autem ſic exhiberi oportet, ut dicant teſtes, quod ſub (8) præſentia ſua, vel ſuſceptum eſt depoſitum, vel quod depoſitarius ſuſcepiſſe ſe conſcripſit [*9*]. Idem eſt, & ſi ſine ſcriptis tamen ſi tres (10) adhibiti fuerint (11) teſtes idonei veritate.

II. (*c*) Si quis ſine tabellione componere inſtrumentum maluerit, ſive de mutuo, ſive de depoſito, ſive de alia [12] quacumque cauſa: tres teſtes adhibeat: alioquin litteræ ipſius ſolæ, & comparationes earum (13) credendæ non ſunt. Nulla autem differentia eſt, utrum ſubſcripſerint [14] teſtes, an præſentibus eis (15) inſtrumentum compoſitum eſſet (1*6*).

III. Si inſtrumentum prolatum fuerit; & litteræ (17) quidem Titii eſſe non videantur (18); teſtes autem dicant Titium eas ſcripſiſſe jurati ſcilicet; teſtimonium eorum reprobari facile non debet (1*9*). Sed tamen (20) ad ſapientiam judicis pertinet, ut ea, quæ veriſimilia (21) magis putaverit, eis majorem præbeat fidem.

IV. Si quis in inſtrumentis [22] componendis adhibere prædictam obſervationem neglexerit: & vel depoſuerit alicui, vel mutuaverit ſine teſtium præſentia, ſolis litteris debitoris credens: incaute quidem facturus eſt. Sed tamen ſi per ſacramentum, vel per (23) confeſſionem debitoris veritas manifeſtetur, id, quod dedit exigere non prohibeatur.

V. (*d*) Inſtrumenta quoque, quæ apud tabelliones [24] componuntur, ſubſcriptione teſtium, ſicut dictum eſt, muniri præcipimus ante completionem ſcilicet a (25) tabellione inſertam.

VI. Judices (2*6*) non tantum ex comparatione (27) litterarum falſitatem deprehendant (28): ſed etiam ex comparatione notarum (2*9*).

VII. (*e*) Comparatio litterarum, ſicut ſupra diximus, ſine teſtium confirmatione non ſufficiat ad veritatis probationem. Sin autem omnes teſtes mortui ſunt (30) cum tabellione; vel forte (31) in abſentia tabellio eſt: tunc ille quidem (32), qui inſtrumentum producit, ſacramentum præſtet, quod nullius malitiæ conſcius eſt in eo (33) inſtrumento commiſſæ. Comparatio autem litterarum propter neceſſitatem (34) cauſæ ſine impedimento ſecundum priſtinum morem procedat. Quod ſi tabellio, & vivit [35], & præſens ſit (3*6*): juratus teſtimonium ſuum de fide inſtrumenti præbeat [37]. Sed ſi [38] per aliquem miniſtrum ſuum inſtrumentum compoſuit; & ille vivit [3*9*], & præſens eſt (40); & nullo morbo, vel alia juſta cauſa impediatur in judicium venire: præbeat ipſe quoque (41) teſtimonium. Item ſi per Titium [42] pecunia numerata eſt; & ipſe veniat (43). Quod ſi neque numeratorem (44) habeat inſtrumentum, & omnes teſtes mortui ſunt, vel (45) abſentia, vel alia (4*6*) cauſa impediuntur [47] in judicium venire (48): ſolus autem tabellio & vivit [4*9*], & venit, teſtimonium ipſius probabile ſit (50) ad fidem inſtrumenti pertinens; ut nec comparatio litterarum neceſſaria eſſe videatur. Quod ſi tabellio mortuus eſt: fiat quidem comparatio litterarum ejus, & veniat (51) tam miniſter ipſius, per quem inſtrumentum conſcriptum [52] eſt, quam numerator (53) pecuniæ, ſcilicet ſi non abſint (54).

Enim-

(1) *miſceat.* (2) *cujuſcumque.*
[3] *dare.* (4) *ſuper divinas.* (5) Ivo, *curas egerint.* alii, *curationem gerunt.* alii, *curationem egerunt.* (*6*) *in alicujus cautelam.* Ivo. (7) *ad.* (8) *quod in.*
(*9*) Ivo, *conſcripſit.* alii, *ſe ſubſcripſit.* alii, *ſe ſcripſit.* (10) *tres.* [11] *adfuerint.*
[12] *de aliqua.* Ivo. (13) Ivo, *ſolæ.* alii, *ſolæ, & comparatio earum.*
[14] *ſubſcripſiſſent.* Ivo. (15) *ipſius.*
(1*6*) *ſit.* alii, *fuerit.* alii, *eſt.*
(17) *littera.* (18) *videatur.*
(1*9*) *non oportet.* (20) *tantum.*
(21) *veriſimiliora.* (22) *inſtrumentis.*
(23) *vel.* (24) *tabellionem.* (25) *a.*
(2*6*) *Judices autem.* (27) *compoſitione.*
(28) *reprehendant.* (2*9*) *notarii.*
(30) *ſint.* (31) *vel ſi forte.* (32) *ille.*
(33) *in illo.* (34) *pro neceſſitate.*
(35) *vivit.* (3*6*) *eſt.* (37) *præſtet.*
(38) *Et ſi.* (3*9*) *vivat.* (40) *ſit.*
(41) *ipſe.* (42) *tertium.* (43) *veniat, & ſacramentum præbeat.* A. [44] *adnumeratorem.* [45] *ſint, vel.* alii, *fuerint, vel in.* alii, *ſunt, vel in.* (4*6*) *vel alia juſta.* alii, *fuerint, vel alia juſta.* (47) *impediantur.*
(48) *venire.* (4*9*) *vivit.* (50) *eſt.*
(51) *veniat autem.* (52) *ſcriptum.* alii, *compoſitum.* [53] *adnumerator.*
(54) *abſit.* alii, *abſens eſt.*

(*a*) In libro Auth. eſt conſtit. 3. collat. 6. tit. *de inſtrumentor. cautela, & fide &c.* Eam edidit Haloander græce, & latine. Vide Auth. Si quis vult. C. *qui potiores.*
[*b*] Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 136. decreti, ut conſtit. 64. *c.* 1.
(*c*) Refert idem Ivo *cap.* 137. ejuſd. partis, ut *cap.* 2. dictæ conſtit.
[*d*] Refert idem ubi ſupra *cap.* 138. ut *c.* 5. ejuſd. conſt.
[*e*] Vide Auth. At ſi contractus. C. *de fide inſtr.*

Enimvero ſi vel (1) mortui ſunt (2), vel in abſentia ſuerint: alii teſtes producantur: & ſi hoc facile non ſit: ad comparationem (3) litterarum judex perveniat. Ut non ſolum compietiones litterarum a tabellionibus [4] factæ comparentur; ſed etiam aliæ litteræ tam principalis perſonæ, quam teſtium in comparationem (5) deducantur. Ut ex multis (6) comparationibus litterarum fides veritatis inluceſcere (7) poſſit. Sin antem nullum aliud ad veritatem probandam ſuperſit; quam comparatio (8) litterarum: tunc illud teneat, quod uſque ad hoc tempus obtinuit. Ut qui inſtrumentum producit, legitimum ſacramentum ſubeat, quod nulla malitia uſus eſt. Sed & is (9), qui fidem inſtrumenti exigit, de dolo & (10) calumnia jusjurandum ſubeat. Iſtis autem (11) neceſſitatibus homines liberantur, ſi ſub actorum teſtificatione inſtrumenta intimentur; & ibi teſtes, & aliæ perſonæ ſuis [12] depoſitionibus contractum corroborent (13).

Omnia autem, quæ [14] de comparationibus conſtituimus ab illis inſtrumentis faciendis, quæ ſine tabellione compoſita ſunt, maneant in eadem firmitate durantia. Illa qnoque jura, quæ de imperitis litterarum in judiciis probata ſunt, inconcuſſa permaneant.

VIII. (*a*) Si inſtrnmentum litterarum imperitus componere maluerit, neceſſarius eſt (15) tabularius, ſi in illo loco tabularii ſunt. Sed & teſtes non minus quinque ſcientes eum imperitnm litterarum, & ab eo cogniti. Et poſtquam imperitus vel ſanctam (16) crucem fecerit, vel paucas litteras: unus ex eiſdem quinque teſtibus pro eo ſubſcribat. Omnes antem quinque teſtes ſubſcribere debent, quod, & præſentibus eis, & cognoſcentibus imperitum, omnia proceſſerunt.

IX. (*b*) Hæc autem (17) omnia de his contractibus dicimus, qui ſcriptura interveniento fiunt: alioquin ſi ſine ſcriptura aliqui contraxerint (18): liceat eis vel teſtibus (19), vel jurisjurandi religione veritatem manifeſtare: ſicet actore quidem teſtes producente, reo autem vel jurante, vel jusjurandum referente ſecundum hoc, quod judex æſtimaverit.

X. Hujus conſtitutionis obſervatio in his contractibus locum habet, qui ſunt ultra quantitatem libræ auri. Nam uſque ad libram auri priſtinum morem conſervari (20) jubemus.

Hujus Conſtitutionis ſubtilitas (21) in civitatibus (22) locum habeat (23). Si enim inſtrumentum in vico compoſitum ſit: conſuetudo pro jure (24) habeatur. Ruſticorum enim ſimplicitatem, & in teſtamentis faciendis non reprobamus (25); qnamvis alias in [26] ordinatione teſtamentornm ſumma (27) ſubtilitas exigatut.

Hæc Conſtitutio in futuris inſtrumentis, & contractibus valet. Nam præteriti caſus (28) prioribus legibus ditimantnt.

NOVELLA LXXIV. (*c*)

I. (*d*) SI quis cum muliere libera conſnetudinem habeat non affectione maritali, & ex ea filios naturales fecerit (29); eoſque (30) velit filios (31) legitimos, & in (32) poteſtate ſua habere: liceat ei cum matre eorum dotalia inſtrumenra componere. Nam & (33) filii, qui antea naturales erant, poſt compoſitionem inſtrumentorum dotalium ſui (34), & in poteſtate patris efficiuntur, ſive poſtea nati filii vivunt (35), ſive mortui ſunt (36), ſive omnino nullus alius procreatus eſt, ſicut in Inſtitutis, & in Codice didicimus (37). Quod ſi ante quam dotalia inſtrumenta fiant, mater concubina deceſſerit; velit autem pater naturalis (38) filios ex ea ſuſceptos legitimos habero (39): adeat Imperatorem cum precibus, & poſcat (40), ut ſibi liceat legitimum nomen eis imponere, & natalibus ſuis eos reſtituere; quemadmodum libertini natalibus reſtituuntur. Principe enim annuente ſupplicationibus patris, neceſſe eſt, ut liberi legitimi fiant: quamvis dotale inſtumentum nullum cnm matre eorum jam mor-

(1) *Si vero ſimul.* alii, *Si vero.*
(2) *ſint.* (3) *tunc ad comparationes.* alii, *tunc ad comparationem.* [4] *tabellione.*
(5) *comparatione.* (6) *ex.* (7) *eluceſcere.*
(8) *comparationes.* (9) *Sed is.*
[10] *de dolo, & de.* (11) *His autem omnibus.* (12) *ſub.* (13) *roborent.*
(14) *quæ.* (15) *erit.* (16) *ſanctam.*
(17) *Hæc.* (18) *aliqui contraxerunt.* alii, *aliquid contraxerint.* (19) *teſtimoniis.* Ivo.
(20) *ſervari.* (21) *uſus.* (22) *civitate.*
(23) *habet.* (24) *pro lege.* (25) *non reprobamus.* alii, *faciendis non reprobavimus.*
(26) *in alia.* (27) *legitima.*
(28) *præteritæ cauſæ.* (29) Ivo parte 8. *liberos procreaverit.* A. Idem in Panorm. *filios procreaverit.* alii, *liberos naturales fecerit.*
(30) *& eos.* (31) *liberos.* Ivo parte 8.
(32) Ivo in Panorm. (33) *Nam.* Ivo.
(34) *ſui.* (35) *vivant.* [36] *ſint.*
(37) *dictum eſt.* (38) *naturales.*
(39) *facere legitimos.* (40) *& expoſcat.*

(*a*) Vide Auth. Sed novo. C. *ſi cert. pet.* & *d.* Auth. At ſi contractus.
[*b*] Verba *capitis 9.* refert Ivo *d. parte* 16. *cap.* 139. ut *cap.* 10. conſt. 64.
[*c*] Hæc eſt conſtitutio prima collat. 6. tit. *Quibus modis naturales efficiantur legitimi &c.* Hanc non habuit græcam Haloander; ſed eam græce Scringerus, latine Agylæus ediderunt. In Baſilicis neque hæc, neque duæ, quæ ſequuntur, poſitæ ſunt, ut ex græcis ſcholiis didicimus.
(*d*) Videndæ Auth. Præterea. & Auth. Item ſine. C. *de natur. lib.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 6. *tit.* 3. *cap.* 9. Panorm. ut ex conſt. *lib.* 14. *c.* 4. & *parte* 8. *cap.* 36. decreti, ut conſt. 64. *cap.* 14. & *parte* 16. *cap.* 140. & 141.

tua (1) compoſitum ſit. Idem dicimus, & ſi filios naturales pater diligat, matrem autem odio [2] habeat, quia in corpore ſuo (3) peccavit. Nam ſi ea cauta ſit, & nolit [4] cum ea nuptias contrahere, licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos ſibi facere (5). Item ſi liberi naturales matrem ſuam (6) cælaverint, ne dotalibus inſtrumentis cum ipſa factis in poteſtate patris efficiantur, & uſusfructus rerum ad eos pertinentium (7) patri adquiratur; ſi talis dolus factus fuerit: liceat patri prædicto modo preces Imperatori porrigere, & filios legitimos facere, & eos in poteſtate ſua redigere. Eadem dicimus, & ſi juſta cauſa dotalia inſtrumenta impediat: pone enim interim naturalem [8] patrem diaconum, vel presbyterum factum eſſe, ut ducere uxorem non poſſit. Quod ſi pater non potuit (9) in antefatis caſibus Imperatori ſupplicare: liceat ei (10) in teſtamento ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales: ut tamen (11) illi poſt mortem parentis ſupplicent Imperatori, & teſtamentum patris oſtendant, & Principe annuente in tantum capiant paternam hereditatem, in quantum ſcripti ſunt: aliter enim legitimo nomine non fruantur. Hæc autem omnia, quæ modo dicta [12] ſunt, tunc habeant locum, cum nulla alia legitima proles, vel antea, vel poſtea, patri [13] ſuperſit. Legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiunt [14], niſi dotalia inſtrumenta cum matre pater eorum confecerit (15).

II. Filios naturales antea quidem licebat patribus legitimos ſibi per (16) adoptionem efficere (17). Sed Divi Juſtini Conſtitutio hoc prohibuit, quam noſter Imperator in ſuo ſtatu manere jubet (18).

III. Nemo dignitate decoratus ſenatoria ſine dotalibus inſtrumentis, & ante nuptias donatione nuptias contrahat: alioquin filii, qui ex tali copulatione procreati (19) fuerint, non erunt legitimi, ſed magis naturales. Alii autem qui militiis honeſtioribus decorantur, vel negotiationibus, vel quibuſdam artibus laudabilibus præditi ſunt, & ſine dotalibus inſtrumentis, & ante nuptias donatione copulentur, ſed non citra ſcripturæ cautelam. Debent enim hoc ipſum defenſori eccleſiæ, vel oratorii dicere; & ille (20) adhibeat tres, vel quattuor clericos ad teſtimonium: & conſcribatur chartula [21] qua declaretur dies, & quo [22] Imperatore, & conſule (23), & menſe convenerint [24] ille, & illa in illo oratorio, & loco (25) quo copulati ſunt; & ſubſcribant defenſor, & clerici (26). Et ſi quidem velint (27) chartam (28) accipere, vel ambo, vel unus ex his præſtetur eis: ſi [29] noluerint, deponatur in ſancto oratorio: ut poſtea, ſi opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum; ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Sin autem viliſſimi homines matrimonium contrahere velint; liceat eis & ſine [30] ſcriptura hoc facere. Idem dicimus & de ruſticis hominibus, & de militibus, qui in armis occupati ſunt.

IV. (*a*) Si quis divinis tactis ſcripturis [31] juraverit [32] mulieri legitimam ſe eam [33] uxorem habiturum; vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit: ſit illa (34) legitima uxor (ſi tamen ei conjuncta fuerit) (35) quamvis nulla dos, nulla alia ſcriptura interpoſita ſit. Et ſi liberos non habuerit: mortuo marito, quartam partem ſubſtantiæ ejus accipiat ſecundum Conſtitutionem noſtri Imperatoris, & ſi eam de domo ejecerit; quamvis ſine repudio hoc fecerit. Quod ſi liberos procreaverit (36): legitimi eſſe videantur: & ſi aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit: omnes ſimul legitimum nomen habebunt. 30. q. 5. c. 9.

V. Ergo ſi quidem ex hujuſmodi matrimoniis filii naſcuntur; legitimi erunt. Sin autem aliter filios aliquis habuerit; naturales erunt; & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato patri naturali ſuccedunt, ſecundum obſervationem ſcilicet [37] Conſtitutionum [38] Principis noſtri: ſcilicet ſi non ex damnata copulatione nati ſunt. Tales enim liberi, neque legitimi, neque naturales appellantur, neque omnino patri (39) ſuccedunt.

NOVELLA LXXV. (*b*)

I. APpellationes, quæ in Sicilia porriguntur adverſus ſententias (40) Prætoris, vel

(1) *eorum.* [2] *odio.* (3) *in corpus ſuum. a.* (4) *noluit.* (5) *facere.* (6) *matrem.* (7) *pervenientium.* (8) *naturalem.* (9) *non poſſit.* (10) *liceat patri.* Ivo. alii, *liceat.* (11) *attamen.* (12) *addita.* [13] *patris.* (14) *fient.* (15) *conſcripſerit.* [16] *per.* (17) *facere.* [18] *vult.* (19) *nati.* (20) *ut & ille.* (21) *charta.* (22) *quo.* (23) *quo Conſule.* (24) *convenerunt.* (25) *loco oratorii.*

(26) *defenſores eccleſiæ.* (27) *voluerint.* alii, *velit.* (28) *chartulam.* (29) *eas quod ſi.* alii, *eis, vel ſi.* (30) *ſine.* (31) *evangeliis.* (32) *juravit.* Grat. (33) *ſe.* alii, *ſe eſſe.* (34) *ſit illi.* alii, *ſit ei.* (35) Ivo tribus locis, & Grat. carent his verbis, & multi alii libri. (36) *procreaverint.* (37) *obſervationes.* alii, *obſervationem.* (38) *Conſtitutionis.* (39) *parenti.* (40) *ſententiam.*

(*a*) Refert idem Ivo *d. lib.* 6. *tit.* 1. *c.* 7. Panorm. ut ex Nov. conſt. *c.* 1. & *d. parte* 8. *cap.* 44. ut Nov. conſt. 65. & Gratian. 30. *q.* 5. *c.* 9. Si quis divinis.

(*b*) Hæc conſtitutio neque in libro Authent. neque in Norica editione Haloandri eſt. Pro ea brevem epitomen ediderunt græce Scringerus, latine Contius, & Agylæus ſub titulo *de appellationibus Siciliæ*. Juliani verba retulit Ruſſardus. Hanc Latinam fuiſſe credendum eſt. Vide Nov. 104.

vel ducis, vel cujuſvis alterius judicis in Sicilia conſtituti apud quæſtorem in hac regia urbe exerceri præcipimus (1) ut ipſe diſcutiat cauſas (2) provocationis, & ſententiam dicat, & noſtro Imperatori (3) referat, & ooſtra (4) auctoritate ſententiæ ejus roborentur (5). Sed & ſi aliud civile [6] emergat veluti Defenſoris confirmatio, vel decretum Patrum (7) civitatis Siciliæ; ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente Quæſtoris (8) ſequenda.

NOVELLA LXXVI. [a]

SCimus in ſuperioribus Conſtitutionem eſſe relatam, qua cavetur, ut qui, quæve (9) in monaſterium (10) intrant, videantur ſubſtantiam ſuam (11) monaſterio conſecraſſe. Nam ante introitum liberam habent (12) facultatem quomodo voluerint bona ſua diſponere (13): poſtquam autem intraverint, talem licentiam non habent, quamvis liberos habeant. Sed ea Conſtitutio (14), quæ de hoc jure loquitur, ex ſuis temporibus valeat (15). Nam ſi ante quam ipſa introducatur, factus eſt [16] aliquis monachus, vel facta eſt mulier monacha: nihil ad eum, vel ad eam pertinet. Habeant (17) ergo liberam facultatem, qualiter voluerint ſua negotia diſponendi, & (18) poſt memoratam Conſtitutionem.

NOVELLA LXXVII. [b]

SI quis per capillum Dei, vel per caput (19) juraverit; vel alio modo blaſphemia [20] contra Deum uſus fuerit: officio Præfecti Urbis ultimo ſupplicio ſubiiciatur. Si quis autem (21) talem hominem ſciens non [22] manifeſtaverit, non eſt dubium quod divina condemnatione [23] ſimiliter (24) coercebitur: ipſe quoque (25) Præfectus Urbis ſi neglexerit, poſt Dei judicium etiam noſtram (26) indignationem timeat.

NOVELLA LXXVIII.

I. (c) SI Quis famulum ſuum, vel ancillam manumiſerit, & cives Romanos fecerit; aliter enim nec valet (27) manumiſſio: tacito jure videatur jus aureorum anulorum adeptus fuiſſe, & natalibus reſtitutus eſſe, & non indigeat (28), ut hoc impetret (29) a Principe. Hæc autem Conſtitutio in futuris caſibus teneat. (30).

II. (d) Libertus patrono ſuo competens obſequium, & reverentiam præbeat: quamvis enim libertinos ſimiles (31) ingenuorum (32) hac Conſtitutione facimus [33]: attamen patronis jura patronatus intacta reſervamus, in his ſcilicet caſibus in quibus reſervari poſſunt ſecundum noſtrarum legum diſtinctionem: niſi forte renuntiaverit patronatus prærogativæ [34] manumiſſor ſive per teſtamentum, ſive jure fideicommiſſi, ſive eo tempore, quo libertatem imponebat. Ingratum autem libertum contra patronum ſuum exiſtere [35] prohibemus: quod & in (36) pecuniariis donationibus introduximus & ſi eo, qui [37] liberalitatem accepit, ingrato contra donatorem exiſtente [38] infirmatur donatio: quanto magis ſi libertus contra [39] patronum (40) ingratus fuerit (41); reſcindi debet libertas. Cautæ autem ingratitudinis [42] legibus cognitæ (43) ſunt: veluti ſi libertus manus ſuas contra patronum ſuum moveat (44): vel ſi contumelias atroces ei fecerit (45): vel ſi magnum, & (46) intolerabile damnum ei dederit. Idem eſt & ſi [47] ad dedecus ejus (48) pertinentes injurias [49] effuderit. Si enim horum aliquid patronus, vel liberi ejus probaverint:

(1) *præcepimus.* (2) *cauſam.* [3] *imperio.* A. (4) *ut noſtra.* A. (5) *ſententia ejus roboretur.* (6) *alia lis civilis.* (7) *Patris.*
(8) *Quæſtore.* alii, *Quæſtore ipſo.* A.
(9) *quicumque.* Ivo. alii, *quicumque, vel quæcumque.* (10) *monaſterium.* [11] *ſubſtantias ſuas in.* Ivo. alii, *ſubſtantias ſuas.*
[12] *habeant.* (13) *diſtribuere.* Ivo.
[14] *Sed hæc conſtitutio quidem.*
(15) *valet.* (16) *facta.* (17) *Habent.*
(18) *diſponere etiam.* (19) *per capillum, vel barbam Dei.* Ivo. alii, *per capillos Dei, vel per caput.* alii, *per capillum Dei, vel caput.*
(20) *blaſphemia aliqua.* Ivo.
(21) *Si quis.* (22) Ivo, *non.* (23) *coertione.* (24) *ſimul.* (25) *ipſe quippe.*
(26) *& noſtram.* (27) *non valet.*
(28) *non indigent.* [29] *ut impetrent.*
(30) *valet.* (31) *libertinum ſimilem.*
(32) *ingenuo.* (33) *fecerimus.*
(34) *prærogativam.* (35) *conſiſtere.*
[36] *in.* (37) *ille, qui.* (38) *ingratus circa donatorem extiterit.* (39) *circa.* Ivo, cap. 144. [40] *patronum ſuum.* Ivo.
(41) *extiterit.* (42) *cavere autem oportet ingratitudines, quæ.* Ivo. (43) *conſtitutæ.*
[44] *moveat.* Ivo. alii, *moverit.*
[45] *eidem fecerit.* (46) *vel.* (47) *ideſt ſi.* Ivo. (48) *dedecus.* (49) *pertinentem injuriam.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 4. collationis 6. titulo *Hæc conſtit. interpretatur primam conſtit. de iis, qui ingrediuntur monaſterium &c.* Hanc non habuit Græcam Haloander, qui veterem interpretationem refert, ut Nov. 75. cui Ant. Contius ſubſcribit. Scringerus, ut 76. græce, Agylæus latine eandem ediderunt. Juliani verba refert Ivo *parte* 6. *cap.* 426. decreti, ut conſt. 67. *cap.* 1. & *parte* 7. *c.* 158. ut conſtit. 66. *c.* 1.
(b) Hæc eſt conſtit. 5. ejuſd. collat. 6. titulo *Ut non luxurientur homines &c.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Juliani verba refert idem Ivo *parte* 12. *c.* 32. decreti, ut conſtit. 68. *cap.* 1.
[c] Vide Auth. Sed hodie. C. *de jure aur. anul.*
(d) Partem hujus capitis refert Ivo *parte* 16. *c.* 63. decreti, ut Nov. conſt. 69. *c.* 2. & *c.* 144. ejuſd. partis, ut *c.* 1. ejuſd. conſt.

rint: ad priſtinum ſtatum convictus libertus revertatur (1). Quod ſi competentem reverentiam patronis (2), & hooorem retribuant [3]: lex quoque eis libertatem ingenuitatis nomine decoratam conſervabit (4). Hæc (5) autem totiens patronus habet, quotiens jura ſui patronatus non relaxavit (6).

III. (a) Si quis libertam ſuam ducere uxorem voluerit: dotalia inſtrumenta cum ea componat (7), & habebit eam (8) legitimam uxorem; quamvis ipſe maritus ſumma [9] dignitate præfulgeat (10), & liberi, qui (11) ex tali conjugio [12] procreati ſuerint (13), legitimi ſucceſſores patri ſuo exiſtant [14].

Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit; eamque manumittere velit (15), & dotalibus inſtrumentis factis uxorem legitimam habere: ipſa (16) compoſitione inſtrumentorum dotalium liberi ejus manumitti videantur tacito jure (17). Si enim miles legatum ſervo ſuo (18) relinquendo, videtur & libertate eum (19) tacite donaſſe: quanto magis hoc obtinere debet in filiis, ubi pater mattem eorum manumiſit (20), & legitimam uxorem dotalium inſtrumentorum compoſitione habuit (21).

IV. Hæc conſtitutio non videtur extra juris diviſionem introducta eſſe [22]. Si enim Pius (23) Antoninus Imperator jus Romanæ civitatis antea per ſingulos impetrandum, poſtea commune fecit omnibus ſubjectis; & divæ [24] memoriæ Theodoſius jus liberotum antea per ſingulos impetrandum, ipſe commune Romanis (25) omnibus fecit: quid novum (26) ſi nos quoque jus aureorum anulorum, & natalium reſtitutionis generale fecimus omnibus libertinis ſalvo patronatus honore.

Hæc autem omnia in futuris caſibus teneant; nam in (27) præterito tempore locum non habent (28).

NOVELLA LXXIX. (b)

I. (c) SI quis cum monachis vel (29) ſanctimonialibus habeat (30) litigium: non audeat monachum, vel ſanctimonialem in aſceterio, ſive in monaſterio, vel alibi cooſtitutam ad (31) civilem judicem accuſare, vel trahere (32). Sed magis adeat civitatis Epiſcopum: ille enim æſtimabit (33) utrum repræſentari (34) principalis perſona debeat, an per Hegumeoum, vel (35) apocriſiarium (36) defendi, ſcilicet cum omni honeſtate; ita ut Epiſcopus legibus, & canonibus conſentaneam ſententiam proferat.

II. Hanc Conſtitutionem omnes Præfecti Prætorium (37) cuſtodiant, & Præfecti utriuſque Romæ, & Prætor Populi, & provinciarum Præſides, & omnes Epiſcopi: & curent citius monachorum, & ſanctimonialium lites dirimere.

Si quis autem hanc conſtitutionem violaverit: in magiſtratu quidem poſitus decem librarum auri pœna multabitur, executor autem litium conſtitutus io decanicis eccleſiarum (38) recludatur competentes pœnas luiturus (39), & poſtea non concedatur officium executoris habere.

Hæc autem conſtitutio teneat in monachis, item in ſanctimonialibus, quamvis ipſæ in monaſterio, vel aſceterio oon degant. De clericis autem (40) aliæ leges poſitæ ſunt.

NOVELLA LXXX. (d)

I. IN hac florentiſſima civitate alium magiſtratum addendum eſſe exiſtimavimus, cui nomen Quæſtoris imponimus (41); quem volumus primum quidem Dei timorem habere; deinde autem noſtras leges cuſtodite; & per-

icru-

(1) *libertus revertitur.* Ivo. cap. 144. alii, *revertitur.* (2). *patrono.* (3) *tribuat.* alii, *retribuat.* (4) *conſervat.* [5] *Hoc.*
(6) *relaxaverit.* [7] *conficiat.*
(8) *habebit.* Ivo. alii, *habeat eam.*
(9) *ipſe ſumma.* Ivo. alii, *ſumma.*
[10] *præſulget.* (11) *& ſi liberi.* Ivo.
[12] *connubio.* Ivo. (13) *ſunt.*
(14) *ſuccedunt.* Ivo. (15) *voluerit.*
[16] *habere.* Ivo. alii, *habere voluerit: in ipſa.* (17) Ivo, *videntur.* alii, *videntur tacito jure.* (18) *ſervo.* (19) *& libertatem ei.* alii, *& libertatem.* alii, *libertatem ei.*
(20) *& manumiſit.* alii, *manumiſerit.*
(21) *habuerit.* (22) *aliquid novitatis introducere.* [23] *ſed ſequitur eam, quam Pius.* alii, *ſic enim Pius.* (24) *Divinæ.*
(25) *commune.* (26) *Nos autem veſtigia eorum ſequentes per hanc generalem conſtitutionem fecimus commune.* (27) *& non.*
(28) *habent.* alii, *habeant.* [29] *monachis, aut.* Ivo. (30) *habet.* [31] Ivo, *ad.* alii, *in aſceterio conſtitutum, vel monaſterio ad*
(32) *protrahere.* (33) *exiſtimabit.*
(34) *præſentari.* (35) *œconomos, vel.* Ivo. alii, *œconomum, vel.* alii, *legitimum.*
(36) Ivo, *Apocriſiarios.* alii, *per apocriſiarium.* (37) *Prætorio.* (38) *in locis, quæ decanica appellantur.* (39) *ſoluturus.*
[40] *enim.* [41] *imponemus.*

(a) Vide Auth. Sed novo. C. *de nupt. & auth. novat. C. de natur. lib.* Juliani verba Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 145. decreti, ut conſt. 69. *c.* 3. & 4.
(b) Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 6. titulo *Apud quos oporteat cauſas dicere monachos, & aſceterias.* Hanc non habuit Græcam Haloander; ſed Scringerus eam græce, Agylæus latine edidit. In Baſilicis non fuiſſe Græci tradiderunt. Vide Auth. Cauſa. C. *de Epiſc. & cler.*
(c) Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 146. decreti, ut conſt. 70. *c.* 1.
(d) Hæc eſt conſtit. 8. ejuſdem collationis ſub titulo *de Quæſtore.* Eam græce, & latine edidit Haloander.

ſcrutari eos, qui de provinciis in civitatem hanc veniunt: & non ſolum de maſculis, ſed etiam de fœminis inquirat; & tam de clericis, quam de monachis, & ſanctimonialibus, & ſcholaſticis aliarum civitatum, vel cujuſvis alterius condicionis. Et interrogare qui ſunt, aut unde venerunt, ex qua occaſione. Et ſi quidem coloni ſunt, imminere magiſtratibus, ut eos citius dimittant: quod ſi ad privatos dominos ſuos pertineant; & ideo venerunt, ut ipſis ſupplicarent; cogere dominos ſuos debent, ut citius eos dimittant. Quod ſi contra dominos ſuos nituntur: multitudo quidem ruſticorum ſtatim dimittatur; duo autem, vel tres more ſyndicorum litem peragant, dum tamen ſic citius lis dirimatur [1].

II. Quod ſi non ruſtici ſunt, ſed alterius condicionis: curet modis omnibus, ut judices citius altercationes eorum dirimant, & in ſuis redeant locis.

Quod ſi domini ruſticorum, vel judices imminentem ſibi Quæſitorem neglexerint: ipſe quæſitor ducat apud ſe partes; & velociter cauſæ finem imponat [2]; & homines in patrias ſuas dimittat.

III. Si quis autem ſine cauſa in hac civitate degat, & paupertate laboret: liceat quæſtori tenere eum: & ſi robuſtus fuerit, ſi quidem ſervus inveniatur, invitum reddat domino ſuo. Sin autem liber ſit, tradat eum vel artificibus publicorum operum, vel piſtrinariis, vel quibuſcumque aliis artificibus [3]. Sin autem noluerit operari, non maneat in iſta civitate: hoc enim nec ipſis [4] expedit. Nam ceſſantes homines, & egentes, & forte mendicando ſatis non adquirunt, & ad delicta proniores fiunt. Alii autem, qui corpora debiliora habent, miſericordia Chriſtianorum alantur (5); ſed nec illi, qui civitatem non gravant, expellantur.

VI. Si quis Quæſtorem adierit dicens ab aliquo ſibi damnum datum fuiſſe, verbi gratia, quod ſportularum nomine plus, quam Conſtitutione cavetur, exactum eſt: vel quod ſine Præſidis juſſione admonitus eſt: diligenter hoc a Quæſtore perſcrutetur (6): & omnibus modis temeratoribus pœnæ, quæ legibus, adverſus eos ſtatutæ ſunt, imponantur. Et hoc [7] diſponimus ſi ſine ulla fori præſcriptione, cujuſcumque militiæ, vel dignitatis reus inveniatur. Et poſtquam ſententiam dederit, actor quidem ſuum conſequatur; Quæſtor autem ad nos referat de reſidua pœna; ut ubi æſtimaverimus, conſumatur.

V. De crimine falſitatis Quæſitor judicet; & poſt inſcriptiones actoris, & legitimas probationes ſententia ipſius Quæſtoris reus puniatur, nemine fori præſcriptionem habente.

VI. Si quis Quæſtor [8] adeuntes ſibi contempſerit, ipſe [9] de ſuo damna eis reſarciat, & aliam graviſſimam indignationem expectet.

Neque Quæſitor, neque officiales, & ejus miniſtri lucra ab aliquo capiant. Nam & ſi quid ceperint, puniendi ſunt a Quæſtore. Ideo enim ex publicis rationibus deſtinavimus eis annonas, ut quæſitor quidem decem libras auri accipiat, conſiliarius autem ejus ſolidos centum; officiales autem ejus ſolidos trecentos triginta.

VII. Quæſitor licentiam habeat judices inquietare; ut citius dirimant cauſas; & nobis referre; & ſuo arbitrio ea, quæ oportet, facere; liceat autem ei (10) publicis quoque epiſtolis uti ad provinciarum Præſides; ut eos, quos ipſe dimittit, illi ſimiliter tranſmittant in ſuis provinciis cum quiete moraturos; & ſi quo adjutorio indigeant (11), hoc præbeant eis. Nemo autem dimiſſus a Quæſtore maneat in iſta civitate, nec iterum ad eandem [12] revertatur, & Quæſitorem moleſtet. Sin autem tale aliquid perpetratum fuerit: pœna competens temeratoribus imponatur.

VIII. Si Quæſitor exiſtimaverit in portibus (13) officiales ſuos mittere; ut ibi ſedeant, & perſcrutentur qui ſunt, qui veniunt; & ob quam cauſam: liberam licentiam habeat hoc facere.

(Apud antiquos (14) legislatores ceſſiones actionum (15) erant, quod nobis quoque placet.)

IX. Quæſitor, & conſiliarius, & officiales ejus neque in palatio noſtro aliquid dare compellantur, neque in judicio Præfecti Prætorio annonarum nomine aliquid præſtent. Qui enim indemnes noſtros ſubjectos conſervant (16), damnum ab aliquo pati non debent.

NOVELLA LXXXI. (a)

NON ſolum patriciatus dignitas nexibus paternis (17) filiumfamilias liberat; ſed etiam cæteræ dignitates, quæ a curiali (18) condicione liberare homines ſolent. Veluti ſi Conſul deſignatus fuerit; ſi (19) Exconſule codicillos accipiat; ſi (20) Præfectoris magiſtratibus in ipſo actu fungatur. Pone enim Præfectum urbis, vel Præfectum (21) Prætorio factum fuiſſe, vel Magiſtrum Militum: ſequatur autem eos

&

(1) *lites dirimantur.* (2) *imponant.*
[3] *artificibus.* (4) *& ipſi.* (5) *alentur.*
[6] *ad Quæſtorem hoc præſtetur.*
[7] *Et hæc.* (8) *Si Quæſitor.* (9) *& ipſe.*
(10) *autem ei Quæſitori.* [11] *indigent.*
[12] *de eadem cauſa.* (13) *in portis.*

[14] hæc verba videntur pertinere ad Nov. 135. ſive ad aliam Conſtitutionem: hic quidem certe aliena ſunt. (15) *accuſationis.* forte, *actionis.* (16) *ſervant.* (17) *patris.*
[18] *curiali.* [19] *fuerit; vel ſi.*
(20) *vel ſi.* (21) *vel.*

(a) Hæc eſt conſtitutio 9. ejuſd. collat. hoc titulo, *Conſtitutio, quæ dignitatibus & Epiſcopatu filium liberat a patria poteſtate.* Ab Haloandro utraque lingua edita eſt. Vide Auth. Sed Epiſcopalis. C. *de Epiſc. & cler.*

Digitized by Google

& (1) peculium, quod filiifamilias conſtituti habeant (2).

II. Qui ex dignitate paterfamilias fit [3] legitima jura intacta habeat (4) in familia ſua. Ideoque (5) liberi ejus, quos habuit [6] dum filiusfamilias erat (7), poſt mortem patris ejus (8), in ipſius tranſeunt (9) poteſtatem.

III. Si filiusfamilias Epiſcopus fuerit factus, ex ipſa conſecratione paterfamilias erit. Hæc autem Conſtitutio etiam in illis locum habet, qui eo tempore, quo prolata eſt, in dignitatibus antefatis poſiti fuerunt (10).

NOVELLA LXXXII. (a)

I. EOS judices, quos Divæ (11) memoriæ Zenonis Conſtitutio διαιτητὰς vocat, in noſtra republica eſſe non concedimus, ſed alios judices noſtra electione (12) fieri jubemus. Et elegimus Anatolium V. SP. fiſci patronum factum, & Flavianum V. CL. fiſci patronum conſtitutum, & Alexandrum, & Stephanum, & Menam facundiſſimos advocatos, & Alexandrum alterum, & Danielem, & Victorem, & Cyzicenum Theodorum viros ſcholaſticos. Ex Patriciis autem elegimus Platonem virum glorioſiſſimum, & Victorem eminentiſſimum, & Phocatem glorioſiſſimum, & Marcellum virum magnificum, qui juſtitia præcellit, & Appione viro ſtrenuo ſcholaſtico conſiliario juſtiſſimo utitur.

II. Et judices quidem poſt magiſtratus populi Romani iſtos eſſe ſanctimus (13); & cauſas, quas ad eos mittimus, volumus judicare (14). Si quis autem magiſtratus conſtitutus judicem dare maluerit: non habeat licentiam ad alium cauſas delegare, niſi ad prædictos (15) eloquentiſſimos, & glorioſiſſimos viros, & ad ſuos conſiliarios: ita tamen, ut ubi (16) conſiliariis ſuis delegat cauſas (17), ipſe ſententiam dicat.

III. Sedere [18] autem judices volumus in baſilica a mane uſque ad veſperum (19) ſecundum ſolitum morem, & lites dirimere non ſolum futuras, ſed etiam eas, quæ apud idiotas inchoatæ ſunt.

IV. Si provocatio porrecta fuerit [20] judici: ſi quidem in ea cauſa, quam nos (21) delegavimus, appellatio exerceatur, aut in commune (22) procerum, aut ſecundum morem apud alios ex quantitate ſcilicet litis habita differentia. Sin autem magiſtratus ei cauſam delegaverit (23): appellatio apud eum (24) exercebitur.

V. (b) Judices vero uſque [25] ad trecentos ſolidos more quidem παραστημένως (ideſt naturaliter) lites [26] audiant: ſed tamen ſententiam in ſcriptis dicant, & provocationem condemnato (27) non denegent (28), niſi forte ter appellare aliquis (29) maluerit, vel contumaciter (30) in abſentia fuerit [31]. Nam & tertia provocatio inlicita (32) eſt, & contumaces condemnati appellare non poſſunt.

VI. Si provocatio in hac civitate judici porrecta fuerit: uſque ad duos menſes induciæ præſtentur: & poſt duos menſes ſtatuti legibus dies ſuos peragant curſus, nulla reparatione (33) in hujuſmodi provocationibus locum habente (34).

VII. Nemo ſportulas, vel judiciorum impenſas ampliores exigat, quam noſtra Conſtitutione cautum eſt: alioquin pœnas legitimas patiatur (35). Unuſquiſque autem judex habeat duos exceptores, & duos executores fideles, & probatos, ut nulla ab eis aſtutia [36], vel proditio fiat. Ideoque periculo officialium, vel ſcholarium, ſive ſcriniariorum eligantur; ut ſi quid peccaverint illi (37), detrimenta læſis hominibus (38) reſarciant [39]. Magiſtratus autem competentes aditi damnum exigi jubeant: & judices ſi malitioſe verſatos exceptores, vel executores ſenſerint; removeant eos, & alios probatos electione, & periculo ſcholarum (40) ſive ſcriniorum [41], ſive officialium accipiant.

VIII. Si quis autem deſierit judex eſſe: alius judex in locum ejus conſtituatur noſtra juſſione, atque electione.

IX. Unuſquiſque judex ab utraque parte binos ſolidos in litis conteſtatione accipiat, & binos in termino litis, niſi forte litigium motum intra centum (42) ſolidos ſit. Si enim intra centum ſolidos fuerit: nihil accipiat. Habeant

(1) *Et ſequatur eos.* (2) *filiusfamilias conſtitutus habebat.* alii, *filiifamilias conſtituti habebant.* A. (3) *ſit.* (4) *habet.*
[5] *Ideo.* (6) *habebat.* (7) *fuit.*
(8) *patris.* (9) *tranſeant.* (10) *erant.*
(11) *Divinæ.* (12) *noſtræ electionis.*
(13) *cenſemus.* [14] *judices judicare.*
[15] *apud.* alii, *apud dictos.* (16) *tantum qui.* (17) *conſiliarii ſui cauſas examinent.* (18) *Manere.* (19) *veſperam.*
(20) *ſit porrecta.* (21) *quam.* [22] *communione.* (23) *delegavit.* (24) *apud eum ſcilicet magiſtratum.* (25) *uſque.*
[26] *ideſt naturales lites.* alii, *lites.*
(27) Ivo, *provocationes condemnato.* alii, *provocationes condemnatis.* (28) *denegentur.*
(29) *quis.* (30) *vel contumax.* Ivo. alii, *& contumaciter.* (31) *fuit.* (32) *præjudicata.* Ivo. (33) *& nulla reparatio.*
[34] *habebit.* (35) *patietur.* [36] *injuſtitia.* (37) *quis peccaverit, illi.*
(38) *læſis.* (39) *reſarcire curabunt.*
[40] *ſcholarium.* (41) forte, *ſcriniariorum.* [42] *trecentis.* & ibi verſ. ſeq.

[a] In libro Auth. eſt hæc Conſtit. 10. collationis 6. titulo *de judicibus &c.* Eam etiam Haloander utraque lingua edidit.
[b] Refert Ivo *parte* 16. *c.* 147. decreti, ut conſtit. 73. *c.* 5.

beant autem ſinguli (1) judices ex his octo, quos conſtituimus, binas libras auri de publico a menſa Præfecti Prætorio (2). Omnibus autem perſonis (3) privilegia in ſumptibus litium (4) præſtita maneant inconcuſſa.

X. (*a*) In definitiva ſententia judex debet definire, quod fieri (5) oportet de impenſis, quas altera pars ab adverſario ſuo paſſa (6) eſt. Et ſi quidem jurejurando terminare quantitatem (7) ſumptuum judex exiſtimaverit (8): faciat ejus (9) taxationem; & ſecundum quod is, qui vicit (10), juraverit, non ultra taxationem, ſic (11) adverſarium ejus condemnet. Sin autem propter varietatem litis in nullos ſumptus [12] condemnare alterum eorum (13) voluerit, & hoc in arbitrio ejus deponatur [14].

Omnia autem, quæ (15) de provocationibus, vel (16) recuſationibus; & ut viginti dierum (17) poſt admonitionem (18) reus inducias habeat (19); & ſi quid aliud judiciale conſtituimus (20), in ſua firmitate maneat (21).

XI. (*b*) Nemo cum jurejurando judicem cum adverſario ſuo accipiat; talia enim arbitria nullius momenti ſunt. Sin autem cum compromiſſo pœnali aliquis [22] judicem elegerit: res cauta erit: & duorum (23) alterum neceſſe eſt fieri; vel ſententiam judicis impleri; vel ſi hoc is (24), qui condemnatus eſt, recuſaverit (25): pœnam compromiſſi præſtari (26). Magiſtratus autem Reipublicæ (27) ſi interpellati fuerint, curent, ut pœna compromiſſaria exacta ab eo, qui obtemperare arbitrio noluit [28], adverſario ejus reſtituatur. In ſumma autem dicimus (29) poſt hac [30] licitum non eſſe, ut cum ſacramento litigatorum arbiter eligatur. Et ſi quidem cum ſponte ſua (31) contra jus ſententiam dederit (32): ipſe Deo (33) rationem daturus eſt. Sin autem per imprudentiam aliquid non jure [34] judicaverit: hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem cætera jura, quæ de compromiſſariis introducta ſunt, vel aliis (35) arbitriis non cum ſacramento receptis a veteribus legibus, vel a nobis introducta ſunt, in ſua firmitate innovata (36) permaneant.

XII. Omnes autem (37) judices provocationes ſibi porrectas ſuſcipiant; niſi (38) forte Præfectus Prætorio ſit. Nam in hac ſede jus retractationis (39) integrum cuſtodiri præcipimus.

XIII. (*c*) Omnes (40) lites ſecundum leges & Conſtitutiones dirimantur (41): quamvis juſſio noſtra, vel pragmatica ſanctio contrarium ſtatuerit: & provocationes ſibi porrectas admittant in his, ſcilicet cauſis (42), in quibus provocare licitum eſt.

Si quid (43) dubium judicibus videtur (44), hoc ad noſtram majeſtatem referant (45), & competens reſponſum mereantur.

NOVELLA LXXXIII. (*d*)

SI quis cum clerico litigium habuerit (46): *11.q.1.c.46.*
ſi quidem de cauſa pecuniaria; adeat prius Epiſcopum, cujus judicio clericus ſubpoſitus eſt: ille enim (47) ſine damno, ſine dilatione (48) competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit (49) [vel non potuerit] Epiſcopus litem dirimere: tunc ad civilem judicem (50) diſceptatio cauſæ perveniat (51). Ubi autem Epiſcopus cauſam (52) dirimere vult: ſine ſcriptura omnia procedant, & definitiva ſententia ſine ſcriptis ab eo proferatur (53): niſi for-

(1) *Singuli autem.* (2) *Prætorio accipiant.* alii, *Prætorii accipiant.* (3) *autem.*
(4) *litis.* [5] *quid fieri.* A. (6) *paſſa.*
[7] *quantitatem.* (8) *æſtimaverit.* alii, *examinaverit.* (9) *faciat &.* alii, *faciat.*
[10] *vicerit.* alii, *vincit.* (11) *faciat exactionem, ſic.* alii, *ſic.* [12] *in nullo ſumptu.* alii, *nullo ſumptu.* (13) *alterutrum.* A. alii, *alteri alterum.* (14) *ponatur.* A. alii, *eſt.*
(15) *quæ.* [16] *&.* (17) *dies.* (18) *monitionem.* (19) *habeat.* (20) *conſtituiſſet.* (21) *permaneat.* (22) *quis.* [23] *duorum enim.*
(24) *ſi is.* (25) *retractaverit.* (26) *præſtare.*
(27) *populi Romani.* (28) *arbitrio noluerit.* alii, *noluerit.* [29] *conſtituimus.* Ivo.
(30) *per hoc.* [31] *ſi enim.* Ivo. alii, *ſi quidem ſponte ſua.* A. (32) *dixerit.* A.

(33) *ipſe denuo.* Ivo. alii, *ipſe quidem Deo.* (34) *non juſte.* A. (35) *de aliis.*
(36) *non novata.* (37) *Omnes.* (38) *& nulli.* alii, *ſit permiſſum, niſi.* (39) *Retractionis in.* [40] *Omnes autem.* [41] *dirimentur.* Ivo parte 4. *breviantur.*
[42] *caſibus.* (43) *Si quid autem.* alii, *Si quod.* (44) *videatur.* A. (45) *reſervent.*
(46) *habeat.* (47) *autem.* Ivo. & Grat.
[48] Ivo parte 6. & Grat. *& ſine dilatione.* alii, *& dilatione.* [49] *vel non potuerit.* Ivo. Grat. & alii, *noluerit.* (50) *civiles judices.* Ivo. (51) *fiat.* [52] *litem.*
[53] Ivo parte 6. *ab eo ſine ſcripturis inſeratur.* Idem parte 16. *ab eo ſine ſcriptis inferatur.* Grat. *ab eo ſine ſcriptis feratur.* alii, *ſine ſcriptis ab eo producatur.*

(*a*) Vide Auth. Poſt jusjurandum. C. *de judiciis.*
(*b*) Vide Auth. Decernit. C. *de recept. arb.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 148. decreti, ut *cap.* 12. conſtit. 73.
(*c*) Refert Ivo *parte* 4. *cap.* 192. ut ex Nov. conſt. *lib.* 7. *cap.* 73. & *parte* 16. *cap.* 149. ut ex conſtit. 73. *cap.* 14.
(*d*) Eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 6. titulo *Ut clerici apud proprios Epiſcopos primum conveniantur.* Hac græca Haloander caruit, ut liber Florentinus, & Baſilicorum, eam tamen Scringerus græce, latine Agylæus ediderunt. Vide Auth. Niſi breves. C. *de ſent. ex peric. vel ex brevicido recit.* & Auth. Clericus. C. *de Epiſc. & cler.* Juliani verba refert Ivo *parte* 6. *c.* 427. ut conſt. 83. *c.* 1. & *parte* 16. *c.* 150. ut conſt. 74. *c.* 1. & Grat. 11. *q.* 1. *c.* 46. Si quis cum clerico. ut conſtit. 74. *c.* 1.

ſorte partes [1] voluerint, ut in ſcriptis ea inſeratur [2]. Quod ſi de criminali cauſa litigium emerſerit [3]: tunc competentes judices in hac civitate, vel in provinciis interpellati [4], conſentaneum legibus terminum cauſæ [5] imponant: ita tamen, ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat a litis conteſtatione numerandum (6). Non aliter autem (7) puniatur clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus (8) fuerit ab Epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sin autem crimen eccleſiaſticum eſt: tunc ſecundum canones ab Epiſcopo ſuo [9] cauſæ examinatio, & pœna procedat (10), nullam communionem (11) aliis judicibus in hujuſmodi cauſis [12] habentibus.

Si quæ lites jam (13) conteſtatæ ſunt in judiciis civilibus, ſecundum priora jura ſuum finem expectent. Omnia autem privilegia, quæ data ſunt a nobis ſacroſanctis eccleſiis, & religioſis Epiſcopis, & clericis, ſive monachis, maneant immutabilia.

NOVELLA LXXXIV. (a)

SI quis deceſſerit [14] ſine liberis; ſine patre (15), & matre; & fratres ejus ab inteſtato ſucceſſionem ipſius capere velint (16): ſi quidem (17) juris diverſi ſunt, & quidam ex his (18) fuerint conſanguinei, non autem (19) ex eadem matre nati; vel ex eadem matre nati, non autem conſanguinei (20), & alii appareant ejuſdem patris, & ejuſdem matris (21) progeniti: ipſi aliis anteponantur fratribus. Nam & anteriores leges quodammodo hoc fieri præcipiunt: nam in illis cautum [22] eſt, ut ſi pater meus defuncta forte matre mea aliam [23] uxorem duxerit, & liberos habuerit (24); deinde ex (25) nuptialibus lucris; vel aliis, quæ adquiſitionem effugiunt, emolumentum uni ex his contigerit; & mortuus fuerit: ut anteponantur mihi fratres ipſius, qui non ſolum conſanguinei ſunt, ſed etiam ex eodem ventre nati, ex quo & ipſe progenitus eſt. Hæc autem Conſtitutio teneat non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam [26] in præteritis; niſi judiciali calculo, vel amicali (27) compoſitione deciſi ſunt.

NOVELLA LXXXV. [b]

I. NEmo arma facere audeat, niſi qui in publicis fabricis, & matriculis fabricenſium præferuntur: & privatis hominibus non vendant. Numerorum autem fabricenſes nova arma non faciant, ſed vetera, quæ militum ſunt, adcurent. Si quid autem (28) novum fecerint: hoc ademptum noſtro armamentario addicatur. Eadem dicimus & de publicis balliſtariis, ut nemo nova arma faciat, ſed vetera renovet. Si quid vero novum fecerit; hoc ad publicum armamentum uniuſcujuſque civitatis pertineat.

Hæc autem obſervari oportet non ſolum ab ipſis balliſtariis periculo eorum, ſed etiam patribus (29) civitatum, ſub quibus & balliſtarii ſunt, & publica armamenta, & diligentia eorum, & cuſtodia (30). Si enim inveniatur fabricenſis arma vendens: curabit Præſes provinciæ hujuſmodi homini pœnam competentem imponere: & ab emptore, & ſine pretio vindicare, & publico addicere. Eadem dicimus & de his, quos deputatos numerorum vocant.

II. Sanctimus, ut privatus homo arma non faciat, niſi ſolum (31) fabricenſes, qui ad arma facienda militant (32), & de [33] publico aluntur. Oportet autem glorioſiſſimum Magiſtrum Officiorum quinque chartularios de ſcrinio fabricæ deputare bonæ opinionis homines, & primates ſcrinii; ut quærerent (34) de privatis hominibus (35) qui arma facere audent: & ſi quos idoneos invenerint, de eis (36) ad nos referant, ut matricula [37] eorum perſpecta noſtra reſcriptione confirmentur, & in militia inſcribantur [38], & fiant publici fabricenſes. Nam ſi [39] ea fuerint obſervata (40), ruſtici homines armorum copiam non habebunt. Oportet autem omnes [41] ſcriniarios, qui mittuntur ad inquiſitionem privatorum, qui arma fa-

[1] Ivo, & Grat. his verbis carent.
(2) *proferatur.* (3) *emerſit.* (4) *interpellati.* Ivo. [5] *cauſis.* (6) Grat. *numerandum. In criminalibus vero cauſis nunquam ſine ſcriptura procedere debet.* Hæc etiam verba in veteribus Gratiani libris deſunt. alii, *numerando.* (7) *autem.* (8) Ivo parte 6. *nudatus.* alias *privatus.* (9) *Epiſcopo ſoli.* Ivo. alii, *ab Epiſcopo ſuo ſola.* alii, *ab Epiſcopo ſolo.* (10) *procedant.* Grat.
[11] *communicationem.* [12] Grat. *in hujuſmodi caſibus.* alii, *in his cauſis.*
(13) *lites.* [14] *deceſſit.* [15] *& ſine patre.* (16) *capere poſſunt, & debent.*

(17) *ſin autem.* (18) *ex eis.* (19) *non enim.* (20) *non ex eodem patre nati.*
(21) *eidem patri, & eidem matri.*
[22] *dictum.* (23) *aliam.* (24) *habeant.*
(25) *de utraque ex.* [26] *ſed &.*
(27) *amicabili.* (28) *Si quid.*
(29) *a patribus.* (30) *cuſtodia, ut eos non faciant arma.* Vet. Cod. forte, *cuſtodiant eos, ne faciant arma.* (31) *ſed ſoli.*
(32) *militum.* (33) *etiam de.* [34] *& quærere.* (35) *omnibus.* [36] *de his.*
(37) *nomina.* (38) *ſcribantur.*
(39) *Attamen ſi.* [40] *Sed hoc facto, & legitime obſervato.* (41) *eos.*

[a] Hæc eſt conſtit. 12. ejuſdem collationis 6. titulo *de conſanguineis, & uterinis fratribus.* Hac etiam carent Haloander, Florentinus liber, & Baſilicorum. Eam quoque Scringerus græce, Agylæus latine ediderunt. Vide Auth. Itaque. C. *commun. de ſucceſſ.*
[b] Hæc eſt conſt. 13. ejuſd. collat. titulo *de armis.* Hanc græce, & latine Haloander edidit.

faciant (1), depoſitiones a magiſtratibus [2]& Defenſoribus, & Patribus civitatum accipere; quod nemini privato concedant arma facere. Si enim conceſſerint: Alexandrinæ quidem civitatis Præfectus viginti librarum auri pœna percellatur, & magiſtratu ſuo careat [3]; & officium (4) ejus viginti librarum auri pœna (5) multetur, & capitali ſupplicio punietur [6]. Cæterarum antem provinciarum Præſides denas libras auri pœnæ nomine præſtare, & magiſtratn ſuo carere jnbemus: Offeiales (7) autem, & Defenſores, & Patres civitatum tres auri libras dare (8), & capitali puniri ſupplicio.

III. Nemo privatus faciat, aut comparet arcus, vel tela, vel ſpathas, vel gladios, quos παραμήρια vocant, vel Zabas, ſive loricas, vel contos, aut lanceas quocumque modo fiant, vel quæ ab Iſauris μονοκόντια dicuntur, vel Zibynnos, quos miſſibilia vocant, vel ſcuta, vel caſſides. Liceat autem privatis hominibus (9) facere, & comparare cultellos minimos, quibus in bello quiſpiam uti non poteſt.

IV. Sciant Chartularii ſcrinii fabricæ, quod ſi hæc ſaluberrima noſtra conſtituta (10) contempſerint, non ſolum pecuniarias pœnas ſubſiſtent (11), ſed etiam corporales, & militia ſua carebunt, & ſcrinium eorum ad curam fabricæ nullam communionem habebit; ſed aliis hæc cura a nobis committetur.

NOVELLA LXXXVI. (a)

I. SI quis propter civilem, vel criminalem cauſam Præſidem provinciæ adierit; & ille contempſerit actorem, vel alio modo cauſam cognoſcere ſecundum leges contempſerit: liceat actori ſupplicare civitatis Epiſcopo; & hoc ipſum in [12] querimoniam deducere: ut religioſus antiſtes, vel ipſe ad Præſidem veniat, vel ſuos homines mittat, per quos compellere (13) Præſidem ſine dilatione, & injuria litem dirimere poſſit (14). Quod ſi tanta imprudentia (15) rector provinciæ teneatur, ut nec Epiſcopo, nec clericis ejus (16) imminentibus juſtitiam ſequatur: tunc liceat Epiſcopo, ſi voluerit actor (17) ad noſtram pietatem venire [18], & preces fundere, dare ei litteras, per quas nobis declaretur ſuperbia, atque injuria Præſidis. Nos enim & actori medebimur, & Præſidi competentem vindictam imponemus.

II. (b) Si cui (19) Præſes provinciæ ſuſpectus eſſe videatur [20]; & litigare apud eum ſolum noluerit: liceat ei Epiſcopum invocare, ut cum ipſo (21) confidente litem (22) audiat: & vel amicali (23) compoſirione litigatores tranſigere faciant (24), vel more παραστημενέστως (ideſt naturaliter) litem audiant [25], vel cognitionaliter: ita tamen ut ſententia [26] legibus conſentanea imponatur (27).

Si quis autem non (28) adito Præſide provinciæ (29), & ſine litteris Epiſcopi in hanc venerit civitatem, & de aliqua cauſa nos moleſtaverit: ſciat ſe tales pœnas ſubiturum, quales paſſurus eſſet (30) Præſes provinciæ, ſi aditus [31] eum contempſiſſet (32).

III. Si quis a Præſide provinciæ injuriam paſſus fuerit, adeat civitatis Epiſcopum: ut ſi arbitrio ejus Præſes condemnatus ſit: ſatiſfaciat homini injuriam paſſo. Sin autem hoc Præſes (33) facere noluerit; & veniat ad noſtras piiſſimas aures: ſi quidem juſtam ſententiam religioſiſſimi civitatis Epiſcopi comprehendamus: ultimis ſuppliciis Præſidem affici jubemus: ſin autem Innocentem eum inveniamus: neceſſe eſt, ut nullum reſponſum a noſtra clementia (34) calumnioſus actor accipiat.

IV. Jurent (35) officiales Præſidum, ut lites ſubjectorum [36] dirimantur (37); & non accipiant (38) ſportularum nomine plus, quam [39] noſtra Conſtitutione cavetur (40). Quod ſi contra hoc [41] fecerint: ultimis ſuppliciis ſubiiciantur.

V. Si Epiſcopus propter gratiam Præſidis ſupplices (42) contempſerit: ex ſacris regulis pœnæ ſubiiciatur.

VI. In civitatibus, in quibus Præſides præſto non ſunt, adeant litigatores Defenſorem (43) civitatis, & ille audiat [44] cauſas. Sin autem Epiſcopum judicare ſibi maluerint: hoc quoque fieri jubemus.

(1) *faciunt.* (2) *& a magiſtratibus.* (3) *careat.* (4) *officium autem.* [5] *libris auri.* [6] *puniatur.* (7) *Officium.* (8) *trium auri librarum pœna multari.* (9) *omnibus.* (10) *ſtatuta.* alii, *inſtituta.* (11) *ſuſtinebunt.* (12) *& ipſam.* (13) *compellat.* [14] *dirimere.* alii, *dirimat.* (15) *impudentia.* A. (16) *clericis.* (17) *actorem.* (18) *mittere.* (19) *Si quis.* (20) *videtur.* Ivo. (21) *ut cum eo.* alii, *& cum ipſo.* (22) *cauſam.* Ivo. (23) *& vel amicabili.* alii, *vel amicabili.* (24) *faciat.*

(25) *audiant.* alii, *eos audiant, ideſt naturaliter.* (26) *ſententiam.* (27) *imponat.* (28) *non.* [29] *Præſide.* (30) *erat.* alii, *eſt.* (31) *aditus audire.* (32) *contempſerit.* (33) *hoc.* (34) *reſponſum.* (35) *Curent.* alii, *Cum res exigit.* [36] *ſubditorum.* (37) *dirimant.* (38) *capiant.* alii, *ſuſcipiant.* (39) *plus, quam quod.* alii, *niſi in quantum.* [40] *jubetur.* (41) *hi contra hoc.* alii, *contra.* (42) *ſupplicem.* (43) *Defenſorem.* [44] *illi audiant.*

[a] Hæc in libro Auth. eſt conſt. 10. collat. 9. tit. *Ut differentes judices audire interpellantium allegationes cogantur ab Epiſcopis.* Eandem ab Haloandro græce, & latine edita eſt.

(b) Vide Auth. Si vero. C. *de judiciis.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 143. ut conſt. 66. *cap.* 2.

VII. Nemo Epiſcopus, vel (1) clericus ſine litteris Patriarchæ, vel Epiſcopi ad hanc florentiſſimam (2) civitatem veniat.

VIII. Neque Præfectianus, neque in rebus agens, neque alius cujuslibet (3) condicionis homo in provinciam (4) veniens plus exigat ſportularum nomine, quam noſtra (5) Conſtitutione cavetur. Sin autem plus exegerit: ſuo periculo Præſes ſecundum leges in eum vindicet [6]. Quod ſi hoc facere neglexerit: Epiſcopus civitatis ad nos referat: & tam de Præſidis negligentia indicet, quam de dignitate, vel militia, vel alia condicione ejus, qui plus exegerit: ut nos in utrumque [7] competentem coertionem imponamus.

NOVELLA LXXXVII. [a]

NEmini liceat curiali condicioni obnoxio aliquid donare de ſua ſubſtantia, niſi quod pertineat (8) ad donationem propter nuptias ſive pro ſemetipſo, ſive pro liberis [9] dederit. Liceat autem eis & dotare filias ſuas, ſi nuptias contrahant: aliter autem non (10) liceat eis immobiles res ſuas donare ſive mortis cauſa, ſive non mortis cauſa. Vendere autem ſi velint, liceat eis ſecundum noſtras Conſtitutiones. Nam & dotem dare pro filia ſua (11) curialis homo poteſt (12) uſque ad eum modum, qui Conſtitutione comprehenſus eſt. Scire autem oportet, quod aliis privatis hominibus non eſt interdictum donationes mortis cauſa facere, & quas voluerint condiciones inſerere. Nam eis conceſſum (13) eſt etiam talem condicionem addere, ut non liceat donatori mortis cauſa donationem revocare; alias autem condiciones obſervare. Sed & non mortis cauſa donationes qui velint, ſecundum leges faciant.

NOVELLA LXXXVIII. (b)

I. QUidam Titio depoſuit pecuniam, vel alias res ſub aliquibus condicionibus; ut ſi impletæ fuerint, reddatur ei depoſitum: deinde implevit (14); & depoſitarius nihil reddere vult: jubet Conſtitutio teneri eum, quia condicionibus impletis res depoſitas reddere debet. Sed, & ſi venerit aliquis & denuntiaverit depoſitario, ne aliquid reddat: nihil hoc ei, qui depoſuit, noceat. Quidquid enim damni poſt talem denuntiationem, vel fortuito (15) caſu depoſitis rebus contigerit (16): hoc ad eum, qui denuntiavit, pertinet, ut depoſitario (17) indemnitas conſervetur. Hoc amplius, ſi pecunia erat depoſita; & eam reddi quiſpiam denuntiatione prohibuerit: ex eo tempore cogendus eſt tertiam centeſimæ uſurarum nomine depoſitario (18) præſtare uſque eo donec reddatur pecunia.

II. Si quis vel civiles (19) annonas dari prohibuerit alicui, cujus ſe creditorem dicit eſſe; vel ſi denuntiaverit inquilinis ne penſiones præſtent: quidquid damni ex hoc domini ſenſerint [20]; is, qui denuntiavit, reſarcire cogatur (21). Hoc amplius pecuniæ, quam prohibuit (22) dari, uſuram præſtet tertiam centeſimæ: & nemo dicat, quod poteſt dominus cautionem defenſionis inquilinis dare, & penſiones poſt denuntiationes exigere. Defenſio enim ſine fidejuſſore (23) omnino idonea non eſt; & non facile eſt fidejuſſorem omnibus invenire.

NOVELLA LXXXIX. (c)

HÆC Conſtitutio de liberis naturalibus loquitur: & dicit filios natos aut ingenuos, & legitimos eſſe; aut ingenuos, & naturales; aut naturales, & ſervos; aut omnino [24] nec naturales dignos (25) appellari. Eorum (26) autem, qui naturales ingenui, vel ſervilis condicionis ſunt, aut legitimi poſtea fiunt, aut in eodem ſtatu manent (27). Et ingenui quidem, atque legitimi filii naſcuntur, qui ex legitimis nuptiis procreati ſunt. Nuptias autem legitimas contrahi diximus (28) aliter in perſonis ſenatoriis (29), aliter in viliſſimis hominibus, aliter inter eos, qui mediaſtini (30) ſtatus ſunt. Succeſſiones autem parentium ad legitimos variis pertinent modis, de quibus pleniſſime juriſconſulti, & Conſtitutiones locuti [31] ſunt. Naturales autem liberi, ſive ingenui, ſive ſervi, quibus modis poſtea fiunt [32] legitimi, & per quas vias naturalibus ſuccedunt (33) parentibus; neceſſarium eſt exponere. Igitur

(1) *nec Epiſcopus*, *nec.* alii, *Epiſcopus*, *nec.*
(2) *ſanctiſſimam.* [3] *cujuſque.*
(4) *provincias.* (5) *quam quod noſtra.*
(6) *judicet.* (7) *utrique.* (8) *pertinet.*
[9] *liberis ſuis.* (10) *enim non.*
(11) *filiæ ſuæ.* (12) *poterit.*
(13) *commiſſum.* (14) *complevit.*
(15) *fortuito.* [16] *acciderit.*
(17) *depoſitarii.* [18] *depoſitori.* A.
(19) *civiles.* (20) *ſenſerunt.*
(21) *cogitur.* (22) *prohibuerit.*
(23) *fidejuſſione.* (24) *omnimodo.*
(25) *nec legitimos.* (26) *Eos.*
(27) *manere.* (28) *contrahimus.*
(29) *Senatorum.* A. (30) *medii.* (31) *locutæ.* A. (32) *fiant.* A. (33) *ſuccedant.* A.

(a) Hæc Conſtit. in libro Auth. deſideratur. Edidit eam græce, & latine Haloander ſub tit. *de donatione mortis cauſa facta a decurionibus.* Videndum eſt, an de hac ſenſerit Albericus verbo *Florus*, an vero de Nov. 38. an de utraque.

[b] Hæc eſt in libro Auth. conſt. 14. collat. 6. tit. *de depoſito.* Hanc etiam græce, & latine Haloander edidit. Vide Auth. Sed jam cautum. C. *depoſiti.*

(c) In libro Auth. hæc eſt conſtit. prima collat. 7. tit. *Quibus modis naturales efficiantur ſui.* Edidit Haloander eandem utraque lingua.

tur ſi quis filios ſuos naturales curiæ dederit, vel omnes, vel quoſdam, vel unum ex his: legitimos faciat ſecundum Divæ [1] memoriæ Theodoſii Conſtitutionem. Idem juris eſt ſi filiam naturalem curiali homini pater conjunxerit. Sed quia hæc pars de ſucceſſionibus & de aliis (2) multis dubietatem recipit: ordinarium eſt prius eam pleniſſime explanare. Igitur ſi quis naturalem filium, vel naturales habuerit, eumque, vel eos, vel quoſdam, vel unum ex bis legitimos facere voluerit: det eos (3) curiæ civitatis, quamvis Illuſtri dignitate decorati ſint; & fiunt legitimi exceptis ſcilicet (4) illis dignitatibus, per quas, & ſi curiales eſſent, hac condicione relaxati fuiſſent. Dari (5) autem eum curiæ oportet, vel in ſpectaculo toto populo confidente; vel actis (6) intervenientibus, vel in teſtamento ſuo, ſi ille non reclamaverit. Et hæc (7) omnia procedunt (8) ſive habeat legitimos filios pater, ſive non. Sin autem poſt mortem patris naturalis (9) ſpontanea voluntate ſeſe (10) dare curiæ maluerint: non aliter audiantur, niſi nullum legitimum filium pater reliquerit (11). Hæc autem [12] quæ de patre dicimus, optineant & in avo, & in proavo, & in (13) aliis hujuſcemodi perſonis. Sed ſi quidem ex provinciali civitate oriundus eſt is, qui filium [14] curiæ dare velit (15); in eadem civitate filium ſuum faciat curialem (16) ſive ipſe quoque pater curialis ſit, ſive non. Sin autem ex vico oriundus eſt: in ea civitate curialem faciat filium naturalem, cujus in territorio vicus eſt. Illo proculdubio obſervando, ut ubi quidem parens dat, non impediant legitimi filii: ubi autem filius ſeſe dare velit (17), impediatur legitimis filiis ſuperſtitibus. Sin autem parens (18) naturalis, vel Romanus ſit, vel Byzantius: liceat ei in qua voluerit metropolitana civitate filios ſuos (19) naturales curiæ dare. Eadem dicimus, & ſi quis filiam ſuam curiali homini conjungere maluerit.

II. Si curialis naturales tantum filios habuerit; liceat ei manumittere eos, & curiæ dare, & hoc modo legitimos facere. Ipſi quoque naturales liberi, ſi libertatem quoquo modo nanciſcuntur, mortuo patre, nullis legitimis liberis ſuperſtitibus, licentiam habeant curiæ ſe dare, & legitimum nomen mereri.

III. Si naturalis filius curiæ datus fuerit; legitimus patri ſucceſſor ab inteſtato exiſtat: ex (20) teſtamento capiat, quantum ei pater naturalis reliquerit, niſi forte legitimos filios ante habuit (21) tunc enim non plus habeat naturalis filius, qnam is, qui legitimus conſtitutus minimam habet portionem. Et ſi quidem mortuo patre, & [22] curialia munera ſubeat, & quod ei (23) donatum, vel relictum eſt [24], poſſideat: maneat (25) ſecurus. Sin autem res paternas velit reſpuere, ut curiali condicione liberetur: omnino non audiatur. Enimvero ſi (26) ab initio curialem condicionem contempſerit (27); poſtea autem in poſſeſſione paternarum rerum vel omnium, vel ex parte inventus fuerit (28): tunc curialis condicionis nexibus teneatur [29]. Quæ diximus de maſculis curiæ datis [30] intelligenda ſunt & de filiabus naturalibus, quæ nuptæ ſunt curialibus (31).

IV. Si filius curiæ datur (32): ipſi patri tantummodo legitimus fiat ſucceſſor, non etiam (33) parentibus, vel liberis ipſius, vel agnatis, vel cognatis ejus: niſi forte ab aliquo [34] ex his heres inſtituatur.

V. Si quis curiæ datus, & legitimus factus deceſſerit: ſi quidem habeat curiales (35) legitimos liberos; ad ipſos ſucceſſio ejus perveniat. Sin autem quoſdam curiales habeat, quoſdam bac condicione liberatos; ad curiales quidem novem unciæ ſubſtantiæ ejus veniant, ad alios autem tres unciæ. Quod ſi nullos liberos babeat: novem quidem uncias curia, & publicus (36) habeat (37); tres autem uncias, vel heredes, quos in teſtamento ſuo ſcripſit, vel bi, qui ab inteſtato ad hereditatem ejus vocantur. Sin autem ſcriptus heres, vel non ſcriptus curiæ ſe dare maluerit, & hereditatem ipſius habere; nullo modo prohibeatur: ſed habeat licentiam, ut cum curiali condicione novem uncias ad curiam, & publicum (38) pertinentes accipiat: ſi prius Imperatori ſupplicaverit; & hoc ipſum ei ab imperiali numine conceſſum fuerit.

VI. Si quis naturales habuerit liberos, poſteaque decedens in teſtamento ſuo curiæ eos dederit; & illi poſt mortem patris ſui naturalis conſenſerint: habeant novem uncias; qualitercumque diſtributionem pater (39) inter eos fecerit: ita tamen nt minus novem unciis non accipiant. Melius autem faceret pater, ſi totum aſſem eis reliquerit (40). Quod ſi quidam ex his conſenſerint, quidam autem noluerint curiales eſſe: ad eos, qui conſentiunt (41), novem unciæ perveniant; tres autem unciæ ad eos devolvantur, ad quos teſtator voluit. Quod ſi nullus ex naturalibus liberis curialem ample-

(1) *piæ.* [2] *& aliis rebus.* (3) *debet eos dare.* (4) *videlicet.* (5) *Dare.*
(6) *vel actis publicis.* (7) *hæc autem.*
(8) *procedant.* (9) *naturalis filii.*
(10) *ſe.* (11) *reliquit.* (12) *Non autem.*
(13) *avo, &c.* (14) *filium ſuum.*
(15) *voluerit.* [16] *liceat ei filium ſuum facere curialem.* (17) *voluit.* (18) *pater.*
(19) *filios.* (20) *& ex.*
(21) *ante habuerit.*

(22) *patre.* [23] *quod eſt.*
(24) *relictum.* (25) *& maneat.*
(26) *Si vero.* (27) *contempſerint.*
(28) *inventi fuerint.* [29] *teneantur.*
(30) *oblatis.* [31] *curialibus nupſerint.*
(32) *curiæ filius datus.* (33) *non autem.*
(34) *ab aliquibus.* (35) *curialis quoſdam.*
(36) *publicum.* A. (37) *habeant.*
(38) *curiæ, & publico.* (39) *eorum pater.*
[40] *relinqueret.* A. [41] *conſenſerint.*

ctitur [1] condicionem: ad ipſam curiam novem unciæ pertineant, ſcilicet ut ſecundum noſtram Conſtitutionem inter curiam, & publicum novem unciæ dividantur. Sed ſi quis nihil de naturalibus liberis ſuis dixerit, ſed ſilentio eos præterierit; illi autem ſua ſponte voluerint curiæ nexibus eſſe ſubjecti, ut patris naturalis ſucceſſionem capiant: liceat [2] hoc facere, ut novem accipiant uncias. Sed ſi pater naturalis filium ſervum habuerit, eumque manumiſerit, & curiæ dederit eum [3]: & ſi poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit, novem uncias accipiat. [Hoc amplius [4]: & ſi tantum manumiſerit, & non obtulerit; & poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit: tunc etiam nihilominus novem [5] uncias accipiat.] Idem dicimus, & ſi teſtator curiæ (6) dederit in ſuo teſtamento: omni enim (7) modo qui curialia (8) onera ſubire paratus eſt, novem uncias accipiat. Quod ſi omnes naturales liberi curiales eſſe volunt; pro rata portione inter eos novem unciæ diſtribuantur [9].

VII. Zenonis divæ memoriæ Conſtitutio, & Anaſtaſii lex de naturalibus liberis poſita, maneat ſecundum ſua tempora inconcuſſa. Sed & Divi Juſtini Conſtitutio id perpetuum maneat, quæ prohibet naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri (10).

VIII. Si quis cum libera muliere conſuetudinem habuerit; & ex ea naturales liberos procreaverit; poſtea autem affectione procedente dotalia inſtrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos, qui ante (11) inſtrumenta, quam illos [12], qui poſtea nati ſunt, legitimos, & in poteſtate patris fieri; ſive poſt inſtrumenta facta nati (13) filii deceſſerint, ſive omnino nati non fuerint: nulla diſcretione habita utrum alia ſubſit [14] legitima proles, an non. Sed & ſi quis conceptus ante inſtrumentum, poſtea natus fuerit: illud tempus, quo natus eſt, inſpiciatur, ut legitimus fiat (15), vel ſi proſit ei (16) tempus conceptionis, illud tempus obſervetur (17).

IX. (*a*) Si quis (18) filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua ſit, ut (19) dotalium inſtrumentorum compoſitio fieri non poſſit: vel ſi vivat (20) quidem mater eorum (21); ſed ea digna matrimonio non ſit; vel ſi cælata fuerit, ut uxor non ducatur: pater autem filios ſuos [22] legitimos facere velit [23]: liceat ei ſupplicare Principi, & hoc ipſum manifeſtare in precibus ſuis, ut Principe annuente ſtatus filiorum (24) confirmetur; ſcilicet ſi in his caſibus legitima proles non ſubſit (25).

X. (*b*) Si pater naturalis dum vivit, præcedentes obſervationes (26) non fecerit; ut filios ſuos naturales legitimos efficiat (27), componat teſtamentum, & in eo dicat ſe velle eos legitimos ſibi ſucceſſores exiſtere [28]. Et ſi hoc fecerit (29), liceat filiis hoc docere [30], & teſtamentum patris oſtendere (31), & legitimam hereditatem ejus adipiſci: ſic tamen ut prius principi ſupplicent (32), & hoc ipſum allegent (33).

XI. Hæc autem omnia (34) totiens locum habent, quotiens & ipſi liberi naturales conſentiunt. Si enim invitus nemo emancipatur; quanto magis non debet aliquis (35) ſui juris conſtitutus alienæ ſubiici poteſtati. Quod ſi quidam ex his (36) voluerint, quidam autem noluerint (37): hi, qui volunt, legitimi ſucceſſores exiſtant parenti. Illud autem certum eſt, quod legitimis filiis ſuperſtitibus tempore, quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur; niſi vel curiæ datus eſt, vel dotalia inſtrumenta cum matre ipſius (38) compoſita ſunt (39). Nemini autem liceat filium naturalem adoptare, & eo modo eum legitimum facere.

XII. (*c*) Si quis filios naturales habuerit, ſi quidem legitimos eos (40) prædictis modis effecerit (41): ita ei ſuccedant (42), quemadmodum ex nuptiis lege (43) cognitis procreati patribus (44) ſuis ſuccedunt. Sin autem naturales permanſerint: ſi quidem legitima proles ſubſit, non liceat patri filiis naturalibus, & matri eorum, idest concubinæ ſuæ ultra unam unciam dare, ſive inter vivos, ſive mortis cauſa, ut ſemunciam concubina habeat, ſemunciam liberi: quidquid (45) autem plus (46) dederit, hoc habeant legitimi filii. Sed & ſi (47) ſolam habeat concubinam, non plus ei, quam ſe-

(1) *complectatur.* (2) *liceat eis.*
(3) *dederit: novem uncias ei relinquere compellatur.* (4) deeſt in veteri libro hæc periodus, quam retinendam cenſeo.
[5] *novem.* (6) *eum curiæ.* A.
[7] *omni.* (8) *curiæ.* (9) *dividantur.*
[10] *facere.* (11) *qui ante dotalia.*
[12] *eos.* (13) *nati.* [14] *ſit.* [15] *ſit.*
(16) *proſit.* (17) *obſervet.* (18) *Si quis autem.* (19) *ſit, &c.* (20) *ſi viva.*
(21) *mater.* [22] *pater vero filios.*
(23) *vult.* (24) *filiorum ſuorum.*
(25) *ſit.* [26] *præcedentem obſervationem.* (27) *ſibi faciat.*
(28) *ſucceſſores ſuos exiſtere ſibi.*
(29) *hæc fecerit.* alii, *hoc dixerit.*
(30) *dicere.* (31) *docere.* (32) *ſupplicaverint.* (33) *allegaverint.* [34] *autem.*
(35) *debet.* [36] *ex eis.* (37) *quidam non.* (38) *ejus.* (39) *ſint.* [40] *legitimos.*
[41] *fecerit.* (42) *ſuccedunt.*
(43) *legibus.* A. (44) *parentibus.*
(45) *ſi quid.* (46) *plus ei.*
(47) *Sed ſi.*

(*a*) Vide Auth. Præterea. C. *de natur. liber.*
(*b*) Vide Auth. Item ſine. C. *eod. tit.*
(*c*) Vide Auth. Nunc. & Auth. Licet. *eod. tit.* Partem hujus capitis refert Ivo *lib.* 6. *tit.* 3. *c.* 3. Panorm. ut Nov. conſt. 89. & *parte* 8. *c.* 60. decreti, ut Nov. conſt. 79. & *parte* 16. *c.* 151. ut conſt. 79.

ſemunciam præſtet. Quod ſi nullos filios (1) habeat, liceat ei & in toto aſſe filios ſuos naturales heredes ſcribere (2), niſi forte parentes (3) habeat: tunc enim parentibus legitima portione relicta reliquæ partes [4] ad naturales filios tranſire poſſunt (5). Eadem licentia eſt patri præſtanda, & ſi donatione vel alioquocumque titulo, vel vivus, vel moriens ſubſtantiam ſuam naturalibus filiis præſtare voluerit. Illo (6) proculdubio obſervando (7), ut concubinam ille habere (8) poſſit, qui uxorem non habet. Hæc (9) autem totiens teneant (10), quotiens naturalis (11) pater, vel teſtamento, vel alio ultimo judicio ſuam declaraverit voluntatem. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & neque [12] filios habuerit, filiaſve, neque nepotes, aut neptes, vel deinceps alias (13) perſonas; habeat autem in domo ſua concubinam liberam, ex qua etiam filios habuerit [14]: tunc etiam (15) inteſtato patre naturali mortuo duas uncias habeat dividendas inter eos pro virili portione, & mater eorum unius filii partem (16) accipiat: & hæc ita ſe habeant, quamvis adgnatus, vel cognatus, vel patronus, vel fiſcus inteſtato defuncto patri naturali ſucceſſerint (17). Sed & ſi concubina, ante quam pater moriatur, deceſſerit: nihilominus naturales filii duas uncias inteſtato patre mortuo integras capiant (18). Idem dicimus, & ſi concubina ſeparata eſt ab eo (19). Nemo autem intelligat (20) concubinam, quando (21) cum multis mulieribus concumbere concubitor ſolet (22). Nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet (23), aliam habere durante eodem (24) matrimonio non poteſt: ita & qui unam concubinam habet, non poteſt aliam eo (25) tempore habere. Nulla autem differentia eſt, utrum maſculi, an feminæ ſint, qui, quæve ex tali concubinatu (26) progeniti, vel progenitæ ſunt. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & legitimos liberos reliquerit (27), & naturales: nihil quidem naturales accipiant (28), alantur autem a fratribus ſuis, ideſt a legitimis filiis defuncti ſecundum ſubſtantiam, quæ ad eos pervenit ex patre, quemadmodum vir bonus æſtimaverit, ideſt viri boni arbitratu (29). Idem juris eſt, & ſi (30) uxorem quidem habeat, liberos (31) autem naturales ex concubina ante mortua, ut hi (32) alantur a ſucceſſoribus ejus [33]. De nepotibus enim naturalibus ea, quæ conſtituimus in Codice, teneant.

XIII. (*a*) Sed quemadmodum liberis naturalibus conſultum eſt: ſic & ipſi debent patribus ſuis naturalibus viciſſitudinem dare, & in alimoniis, & in ſucceſſionibus, quemadmodum in ipſis filiis conſtitutum eſt.

XIV. Si pater naturalis aliquid dederit, vel reliquerit filio ſuo (34); liceat ei præſtare tutores, vel curatores in iiſdem rebus confirmandos. Liceat autem, & matri tutelam filiorum (35) naturalium ſuſcipere; & omnia facere, quæ in legitimis liberis (36) facere ſolet.

XV. [*b*] Hæc [37] Conſtitutio non pertinet ad eos liberos [38], qui ex nefariis procreationibus procreati [39] ſunt; ideoque nec alimoniam (40) eis parentes, vel fratres debent. Conſtantini autem divæ memoriæ lex ad Gregorium reſcripta [41] penitus evacuetur.

NOVELLA XC. (*c*)

I. (*d*) NUllius [42] recipiatur teſtimonium [43], niſi ejus, qui ſit bonæ opinionis (44); quem vel (45) dignitas commendet

(1) *filios legitimos*. A. (2) *inſtituere*.
(3) *pater naturalis parentes*. [4] *reliqua pars*. (5) *poteſt*. alii, *poſſint*. (6) *Illud*.
(7) *obſervandum eſt*. (8) *habere*.
(9) *Hoc*. [10] *teneat*. (11) *& naturalis*.
(12) *neque*. (13) *& deinceps*.
(14) *habuit*. (15) *&*. (16) *portionem*.
(17) *ſucceſſerit*. (18) *accipiant*.
(19) *a viro*. (20) *intelligitur*. Ivo in Panorm. *intelligatur*. Idem in decreto.
(21) Ivo. *habere*, *qui*. alii, *illius*, *qui*.
(22) *ſolet*. Ivo. (23) *habeat*. Ivo in Panorm.
(24) *eo durante*. (25) *alias eodem*. Ivo in Panorm. *alias eo*. Idem in decreto. (26) *concubina*. (27) *habuerit*. (28) *capiant*.
(29) hæc deſunt in quibuſdam libris. (30) *ſi*.
(31) *filios*. (32) *ut & hi*. (33) *ſuis ſucceſſoribus*. (34) *filio*. (35) *filiorum ſuorum*.
[36] *in legitimis*. alii, *legitimi*.
(37) *Hæc autem*. (38) *eos*. (39) *nuptiis procreati*. A. alii, *nuptiis creati*. alii, *procreati*. (40) *alimonias*. (41) *ſcripta*.
(42) *Nullum*. alii, *Nullus*. [43] *in teſtimonium*. (44) Ivo parte 16. *bona opinione*. Idem in Panorm. *bona opinione habitus*.
[45] Ivo. *vel quem*. alii, *quem*.

[*a*] Vide *d.* Auth. Licet.
(*b*) Vide Auth. Ex complexu. C. *de inceſt. & inut. nupt.* & *d.* Auth. Licet.
(*c*) Hæc eſt conſtit. 2. collat. 7. tit. *de teſtibus*. Eam græce, & latine edidit Haloander. Nec non a beato Gregorio, qui græcam linguam ignorabat, referuntur latina quædam verba hujus conſtit. quæ neque cum verbis Juliani, neque cum verbis Authenticor. conveniunt; quamvis ſententia eadem ſit. Idem quoque refert alia verba Nov. conſt. 123. Quo fit, ut ab illis diſſentiam, qui putant Authenticor. interpretem Gregorio antiquiorem, aut æqualem fuiſſe, & Juſtiniani temporibus proximum. Mihi probabilius eſt Irnerii, & Bulgari tempore monachi cujuſdam opera græcum librum repertum, & a Berguntione Piſano, qui græca verba Digeſtor. convertit, Latinum factum eſſe. Vidend. Odofr. in *l.* 2. *D. de legib.* & in *l. un.* C. *de emend.* C. ubi Alberic. Azo, & Jo. in proœmio Auth. Divi Gregorii epiſtula eſt *lib.* 11. regiſtri *c.* 54. unde ſumpſit Bernardus Papienſ. *c.* 3. *de teſtibus*. in prima collectione decretalium, & ab eo Greg. 9. *c.* 2. *de teſtibus*. Vidend. etiam Grat. 11. quæſt. 1. *c.* 39. *de perſona*. & 2. quæſt. 1. *c.* 7. in primis, quæ capita ex ead. epiſt. ſunt.
[*d*] Refert Ivo *parte* 16. *c.* 152. decreti, ut conſtit. 80. *c.* 1. & *lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 3. Panorm. ut conſtit 30. *c.* 1.

det [1], vel militia, vel vitæ honeſtas, vel artis laudabilis titulus, vel etiam aliorum teſtium vox de bona vita ejus (2) conſentiens. Alius autem teſtis ſi viliſſimus (3) io judicio productus fuerit: liceat judici, ſi hoc exiſtimaverit (4), & tormentis eum ſubiicere (5) in hac quidem florentiſſima urbe [6] per prætoris officium, in provinciis autem per deſeoſorem civitatis.

II. (*a*) Si quis autem ſcripſerit [7] ſe debere alicui pecuniam; poſtea autem dicat ſe ſine ſcriptis eam ſolviſſe (8): non audiatur, quamvis teſtes produxerit, niſi ſecundum obſervationem Conſtitutionis noſtræ. Si tamen (9) teſtes duorum alterum dicant, vel quod præſentibus ipſis, & ad hoc ipſum (10) rogatis (11), debitor creditori pecuniam ſolvit, vel quod ad hoc ipſum (12) accepti audierunt [13] creditorem dicentem pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe. Non enim admittimus (14) teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiſſe aliquem dicentem pecuniam ſibi ſolutam eſſe (15). Sed nec tabulariorum (16) præſentia ſola ſufficit, niſi teſtes quoque rogati ſubſcripſerint (17); & ipſa principalis perſona, ſi litteras ſciat, ſuas depoſitiones per ſcripturam (18) declaraverit: ſed & in (19) hoc caſu ſiquidem bonæ opinionis teſtes inventi fuerint, recipiantur. Sin autem viliſſimi homines ſunt (20), qui & (21) pecunia corrumpi facile poterunt (22), & perjurare non timebunt; tormentis (23) ſubiiciantur. Sin autem teſtes contraria ſibi dicant: oportet judicem, ſi contrarietatem teſtimoniorum perſpexerit (24) in ipſis conſtitutam, quæ totam cauſam contineat, reprobare eos: plurium autem (25), & bonorum teſtimonia ſequi (26), & eos, qui contraria ſibi dixerint (27), ſi quidem per errorem, cum venia dimittere (28): ſin autem per aſtutias aliquas; tormentis ſubiicere.

III. (*b*) Si quis io una, eademque lite teſtes ter produxerit; & renuotiaverit teſtium productioni; & exceperit teſtimonia vel ipſa, vel perſcriptiones adverſarii ſui: poſtea non concedatur (29) quartam productionem teſtium facere. Enimvero ſi non exceperit, neque ipſa teſtimonia, neque perſcriptiones adverſarii ſui (30): liceat ei quarta uti productiooe teſtium; ita tamen ut juret prius neque ſe excepiſſe, neque procuratorem ſuum, vel patrooum, vel alium hominem ſuum; nec aliquo (31) dolo, vel arte (32), vel calliditate quartam productionem deſiderare. Hoc amplius (33) & ſi ſemel, aut bis produxerit (34) teſtes, & renuntiaverit productiooibus, ac poſtea velit producere; oon audiatur, niſi in eo (35) caſu, neque teſtimonia excepit, neque perſcriptiones adverſarii ſui; quamvis divina juſſio dederit ei licentiam producendi.

IV. (*c*) Antiquitus eſt conſtitutum, ut ſi in hac florentiſſima civitate litigium fuerit motum, & adhuc cauſa pendente (36) opus fuerit teſtium productione; teſtes autem in provincia degerint (37): ut illuc actis intervenientibus mittantur partes, ſive procuratores earum (38), & apud defenſorem (39) civitatis teſtes producti dicant ea, quæ ſciunt; & poſtea in hanc civitatem acta mittantur, & competenti calculo a judice cauſa terminetur (40). Idem jubet Conſtitutio obtinere, & ſi in (41) provincia litigium fuerit motum, & teſtes in hac degerint (42) civitate, vel in alia provincia actis: enim [43] intervenientibus apud quemvis (44) eloquentiſſimum judicem teſtes producantur: vel ſi in alia provincia teſtes ſint, apud deſeoſorem acta conſiſtant, & ſignata [45] præſtentur vel ei, qui produxit, vel adverſario ejus: nec (46) quaſi excipienti denegetur iterum ei teſtes (47) producendi licentia. Hæc [48] autem in pecuniariis cauſis optineant [49]: nam in criminalibus cauſis ipſæ (50) perſonæ teſtium oeceſſariæ ſunt.

V. [*d*] Si teſtis productus ſervus eſſe dicatur, ille autem dicat ſe liberum eſſe: ſi quidem ingenuum; ſcribatur qnidem (51) teſtimo-

[1] Ivo. *commendat.* (2) *vita eius fuerit.* [3] *viliſſimus ſi.* Ivo. (4) *æſtimaverit.* Ivo parte 16. *exiſtimaverit.* Idem in Panorm. (5) *ſubigere.* Ivo. (6) *civitate.* (7) *ſcripſit.* (8) *ſolviſſe.* (9) *ſic tamen, ut.* Ivo. (10) *ad ipſum.* Ivo. alii, *hoc ipſum.* A. [11] *rogati ſunt, ut.* [12] *ad ipſum.* (13) *audierint.* Ivo. (14) *Non admittimus autem.* Ivo. [15] *fuiſſe.* (16) *Sed neque tabellionum.* (17) Ivo in Panorm. *ſe ſubſcripſerunt.* (18) *per ſcripturas.* aliis utrumque *deeſt.* [19] *ſcilicet & in.* alii, *ſcilicet ut in.* (20) *homines.* [21] *qui ex.* (22) *poſſunt.* (23) *tunc tormentis.* (24) *inſpexerit.* (25) *plurium.* Ivo. [26] *ſequi oportet.* Ivo. [27] Ivo. *dixerint.* alii, *ſibi dixerunt.* [28] Ivo. *convenit admittere.* alii, *convenit dimittere.* (29) *conceditur.* (30) *adverſarii.* (31) *vel aliquo.* (32) *vel aliqua.* (33) *vel amplius.* (34) *produxit.* (35) *niſi eo.* [36] *procedente.* A. (37) *degant.* (38) *eorum.* [39] *Defenſores.* (40) *cauſæ terminentur.* (41) *ſi in.* (42) *degant.* (43) *actis.* (44) *apud.* (45) *& conſignata.* (46) *ne.* (47) *teſtes.* (48) *Hoc.* [49] *obtineat.* (50) *ipſæ.* (51) *ſcribatur.*

[*a*] Hoc caput Ivo conjunxit ſuperiori *d. c.* 152. & *d. c.* 3. Vide Auth. Rogati. C. *de teſtib.* & Grat. 3. quæſt. 9. *c.* 14. Teſtes. *in fine.*

[*b*] Vide Auth. At qui ſemel. C. *de prob.*

(*c*) Vide Auth. Apud eloquentiſſ. C. *de fide inſtrum.*

(*d*) Vide Auth. Si teſtis. C. *de teſtib.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 4. Panorm. ut conſt. 30. c. 4. & *parte* 16. *cap.* 253. decreti, ut conſt. 80. *cap.* 4.

monium ipſius (1); poſtea autem (2) ſi probatus fuerit (3) ſervus, nullius momenti ſit (4). Sin autem libertinum [5] ſe eſſe dixerit: ſi quidem inſtrumentum manumiſſionis ſuæ oſtenderit (6), dicat teſtimonium. Sin autem in alio loco dicat inſtrumenta ſui ſtatus habere (7): ſcribatur quidem teſtimonium ejus, poſtea autem [8] ſi non produxerit inſtrumenta, nullius momenti ſit.

VI. (*a*) Si quis dixerit teſtem productum inimicum ſuum eſſe [9]: ſi quidem ex criminali cauſa; omnino non dicatur (10) teſtimonium. Sin autem ex alia occaſione (11); dicatur quidem [12] teſtimonium ejus, ſed (13) præſcriptio ei [14] opponatur.

VII. [*b*] Si quis mediatorem ſe partium dixerit, ideoque ſe non oportere invitum teſtimonium in alterutrum eorum dicere; illi autem (15) conſenſerint, ut producatur; conſequens eſt, ut in hoc caſu etiam invitus teſtimonium dicat.

VIII. (*c*) Teſtium (16) productio apud judicem vel defenſorem, vel Magiſtrum Cenſus (17) non aliter valeat (18), niſi præſente quoque adverſaria (19) parte, vel contumaciter non veniente, ſcilicet ut & (20) hic ſalva præſcriptio ei competat, quam opponendam exiſtimaverit (21). Contumaciter autem non videtur [22] abeſſe, qui ex neceſſitate abſuit [23]: forte (24) enim intra ſepta (25) ſanctorum fuerat (26).

Omnia (27) autem jura, quæ poſita ſunt jam vel a retro principibus, vel a nobis de teſtibus, maneat intacta. Hanc autem legem tenere [28] volumus in futurum tempus.

NOVELLA XCI. (*d*)

I. (*e*) QUædam mulier Titia nomine Mævio copulata eſt, & dotem dedit, & liberos (29) ab eo procreavit: poſtea mortua Titia Mævius ſecundam uxorem duxit Semproniam, & mortuus eſt: quæritur utrum liberi [30] prioris uxoris dotem matris ſuæ prius recipere debeant; an magis ſecunda uxor in dote ſua (31) validiora jura prætendere? Et ita diſtinguimus, ut ſi quidem res dotales exiſtant, ſive prioris, ſive poſterioris ſint; omnimodo eas dominus (32) vindicare poteſt. Sin autem vel conſumptæ ſint, (33], vel deminutæ: præferantur ſecundæ mulieri liberi ex priore matrimonio nati; vel etiam ipſa prima uxor; ſi forte repudio primæ nuptiæ ſolutæ ſunt. Idem dicimus, ſi liberi ſecundæ mulieris cum priore uxore, vel liberis ejus litigent. In ſumma enim (34) dicimus, & priori matrimonio hipothecarum privilegia validiora præſtamus (35), ubi ipſa mulier agit (36), vel liberi ejus ex eo (37) matrimonio nati. Liberorum autem appellatione omnes deſcendentes [38] complectimur. Quod non per innovationem a nobis introductum eſt, ſed magis per interpretationem priorum Conſtitutionum.

II. [*f*] Si mulier dotem pro ſe promiſerit, vel alius pro ea ſive profecticiam ſive adventiciam: poſtea autem vel ipſa mulier, vel promiſſor dotis paratus ſit, id, quod promiſit, dare; & hoc ipſum teſtatione complectatur (39); & vel optulerit (40) res, vel depoſuerit, ſi (41) mobiles ſint, vel in judicio ex una parte judicem adeat, & miſſis ab eo hominibus maritus diſtulerit dotem accipere; poſteaque ſolutum matrimonium fuerit: ſic intelligatur, maritus (42) quaſi dotem accepiſſet. Ideoque ſi quid de ante nuptias (43) donatione accipere, mulierem oportet (44), hoc omnimodo (45) accipiat, quamvis nullam dotem dedit (46): quia per maritum ſtetit, quo minus eam ſuſceperit (47).

NO-

(1) *eius.* Ivo. (2) *poſtea.* Ivo in Panorm. (3) *ſi probetur.* (4) *eſt.* [5] *libertum.* (6) *oſtendit.* Ivo in Panorm. [7] *ſe habere.* (8) *poſtea.* Ivo in Panorm. (9) *eſſe.* [10] *non dicat.* Ivo. (11) *actione.* [12] *dicat.* Ivo. (13) *ſed.* Ivo. [14] Ivo in Panorm. *præſcriptio ejus.* Idem in decreto, *præſcriptio ejus ei.* alii, *præſcriptio ei.* [15] *autem ſi.* (16) *Teſtium vero.* (17) hæc deſunt Ivoni. (18) *habeatur.* Ivo. (19) *adverſa.* (20) *ſcilicet ut.* Ivo. alii, *ſcilicet ut hoc.* alii, *ut & hic.* (21) *exiſtimavit.* alii, *judex æſtimaverit.* [22] *dicitur.*

(23) *abſuerit.* alii, *abſuit, vel.* (24) *intra.* alii, *juxta.* (25) Ivo. *loca.* [26] *fugerat.* Ivo. (27) *omnia.* (28) *teneri.* (29) *ab eo filios.* (30) *uxoris.* (31) *ſua poſſit.* (32) *domini vindicare poſſint.* alii, *vindicare poſſint.* (33) *ſunt.* [34] *dicimus.* (35) *præſtari, ut.* [36] *mulier agit.* alii, *mulier ipſa agat.* (37) *ex ipſo.* (38) *deſcendentes perſonas.* (39) *vel.* [40] *vel.* [41] *ſi immobiles.* (42) *dotem.* (43) *de ante nuptiali.* (44) *oporteat.* (45) *hoc omnino.* A. alii, *omnino.* (46) *dederit.* A. (47) *ſuſciperet.* A.

(*a*) Refert Ivo *d. tit.* 2. *c.* 7. ut *c.* 5. conſtit. 30. & *d. parte* 16. *cap.* 154. ut conſt. 80. *cap.* 5.
(*b*) Refert idem Ivo *d. parte* 16. *cap.* 155.
[*c*] Refert etiam Ivo ibidem *c.* 156. ut *c.* 7. conſt. 80. Vide authent. Sed & ſi quis. C. *de teſtib.* Ad hoc caput pertinent verba relata a beato Gregorio *c.* 54. *lib.* 11. regiſtri, & apud Greg. IX. *c.* 2. *de teſtibus.*
[*d*] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 5. collationis 7. titulo *Ut exactione inſtante dotis primæ, & ſecundæ &c.* Hanc græce, & latine Haloander edidit.
(*e*) Vide Auth. Si quid. C. *qui potiores in pig.*
(*f*) Vide Auth. Dos data. C. *de don. ante nupt.*

Digitized by Google

NOVELLA XCII. (a)

SI pater habuerit filios duos, pluresve (1); & uni ex his donare res ſuas voluerit: non liceat ei ultra beſſem ſubſtantiæ ſuæ donare, vel ultra (2) dimidiam ſecundum liberorum [3] numerum: ut cæteri (4) liberi modis omnibus legitimam portionem, ideſt Falcidiam accipiant; quam haberent, ſi tertiam partem, vel dimidiam eo tempore acciperent, ante quam donatio facta ſit: ſcilicet niſi ingrati fuerint: nam ſi probatæ ſint (5) ingratitudinis cauſæ, priſtinis legibus ſubiiciantur.

NOVELLA XCIII. (b)

SI quis appellaverit, & appellatione introducta apud Præfectum Prætorio, vel apud quemvis alium judicem, compromiſſarios arbitros elegerit cum adverſario ſuo: non ſit excluſus (6) venire iterum ad appellatorium judicium, quamvis biennium fuerit tranſactum. Quod ſi poſtquam a compromiſſario receſſum eſt, biennium tranſierit: dicimus priorem calculum eſſe firmum, & appellatorium judicium non exerceri. Cætera autem [7] omnia jura, quæ de provocationibus poſita ſunt, in ſuo robore [8] permaneant.

NOVELLA XCIV. (c)

SI mater, marito (9) defuncto, filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit: renuntiet ſecundis nuptiis ſine [10] jurejurando in judicio [11], res autem ſuas impuberi filio [12] obliget, atque ita tutela ei committatur, ſive creditrix ſit filiis ſuis, ſive debitrix. Idem & in filiabus dicimus. Hæc autem obſervari (13) procuret tam Præfectus Urbis, quam Prætor, & in provinciis Præſides, & diligenter inventaria conſcribantur (14) præſente ſcriba, & aliis (15) publicis perſonis ſecundum conſuetudinem; & ſatiſdationes idoneæ exigantur, ut res ſalva pupilli fiat.

NOVELLA XCV. (d)

SI quis civilis, vel militaris judex adhuc in magiſtratu ſuo poſitus, ſine juſſione divina provinciam, quam ſortitus eſt, dereliquerit: reus ſit majeſtatis; & reducatur in illam provinciam, de qua fugit; & poſtquam accuſatoribus ſatisfecerit; ultimo ſupplicio puniatur. Sin autem magiſtratus eſſe deſierit: quinquaginta dies ibi faciat; & publice appareat; & volentibus adverſus ſe agere reſpondeat; & metropolitana civitate non exeat, ante quam quinquaginta dies fuerint tranſacti. Ubi autem ſucceſſor alicui magiſtratui a noſtra pietate mittitur, non antea deſinat eſſe magiſtratus ille, qui prior eſt, niſi ante duos dies, quam in provinciam ſucceſſor venerit. Tunc enim & amicalem epiſtolam mitti præcipimus, & publicas annonas uſque ad hoc tempus deceſſor accipiat.

NOVELLA XCVI. [e]

I. [f] NON aliter reus actori reſpondeat libellum accuſationis mittenti, niſi prius ille caverit reo, atque litis executori: quod intra duos menſes conteſtationem litis apud judicem facturus ſit; alioquin damnum in duplum ſe reo (16) reſtituturum. Cautio autem triginta (17) ſex ſolidorum quantitatem non excedat.

II. (g) Si quis ab aliquo fuerit accuſatus, & voluerit ipſum accuſatorem (18) ſuum accuſare: apud eundem judicem hoc faciat (19): nam apud alium judicem eum trahere non poteſt. Quod ſi judex ei diſpliceat; licebit ei recuſare eum ante litis conteſtationem in viginti dierum relaxamento. Poſt litis [20] enim conteſtationem recuſare eum judicem non poteſt, nec actorem in alio (21) judicio trahere.

NO-

(1) *vel plures.* (2) ideſt, *extra.*
(3) *filiorum.* [4] *ut & cæteri.*
(5) *ſunt.* (6) *excludendus.*
(7) *jura.* (8) *jure maneant.*
(9) *marito ſuo.*
[10] Ivo in Panorm. *cum.* (11) *& res.*
(12) Ivo. *impuberi filio ſuo.* alii, *impuberibus filiis ſuis.* alii, *impuberi ſuo.*
(13) *obſervare.* (14) *ſcribantur.*
(15) *aliis.* (16) *ſe.* (17) *triginta.*
(18) *actorem.* (19) *fiat.* (20) *vero.*
(21) *in aliud judicium.* A.

[a] Eſt hæc conſt. 3. collat. 7. titulo *de immenſis donationibus in filios factis.* Hanc etiam Haloander utraque lingua edidit. Vide Auth. Unde etſi parens. C. *de inoff. teſtam.*

(b) In libro Authent. eſt conſtit. 2. collat. 8. titulo *de appellationibus.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Vide Auth. Si tamen. C. *de temp. & repar. appell.*

[c] Hæc eſt conſtit. 4. collationis 7. titulo *Ut ſine prohibitione matres debitrices, & creditrices tutelam gerant minorum.* Ab Haloandro eam utraque etiam lingua edita eſt. Vide Auth. Sacramentum. & Auth. Ad hæc. C. *quando mulier tut. off.* & Auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *c.* 157. decreti, ut conſtit. 84. *c.* 1. & *parte* 8. *cap.* 274. & *lib.* 6. *tit.* 4. *cap.* 13. Panorm.

(d) Hæc eſt conſtit. 6. ejuſdem collat. tit. *de adminiſtratoribus.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit.

(e) Hæc eſt conſt. 7. ejuſdem collat. tit. *de executoribus, & de iis, qui conveniuntur, & reconveniuntur.* Ab Haloandro utraque lingua edita eſt.

(f) Vide Auth. Libellum. C. *de litis conteſt.* cujus verba refert Grat. 3. *quæſt.* 3. *c. ult.* §. Libellum.

[g] Vide Auth. Et conſequenter. C. *de ſent. & interl. omn. jud.*

NOVELLA XCVII. (*a*)

I. [*b*] DOnationum [1], quæ propter nuptias fiunt (2), parem (3) volumus eſſe quantitatem (4) doti mulieris: item (5) pacta, & ſtipulationes in dote & propter nuptias donatione pari (6) modo componantur. Hoc autem capitulum (7) in futuro quoque tempore teneat (8).

II. (*c*) Si mulier dotem ſuam augere maluerit (9): non aliter hoc facere poſſit; niſi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus ſit. Quod ſi creditores maritus habeat: augere mulier dotem ſuam debet in rebus immobilibus. Quod ſi res mobiles (10) dederit: ſciat ſe privilegium dotis in rebus mariti ſui non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotem ſuam mulier augebat: habeat privilegium, quod dotibus in hypothecaria actione præſtitum eſt.

III. (*d*) Sæpiſſime relatum eſt, eum, qui pecuniam præſtat ad comparandam (11) rem, vel renovandam [12], vel faciendam, validiora jura (13) in hypothecis habere in ipſa (14), quam priores creditores. Sed hoc (15) in dotibus non obſervetur (16). Nam dotem præcipimus ei quoque præferri, qui poſtea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam, vel renovandam, vel etiam (17) faciendam.

IV. Si quis marito mutuam pecuniam dederit (18) militiæ cauſa; & inter eos fuerit pactum, ut in (19) caſum militiæ creditor anteriora jura aliis creditoribus habeat: id, quod actum eſt, teneat, ut etiam doti talis creditor præferatur; ſi tamen hoc (20) & in ſcriptis proceſſerit (21), & teſtium habeat ſubſcriptionem, & ex ipſa veritate confirmetur (22).

V. (*e*) Si quis pro filia ſua dotem dederit verbi gratia triginta librarum auri; poſtea genero defuncto, & dote ad eum reverſa filiam velit alii copulare: prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro (23) ea præſtare: quamvis ex priore matrimonio lucrata eſt filia ob (24) ante nuptias donationem quindecim libras auri: niſi forte pater probaverit fortuito quodam caſu ſubſtantiam ſuam deminutam fuiſſe.

VI. (*f*) Quædam mulier defuncto patre ſuo exigebatur, vel dotem ſuam conferret, ſi vellet hereditatem paternam ſuſcipere. Dicebat (25) autem inopem eſſe maritum ſuum; & (26) nihil ab eo exigi poſſe. Contradicebatur ei, quod oporteret inopiam mariti (27) ad damnum ipſius (28) reſpicere. Quæſitum eſt, quid juris ſit? Et dicimus, ſi quidem mulier ſui juris erat, culpam ejus eſſe: qui poterat eo tempore, quo viderat (29) maritum ſuum pauperiorem, ſtatim adverſus eum (30), & conſtante matrimonio dotis actionem movere, & res dotales (31) conſequi. Nam & propter nuptias donationis res, etiam conſtante matrimonio, vindicare poteſt, ſi viderit maritum (32) ad paupertatem inclinantem [33], ſcilicet (34) & ſi non minor erat mulier mater familias viginti quinque annis. Sin autem filia familias fuerat (35): debet patri ſuo dicere, ut cum eo agat. Et ſi quidem egit, ſalva res eſt: ſi autem pater agere ſuperſederit: inopia mariti ipſi, & coheredibus ejus imponatur; & (36) habeant omnes communiter actiones contra maritum, & quod potuerint (37) conſequi in commune deducatur. Hæc autem toties vera ſunt [38], quoties dotis quantitas ampla non ſit. Si (39) enim ampla fuerit; & (40) ceſſante patre liceat filiæfamilias conſtante matrimonio contra maritum dotis actionem movere: & ſi non moverit, ad ipſam futuri (41) temporis periculum ſpectet. Ea autem obtinere (42) volumus in omnibus perſonis, in quibus collatio dotis exigitur ſive filiabus, ſive neptibus, & deinceps perſonis volentibus hereditatem amplecti tam patris ſui, quam matris, avi [43], vel aviæ, & (44) ſuperiorum perſonarum.

(1) *Donationes.* (2) *fuerint.*
(3) *pares.* (4) *quantitati dotis.*
(5) *id eſt.* aliis utrumque deeſt.
(6) *omni modo paria.* (7) *caput.*
(8) *teneatur.* (9) *voluerit.*
(10) *mobiles.* (11) *comparandum.*
(12) *vel renovandum, vel faciendum.* alii, *vel reficiendam.* (13) *jura.*
(14) *in ipſa re.* A.
(15) *ſed hæc.* [16] *obſervantur.*
(17) *vel.*
(18) *dedit.* (19) *in cauſa.* (20) *hoc in.*
(21) *proceſſit.* (22) *firmetur.*
[23] *quam antea.* (24) *ab ante nuptias donatione.* (25) *Dicebat.* (26) *& nec.*
(27) *viri.* (28) *ſuum.* [29] *videbat.*
(30) *adverſari.* [31] *res dotis.*
(32) *maritum ſuum.* (33) *declinare.*
(34) *ſi non.* A. (35) *fuerit.* (36) *habeant autem.* (37) *poterit.* (38) *ſint.* (39) *Sin autem.* (40) *ſit; etiam.* (41) *dotis.*
(42) *manere.* [43] *vel avi.* (44) *vel.*

(*a*) In libro Auth. eſt conſtit. 8. collat. 7. tit. *De æqualitate dotis, & propter nuptias donationis.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit.
(*b*) Vide Auth. Æqualitas. C. *de pact. convent.*
(*c*) Vide Auth. Sed jam. C. *de don. ante nupt.* & *d.* Auth. Æqualitas.
(*d*) Vide Auth. Quo jure. C. *qui potiores in pign.*
[*e*] Vide Auth. Sed quamvis. C. *de rei ux. act.* & Auth. Nunc inhibetur. C. *de don. ante nupt.*
(*f*) Videndæ Auth. Donationem. C. *de jure dot.* & Auth. Quod locum. C. *de collat.*

Digitized by Google

NOVELLA XCVIII. (a)

I. (b) SI maritus mortua uxore, vel uxor defuncto marito dotem, vel ante [1] nuptias donationem lucratus, vel (2) lucrata fuerit: modis omnibus proprietatem liberis ſuis ex (3) ipſo matrimonio conſervet (4): uſumfructum autem nuptialium lucrorum habeat (5) ipſe, vel ipſa, ſive ad ſecundas nuptias migraverit [6], ſive non: idque optineat in omnibus matrimoniis quæ poſt hac fuerint diſſoluta quocumque [7] modo, vel ſi (8) antea quidem ſoluta ſunt (9), ſed adhuc in ſuſpenſo cauſa eſt, alterutra perſona vivente. Si enim ambo (10) mortui ſunt, heredibus eorum (11) hæc Conſtitutio non proſit; ſed veteribus legibus ſubiiciantur. Cum autem dominium rerum liberorum eſſe cœperit (12); ea jura locum habere certum eſt, quæ de his rebus poſita ſunt, quarum proprietatem liberi lucrati ſunt, parentibus ſuis ſecundas [13] contrahentibus nuptias.

II. Si repudio miſſo matrimonium ſolutum ſit culpa uxoris, vel mariti; & vel ille dotem, vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave fuerit: liberis quidem proprietas ſtatim competat, uxori, vel marito rerum uſusfructus. Ea autem perſona, quæ uſumfructum habet, liberos alere (14) debet. Sed ſi bona gratia matrimonio ſoluto (15), quaſi tranſactionis nomine alterutra perſona aliquid acceperit: nihilominus ejus proprietatem quidem liberi habeant, parens (16) autem uſumfructum. Dat. * K. Julias. CP. Imp. DN. Juſtinian. PP. Aug. Ann. XIV. Juſtino V. C. COS.

* *In lib. Auth. legitur* Dat. XV. Kal. Jan. CP. Dom. Juſtin. PP. Auguſt. Anno XIII. Apione V. C. Conſ.

NOVELLA XCIX. (c)

SI qui (17) duo rei promittendi fuerint (18); vel alter pro altero fide jubeat (19), & invicem: ſi quidem additum non fuerit, ut unuſquiſque ex [20] his in ſolidum teneatur; tunc pro portione ſua ſit obligatus. Sin autem additum ſit, ut ſinguli (21) in ſolidum teneantur, ſi quidem omnes, vel quidam (22) ex his ſolvendo ſint, & præſentes fuerint: in ipſos actio competat. Onus autem inopiæ promiſſoris, vel abſentiæ præſentes, & locupletes (23) promiſſores ſuſtineant. Jubemus autem eos, qui præſto ſunt [24], a competente judice compelli communiter agenti ſtipulatori reſpondere: ut ubi cognoſcatur (25) ſi locupletes ſint [26] an non (27), communiter condemnentur (28); & qui ſolvendo ſunt, onera inopiæ aliorum ſuſtineant. Quod ſi judex aditus magiſtratus non eſt; per competentem magiſtratum hoc impetret. Hæc (29) autem in futuris optineant (30) caſibus.

NOVELLA C. (d)

SI mulier pro ſe dotale inſtrumentum conſcripſerit, vel pater, vel quivis [31] alius pro ea; poſteaque [32] vel repudio, vel morte ſolutum fuerit matrimonium: ſi quidem ante quam biennii tempus impleatur; liceat marito, vel heredibus ejus non numeratæ pecuniæ (33) dotis intra annum ex tempore ſoluti matrimonii numerandum querimonia uti (34). Quod ſi ſupra duos annos, intra decennium tamen (35) matrimonium ſolutum fuerit (36): intra tres menſes maritus (37), vel heres ejus eadem querimonia utetur (38). Decennio autem completo modis omnibus, ſi nulla querimonia uſus eſt, videatur dotem accepiſſe: & ſi (39) minor vigintiquinque annis maritus fuerit (40), non plus quam duodecim annos in reſtitutionem (41) habeat. Sin autem intra hoc (42) tempus deceſſerit: heredes ipſius unum annum habeant, ſi legitimæ ætatis ſint. Sin autem minores ſint (43), quinquennium (44) habeant: nulla diſcretione interpoſita

(1) *ante nuptialem.* [2] *lucratave.*
(3) *ex eodem.* (4) *conſervent.*
(5) *habeant.* (6) *migraverint.* (7) *quo quo.* (8) *vel.* (9) *diſſoluta, vel.*
(10) *ambæ mortuæ.* (11) *earum.*
(12) addunt aliqui, *ſive migraverit ad ſecundas nuptias, ſive non.* (13) *ſecunda contrahentibus matrimonia.* (14) *alat.*
(15) *matrimonium ſolvatur, &c.*
[16] *parentes.* (17) *rei.* [18] *& alter.*
(19) *invicem.* (20) *ex eis.* (21) *ut unuſquiſque in ſolidum teneatur.* (22) *quidam.*
(23) *ſuſtineant.*
(24) *ſint.* (25) *ut ibi cognoſcatur.* alii, *ut ubi cognoſcant.* [26] *ſunt.*
(27) *an non, ut.* (28) *ut qui.*
(29) *Hoc.* (30) *obtineat.* (31) *vel quis.*
(32) *repudio.* (33) *ſuper dote.*
(34) *querimoniis uti.* alii, *querimoniam facere.* (35) *tantum.* [36] *fuit.* (37) *& heredes.* alii, *vel heredes.* (38) *eadem querimonia utantur.* alii, *querimonia utantur.*
[39] *& ſi quidem minor.* A.
(40) *ſit.* [41] *reſtitutione.* (42) *hæc tempora.* (43) *fuerint.* (44) *quinque annos habeant.* alii, *quinquennium habent.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 1. collationis 7. titulo *Neque virum, quod ex dote eſt, &c.* Hac caruit Haloander Græca: neque eadem in Baſilicis fuit. Ab Scringero tamen græce, & ab Agylæo latine edita eſt.

(b) Vide Auth. Uxore. C. *de ſecund. nupt.*

[c] Eſt in libro Auth. conſt. 9. collat. 7. tit. *de duobus reis promittendi.* Edidit eam græce, & latine Haloander. Vide Auth. Hoc ita. C. *de duob. reis.*

[d] Hæc eſt conſt. 10. ejuſd. collat. tit. *de tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote.* Eandem Haloander utraque lingua edidit. Vide Auth. Hanc autem. C. *de non num. pecun.* & Auth. Quod locum. C. *de dote cauta non num.* & Auth. Si minor. C. *de temp. in int. reſt.*

ſita, utrum is, qui deceſſit, minor fuerit, an major viginti quinque annis. Ille autem debet non numeratæ dotis querimonia (1) uti, qui ſcriptus eſt dotem ſuſcepiſſe (2); & ſive legitimam habeat ætatem, ſive minor ſit: ſecundum ſua tempora negotium dirimetur [3]. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denuntiatione, ſed in ſcriptis. Quod ſi (4) & in judicio inſtruatur: omnimodo oportet mulierem certiorari (5); alioquin ſi eam non certioraverit, vel patrem ipſius (6): nihil videatur [7] maritus egiſſe.

Hæc Conſtitutio ad futura matrimonia pertinet. Nam in his, quæ adhuc conſtant, illa præcipimus obſervari: ut ſi quidem reſiduum decennium ſit; vel non minus biennio; id tempus habeat in querimonia, quæ ei & tranſmiſſionem præſtat. Sin autem minus biennio reſiduum tempus fuerit, vel forte tranſactum eſt totum decennium: tunc ipſi quidem biennium habeant, heredes autem eorum tres menſes poſtquam nuptiæ ſolutæ fuerint.

NOVELLA CI. (a)

I. Liceat curiali non ſolum curialem patriæ ſuæ heredem ſcribere, ſed etiam non curialem alicujus civitatis; ſive cognatus ſit, ſive extraneus; aut in totum, aut in parte non minus novem unciis: ita tamen ut curialis fiat, & curialia munera impleat non tantum ipſe, ſed etiam liberi ejus; quaſi ab initio pater curialis fuiſſet. Sed & ſi curialis teſtamentum non fecerit; exiſtat autem cognatus ipſius ſive curialis, ſive non; & ſit paratus curialia munera implere: habeat ſucceſſionem ipſius; & liberi ejus curiales eſſe videantur; & nullam patiatur inquietudinem ſive de novem unciis, ſive de quarta portione: quia ſic videtur, quaſi curialis ab initio natus eſſet.

II. Sed & ſi quis donaverit alicui non minus novem unciis res; & poſtea ille paratus ſit curialia munera implere cum liberis ſuis, & ſua ſubſtantia: liceat hoc facere: quia nihil intereſt, utrum curiali ſuæ civitatis aliquis propriam ſubſtantiam dat, an ejuſdem civitatis curiali futuro. Cognatus autem extraneus, ſi inteſtati curialis cognati ſucceſſionem voluerit occupare; intra ſex menſes actis intervenientibus ſuam manifeſtet voluntatem.

Si curialis res ſuas, ita ut diximus, non curiali donaverit: non aliter rerum traditio fiat, niſi in geſtis ſine damno ullo celebrandis apud Præſidem provinciæ curialia munera confiteatur ſe impleturum, & liberos ſuos. Sin autem donator, antequam hoc procedat, res ſuas non curiali tradiderit: liceat curiæ uſque ad novem uncias res donatas vindicare; niſi is, cui donatæ ſunt, munera curialia ſubeat.

III. Si quis ex teſtamento, vel ab inteſtato non curialis heres curiali exiſtat: conveniat curia ſtatim, ut mortnus eſt curialis, cum Defenſore civitatis; & relictam ſubſtantiam ſine fraude ulla in inventario ſcribat: & præſente religioſo Epiſcopo una cum ejuſdem civitatis Defenſore ſignacula rebus imponantur, cnriæque tradantur: ac poſtea ſi heres ſe curiæ dedit, & ſubſtantiam ſuam, & liberos actis apud Præſidem ſine ullo damno celebrandis; tunc res ei reddantur. Sin autem noluerit heres curialis eſſe, qui vocatur ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti cognati curialis: tres quidem uncias ipſe capiat, novem autem curiæ concedat. Quod ſi ejuſdem gradus multi cognati exiſtant: & alii quidem eſſe volunt, alii autem tale onus recuſant: volentibus quidem munera curialia ſubire novem unciæ præſtentur; recuſantibus autem tres concedantur. Non curialibus enim ex ſubſtantia curialis non plus dari, quam tres unciæ poſſunt.

IV. Si curialis babuerit filiam, eaque nupta fuerit curiali: vel aliquis paratus ſit eam uxorem ducere, ut munera curialia impleat: non minus novem unciis a paterna ſubſtantia capiat: ſcilicet ſi aliæ filiæ curialibus nuptæ non ſint; vel his forte nupturæ ſunt, qui curiales fieri volunt. Generaliter enim dicimus, eas quidem, quæ curialibus nuptæ ſunt, non minus accipere novem unciis: quæ autem curialibus nec conſtituris, nec factis conjunctæ ſunt, non pluſquam tres uncias habeant. Illud autem dubium non eſt, quod dominium quidem novem unciarum mulier habet; curialia autem munera maritus ex iſdem rebus implere debet. Quod ſi talis mulier deceſſerit: ſi quidem liberos habeat apud ipſos curiales conſtitutos res manebunt: ſin autem filiæ ſint; ſi quidem junctæ ſunt curialibus, vel nupturæ; ipſæ totum habeant; ſin autem non, tres uncias capiant. Quod ſi neque filios, neque filias habuerit: maritus ejus curialis res babeat. Et ſi quidem ex ſecundo matrimonio filios habuerit, vel filias curialibus nuptas, vel nupturas: ad ipſos, vel ad ipſas novem unciæ pertineant. Quod ſi nemo ſit curialis, nemo curiali nupta: nemo futuro curiali nuptura: novem unciæ ad curiam devolvantur.

(1) *querimoniis.* (2) *ſive.*
(3) *dirimatur.* (4) *ſi in.*
[5] *certiorare.*

(6) *parentem ſuum.* alii, *patrem.* alii, *partem ipſius.*
(7) *videtur.*

(a) Hæc Conſtitutio in libro Authent. deſideratur. Sed eam græce, & latine edidit Haloander ſub titulo *de Decurionibus.*

NOVELLA CII. [a]

* Conſtit. XCV. hæc eſt in lib. Pith. ſub tit. Ut Præſes Arabiæ &c.

ARabiæ * Præſes Moderatoris nomine decoretur, & ſpectabilis ſit, & duce militari non minor in dignitate. Publica tributa exigat cum inſtantia, privata damna medicina ſua reſarciat. Si juſtitiam ſecum habeat, non timeat neque ducem, neque phylarcum, ideſt, Saracenorum ducem, neque potentium domus, neque imperialem domum, ant patrimonium, aut ærarium publicum. Sacramentum autem præſtet, quod magiſtratus pro innocentia ſua, & puritate in ipſo initio ſui honoris ſolent præſtare, & mandata principis accipiat. Habeat autem ſubjectos ſibi milites omnes ad conſervandam provincialium diſciplinam, & devotionem; & quæ diximus de viro ſpectabili moderatore Ponti, eadem dicimus & de moderatore Arabiæ tam in dignitate ſpectabilitatis, quam in appellationibus, & cæteris exercendis, & adminiſtrandis. Habeat autem de publico moderator quidem quindecim libras auri, conſiliarius autem ejus duas libras auri. Milites autem, qui ibi ſedent, moderatori tantum ſubiiciantur. Dux autem ejuſdem provinciæ nullam communionem habeat in rebus civilibus; alioquin honore, quem gerit, expellatur. Publicas autem annonas, quæ duci debent adminiſtrari, inde accipiat dux, unde moderator delegaverit. Sin autem moderator adverſus ea quippiam fecerit, quinque libras auri pœnæ nomine præſtet.

NOVELLA CIII.

* Conſtit. XCVI. hæc eſt in lib. Pith. ſub tit. Ut Cæſarea Paleſtin. &c.

IN * Cæſarea Paleſtina Proconſul ſpectabilitate decoretur, & ab aliis Paleſtinis appellationes audiat, ſi decem librarum auri quantitatem non egrediantur. Inducatur autem & tebennium, ideſt, aliquod genus veſtimenti, in feſtis diebus. Subiiciantur autem & ei milites, ut ea, quæ Reipublicæ proſint, non impediantur. Habeat autem annonarum nomine viginti duas libras auri, ut ipſe ſolacium habeat, quod convenit, & conſiliario ſuo præſtet, & officialibus ſuis diſtribuat, in poſtea principali ſanctione confirmetur indicata nobis ab eo facta diſtributio. Dux autem ſpectabilis nullam communionem in civilibus habeat cauſis; nam proconſulem oportet, & publicas annonas exigere, & privatas lites audire, & ſeditiones compeſcere. Liceat autem Proconſuli ad ſecundam Paleſtinam venire, & ſeditiones placare. Habeat autem milites, quos nos deputavimus. Milites autem proconſuli ſubjectos, neque vir ſpectabilis Dux, neque vir inluſtris magiſter militum abſtrahere audeat. Si quis autem detentus fuerit a proconſule quaſi crimine ſeditionis obnoxius, neque cinguli prærogativa, neque dignitatis utetur, neque ſacerdotali privilegio; ſed unum ſolum eximat eum de manibus proconſulis, ſi appareat innocens.

NOVELLA CIV.

* Conſtit. XCVII. hæc eſt in lib. Pith. cum tit. Ut provocationes a Sicilia venientes &c.

PRovocationes * a Sicilia in hac civitate venientes apud excellentiſſimum quæſtorem ventilentur. Et ſi defenſorum in civitatibus creandorum, vel patrum decreta opus ſit celebrari, apud eundem inluſtriſſimum virum celebrentur.

NOVELLA CV. (b)

COnſules ſportularum, & diſtributionum, aliarumque impenſarum nomine ea tantum conſumant, quæ præſenti lege permiſſa fuerint. Proceſſiones autem ipſius eſſe volumus ſeptem omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Januariis: ſecunda autem ea, quæ mappa dicitur: tertia autem ea, quæ θέατρον κυνήγιον (1) appellatur, ut ſemel, non bis celebretur: quarta autem ea, quæ μονημέριον dicitur: ubi & quod πάγκαρπον vocat; celebrandum eſt: quinta autem in theatro id faciat, quod πόρνας dicitur: in ſexta autem in circum procedat, & faciat mappam: & in ſeptima proceſſione faciat ſpectaculum, in quo honorem ſuum deponat. Uxor autem Conſulis decoranda eſt maritalibus infulis: ideoque & de expenſis ejus competens deſcriptio facta eſt. Quod ſi non habeat uxorem, matri ſuæ talem honorem præſtet, & ſi velit. Aliæ autem mulieri non habeat licentiam honorem Conſulariæ dignitatis præſtare. Aurum autem non liceat Conſuli ſpargere, argentum autem liceat, ſi velit. Si quis autem deſcriptionem a nobis factam tranſgrediatur: centum libras auri pœnæ nomine præſtet. Aurum autem ſoli Imperatori liceat ſpargere. Non licere autem Conſulibus majora vaſa ſpargere.

NO-

(1) Malim κυνηγήγια, ſive κυνηγίνον.

(a) Novellæ 102. 103. & 104. neque in libro Juliani, neque in libro Authenticor. ſunt. Ex his duas edidit græce, & latine Haloander ſub his titulis: 102. *de Moderatore Arabiæ*. 103. *de Proconſule Palæſtinæ*. Tertiæ epitomen græca, & latina lingua conſcripſit, & titulum *de Prætore Siciliæ*. Eam conſtit. nos latinam fuiſſe ſuſpicamur, ut Nov. 75. *de appellatione Siciliæ*.

[b] Hæc conſtitutio poſita eſt in libro Auth. ſatis alieno loco. Eſt enim conſtit. 3. collat. 4. tit. *de Conſulibus*. Eam græce, & latine Haloander edidit.

NOVELLA CVI. [a]

ISTA Conſtitutio de nautico ſœnore loquitur. Eſt pro non ſcripta: quia ab alia poſteriore Conſtitutione penitus deleta eſt; quaſi nec ſcripta, nec promulgata fuiſſet.

NOVELLA CVII. (b)

I. [c] SI quis inter liberos ſuos ultimam voluntatem componere maluerit (1), in primis tempus conſcribat, poſtea autem nomina liberorum ſuorum ſua manu, & unciarum quantitatem, in quibus [2] heredes eos inſtituit, non per numerorum notas; ſed ita ut litteris [3] numerus exprimatur. Sed (4) & ſi res aliquas liberis ſuis relinquere velit (5); aut ex rebus certis heredes quoſdam de liberi inſtituere maluerit [6]: dicat rerum demonſtrationem (7), & manu propria ſignificet, ut nulla poſtea, dubitatio inter liberos fiat. Sin autem extraneis perſonis, vel uxori ſuæ legata, vel fideicommiſſa relinquere voluerit (8); & hoc manu propria ſcribat, & ante teſtes nuncupet: & valeat, quod ita actum (9) eſt, quamvis cæteras teſtamentorum obſervationes non habeat. Et ſi quidem in eadem (10) perſeveraverit (11) voluntate, nihil amplius quæratur. Sin autem dixerit aliquis, teſtatorem pœnituiſſe: non aliter audiatur, niſi probaverit defunctum poſtea ſeptem teſtibus præſentibus dixiſſe priorem voluntatem ſuam velle ſe irritam eſſe, & forte eam rupiſſe. Poſterius autem teſtamentum, vel (12) in ſcriptis, vel ſine ſcriptis compoſitum validum eſt.

II. Quia autem ſcimus quoſdam rerum ſuarum inter proprios liberos diſtributionem facere, & [13] in eadem quoque liberos eorum ſubſcribere: hoc quoque validum ſit, ſecundum noſtræ Conſtitutionis obſervationem (14), quam de hujuſmodi diſtributione [15] promulgavimus. Sed & ſi ſine ſubſcriptione liberorum, ipſe parens ſubſcribat; & omnia per ſubſcriptionem ſuam manifeſta faciat: id quoque ratum habebitur, quoniam & hoc (16) in antefata Conſtitutione continetur.

Hæc autem lex (17) in his caſibus locum habebit (18), quos poſtea moveri contigerit.

NOVELLA CVIII. (d)

SI quis heredem ſcripſerit, & rogaverit eum id, quod ex hereditate ſupererit tempore mortis ſuæ, aliis reſtituere: novem quidem uncias hereditatit (19) ſcriptus heres habebit, ita ut quo (20) modo voluerit, eis utetur (21); tres autem uncias generali fideicommiſſario reſtituere cogatur (22); & nullo modo eas deminuat, niſi vel (23) dotis nomine, ſi aliam ſubſtantiam non habeat, vel redemptionis captivorum cauſa [24], vel ſi egentia laborans, & ex ipſis (25) tribus unciis vivere ſe ſperaverit. Quod ſi aliam ſubſtantiam habens (26) tres iſtas uncias deminuat; repleatur id, quod deminutum eſt, ex ipſius proprio patrimonio. Sin autem ſubſtantia quidem ejus nulla appareat; tres autem uncias conſumpſerit, habens aliud (27) unde vivere; liceat fideicommiſſario in rem agere, & hypothecaria actione, ut res pro rata trium unciarum evincat (28). Ideoque conveniens eſt, ut ſcriptus heres generali fideicommiſſario cautionem præſtet de tribus unciis reſtituendis, niſi forte teſtator hujuſmodi ſatiſdationem, ſive (29) cautionem ſpecialiter non conceſſerit. Hæc autem Conſtitutio locum habet non ſolum [30] in futuro tempore, ſed etiam in omnibus cauſis [31], quæ adhuc pendent. Pendere autem adhuc [32] cauſa videtur, ſi nondum ſcriptus heres deceſſerit. Nulla autem diſcretio perſonarum fit: nam & in [33] liberis, & in cognatis (34), & in extraneis ea (35) lex locum habebit [36].

NO-

(1) *voluerit.* (2) *ex quibus.* [3] *ut legitimus.* alii, *per litteras legitimus.*
(4) *Sed ſi.* [5] *voluerit.* (6) *malit.*
(7) *demonſtratione.* (8) *velit.*
[9] *factum.* [10] *ea.*
(11) *permanſerit.* [12] *ſcriptis.*
(13) *& ſub eadem.* alii. *ſub eadem.*
[14] *obſervationes, quas.*
[15] *de his diſtributionibus.* alii, *de hujuſmodi diſtributionibus.* (16) *quod jam manifeſta.*

(17) *autem.* (18) *habebunt.*
(19) *ex hereditate.* (20) *quo quo modo.*
(21) *utatur.* [22] *cogitur.* (23) *niſi.*
(24) *gratia.* (25) *eu ipſis.* alii, *ex his.*
(26) *habeat.* (27) *aliquid, unde viveret.* alii, *aliunde, unde viveret.* Mihi placet, *aliud, unde viveret.* A. (28) *evincatur.*
(29) *vel.* (30) *tantum.* (31) *caſibus.*
(32) *videtur.* (33) *nam in.* [34] *in cognatis, in.* (35) *hæc conſtitutio.*
[36] *habet.*

(a) Hæc eſt Conſtitutio 11. collat. 9. in libro Authenticorum, tit. *de uſuris nauticis.* Hanc ita a barbaro interprete converſam; Græcam enim non habuit; ut 130. Haloander retulit. Eadem utpote a Nov. 110. abrogata in Baſilicis poſita non eſt. Scringerus tamen eam græce, Agilæus latine ediderunt.

(b) Eſt in libro Auth. conſt. 3. collat. 8. tit. *de teſtamentis imperfectis a parentibus in filios factis.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

(c) Vide Auth. Quod ſine. & Auth. Hoc inter. C. *de teſtam.*

[d] In libro Auth. eſt conſt. 4. ejuſd. collat. 8. ſub tit. *de reſtitutionibus.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt. Vide Auth. Contra. C. *ad S. C. Trebell.*

NOVELLA CIX. (*a*)

NUllus Hæreticus militet, vel curas publicas gerat. Hæreticos autem dicimus & Neſtorianos, & Eutychianiſtas, & Acephalos, qui Dioſcori, & Severi ſuperſtitionem (1) ſecuti ſunt, a quibus Manichæi & Apollinarii (2) ſacrilegia renovata ſunt. Et omnino [3] eos, qui non communicant (4) in eccleſia, hæreticos vocamus; quamvis nomen Chriſtianorum uſurpant (5). Ut tamen orthodoxi plus quam hæretici juris habeant: ſciendum eſt mulieribus hæreticis privilegia in dotibus, vel propter nuptias donationibus hypothecarum, quæ tacita dedimus, denegari, & omnes hujuſmodi (6) prærogativas. Sin autem pœnitentiam egerint, & in ea perſeveraverint: non careant beneficiis noſtris. Eaque (7) obſervare procurent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam omnes magiſtratus & judices ſive majores, ſive minores.

NOVELLA CX. (*b*)

HÆc Conſtitutio tollit Conſtitutionem priorem, quæ de nautico fœnore poſita eſt per innovationem; ut ſic accipiatur, quaſi omnino nec ſcripta, nec poſita eſſet, & hoc illud continet (8).

NOVELLA CXI.

(*c*) JUbemus ut in negotiis, quæ ante (9) hac triginta annorum removebat exceptio; nunc venerabilibus eccleſiis, ac monaſteriis, & xenonibus [10], nec non orphanotrophiis, ac brephotrophiis, & ptochiis (11) quadraginta annorum protelatio conferatur; ſalva ſcilicet inter alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriptio vindicavit (12). Quoniam hanc decem annorum adjectionem religioſis locis præſtamus: ut perſonales & hypothecariæ actiones in tanto tempore propagentur. Annali autem exceptioni, vel triennali, vel aliis hujuſmodi exceptionibus non derogetur. Hæc autem Conſtitutio & in præteritis temporibus locum (13) habeat [14]: niſi quædam [15] cauſæ amicali (16) tranſactione, vel judiciali ſententia, ſopitæ ſunt.

NOVELLA EADEM.

Hæc Conſtitutio innovat Conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat.

IDEM A. *Theodoro* [17].

[*d*] QUod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis. Unde conſequitur, ut nonnunquam a judicio diſcordet effectus: & quod credebat conjectura prodeſſe, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc præſentis etiam neceſſitas ſanctionis, in qua privilegium ex religioſo propoſito ſacroſanctis [18] eccleſiis Dei, & (19) monaſteriis, aliiſque (20) religioſis locis Conſtitutione noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum ſiquidem juſſeramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam ſanctionis negotia quidem multa commota ſunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices. Sed eorum ſanitas provenire non potuit; probationum ſcilicet difficultatibus impedita. Quoniam per tantum ſæculi magis, quam temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari. Unde [21] quia largitatis (22) noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia: cum ratione ſimul ac religione tractantes prædictum privilegium uſque ad poſſibilem modum deducere [23] experimento retraximus. Et jubemus in negotiis, quæ ante hac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſiis, monaſteriis, & xenonibus (24), nec non orphanotrophiis ac brephotrophiis, & ptochiis (25) quadraginta annorum protelatio con-

(1) *ſuperſtitiones.* (2) *Apollinaris.*
(3) *omnes.* (4) *conveniunt.* (5) *uſurpent.* Ivo. (6) *hujuſcemodi.* [7] *Ea.*
(8) hæc deſunt quibuſdam. A. (9) *ante hanc legem.* [10] *xenodochiis.*
(11) *ptochotrophiis.* alii, *ptochotrophiis omnibus.* (12) *vindicabat.*
(13) *locum.* (14) *habet.*
(15) *quidem.* (16) *amicabili.*
(17) *Imp. Juſtinianus* A. *Theodoro Orientalium Prætoriorum Præfecto.* alii, Idem A. *Theodoſio.* (18) *ſanctis.* (19) *eccleſiis.*
(20) *aliis quoque.* (21) *Verum.*
(22) *largitati.* A. (23) *ducere.*
(24) *xenodochiis.* (25) *& ptochotrophiis.* aliis, utrumque deeſt.

(*a*) Hæc eſt conſt. 5. ejuſd. collat. tit. *de privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis.* Haloander eam utraque lingua edidit. Vide Auth. Item privilegium. C. *de hæreticis.* Juliani verborum partem refert Ivo *parte* 16. *c.* 158. decreti, ut conſtit. 99. *c.* 1.
(*b*) Hæc eſt conſt. 6. d. collat. 8. tit. *de nauticis uſuris.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit. Vide Nov. 106.
(*c*) Hæc non videntur eſſe Juliani verba; ſed ſumpta ex ipſa conſt. paucis exceptis.
[*d*] Hæc ſunt Latina Juſtiniani verba, quæ a græcis etiam relata ſunt. Idque initium latinis litteris conſcriptum legi in epitome græca conſtit. eccleſiaſticarum. Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 8. tit. *Hæc conſtitutio innovat conſt. &c.* Hanc non habuit græcam Haloander, neque latinam eſſe credidit. Græcam vero epitomen edidit, quam Agylæus latinam fecit. Eadem conſtitutio græcis verbis in libro Veneto inventa eſt, ut Edictum Juſtiniani 5. & ab Scringero edita, quam etiam Agylæus convertit. Vide Nov. 9. & Nov. 131. *c.* 6. & Auth. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccl.*

conſeratur; ſalva ſcilicet circa alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriptio vindicabat. Quoniam hanc decem annorum adjectionem ſolis, ut dictum eſt, religioſis locis, eorumque juri, vel contractibus indulgemus: ut ſoſpitæ hoc temporis ſpatio tam perſonales, quam hypothecariæ actiones in perpetuum conquieſcant, nihil penitus aliis exceptionibus derogantes, ſed tam in annuis (1), quam in (2) triennio vim, roburque tenentibus. In illis namque, ut dictum eſt, tantum negotiis (3) religioſos contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prærogativam Conſtitutio noſtra contulerat. Si quis plane cauſas ante hanc noſtram conſtitutionem ab eccleſiis, cæteriſque ſacris locis ubicumque commotas judicialis ſententia, aut tranſactionum conventio terminavit: nolumus reſricari; ſed in reliquum illis hanc obſici ſanctionem; quas ante hac ſopitas octo luſtrorum ſilentio moveri hactenus, aut moras terminari oon contigit [4]. Illuſtris igitur, & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis (5) ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. K. Jun. CP. Imp. DN. Juſtin. PP. A. Ann. XV. Baſilio (6) V. C. COS.

NOVELLA CXII. [a]

I. [b] RES mobiles, vel ſe moventes, vel immobiles litigioſas volumus appellari, quarum de dominio apud judicem inter actorem, & poſſeſſorem quæſtio (7) orta eſt aut judiciali admonitione, aut per preces Imperatori [8] porrectas, & apud judicem intimatas, ac per ipſum [9] adverſario litigatori manifeſtatas. Nam ſecundum talem diſtinctionem (10) & Conſtitutionem noſtram intelligi volumus, in qua cautum eſt de ſciente, vel (11) ignorante emptore. Si quis autem pluribus heredibus derelictis [12] deceſſerit; & illi cum aliis hereditariis rebus rem litigioſam diviſerint: id, quod factum eſt, lege non reprobetur (13): non enim recte videtur alienatio eſſe inter coheredes facta diviſio [14]. Si quis autem rem litigioſam litigaverit; eveotum litis videatur legaſſe: ut ſi quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius; ſin autem victus fuerit; nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario datur (15) adeſſe in judicio (16) ut nulla negligentia, vel concluſio (17) ab herede committatur. De hypothecis autem quæſtio rem litigioſam non facit. Nam & ſi (18) ſpecialiter hypothecæ nomine res obligata eſt: tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate pretii creditori debitum perſolvatur, aut ſi hoc factum non fuerit; liceat (19) creditori hypothecariam actionem movere, & rem ſibi ſubpoſitam vindicare; dooec ſatis fiat: ſcilicet ut creditoribus anteriora jura (20) habentibus ſecundum priores leges temporum prærogativæ reſerventur (21). Ex his [22] apparet multo minus litigioſam rem vocari eam, quæ (23) generaliter hypothecarum titulo (24) obligata eſt.

II. (c) Si judex aliquem teneri voluerit; talem condicionem in ſua interlocutione debet inſerere: ut non aliter [25] libellus accuſationis reo detur, vel ſportulæ ab eo exigantur; niſi prius actor in libello (26) ſubſcripſerit (27) vel ſua manu, vel per tabularium (28), & monumentis intervenientibus fidejuſſorem præſtet idoneum periculo officii promittentem, quod actor & obſervabit (29) in judicio, & exercebit ſuas actiones; & ſi poſtea oſtendatur injuſte litem moviſſe ſumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quæ libello [30] comprehenſa eſt, ut eam is (31) qui accuſatus fuit (32), accipiat. Sin autem dicat ſe non babere fidejuſſorem: ſanctis evangeliis propoſitis juret quod non poteſt dare fidejuſſorem; ac poſtea juratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea, quæ ſupra ſcripta ſunt (33). Quod ſi alio modo factum fuerit: nullum reſponſum dare litis executori reum concedimus: & ſi adverſus ea factum fuerit, judex quidem cum officio ſuo denarum librarum auri pœna multetur; executor autem litis publicatione ſuæ (34) ſubſtantiæ punitus (35), in exilium per (36) quinquennium mittatur. Pœnæ autem ex hac lege inrogatæ periculo Comitis Rerum Privatarum fiſco noſtro inferantur. Quidquid autem

(1) *aliis.* (2) *quam.* (3) *negotiis.*
[4] *contingit.* (5) *præpoſitis.* (6) *Beliſ.*
(7) *contentio.* (8) *Principi.* (9) *ipſum judicem.* [10] *conſtitutionem.* (11) *ſciente &c.* (12) *relictis.* (13) *reprobatur.*
(14) *diviſio: non enim alienat, qui dividit.*
(15) *detur.* (16) *judicio.* (17) *colludium.*
(18) *ſi.* (19) *licebit.* (20) *jura hæc.*
(21) *prærogativa reſervetur.* alii, *prærogativæ ſerventur.* (22) *Et ex his.*
(23) *eam rem, quæ.* alii, *quæ.*
(24) *hypothecarum titulis.* alii, *hypothecæ titulis.* malim, *hypothecæ titulo.* A.
(25) *aliter nullus.* forte, *aliter ullus.*
(26) *in libello actoris.* (27) *inſcripſerit.*
(28) *tabellionum.* [29] *obſervet.*
[30] *in libello.* (31) *hoc autem is.* alii, *hæc autem is.*
[32] *fuerit.* (33) *ſunt, implere.*
(34) *publicationem ſuæ.* alii, *publicatione.*
(35) *patietur, & in.* alii, *punitur, in.*
[36] *in.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. couſt. 8. collat. 8. tit. *de litigioſis &c.* Edidit eam græce, & latine Haloander.
(b) Vidend. Auth. Litigioſa. & Auth. Nunc ſi heres. C. *de litigioſ.* & Auth. Hoc ita. C. *de pign.*
[c] Vide Auth. Generaliter. C. *de Epiſc. & cler.*

autem ex hac inlicita conventione detrimenti reus paſſus eſt, reſarciatur ei ex ſubſtantia actoris periculo judicis ejus, a quo executor miſſus eſt. Excipimus autem ab hujuſmodi pœnis (1) illa litigia, quæ ex conſenſu litigatorum in judiciis ventilantur (2).

III. (*a*) Si quis per judicialem admonitionem, vel preces Imperatori (3) porrectas, & apud judicem intimatas, ac per eum adverſario manifeſtatas, & ſub legitima diſceptatione judicis factas reum inligaverit (4): non liceat ei recedere a judicio, & negotium ſuſpenſum [5] deſerere. Quod ſi hoc fecerit actor: liceat reo petere a judice (6), apud quem lis conteſtata eſt, ut admoneatur actor, ut veniat (7) in judicium, vel procuratorem legitimum mittat (8). Quod ſi nec ipſe venerit, nec procuratorem (9) miſerit (10): vocetur per tria edicta per intervallum (11) in ſingulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios judices non ſolum præconiis [12], ſed etiam propoſitionibus edictorum abſentes partes vocare jubemus. Proponendi (13) autem edicta licentiam & illis judicibus damus, qui ex principali juſſione facti ſunt judices. Hæc, ſi litis conteſtatio facta eſt. Sin autem ſola admonitio, & precum intimatio, atque manifeſtatio facta eſt tantum, deinde actor negotium deſeruit (14): liceat reo ſimiliter judicem adire, & petere (15), ut tria edicta proponantur: & ſi propoſitis eis actor neque venerit, neque procuratorem legitimum miſerit, habeat inducias (16) unius anni. Et ſi non venerit: licentiam damus judici, & ab una parte reo ſolo præſente litem audire; & legibus conſentaneum calculum proferre. Quod ſi intra prædictum annum pervenerit; & ſuas actiones exercere maluerit: non antea eum ſuſcipiat judex, quam impenſas reo præſtet; ita tamen ut a judicio iterum non recedat. Alioquin ſi hoc fecerit, & annus tranſactus ſit; careat actionibus ſuis. Illam autem regulam (17) qua cautum eſt neminem invitum [18] agere compelli, tunc locum habere volumus; cum res integra eſt, & actor adverſarium ſuum teneri non fecerit (19). Hanc autem [20] Conſtitutionem in his caſibus volumus obſervari, qui nec judiciali ſententia, nec amicali (21) compoſitione, vel alia (22) legitima deciſione ſopiti ſunt.

N O V E L L A CXIII. (*b*)

NEmo noſtrorum (23) judicum ſive in pecuniaria, ſive in criminali cauſa pragmaticam timeat noſtram ſanctionem, vel aliud cujuſvis [24] generis reſcriptum, ſive divinas juſſiones, ſive referendariorum depoſitiones (25), aut Inluſtrium magiſtratuum (26) præcepta. Nam ſecundum generales leges ſingulas cauſas finiri (27) jubemus; & prædictas ambitiones nullum ſibi locum in judiciis vindicare. Nam ſi velit Princeps (28) aliquam cauſam dirimere; ipſe ſententiam dicat, non judicibus imperet, quomodo debent (29) in ſingulis cauſis emergentibus judicare; niſi forte de jure fuerit dubitatum: tunc enim licebit judici ad Imperatorem referre, ut ſibi juris obſcuritas illuminetur [30]. Et hæc omnia volumus obſervari non apud magiſtratus [31] tantum, ſed etiam [32] apud judices quoque [33] ſive divina juſſione deputatos, ſive ab (34) aliis magiſtratibus datos, immo etiam apud compromiſſarios arbitros ſive cum ſcriptis, ſive ſine ſcriptis (35) apud eos cauſarum proceſſerit diſceptatio. Hanc autem Conſtitutionem locum habere volumus non ſolum in judiciis poſtea movendis, ſed etiam in his, quæ adhuc pendent: ut unuſquiſque generali [36] lege fiduciam habeat (37). Nam ambitioſis reſcriptionibus finita [38] jam negotia refricari nullo modo volumus. Finitum autem videtur [39] id, de quo ſententia definitiva prolata (40) eſt; quamvis appellatio, vel retractatio contra eam ſperetur [41]. Excipimus autem illa reſcripta, quæ judices jubent ſine tarditate, & mora cauſas dirimere, vel legibus conſentaneum calculum proferre, vel acta litigatori edere, vel ſi juſſerint eum cum (42) alio judicare. Tales enim juſſiones, ſive in (43) ſcriptis, ſive ſine ſcriptis fieri non prohibemus. Judex autem, qui generalem legem contempſerit, & inlicitam reſcriptionem [44] admiſerit; decem librarum auri pœna, & alias (45) gra-

(1) *his pœnis.* alii, *ex hujuſmodi.*
(2) *ventilantur.* (3) *Principi.*
(4) *obligaverit.* [5] *ſuſceptum.*
[6] *repetere judicem.* (7) *ut vel veniat.* alii, *& veniat.*
(8) *emittat.* (9) *vel procuratorem.*
(10) *miſit.* (11) *intervalla.*
(12) *per præcones.* (13) *Præponendi.*
[14] *deſeruerit.* alii, *deſerat.* (15) *petere ab eo.* (16) *terminum.* (17) *rationem.*
(18) *judicium.* [19] *fecit.* (20) *Hanc.*
(21) *amicabili.* [22] *vel antea.*

(23) *Nemo.* Ivo. (24) *cujuſcumque.*
[25] *diſpoſitiones.* A. (26) *Illuſtris magiſtratus.* Ivo. (27) *fieri.* (28) *Præſes.*
(29) *debeant.* A. (30) *obſcuritatem illuminet.* [31] *magiſtratum.* [32] *ſed.*
(33) *quoſcumque.* (34) *ſive etiam ab.*
[35] *non, ſive.* alii, *ſine ſcriptis, ſive.*
[36] *hac generali.* A. (37) *habeat, non.*
(38) *Finita autem.* (39) *negotium videtur.* (40) *lata.* (41) *ſpectetur.* (42) *cum.*
(43) *ſive.* [44] *conſcriptionem.*
(45) *alia.* alii, *illa.*

(*a*) Vide Auth. Qui ſemel. C. *quo modo, & quando judex.*
(*b*) Eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 8. tit. *In medio litis non fieri ſacras formas.* Ab Haloandro eadem græce, & latine conſcripta eſt. Juliani verba refert Ivo *parte 4. cap. 193.* decreti ut conſt. 101. vel 106. c. 1.

graviſſima indignatione noſtra plectetur (1). Sed ut [2] nemo hæc ſaluberrima noſtra ſtatuta [3] ignoret: jubemus in ipſo (4) litis exordio, ante ipſam perſonarum (5) confirmationem præſentem legem inſeri: ut nemo poſſit contra generales leges aliquid ſibi præcipuum ſeparare.

NOVELLA CXIV.

Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi [6] Quæſtoris.

Idem A. (7) *Theodoto P. P.* (8)

(*a*) Noſtræ ſerenitatis ſollicitudo remediis invigilat ſubjectorum (9): nec ceſſamus (10) inquirere, ſi quid (11) ſit in noſtra Republica corrigendum. Ideo namque voluntarios labores adpetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad univerſorum utilitatem pertinere perſpeximus (12), ſi ſacras etiam juſſiones cum competenti jubeamus cautela procedere: ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate conficere [13]. Nam præſenti lege decernimus nullam divinam juſſionem neque per viri magnifici (14) quæſtoris adjutores, neque per aliam cujuslibet [15] militiæ, aut dignitatis, aut officii perſonam quocumque judicio (16) confiſam [17] a quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri Quæſtoris adnotatio ſubjecta non fuerit: qua contineatur (18) & inter quos, & ad quem judicem, vel per quam fuerit directa perſonam, quatenus omni poſt hac ambiguitate ſubmota nulla cuilibet excuſationis (19) relinquatur occaſio: ſcientibus judicibus, vel adminiſtratoribus univerſis (20), quod ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint juſſionem, niſi cui Quæſtoris viri magnifici [21] fuerit ſubjecta notatio (22): multa viginti librarum auri, & officium eorum [23] ſimili pœna plectetur. Quibus jubemus, ſi qua ad eos talis juſſio advenerit (24), mox ad prædictum virum magnificum Quæſtorem referre, aut cum illo, qui hoc (25) ingerit, deſtinare; ut in eum vindicta procedat, quam in falſarios jura noſtra conſtituunt [26], Theodote parens (27) cariſſime, atque amantiſſime [28]. Quam legem perpetuo valituram Celſitudo tua ad univerſorum faciat pervenire notitiam.

NOVELLA CXV. (*b*).

I. Si contra (29) ſententiam judicis provocatio porrecta fuerit (30), & poſtea lex nova ſit promulgata; deinde judices appellationis (31) dubitet, quomodo cauſas definiant, utrum ſecundum leges, quæ poſitæ erant rei judicatæ tempore, an ſecundum legem, quæ poſtea ſecundum novationem introducta eſt: æquum nobis videtur illas obſervari leges, quæ tempore rei judicatæ valebant; quamvis lex poſtea lata retrorſum ſe retulit. Idque (32) non ſolum in provocationibus jubemus optinere, ſed etiam in retractionibus, vel in (33) relationibus, ubi judices (34) poſtquam litigatores allegationibus renuntiaverint, ignorantes quid ſtatui oporteat (35), noſtram interrogant (36) pietatem.

II. (*c*) Sunt quidam malitioſi litigatores, qui poſt renuntiationem adverſæ partis, & tempora probationum ſtatuta: tamen ipſi dicant [37] aliquas ſe habere allegationes, ut nullus ſcilicet liti (38) terminus imponatur. Ideoque jubemus unum menſem ei ad [39] inducias dari; & jubeatur a judice, ut, quod vult, dicat. Et ſi dicat ſe iterum dilatione opus habere; præſtetur ei menſis ſecundus; quo completo [40] ſi iterum dilationem petat; ad vincendam malitiam ejus tertius menſis præſtetur [41]: quo completo ſi nihil dixerit, omnibus modis judex legitimam ſententiam dicat.

III. (*d*) Neque pater, aut mater (42), neque avus, vel avia (43), neque proavus, vel proavia (44) liberos ſuos præteritos, vel exhe-

(1) *punietur.* (2) *Et ut.* [3] *inſtituta.* forte, *conſtituta.* (4) *in primo.* [5] *ipſam partium.* alii, *ipſarum conſtitutionum.*
(6) *glorioſi.* (7) *Imperator Juſtinianus.* A.
(8) *ſacrorum Prætoriorum Præfecto.*
[9] *ſubditorum.* [10] *ceſſat.* (11) *quid.*
[12] *reſpeximus.* (13) *profiteri.*
[14] *magnificentiſſimi.* [15] *quamlibet.*
(16) *cuicumque judici.* (17) *conceſſam.* alii, *confectam.* (18) *quæ contineat.*
(19) *executionis.* alii, *etiam executionis.*
(20) *hoc univerſis.* (21) *magnificentiſſimi.*
[22] *adnotatio.* (23) *officium.* (24) *pervenerit.* (25) *qui hæc.* (26) *conſtituerunt.*
(27) *Præfecte.* (28) *cariſſime.*
(29) *Si quis contra.* (30) *provocationem porrexerit.* (31) *appellationum.* (32) *& id.*
(33) *vel.* [34] *ut judices.* (35) *oportet.*
[36] *interrogent.* (37) *dicunt ipſi.*
[38] *litis.* (39) *eis ad.* (40) *impleto.*
(41) *detur.* (42) *neque mater.*
(43) *aut avia.* (44) *aut proavia.*

[*a*] Juſtiniani verba ſunt hæc, qui latine hanc conſt. edidit. Eſt in libro Authenticor. conſtit. 10. collat. 8. tit. *Ut divinæ juſſiones &c.* Juliani epitomen deſideramus. Haloander Græcam tantum epitomen edidit, quam Agilæus latinam fecit. Ambo exiſtimarunt hæc verba veteris interpretis fuiſſe, non Juſtiniani.

(*b*) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 12. collat. 8. tit. *Ut cum de appellatione cognoſcitur &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

[*c*] Vide Auth. Jubemus. C. *de judiciis.*

(*d*) Videndæ Authent. Non licet. & Auth. Ex cauſa. C. *de lib. præt.* & Auth. Sed ſi poſt. C. *de inoff. teſtam.* & Auth. Liberi. C. *de Epiſc. aud.* & Auth. Si captivi. C. *de Epiſc. & cler.* & Auth. Idem. C. *de heret.*

redatos in ſuo teſtamento faciant, quamvis vel per (1) donationem, vel fideicommiſſum (2), vel alio modo (3) legitimam eis portionem dereliquerint: niſi forte ingrati (4) probentur, & ipſas ingratitudinis cauſas parentes proprio inſcripſerint (5) teſtamento. Cauſæ autem ingratitudinis juſtæ ſunt hæ (6). Si quis parentibus ſuis audaces manus (7) imponat. Si gravem atque inhoneſtam (8) contumeliam eis faciat. Si criminalibus cauſis accuſator contra parentem (9) extiterit, exceptis inſidiis adverſus Principem, vel Rempublicam. Si cum maleficis quaſi maleficus converſetur [10]. Si vitæ ſuorum parentum per venenum, vel alio modo inſidiari tentaverit. Si novercæ ſuæ, vel concubinæ patris ſeſe turpiter miſcuerit (11). Si calumniator contra parentes (12) filius fiat, & per delationem ſuam graviſſimum damnum eis inflixerit (13). Si incluſus in carcere parens liberos ſuos, vel unum ex his [14], qui ad ſucceſſionem ejus ab inteſtato vocantur, rogaverit [15], ut in fidem ſuam ipſum (16) recipiant [17]; & illi, vel ille (18) noluerint fidejubere, ſive pro perſona, ſive pro debito in quantum idoneus eſſe is, qui rogatus eſt, probetur. Hoc autem quod de fidejuſſione diximus (19), ad maſculos liberos [20] pertinere volumus. Item ſi convictus fuerit filius (21) prohibuiſſe parentes ſuos teſtamentum facere: ſi quidem illi poſtea potuerint (22) teſtamentum ordinare; liceat eis propter hanc cauſam exheredare eum. Sin autem in ipſa prohibitione deceſſerint; omnes ſive heredes ſibi [23] futuri, vel legatarii, vel alii qualemcumque læſionem paſſi ſecundum priora jura ſuas adverſus eum exerceant actiones. Item ſi contra voluntatem parentum filius (24) cum harenariis aut mimis converſetur (25) & in hac profeſſione permanſerit (26): niſi forte parentes ipſius (27) harenarii, vel mimi fuerint (28). Item ſi pater quidem, vel avus filiam ſuam, vel neptem marito voluerit collocare (29); & illa (30) non conſenſerit, ſed turpiter vivere cum alio maluerit [31]. Sin autem filia vigintiquinque annorum ætatis facta (32) a parentibus ſuis marito non ſit copulata; & ex hoc contigerit eam in corpore ſuo peccaſſe; vel ſine conſenſu parentium marito ſe, libero tamen conjunxiſſe: hoc nolumus ad ingratitudinem filiæ reputari (33). Item ſi furioſo parenti liberi curam non adhibeant, ſed alii cognati, qui ab inteſtato vocantur: ſi quidem reſipuerit; liceat ei ſi velit [34] inofficioſos liberos ingratos in ſuo (35) ſcribere teſtamento. Sin autem in ipſo [36] furore deceſſerit, & liberis nullam curam adhibentibus [37] uous ab extraneis (38), vel his (39), qui ab inteſtato vocantur, miſericordia ductus (40) curare eum voluerit (41): teſtatione in ſcriptis utatur (42) ad eos, qui ex teſtamento vocantur ante furorem forte compoſito, vel ad eos, qui ab inteſtato exiſtunt, ut curam adhibeant furioſo. Sin autem & poſt hujuſmodi (43) teſtationem in eadem negligentia perſeveraverint; & extraneus in ſua domo furioſum (44) ſuſceperit [45], & impenſis ſuis uſque ad mortem ejus curam feciſſe probatus fuerit: ipſum quamvis extraneus ſit, ad ſucceſſionem furioſi ſanctimus pervenire, refutata [46] inſtitutione teſtamenti ejus, & heredibus ſcriptis utpote indignis repellendis, cæteris videlicet capitulis teſtamenti in ſua firmitate duraturis [47]. Item ſi unus ex parentibus in captivitate ſit, & liberi ejus, vel unus ex his non curaverint (48) eum redimere: ſi quidem redierit ille ab hoſtibus, liceat ei inofficioſos liberos ingratos in [49] ſuo ſcribere teſtamento. Sin autem apud hoſtes deceſſerit, & omnes liberi ejus redemptionem facere contempſerint: omnes res ipſius (50), eccleſiæ civitatis addicantur, a qua (51) oriundus eſt; inventario ſcilicet cum publica teſtatione faciendo, ut nihil ex ſubſtantia ejus pereat. Sic tamen ut omne, quod (52) ex hac cauſa ad eccleſiam pervenerit, in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter (53) dicimus, quotiens aliquis (54) ex his, qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſſionem (55) ejus, qui in captivitate eſt, non (56) curaverit eum redimere, nullatenus heres ei exiſtat (57): & ſi in (58) teſtamento heres ſcriptus eſt, ante captivitatem forte compoſito (59), ſimiliter ab hereditate repellatur, cæteris autem [60] teſtamenti capitulis valituris, ſubſtantia ſcilicet ſimiliter, ut ſupra diximus, eccleſiæ addicenda civitatis, unde captivus oriundus fuerit (61); & ad nihil [62]
aliud

(1) *per.* (2) *vel per fideicommiſſum.*
(3) *alium modum.* (4) *immeriti.*
(5) *ſcripſerint in.* alii, *ſcripſerint.*
(6) *iſtæ ſunt.* [7] *audacem manum.*
(8) *aut inhoneſtam.* alii, *ac moleſtam.*
(9) *parentes ſuos.* [10] *converſatur.*
(11) *ſe turpiter immiſceat.* (12) *patrem.*
(13) *eis attulerit.* alii, *intulerit.*
(14) *ex eis.* (15) *rogavit.* (16) *eum.*
(17) *recipiat.* (18) *& ille, vel illi.* A.
(19) *dicimus.* (20) *maſculos tantum.* A.
(21) *fuerit.* (22) *poſſint.* (23) *ſibi heredes.* alii, *heredes.* (24) *filii.* (25) *converſentur.* (26) *permanſerint.* (27) *& parentes, & ipſi.* (28) *ſint.* (29) *copulare.*

(30) *& ipſa.* (31) *malit.* (32) *facta.*
(33) *imputari.* (34) *voluerit.*
(35) *in ſuo.* [36] *in ſuo.* (37) *cauſam habentibus.* forte, *curam habentibus.*
(38) *extraneus.* A. [39] *vel ii.* A.
(40) *ducti.* A. [41] *voluerint.* A.
(42) *utantur.* A. (43) *hanc.* (44) *eum.*
(45) *receperit.* [46] *recuſata.*
(47) *durantibus.* (48) *curaverit.*
(49) *& ingratos in.* alii, *& ingratos.*
(50) *res eius.* (51) *de qua.* (52) *quidquid.* (53) *Generaliter autem.* (54) *quis.*
(55) *hereditatem.* (56) *non.* (57) *ei ſuccedat.* (58) *& ſi.* (59) *compoſito.*
(60) *cæteris.* (61) *eſt.* [62] *nec ad.*

aliud procedente (1) niſi ad (2) captivorum redemptionem. Et ſi (3) extraneus heres ante captivitatem ſcriptus eſt, & ille ſciens ſe heredem ſcriptum (4); non curaverit eum redimere (5); ſimili pœna afficiatur. Quod in illis perſonis volumus obtinere, quæ octavumdecimum annum ſuæ ætatis impleverunt [6]. Ubi autem in redemptionem [7] captivorum neceſſarium ſit pecuniam dari: facultatem habeat (8), ſi prædictæ ætatis ſit (9), mutuam pecuniam ſumere, & res mobiles, vel immobiles obligare hypothecæ titulo, ſive ſuas (10) proprias habeat, ſive illius, qui in captivitate tenetur. Tales enim (11) contractus, qui in redemptionem captivorum in prædictis caſibus fiunt (12), valere volumus, quaſi ſui juris, & legitimæ ætatis fuiſſet is, qui contraxiſſet [13]: redempto autem a (14) captivitate neceſſitas imponitur (15) ratum contractum habere, & id quod dedit creditor, ei perſolvere, & quaſi (16) ſuo debito (17) reſpondere, atque obligari (18). Item ſi parens liberos ſuos, vel unum ex his (19) hæreticum habeat, ipſe (20) orthodoxus conſtitutus: liceat eos [21], vel eum in teſtamento ſuo exheredare: quoniam non minima hæc cauſa ingratitudinis eſt. Orthodoxos autem dicimus eos, qui communicant in ſacroſancta eccleſia catholica, in qua omnes Patriarchæ una conſpiratione, & concordia colliguntur, & quattuor ſancta concilia prædicantur (22): Nicænum, & Conſtantinopolitanum, & (23) Epheſinum primum & [24] Chalcedonenſe. Hæreticos autem dicimus eos, qui (25) catholicis non communicant; quibus connumerari [26] neceſſe eſt Neſtorianos, atque Acephalos. Sed ut plenius de hac parte (27) loquamur: ſciendum eſt non poſſe hereticos parentes, ſi orthodoxos liberos (28) habeant, alios quam ipſos inſtituere heredes; vel liberis non extantibus (29) cognatos ſuos catholicos ſcilicet heredes inſtituant. Quod ſi ex liberis ſuperſtitibus alii quidem orthodoxi, alii autem hæretici appareant: omnem ſubſtantiam parentis ad orthodoxos (30) pervenire volumus; ut fratres eorum hæretici, ſi in eodem errore perſeveraverint uſque ad mortem, nihil omnino (31) accipiant: ſed mortuis eis ſine (32) pœnitentia liceat orthodoxis in omnem ſubſtantiam parentum eorum pervenire (33). Sin autem pœnitentiam egerint: portiones ſuas (34) accipiant (35) ſine fructibus (36) tamen medii (37) temporis, & ſine ulla de adminiſtratione (38) rerum moleſtia. Quod ſi omnes liberi hæretici fuerint: alii autem cognati defuncti orthodoxi exiſtant, ipſis liberis anteponantur in ſucceſſione. Quod ſi & ipſi hæretici fuerint; ſi quidem is, qui defunctus eſt, habitum clerici habeat: eccleſiæ civitatis, in qua domicilium habuit, ſubſtantia ejus deferatur. Sic tamen ut ſi intra annum non vindicaverit eccleſia (39) hujuſmodi perſonarum patrimonia: ad fiſcum noſtrum devolvantur [40]. Sin autem laici fuerint: ſine ulla diſcretione res eorum fiſci juribus vindicentur. Quæ [41] non ſolum ſi teſtamento ſcripto hæreticus deceſſerit, locum habere ſanctimus (42): ſed etiam ſi inteſtatus defunctus ſit, omnibus ſcilicet legibus (43) valituris, quæ contra hæreticos, & Neſtorianos, atque Acephalos, & omnes, qui non communicant catholicæ eccleſiæ, poſitæ ſunt.

Sive igitur omnes prædictas cauſas, ſive unam ex his parentes (44) in ſuo ſcripſerint (45) teſtamento; & filios ſuos exheredaverint: (46) ſi quidem ſcripti heredes probaverint cauſam ingratitudinis veram [47] eſſe; valeat teſtamentum. Sin autem probare non potuerint: inſtitutiones eorum (48) infirmentur; & parentium hereditatem filii ab inteſtato pervenientes (49) ex æquis portionibus capiant: legata autem, vel (50) fideicommiſſa, vel libertates (51), vel tutorum (52) dationes alia legibus cognita capitula in teſtamento conſcripta valeant; ut ſola inſtitutio heredum tollatur. Hæc de teſtamentis parentium conſtituimus. Modo videamus de teſtamentis liberorum.

IV. *(a)* Sancimus itaque non licere liberis parentes ſuos præterire, vel alienos a ſubſtantia ſua quocumque modo facere; niſi ſpecialiter cauſas teſtamentis ſuis inſcripſerint (53), quas expoſituri ſumus. Ideſt, ſi [54] vitæ liberorum parentes inſidiarentur [55], excepto crimine

 Ma-

(1) *producenda.* alii, *exponenda.* forte, *exponenda.* (2) *niſi in.* (3) *Sed & ſi.*

[4] *eſſe ſcriptum.* (5) *de captivitate redimere.* (6) *impleverint.* alii, *compleverint.*

(7) *pro redemptione.* (8) *habeant.*

(9) *ſint.* [10] *res.* (11) *Et tales.*

(12) *fuerint.* forte, *fierent.* (13) *contraxit.*

(14) *a.* (15) *neceſſitas imponetur.* alii, *neceſſe ſit.* (16) *atque.* (17) *pro ſuo debito.* A. alii, *ſuo credito.* (18) *obligare.* alii, *reſpondere, & obligari.* alii, *reſpondere, atque obligare.* (19) *ex eis.* (20) *ipſe vero ſit.* alii, *ipſe vero.* (21) *ei eos.* A.

(22) *prædicant.* (23) *Conſtantinopolitanum.* (24) *&.* (25) *qui.* (26) *connumerare.*

(27) *de ipſis.* (28) *filios.* [29] *exiſtentibus.* [30] *orthodoxis.* (31) *omni modo.*

[32] *ſine.* (33) *partes eorum alienare.*

(34) *portionem ſuam.* (35) *capiant.* alii, *recipiant.* [36] *fructu.* (37) *intermedii.*

[38] *adminiſtrationis.* (39) *vindicaverint eccleſiaſtici.* alii, *vindicaverint viri eccleſiaſtici.* (40) *deferantur.* (41) *Quod.*

(42) *cenſemus.* (43) *juribus.*

(44) *parens.* (45) *ſcripſerit.* (46) *exheredaverit.* (47) *cauſas ingratitudinis veras.*

(48) *ipſorum.* (49) *venientes.* (50) *&.*

(51) *& libertates.* (52) *curatorum.* (53) *ſuis ſcripſerint.* alii, *inſcripſerint.* (54) *Si.*

(55) *inſidientur.* alii, *inſidiantur.*

[a] Vide Auth. In teſtamento. C. *ad S. C. Tertull.* & *d.* Auth. Liberi. & *d.* Auth. Si captivi. Juliani aliquot verba refert Ivo *parte* 13. *cap.* 90. decreti, ut Nov. conſt. c. 104.

Majeſtatis. Si venenis, aut ſuſurris magicis vitæ eorum inſidiarentur (1); & hoc ipſum poſtea probatum fuerit. Si pater cum nuru ſua (2) vel concubina (3) filii ſui commixtus [4] fuerit. Si parentes (5) liberos ſuos teſtamenta (6) facere prohibuerint (7) in his rebus, in quibus teſtari poſſunt [8]: quæ [9] diximus de parentibus, in hoc caſu ſimiliter teneant. Si maritus uxori ſuæ venenum dederit, ſive ut occidatur, ſive ut mentem (10) ejus cognoſcat: vel ex contrario ſi uxor marito dederit hujuſmodi (11) venenum: moveatur [12] quidem inter eos crimen publicum, & competenti vindicta tale facinus remedium capiat. Liberis autem liceat ei, qui tale aliquid perpetraverit, nihil omnino relinquere. Item ſi furioſus filius vel quæcumque perſona liberorum ſit in furore: eadem teneant (13), quæ ſuperius [14] de furioſis parentibus diximus. Item ſi unus ex liberis in captivitate ſit; eumque parens non redemerit (15): eadem teneant, quæ de parentibus captivis ſupra (16) conſtituimus. Item ſi filius orthodoxus fuerit; & parentem ſuum ſenſerit hæreticum eſſe: eadem jura teneant, quæ ſupra de parentibus diximus.

Si igitur liberi omnes iſtas cauſas, vel unam ex his contra ſuos parentes inſcripſerint (17); & heredes eorum omnes, aut certas, aut (18) unam ex his probaverint: teſtamentum in ſuo robore permanere (19) præcipimus. Enim vero ſi hæc non fuerint obſervata: teſtamentum quidem refutetur; jura autem ab inteſtato ſucceſſionis locum habeant, legatis ſcilicet, & fideicommiſſis, & libertatibus, & tutorum dationibus, & aliis capitulis in teſtamento conſcriptis in ſua firmitate durantibus. Quidquid autem huic Conſtitutioni in aliis legibus contrarium inveniatur (20); hoc irritum, atque inutile ſit. Et hæ quidem exheredationis, & præteritionis pœnæ, quantum pertinet ad ingratitudinis cauſas adverſus prædictas perſonas diſpoſitæ (21) ſunt. Si quæ autem ex his ad crimina referantur [22]: non prohibemus, & cæteras pœnas ſubſiſti (23) eos, qui (24) obnoxii fuerint reperti. Si qui autem heredes ſcripti ex certis rebus, juſſi fuerint, ut nihil amplius quærerent: in hoc caſu hoc tantum jubemus fieri, ut ſi quid eis deſit ad legitimam portionem, hoc quidem repleatur; teſtamentum autem non reſcindatur.

V. (*a*) Si quis in quacumque cauſa obnoxium habuerit aliquem; & ille deceſſerit: non liceat ei neque parentes defuncti, neque liberos, neque uxorem, neque adgnatos, neque cognatos, neque heredes, neque fidejuſſores ejus (25) convenire, vel moleſtare, vel in judicium vocare ante, quam novem luctuoſi dies tranſeant [26]. Sin autem ante (27) prædictos dies contra hoc (28) aliquid fecerint; & (29) vel cautionem, vel promiſſionem, vel fidejuſſionem ab eis acceperint (30): omnia irrita ſint. Poſt novem tamen (31) dies, ſi quas ſibi competere putaverint actiones; eas exerceant nulla temporali præſcriptione, vel alia (32) allegatione legitima ex hac dierum tranſactione creditori generanda.

VI. (*b*) Si quis alicui conſtituerit dicens: *Satis tibi facio*: in quantitatem, quam dixerit (33), modis omnibus obligetur, ut (34) debitum ſolvat [35]. Si quis autem conſtituerit dicens: *Satis tibi erit*: non tenebitur, quia imperſonaliter locutus eſt. Quod ſi quis dixerit: *Erit tibi ſatis a me, & ab illo & illo*: eis quidem, quos nominavit, non conſentientibus non præjudicat. Sed neque pro ipſis obligatur (36), ſed pro rata parte debiti teneatur. Sin autem ita dixerit: *Erit tibi ſatis a me, vel ab illo, vel illo* (37): illis quidem non conſentientibus [38], quos nominavit, non præjudicat (39); ipſe autem in toto debito (40) teneatur. Si quis (41) autem adverſus eos (42) ſibi competere putaverit actiones; eas moveat, & auxilio juris perfruatur [43]. Hæc autem omnia in his (44) cauſis ſancimus obtinere, quæ nondum judiciali calculo, vel amicali (45) compoſitione finitæ ſunt [46].

NOVELLA CXVI. (*c*)

NO-

(1) *inſidientur.* alii, *inſidiantur.*
(2) *nurui ſuæ.* (3) *concubinæ.*
(4) *conjunctus.* (5) *parens.* (6) *teſtamentum.* (7) *prohibuerit.* (8) *poſſint.*
(9) *Quæ autem.* (10) *non; ut mentem.*
(11) *hoc.* (12) *& moveatur.* (13) *teneantur.* Ivo. (14) *ſupra.* (15) *parentes non redemerint.* [16] *captivis.*
(17) *ſcripſerint.* (18) *certe.* (19) *manere.*
(20) *invenitur.* (21) *poſitæ.* (22) *deferantur.* alii, *referuntur.* [23] *cæteris pœnis ſubiici.* forte, *cæteras pœnas ſubſiſtere.*
(24) *quaſi.* (25) *fidejuſſores.*
(26) *tranſierint.* (27) *intra.* A.
(28) *contra aliquem.* [29] *aliquid fecerit.* alii, *aliqui fecerint.* (30) *receperit.*
[31] *vero.* (32) *aliqua.* (33) *debeo.*
(34) *niſi.* (35) *perſolvatur.* (36) *obligetur.* (37) *ab illis, &.* (38) *ſcientibus.*
(39) *præjudicet.* (40) *totum debitum.*
(41) *Si quas.* (42) *alteros.* [43] *judicis fruatur.* (44) *in his.* alii, *iis.*
(45) *amicabili.* [46] *Junt. Dat. P. Conſ. Beliſ.*

(*a*) Vide Auth. Sed neque. C. *de ſepulcr. viol.*
(*b*) Vide Auth. Si quando. C. *de conſtit. p c.*
(*c*) Hæc Conſtitutio in Juliani libro deſideratur. Eſt in libro Auth. ut conſtit. 9. collat. 8. tit. *Ut neque miles, neque fœderatus obſervetur &c.* Ab Haloander græce, & latine edita eſt.

NOVELLA CXVII. (a)

(b) I. SI mater, vel avia, vel quicumque parens filium (1) heredem ſcripſerit ex parte legitima: liceat ei nepotibus, vel neptibus ab eo procreatis, & omnibus deinceps perſonis aliam ſubſtantiam ſuam totam, vel partem ejus donare, vel relinquere (2) ſub hoc modo, & (3) condicione, ut pater eorum in his rebus nec uſumfructum, nec ullam omnino habeat communionem. Quod ſimiliter obtinere jubemus, & (4) ſi extraneus filiofamilias [5] reliquerit (6), aut donaverit ſub eodem modo & condicione. Et ſi quidem ipſi, qui alieni juris ſunt, viceſimum quintum annum egreſſi fuerint, licentiam habeant, quo voluerint modo res ſibi donatas (7) adminiſtrare. Sin autem adhuc minores ſint (8); per quem velit teſtator, vel donator, adminiſtrari debent (9). Licentiam autem habeant (10) teſtator, vel donator matri, vel aviæ filiifamilias adminiſtrationem credere (11); quamvis maritos habeant [12]; ſi tamen & ipſæ adminiſtrationem receperint (13). Quod ſi teſtator, vel donator, vel omnino non dederit (14); vel dederit quidem, ille (15) autem noluerit (16), vel non potuerit (17), vel ante mortuus fuerit (18): tunc competens judex curatorem eis dare (19) cum idoneo fidejuſſore debet; ut curator res eorum adminiſtret & conſervet eis (20) donec legitimæ ætatis fiant. Nam & (21) in his caſibus volumus uſumfructum patrem habere, in quibus nulla talis condicio impoſita (22) eſt.

II. (c) Si quis aliquem (23) in inſtrumento, quod idoneos tres habeat teſtes, vel in [24] teſtamento, vel in monumentis publicis filium ſuum nominaverit; neque addiderit (25), utrum naturalem, an legitimum: videatur (26) eum legitimum dixiſſe; & nulla ab eo alia (27) probatio exigatur (28): ſed rebus paternis potiatur (29), & proficiat matri ſuæ; ut [30] etiam illa videatur patri ejus [31] legitima uxor fuiſſe: etſi fratres habeat ex eadem matre progenitos, ipſis quoque ejuſdem teſtimonii defenſio proſit.

III. Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit, & ex ea liberos habuerit: & poſtea ſecundas nuptias contraxerit; & ex eo quoque matrimonio filios procreaverit: utraque progenies ſimiliter [32] ad patris hereditatem vocetur. Et ex diverſo ſi quis cum dotalibus inſtrumentis nuptias celebraverit, & liberos habuerit; poſteaque ſine ſcriptis adfectione ſola matrimonium contraxerit, & ex eo habuerit liberos: ſimiliter omnes ad paternam ſucceſſionem vocabuntur.

IV. (d) Illuſtres homines, & qui ſupra eos ſunt [33], ſine dotalibus inſtrumentis matrimonia non contrahant. Quod ſi ante dignitatem ſine ſcriptis uxorem duxerint: maneat & (34) poſt dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi ſint, exceptis tantummodo barbaris dignitate decoratis. His enim ſub noſtra ditione conſtitutis propter ſimplicitatem eorum (35) damus licentiam, & [36] nuda adfectione nuptias facere (37). Cæteris autem noſtris ſubjectis licebit, & ſine dotalibus inſtrumentis ſola adfectiune nuptias facere; ut ex [38] hoc matrimonio nati liberi legitimi ſint [39]. Legibus (40) noſtri Principis cautum eſt ut ſi quis ſine ſcriptis uxorem habuerit [41], eamque ſine cauſa repudiaverit; ut quartam partem ſuæ (42) ſubſtantiæ ei daret (43), & quarta pars centum libras auri [44] non excedat. Eadumque ſtatuta ſunt (45), & ſi uſque ad mortem mariti in eodem habitu matrimonii (46) perſeveraverit. In utroque (47) autem caſu liberi procreati ad legitimam patris hereditatem vocentur [48]. Mulier autem in utroque caſu, ſi quidem uſque ad tres liberos maritus ejus reliquerit ſive ab ea, ſive ab alia uxore natos, quartam ipſam portionem accipiat. Sin autem ultra tres habuerit: tantum ipſa habeat, quantum ex liberis defuncti unus accepturus eſt. Ita tamen ut uſumfructum quidem ejus (49) portionis accipiat (50) ipſa, proprietatem autem

tem

(1) *filium ſuum.* (2) *relinquere liberis.*
(3) *hujusmodi.* (4) *ſi.* [5] *extraneus filiofamilias extraneo.* alii, *filiusfamilias extranei.* [6] *reliquerint, aut donaverint.* alii, *reliquerit, & donaverit.* (7) *datas.*
(8) *ſunt.* (9) *res debent.* (10) *habeat.*
(11) *concedere.* (12) *habuerint.*
(13) *ſuſceperit.* [14] *non dederint, vel dederint.* (15) *illi.* (16) *noluerint.*
(17) *potuerint.* (18) *mortui fuerint.*
[19] *dare.* (20) *eas.* (21) *Nam &.* alii, *Nam.* [22] *appoſita.* (23) *in aliquo.*
(24) *vel.* & verſ. 35. [25] *adjecerit.*
(26) *videtur.* (27) *eo.* (28) *exigitur.*
(29) *vel alterius potiatur.* (30) *ut &.*
[31] *ſuo.* [32] *ſimul.* (33) *ſuper eos ſiunt.* (34) *poſt.* [35] *damus.*
[36] *ut nuda.* (37) *facere poſſint.*
(38) *& ex.* (39) *erunt.* (40) Initium capitis eſſe exiſtimo, ideo ſcribe, *Legibus.*
(41) *duxerit.* (42) *ſuæ propriæ.*
(43) *det.* [44] *librarum auri quantitatem.* alii, *librarum ſummam.* alii, *librarum auri.*
(45) *ſunt.* [46] *matrimonium.*
(47) *utroque.* (48) *vocantur.*
(49) *ejus.* (50) *habeat.*

(a) Hæc eſt conſt. 13. ejuſd. collat. tit. *Ut liceat matri, & aviæ, & aliis parentibus &c.* Haloander cam utraque lingua edidit.
(b) Vide Auth. Excipitur. C. *de bonis, quæ lib.*
(c) Vide Auth. Si quis liberos. C. *de nat. lib.*
(d) Vide Auth. Maximis. C. *de nuptiis*, & Auth. Præterea. C. *unde vir & uxor.* & Auth. Sed novo. C. *de nat. lib.*

Google

tem liberis lex conſervet (1), qui ex ipſo matrimonio nati ſunt. Quod ſi liberos non habeat, jure quoque dominii [2] portionem eadem (3) mulier capiat (4). Ea autem, quæ ſine cauſa repudiata eſt, in ipſo tempore repudii prædictam (5) capiat portionem. Sed in talibus cauſis nolumus maritum quartam partem ex bonis uxoris ſuæ ſibi (6) vindicare.

Leonis divinæ [7] memoriæ Conſtitutio in omnibus optineat caſibus, qui præſenti Conſtitutione non continentur. Conſtantini autem piiſſimi Conſtitutionem, quæ ad Gregorium reſcripta eſt, & interpretationem ejus, quam Divus Marcianus ſcripſit, exponens, quæ ſunt viles mulieres, quas copulari maritis quibuſdam dignitatibus decoratis Conſtantiniana lex prohibebat: nullo modo concedimus (8); ſed facultatem præſtamus tales mulieres ducere etiam eis (9) qui magnis dignitatibus lætantur, dotalibus tamen inſtrumentis compoſitis. Qui autem non magnas dignitates habent, non ſolum in ſcriptis; ſed etiam ſine ſcriptis, maritali tamen adfectione hujuſmodi mulieres ducant, ſi modo liberæ ſunt, & matrimonium eorum (10) licitum eſt.

V. (*a*) Si quando matrimonium ſolutum fuerit (11); dimidium ejus (12) liberis ex eo procreatis non noceat: ſed habeant integra jura hereditatis parentum [13] capiendæ; & ſine ulla dubitatione alantur ex paterna ſubſtantia. Et ſi quidem pater cauſam divortii dedit, & mater ad ſecundas nuptias non migraverit: alantur apud matrem ſumptibus patris. Sin autem probatum fuerit, cauſam diſſidii (14) matrem dediſſe: apud patrem alantur, & maneant liberi. Sin autem pater inopia laboraverit; mater autem eorum (15) locuples eſt: apud matrem alantur, ipſa (16) ſumptus liberis ſuis adminiſtrante (17), quemadmodum liberi locupletes matrem ſuam egentem alere coguntur. Quod in (18) omnibus parentibus & liberis invicem obtinere jubemus.

VI. (*b*) Anteriores quidem Conſtitutiones de pluribus cauſis faciunt commemorationem (19); quarum ſingulæ ſi interceſſerint, cauſam repudii juſtam præſtabunt [20]. Sed nos præſenti lege certas, & pauciores cauſas enumeraturi (21) ſumus; quas ſolas volumus ad repudii juſtam occaſionem (22) ſufficere. Et maritus quidem (23) juſtas cauſas repudii, ut dotem uxoris lucretur conſervanda liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate; vel ſi liberi non ſint, etiam dominio ejus (24) ſibi vindicando, tales habeat. Si contra Imperatorem quibuſdam aliquid (25) molientibus mulier conſcia fuerit; & marito ſuo non manifeſtaverit. Sin autem maritus hoc ab uxore ſua ſibi indicatum tacuerit: liceat mulieri per qualemcumque perſonam (26) hoc ad Imperatorem referre; ut vir ex hac cauſa nullam inveniat occaſionem repudii. Si de (27) adulterio maritus putaverit uxorem ſuam poſſe (28) convinci: prius debet inſcriptiones deponere, vel contra mulierem, vel adverſus (29) adulterum. Et ſi talis accuſatio vera probata [30] fuerit: tunc repudio miſſo (31) habere (32) maritum non ſolum propter nuptias donationem, ſed etiam dotem. Et ſi liberos non habeat; tantum [33] capere ex alia ſubſtantia mulieris, quantum pars dotis tertia facit: ut dominio ejus addicatur non tantum dos, ſed etiam pœna, quam nos (34) conſtituimus. Si enim liberos habeat ex (35) eodem matrimonio: jubemus & dotem ſecundum legem, & aliam mulieris ſubſtantiam liberis conſervari; ſic deinde adulterum legitime convictum cum muliere puniri. Et ſi quidem habeat adulter uxorem: capere eam [36] dotem ſuam, & propter nuptias donationem. Sic tamen ut liberis ſuperſtitibus uſumfructum quidem (37) donationis mulier habeat, proprietatem autem liberi [38] ſecundum leges [39] lucrentur; quibus donamus ex noſtra manſuetudine & aliam (40) adulteri patris ſubſtantiam. Nullis autem [41] extantibus liberis, dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno jure mulier habeat: aliam autem ſubſtantiam adulteri mariti fiſco noſtro ſecundum veteres leges vindicamus. Item ſi quocumque modo vitæ (42) mariti inſidiaretur (43) vel aliis hoc facientibus conſcia marito non manifeſtaverit. Vel nolente marito extraneorum conviviis converſetur. Vel cum maſculis lavaverit [44]. Item ſi nolente marito extra domum manſerit: niſi forte apud parentes ſuos (45). Si in circo (46), vel in theatro, vel ha-

rena

(1) *conſervat.* (2) *communi.* (3) *eandem.* (4) *habeat.* [5] *prædictam quartam.* alii, *præcipuam.* [6] *ſibi.* (7) *divæ.* (8) *valere concedimus.* (9) *eis.* (10) *earum.*
(11) *ſit.* (12) *hujus.* forte, *hujuſmodi.*
(13) *parentum.* [14] *divortii.*
(15) *autem.* (16) *& ipſa.*
(17) *adminiſtret.* alii, *miniſtrante.*
(18) *Quod & in.*
[19] *mentionem.* A. (20) *præbent.*
(21) *enumerati.* [22] *cauſam.*
(23) *maritus.* (24) *earum.* A.
[25] *molientibus.* (26) *partem.*
(27) *Si in.* Ivo. (28) *convinci.* Ivo.
(29) *contra.* Ivo. (30) Ivo, *comprobata.*
[31] Ivo, *repudium mittat.* [32] *habere debet maritus.* (33) *tamen.* (34) *quam.*
[35] *ex eo.* [36] *debet eadem.*
(37) *donationis.* (38) *liberi.*
(39) *legem.* (40) *&.* (41) *exiſtentibus.*
(42) *vitæ.* (43) *inſidiatur.* [44] *ſe lavet.*
(45) *parentes.* [46] *circenſibus.*

(*a*) Vide Auth. Si pater. C. *divort. facto apud quem.*
(*b*) Vide Auth. Sed novo. C. *ad L. Jul. de adult.* Refert partem hujus capitis Ivo *parte* 6. decreti, ut Nov. conſtit. 105. *c.* 7. & *parte* 16. *c.* 159.

Digitized by Google

rena perveniat ſpectaculi cauſa, ignorante, vel prohibente marito. Sin autem contigerit aliquem ſine una (1) cauſa ex his [2], quas diximus, ſuam uxorem propria (3) domo expellere: ut [4] illa non habente (5) parentes, apud quos permanere poſſit; ex neceſſitate foris per noctem manſerit (6): jubemus nullam marito fieri facultatem propter iſtam cauſam repudium mittere mulieri.

VII. (a) Canſas autem (7), propter quas juſte poteſt uxor marito repudium mittere, & dotem ſuam capere, & ante nuptias donationem ſimiliter exigere, dominio rerum ſcilicet [8] liberis conſervando [9], & bis (10) non exiſtentibus etiam dominio apud mulierem reſidente, eas ſolas (11) eſſe conſtituimus. Si contra Imperatorem [12] ipſe aliquid moliturus (13) ſit, vel aliis hoc molientibus conſcius non manifeſtaverit Imperatori aut (14) per ſe, aut per aliam qualemcumque perſonam. Si vir vitæ (15) mulieris quocumque (16) modo inſidiatus fuerit (17); vel ſi aliis hoc facientibus conſcius non manifeſtaverit mulieri, & ſecundum leges eam non vindicaverit. Si caſtitati mulieris inſidiatus fuerit, vel cum (18) aliis eam in adulterio (19) prodere (20) conatus fuerit (21). Item ſi maritus (22) de adulterio inſcriptiones depoſuerit (23); & adulterium probare non potuerit [24]: liceat mulieri volenti (25), vel propter hanc cauſam repudium mittere marito; & ſuam recipere dotem, & donationem (26) propter nuptias: & propter hanc calumniam, ſi liberos non habeat ex eodem matrimonio: tantum capiat jure dominii ab alia mariti ſubſtantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit (27). Si enim liberos habeat: jubemus omnem mariti (28) ſubſtantiam liberis conſervari: ſcilicet his firmiter permanſuris, quæ de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. Sic tamen ut etiam (29) illis pœnis maritus ſubiiciatur, ſi adulterii accuſationem non probaverit [30], quas mulier paſſura erat [31], ſi convicta fuiſſet. Si in eadem domo, in qua mulier cum ipſo habitat, contemnens eam cum alia muliere inveniatur in domo manens; vel in eadem civitate degens in alia domo cum alia [32] muliere frequenter manens convincatur; & ſemel & bis criminatus, vel per parentes ſuos, vel per [33] parentes mulieris, vel per alias idoneas perſonas hujuſmodi turpitudine non (34) abſtinuerit: liceat mulieri & propter (35) hanc cauſam diſſolvere nuptias & recipere dotem, quam dedit, & ante nuptias donationem; & propter (36) hanc injuriam tertiam partem æſtimationis, quam propter nuptias donatio facit, ex alia mariti (37) ſubſtantia capere. Sic tamen ut ſi liberos habeat, [38] uſumfructum tantum mulier (39) habeat ante nuptias donationis, & pœnæ tertiæ portionis, dominio ſcilicet communibus liberis conſervando (40). Si enim liberos non habeat (41) ex eodem matrimonio, & dominium (42) rerum ei concedimus [43].

VIII. (b) Nulli liceat conſenſu (44) matrimonium ſolvere (niſi ex cauſa probabili) (45) niſi forte caſtitatis amore hoc fecerit. Sed & ſi [46] hujuſmodi (47) perſonæ liberos babeant: tam dotem, quam donationem propter nuptias cuſtodire [48] præcipimus. Sin autem poſt ſolutum matrimonium per conſenſum caſtitatis velamine factum, inventi fuerint, vel nuptias contrahentes alias, vel (49) turpiter viventes, vel unus ex bis hoc faciens (50) repertus fuerit: ſi quidem liberi extant (51): ipſi capiant dotem, & ante nuptias donationem; & dominium ſubſtantiæ illius perſonæ, quæ boc [52] perpetraſſe convicta fuerit. Sin autem liberi imperfectæ ætatis ſint (53): alere eos (54) & res (55) eorum adminiſtrari ab ea, vel ab eo parente jubemus, qui, quæve huic legi nihil contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto teneantur (56): utriuſque parentis (57) ſubſtantia liberis addicatur. Adminiſtratorem eis in imperfecta ætate conſtitutis a competenti judice deputari diſponimus. Liberis autem nullis extantibus ſubſtantiam delinquentis perſonæ (58) pu-

(1) *ulla.* (2) *eis.* (3) *a propria.*
(4) *& illa.* (5) *habens.* (6) *permanſerit.* (7) *Cauſas.* (8) *rerum.* (9) *reſervato.*
(10) *vel eis non.* alii, *vel non.*
(11) *eas.* (12) *Imperium.* (13) *molitus.* A.
(14) *hoc Imperatori.* (15) *Si vitæ.* Ivo.
[16] *vel quoquo.* (17) *fuerit maritus.* Ivo.
(18) *vel.* Ivo. (19) *adulterium.* (20) *tradere.* alii, *procedere.* (21) *ſit.* (22) *maritus ei.* Ivo. [23] Ivo, *inſcriptiones poſuerit.* alii, *inſcriptionem poſuerit.* A. (24) *poterit.* Ivo.
(25) *mulieri.* Ivo. (26) *donationemque.*
(27) *faciat.* (28) *mariti probatam.*
[29] *ut.* (30) Ivo parte 8. *probare non poterit.* [31] Ivo, *fuiſſet.* alii, *eſſet.*
(32) *vel cum alia.* (33) *ſuos, vel.*

(34) *niſi.* Ivo parte 16. (35) *mulieri.* Ivo. alii, *mulieri & pro hac cauſa.* alii, *mulieri & per hanc cauſam.* (36) *pro hac injuria.* (37) *alia.* (38) *habeat mulier.*
(39) *habeat.* (40) *reſervando.*
(41) *habuerit.* (42) *dominium.*
[43] *dedimus.* (44) *ex conſenſu.* A. alii, *ex conſenſu mulieris.* (45) his verbis multi carent, & recte: forte pro *niſi* ſcribendum, *& ſi.* [46] *Sed ſi.* (47) *hæ.* (48) *liberis cuſtodiri.* alii, *liberis cuſtodire.* A.
(49) *vel alias.* (50) *facere.* (51) *ſint.*
(52) *hæc.* (53) *fuerint.* (54) *eos.*
[55] *vel res.* (56) *tenentur.*
(57) *utrorumque parentum.*
(58) *delinquentis.*

(a) Refert Ivo *parte* 8. *cap.* 110. decret. ut *c.* 8. Nov. 105. & *parte* 16. *c.* 160.
(b) Vide Auth. Quod hodie. C. *de repud.*

publicis rationibus vindicari ſanctimus, & legitimis pœnis ſubiicimus (1). Aliter enim disjunctionem nuptiarum fieri ex conſenſu nulla ratione concedimus.

IX. (*a*) Jubemus uxores militum ſive in expeditionibus (2) degentium, ſive in militiis, ſive milites ſint, ſive fœderati, ſive ſcholares, ſive alia quacumque armata militia decorati, expectare quantoſcumque annos in expeditione fecerint (3); & ſi nullas litteras nullum reſponſum a mariiis ſuis receperint. Sin autem talis mulier maritum ſuum defunctum audierit: non liceat ei ſtatim ad alias nuptias pervenire; niſi prius pervenerit aut per ſe, aut per parentes ſuos, aut per aliam qualemcumque (4) perſonam ad priores [5] numeri, & chartularium (6), in quo maritus ejus (7) militabat; & eos vel Tribunum, ſi præſto ſit, interrogaverit, ſi revera (8) defunctus eſt maritus ipſius; ut illi (9) ſanctis evangeliis propoſitis (10) ſub fide monumentorum deponant, ſi revera maritus mortuus eſt. Et poſtquam hæc (11) fecerit, & exceperit mulier monumenta pro teſtimonio pudoris ſui, & expectet (12) unius anni ſpatium & poſtquam tranſeat [13], liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod ſi contra hanc obſervationem mulier auſa ſit nubere, & ipſa, & qui (14) eam duxit uxorem, ut adulteri puniantur. Quod ſi illi, qui (15) ſub fide geſtorum depoſuerunt (16), convicti poſtea fuerint falſas depoſitiones dixiſſe: ipſi quidem militia ſua nudati decem librarum auri pœnam (17) compellentur præſtare ei, quem falſo dixerunt (18) deceſſiſſe; ipſe autem ſi velit, licentiam habet (19) uxorem ſuam recipere. Quod ſi ſcholaris ſit ille, cujus de morte dubitatio eſt (20), de primatibus ſcholæ, & actuario: ſin autem fœderati [21], de ordine prædictam diſpoſitionem uxorem ejus capere jubemus; iiſdem ipſis cuſtodiendis, & in aliis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

X. Sunt quædam juſtæ cauſæ (22), ex quibus matrimonio ſine pœna ſolvuntur. Veluti ſi (23) maritus miſceri mulieri [24] ſuæ non potuerit. Si maritus, vel uxor religioſam vitam, & ſolitariam elegerit. Si in captivitate ad certum tempus tenti (25) fuerint. De quibus tribus caſibus [26] ea firma eſſe jubemus, quæ ſuperioribus noſtris legibus continentur. Omnes igitur antefatas cauſas, quæ noſtra hac lege continentur; ſufficere jubemus ad ſolutionem matrimoniorum. Alias autem omnes ceſſare præcipimus, & nullam aliam cauſam poſſe matrimonia ſolvere, ſive noſtris, ſive veteribus legibus cognita eſt, niſi nominatim in hac Conſtitutione inventa fuerit (27).

XI. Si mulier marito ſuo ſine juſta cauſa repudium miſerit, & in hac impia voluntate permanſerit (28): dotem quidem ipſius (29) maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis conſervaturus (30). Sin autem liberos non habeat: ipſe eam lucretur, mulier autem periculo judicis huic cauſæ præſidentis religioſiſſimo antiſti tradatur ejus civitatis, in qua communiter domicilium habent (31). Epiſcopus (32) enim curabit eam monaſterio immittere (33), ut ibi degeret (34) uſque in diem mortis ſuæ (35). Et ſi quidem liberos habeat, beſſem quidem (36) ſubſtantiæ ejus ipſi capiant, tertia autem parte (37) monaſterium potiatur jure dominii. Sin autem nullos liberos habeant (38), ſed parentes; ipſi quidem tertiam partem accipiant, monaſterium autem beſſem: niſi forte mulier in poteſtate parentis conſtituta conſenſu ejus repudium ſine cauſa miſerit. Tunc enim nihil ex filiæ patrimonio parentem (39) ſperare [40] oportet: ſed omnia monaſterium capiat. Quod ſimiliter procedere debet, & ſi nullos, neque parentes, neque liberos [41] habuerit. Sin autem judex, apud quem convicta eſt mulier ſine cauſa repudium miſiſſe, non tradiderit eam civitatis Epiſcopo, ut mittatur in monaſterium: ſi quidem in hac florentiſſima civitate magiſtratus ſit; ipſe quidem viginti libras auri pœnæ nomine dabit, officium autem (42) ejus alias decem (43). Quod ſi provincialis ſit magiſtratus, & præcepta noſtra neglexerit: ipſe quidem pœnam decem librarum auri (44) præſtabit (45), officium autem ejus quinque. Sin autem judex ſit, non magiſtratus: ipſe quidem decem libras auri præſtabit, miniſtri autem ejus quinque. Iſtæ autem pœnæ per Comitem Rerum Privatarum, & ſcholam Palatinorum fiſcalibus rationibus inferantur. Sed & (46) ſi maritus ſine cauſa repudium miſerit [47] uxori ſuæ: reddat ei & dotem (48), & pro-

(1) *ſubiici.* (2) *expeditione.* (3) *fuerint.* [4] *quemcumque.* (5) *priorem.* (6) *chartularios ſcrinii.* (7) *maritus.* (8) *vere.* (9) *& ipſi.* [10] *præpoſitis.* (11) *hoc.* (12) *expectet.* (13) *tranſierit.* (14) *& mulier, & ipſe, qui.* (15) *hi, qui.* (16) *depoſuerint.* (17) *pœna plectentur, pœna danda ei.* (18) *dixerant.* (19) *legitimam habeat.* (20) *dubitatur.* (21) *fœderatus.* forte A. (22) *cauſæ.* (23) *Si.* (24) *uxori.* A. (25) *capti.* (26) *cauſis.* (27) *ſit.* (28) *perſeveraverit.*

[29] *ipſe.* [30] *reſervaturus.* alii, *ſervaturus.* (31) *habebant.* [32] *Antiſtes.* (33) *in monaſterium mittere.* (34) *& ibi degere.* alii, *ut ibi degat.* (35) *ad diem mortis ſuæ.* alii, *ad mortem ſuam.* [36] *duas partes.* (37) *portione.* [38] *habeat.* A. (39) *parentes.* alii, *ad parentem.* (40) *expectare.* (41) *liberos, neque parentes.* (42) *officiales autem.* alii, *officium.* (43) *quinque.* (44) *decem libras auri pœnæ nomine.* (45) *dabit.* (46) *Sed ſi.* (47) *miſit.* (48) *dotem.*

(*a*) Vide Auth. Hodie. C. *eod. tit.*

propter ouptias donationem, & extrinſecus ex ſubſtantia ſua tantum (1) præſtet, quantum tertia pars propter nuptias [2] donationis facit. Et ſi quidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos: ipſa quidem uſumfructum habeat, liberis autem proprietatem cuſtodiat tam donationis, quam pœnæ. Sin autem nullos liberos habeat: tunc & (3) proprietatem omnium rerum prædictarum (4) lucrabitur.

XII. (*a*) Si quis uxorem ſuam flagellis, vel lignis (5) caſtigaverit ſine aliqua earum cauſarum, quæ contra mulierem (6) ad diſſolvendum [7] matrimonium ſufficit (8): pro hac contumelia convictus maritus tantum præſtet mulieri ex ſubſtantia ſua; quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

XIII. (*b*) Si qnis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle eum (9) pudori (10) uxoris ſuæ illudere: liceat ipſi marito teſtationes (11) in ſcriptis habitas (12) ad ſuſpectum hominem mittere, & ter [13] ei denuntiare per ipſas atteſtationes (14) idoneos teſtes continentes (15): ne cum uxore ſua inveniatur. Et ſi poſt tres (16) teſtationes in ſcriptis habitas, & idoneos homines habentes eum invenerit, quem conteſtatus eſt, cum uxore ſua, vel in ſua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in popina, vel in proaſtio: liceat marito ſine ullo periculo ſuis manibus eum occidere. Sin autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore ſua colloquium habentem, convocatis tribus idoneis teſtibus, per quos poſſit probare apud judicem inveniſſe eum cum uxore ſua colloquium habentem, tradat eum judici. Et ſi judex invenerit poſt tres teſtationes ſuſpectum hominem locutum (17) cum muliere (18) fuiſſe: nullo alio exquiſito quaſi adulterum puniat. Marito autem liceat contra uxorem ſuam qualiter voluerit ſecundum leges (19) crimen exequi.

XIV. (*c*) Si poſt tres conteſtationes [20] invenerit maritus uxorem ſuam (21) in ſancto (22) loco cum ſuſpecto homine colloquium habentem: tradat ambos (23) eccleſiæ defenſori (24) vel aliis clericis, ut ſeparatim cuſtodiantur periculo defenſoris, vel aliorum clericorum (25) ut aditus (26) judex mittat ad religioſum civitatis Epiſcopum, & auctoritate (27) ipſius (28) accipiat eos, & pœnis contra adulteros poſitis utroſque adficiat, nullo (29) alio requiſito, niſi quod [30] poſt tres conteſtationes (31) inventus eſt cum muliere loqui (32). Eſt autem juſtiſſimum [33] neque adulterum (34), neque raptores mulierum ſanctorum (35) ſeptis vindicari: & multo magis ſi quis de [36] ipſo adulterio inter ſancta loca (37) alienæ mulieri locutus eſt. Et generaliter definimus, ſi quis invenerit uxorem ſuam [38], vel filiam, vel neptem, vel nurum, & deprehenderit cum [39] aliquo colloqaium habentem; & ſuſpicatus fuerit turpitudinis cauſa eos conveniſſe: liceat eos ei ambos (40) tradere vel [41] defenſori eccleſiæ, vel aliis ejuſdem (42) eccleſiæ clericis periculo eorum ſeparatim coſtodiendos; donec judici innoteſcat (43); & ille ſecundum leges perſonas acceperit [44], & cauſam diſcuſſerit (45). Quæ omnia hujus conſtitutionis capitula valere ſanctimus tam io futuro tempore, quam in præterito, niſi judiciali calculo, vel amicali (46) compoſitione cauſæ deciſæ ſint.

NOVELLA CXVIII. [*d*]

I. [*e*] DE Hereditatibus, quæ ab inteſtato nobis deferuntur, multæ leges a veteribus conſcriptæ ſunt, quas ab hoc tempore placet ceſſare, & præſentem legem in hujuſmodi ſucceſſionibus valere. Nam & ſimpliciter & ſine ulla obſcuritate diviſionem hujus cauſæ per hanc conſtitutionem exponimus [47]. Conſtat enim apud omnes, cognationes tres ordines habere, quorum alius eſt aſcendentium perſona-

(1) *tantum ei.* (2) *ipſius.* (3) *tunc.*
(4) *rerum.* [5] *virgis.* [6] *ſine cauſa, ea res.* (7) *ſolvendum.* (8) *non ſufficit mulieri, ſed.* (9) *velle.* (10) *pudorem.*
(11) *teſtationem.* (12) *habitam.*
(13) *& tunc.* Ivo part. 8. alii, *&.*
[14] *teſtationes ipſas.* Ivo. alii, *ipſam teſtationem.* (15) *continentem.* (16) *poſt.*
(17) Ivo, *collocutum.* (18) *mulieri.* Ivo.
[19] *legem.* (20) Ivo parte 8. *teſtationes.* alii, *teſtificationes.* (21) *uxorem.*
[22] Ivo, *ſacro.* (23) *eos.* (24) *defenſoribus.* [25] *clericorum.* Ivo. (26) *auditos.* Ivo.
(27) *ut auctoritate.* (28) *ejus.*
(29) *& nullo.* (30) *ſi.* Ivo. [31] Ivo part. 8. *atteſtationes.* [32] *locutus.* Ivo.
(33) *juſtum.* (34) Ivo, *adulteros.* A.
[35] *ſacrorum.* Ivo. alii, *ſanctis.* [36] *ſi de.*
(37) *intra ſacra.* Ivo. forte, *intra ſacra loca.* A. (38) Ivo part. 16. *uxorem.*
(39) Ivo ibid. *deprehenderit cum.* alii, *cum.*
(40) Ivo, *ambos.* alii, *eos.* (41) Ivo, *tradere.* (42) *clericis.* Ivo. alii, *hujus eccleſiæ clericis.* [43] *innoteſcere feceris.* Ivo.
(44) *accipiat.* (45) *diſcutiat.*
[46] *amicabili.* (47) *invenimus.*

(*a*) Vide Auth. Sed novo. *eod. tit.*
(*b*) Vide Auth. Si quis. C. *ad L. Jul. de adult.* Juliani verba refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 111. ut *cap.* 14. & *d. parte.* 16. *c.* 161. decreti.
[*c*] Vide *d.* Auth. Si quis ei. Juliani verba refert idem Ivo *d. parte* 8. *cap.* 112. & *d. parte* 16. *cap.* 162. ut *c.* 15. *d.* conſt. 105.
[*d*] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 1. collationis 9. titulo *de heredibus ab inteſtato venientibus.* Eam græce, & latine edidit Greg. Haloander.
[*e*] Vide Auth. In ſucceſſione. C. *de ſuis, & legit.*

ſonarum (1), alius deſcendentium, alius ex [2] latere venientium; quorum alii adgnati ſunt, alii cognati. Sed deſcendentium quidem ordinem aliis omnibus [3] anteponimus (4): ut in ſucceſſione ab inteſtato capienda ponora (5) jura babeant aliis omnibus [6] & aſcendentibus, & [7] ex latere veoientibus perſonis, cujuſcumque fuerint ſexus, qui ad ſucceſſionem vocantur, cujuſcumque gradus (8), nulla diſcretione habita utrum ex maſculina progenie, an ex feminina editi ſunt: & utrum filiiſamilias ſinr, an patres familiarum (9). Licet enim filiusfamilias ſit is, qui mortuus eſt (10); attamen liberos ejus omnibus aliis [11] præponimus (12) in his ſcilicet (13) rebus, quæ adquiſitionem effugiunt: ut in proprietate capienda defuncto ſuccedant, uſuſructu ſcilicet ad patrem pertinente [14]. Sic tamen ut ſi contigerir unum ex deſcendentibus perſonis decedere: liberi ab eo relicti locum ipſius obtineant (15); & tantum capiant, quantum pater (16) ipſius (17) ſi vivus eſſet (18), accepturus fuiſſet; quas ſucceſſiones (19) veteres leges in ſtirpes vocant. Item (20) ſi aliquem mori contigerit, filio, vel filia derelicta, & ex filio, vel filia jam defuncto, vel defuncta nepotibus, vel neptibus relictis: nepotes, vel neptes una cum filio, vel filia ſucceſſionem avi ſui capere debent. Nam in perſonis deſcendentibus gradus differentia nulla eſt: nec ulla diſcretio inducitur, utrum maſculi ſinr (21), an feminæ; & utrum ex maſculino ſexu, an (22) feminino progeniti ſunt; & utrum ſui juris, an alieni fuerint. Hæc de perſonis deſcendentium.

II. *(a)* De aſcendentibus autem perſonis talis (23) obſervatio tenet [24]. Si enim deceſſerit aliquis inteſtatus nullo liberorum (25) derelicto (26); ſed patre, vel matre, vel aliis ex ordine aſcendentium perſonis: præferantur omnibus, qui ex latere veniunt, excepto fratre & ſorore, qui ex utroque parente (27) defuncto copulantur, ſecundum quod inferius declarabitur (28). Sin autem multi aſcendentes ſuperſint: eos anteponi volumus (29), qui proximiore gradu [30] fuerint, ſive maſculi ſint, ſive feminæ, ſive ex maſculino ſexu [31], ſive ex feminino cognationi (32) defuncti junguntur [33]. Sin autem parem gradum cognationis obtineant, pariter vocabuntur: ut qui per patrem aſcendunt, dimidiam portionem hereditatis accipiant (34), quanticumque inventi fuerint: qui autem per matrem aſcenduſt, alteram dimidiam (35) capiant (36), quanticumque ſint (37): niſi forte fratres [38] defuncti exiſtanr (39) ex utroque parente eidem mortuo fratri ſuo copulati (40), vel ſorores eodem jure conjunctæ: runc enim cum proximis (41) parentibus ad hereditatem vocabuntur, hereditate ſcilicet pro virili porrione, ideſt in capita, inter omnes dividenda (42); quamvis pater, & mater fuerint. Ut tamen pater uſumfructum partis ad filium, vel filiam pervenientis [43] nullum (44) habeat, ſed pleno jure apud filium, vel filiam maneat (45): nulla obſervanda differentia inter illas [46] perſonas, utrum maſculini ſexus, an feminini ſint; & utrum per maſculinum ſexum, an (47) femininum defuncto cognatione jungantur. Sed neque in defuncto intereſt, cui ſuccedunt [48], utrum ſui, an alieni juris deceſſit.

III. *(b)* Reliquum eſt ut deſpiciamus (49) de tertio ordine (50) ex latere venientium perſonarum, qui per (51) adgnatos, & cognatos dividitur. Hac enim parte diſpoſita pleniſſima Conſtitutio erit. Si quis igitur deceſſerit, & neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit: primos [52] ad hereditatem vocamus fratres, & ſorores, qui ex eodem patre, vel matre (53) progeniti, vel progenitæ ſunt; ex quibus & mortuus editus eſt. Talibus enim (54) fratribus, vel ſororibus non ſuperſtitibus, illos fratres, vel ſorores vocamus, qui ex uno parente (55) defuncto copulantur, ideſt ſive per patrem, ſive per matrem. Quod ſi deceſſerit aliquis, fratre, vel ſorore relicta; & ex alio fratre, vel ex alia ſorore jam defuncto, vel defuncta liberis relictis: cum avunculis ſuis, vel patruis liberi fratris, vel ſororis venient, & tantam capient (56) portionem, quantam pater eorum, vel mater accepiſſet, ſi vivus, vel viva fuiſſet. Unde conſequens eſt, ut ſi ante mortuus eſt frater, qui tam ex patre, quam ex matre copulatus fuiſſet ei, qui modo defunctus (57) eſt;

(1) *unus aſcendentium.* (2) *alius a.*
(3) *omnibus.* (4) *antepoſuimus.*
(5) *priora.* (6) *omnibus.* (7) *& a.*
(8) *fuerint gradus.* (9) *familias.*
(10) *fuerit.* (11) *omnibus perſonis.*
(12) *anteponimus.* (13) *videlicet.*
(14) *perveniente.* (15) *teneant.*
[16] *parens.* (17) *ipſorum.* A. (18) *vivus.*
(19) *quam ſucceſſionem.* (20) *Unde.*
(21) *ſunt.* (22) *ſexu, an ex.* alii, *ſexu, vel ex.* [23] *hæc.* (24) *teneat.* alii, *teneatur.* (25) *filiorum.* (26) *relicto.*
(27) *latere.* (28) *declaratur.* [29] *anteponimus.* (30) *proximioris gradus.* alii, *proximiores gradu.* [31] *maſculina.*
(32) *feminina cognatione.* (33) *jungantur.*
(34) *capiant.* (35) *portionem.*
(36) *accipiant.* (37) *fuerint.* (38) *frater.*
(39) *exiſtat.* (40) *copulatus.*
(41) *propinquis.* (42) *dividenda.*
[43] *pertinentis.* (44) *non.* (45) *permaneat.* [46] *iſtas.* (47) *ſexum, aut.* (48) *ſuccedant.* (49) *diſpiciamus.* (50) *ordine ſcilicet.* (51) *qui in.* A. (52) *primum.* (53) *& matre.* alii, *& ex eadem matre.* A. (54) *autem.*
[55] *latere.* (56) *capiant.* (57) *mortuus.*

[a] Vide Auth. Defuncto. C. *ad S. C. Tertull.* & Auth. Item hereditas. C. *de bon. quæ lib.*
(b) Videndæ Auth. Ceſſante. & Auth. Poſt fratres. 1. & 2. C. *de legit. hered.*

eſt; alii autem fratres ſuperſint, vel ſorores, qui ex matre tantum, vel ex patre defuncto copulantur: præferantur eis filius, & filia ejus, qui utroque jure (1) ſubnixus eſt. Et ex contrario ſi filius, vel filia exiſtant (2) fratris, vel ſororis defuncti, vel defunctæ uno tantum jure conjuncti; alii autem fratres exiſtant, vel ſorores utroque jure decorati: præponantur fratres filiis, vel filiabus ante defuncti (3) vel ante defunctæ ſororis. Nulla enim differentia eſt, utrum de hereditate maſculi, an feminæ quæratur, & utrum maſculi ſint (4), qui inter ſe certant, an feminini ſexus (5). Alia autem perſona ex tranſverſo gradu in locum defuncti parentis ſui omnioo non ſuccedat, niſi fratris filius. Tunc autem cum avunculis ſuis, vel patruis fratris, vel ſororis filii, filiæve vocantur: cum nullus ex aſcendentibus perſonis defuncto ſuperſit (6); tunc enim excludendos eos eſſe (7) cenſemus. Quod ſi nullus ex aſcendentibus ſit: tunc fratris, vel ſororis filii, quaſi ſecundum gradum obtinentes ſic ad hereditatem defunctæ perſonæ vocentur: ideoque modis omnibus avuoculis, vel patruis (8) defuncti præponantur: quia illi tertium gradum cognationis obtinent. Quod ſi neque fratres, neque ſorores, neque filios, vel filias (9) fratrum, vel ſororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad ſucceſſionem ejus vocabitur [10] ſecundum ſui gradus prærogativam, ut qui proximior eſt, ipſe cæteris (11) præponatur. Quod ſi plures perſonæ eundem gradum cognationis obtineant, & aliis proximiores ſint: in capita dividatur inter eos hereditas: nulla differentia habenda, utrum qui vocantur ad ſucceſſionem defuncti maſculi (12) ſint, an feminæ (13); & utrum [14] perſona defuncta maſculini, an feminini ſexus fuerit. Nulla autem differentia ſit adgnationis, & cognationis: ſed ſolus gradus ſanguinis oaturalis ſpectetur: nam cognatus proximior ulteriori adgnato præponitur. Hæc de ſucceſſionibus.

IV. (a) Ex his autem [15], quæ de hereditatibus ab inteſtato deferendis diximus: facile poſſumus intelligere, quid de tutelis juris ſit. Nam quæcumque perſona ſive agnationis, ſive cognationis titulis (16) decorata ad hereditatem impuberis, ſi morietur, vocatur [17], neceſſe eſt, ut etiam tutelæ onus ſuſcipiat. Nam ibi tutelæ gravamen imponendum eſt, ubi hereditas deferri ſperatur. Nam ſi (18) multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant (19), omnes pariter ad hereditatem, & ad tutelam [20] vocantur (21), exceptis feminis & (22) minoribus viginti quinque annis, & his, qui propter diverſas rationes tutores eſſe non poſſunt, veluti milites, & hi qoi excuſatione vallati ſunt. Mater autem, vel avia [23], ſi velit (24) tutelam gerere filiorum ſuorum (25) vel nepotum, non prohibentur (26): ſi tamen actis intervenientibus nuptiis aliis (27) & Vellejano ſenatuſconſulto renuntiaverint (28). Hoc (29) enim facientes omnibus ex tranſverſo venientibus cognatis (30) præponantur [31] in tutela ſolis cedentes teſtamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur: convenire eos oportet (32) apud competentem judicem, ut ille unum, vel plures ex his, qui ad adminiſtrationem pupillaris rei (33) ſufficiunt, creet; quem ipſi [34], vel quos utpote idoneos elegerint (35), & nominaverint: ut periculum ad omnes reſpiciat [36], & ſubſtantia eorum tacitis hypothecæ titulis pupillo [37] obligetur.

Hæc autem, quæ de ſucceſſionibus diximus (38), obtinere oportet in his perſonis, quæ fidem catholicam ſequuntur: nam leges (39) hæreticis poſitas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Hæc autem Conſtitutio teneat in his caſibus, qui ab initio Julii menſis præſentis ſextæ indictionis contigerunt, vel poſtea contigerint. Præcedentes enim cauſas, quæ emerſerunt uſque ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, ut ex his dirimantur. Dat. VII. Kal. Aug. VII. Miliario Imp. Juſtin. *

* *In lib. Pith. add.* Ann. XVI. poſt Conſ. Fl. Baſilii ann. II. *In lib. vero Auth.* In novo palatio DD. Juſtin. PP. Aug. Imperii ejus ann. XVIII. poſt Conſ. Baſil. V. C. Ann. III.

NOVELLA CXIX. (b)

I. (c) PRopter nuptias donatio inſinuatione monumentorum non indigeat: quamvis ſupra quingentos ſolidos ſit: ſed valeat & in perſona mulieris, & in perſona ma-

(1) *ex utroque parente.* (2) *exiſtat.*
(3) *defuncti fratris.* A. (4) *ſunt.*
(5) *feminæ.* (6) *defuncti ſuperſit.* alii, *ſuperſit.* [7] *eſſe.* (8) *& patruis.*
(9) *neque filias.* [10] *vocabitur.*
(11) *iſte cæteris.* alii, *præponatur.*
(12) *maſculini ſexus.* (13) *ſive feminæ.* alii, *an feminini.* (14) deſunt quibuſdam.
(15) *Viſis autem his.* (16) *titulo.*
(17) *ſi moriatur, vocatur.* alii, *vocabitur.*
(18) *Nam ubi.*
(19) *tenent.* (20) *ad tutelam.*
(21) *vocentur.* (22) *feminis, aut.*
(23) *& avia.* (24) *velint.* A.
(25) *filiorum.* (26) *prohibetur.*
(27) *nuptiis.* (28) *renuntiaverit.*
(29) *Hac.* (30) *adgnatis, ſive cognatis.* A.
(31) *præponuntur.* (32) *oportet.*
(33) *pupilli.* (34) *ipſe.* A. (35) *elegerit, & nominaverit.* A. [36] *pertineat.*
(37) *obligetur.* (38) *dicta ſunt.*
[39] *leges de.*

(a) Vide Auth. Sicut. C. *de legit. tutela.* & Auth. Matri. C. *quando mul. tut. off.*
(b) Eſt in libro Auth. conſt. 2. ejuſd. collat. 9. tit. *Ut ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus.* Quam græce, & latine Haloander edidit.
(c) Vide Auth. Eo decurſum. C. *de don. ante nupt.*

riti; & ſive (1) ipſe maritus conſcripſerit eandem donationem, ſive alius pro eo, ſive in perſonam ipſius mariti [2], ſive in perſonam mulieris.

II. (*a*) Si quis [3] quattumdecimum annum ætatis implevit (4), & teſtamentum propter hoc facere (5) poteſt: non impediatur in ultima voluntate ſervos ſuos [6] manumittere, quamvis imperfectæ ætatis ſit (7).

III. (*b*) Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit, non aliter hoc factum (8) eſſe videatur, niſi ipſum prolatum (9) fuerit, id eſt (10) antiquum inſtrumentum, vel alio modo legirimo debita quantitas probata ſit. Hoc enim & veteribus legibus cognitum eſt.

IV. (*c*) Sanctimus ut in provocationibus ultimo fatali die, vel utraque parte veniente, vel eo ſolo, qui appellavit (11), & manifeſtante (12) præſentiam ſuam, vel magiſtratui [13], qui de appellatione cogniturus eſt, vel conſiliariis ejus, vel eis, qui lites introducunt. Et ſi judices (14) eum intra ſtatutos dies recipere diſtulerint [15], nullum præjudicium ſit partibus, vel uni ex his propter hujuſmodi cauſam. Sed provocationes tales legitimo calculo terminentur.

V. (*d*) Leges quidem noſtæ præcipiunt, ut contra ſententias glorioſiſſimorum Præfectorum Prætorii cujuſque regionis provocatio non porrigatur (16): ſed certo tempore elapſo [17] retractatio ſententiæ concedatur. Sed humanitatis ratione facultatem præſtamus ei, qui ſe ex (18) ſententia Præfectorum gravatum eſſe putaverit, libellum offerre (19), vel ipſi Præfecto Prætorii (20), qui ſententiam dixit, vel conſiliariis ejus, vel his, qui lites introducunt intra decem dies poſt ſententiam prolatam; ut hoc ſubſecuto non aliter executioni ſententia tradatur, niſi prius fidejuſſores idoneos dederit is, qui [21] vicit, de tanta quantitate reddenda, quantam ſententia continet. Ut ſi poſtea retractatione legitimo modo veniente calculus reſcindatur, res adverſariæ parti, cum legirimis augmentis reſtituantur. Quod ſi intra decem dies poſt ſententiam prolatam libellus ab ea parte, quæ victa eſt, non porrigatur: ſine (22) fidejuſſione quidem executio ſententiæ fiat. Sed tamen jus retractatinnis integrum adverſariæ parti cuſtodiatur, ſibi imputato, quod [23] intra decem dies libellum præſtare ſecundum definitionem noſtram non curaverit.

VI. (*e*) Si minor vigintiquinque annis temere (24) ſuſceptam a ſe hereditatem nolit (25) habere; & in integrum reſtitutionem imploraverit, ſi quidem præſto ſint omnes creditores hereditatis: vocentur juſſione judicis, & præſentibus eis reſtitutio petatur. Quod ſi vel omnes [26], vel quidam ex bis abſint (27): vocentur quidem legitimis præconiis [28]. Sin autem intra tres menſes non venerint: liceat adultis in integrum reſtitutionem impetrare ſine periculo. Ut tamen judex, qui præſidet, proſpiciat, ubi (29) debeant res hereditariæ mobiles & (30) immobiles ſervari (31), quantitate ſcilicet earum per publicam deſcriptionem (32) actis intervenientibus manifeſtanda.

VII. (*f*) Si quis mala fide res alienas poſſidens vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit; is autem, qui ſe dominum rerum putaverit (33), ſciens hoc (34) teſtatione non denuntiaverit ei, qui res accepit (35) intra decennium inter præſentes, vel inter abſentes intra vicennium (36); res firmiter apud emptorem, vel qui donationem excepit, vel alio modo alienata (37) nactus eſt, permaneant. Quod ſi ignorante domino malæ fidei poſſeſſor alienaverit; non aliter (38) præjudicet domino, niſi triginta annorum ſpatium tranſactum ſit: quamvis is, qui emit, vel alio modo alienata (39) nactus eſt, bonæ fidei poſſeſſor fuerit (40).

VIII. (*g*) Scimus quod inter præſentes longi temporis præſcriptio decennium eſt, inter abſentes autem vicennium. Quid ergo ſi in quibuſdam annis præſto ſit aliquis, in quibuſdam autem abſens fuerit [41]? Et dicimus (42) tantum tempus decennio expleto adiiciendum eſſe,

quan-

(1) *ſive.* (2) *mariti.* [3] *Qui.*
(4) *ætatis ſuæ compleverit.* alii, *ætatis impleverit.* [5] *facere.* (6) *ſervos.*
(7) *ſint.* (8) *factum.* [9] *probatum.*
[10] *forte primum, vel idem.*
(11) *provocavit.* [12] *manifeſtavit.*
(13) *illi magiſtratui.* [14] *judex.*
[15] *diſtulerit.* (16) *admittatur.*
(17) *temporis lapſu.* (18) *qui.*
(19) *libellos afferre.* (20) *Prætorio.*
(21) *pars victrix.*
[22] *& ſine.* (23) *eo quod.*
(24) *tenuem* (25) *noluerit.*
(26) *omnes.* (27) *abſunt.* (28) *edictis.*
(29) *ut.* (30) *mobiles, vel.* (31) *conſervari.* (32) *publica deſcriptione.* (33) *earum putat.* [34] *hæc.* (35) *receperit.* alii, *ceperit.* [36] *& vicennium inter abſentes.*
(37) *alienationis.* alii, *res.* forte, *alienatas.* A.
[38] *aliter hoc.* (39) *alienationis.*
(40) *ſit.* (41) *autem abſuerit.* alii, *abfuerit.* (42) *Dicimus.*

(*a*) Vide Auth. Sed hodie. C. *qui man. non poſſ.*
(*b*) Vide Auth. Si quis. C. *de edend.*
(*c*) Vidend. Authent. Si appellatione. C. *de tempor. & repar. app.*
(*d*) Vide Auth. Quæ ſupplicatio. C. *de precib. Imp. off.*
(*e*) Vide Auth. Si omnes. C. *ſi minor. ab hered.*
(*f*) Vidend. Auth. Malæ fidei. C. *de præſcr. longi temp.*
(*g*) Vide Auth. Quod ſi quis. C. *eod. tit.*

quantum in abſentia fuit (1). Ea autem, quæ de temporali præſcriptione conſtituimus: non in præteritis cauſis, ſed in futuris caſibus obtinere ſanctimus (2), qui poſt hanc legem emerſerint.

IX. [a] Nemo cogatur (3) in teſtamento ſuo propria manu, vel teſtium nomina heredum ſcribere; ſed valeat teſtameotum ipſius, ſive per ipſum teſtatorem, ſive per aliam qualemcumque (4) perſonam nomen heredis ejus ſcribatur: ſi tamen aliam teſtamentorum obſervationem habeat.

X. Scimus legem nos poſuiſſe, qua cautum eſt, ut non traoſeant ad alias domos religioſas [5], res immobiles, quæ ad (6) noſtram domum ab eccleſia ſacroſancta pervenerint (7): hanc igitur legem præcipimus evacuari (8) non ſolum in his, quæ poſtea perveneriot (9) ad noſtram domum; ſed etiam in his, quæ jam pervenerunt (10).

XI. (b) Si quis teſtamentum ſecerit; & rem immobilem familiæ ſuæ legaverit (11), vel aliæ perſonæ legati nomine reliquerit, & is (12) ſpecialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari; ſed apud hæredes, vel ſucceſſores ejus [13], coi res relicta eſt, ſemper manere (14): in hoc legato jubemus Falcidiam legem locum omnino non habere (15): quia alienationem ejus ipſe prohibuit, qui teſtatus eſt.

Hæc autem obtinere jubemus (16) in his caſibus, quos nec judicialis calculus, nec amicalis [17] compoſitio, oec alius legitimus modus terminavit.

NOVELLA CXX. (c)

I. (d) NUlli liceat adminiſtratori rerum eccleſiæ majoris hujus imperialis civitatis, vel orphanotrophii, vel xenodochii, vel ptochotrophii, vel noſocomii, vel alterius religioſi loci intra imperialem civitatem, vel intra territorium ejus poſiti, exceptis monaſteriis, vendere, vel donare, vel permutare, vel impari donatione, vel alio quocumque modo alienare rem immobilem, vel anoonas civiles, vel ruſticum mancipium; niſi ad imperialem domum permutatio tantum fiat. Sed neque parœcico jure (18) dare (19) quippiam concedimus. Emphyteuſeos autem contractus ab antefata majori eccleſia & aliis memoratis locis fieri jubemus in perſona ipſius, qui accepit (20), & duobus [21] aliis heredibus: ut non plus quam ſexta portio ſubſiſtentis reditus concedatur ei, qui emphyteuſim accepit. De proaſtiis autem, quæ ad prædictas pertinent domos, jubemus; ſiquidem talia proaſtia reditum habeant, in ſolido (22) reditu ab adminiſtratoribus jure emphyteuſeos ea præſtari (23) ſecundum prædictum modum, ideſt in perſonam ejus, qui accepit [24], & alias duas ſucceſſiones, nulla (25) revelatio fiat, ſed magis accedat [26] augmentum. Quod ſi oullum reditum eadem proaſtia habeant: tuoc liceat adminiſtratoribus ea præſtare ſub quadam quantitate (27). Quod ſi res (28) emphyteuſeos jure ab antefatis domibus præſtita (29), vel ad imperialem domum pervenerit, vel ad fiſcum, vel ad aliquam (30) civitatem, vel ad curiam, vel ad aliam religioſam domum: liceat adminiſtratoribus locorum, a quibus ab initio emphyteuſis conſtitit, quando ad aliquam (31) perſonam talis contractus prevenerit, manifeſtare voluutatem ſuam iotra bieunium, & duorum alterum vel apud eum (32) relioquere rem, & annuum reditum, qui pacto continetur, accipere, vel ipſam rem recipere jure emphyteuſeos reſoluto, ſi hoc ipſum conducere ſibi putaverit. Quod ſi quædam ſunt loca, in quibus poſitæ veteres domus dirutæ ſunt, ex quibus nullus reditus prædictis religioſis locis colligitur; neque poſſint dirutas (33) domos renovare: liceat, adminiſtratoribus hujuſmodi loca (34) emphyteuſeos jure perpetuo præſtare. Sic tamen ut tertia portio penſionum religioſis locis præſtetur, quæ colligebantur ex habitationibus oondum dirutis; eamque (35) tertiam portionem cedere (36) ab initio contractui (37) emphyteuſeos. Quod ſi emphyteuticarius magis eligat (38) ſub hac pactione loca accipere, ut prius ædificet, & ex venientibus poſtea penſionibus dimidia portio religioſis locis præſterur: & hoc fieri concedimus. Sed (39) & ſi materias ex dirutis ædificiis in eodem loco emphyteuti-

ca-

(1) *fuerit.* (2) *cenſuimus.* (3) *cogitur.* [4] *quamcumque.* (5) *domos.* (6) *a noſtra domo ad ſacroſanctam eccleſiam.* (7) *pervenerunt.* (8) *vacuari.* (9) *jam pervenerunt.* [10] *poſtea pervenerint.* (11) *reliquerit.* (12) *&.* (13) *illius.* (14) *permanere.* alii, *manere.* (15) *habere.* (16) *dicemus.* (17) *amicabilis.* (18) *de colonis pari jure.* (19) *dari.* (20) *accipit.* & verſ. 8. (21) *& in duobus.* (22) *in ſolidum ab his.* (23) *qui regunt ipſa loca venerabilia, emphyteuſin hanc.* (24) ſcilicet, *ad accipientis.* (25) *ut nulla.* (26) *accipiat.* (27) *ſub quantitate.* (28) *ſi.* [29] *domibus.* [30] *ad aliam.* (31) *ad aliquas perſonas.* [32] *apud eos.* (33) *dirutæ domus renovari.* A. (34) *loci.* (35) *eandemque.* [36] *concedere.* (37) *contractus.* [38] *elegerit.* (39) *Si.*

(a) Vide Auth. Et non obſervato. C. *de teſtam.*

(b) Vide Auth. Sed & in ea. C. *ad L. Falc.*

(c) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 3. collat. 9. tit. *De alienatione, & emphyteuſi &c.* Eandem Haloander utraque lingua edidit.

(d) Videndæ Authent. Quibuſcumque. C. *de ſacroſ. eccl.* & Auth. Si quas ruinas. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. 10. quæſt. 2. *c.* 2. §. Si quas.

earius invenerit: ſine impedimento eis utatur. Quod ſi quis velit rem immobilem ab antefatis religioſis locis uſus nomine accipere: non aliter hoc accipiat (1), niſi aliam rem ſtatim jure dominii præſtet eidem religioſo loco, a quo eandem rem acceptavit (2) habentem [3] reditum, quantum habet res, quæ ei datur, & non pluribus tributis gravatam: ut poſt (4) mortem ejus, vel poſt tempus, quod uſui additum eſt; ut tamen non ſit longius, quam vita ejus qui cepit (5), utraque res in integrum (6) tam jure dominii, quam jure uſus in eundem [7] religioſum locum perveniat. Locationes autem ab his (8) religioſis locis fieri concedimus in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit, ut tamen non extendantur ultra triginta annos. Quod ſi contigerit memoratis locis propter tributa, vel alias neceſſitates pecuniis opus habere: liceat adminiſtratoribus rem immobilem ſupponere, & donare [9] in ſpeciale pignus; ut creditor poſſideat eandem rem, & fructus ejus accipiat [10], & imputet ſibi quoſdam in ipſas, quas mutavit, pecunias; quoſdam in uſuras non ampliores, quam quartam (11) portionem centeſimæ. Quod ſi adminiſtratores debitum ſolverint; vel ex fructibus creditori ſatisfiat (12): jubemus rem ad locum religioſum redire. Contractus autem emphyteuſeos, & hypothecas, & ultra quinquennium locationes volumus fieri a ſacroſancta quidem majori eccleſia hujus civitatis arbitrio, & conſenſu beatiſſimi ejuſdem (13) Patriarchæ, jurantibus præſente eo tam religioſis œconomis, quam chartulariis ejuſdem majoris eccleſiæ, quod non ad fraudem ipſius eccleſiæ contractus fit [14]: in aliis autem religioſis domibus ſi quidem ſint chartularii; eodem modo jurare (15) præſente adminiſtratore. Quod ſi nulli chartularii ſint; ipſos adminiſtratores propoſitis ſacroſanctis evangeliis contractum (16) facere in ſcripto cum jurejurando hujuſmodi inſtrumentis, eo quod (17) non ad læſionem, vel circumſcriptionem religioſi loci contractus fiat. Œconomis autem, & orphanotrophiis, & cæterorum locorum adminiſtratoribus, & cujuſcumque loci chartulariis, & parentibus, & liberis eorum, & aliis, qui jure cognationis, vel affinitatis eis copulantur (18), interdicimus emphyteuſim, & locationes, & (19) hypothecas rerum ad religioſa loca pertinentium, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam accipere. Sciturus quod ſi tale aliquid fuerit (20), & hoc ipſum invalidum erit; & omnem ſubſtantiam eorum, qui ceperint (21), & œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus [22] ſecundum prædictum modum copulantur; in religioſam (23) domum, ex qua rem acceperint, poſt mortem eorum pervenire jubemus. Et hæc (24) quidem de ſacroſancta majori eccleſia, & prædictis religioſis locis, quæ intra imperialem civitatem ſunt, vel intra territorium ejus, diſpoſuimus.

II. (a) De aliis autem ſacroſanctis eccleſiis, & monaſteriis, & xenonibus (25), & noſocomiis, & cæteris religioſis domibus, quæ in omnibus provinciis (26) noſtræ Reipublicæ poſitæ ſunt, nec non monaſteriis in imperiali civitate, & [27] territorio ejus poſitis, conſequenter definiendum eſt. His igitur locis liberam facultatem præſtamus non ſolum temporalem emphyteuſim facere immobilium rerum ad ipſos pertinentium, ſed etiam perpetuo eas jure emphyteutico volentibus dare. Et ſi quidem ſacroſanctæ eccleſiæ fuerint, vel aliæ religioſæ domus, quarum adminiſtrationem Epiſcopus vel per ſe, vel per clerum (28) expediat: arbitrio ejus & conſenſu fieri talem contractum jurantibus præſente eo œconomis, & adminiſtratoribus, & chartulariis ejuſdem religioſæ domus, quod ex hoc [29] emphyteuſeos contractu (30) nullum damnum eidem religioſæ domui fiat. Quod ſi ptochia, vel xenones, vel noſocomia, vel alia religioſa loca ſint propriam habentia adminiſtrationem: ſi quidem ſancta domus oratoria habeat, conſenſu amplioris partis clericorum oratorii contractus procedat, nec non œconomi. Quod ſi ſolum xenodochium ſit, vel ptochium, vel noſocomium, vel alia religioſa domus: is (31) qui præpoſitus ipſius (32) eſt, contractum faciat jurantibus adminiſtratoribus eorum ſub præſentia religioſiſſimi Epiſcopi, a quo præpoſiti, vel creati fuerint, quod nihil ad læſionem, vel circumſcriptionem eorumdem locorum in tali contractu fiat. In monaſteriis autem per hegumenos eorum cum ampliori parte ejuſdem monaſterii monachorum contractum fieri (33). In his autem omnibus jubemus inſcribi inſtrumentum cum jurejurando, quod non ad læſionem, vel circumſcriptionem eorundem locorum negotium agitur: & hac tamen obſervatione præcedente (34) relevationem non amplius fieri ſexta portione reditus, quam habet

res

[1] *capiat.* (2) *accepit.* A. (3) *tantum habentem.* (4) *& poſt.* (5) *accepit. Non extenditur.* [6] *ultra accipientis vitam.* (7) *ad.* (8) *iiſdem.* (9) *dare.* A. (10) *capiat.* (11) *quarta portione.* (12) *ſatisfaciant.* (13) *ejuſdem civitatis.* (14) *ſit.* (15) *jurare oportet.* (16) *contractus.* (17) *quod.* (18) *copulentur.* (19) *locationem, vel.* (20) *fecerint.* (21) *acceperint.* (22) *qui.* (23) *ad religioſam.* (24) *Et hoc.* (25) *xenodochiis.* (26) *locis.* (27) *civitate, & in.* [28] *clericos.* [29] *ex his.* (30) *contractibus.* (31) *qui.* [32] *ipſis.* (33) *faciat.* (34) *procedente.*

(a) Vide Auth. Hoc jus. & Auth. Perpetua. C. *de ſacroſ. eccl.* Quarum verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Hoc jus. & §. Perpetua.

res jure emphyteuſeos præſtita. Quæ autem diximus (1) de ædificiis dirutis (2) pertinentibus ad religioſas domos in hac imperiali civitate poſitas; eadem obtinere volumus & in (3) iſtis religioſis domibus. Illud quoque jubemus obtinere, ut ſi quando (4) eædem religioſæ domus vel propter publicas [5] tributiones, vel propter alias neceſſarias cauſas obligatæ fuerint; & non habeant ex rebus mobilibus, unde eadem debita perſolvant (6): tunc primo quidem ordine in ſpeciale pignus rem immobilem dari creditori volumus, ut hujuſmodi pignoris fructus accipiens imputet ſibi quoſdam in ipſam pecuniam creditam, quoſdam in uſuras non plures quarta portione centeſimæ. Quod ſi non poſſint hoc modo debitum obtinere; jubemus eos quidem, qui a beatiſſimo (7) Patriarcha creantur, ſive metropolitani, ſive alii epiſcopi fuerint, ſive archimandritæ, ſive orphanotrophi, vel bephotrophi, vel xenodochi, vel noſocomi, vel alii religioſarum domorum adminiſtratores, apud ſanctiſſimos Patriarchas, a quibus creantur, monumenta fieri cum ſacramento adminiſtratorum, & conſenſu majoris partis eorum, qui ibi miniſterium faciunt, debitum manifeſtum fiat, & quod non eſt poſſibile ex rebus mobilibus hoc exſolvi. Eos autem, qui a metropolitanis Epiſcopis creantur, ſive Epiſcopi ſint, ſive archimandritæ, ſive orphanotrophi, ſive ptochotrophi, vel alii domorum religioſarum adminiſtratores; apud ipſos ſimiliter metropolitanos Epiſcopos talia monumenta conſcribere. Apud illos autem Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel a metropolitanis (8) creantur, & habent ſub juriſdictione (9) ſua monaſteria, vel ptochia, vel xenones, vel noſocomia, vel alias religioſas domos: eodem modo monumenta fieri. Sic tamem ut apud Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Epiſcopos talia monumenta ſic fiant, ut nullum ſuper his damnum, vel ſumptum domos (10) religioſas pati. Propter hoc enim (11) volumus de cætero apud Præſides provinciarum, vel apud Defenſores locorum talia monumenta a prædictis (12) perſonis, vel domibus fieri, ut nullum detrimentum patiantur. Poſtquam autem hoc ita ſecutum fuerit apud memoratos ſanctiſſimos Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Epiſcopos: tunc antefatos adminiſtratores ejuſdem [13] loci, cui debitum imminet: in ſcriptis in publico civitatis proponere per viginti dies: & hoc modo adhortari (14) eos, qui comparare rem immobilem volunt: ut is, qui plus præſtiterit, aliis præponatur. His autem omnibus præcedentibus venditionem fieri pretio modis omnibus pro debito eundo (15): ut non aliter habeat emptor cautum, niſi pretium ſuper ipſo debito ſolverit; & hoc ſpecialiter ſcriptum ſit cum jurejurando in emptionali conſcriptione, & quod nihil ad læſionem, vel circumſcriptionem ejuſdem religioſæ domus ſit. Sin autem per antefatum modum emptor talis rei non (16) inveniatur: jubemus debitum quidem percipere [17] creditorem jure eo, quod pro ſoluto dicitur: ut ipſam poſſeſſionem creditor accipiat juſta, & ſubtili æſtimatione (18) facienda, & adjicienda pretio decima portione totius æſtimationis. Et ſic in ea quantitate capere rem creditorem pro ſolutione firmo dominio poſſidendam. Sic tamen ut adminiſtratores ejus loci, cui debitum imminet (19), & pars major eorum, qui ibidem miniſterium faciunt, hujuſmodi venditionibus conſentiant. Ea autem res, quæ pro ſoluto immobilis conſtituta datur, non electione creditoris præſtetur; ſed quod medium eſt fertilium, & infertilium poſſeſſionum, quæ ad religioſum pertinent locum, æſtimari oportet ex reditu ſuo, & publicarum tributionum functione, & reliquo ſtatu. Si quis autem Epiſcopus, vel œconomus, vel adminiſtrator cujuſcumque religioſi loci, ſive in imperiali civitate, ſive in provinciis poſiti pecuniam mutuatus eſt, vel poſtea mutuatus fuerit: jubemus non aliter ei in rationes religioſæ domus imputari, niſi prius probaverit, quod in cauſas prædicti religioſi loci hoc proceſſit (20). Sed neque ipſum creditorem, vel heredes ejus contra domum religioſam habere aliquam actionem; niſi probaverit in cauſas [21] ad religioſam domum pertinentes (22) pecuniam proceſſiſſe: ſed contra eum, qui mutuatus eſt, vel heredes ejus ſuas movere actiones. Hoc quoque jubemus, ut excepta ſanctiſſima majori eccleſia imperialis civitatis, & ſancto orphanotrophio, & xenonibus & ptochiis, quæ in hac imperiali civitate ſunt, vel quæ intra territorium ejus; licere omnibus ſanctiſſimis eccleſiis, & religioſis domibus, nec non monaſteriis, quæ vel in imperiali civitate, vel in diverſis provinciis poſita ſunt, permutationes ſecum facere cum indemnitate utriuſque loci, conſentientibus in ſcriptis, vel per depoſitiones huic contractui non ſolum adminiſtratoribus utriuſque religioſi loci, ſed etiam majore parte eorum, qui ibi [23] miniſterium faciunt. Res autem immobiles, quæ ab imperiali domo ad quemcunque religioſum locum pervenerunt, vel poſtea pervenerint; nullo modo vendi, vel ſupponi, vel permutari, vel quocumque modo alienari concedimus, nec ſi ſecum religioſæ domus tale aliquid fecerint.

III.

(1) *dicimus.* (2) *ædificiis.* [3] *etiam in.* (4) *ſi quidem.* [5] *publica tributa.* (6) *perſolvi poſſint.* (7) *beatiſſimis Patriarchis.* (8) *vel metropolitanis.* [9] *diſtrictione.* [10] *domus religioſa.* (11) *hæc autem.*

[12] *ſupradictis.* (13) *ejus.* [14] *hortari.* [15] *dando.* A. (16) *rei nullus.* (17) *recipere.* (18) *examinatione.* (19) *qui debitum debet.* (20) *proceſſerit.* (21) *in cauſam.* [22] *pertinentem.* (23) *qui.*

III. [*a*] Nulli liceat (1) monaſterium alienare, ut in profanum ſtatum tranſeat: ſed liceat Epiſcopis [2] hujuſmodi facinora emendare, & in priſtinum ſtatum locum reducere.

IV. (*b*) Si quis autem ex prædictis locis, excepta majori eccleſia imperialis urbis, poſſeſſionem habeat tributis plurimis prægravatam [3], ex qua nullus reditus ſancto loco præſtatur (4) facultatem liberam damus adminiſtratoribus religioſi loci talem poſſeſſionem alienare, quocumque modo putaverint commodum eidem religioſo (5) loco fore [6], monumentis ſcilicet in tali alienatione faciendis apud illos, a quibus adminiſtratores talium locorum præponuntur, vel creantur; & jurantibus per divinas ſcripturas his, qui eiſdem locis (7) præpoſiti ſunt, & majori parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt; quod nulla proditione (8), nulla gratia, nulla circumſcriptione alienatio fiat.

Œconomis autem, vel adminiſtratoribus, vel chartulariis cujuſcumque (9) loci religioſi, & parentibus, & liberis eorum, & aliis, qui vel cognatione, vel jure nuptiarum eis copulantur, locationes, vel emphyteuſis, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium ad eoſdem (10) religioſos locos pertinentium ſubire, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ſub iiſdem pœnis interdicimus, quas ſuperius diximus (11).

V. (*c*) Si quis autem (12) conductor, vel emphyteuticarius rem, quæ ad locum religioſum pertinet, deteriorem fecerit; vel per biennium emphyteuticum canonem, ſive mercedem non ſolverit: liceat adminiſtratoribus [13] religioſi loci eum expellere de locatione, vel emphyteuſeos contractu; & exigere ab eo tranſacti temporis debitum canonem (14); & propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem nolint [15] adminiſtratores religioſi loci eum expellere: id quod debet, præſtet; & teneat rem donec tempus ſtatutum finiatur; & canonem ſecundum quod pactus (16) eſt, præſtet. Quod ſi fugerit; liceat adminiſtratoribus religioſi loci indemnitatem ſervare ex rebus ipſius; & propter emponemata nullam timere actionem.

VI. Sanctiſſimis eccleſiis Odeſſi, & Tomeos permittimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione; niſi forte [17] ad hoc etiam [18] præſtitæ fuerint, ut nullo modo alienarentur (19). Illud quoque concedimus, ut Hieroſolymitana eccleſia (20) licentiam habeat domos ſuas in eadem civitate poſitas vendere non in minori pretio, quam ex penſionibus earum per quinquaginta annos colligitur, ut ex (21) ea æſtimatione alius reditus melior comparetur.

VII. Si quis cuicumque ſancto loco, vel in imperiali civitate, vel in provinciis poſito poſſeſſiones penuria laborantes donaverit, vel vendiderit, vel alio modo præſtiterit, vel reliquerit: jubemus pro talibus rebus nullam læſionem perpeti religioſam domum, ad quam talis poſſeſſio pervenit ſive publicarum functionum nomine, ſive alterius cujuſcumque cauſæ: ſed (22) totum gravamen ad eos, qui dederunt, vel heredes eorum redire, cogendos recipere tales poſſeſſiones, & reſtituere de ſua ſubſtantia religioſo loco omne detrimentum, quod ei ex tali cauſa contingit (23). Sed [24] & ſi fraus interceſſerit tanta, ut etiam (25) pecunia a religioſo loco præſtetur; ut poſſeſſiones illas religioſus locus ſuſcipiat [26]: jubemus, ut is, qui dedit, vel ejus heredes ſuſcipiant (27) poſſeſſiones, & pecunias (28) non exigant. Nulli autem eccleſiæ neceſſitatem imponi volumus poſſeſſiones ubicumque poſitas, quamvis fertiles ſint, comparare.

VIII. (*d*) Si quis uſus nomine rem immobilem ab eccleſia provinciali accipere velit (29): eodem jure (30), & ſub iiſdem condicionibus accipiat, quas ſuperius (31) diximus in eccleſiis, quæ in imperiali civitate (32) ſunt, vel intra territorium (33) ejus poſitæ (34).

IX. (*e*) Hæc (35) de rebus immobilibus. Nam de ſacris vaſis cujuſcumque eccleſiæ, vel oratorii jam legem poſuimus: ut non aliter (36) liceat ea diſtrahere, niſi pretium eorum procedat in redemptionem captivorum: aliter enim vendi, vel obligari non poſſunt. Sin autem religioſa domus habeat ſuperflua vaſa,

quæ

(1) *ſit licentia.* (2) *Epiſcopo.* alii, *Epiſcopos.* (3) *aggravatam.* [4] *paratur.*
(5) *religioſo.* alii, *eidem.* (6) *facere.*
(7) *iiſdem.* (8) *perductione.* (9) *cujuſque.* [10] *ad eos.* (11) *ſupra diximus.* Additur in quibuſdam libris hoc: *Scituris, quod ſi tale aliquid perpetratum fuerit, & hoc ipſum invalidum erit, & omnem ſubſtantiam eorum, qui ceperint, & œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus ſecundum prædictum modum copulatur, in religioſam domum, ex qua rem acceperint, & poſt mortem eorum pervenire jubemus.*
(12) *Si quis.* (13) *religioſo loco.*
(14) *canonem.* (15) *noluerint.* (16) *pactum.* (17) *niſi.* (18) *eis.* (19) *alienentur.* (20) *ſanctiſſima eccleſia.* (21) *ea.*
(22) *&.* (23) *contigerit.* (24) *Sed ſi.*
(25) *&.* (26) *accipiat.* (27) *recipiant.*
(28) *pecuniam autem.* [29] *vult.*
[30] *jure obtinente.* (31) *ſupra.*
[32] *imperialis civitatis.* (33) *in territorio.* [34] *poſitæ ſunt.* (35) *Hoc.*
[36] *non.*

[*a*] Vide Auth. Multo magis. C. *eod. tit.*
(*b*) Vidend. Authent. Item prædium. *eod. tit.* cujus verba refert idem Grat. *d. c.* 2. §. Item.
(*c*) Vide Auth. Qui rem. *eod. tit.* Ejus etiam verba refert ibid. Grat. §. Qui rem.
[*d*] Vide Auth. Hæc uſus. C. *eod. tit.*
[*e*] Vide Auth. Præterea. *eod.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Præterea.

quæ nullum uſum neceſſarium faciunt (1), ipſa autem debitis prægravatur (2); & non ſunt (3) aliæ res mobiles, ex quibus poſſint debita perſolvi (4): licentiam damus (5) actis intervenientibus, ſecundum modum ſuperius præfinitum (6), memorata ſuperflua vaſa, vel aliis religioſis locis, ſi hoc eis utile ſit, vendere; & eorum pretium debiti nomine dare: ut res immobiles non alienentur.

X. (a) Si contra ea, quæ diximus in præſenti lege, contractus fiat in rebus mobilibus, & immobilibus ad religioſam domum pertinentibus, jubemus reddi quidem eidem [7] religioſo loco rem, in qua (8) tale aliquid ſecutum eſt cum medii temporis fructibus. Maneat autem apud eundem [9] religioſum locum, & pretium, & ſi quid remunerationis, vel permutationis [10] gratia, vel alterius cujuſcumque cauſæ nomine ei præſtitum eſt. Quod ſi emphyteuſis facta ſit contra ea, quæ diſpoſuimus: res quidem religioſo loco reddatur (11); pactionem autem emphyteuticam præſtet emphyteuticarius ſecundum tenorem inſtrumentorum, quæ in hujuſmodi (12) contractu compoſita (13) fuerint. Quod ſi donata fuerit res ad religioſum locum pertinens: reddatur ei cum medii temporis fructibus, & aliud tantum [14], quantum eadem res digna eſt. Sin autem in hypothecam [15] contra prædictas diſtinctiones data fuerit, creditor quidem debitum amittat, & rem religioſo loco reddat. Tabelliones autem qui contra præſentem legem inſtrumenta componere (16) auſi fuerint, perpetuo exilio condemnentur.

Quidquid ante præſentem Conſtitutionem [17] factum eſt, ſi quidem (18) ſecundum veteres leges valeat; ſin autem adverſatur eis, radicitus eruatur. De cætero autem veteribus legibus in hac parte evacuatis præſentem legem in (19) rempublicam noſtram pullulare [20] ſanctimus (21).

NOVELLA CXXI. (b)

QUidam mutuatus ab aliquo quingentos aureos, ſolvit aliquam quantitatem uſurarum, quaſdam autem debens cautionem emiſit in ſexcentis aureis: quoniam autem omnis ſolutio nongentis quadraginta novem aureis pervenit; & creditores dicebant totum in uſuris ſolutum fuiſſe; exigebant ſexcentos, qui cautioni continebantur. Ait autem lex, ſi reliquos quinquaginta unum ſolverit, ut debitum duplicetur, nihil aliud exigebatur (22): quamvis veteres dixerunt, tunc ſuper duplum non peti debitum, quando nulla ſolutio in medio contingit.

NOVELLA CXXII. (c)

*

NOVELLA CXXIII. (d)

DE adminiſtratione, & privilegiis, & aliis diverſis capitulis ad eccleſias, & alias religioſas domos pertinentibus jam quædam [23] diſpoſuimus. In præſenti autem ea, quæ de religioſiſſimis Epiſcopis, & clericis, & monachis antea in diverſis Conſtitutionibus diſpoſita ſunt, cum competenti emendatione hac continere lege exiſtimavimus.

I. Sanctimus igitur quando opus fuerit Epiſcopum creari, clericos, & primates civitatis ejus, cujus Epiſcopus deſideratur fieri; in tribus perſonis decreta facere propoſitis ſanctis evangeliis periculo animæ ſuæ, dicentes in ipſis decretis (24), quod neque propter aliquam præſtationem, neque propter promiſſionem, vel amicitiam, vel aliam qualemcumque cauſam, ſed ſcientes eos rectæ, & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ eſſe, & litteras ſcire eos elegerunt; & quod neque uxorem, neque liberos eorum quis habet (25), neque concubinam, vel liberos naturales cognoſcunt eos habuiſſe, vel habere. Sed & ſi prius quis uxorem habuit (26), & ipſam unam, & primam, & neque viduam, neque marito disjunctam, neque legibus, vel ſacris (27) canonibus reprobatam, ideſt ſcenicam. Sed neque (28) curialem, vel taxeotam (29) eſſe eum cognoſcunt (30): vel ſi curiali, vel taxeotica ſuppoſitus eſt condicioni; ſciunt ipſum in monaſterio non minus quindecim annis ſolitariam vitam peregiſſe. Et hoc [31] autem decretis oportet imponi, quod non minus,

[1] *faciant.* (2) *prægravetur.* (3) *ſint.* (4) *ſolvi.* (5) *concedimus.* [6] *ſupra definitum.* alii, *ſupra præfinitum.* (7) *ei.* aliis deeſt. (8) *in quo.* A. (9) *apud.* (10) *commutationis.* (11) *reddantur.* (12) *in hoc.* (13) *interpoſita.* (14) *tantundem.* (15) *hypotheca.* (16) *compoſuerint.*

(17) *legem.* (18) *ſi.* (19) *in noſtra republica.* (20) *pollere.* alii, *valere.* (21) *jubemus.* (22) *exigatur.* forte, A. (23) *jam quidem.* (24) *dicendo.* (25) *habeat.* (26) *habuerit.* (27) *ſanctis.* (28) *neque.* (29) *neque taxeotam.* (30) *cognoſcant.* (31) *Hæc.*

(a) Vidend. *Auth. Qui res. *eodem tit.* cujus etiam verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Qui vero res.

(b) Hæc conſtit. deſideratur in libro Auth. Edita eſt ab Haloandro græce, & latine hoc titulo: *ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur*: ejuſdem argumenti ſunt Nov. 138. & Nov. 160.

(c) Hæc in libro Juliani, & in libro Auth. deſideratur. Haloander græce, & latine epitomen edidit hoc titulo: *Edictum de formula artificum.* Probabile eſt hoc loco Edictum illud latine conſcriptum fuiſſe, quod Scringerus græce, Agylæus latine poſt Novellas, ut Edict. 6. ediderunt.

(d) Hæc in libro Auth. eſt ultima conſtit. collocata, ut 15. collat. 9. ſub tit. *de ſanctiſſimis Epiſcopis &c.* Hanc græce, & latine edidit Haloander. Latina quædam verba ejuſd. conſt. refert Divus Greg. quæ neque Juliani ſunt, neque ſcriptoris Authenticorum, ut Nov. 90. dictum eſt.

quam triginta quinque ætatis annos agere electam a ſe perſonam cognoſcunt: ut ex tribus perſonis, pro quibus talia decreta ſuerint, melior creetur electione, & periculo creatoris. Curialem autem, vel taxeotam, qui ſecundum ea, quæ diximus, per quindecim annos in monaſterio moratus eſt, & ad Epiſcopatum provectus, liberum eſſe propria condicione (1): ſic tamen ut liberatus curia quartam portionem ſui patrimonii ſibi retineat, cæteris rebus ipſius ſecundum noſtram legem curiæ, & publico vindicandis. Damus autem licentiam illis, qui decreta faciunt, ſi quidem (2) laicum citra curialem, & taxeotam dignum prædictæ electionis eſſe putaverint: talem hominem una cum aliis duobus clericis, vel monachis eligere. Sic tamen ut laicus, qui hoc modo ad Epiſcopatum electus eſt, non ſtatim Epiſcopus creetur, ſed primum clericis non minus tribus menſibus connumeretur, & ita ſanctos canones, & ſacroſanctæ eccleſiæ miniſterium edoctus Epiſcopus creetur. Qui enim alios docere debet, ab aliis poſt conſecrationem (3) doceri non debet. Quod ſi in aliquibus locis non inveniantur tres (4) perſonæ ad talem electionem idoneæ: liceat decreta facientibus, & in (5) duabus, vel in una perſona decretum facere; ut tamen omnia anteſata habeat teſtimonia. Sin autem hi, qui debent Epiſcopum eligere, talia decreta intra ſex menſes non fecerint: tunc periculo animæ ſuæ ille, cui competit conſecrare, Epiſcopum conſecret omnibus aliis, quæ diximus, obſervandis. Si quis autem præter memoratam obſervationem Epiſcopus creatus ſit; jubemus eum modis omnibus ab epiſcopatu repelli. Sed & illum, qui contra hæc præcepta auſus fuerit Epiſcopum conſecrare; ſeparari per unum annum a ſacro (6) miniſterio, & totam ejus ſubſtantiam, ſi qualicumque tempore, vel modo in ipſius dominium pervenerit, propter delictum, quod fecit dominio eccleſiæ, cujus (7) Epiſcopus eſt, vindicari.

II. Si quis autem ejus, qui ad Epiſcopatus conſecrationem electus eſt, accuſator extiterit in cauſa, quæ (8) per leges, vel canones inhibet (9) conſecrationem ejus: prius de accuſatione epiſcopus, qui conſecraturus erit, diſceptationem faciat [10], vel præſente accuſatore & implente ſuam accuſationem, vel non implente, ſed per (11) tres menſes differente. Et ſi quidem invenerit eum, qui electus eſt, obnoxium, inhibeatur (12) conſecratio. Enimvero (13) ſi innocens appareat, non impediatur; ſed accuſator, qui vel [14] non probavit id, de quo accuſavit, vel ſi deſtituit litem; expellatur provincia (15), in qua domicillium habet (16). Si quis autem ante cognitionem accuſatum (17) conſecraverit: conſecratus quidem ſacerdotio (18) expellatur; qui autem conſecrare eum (19) præcipitatus eſt, ſuperius expoſitis pœnis ſubiiciatur: ideſt ut per unum annum (20) miniſterio ſacro abſtineat, & ut res (21) ipſius eccleſiæ addicantur, cujus Epiſcopus eſt.

III. (*a*) Ante omnia illud obſervari ſanctimus, ut nemo ſub præſtatione auri, vel alterius rei Epiſcopus conſecretur. Quod ſi tale aliquid admiſſum fuerit: ſemetipſos & ſuas animas hi, qui pecuniam [22] accipiunt, vel præſtant, & mediatores eorum ſecundum divinas regulas, & ſacros canones, condemnatione (23) ſubiiciunt: & propter hoc, & qui dat (24), & qui accipit, & qui mediator factus eſt, ſacerdotio (25), vel clericatus honore removeatur. Quod autem pro ea cauſa datum eſt, eccleſiæ illi vindicetur, cujus voluit ſacerdotium emere. Sin autem laicus (26) erit, qui pro hac cauſa aliquid accepit [27], vel mediator rei factus eſt: ea, quæ data ſunt, in duplum ab eo exigi eccleſiæ vindicanda. Non ſolum autem ea, quæ data ſunt, vindicari præcipimus; ſed omnem (28) cautionem ſuper hoc quocumque modo impoſitam, & pignorum obligationem, & omnem aliam qualemcumque actionem, vel obligationem [29] ceſſate ſanctimus. Ut ille, qui promiſſionem accepit, non ſolum cautionem reddere; ſed & aliud (30) tantum, quantum cautio continet, conveniatur eccleſiæ dare (31).

IV. Si quis poſt Epiſcopatum, vel ante conſecrationem voluerit proprias res ſuas (32), vel earum partem eccleſiæ offerre, cujus Epiſcopus erit, hoc laudabile eſt: quia non eſt emptio, ſed oblatio (33).

V. Pro conſuetudine autem illa ſola concedimus præſtari ab Epiſcopis conſecratis, quæ deinceps præſenti lege continentur. Jubemus igitur beatiſſimos quidem (34) Patriarchas, ideſt Papam Romanum, & Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum, & Theopolitanum, ideſt Antiochenum, & Hieroſolymitanum, ſi quidem conſuetudo eſt Epiſcopis, vel clericis in eorum conſecratione minus, quam viginti auri libras præſtari: ea tantum dare (35), quæ con-

(1) *condicione volumus.* A. (2) *aliquem.*
(3) *ordinationem.* (4) *hæ.* (5) *in.*
(6) *ſacro.* [7] *eius, cuius.* (8) *nitenſque.*
(9) *poſſunt inhibere.* [10] *facere.*
(11) *& per.* (12) *inhibetur.*
(13) *Si vero.* (14) *non.* (15) *a provincia.* (16) *habeat.* (17) *accuſationis.*
(18) *a ſacerdotio.*
(19) *conſecrare.* (20) *annum.*
(21) *& res.* (22) *pecunias.*
(23) *condemnationi.* A. (24) *qui dat.*
(25) *ſacerdotii.* (26) *alius.* (27) *acceperit.* [28] *ſed etiam omnem.* (29) *accuſationem.* (30) *ſed aliud.* (31) *tradere.*
(32) *res.* [33] *collatio.* (34) *beatiſſimos.*
(35) *dari.*

(*a*) Vide Auth. Quod pro hac. C. *de Epiſc. & cler.*

conſuetudo vult. Quod ſi plus ſit, quod antea dabatur: nihil ab hoc tempore ultra viginti libras auri præſtetur. Metropolitanum autem, qui a concilio ſuo, vel beatiſſimis Patriarchis creatur, & omnes alios Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel a metropolitanis conſecrantur: ſi quidem non mious triginta auri libris reditum (1) habeat (2) eccleſia conſecrati: dare pro cathedratico ſolidos centum: notariis [3] autem conſecrantis (4), & aliis, qui (5) ex conſuetudine capiunt [6], ſolidos trecentos. Sin autem eccleſiæ reditus minor ſit [7] triginta libris annalibus auri (8), non minor autem decem: pro cathedratico quidem (9) dari ſolidos centum; aliis autem omnibus, qui ex conſuetudine capiunt (10), ſolidos ducentos. Sin autem reditus minor ſit decem, non minor [11] quinque libris auri: pro cathedratico quidem ſolidos (12) quinquaginta dari (13); omnibus autem aliis, qui ex conſuetudine capiunt; ſolidos ſeptuaginta. Sin autem minorem quidem quinque, non minorem autem tribus auri libris habeat eccleſiæ reditum: pro cathedratico quidem decem & octo [14]; omnibus autem, qui ex conſuetndine capiunt, ſolidos viginti qnattuor (15). Sin autem minor tribus, non minor autem (16) duabus auri libris ſit quantitas eccleſiaſtici reditus, pro cathedratieo quidem præſtari ſolidos duodecim, pro omni autem conſuetudine alia ſolidos ſexdecim (17). Epiſcopnm autem (18) eccleſiæ minorem duabus auri libris reditum habentis, neque pro cathedraticis, neque pro conſuetndine alia aliquid dare concedimus. Ea autem quæ præſtari diſpoſuimus, primus presbyter conſecrantis Epiſcopi, & archidiaconus ejus ſuſcipientes ex conſuetudine capientibus dividant (19). Hæc (20) itaque jubemus omnibus modis obſervari, ne ex talibus occaſionibus, & eccleſiæ (21) debitis prægraventur, & ſacerdotia (22) venalia fiant. Si quis autem (23) ultra ſtatutam a nobis qnantitatem pro cathedratico vel conſuetudine quocumque modo [24] auſus fuerit capere: jubemus ejus, quod plus cepit (25), triplum ex rebus ipſius (26) vindicari eccleſiæ ejus, qui dedit.

VI. (*a*) Conſecratio Epiſcopi liberum faciat eum tam ſervili, quam adſcripticia condicione. Taxeotas enim, vel curiales (27), qui contra prædictam diſtinctionem ad Epiſcopatus apicem proſiluerint: officio (28) iterum (29), & curiæ reſtitui ſanctimus: ne ex tali condicione ſacerdotio injuria fiat. Illos autem, qui ante noſtram præſentem, legem ex curiali condicione inventi fuerint Epiſcopi ereati: tali quidem condicione liberos eſſe, legitimam autem portionem de rebus ſuis curiæ, & publico præſtent. Sic tamen ut nullam deminutionem patiantur eccleſiaſtica jura in rebus, quas poſt Epiſcopatum adquiſitas eccleſiæ eorum compeтere diſpoſuimus.

VII. (*b*) Presbyter, diaconus, ſubdiaconus jure cognationis ad tutelam, vel curationem [30] vocatus munus adminiſtrationis in hoc caſu tantum ſuſcipere concedatur: ſi tamen intra quattuor menſes numerandos ab eo tempore [31], quo vocatus eſt, apud competentem judicem in ſcriptis (32) manifeſtaverit, quod hujuſmodi munus [33] ſua ſponte recepit (34). Si quis eorum hoc (35) fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam, vel curationem præjudicium pariatur.

VIII. Clericus neqne exceptor (36), neque exactor publicarum ſit tributionum (37), neque conductor vectigalium, vel alienarum [38] poſſeſſionum, vel curator domus, vel curator litis (39), vel fidejuſſor in talibus cauſis ſive Epiſcopus ſit, ſive œconomus, vel alius clericus cujuſcumque gradus, vel monachus, oiſi ſuo (40) nomine, vel eccleſiæ, vel monaſterii cauſa exiſtat: ne ex (41) hac occaſione, & ſanctis locis damnum fiat, vel (42) divina miniſteria [43] impediantur. Quod ſi eccleſiis, vel monaſteriis poſſeſſiones quædam (44) confines inveniantur; & voluerint adminiſtratores eorumdem (45) venerabilium locorum ad conductionem, vel emphytenſim eas capere: tunc omnibus clericis, & monachis ſuper talibus cauſis vel in ipſo inſtrumento [46], vel in (47) publicis monumentis conſentientibus, & contractum [48] facientibus pro utilitate venerabilium locorum hoc fieri: concedimus (49) tales contractus procedere. Ipſis qnoque ſanctis eccleſiis, & aliis ſanctis locis damus facultatem condnctiones & emphyteuſis ſecum facere: & clericis ſimiliter ſuarum eccleſiarum poſſeſſiones conducere, & adminiſtrare, con-

 ſen-

(1) *reditus.* (2) *habet.* (3) *notarii.* (4) *conſecrati.* (5) *& alii, qui miniſterium ei faciunt.* aliis deeſt, *ei.* (6) *capiant.* (7) *minores fuerint.* (8) *auri.* (9) *jure.* (10) *capiant.* (11) *non minor autem.* (12) *ſolidos.* (13) *dare.* (14) *octo ſolidos.* (15) *tres.* [16] *minor.* (17) *ſex.* (18) *enim.* (19) *divident.* (20) *Hoc.* (21) *eccleſiæ.* (22) *ſacra ſacerdotia.* [23] *Sin autem.* (24) *quacumque.* (25) *accepit.* (26) *ejus.* (27) *niſi Taxeota ſit, vel curialis.* (28) *& filii eorum, officio.* [29] *interim.* (30) *vel ad curationem.* [31] *die.* (32) *judicem.* (33) *hoc munus.* (34) *recipit.* alii, *non recipit.*

(35) *hæc.* (36) *executor.* (37) *fiat tributorum.* (38) *aliarum.* (39) *procurator litis.* (40) *ſuo autem.* (41) *ne exactio eccleſiæ.* (42) *faciat, &.* [43] *myſteria.*

(44) *quidem.* (45) *eorum.* [46] *inſtrumento.* (47) *vel.* (48) *& certum.* A.

(49) *tales contractus procedere concedimus.* A.

(*a*) Vidend. Auth. Epiſcopalis. C. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. *diſt.* 54. *c.* 20. Si ſervus. §. Epiſcopalis.
(*b*) Vide Auth. Presbyteros. *eod. tit.*

ſenſu (1) tamen Epiſcopi, & œconomi, exceptis illis perſonis, quas (2) per alias leges hoc facere prohibuimus [3]. Si quis autem contra prædicta aliquid fecerit: ſi quidem Epiſcopus ſit; omnes ejus res ex quacumque cauſa, vel perſona, ſive (4) ante Epiſcopatum, ſive poſtea ad eum pervenerint, eccleſiæ ejus vindicari ſanctimus. Sin [5] autem œconomi, vel alii clerici ſint, qui hoc admiſerunt, pœnam eos pecuniariam, quam Epiſcopus eorum exiſtimaverit (6) exigere; eccleſiæ vindicandam. Cum & hi, qui locationem vectigalium, vel cujuſcumque poſſeſſionis, vel publicarum (7) tributionum exceptionem; vel exactionem (8), vel curationem domus ei committentes, vel fidejuſſores pro memoratis cauſis capientes nullam contra eccleſiam, vel monaſterium, vel res ejus, vel adminiſtratores, vel adverſus illas perſonas, quibus crediderint (9), vel contra ſubſtantias, vel fidejuſſores eorum habeant actionem. Illi autem, qui publicarum tributionum, vel vectigalium exceptionem, vel locationem, vel exactionem memoratis perſonis crediderint, vel fidejuſſores eorum receperint (10); quidquid publico damni contigerit, hoc de ſua ſubſtantia reſtituere compellantur.

IX. (*a*) Nullus Epiſcopus (11) cogatur ad judicium venire dicendi teſtimonii cauſa, ſed judex ad Epiſcopum mittat miniſtros ſuos: & propoſitis (12) ſanctis evangeliis, quod ſcit [13] Epiſcopus dicat ſecundum hoc, quod (14) ſacerdotibus honeſtum eſt (15).

X. (*b*) Nullus Epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem ſive civilem, ſive militarem producatur, vel exhibeatur, niſi imperialis juſſio præceſſerit (16). Magiſtratus enim, qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione [17] cinguli, & viginti librarum auri condemnatione (18) plectetur (19) ut iſtæ viginti libræ eccleſiæ addicantur, cujus Epiſcopus produci, vel exhiberi juſſus eſt. Litis autem executor poſt cinguli amiſſionem tormentis ſubjiciatur, & in exilium mittatur.

XI. Nun liceat Epiſcopis ſuas quidem eccleſias relinquere, in alias autem provincias pervenire. Sin autem hoc ex cauſa fecerint neceſſaria; oſtendant vel litteras Patriarchæ, aut metropolitani ſui, vel imperialem juſſionem. Nam nec illis Epiſcopis, qui ſub Patriarcha Conſtantinopolitano ſunt, aliter in hanc imperialem civitatem venire permittimus, niſi ex permiſſione ejus, vel noſtra juſſione pervenerint. Quicumque autem ex quavis diœceſi venerit in hanc civitatem Epiſcopus; intret primum apud beatiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ac per ipſum ad noſtram poſtea ſerenitatem. His autem, qui contra præſentem diſpoſitionem proficiſcuntur, vel ultra unius anni ſpatium extra ſuam provinciam degunt: primum quidem ſanctimus non ſubminiſtrari impenſas ab œconomis eccleſiæ ſuæ; deinde admoneri per litteras a ſacerdotibus, quibus ſubjecti ſunt, ut redirent in ſuas eccleſias. Quod ſi diſtulerint: ſecundum ſacros canones evocari. Et ſi intra definitum tempus a ſacerdotibus ad eccleſias ſuas non redierint: ipſos quidem Epiſcopatu repelli, alios autem pro ipſis meliores conſecrari ſecundum vim præſentis legis, hoc eodem, & in clericis optinente cujuſcumque gradus ſint, vel miniſterii.

XII. Unuſquiſque Epiſcopus, vel Patriarcha, vel Metropolitanus ſubjectos ſibi Epiſcopos ſemel, aut bis per ſingulos annos apud ſe convocare debet; & omnes cauſas ſubtiliter cognoſcere, quas Epiſcopi, vel clerici, vel monachi ſecum habent, eaſque componere; &, ſi quid contra canones ex quacumque perſona admiſſum eſt, emendare.

XIII. (*c*) Neque Epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus, neque lector, neque alius cujuſcumque conſortii (20), vel habitus conſtitutus tablejare [21] audeat, vel ſocius ludentium fieri, vel ſpectator, vel in quocumque ſpectaculo ſpectandi cauſa venire. Ac ſi quis contra hoc (22) fecerit: per tres annos ſacro [23] miniſterio prohibeatur, & in monaſterium mittatur. Sin autem dignam pœnitentiam in priori tempore oſtenderit: ſtatim revocatur, & dignus ſacerdotio reddatur, vel miniſterio ſuo ſcientibus ſacerdotibus, qui talia

pec-

(1) *cum conſenſu.* A. (2) *quæ ſpeciali lege.* [3] *prohibentur.* (4) *vel ante.* [5] *Sin autem, vel.* (6) *æſtimaverit.* (7) *publicorum tributorum.* & verſ. 21. (8) *exactionem.* [9] *vendiderunt.* [10] *acceperint.* (11) *Epiſcoporum.* Ivo. [12] Ivo, *ut propoſitis.* alii, *ut præpoſitis.* (13) *quod novit.* [14] *quod.* Ivo. [15] *eſt ſacerdotis officium.*

(16) Ivo cap. 369. *niſi imperialis juſſio proceſſerit.* Idem cap. 278. & Burch. & Grat. carent his verbis. (17) Ivo d. cap. 278. *amiſſionis.* (18) Ivo d. cap. 278. & Burch. *cinguli condemnatione.* Grat. *rerum, & cinguli condemnatione.* (19) Ivo cap. 369. *plectatur.* (20) *religioſi conſortii.* Ivo. A. (21) *tabolizare.* Ivo. [22] *contra hæc.* Ivo. (23) *a ſacro.* Ivo.

(*a*) Vide Auth. Sed judex. *eod.* cujus verba refert Grat. 11. *quæſt.* 1. *c.* 9. Teſtimonium. §. Sed judex. Juliani verba refert Ivo *parte* 5. *c.* 360. ut ex lib. conſt. *c.* 6.

(*b*) Videnda Authent. Nullus Epiſc. *eod. tit.* Juliani verba refert Burchard. *lib.* 1. *c.* 168. decret. ut ex epiſt. Bonifacii Papæ ad Epiſcopos Galliæ, & Ivo *parte* 5. *cap.* 278. decreti, ut ex ead. epiſt. ſed *cap.* 369. ejuſdem partis, ut ex libro conſt. *c.* 7. At Grat. 11. *quæſt.* 2. *c.* 8. Nullus Epiſcopus: eadem verba, ut Marcelli Papæ refert; ſic enim vulgares libri habent. Antiqui Bonifacii ad Epiſc. Galliæ inſcriptionem retinent.

(*c*) Vide Auth. Interdicimus. C. *de Epiſc. & cler.* Juliani verba refert Ivo *parte* 5. *c.* 370. decreti, ut *c.* 9. in libro conſtit.

peccata ſcientes diſſimulaverint, quod ipſi Deo rationem reddunt [1].

XIV. Nullus Epiſcopus invitus cogatur ſubjectum ſibi clericum qualemcumque de ſuo clero dimittere.

2.q.1.c.11. XV. (a) Nemo (2) Epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem ante, quam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri [3] jubent. Si quis autem adverſus ea (4) excommunicaverit aliquem; ille quidem, qui (5) excommunicatus eſt, majoris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communicationis (6) redeat; is autem, qui non legitime excommunicaverit (7); in tantum (8) abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum (9) majori ſacerdoti viſum fuerit: ut, quod (10) injuſte fecit (11), ipſe juſte patiatur (12).

XVI. Non liceat Epiſcopo manibus ſuis aliquem cædere: hoc enim alienum a ſacerdote eſt.

XVII. (b) Si Epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere juſſus eſt: jubemus eum in monaſterio in alia provincia conſtituto tradi, ut quæ in ſacerdotio peccavit, degens in monaſterio corrigat.

XVIII. Non alium [13] clericum concedimus creari, niſi eum, qui & (14) litteras ſcit, & rectam (15) fidem, & vitam honeſtam habeat (16); & neque concubinam, vel naturales liberos [17] habeat, vel habuit [18]. Sed vel (19) caſtitate præditum, vel uxorem legitimam, & ipſam unam, & primam habentem, vel ſi jam habuerit, & neque viduam, neque disjunctam (20) a marito, neque aliter (21) legibus, vel divinis (22) canonibus reprobatam (23).

diſt.78.c.2. * XIX. (c) Nemo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit: nemo (24) diaconus, vel ſubdiaconus fiat minor (25) vigintiquinque annis: nemo lectoribus connumeretur, qui minor decem, & octo annis fuerit: nemo (26) inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit quadraginta annis, vel ad (27) ſecundum matrimonium pervenit (28).

XX. Si conſecraturo clericum Epiſcopo cujuſcumque collegii, vel gradus, accuſator extiterit, qui dicat illum indignum conſecratione eſſe: ipſa quidem conſecratio differatur; omnia autem, quæ pro cognitione, vel coertione conſecrationis Epiſcoporum ſuperius diximus & in hac optineant parte.

XXI. Si ſubdiaconus, vel diaconus futurus non habeat uxorem, ſecundum ea, quæ ſupra expoluimus, ſibi conjunctam; non aliter conſecretur, niſi prius a conſecratore interrogatus promiſerit poſſe poſt conſecrationem, & ſine legitima uxore caſte vivere: non concedendo a conſecratore conſecrationis tempore diacono, vel ſubdiacono futuro permittere, ut poſt conſecrationem uxorem accipiat. Quod ſi hoc permiſerit fieri: Epiſcopatu ſuo expellatur. Presbyter autem, vel diaconus, vel ſubdiaconus, qui uxorem duxit, repellatur quidem de clero; curiæ autem civitatis ejus, in qua clericus erat, cum facultatibus ſuis tradatur. Sin autem lector ſecundas contraxit nuptias, vel primas quidem, ſed duxerit uxorem viduam, vel disjunctam a marito, vel legibus, vel ſacris canonibus reprobatam: ad alium gradum eccleſiæ non procedat. Quod ſi quocumque modo in majorem gradum productus ſit; rejiciatur ab eo, & priori reſtituatur.

XXII. [d] Neque curialis, neque taxeota clericus conſecretur. Quod ſi hoc factum fuerit, priori condicioni reſtituatur: niſi forte non minus, quam quindecim annos in ſolitaria vita peregerit. Tales enim homines conſecrari jubemus, reddenda ſcilicet a curiali legitima portione tam curiæ, quam publico.

Si Monachus clericatus honorem meruerit: ſolitariæ vitæ canones non tranſgrediatur. Ideoque quamvis in tali gradu fuerit, ut liceat cle-

(1) *reddent.* ſorte, A. [2] *Nemo.* Grat. alii, *Nemo Epiſcopus, neque.* (3) Panorm. *hæc fieri.* (4) *adverſus eam.* Ivo part. 5. & Grat. (5) *ille, qui.* Ivo part. 5. (6) *communionis.* Ivo, & Grat. A. (7) Ivo in decreto, *excommunicavit.* (8) Panorm. *ut tantum.*

(9) Ivo part. 14. cap. 21. & Grat. *tempus abſtineat a ſacra communione, quantum.* Idem Ivo cap. 42. ejuſdem partis, & part. 5. *tempus abſtineat quantum.* in Panorm. *abſtineat a ſacra communione ad tempus, quantum.*

[10] *ut id, quod.* Ivo d. cap. 21.
(11) Panorm. & Grat. *fecerit.*
(12) *patiatur.* (13) *Nulli alium.*
(14) *qui.* (15) *& rectam, & ſinceram.*
(16) *habet.* (17) *filios.* (18) *habuerit.*
(19) *Sed.* (20) *derelictam.* (21) *neque.*
(22) *vel.* (23) *improbatam.* (24) *neque.*
(25) Grat. *fiat, qui minor.* alii, *fiat, niſi.* alii, *minor.*
(26) *neque.* (27) *vel quæ ad.*
(28) Grat. *pervenerit.* alii, *convolavit.*

(a) Refert Ivo *parte* 5. *c.* 371. decreti, ut ex *c.* 11. libri conſtit. & *parte* 14. *c.* 42. ut Nov. 11. *c.* 20. & Grat. 2. *q.* 1. *c.* 11. Nemo Epiſcopus. ut ex libro conſt. & Concilium Pariſienſe tempore Ludovici, ut refert Ivo *d. parte* 14. *c.* 21. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 5. *c.* 1. Panorm. & Grat. 24. *queſt.* 4. *c.* 6. De illicita. In verbis Concilii varietas eſt, unde verba hujus capitis ſumpta ſint. Namque in decreto Ivonis ita ſcriptum eſt: *Lex Juſtiniani catholici Imp. conſtitutione* 118. *c.* 451. ſed in Panormia, & in decreto Grat. *conſt.* 128. *c.* 300. *lib.* 1.

(b) Vide Auth. Si quis Epiſcopus. C. *de Epiſc. & cler.*

[c] Videndæ Authent. Presbyterum. & Authent. Diaconiſſam. C. *eodem tit.* Juliani verba refert Grat. diſt. 78. *cap.* 2.

[d] Vide Auth. Sed neque. C. *eod.*

clericis in eo conſtitutis uxorem ducere: non audeat ipſe hoc facere. Alioquin ſi concubinam, vel uxorem duxerit: curiæ, vel officio, vel condicioni, cui ſubjectus ante fuerat, reſtituatur. Idemque dicimus, & ſi nulla antea condicione ſuppoſitus, poſtea monachus factus ad clericatus honorem pervenerit. Et generaliter definimus nulli licere in quocumque gradu eccleſiaſtico poſito recedere ab eo, & inter laicos connumerari. Si enim auſus fuerit facere: cingulo, vel dignitate, vel militia, ſi quam habeat, ſpoliatus curiæ ſuæ civitatis tradatur.

Eos autem, qui ante noſtram legem clerici creati ſunt, a curiali condicione per ſubſtitutas perſonas pecuniaria implere munera; de corporalibus autem immunes, & liberos cuſtodiri.

XXIII. Nullus clericus cujuſcumque gradus præſtet aliquid ei, a quo conſecratur, vel aliæ cuicumque perſonæ. Solas autem conſuetudines conſecratori, & miniſtris ejus ex more capientibus unius anni diaria non excedentes pecunias præſtet. In ſancta autem eccleſia, in qua conſecratur, nihil omnino conclericis ſuis præſtet ſuper proceſſu ſuo; neque propter hanc cauſam propriis ſolatiis, vel aliis partibus ſuis defraudetur.

XXIV. Nullus neque xenodochus (1), neque ptochotrophus, neque noſocomus, neque alius (2) religioſæ domus adminiſtrator, vel cujuſcumque curæ eccleſiaſticæ geſtor præſtet aliquid ei, a quo præponitur, vel cuicumque perſonæ pro commiſſa ſibi adminiſtratione. Qui autem præter hæc, quæ diſpoſuimus, dederit aliquid [3], vel acceperit, vel mediator factus fuerit: ſacerdotio, vel clero, vel commiſſa ſibi adminiſtratione nudabitur, his, quæ data ſunt, vindicandis religioſo loco, cujus talis perſona conſecrationem, vel curam, vel adminiſtrationem accepit. Sin autem laicus ſit, qui acceperit [4], vel mediator factus eſt: duplum ab eo exigatur, & religioſo loco, in quo talis perſona adminiſtrationem, vel conſecrationem, vel curam accepit, præſtetur.

XXV. Si clericus cujuſcumque gradus, ſive adminiſtrator cujuſcumque religioſi loci ante conſecrationem, vel adminiſtrationem, vel curam ſibi commiſſam, vel poſtea voluerit aliquid de propriis ſuis rebus offerre eccleſiæ, in qua conſecratur, vel loco, cujus adminiſtrationem, vel curam recepit: non ſolum prohibemus hoc fieri, ſed magis exhortamur talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa tantum dari prohibemus, quæ ſpecialiter quibuſdam perſonis præſtantur, non ea, quæ ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis religioſis locis offeruntur.

XXVI. [*a*] Si ſervus ſciente, & non contradicente domino in clero ſortitus ſit (5): ex (6) hoc ipſo liber, & ingenuus fiat. Si enim ignorante domino conſecratio facta fuerit; liceat domino intra annum tantum [7] condicionem probare, & proprium ſervum recipere. Sin autem ſervus ſciente domino, vel ignorante ſecundum ea, quæ diximus (8), ex ipſo honore clericatus libertatem meritus poſtea (9) eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad laicorum vitam tranſierit: domino ſuo in (10) ſervitio (11) tradatur (12).

XXVII. (*b*) Adſcripticius in ipſis tantum poſſeſſionibus, in quibus cenſitus eſt, clericus fiat; quamvis invito domino hoc fuerit factum [13]: ſic tamen (14) ut & clericus [15] factus impoſitam ſibi culturam impleat (16).

XXVIII. Si quis oratoriam domum (17) ædificaverit; & ipſe, vel heredes ejus clericos in ipſa domo conſecrari (18) maluerint ſumptus adminiſtrantes (19) ejuſdem domus audiantur, ſi dignos [20] nominaverint clericos. Sin autem illi (21) tales ſint, ut divinis canonibus (22) non comprobentur: ad Epiſcopum pertinebit alios clericos idoneos eligere.

XXIX. Sanctimus, ut reverentiſſimi clerici ſuis obſervent [23] eccleſiis, & ſibi (24) competens eccleſiaſticum impleant miniſterium. Idque inquirere debet cujuſcumque (25) civitatis religioſiſſimus Epiſcopus, & in ſingulis gradibus eccleſiaſticis primates, ut qui ea [26] non cuſtodierint, canonicis (27) pœnis ſubiiciantur.

XXX.

(1) *neque ex xenodochiis, neque prochotrophiis, neque noſocomiis.* (2) *aliæ.*
(3) *dederit.* [4] *accepit.* (5) *fuerit.*
(6) *&* *ex.* Ivo. (7) *annum.*
(8) Ivo, *diximus, ordinatus fuerit.*
(9) Ivo, *meretur, & ſi poſtea.* alii, *meritus, poſtea autem.*
[10] Ivo, *in.* (11) Ivo, *ſervitium.* A.
[12] Ivo, *trahatur.* (13) *actum.*
[14] *ſed tamen.*
(15) *ut etiam clericus.* alii, *ut clericus.* alii, *ut jam clericus.*
[16] *adimpleat.* (17) *oratorium in domo.*
(18) *conſecrare.* (19) *miniſtrantibus in eadem domo donent, nec.* alii, *adminiſtrantibus in eadem domo donent, nec.*
(20) *ſi indignos.* (21) *ipſi.* (22) *nominibus.* [23] *obſerviant.* [24] *ibi.*
[25] *civitatis.*
(26) *qui.* (27) *canones.*

(*a*) Vide Auth. Si ſervus. *eod. tit.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 3. *tit.* 14. *c.* 4. Panorm. ut Nov. conſt. 5. *c.* 23. & ex Leone omnibus Epiſcopis. Alia verba ſunt ejuſd. ſeoteetiæ apud Grat. diſt. 54. *c.* 20. Si ſervus ex conſt. nova Leonis Imp. omnibus Epiſcopis. In veteribus tamen libris Grat. ea verba [Leonis Imp. omnibus Epiſcopis] non ſunt eo loco, ſed in proximis capitis inſcriptione, quod ſumptum eſt ex epiſt. Leonis Papæ ad omnes Epiſcopos. In Panormiam quoque is error ex Gratiano irrepſit.
(*b*) Vide Auth. Adſcripticios. *de Epiſc. & cler.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 20. *in fine.*

XXX. *(a)* Presbyteri (1), diaconi (2), ſubdiaconi, lectores, & [3] cantores, quos omnes clericos vocamus, res quocumque (4) modo in eorum dominium pervenientes habeant in propria poteſtate (5) ad ſimilitudinem caſtrenſis peculii: ut liceat eis donare, & ſecundum leges in eas [6] teſtari; quamvis (7) in parentum ſuorum fuerint (8) poteſtate (9). Sic tamen ut (10) liberi eorum, vel liberis non ſuperſtitibus parentes eorum legitimam (11) portionem capiant.

XXXI. *(b)* Presbyteri, & diaconi (12), ſi in cauſa pecuniaria falſum teſtimonium dixerint: non tormentis ſubiiciantur, ſed per tres annos ſeparentur a divino (13) miniſterio, & monaſteriis tradantur. Pro criminalibus autem cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint: clericatus honore nudati legitimis pœnis ſubiiciantur. Cæteri autem [14] in alio ordine (15) eccleſiaſtico relati (16), ſi falſum teſtimonium in quacumque re ſive (17) pecuniaria, ſive (18) criminali dixiſſe (19) convincantur: ordine eccleſiaſtico rejecti legitimis (20) coertionibus ſubiiciantur.

XXXII. *(c)* Si quis contra clericum (21), vel monachum, vel diaconiſſam, vel (22) monaſtriam, vel aſcetriam habeat aliquam actionem: adeat primum [23] religioſiſſimum Epiſcopum, cui eorum unuſquiſque ſubjectus eſt: ille autem [24] rem inter ipſos diſcernat. Et ſi quidem utraque pars judicatis adquieſcat: jubemus per Præſidem locorum ea [25] executioni pleniſſime tradi. Sin autem unus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit judicatis: tunc locorum Præſes rem cognoſcat. Et ſi invenerit judicium recte prolatum: & ſuo (26) calculo hoc (27) confirmet, & executioni tradat judicata (28); & non liceat ei, qui bis in tali (29) re victus eſt, provocare. Sin autem calculus Præſidis contrarius ſit Epiſcopi (30) calculo: tunc locum habeat appellatio contra calculum Præſidis; & ea ſecundum legis (31) ordinem referatur, & exerceatur. Sin autem ex imperiali, vel judiciali juſſione Epiſcopus judicaverit inter qualeſcumque perſonas: provocatio ad Imperatorem, vel ad [32] judicem, qui juſſit, referatur. Sin autem crimen ſit, quod adverſus memoratas reverentiſſimas perſonas (33) referatur [34]: ſi quidem apud Epiſcopum aliquis accuſetur; & ipſe veritatem invenire potuerit: de honore, vel (35) gradu eum (36) ſecundum eccleſiaſticos canones reiiciat [37]. Et tunc (38) competens judex ipſum comprehendat, & ſecundum leges litigium diſcernens (39) finem ei imponat (40). Sin autem prius civilem Præſidem adeat accuſator, & crimen per legitimam diſceptationem [41] potuerit probare (42): tunc Epiſcopo locorum monumenta intimentur: & ſi ex ipſis cognitum fuerit propoſita crimina eum admiſiſſe: tunc ipſe (43) Epiſcopus locorum eum ſecundum regulas de honore, vel gradu [44], quem ſuſtinet, ſeparet: judex autem vindictam ei inferat legibus competentem. Sin autem putaverit Epiſcopus acta non juſte (45) conſtitiſſe: liceat ei honoris ſpoliationem differre, vel gradus: ut talis perſona ſub legitima cautela fiat; & ita ad nos cauſa per Epiſcopum, & judicem referatur: ut eam nos cognoſcentes, quod nobis juſtum fuerit viſum, hoc jubeamus. Si quis autem pro pecuniaria cauſa contra prædictas perſonas aliquam habuerit actionem; & Epiſcopus diſtulerit inter eos judicare: licentiam habeat actor civilem Præſidem adire: ſic tamen, ut accuſata perſona nullo modo cogatur fidejuſſorem [46] dare; ſed tantum promiſſionem ſine jurejurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Sin autem pro [47] criminali cauſa accu-

(1) *Epiſcopi, presbyteri.* [2] *diacones, & ſubdiacones.* (3) *lectores, vel cantores, quos.* alii, *quos.* Anſelm. *lectores, cantores, quos.*
(4) *quoquo.* [5] *in ſua propria.* Anſelm. *in propriam poteſtatem.* [6] *leges in eis.* alii, *leges.* alii, *legem.* (7) *licet.*
(8) *fuerint.* (9) Anſelm. *poteſtatem.*
(10) *ut liberis.* Anſelm. alii, *ut liberis eorum.* (11) Anſelm. *legitimam, id eſt Falcidiam.* (12) *& diacones.* alii, *diaconi.*
(13) *domini.* [14] *& cæteri.*
(15) *honore.* & verſ. 22. (16) *prælati.*
(17) *re ſive pro.* (18) *ſive pro.*
[19] *dediſſe.*
(20) *rejecti.* [21] *clericos, vel monachos.* alii, *clericum, monachum.*
[22] *ſeu monaſtriam.* [23] *prius.*
(24) *& ille.* [25] *cauſam.* (26) *ſuo.*
(27) *calculo.* (28) *tradat.* (29) *in tali.*
(30) *Epiſcopali.* (31) *legum.* (32) *vel.*
(33) *perſonas.* (34) *inferatur.*
(35) *honore, &c.* (36) *gradu.*
[37] *reiiciatur.* (38) *Sed & tunc.*
(39) *legitime diſcernat, &c.* (40) *imponat.* alii, *rei imponat.* (41) *legitima diſceptatione.* [42] *probari.* (43) *tunc.*
(44) *& gradu.* [45] *recte.*
[46] *fidejuſſores.* (47) *Sin autem in.*

(a) Vide Auth. Presbyteros. *eod. tit.* Juliani verba refert Anſelm. Lucenſ. *lib.* 4. *c.* 55. decreti ex Novellis conſt. *c.* 461. Divus Gregorius *lib.* 11. *c.* 54. regiſtri, cujus verba Gratianus refert 11. quæſt. 1. *c.* 39. De perſona: aliquot verba hujus capitis, ſed non Juliani, refert. Videtur autem hoc *caput* 51. appellare, & quod nos *c.* 32. idem vocat 53. Hujus conſtitutionis titulum ſic ſcribit: *de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, atque reverentiſſimis Epiſcopis, clericis, & monachis. Imp. Juſtinianus Aug. Petro glorioſiſſ. Præſ. Præt.*
(b) Vidend. Authent. Presbyteri. *de Epiſc. & cler.* & Grat. 5. *quæſt.* 6. *c.* 3. *in fine.*
(c) Vide Auth. Si quis litigantium. C. *de Epiſc. aud.* Divus Gregorius hanc Novellarum conſtitutionem appellat ſub eo titulo, quem *capite* 30. retulimus; hoc vero ejus conſt. *caput* 53. Verba ab eo relata neque Juliani ſunt, neque barbari interpretis Authenticor.

cuſatio contra memoratas perſonas deponatur: ſub legitima cautela accuſata perſona fiat.

XXXIII. Si de negotio eccleſiaſtico (ideſt (1) canonico) cauſa emerſerit; non magiſtratus, ſed religioſus Epiſcopus ſecundum ſacros canones imponat negotio finem.

XXXIV. Si inter Epiſcopos ejuſdem concilii dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico jure, vel de aliis negotiis; prius (2) metropolitanus eorum cum aliis quibuſdam concilii ſui conſiderans rem judicet. Et ſi non adquieſcet (3) utraque pars judicatis: tunc beatiſſimus Patriarcha illius regionis inter ipſos audiat: & quod eccleſiaſticis canonibus, & legibus noſtris conſentaneum ſit, hoc definiat (4); & nulla pars valeat calculo ejus contradicere.

XXXV. Si clericus, vel quis (5) alius contra Epiſcopum propter qualemcumque cauſam adire poteſtatem maluerit: prius metropolitanus eorum ſecundum ſanctas regulas, & noſtras leges negotium diſcernat: & ſi quis judicatis contradixerit, ad Patriarcham illius regionis res referatur; & ille ſecuudum canones, & leges finem ei præbeat.

XXXVI. Si contra metropolitanum adire quiſpiam velis: regionis illius Patriarcha negotium diſcernat.

XXXVII. Quicumque Epiſcopus apud quemvis judicem accuſatus fuerit, omnino nullam neque fidejuſſionem, neque promiſſionem pro litigio facere compellatur: ſic tamen ut operam daret (6) intentiones (7), & cauſas actoris (8) diſſolvere.

XXXVIII. Œconomos, & xenodochos, & noſocomos, & ptochotrophos, & aliorum ſanctorum locorum adminiſtratores, & omnes clericos jubemus ſuper (9) adminiſtrationibus ſibi commiſſis apud proprium Epiſcopum, cui ſubjecti ſunt, reſpondere, & rationes ſuæ adminiſtrationis facere (10), & executionem (55) ſuſcipere, ſi quid (52) ab his debitum fuerit probatum [13]; ut hoc ei (54) loco reddatur, cujus ex adminiſtratione debitum apparuerit. Sin autem putaverint ſeſe (55) prægravatos; poſt exactionem metropolitanus rem diſcernat. Sin autem metropolitanus ſit, qui judicavit, & exegit; & ille, qui exactionem paſſus eſt, putaverit ſe læſum fuiſſe; adminiſtrationis illius, beatiſſimus Patriarcha rem diſcernat. Non enim concedimus anteſatis perſonis in memoratis cauſis ante diſceptationem, & exactionem debiti ſuos Epiſcopos deſerere, & in alia pervenire judicia.

XXXIX. Si quis ex his, quibus adminiſtratio religioſi loci commiſſa eſt, ante quam rationes exponat, & debitam a ſe quantitatem exſolvat, deceſſerit: heredes ejus ſimiliter & rationibus & exactionibus ſubiiciantur.

XL. Si Epiſcopus, vel quivis clericus in civitate CP. inveniatur ex quacumque provincia; & aliquis voluerit adverſus eum actionem (16) movere; & ſi quidem [17] jam de re (18) litis conteſtatio facta eſt in provinciali judicio: ibi impleatur, (19), ideſt in ea provincia, in qua lis conteſtata eſt. Sin autem nondum cœpta eſt: apud eminentiſſimos tantum Præfectos Prætorio (20) Orientis judicium peragatur, vel apud eos judices, quos noſtra juſſio deputaverit.

XLI. Nullus apocriſiarius cujuſcumque eccleſiæ ſive in hac civitate degens, ſive apud Patriarchas (21), vel metropolitanos ab epiſcopo ſuo (22) miſſus pro ſuo Epiſcopo, vel pro negotio eccleſiaſtico; vel debito (23) publico, ſive privato aliquam actionem, vel (24) exactionem patiatur, niſi forse ei [25] mandatum eſt ab Epiſcopis, vel œconomis quoſdam convenire. Ipſis enim, qui conveniuntur, ſolis præſtamus (26) facultatem, ſi quas actiones habuerint (27) contra eccleſiam, vel Epiſcopos (28), adverſus apocriſiarios eas movere. Sed ſi (29) obligaverint ſe in eo tempore, quo apocriſiarii officium peragunt (30), ex his [35] cauſis actiones (32) ſuſcipiant.

XLII. Epiſcopi & clerici (33) pro civitate, vel eccleſia ſua legationis cauſa, vel conſecrationis Epiſcopi ſive in imperiali civitate, ſive in alio (34) quocunque loco pervenientes nullam moleſtiam, vel repulſam a quacumque perſona patiantur. Nam qui obnoxios eos (35) habere putaverint: poſtquam in provinciam revertantur, pulſare eos poterunt, nullo (36) eis præjudicio generando in temporali præſcriptione propter tempus, quod in tali profectione tranſactum eſt.

XLIII. Si quando cauſa emerſerit, ut admonitio, vel executio inferatur [37] pro pecuniaria cauſa [38] ſive publica, ſive privata clerico, vel monacho, vel monachæ, (39) vel cuicunque monaſterio (40) & maxime mulierum, (45) ſine injuria, & cum omni honore admonitio, vel executio (42) fiat. Monacha autem, vel aſceteria monaſterio, vel aſceterio non detrahatur (43): ſed procuratorem ab his præ-

(1) *vel canonico.* A. [2] *primus.*
(3) *adquieſcat.* (4) *definiatur.*
(5) *quivis alius.* (6) *det.* A. (7) *intentionem.* (8) *actionis.* (9) *de.* [10] *reddere.* A. (11) *negotiationem.* (12) *& ſi quid.*
(53) *comprobatum.* (14) *hoc eidem.*
(55) *ſe.* (16) *actiones.* (17) *ſi quidem.*
(18) *de ea re.* A. (19) *experiatur.*
(20) *Prætorii.* (25) *Patriarcham.*
(22) *Epiſcopos.* (23) *pro debito.*

(24) *aliquam.* (25) *forte.* (26) *damus.*
(27) *habent.* (28) *Epiſcopum.* A.
(29) *Si tamen.* (30) *peragant.*
(31) *& pro his.* (32) *actionem.*
(33) *vel clerici.* (34) *in.* (35) *obnoxior.*
[36] *nullum præjudicium.* (37) *adferatur.*
(38) *cauſa, vel criminali.* A.
[39] *monacho.* (40) *ex monaſterio.*
(41) *mulieribus.* (42) *actio.* forte, *exactio.*
[43] *detrahantur.*

præponi, qui pro negotio reſpondebit. Monachis autem liceat ſive per ſe, ſive per procuratores ſuos monaſterii, vel aſceterii cauſas peragere: ſciente eo (1), qui tranſgreſſus (2) fuerit hæc ſtatuta, ſive judex ſit, ſive executor litis; quod & cingulo ſpoliabitur, & pœnam quinque librarum auri præſtabit [3], quam debet exigere ab eo vir magnificus Comes Rerum Privatarum. Executor autem & periculum patiatur, & in exilium mittatur: religioſis locorum Epiſcopis proſpicientibus, ut nihil iſtis (4) contrarium fiat; vel ſi quid peccatum fuerit, ut prædicta coertio fiat. Præſide autem vindictam differente imponere, ad noſtram ſcientiam Epiſcopus referat.

XLIV. (a) Sportularum [5] nomine quæcumque perſona in quocunque eccleſiaſtico ordine (6) conſtituta, ideſt diaconus, & monachus, & aſcetria, & monacha pro quacunque criminali, vel pecuniaria cauſa cujuſcumque ſit quantitatis, ſive a clerico, ſive ab aliquo (7) militante admonitionem ſuſceperit, ſive in imperiali civitate, ſive in provinciis, in quibus degunt; non plus (8) quam quattuor ſiliquas præſtent (9). Si vero extra juſſionem ſive a Præſide, vel (10) a beatiſſimo Patriarcha miſſus (11) executor in alias cauſas admonitionem obtulerit alicui de memoratis perſonis: non ultra ſolidum accipiat. Sed etſi (12) plures pro una eademque cauſa conventi fuerint: non plus ſportularum nomine præſtent, quam ſi una perſona conventa fuiſſet.

XLV. Nullus Epiſcopus pro rebus eccleſiæ ſuæ executionem, vel moleſtiam patiatur. Sportulas autem nec pro ſuis negotiis admonitus præſtet. Actiones autem contra eccleſiam propoſitas œconomi ſuſcipiant, vel hi, qui in hac cauſa præpoſiti ſunt.

Si quis adverſus noſtra ſtatuta ſportulas exigere fuerit auſus, in duplum, quod accepit, præſtet ei, a quo exegit. Et ſi quidem militat, amittat cingulum: ſin autem clericus ſit, clero (13) expellatur.

XLVI. Presbyteris, & diaconis (14), & ſubdiaconis, & aliis in clero ſcriptis (15) non habentibus uxores ſecundum divinas regulas (16) interdicimus & nos mulierem [17] habere in ſua domo, excepta matre, & filia, & ſorore, & aliis perſonis, quæ (18) omnem querellam effugiunt. Si quis autem adverſus iſtam obſervationem mulierem in domo ſua habuerit (19), quæ (20) poteſt ei ſuſpicionem inferre turpitudinis: & ille a conclericis ſuis audierit cum tali [21] muliere non habitare (22); & noluerit eam a domo ſua repellere; vel accuſatore emergente probatus (23) fuerit inhoneſte cum tali muliere (24) converſari: tunc Epiſcopus ſecundum eccleſiaſticos canones de (25) clero eum repellat curiæ [26] civitatis, cujus clericus eſt, tradendus (27).

XLVII. (b) Nullus Epiſcopus cum muliere habitet penitus: nullam mulierem habeat. Sin autem probatum (28) fuerit hoc non obſervaſſe, Epiſcopatus honore reiiciatur: quia ipſe ſe indignum ſacerdotio oſtendit.

XLVIII. Caveant diaconiſſæ cum maſculis habitare, per quos inhoneſtæ vitæ ſuſpicio poſſit emergere. Sin autem hoc non obſervaverint: ſacerdotis, cui ſubjectæ ſunt, admonitione abſtineant converſatione maſculorum. Sin autem hoc (29) diſtulerint facere: eccleſiaſtico miniſterio, & ſuis ſalariis [30] careant, & monaſterio tradantur, & omnem vitam ſuam ibi peragant. Res autem earum ſi quidem liberos habeant: inter ipſas, & illos ſecundum numerum perſonarum dividantur: ut competens eidem mulieri portio monaſterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos: tota ipſius ſubſtantia inter monaſterium, ubi immiſſa eſt, & eccleſiam, in qua [31] prius fuerat, ex æqua (32) portione dividatur.

XLIX. [c] Si quis divinis myſteriis, vel aliis ſanctis miniſteriis celebrandis in ſanctam intraverit eccleſiam: & Epiſcopo, vel clericis, vel aliis miniſtris eccleſiæ [33] injuriam fecerit, jubemus eum tormentis ſubjectum in exilium mitti. Sed (34) ſi ipſa ſancta oratoria, vel divina (35) miniſteria conturbaverit, vel celebrari prohibuerit (36): capitali ſupplicio puniatur. Hoc eodem obſervando, & in litaniis, in quibus Epiſcopi, vel clerici inveniuntur: ut ſi quidem (37) contumeliam tantum fecerit: tormentis, & exilio (38) tradatur; ſin autem litanias conturbaverit; capitale periculum ſubſiſtat: eaque defendere volumus non ſolum civiles, ſed etiam militares judices.

L. Non liceat laicis litanias facere ſine Epiſcopo, & clericis, qui ſub Epiſcopo ſunt. Sanctas

(1) *ſcientes eos.* (2) *tranſgreſſores erunt.* (3) *præſtabunt.* (4) *nihil.* (5) *Si quis ſportularum.* (6) *loco.* (7) *laico.* (8) *plures.* (9) *accipiat.* (10) *ſive.* (11) *miſſus eſt.* (12) *Et ſi.* (13) *e clero.* (14) *& diaconibus, & ſubdiaconibus.* alii, *diaconis, ſubdiaconis.* (15) *conſtitutis.* [16] *regulas.* (17) *mulieres.* (18) *quæ.* (19) *habuit.* (20) *cui poteſt ſuſpitio inferri.* alii, *quæ poteſt ſuſpitionem inferre.*

(21) *ut cum tali.* (22) *habitaret.* [23] *probatum.* alii, *accuſatus.* (24) *cum tali muliere vivere.* alii, *verſari.* (25) *a clero.* (26) *& curiæ.* (27) *tradat eum.* alii, *tradendo.* forte, *tradendum.* A. (28) *probatus.* [29] *autem.* (30) *ſuis beneficiis, & ſalariis.* [31] *ubi.* (32) *æqua.* (33) *miniſtris.* (34) *Et ſi.* (35) *vel.* (36) *noluerit, prohibueritve.* (37) *& ſi quidem.* (38) *ſubjectus exilio.* A.

(a) Vide Auth. Sed hodie. C. *de Epiſc. & cler.*
(b) Vide Auth. Epiſcopo. C. *eodem tit.*
(c) Vidend. Auth. Sed novo. *eod. tit.*

quoque cruces, quas in litaniis portant, in ſanctis locis reponi jubemus, & his [1] proferri, ſi litaniæ tempus vocaverit: eaque obſervent non ſolum antiſtites locorum, & clerici, ſed etiam magiſtratus. Si quis autem præſentis legis vim tranſgreſſus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit: prædictas pœnas patiatur.

LI. Reſtat, ut de monachis dicamus. Igitur ſancimus, ut abbas (2), ſive archimandrita ſingulis monaſteriis præponatur [3] non ſecundum gradus monachorum, ſed quem cuncti monachi, vel melioris opinionis conſtituti elegerint propoſitis ſanctis [4] evangeliis dicentes, quod non propter amicitiam, vel gratiam, ſed ſcientes eum fidei rectæ, & vitæ caſtæ, & adminiſtratione dignum, & potentem monachorum diſciplinam, & omnem monaſterii ſtatum utiliter cuſtodire, eum elegerint (5), & ſi ſic (6) electus fuerit modis omnibus confirmetur ab Epiſcopo, cui monaſterium ſubjectum eſt. Quæ autem de monaſteriis monachorum diximus, eadem teneant, & in monaſteriis, vel aſceteriis mulierum.

LII. Si quis monachus eſſe velit, ſi quidem notum ſit nulli condicioni ſubjectum eſſe: hegumenus monaſterii quando exiſtimaverit, habitum ei præſtet. Sin autem incognitus ſit, per tres annos habitum ei non præſtet; ſed experimentum, & probationem vitæ ipſius accipiat. Et ſi quidem intra triennium venerit aliquis dicens eum ſervum ſuum eſſe, vel adſcripticium, vel colonum; & ideo ad monaſterium veniſſe, ut culturam agrorum fugeret, vel propter furta, vel alia delicta in monaſterio [7] intraſſe; eaque fuerint probata: domino ſuo reddatur cum rebus (8), quas in monaſterio duxiſſe probetur (9), ut tamen prius fidem accipiat a domino ſuo, quod nihil patiatur. Sin autem intra triennium nemo ex prædictis (10) perſonis inquietaverit eum; & tranſacto (11) triennio probatum hegumeno oſtenderit: tunc accipiat habitum, & nemo eum poſtea pro condicione inquietet. Sic tamen ut res, quas in monaſterio (12) duxit, domino reſtituantur. Sin autem monaſterium reliquerit, & laicus fiat, & in civitate [13], vel in agris deambulet: ſuæ condicioni reddatur.

LIII. Monachi in una domo habitent, communiter alantur, in una domo ſemotim dormiant, niſi forte quidam ex his propter prolixam in monaſterio exercitationem ſemotim velint vivere, vel ſenectutis, vel corporalis imbellicitatis cauſa, in cœllulis quibuſdam intra monaſterium degerint: & hoc tamen non citra voluntatem hegumeni fiat, his omnibus & in monaſteriis, vel aſceteriis (14) mulierum obſervandis.

LIV. In nullo loco monachos & monachas permittimus unum monaſterium habere. Sed nec ea, quæ duplicia vocant; & ſi quid tale eſt: religioſus Epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco ſtudeat (15) manere; monachos autem aliud monaſterium ædificare ſibi cogat. Sin autem plura ſint alia monaſteria: ſeparentur in aliis monaſteriis monachæ, & in aliis monachi; res autem, quas habent communes, ſecundum jura ſibi [16] competentia diſtribuantur. Quem autem monachæ presbyterum, vel diaconum elegerint, ut eum apocriſiarium habeant, vel ſanctam communionem ut eis adferat [17], religioſus Epiſcopus, cui ſubjectæ ſunt, deputet: ſi tamen & fidei rectæ, & vitæ bonæ fuerit (18). Sin autem is, quem elegerunt, neque presbyter, neque diaconus ſit; probatus tamen in caſtitate & fide: conſecret eum Epiſcopus in illa conſecratione, qua dignus ſit, & fiat apocriſiarius, & ſanctæ communionis miniſter, ſic tamen ut nec ipſe habeat licentiam, quamvis ita (19) electus eſt, in monaſterio mulierum permanere.

LV. [a] Si quis ſub condicione nuptiarum, vel liberorum, vel dotis cauſa, vel ante nuptias donationis donaverit, vel reliquerit ſuis liberis, vel aliæ [20] cuicumque perſonæ hereditatem, vel legatum: vel ab initio pure reliquerit, vel donaverit: ſubſtitutiones autem, vel (21) reſtitutiones eis fecerit ſub condicione quacumque ex his, quæ prædictæ ſunt: jubemus talibus condicionibus ſubjecti (22) tam maſculi [23], quam fœminæ ſi in (24) monaſterium intraverint, vel clerici, vel diaconiſſæ, vel aſcetriæ fuerint: tales condiciones irritas, & pro non ſcriptis eſſe. Hoc autem auxilio clerici & (25) diaconiſſæ eccleſiarum fruantur (26) ſi in eadem vita perſeveraverint; & ea, quæ ſic eis donata, vel relicta fuerint (27), in pias cauſas conſumpſerint, vel donaverint, vel reliquerint. Nam de his, quæ in (28) monaſterium, vel aſceterium intraverint, certa forma (29) eſt, ut totum patrimonium eorum, vel earum (30) hujuſmodi rebus ad monaſterium, vel aſceterium pertineat. Sin autem ad redemptionem captivorum, vel alimoniam (31) ſubſtitutio, vel reſtitutio facta eſt ſub antefatis condicionibus:

(1) *& eu his.* (2) *abbates, ſive archimandritæ.* [3] *præponantur.* (4) *ſacroſanctis.* (5) *elegerunt.* [6] *& ſi.* (7) *monaſterium.* A. & verſ. 36. (8) *cum ea re, quam.* (9) *probatur.* (10) *ſupraſcriptis.* (11) *& hic tranſacto.* (12) *monaſterium.* forte, A. (13) *ut in civitatibus magis.* (14) *& in aſceteriis.* (15) *ſtatuat.* [16] *eis.* (17) *adferat.*

(a) Vide Auth. Niſi rogati. C. *ad S. C. Trebell.*

(18) *ſit.* (19) *ſit electus.* (20) *alii.* (21) *autem, &.* alii, *vel.* (22) *ſubiectis.* alii, *ſubiici.* [23] *tam maſculis, quam feminis.* alii, *ſive maſculi ſint, ſive feminæ.* [24] *ſi.* [25] *clerici, vel.* [26] *fungantur.* [27] *fuerunt.* (28) *quæ.* (29) *forma conſtituta.* [30] *eorum.* (31) *alimonias.*

Digitized by Google

bus: ex nullo modo prædicto recludi [1] eam concedimus.

LVI. (a) Si mulier, vel vir ad ſolitariam vitam tranſierit, & liberos non habeat: res ejus monaſterio competant, in quo (2) intravit. Sin autem talis perſona liberos habeat: liceat ei ſubſtantiam ſuam liberis (3) ſuis diſtribuere: ſic tamen ut nulli eorum legitimam portionem deminuat; & ſibi retineat [4] unius filii partem [5] ad monaſterium ſcilicet perventuram (6). Quod ſi ante quam deliberet [7] inter liberos [8] ſuos propriam ſubſtantiam, in monaſterio deceſſerit: ſola legitima portio liberis ejus (9) deferatur.

LVII. Si ſponſalia legitime (10) inter ſponſum & ſponſam contracta fuerint: deinde antequam nuptiæ celebrentur; ſponſus, vel ſponſa intraverit in [11] monaſterium: id, quod arrarum nomine datum eſt, in ſimplum tantum reddatur, (12) & pœna utrique parti remittatur.

LVIII. Si conſtante matrimonio ſolus vir, vel ſola uxor ad ſolitariam vitam tranſierit, & monachicum [13] habitum acceperit; hoc ipſo matrimonium diſſolvatur etiam nullo repudio miſſo. Et ſiquidem ſolus vir monachus factus eſt: reddat mulieri dotem, & quidquid aliud (14) ab ea ſuſceperit, & propter nuptias donationis tantam partem, quantam mulier accepiſſet ex morte mariti ſecundum dotalium inſtrumentorum tenorem. Sin autem mulier monacha facta ſit (15): maritus quid in retineat nuptialem donationem, mulier autem recipiat dotem ſuam, excepta illa portione, quæ apud maritum ex morte mulieris ſecundum pacta dotalia reſidere debet. Sed & quidquid aliud mulier apud maritum habuerit, reſtituatur eidem mulieri. Quod ſi utraque perſona ſolitariam vitam elegerit: unaquæque pars (16) ſuas res accipiat; & nemo nihil neque (17) lucretur, neque detrimentum ſentiat. Sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem, mulier autem recipiat dotem ſuam (18), & quidquid aliud marito dediſſe probetur (19). Hæc (20) omnia tam de ſponſo, quam de ſponſa, & viro (21) & uxore ſtatuta ſunt: niſi altera pars alteri quippiam donare, vel concedere velit.

LIX. (b) Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate ſua (22) repellere monachos factos; quamvis dum laici fuerint (23) in cauſam ingratitudinis inciderint [24]. 19.q.3.c.ult.

LX. Non liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariam vitam tranſeuntes abſtrahere de monaſteriis (25). Ibid.

LXI. Si quis monaſterium ſuum reliquerit & ad aliud monaſterium tranſierit: res ejus priori monaſterio, in quo [26] ante intraverat (27) competant.

LXII. Agant ſollicitudinem Epiſcopi, ut neque monachi, neque monachæ in civitatibus ambulent: ſed ſi quas habent neceſſarias cauſas, eas agant per apocriſiarios ſuos, vel ipſi (28), vel ipſæ in monaſteriis permanentes.

LXIII. Si monachus laicus factus fuerit; honore, & cingulo (29) ſpolietur, & res ejus monaſterio addicantur, quod ab eo relictum eſt, inſtante Epiſcopo loci, & præſide provinciæ; ipſe quoque in monaſterium mittatur. Quod ſi iterum monachicam (30) vitam reliquerit: tunc eum Præſes provinciæ, in qua inventus ſit, teneat, & taxeotis ſuis connumeret.

LXIV. (c) Si quis rapuerit, vel ſollicitaverit, vel corruperit aſceteriam (31), vel diaconiſſam, vel monaſtriam [32], vel aliam mulierem (33) religioſam (34) vitam, vel habitum habentem: bona ipſius, & eorum, qui hujuſmodi (35) ſceleris communione contaminati ſunt, a religioſo (36) loco vindicentur, in quo talis mulier habitat, per religioſos Epiſcopos, & œconomos, & præſides [37] provinciarum, & officiales eorum: ipſi autem capitali periculo [38] ſubjiciantur. Mulier autem ubique inveſtigetur; & cum ſuis rebus monaſterio cautiori tradatur (39). Sin autem diaconiſſa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis ejus legitimis (40) præſtetur. Quod ſi intra annum poſt cognitum tale ſcelus hujuſmodi res a religioſis (41) locis non vindicentur: Comes (42) Privatarum rerum hæc (43) noſtro fiſco addicat (44). Præſes autem provinciæ, ſi vindictam tali [45] crimini imponere ſuperſederit, & cin- 27.q.1.c.30.

 gulo

(1) *reduci.* (2) *in quod.* A. (3) *inter liberos dividere.* alii, *inter filios dividere.*
[4] *remaneat.* (5) *part.* (6) *perventura.*
(7) *divideret.* ſorte, A. (8) *filios.*
(9) *liberis.* [10] *legitima.* (11) *intraverit.* [12] *reddatur.* (13) *habitum monachi.*
[14] *aliunde.* [15] *facta fuerit.*
(16) *perſona.* (17) *nihil.* (18) *dotem.*
(19) *probatur.* (20) *Hæc autem.* A.
(21) *& ſponſa, quam de marito.*
[22] *hereditate.* (23) *fuerant.* Grat. alii, *fuerunt.* (24) *inciderunt.* Grat.
(25) *monaſterio.* (26) *in quod.* A.
(27) *introierat.* alii, *intravit.* (28) *ipſi.* A. alii, *vel Epiſcopi.* (29) *cinguli.*
(30) *monaſticam.* (31) Ivo, *matricuriam.*
(32) Grat. *monacham.* (33) *etiam feminam.* Ivo. (34) Ivo, *religioſum habitum habentem, vel religioſam vitam ducentem.* alii, *religioſam vitam bonam, vel habitum habentem.* (35) *hujus.* [36] *religioſo.* Ivo.
(37) *& per præſides.* Ivo. (38) *ſupplicio.*
[39] *tradatur per Epiſcopum.*
(40) *ejus.* Grat. (41) *religioſis.* (42) *per Comitem.* (43) *hæc.* [44] *addicantur.*
[45] *talis criminis.*

(a) Vide Auth. Si qua mulier. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 19. *quæſt.* 3. c. 9. Si qua.
(b) Refert Grat. 2. *quæſt.* 3. c. *ult.* In libro veteri Juliani And. Alciati hæc capita deerant, ſed non ſola. Id occaſionem ei dedit negandi, Juſtinianum ea conſcripſiſſe, quæ Gratianus affirmaverat.
(c) Refert Ivo *parte* 7. c. 243. decreti, ut Nov. conſtit. 11. & Grat. 27. *quæſt.* 1. c. 30. Si quis rapuerit.

gulo careat, & pœnam quinque librarum auri dare (1) fiſci juribus (2) compellatur.

LXV. Non liceat laico, præſertim ſcenicis viris, & mulieribus, & proſtitutis habitu monachi, vel monachæ, vel aſcetriæ uti, vel quocumque modo imitari; nec in qualemcumque eccleſiaſticum ſtatum liceat illudere. Si quis enim auſus fuit (3) aliquid facere contra: & corporales (4) pœnas ſubſiſtat, & exilio tradatur. Hæc autem ad curam, & ſolicitudinem Epiſcoporum, & clericorum, qui eis ſubjecti ſunt, & judicum tam civilium, quam militarium, & officiorum, qui eis obtemperant, & defenſorum civitatum pertineant (5).

Pœnæ, quæ præſenti lege continentur, ſi quidem prioribus quoque legibus cognitæ ſunt, exerceantur non ſolum in futuro, ſed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innovationem poſitæ (6) ſunt, in futuris tantum temporibus cuſtodiantur.

NOVELLA CXXIV. (a)

I. (b) QUotienſcumque apud quoslibet judices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur; oportet, & ipſas principales perſonas litigantium, vel eos, ad quos pendente adhuc judicio cauſa translata eſt, in ipſo diſceptationis exordio tactis ſacroſanctis ſcripturis ſacramentum præbere, quod nihil penitus judicibus aut patrocinii cauſa ipſis, vel alii cuicumque perſonæ pro hac cauſa quolibet modo dederunt, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, exceptis his rebus, quæ propriis advocatis pro patrocinio præſtant, vel aliis, quibus ex legibus aliquid dare permittitur. Sed & ſi in ſacro auditorio conſultatio celebratur: debent ſub præſentia ſenatorum hoc idem partes jurare. Quod ſi forſitan aliqui ex litigatoribus non poſſunt ad judices pervenire: præſentes quidem litigatores ſimiliter jurare debent, ad abſentes vero ex officio deſtinari oportet competentes perſonas una cum adverſariis, ut præſentibus eis ſimili modo jusjurandum detur: niſi forſitan pro adverſaria parte mulier ſit honeſtiſſima; quæ ſe non ſoleat extraneis viris oſtendere. Etenim ſub præſentia tantum officialium, qui miſſi ſunt, non etiam adverſarii credere debeot ſacrameotum. Quod ſi uterque litigatorum, vel alteruter abſens fuerit: oportet eum, qui abſens eſt, in ea proviocia, in qua degit, inter acta apud judicem ejuſdem provinciæ, vel Defenſorem idem ſacramentum præſtare. Quod ſi præſens, vel abſens litigator noluerit tale jusjurandum ſubire; & hoc judici manifeſtum fuerit: ſiquidem actor eſt, condemnabitur, quatenus ab actione ſua cadat: ſin vero reus eſt, qui jurare non vult, condemnabitur in ea quantitate, in qua conventus eſt. Plane ſi confeſſus ſit litigator aliquid dediſſe, vel promiſiſſe, & perſonam dixerit, cui dedit, aut promiſit; & hoc ipſum probaverit: a prædicta pœna immunis erit, cum veniam mereatur. Is autem, qui convictus erit ſub tali delicto: ſi quidem in pecuniaria cauſa, ſpoliabitur magiſtratus ſui poteſtate; & ejus quidem, quod accepit, triplum fiſco reſtituat; ejus vero, quod ei promiſſum eſt, duplum fiſco præſtabit. Sin autem criminalis ſit cauſa: publicabitur, & in exilium mittetur. Quod ſi litigator non potuerit oſtendere id, quod datum, vel promiſſum eſt: oportet eum, cui datum, vel promiſſum dicitur; jurare, quod neque per ſe, neque per quamlibet aliam perſonam datum ſibi aliquid, vel promiſſum eſt. Ita enim ipſe quidem pœnam evitabit; litigator vero, qui noo potuit eum convincere, ſi quidem pecuniaria cauſa ſit, æſtimationem litis fiſco ooſtro præſtabit; lis autem cepta legitimo modo determinetur. Quod ſi criminalis fuerit cauſa: bona ejus publicentur omnia, cauſa vero ſimiliter legitimum finem accipiat apud competentes judices. Quod ſi recuſet dare jusjurandum is, cui dicitur datum aliquid, vel promiſſum fuiſſe: eiſdem pœnis ſubiicitur. Enim vero ſi litigator ſacramentum dederit, quod neque promiſerit, oeque dederit aliquid; & poſt ſententiam intra quattuor menſes convictus fuerit pejeraſſe: veniam nullam merebitur. Sed eiſdem pœnis tam ipſe, qui dedit, quam ille, qui accepit, ſubiicietur. Quod ſi per tutorem, vel curatorem lis exerceatur; jusjurandum quiſdem ipſi præſtare neceſſe habebunt: alioquin eiſdem pœnis ſubiiciuntur. Minoribus vero nullum præjudicium ex hoc generabitur.

II. Neque civilis, neque militaris judex in quacunque provincia permittere debet executoribus litis ultra modum legitimum ſportularum a quacunque perſona capere aliquid, vel exigere, ſive magiſteriani, ſive præfectiani, vel etiam ex divina juſſione dati ſuot executores. Quod ſi invenerìot aliquem amplius exegiſſe: debent eundem conſtringere, vel includere; & quod amplius exegerint, in quadruplum ab eo repetere. Et ſimplum quidem ei, ex quo exactum eſt, reſtituere; triplum vero fiſco inferre. Quod ſi de hoc interpellatus judex eum, qui ſuper exactus eſt, audire noluerit: quadruplum

de

[1] *dare.* (2) *rationibus.*
(3) *fuerit.*
(4) *corporalem pœnam ſuſtineat.*
(5) *pertinent.* [6] *impoſitæ.*

(a) Hæc eſt in libro Authent. conſtit. 5. collat. 9. tit. *Ut litigantes jurent in exordio litis &c.* Hanc utraque lingua edidit Haloander.

(b) Videndæ Authent. Principales. C. *de jurejur. prop. calumn.* & Auth. Novo jure. C. *de pœna jud. qui male jud.*

de ſuo fiſco præſtare. Idem eſt autem & ſi de officio ejus ſit exactor.

Qui ſupra legitimum modum ſportulas exigit: jure litis executori reſiſtet.

III. Lex, quæ poſita eſt in primo libro Codicis, qua cavetur, ne judices ex ſuis ſententiis pronuntient; quod ex divina juſſione ſine ſcriptis habita præcipimus aliquem exhiberi, ſive deduci; in ſuo robore cuſtodiatur.

Viri Spectabiles referendarii competentes divinas juſſiones judicibus debent inſinuare. Cum autem ad divinas aures cauſas referunt: nullus eorum poterit neque per ſe, neque per alium quemlibet tenere aliquem, vel fidejuſſores deſiderare, vel aliquid exigere, vel compellere, quod tranſactionem, vel pactionem aliquam cum adverſario ſuo faciat. Nullatenus enim in qualibet cauſa ſe immiſceat; ſed tantum unuſquiſque divinas juſſiones vel ſcriptis, vel ſine ſcriptis in quacumque cauſa prolatas competentibus judicibus inſinuare debebit. Quod ſi qui contra hæc fecerint; is, qui detrimentum paſſus eſt, vel circumſcriptus, nullum præjudicium circa jura priora ſuſtinebit: qui autem ei detrimentum intulit, hoc per competentem judicem reſarcire ei compellitur.

NOVELLA CXXV. (a)

JUdex ſententiam definitivam ex ſuo arbitrio conſentaneam legibus promat: & non utatur indicatione ad noſtram clementiam, nec referat. Sed quod ſibi viſum fuerit legitimum, dicat; poſtquam perfectiſſime de lite cognoverit. Quæ ſimiliter obtinere jubemus, ſive unus, ſive duo, ſive plures judices fuerint cauſæ cujuſcunque cognitores (1).

NOVELLA CXXVI. [b]

I. INvenimus Quæſtorem, & Præfectum Prætorio (2) per Orientem in ſacro auditorio iiſdem interlocutionibus uti, quibus nos utimur. Dicebat enim *Noſtra ſerenitas, & noſtra pietas, & noſtra manſuetudo* (3): & advocati iiſdem vocibus ad eos utebantur; & veſtitu (4) eodem omnes ornabantur, quo tantum uti apud (5) Principem licet. Nos autem Quæſtorem quidem cum Præfecto confidere; & tales cauſas audire, & legitimos calculos proferre; & conſueta ſcrinia in talibus cauſis ſuum miniſterium præbere permittimus. Illa autem illicita verba, & veſtitum vindicare ſibi nulli concedimus. Sin autem hoc fiat (6): majeſtatis crimine temeratores obnoxii ſunt.

II. In omnibus provocationibus hoc obtinere [7] jubemus, ut appellatione facta intra tempus ſtatutum, ſi utraque pars fatalem diem obſervaverit; ſine dilatione judices & ea (8), quæ acta ſunt, perſcrutentur, & legitimum calculum proferant. Quod ſi ſolus, qui appellavit, intraverit [9]; judices expectent uſque ad ultimum fatalem diem [10]; & ſi is, qui vicit, non inveniatur: perſcrutentur acta, & finis legitimus ſequatur. Quod ſi victor intraverit (11), & is, qui appellavit, requiſitus non inveniatur: expectent judices non ſolum ultimum fatalem diem: ſed etiam tempus reparationis, ideſt tres menſes. Quod ſi is quoque (12) tranſactis qui (13) provocavit, non inveniatur: nullatenus temporis curſu calculus [14] confirmetur. Sed ex una [15] parte judices perſcrutentur acta prioris judicii (16): & ſi quidem recte pronuntiatum eſt, confirmare [17]. Quod ſi aliquid non recte ſe habeat: hoc corrigere, & legitimum calculum proferre (18). Semel autem appellatione intra fatales (19) dies, vel ab una (20), vel ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus confirmetur; ſed veritas, & juſtitia perſcrutetur (21), & finis legitimus talibus cauſis imponatur, ſive una, ſive utraque parte præſente. Et propter hoc jubemus in talibus cauſis non in primo introitu omnes cognitiones referri, ſed ſingulas propriam diem habere perſcriptam (22).

III. Omnes judices legibus non interdictam provocationem intra ſtatutos dies recipere non recuſent; intra triginta autem dies, poſtquam provocatio porrecta eſt, acta cum ſua ſubſcriptione litigatoribus dare [23]: ut illi apud competentem judicem ea (24) intimare poſſint. Si quis autem judicum [25] hoc facere diſtulerit; calculus quidem temporis tranſactione non confirmabitur; ipſe autem judex, qui ea non obſervabit, [26], & qui miniſterium ei præbent, omne damnum, quod litigator paſſus fuerit, actis ei non editis: de ſuis ſubſtantiis reddere compellantur, & denas auri libras pœnæ nomine noſtris privatis inferendas (27) exſolvant.

NO-

(1) *fuerint.* (2) *Prætorii.* (3) *manſuetudo, & devotio.* (4) *veſtimento.* (5) *uti.*
(6) *faciant.* (7) *obtinere.* (8) *ea.*
(9) *intravit.* (10) *fatalem.*
(11) *intravit.* (12) *his.* (13) *is, qui.* A.
(14) *calculi confirmantur.* (15) *ex utraque.*
(16) *judicis.* (17) *confirment.* A.
(18) *proferre debent.* A. (19) *diem fatalem.* (20) *ab una.* (21) *perſcrutentur.* alii, *præſtetur.* (22) *præſcriptam.* (23) *edantur.*
(24) *eam.* (25) *autem.* (26) *obſervaverit.*
(27) *privatis deferendas.* alii, *privatis ferendas.* alii, *privatis.*

(a) Hæc conſt. 4. collat. 9. tit. *Ut judices non expectent ſacras juſſiones.* Eam Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Novo jure. C. *de relation.*
(b) Hæc non extat in libro Auth. Sed eam græce, & latine Haloander ſub titulo: *Exemplum ſacræ formæ de appellationibus.*

Google

NOVELLA CXXVII. (*a*)

I. (*b*) SAnctimus ex hoc tempore ſi quis inteſtatus deceſſerit fratribus derelictis (1) ex utroque parente ſibi copulatis, & filio ex fratre ante mortuo, qui & ipſe ex utroque parente ei (2) copulabatur (3); & aliquo ex perſonis aſcendentibus: ſimul omnes ad hereditatem vocari; & aſcendentes perſonas non impedire fratris filios ad hereditatem defuncti capiendam. Et ut ſimpliciter dicamus; quem dedimus eis ordinem aſcendentibus perſonis non ſuppoſitis eundem eis præſtamus, & ſi parentes exiſtant ejus (4), de cujus hereditate agitur.

II. [*c*] Si propter nuptias donatio quingentorum ſolidorum quantitatem excedat, intimari eam jubemus monumentis publicis (5) celebrandis in hac quidem Regia civitate apud Magiſtratum Cenſus, in provinciis autem apud Defenſores civitatum, vel apud quos hujuſmodi (*6*) monumenta agi poſſibile eſt. Sin autem non inſinuentur; ſit quidem (7) ex parte mulieris propter nuptias donatio valida (8), ex parte autem mariti irrita (*9*). Et ideo matrimonio ſoluto mulieri quidem ante nuptias donatio ſive ex toto, ſive ex parte ſecundum quod caſus tulerit, ſine ullo obſtaculo competat; marito autem dotis retentio ſive ex parte, ſive in totum ſecundum eventus qualitatem nullo modo concedatur. Quia in poteſtate ejus fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos ſolidos conſtitutam actis inſinuare. Et ideo periculum non intimatæ propter nuptias donationis ad ipſum non ad mulierem reſpiciat.

III. (*d*) Si mulier a marito [10] ſuo defraudata ad ſecundas non pervenerit (11) nuptias: habet quidem ante nuptias donationis uſumfructum, ſecundum quod jam diſpoſuimus. Lucretur autem & portionem (12) proprietatis tantam, quantam numerus liberorum ei (13) concedit; ut ipſa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de maritibus diximus: hoc & [14] de patribus intelligendum eſt, & de aliis perſonis aſcendentium, (15) quæ non ad ſecundas nuptias pervenerint.

IV. In ſuperioribus poſita eſt Conſtitutio, qua cavetur; ne uxor (*16*) maritusve ſine cauſa eidem Conſtitutioni cognita matrimonium diſſolvere audeat (17). Quod ſi hoc auſi fuerint facinus perpetrare: pœnis quibuſdam eos ſubjecimus (18). In ipſis (*19*) autem pœnis relevavimus (20) maritum, graviore animadverſione mulieribus impoſita. Sed hanc legem merito corrigentes jubemus eiſdem pœnis temerarios maritos ſubiiciendos eſſe, quæ mulieribus diſſidii (21) ſine cauſa legitima cupidis imminere [22] noſcuntur: ut in pari delicto par pœna utroſque comitetur.

NOVELLA CXXVIII. (*e*)

I. OPortet per ſingulos annos menſe Julio vel Auguſto particulares delegationes tributorum proximæ futuræ indictionis apud Præfectos Prætorio uniuſcujuſque diœceſeos apud acta manifeſtari ſignificantes tam quantitatem eorum, quæ in ſpecie, vel in re penſitanda ſunt ab unaquaque provincia ſive civitate pro ſingulis jugeribus ſive centuriis: quam æſtimationis ſpecierum, quæ in ſingulas provincias erogatæ ſunt, & quæ in arca inferendæ ſunt: ita ut tales delegationes dirigantur judicibus ſingularum provinciarum initio uniuſcujuſque indictionis. Judices autem provinciæ præponant ea in civitatibus intra Septembrem * menſem; ſed exemplaria eorum volentibus edantur a Præfectis Prætorio. Quod ſi antequam inſinuentur, ſicut diximus in alios titulos, & non in eos, quos continet anni particularis delegatio; tributorum quantitas erogata ſit: id quod expenſum eſt, reputari debebit in tributis ejuſdem indictionis. Quod ſi intra præfinitum tempus non ſint deſtinatæ prædictæ delegationes. Præfectus quidem pro tempore triginta librarum auri pœnam præſtabit. Tractatores vero ejuſdem provinciæ viginti librarum diſpendio multantur. Judex autem, qui deſtinatam delegationem minime propoſuerit: decem libris auri damnificabitur, amiſſionem cinguli quoque patietur. Officium autem ejus quinque libras auri præſtabit.

* vel Octobrem *add. Pith. & Ac. sb. libri.*

II.

(1) *relictis.* [2] *utraque parte.* alii, *utroque parente.* (3) *copulatur, vel.* alii, *copulabatur, vel.* (4) *ejuſdem, de cujus.* alii, *ejus de.* [5] *poſt hac.* [6] *hac.*
(7) *ſi quidem.* (8) *valeat.* (9) *irrita ſit.*
(10) *mariso.* (11) *venerit.* (12) *portionem.* (13) *liberorum quantitas.* alii, *numerus liberorum ejus.* (14) *hoc.* (15) *aſcendentibus.* (16) *ne uxori maritus, vel marito uxor.* alii, *ne uxor marito, ſive maritus uxori.* (17) *audeant.* A. (18) *ſubiicimus.*
(19) *Ipſius.* A. (20) *relevamus.*
(21) *nitentibus diſcedere.*
(22) *imminere.*

(*a*) Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 9. tit. *Ut fratrum filii ſuccedant pariter &c.* Hanc non habuit græcam Haloander; ſed quod in aliis quibuſdam evenit, inſertam edidit conſtitutioni 118. & 119. ut in Baſilicis fortaſſe factum prius fuit ſic in Nov. 1. ſunt quædam addita ex Nov. 18. & in Nov. 23. ex Nov. 137. Melius exemplar factus eſt Hen. Scringerus, qui hanc edidit græce, & latine Agylæus, qui detegit hoc errorum genus Noricæ editionis. In Baſilicis hanc conſt. non extare notatum a græcis eſt.
(*b*) Vide Authent. Ceſſante. C. *de legit. hered.*
(*c*) Vide Authent. Eo decurſum. C. *de don. ante nupt.*
(*d*) Vide Auth. Si tamen. C. *de ſecund. nupt.*
(*e*) Hæc in lib. Auth. eſt conſt. 14. collat. 9. tit. *de collatorib. & aliis capitulis.* Eam utraque lingua Haloander edidit.

II. Illationes ſpecierum intra exordium uniuſcujuſque indictionis fieri oportet. Ea autem quæ in ære penſitantur, ſecundum conſtituta tempora exſolvi debebunt.

III. Exactores tributorum plenarias vel ſecuritates, ſive apochas penſitantibus faciant; per quas ſignificent non ſolum quantitatem pecuniarum, vel ſpecierum ſuſceptam. Sed & numerum jugerorum, vel centuriarum; & nomina poſſeſſionum, pro quibus prædicta tributa ſuſceperunt. Quod ſi aliter fecerit quis, decem librarum auri multa feriatur, & punietur. Judex vero, ſi pro hoc interpellatus neglexerit; decem libras auri pœnæ nomine dabit.

IV. Si quis de collatoribus tributorum exigatur, dubitet autem de modo poſſeſſionis, cujus nomine tenetur; vel de ipſa quantitate tributorum: compellere debet judex; vel Epiſcopus ejuſdem loci cenſualem proferre publicam deſcriptionem; & ſecundum eam tributa perſolvantur.

V. Nolumus collatores compelli ad denominandos ſuſceptores eorum, quæ in ære in unaquaque civitatum penſitant. Sed ſive judex ſit, ſive curialis, ſive vindices, vel canonicarii, ſive alii fuerint, ad quos publicæ exactionis periculum reſpicit: ipſi ſuo periculo ſuſcipiant tributa, & erogent.

VI. Jubemus per ſingulas provincias canonicarios deſtinari; qui tributa periculo nominatorum exigere debeant: Expelleutas autem nullo modo cum eis tranſmittimus. Sin autem canonicarius, qui miſſus eſt, minus idoneus apparuerit: ſub modo eo alius loco ejus ſubrogetur: Expelleuta vero nequaquam mittatur. Sint autem canonicarii ſolatiis ſibi conſtitutis contenti; nec aliquod detrimentum collatoribus inferatur.

VII. Si quis poſſeſſor deſertum agrum ejuſdem ſubſtantiæ coactus fuerit ſuſcipere: ex eo tempore tributa ejuſdem agri debet adgnoſcere, ex quo ſuſcepit eum. Suſcipere autem non aliter deſertum agrum compellatur, niſi de hoc apud judicem provinciæ ſcriptis quæſitum fuerit, & ab eo pronuntiatum ſit. Si tamen quem judex ſuſcipere deſertum agrum decreverit: appellari poſſit contra ſententiam ejus; ſi ſibi videatur injuſta. Appellationis autem judicium apud Præfectum Prætorio terminetur.

VIII. Quotiens dominus alicujus poſſeſſionis non apparet; vel ſolvendo non eſt; ut neceſſitas fiat impoſitionis: oportet conteſtim eandem poſſeſſionem conjungere ejs, qui de eodem patrimonio agros poſſideant cum inſtructo, inſtrumentoque ſuo, & omnibus aliis, quæ in eadem poſſeſſione reperiuntur; qui prædictam ſuſcipere poſſeſſionem cogantur, vel alio modo impoſitio, ſive injectio differatur. Convenit apud judicem provinciæ inter acta referri qualitatem, ſive ſtatum ejus poſſeſſionis; & omnia, quæ in ea reperiuntur: ut ita ea excipiant curiales, ſive exactores, vel vindices, vel officiales; quatenus ſi poſtea inventus fuerit, cui legitimo modo adjungi debeant: quidquid deminutum fuerit a prædictis perſonis; de ſua (1) recipiatur.

IX. Nihil eorum nomine, quæ παρακτομετικὰ dicimus collatores exigantur pro his, quæ (2) in aere, vel ſpeciebus perſolvant. Sed nec aliud, quam præter conſuetudinem antiquam dependere cogantur.

X. Hi, qui ad tributa exigenda deſtinantur, non aliter exactionem facere permittantur, niſi prius apud judicem ejuſdem provinciæ inſinuaverint juſſiones ſuper exigendis tributis ſibi datis. Nihil autem periculi, vel detrimenti collatoribus tributa ſolventibus ingerant. Hoc autem & in privatis exactionibus obſervare [3] placet.

XI. Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, privati exactionis non capiat auctoritatem.

XII. Si tributorum debitor habeat debitorem: non aliter debitor ejus pulſari debet, niſi ipſe debitor principalis primum non ſolvendo apparuerit: tunc ſecundus debitor ſecundum jus conveniendus eſt. Si quis autem aliter exactionem fecerit: cingulo militiæ privatus publicabitur; & in exilio (4) mittetur. Judex autem, qui eum permiſit, exactione decem librarum multam ſuſtinebit; quinque vero libras auri officium ejus præſtabit.

XIII. Nulli liceat tributorum exactori, vel cenſuali, vel logographis, vel aliis, qui publicis functionibus miniſteria præbent, collatores lædere, vel fines capere ſanctorum locorum contra eos, qui ſe læſos eſſe queruntur.

XIV. Nullus pro tributis earum terrarum nomine, quas non poſſidet, conveniatur. Nam ſi coloni, vel adſcripticii ſuam terram poſſideant: oportet & eiſdem tributa præſtare, niſi forte ſponte dominus penſitationem eorum cognoverit.

XV. Qui tributa exigunt, juſtis ponderibus & menſuris uti debent, ut nec pro boc collatores lædantur. Quod ſi putaverint collatores fieri ſibi læſionem: ſpecierum quidem menſuras & pondera a Præfectis Prætorio accipere debent. Auri autem, vel argenti, vel aliorum metallorum pondera a Comite ſacrarum largitionum deſiderant. Quæ omnia in eccleſia uniuſcujuſque civitatis conſerventur: & ſecundum ea & illationes tributorum, & militares vel alios ſumptus faciant.

XVI. Exactores tributorum nullam communionem (5) in civilibus pecuniis, quæ ad operas, vel ad frumentum, vel aquæductum, vel ad ſalaria, vel ad ſollemnes cauſas civitatis deputatæ ſunt. Sed nec retinere aliquid ex eis audeant, vel quas † quod (6) ſine ulla deminutione

(1) forte, *de ſuo.* A. [2] forte, *pro hiſque.* A.
(3) forte, *obſervari.* (4) *exilium.* forte, A.
(5) addendum eſt verbum, *habeant.* A.
(6) forte, *cum eas.*

ne, ſive dilatione in præſatis (1) cauſis erogari oportet, & in munera, quæ habitatoribus ejuſdem civitatis ſulcita ſunt (2), auferendi aliquid ex ipſis, vel de inſcriptionibus alicujus, vel ſportularum nomine quippiam dare, ſive conſumere de prædictis pecuniis. Quod ſi quid vel dare, vel accipere fuerint auſi ex eis: jubemus eum duplam quantitatem ejus, quod dedit, vel accepit, de ſuo civitati reſtituere. Quin etiam nec judices provinciarum, vel officiales eorum adminiſtrationi prædictarum pecuniarum admittantur. Debet enim Epiſcopus cum primatibus, ſeu habitatoribus uniuſcujuſque civitatis patrem civitatis denominare, cui civilium pecuniarum adminiſtratio committenda ſit. Ita ut per ſingulos annos præſatus Epiſcopus cum quinque primatibus civitatis adminiſtrationis rationes accipiat: & quod reliquatus fuerit, pater civitatis ab eo exigat periculo eorum, qui denominatores eorum fuerant. Quod ſi talis adminiſtrator parum idoneus videbitur: jubemus alium in loco ejus ſubrogari cum decreto Epiſcopi, & habitatorum civitatis ejuſdem: ſcientibus nominatoribus, quod ſi aliquod per eum civitati adlatum ſit detrimentum: de propriis facultatibus hoc relarcire cogantur.

XVII. Neque Præfectiano, neque ſcriniario neque alii cuilibet mandari poterat, ut rationes civilium pecuniarum accipiat neque ex divino reſcripto, neque ex majoris judicis auctoritate. Quod ſi hoc alicui permiſſum ſit: Epiſcopus, & primates civitatis nullam ejus rei nomine rationem reddant, ſed ſuper hoc referre ad principem curent. Oportet enim civilium pecuniarum logniththetas, ſive ratiocinatores a ſolo Principe deſtinari talem utique, qui boni operis ſit, & in honore poſitus eſt. Sic tamen ut divinam juſſionem reſcripti habeant; quæ ſignificet nomen ejus, & honorem, & cauſas, & tempora, quorum rationes ei mandatæ ſunt. Ita enim qui hic rationes reddiderit; ſecurus erit: & iterum nullius rationibus ſubjicietur.

XVIII. In nulla penitus provincia Præſides, vel exactores tributorum loci ſervatores fiant Præfectorum Prætorio, & magiſtrorum Militum. Quod ſi neceſſitas forſitan expeditionis alicujus tale aliquid deſideraverit: jubemus ex diſpoſitione noſtri nominis loci ſervatorem præfectorum Prætorio conſtitui, qui de expenſis militum ſollicitudinem gerat. Nam ſi quis aliter ordinatus ſit: is quidem, qui auſus eſt eum facere; triginta librarum diſpendio ſubjicietur; & reſtituet nihilominus omnia detrimenta, quæ per eum conſtiterunt. Is vero, qui factus eſt loci ſervator, non ſolum magiſtratu ſuo, & honore, vel militia privabitur; ſed & decem libras auri multæ nomine dabit.

XIX. Nemo judicum ſive civilium, ſive militarium, ex quo ad commiſſam ſibi provinciam pervenerit, facultatem habeat ordinandi ſibi loci ſervatorem in civitatibus, vel caſtris. Qui vero contra hæc geſſerit, quinque librarum auri detrimentum patiatur. Eandem autem multam exſolvet etiam ipſe, qui factus eſt. Sane priuſquam ad ſubjectam ſibi provinciam perveniat, licentiam habeat conſtituendi ſibi loci ſervatorem; qui uſque ad præſentiam ejus omnia poſſit gerere, quæ ipſi quoque judices exequi poterunt, præter eas cauſas, quæ ultimum ſupplicium damnatis irrogant. Sed ſi divina juſſione judex in aliam provinciam fuerit deſtinatus: non prohibetur ſimiliter loci ſervatorem in ſua provincia conſtituere.

XX. Jubemus autem omnes judices tam militares, quam civiles; ut ſuper maleficiis, quæ in ea provincia commiſſa fuerint, per ſemetipſos cognoſcant, & legitimis pœnis mox eos adficiant, nec aliquid propter hoc a provincialibus tentent accipere. Viocolytas, vel Leſtodioctas, ſive Tribunos propter eas forte cauſas nequaquam eis facere permittimus. Quod ſi adverſus hoc fecerint: judex ſolutus cingulo ſuo decem librarum auri multam præſtabit; is autem qui factus eſt, caſtigatus publicabitur, & in exilium mittetur.

XXI. Quotiens aliquis judicum de civitate in aliam civitatem, vel de provincia in aliam provinciam tranſit: neque ipſe, neque officium ejus angariis, vel deſcriptionibus, aut aliis quibuslibet expenſis provinciales vexare audeat. Debet enim ex conſtitutis publicis ſalariis ſumptus facere.

XXII. Judices provinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dies in eadem provincia, cujus magiſtratum depoſuerint, remorentur, & reſpondeant omnibus, qui adverſus eoſdem movere aliquas actiones conantur. Quod ſi ante quinquaginta dies provinciam deſeruerint: cuncti, qui ab eo læſiones aliquas paſſi ſunt, conveniant apud metropolitanum Epiſcopum: ita ut ſinguli præpoſitis ſacroſanctis ſcripturis deponant, ſive manifeſta faciant detrimenta ſibi illata; quatenus ex ſubſtantia ejuſdem judicis univerſa damna reſarciat, cura & periculo Præfectorum Prætorio, ac Tractuatorum ejuſdem provinciæ. Nam ſi hæc neglexerint: de ſuis facultatibus præfata detrimenta reſtituere compellantur.

XXIII. Si quis judicum evocatus ad alium magiſtratum, vel utilitatem alterius provinciæ miſſus fuerit: procuratorem legitimum conſtituere debet; qui reſponſurus ſit provincialibus, qui ſuper detrimentis ſibi illatis ab eo conqueruntur. Nam ſi hoc prætermiſerint: oportet actis intervenientibus ſingulis, quod unuſquiſque damnificatus eſt, omnia detrimenta de patrimonio ejuſdem judicis reſarciri cura & periculo Præfectorum Prætorio, & Tractuatorum ejuſdem provinciæ.

Omnes

[1] *præſatas cauſas.* forte.
(2) locus mendoſus ſic fortaſſe ſcribendus: *neque habitatoribus ejuſdem civitatis facultas ſit.* A.

Omnes ſupra dictas pecuniarias pœnas Comes privatarum Rerum exigat. Cæterum ſi hoc facere ſuperſederit: ipſe omnia de propriis facultatibus cum officio ſuo fiſco præſtabit.

NOVELLA CXXIX. (*a*)

SAmaritæ liberam inter ſe licentiam habeant tam donandi, quam contrahendi; & ab inteſtato cognatis ſuis heredes exiſtant. Si quidem ex eodem gradu cognationis alii Samaritæ, alii Chriſtiani ſunt: hi, qui Chriſtianitate præfulgent, ipſi tantum in ſucceſſionem vocentur. Sin autem Samaritæ quidem proximiores inveniantur; Chriſtiani autem (1) ulteriores fuerint: Samaritarum condicio præferatur. Sin autem pœnitentiam egerint Chriſtianitatis imbuti myſteriis: ſimiles eſſe debent his, qui ab initio Chriſtiani fuerunt (2); ut nullam patiantur deminutionem ex eo quod in ſuperiori tempore Samaritanorum errore tenebantur. Sin autem ex aſcendentibus, vel deſcendentibus perſonis (3) Samarita conſtitutus (4) teſtamentum fecerit: liceat ei, ſi quidem omnes Samaritas habeat; omnes ex æquis ſcribere portionibus heredes, vel quemadmodum voluerint facere. Sin autem quoſdam Samaritas, quoſdam Chriſtianos aſcendentes, vel deſcendentes habeat: uſque ad duas uncias liceat ei Samaritas heredes inſtituere: reliquæ autem unciæ ad Chriſtianos veniant; quamvis a teſtatore Samaritis (5) adſcriptæ ſunt; niſi forte legata ex his Chriſtianis perſonis relicta fuerint. Similiter autem in ſucceſſione, quæ ex teſtamento ſuo venit [6], ſi Samaritæ pœnitentiam egerint, nullam patiantur læſionem; Chriſtiani autem & de inofficioſo teſtamento querellam habeant contra Samaritarum (7) teſtamenta uſque ad duas uncias. Hæc autem Conſtitutio & retrorſum vires ſuas extendit, ideſt etiam in præteritum.

NOVELLA CXXX. (*b*)

I. QUotiens expeditionis cauſa tranſitus militum fiet: oportet cum delegatoribus ſuis & eos ſuccedere, qui ſumptus eorum provideant: ita ut ſingularum provinciarum judices apparatum faciant ſpecierum ad expenſas, ſeu annonas eorum: quas ſpecies uniuſcujuſque numeri ſine ulla dilatione ſuſcipientes militibus erogare poſſint; quintam decimam videlicet partem pro ſolatio ſibi retinentes, & facientes ſollemniter apochas ſive recauta de impenſis iiſdem periculo Magiſtrorum Militum, ſive Ducum, & tribunorum, & Comitum, & Diaſoſtarum, & Delegatorum, & præpoſitorum uniuſcujuſque numeri. Gratis autem nullatenus volumus ſumptus accipere milites a collatoribus, licet minime eis apparatæ fuerint annonæ. Neque autem introita a collatoribus exigenda eſſe permittimus, quos inlæſos, & indemnes undique conſervari juſtum eſt.

II. Milites pro annonis ſuis eas ſpecies accipere debent, quas per ſingula loca inveniri certum eſt: non autem quærere tales ſpecies, quæ in ea provincia non inveniuntur, neque propter hoc vexare collatores.

III. Si collatores ſumptus militibus erogaverint, & hoc ex recautis demonſtratur Præfecto Prætorio: ſine ullo detrimento, vel aliqua dilatione compenſationem facere debet eorum, in tributis ejus indictionis, in qua erogati ſunt, imputare. Quod ſi ultra penſionem canonis, in qua erogati ſunt ſumptus: id, quod ſuperimpenſum eſt, ex omni canone ejuſdem provinciæ reputare debebunt. Quod ſi nec ex omnibus tributis ejuſdem provinciæ ſufficiant impenſæ: ſuppleri ab unaquaque generali arca Præfectus Prætorio debet; vel ex tributis ſequentis indictionis retinere a collatoribus, ſeu reputari ab his, qui tributa publica exigunt, periculo Præfectorum, & Tracteutarum uniuſcujuſque provinciæ, nec non judicum, & officialium eorumdem, & exceptorum, & curialium, & omnium, ad quos cura pertinet.

IV. Neque Magiſtri Militum, neque milites occaſione tranſitus ſui, aut ratione aliqua a civitatibus, vel provinciis exigere aliquid audeant. Alioquin in duplum, quidquid acceperint, reſtituere compellantur.

V. Si qui Duces, vel milites, vel optiones eorum recauta non fecerint de impenſis ſibimet erogatis: debebunt collatores ſimul convenire apud judicem civitatis & Epiſcopum; & ſi judex præſens non ſit: apud Epiſcopum & Defenſorem; & inter acta deponere & Duces, & exercitum de quantitate impenſarum, & quod recauta ab optionibus emiſſa non ſunt, ita ut Præfectis Prætorio hæc omnia referantur; qui prædictas impenſas, ſicuti dictum eſt, reputent, & retineant eas ex eo, quod delegatum eſt eiſdem Ducibus, vel militibus.

VI. Duces vel Diaſoſtæ exercitus & delegatores mittere debent ſemper promeatores ad ea loca ubi perventuri ſunt milites, ut ſumptus eis præſtetur; non autem ad alias civitates, vel provincias ſignificare tentent, quod venturus eſt exer-

(1) *Chriſtiani.* (2) *fuerint.* (3) *perſonis.* (4) *Samarita.* (5) *Samaritanis.* (6) *veniebat.* (7) *Samaritanorum.*

(*a*) Deſideratur hæc conſtitutio tam in libro Auth. quam in Norico Haloandri, & in Baſilicis. Sed ex Veneto libro Scringerus eam græce, & latine Agylæus ediderunt ſub tit. *de Samaritanis.* Ant. Contius, qui 10. collationem extravagantium Novellarum Auth. libro addidit, hanc addere oblitus eſt. Vide Nov. 144.

(*b*) Hæc etiam in libro Auth. deſideratur. Eam græce, & latine edidit Haloander, ut Nov. 129. ſub titulo, *de tranſitu militum.* Contius, & Agylæus melius, ut 130. Haloandro vero 130. eſt, quæ nobis 106. *de uſuris nauticis.*

exercitus, & propter hoc pretia quædam exigere. Nam ſi quid ejus rei gratia acceperint, oportet & hoc inter acta referri, & quod acceperint, & quibus erogatum ſit, ita ut a Præfectis Prætorio reputatio fiat. Duces autem, & delegatores, & Diaſoſtæ, qui acceperint, duplam quantitatem reſtituant: promeatores vero etiam puniri, & exilio mitti convenit.

VII. Si quis judex provinciæ cum Diaſoſta colluſerit, ut militibus nullus apparatus impenſarum fieret, & propter hoc contingerit per diverſas civitates exercitum evagari: magiſtratu ſuo privatus publicabitur, & in exilio (1) mittatur una cum officio ſuo. Collatores autem indemnes conſervabuntur vel ex recautis, vel ex fide geſtorum, ſicut ſuperius dictum eſt.

Hæc omnia oportet obſervari, & quotiens gentis alicujus in auxilio noſtro accerſitæ tranſitus fiat.

VIII. Nemo militum in ea cœnatione hoſpitium ſibimet vindicare audeat, in qua ipſe paterfamilias habitare ſolet. Debet enim in aliis partibus ædium ſibi hoſpitia quærere.

NOVELLA CXXXI. [a]

I. Quattuor ſanctorum conciliorum canones pro legibus habeantur.

II. Papa Romanus prior omnibus Epiſcopis & Patriarchis ſedeat: poſt illum Conſtantinopolitanæ civitatis Archiepiſcopus.

III. Archiepiſcopus Primæ Juſtinianæ eccleſiæ habeat (2) ſibi ſubjectos Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, item Prævalenſis (3), & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem jura (4) ſuper eos (5), quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſubjectos.

IV. Maneant jura præſtita Epiſcopo Carthaginenſi, & aliis metropolitanis, & omnia privilegia; item omnia ſolatia, & liberalitates religioſis locis datæ firmiter maneant (6).

V. Poſſeſſiones ad religioſas domos pertinentes nullam deſcriptionem adgnoſcant, niſi ad conſtructionem (7) viarum, vel pontium ædificationes: ſit tam habuit (8) poſſeſſiones intra territorium conſtitutas illius civitatis, in qua talis deſideratur deſcriptio. Habeant [9] autem immunitatem in ſordidis muneribus, & (10) lucrativorum deſcriptione.

16.q.4.c.ult. VI. [b] Neque decem, neque viginti [11], neque triginta (12) annorum curriculi præſcriptio [13] religioſis domibus opponatur (14), ſed ſola quadraginta annorum (15); non ſolum in cæteris religioſis rebus (16); ſed etiam in legatis, & in [17] hereditatibus.

VII. Nemo oratorium ædificare audeat, ante quam Epiſcopus veniat [18], & oraverit (19), & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. Qui [20] autem ſemel inchoaverit, neceſſe habet opus (21) implere, vel ipſe, vel heredes (22) ejus. Et neceſſitatem ei debent imponere Epiſcopi, & œconomi, & civiles magiſtratus.

VIII. Si quis in proaſtio, vel domo, vel fundo auſus fuerit eccleſiaſtica miniſteria facere ſine clericis locorum Epiſcopo ſubjectis: dominio eorum cadat; & veniat eadem res ad eccleſiam. Si autem ignorante domino hoc fuerit factum: hi, qui peccaverunt ſive emphyteutæ, ſive procuratores ſunt, de provincia expellantur, & ſubſtantia eorum addicatur eccleſiæ illius territorii, intra quod tale delictum contigerit.

IX. Si quis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti hereditatem, vel legatum reliquerit: capiant id, quod derelictum eſt, eccleſiæ illius loci, in quo domicilium teſtator habebat.

X. Si quis in nomine ſancti martyris hereditatem, vel legatum reliquerit; ſi quidem ejuſdem nominis plures ſunt in eodem loco oratoriæ domus; capiat lucrum illa, quæ pauperior eſt, niſi aliud ſingillatim teſtator expreſſerit. Quod ſi talis domus in civitate non inveniatur; ſed & in territorio ejus ſit, illi detur. Si autem neque in territorio reperitur eccleſia illius ſancti; neceſſe eſt, ut eccleſiæ lucrum detur illius civitatis, in qua domicilium habuit.

XI. Si quis in ultima voluntate domum religioſam fieri diſpoſuerit; oratoria quidem ab heredibus ejus intra quinquennium ædificari oportet, xenones autem, & alia pia loca intra annum fieri decet imminentibus tam Epiſcopis, quam magiſtratibus. Quod ſi opus fieri intra annum non poſſit: neceſſitatem habeant heredes domum comparare, vel conducere; in qua poterunt ea, quæ teſtator voluit, adimplere, donec opus ædificii perficiatur. Et ſi is, qui teſtatus eſt, dixit, quos vult xenodochos, vel prochotrophos, vel alios hujuſmodi fieri: voluntas ejus conſervetur; vel ſi hæredibus ſuis electionem dedit, ut faciant ipſi, quos velint; ſimi-

[1] *in exilium.* forte. A. (2) *habeat.* (3) *Privalenos.* (4) *jura.* (5) *ipſis habeat.* forte, *eos habeat.* A. [6] *permaneant.* (7) *conſtructiones.* (8) *habuerint.* A. (9) *habeant.* (10) *muneribus, & extraordinariis, &c.* (11) *decennii, neque vicennii.* Grat. (12) *vel triginta.* Grat. (13) *præſcriptio.* Grat. (14) Grat. *opponantur.* (15) Grat. *annorum curricula.* (16) *rebus.* Grat. (17) *&c.* Grat. (18) *venerit.* (19) *exornaverit.* (20) *Quod.* (21) *locum.* (22) *heres.*

(a) Eſt in libro Auth. conſt. 6. collat. 9. tit. *de eccleſiaſticis titulis, & privilegiis.* Ab Haloandro græce, & latine edita eſt.

(b) Vide Authent. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 16. *quæſt.* 3. *c.* 15. Placuit. §. Quas. & *c.* 16. Jubemus. §. Quas. Juliani verba refert idem Grat. 16. *quæſt.* 4. *c. ult.*

ſimiliter voluntas ejus cuſtodiatur. Liceat autem Epiſcopis a teſtatore depntatos xenodochos & prochotrophos, vel alios mutare; ſi non inveniantur idonei, eodem obſervando, & ſi teſtatoris heredes elegerint hominem non idoneum ad miniſterium, vel adminiſtrationem locorum.

XII. (*a*) Si pro redemptione captivorum legatum, vel hereditas relicta fuerit, vel pro alimoniis pauperum: ea, quæ teſtator juſſit, cogantur heredes implere. Quod ſi non expreſſerit is, qui teſtatus eſt, cujus loci pauperibus alimonias dari oportet; Epiſcopus locorum relictam quantitatem diſtribuat inter pauperes ejus loci, in quo teſtator domicilium habuit. Item quod pro redemptione captivorum relictum eſt, adminiſtrari debet aut ab eo, quem teſtator ad hoc deputavit, aut ſi nemo ab eo nominatus eſt, ab Epiſcopo & œconomo pietatis opus impleatur. Omnia enim facta ad pietatem pertinentia Epiſcopo intereſſe oportet: quamvis teſtatores, vel donatores verba contraria voluntaris expreſſerint.

XIII. Si per publicas perſonas heredes admoniti juſſa teſtatoris implere diſtulerint: omne lucrum, quod eis relictum eſt, auferatur cum fructibus, & cæteris emolumentis, quæ medio tempore acceſſerint. Negligente autem Epiſcopo, liceat etiam metropolitanis hujuſmodi cauſas diligenter inquirere.

XIV. (*b*) Si dixerit heres a teſtatore derelictam ſubſtantiam ad impenſas pias non ſufficere: ceſſante lege Falcidia, ea, quæ relicta ſunt, impendantur in illas cauſas, quas teſtator voluit, cura ſcilicet, & diligentia locorum Epiſcopi.

XV. Si legatum, quod pie relictum eſt, & intra ſex menſes numerandos ex eo tempore, quo teſtamentum intimatum eſt, heredes diſtulerint ſolvere: fructus, & uſuras, & omne emolumentum ex tempore mortis teſtatoris perſolvere cogantur.

XVI. Si annale legatum religioſo loco relictum fuerit; ſi quidem vicinus ſit locus, vel perſona, a qua relictum eſt; maneat in ſuo ſtatu intactum. Sin autem procul ſit locus, vel perſona, a qua legatum eſt: liceat permutare in majorem reditum: ut quartam portionem plus in reditum habeat, & poſſeſſio vicina ſit, & fertilis non pluribus gravata tributis. Liceat autem hujuſmodi legatum ſecundum præfatam diſtinctionem, & vendere intra quinque annos, & id, quod datum fuerit, ad commoda ejuſdem religioſi procedat.

XVII. (*c*) Quæcumque probatus fuerit Epiſcopus ante honorem Epiſcopatus habuiſſe: ea omnia, utpote ſua, aut propria conſtituta; licentiam habeat, ad quos voluerit, ultima voluntate tranſmittere. Hoc etiam amplius poſt Epiſcopatum jure cognationis uſque ad quartum gradum quidquid ad eum pervenerit, tranſmittere poterit, ad quos ipſe voluerit. Cæteræ autem res alio modo ab eo adquiſitæ, dominii eccleſiæ ſunt; niſi forte conſumptæ ſunt ad redemptionem captivorum, vel ad alimonias pauperum, vel ad utilitatem eccleſiæ, vel ad alias ex pietate proficiſcentes cauſas. Eadem optinere oportet & in adminiſtratoribus cujuſcumque religioſi loci, ut res, quæ poſt commiſſam adminiſtrationem ad eos pervenerunt, iiſdem ſubiiciantur diſtinctionibus.

XVIII. Si Epiſcopus, vel clericus cujuſcumque gradus eccleſiaſtici miniſterii ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit: hereditas ejus non ad fiſcum, ſed potius ad eccleſiam devolvatur. Et ſi diaconiſſa fuerit, ſimili modo.

XIX. Non liceat catholicæ fidei Chriſtianorum alienis hominibus, veluti Paganis, vel Judæis, vel hæreticis poſſeſſiones habere emphyteuſeos, vel conductionis titulo, in quibus orthodoxæ religionis miniſteria celebrantur.

*

NOVELLA CXXXII. (*d*)

*

NOVELLA CXXXIII. (*e*)

*

NOVELLA CXXXIV. [*f*]

I. NEque Præfectus Orientis, vel Illyrici, neque Comes Sacrarum Largitionum, vel Rerum Privatarum facultatem habent conſtituendi ſibi loci ſervatores in quacunque provincia, vel civitate. Sed neque quilibet judex in commiſſa ſibi provincia loci ſervatorem audeat ordinare. Sane in Oſrhoena & Meſopotamia, vel in aliis locis, quotiens uſus exegerit, expeditionis forſitan tempore permittimus fieri loci ſervatores a Præfectis Prætorio, quibus cura militarium impenſarum mandatur. Quinimmo nec Magiſtros Militum, nec Duces concedimus, cum in provinciis ſibi ſubjacentibus fuerint; dare loci ſervatores, vel Viocolytas, vel Leſtodioctas facere: niſi forſitan ex divino reſcripto ſit permiſſum, quotiens neceſſitas exegerit, loci ſervatores ordinaverint. Nam

 qui

[*a*] Vide Auth. Licet. C. *de Epiſc. & cler.*
(*b*) Vide Auth. Similiter. C. *ad L. Falcid.*
(*c*) Vide Auth. Licentiam. C. *de Epiſc. & cler.*
(*d*) In libro Juliani deſideratur. Eſt in libro Authenticor. conſtit. 12. collat. 9. titulo *De interdictis collegiis hæreticorum.* Partem ejus refert Anſelm. Lucenſ. *lib.* 1. *cap.* 8. decretorum. Hanc Haloander græce, & latine edidit.
(*e*) Hanc in libro Juliani, & in libro Auth. deſideramus. Edidit eam græce, & latine Haloander ſub tit. *De monachis, & aſceteriis, & eorum converſatione.*
(*f*) Eſt in libro Auth. conſtit. 9. collat. 9. tit. *Ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem.* Ab Haloandro etiam græce, & latine edita eſt.

qui contra hoc loci ſervatores ordinaverit: cingulo proprio ſolutus viginti librarum auri multam ſuſtinebit: is autem, qui factus eſt, in exilium cum publicatione damnabitur. Erit autem licentia tam judicibus, quam Epiſcopis provinciarum, nec non habitatoribus Viocolytas, vel Leſtodioctas miſſos ab eis contemnere.

II. Nullus judex civilis, ſive militaris ſine juſta cauſa provinciam ſibi commiſſam circumluſtret. Quod ſi ad hoc eum neceſſitas aliqua compulerit: oportet eundem, nec non officium ejus de ſuo ſumptum facere: & neque angarias, neque alias quaslibet impenſas a provincialibus deſiderent; neque eas, quas mala conſuetudo per longum tempus exigit.

III. Judices provinciarum ita debent recte converſari, ut de nulla cauſa neceſſitas nobis emergat aliquem in provincias deſtinandi. Quotiens autem quis tributorum cauſa deſtinatus fuerit in provinciam: loci ſervatoris quidem nomen nullatenus uſurpent; ſed mandatum ſibi officium ſine detrimento collatorum impleat.

IV. Ut quotiens Vindices, vel exceptores tributorum habuerint opus, judices adjuvent.

V. Ut judices omnes cautiones ſuo periculo pro illatione tributorum Comiti Privatarum debent: & ſi forte non dederint, pro datis haberi.

VI. Ut judices tunc pro tributis periclitentur, quando Vindices procurator non habet.

VII. De judicibus, qui teſtari quemlibet, aut uxorem ducere, aut humari prohibent, aut donationem inſinuare ante nuptias, aut inventarium fieri; in omni damno ei, qui paſſus eſt, condemnandis, & in exilio mittendis: & licere Epiſcopo, vel primis civitatum hoc referre.

VIII. Ut judices appellationes ſibi porrectas ſuſcipiant, & apoſtolos tribuant: ut appellatione facta nulla rerum tranſmutatio fiat; ſed omnia in integro maneant.

IX. (*a*) Ut judices delinquentes quærant, & non alios ejuſdem loci pro eis detineant; nec pignora ex eodem loco capiant, neque peccantes vendant. Nam omne damnum his, qui paſſi ſunt, reſtituent, & ipſi in exilium mittuntur; & adſeſſores contra leges ſcriptis conſentientes, & reliqui proprio lucro damnum reſarcientes in exilio mittuntur.

X. Ut judices pro fugientis perſona ad judicem loci, ubi fugit, mittat: ut eis mandetur periculo ejus, qui mandat, & officii ſui. Sin autem eos tradere noluerint; ſed pro lucro eos dimittant: honore privati in exilio mandentur.

XI. Ut judices a prædeceſſore ſuo miſſa ſacra excipiant: & ſi quidem privatorum ſint, juſſa expleant; ſi adverſus publicam auctoritatem: primum & hoc ipſum referre debent, & ſecundam expectare juſſionem.

XII. (*b*) Ut creditores filios debitorum pignoris jure, aut ſervitutis, aut ut eos conducant, adducere non audeant. Sin autem hoc fecerint: cadentes ex debito, & aliud tantum debitori præſtantes in exilio dirigantur.

XIII. (*c*) Mulierem licet multotiens pro marito pro privato, aut publico debito intercedat: non teneri; niſi manifeſte probetur, quod pecunia in propria ejus utilitate expenſa eſt.

XIV. (*d*) Mulieres pro nulla cauſa, aut debito in cuſtodiam, ideſt in carcerem mitti: ſed aut per procuratorem, aut per ſe reſpondere debent; & ſi non habeant fidejuſſorem, cautioni juratoriæ committendæ ſunt. Sin autem criminalis cauſa fuerit: aut in monaſterium, aut mulieribus cuſtodiæ cauſa tradi; ne pudori earum inſidietur.

Ut ſanctimonialis, aut monacha de monaſterio non trahatur.

XV. (*e*) De mœchis, eas pœnas pati volumus, quas lex Conſtantini inſtituit, vel qui mediatores, aut hujus ſceleris miniſtri fuerint. Uxor autem mœchi dotem, & donationem habeat. Sin autem dotalia inſtrumenta non habuit: quartam partem rerum mariti accipiat; mulier autem mœcha in monaſterium mittatur. Et ſi quidem voluerit maritus: intra duos annos eam recipere ei liceat, & nullum præjudicium ex hoc nuptiæ patiantur. Sin autem noluerit: mœcha fiat ibi permanens uſquequo vivit. Et ſi quidem quoſdam ex deſcendentibus habeat: duas partes ejus ſubſtantiæ habeant, monaſterium autem tertiam. Sin autem aſcendentes habeat, hos tamen, qui tali ſceleri non conſenſerunt: tertiam ipſi habeant; monaſterium beſſem. Sin autem neque aſcendentes, neque deſcendentes habeant; totum monaſterio adquiratur. Per omnia autem oportet pacta in dotalibus inſtrumentis inſerta ſervari.

XVI. (*f*) Qui conſenſu matrimonia ſolvunt. Sed hodie totum hoc capitulum innovatum eſt.

XVII. Si mœchus condemnationem effugiens eam, de qua accuſatus [1] fuerat, duxerit: competentibus pœnis a quolibet judice ſubjiciendus eſt; illa autem in monaſterio mittatur.

XVIII. (*g*) Nulli judici licere utraſque manus, aut utroſque pedes reo abſcindere; neque exar-

[1] *eandem, quæ accuſata.*

(*a*) Vidend. Auth. Si vero. C. *ad L. Jul. de adult.*
(*b*) Vide Auth. Immo a debito. C. *de oblig. & action.*
(*c*) Vide Auth. Si qua mulier. C. *ad S. C. Vellejan.*
[*d*] Vide Auth. Sed hodie. C. *de off. div. judicum.* & Authent. Hodie. C. *de cuſtod. reor.*
(*e*) Vide Auth. Sed hodie. C. *ad L. Jul. de adult.*
[*f*] Vide Auth. Idem eſt. C. *de bon. quæ lib.*
[*g*] Vide Auth. Sed novo. C. *de ſerv. fug.*

Digitized by Google

exarmare (1) in qualicumque delicto. Sed ſi quidem mortale eſt crimen: morte damnare.

XIX. Fures autem membro non abſcindere. Fures autem dicimus, qui in nocte cum gladiis ambulant. Reliqui autem competentibus pœnis ſubiiciantur.

XX. (*a*) Nulli (2) autem publicari debent [3], niſi qui neque deſcendentes, neque aſcendentes habent [4]. Uxoribus tamen eorum donationem reddi (5), & dotem. Sin autem dotem non habeat (6): juxta ſtatuta quartam partem (7) ex rebus damnati habeat. Aſcendentes autem uſque ad tertium gradum vocantur.

NOVELLA CXXXV. (*b*)

*

NOVELLA CXXXVI. (*c*)

I. Liceat Argyropratis, ſi habeant principalem debitorem, & fidejuſſorem ejus; pactum conventum componere; ut poteſtatem habeant prius fidejuſſorem pulſare: quamvis principalis reus locupletiſſimus fuerit.

II. Argenti diſtractoris militia, vel liberorum, vel cognatorum ejus in præſumptionem [8] creditoribus ipſius hypothecæ titulo ſit obligata: & ex contrario militia ejus, qui argyropratæ debitor eſt, aut liberorum, ſive cognatorum ipſius præſumptione argenti diſtractori ſupponatur.

III. Si quis argenti diſtractori crediderit, ut res aliquas ex pecunia ſibi mutuata emeret; & cum ipſo pepigerit in ſcriptis; ut res, quæ fuerit ex eadem pecunia comparata, titulo hypotecarum ſibi obligata ſit; omnibus aliis in eadem re præferatur.

IV. Liceat argenti diſtractoribus & ipſas ſpecies, quas præſtiterint, vindicare; niſi æſtimationem earum acceperint.

V. Argenti diſtractores pro pecuniis, quas crediderint, uſuras uſque ad beſſem centeſimæ capiant, & non deeſt (9) * quod in ſtricta actione (10), ſive [11] ſtipulatione, & mora (12) uſura exigitur [13].

* Et notandum eſt, quod in diſtratione ſine ſtipulatione memorata uſura exigatur.

VI. Quicumque cum argyroprata contrahunt, ſi cautiones, vel ratiocinia fecerint manu ſua conſcripta, ſive ſubſcripta: teneantur perſonalibus actionibus. Tunc (14) hypothecariis ſupponantur, cum dixerint aliquid, quod ad intellectum hypothecarum tendit. In præteritis autem tantummodo uſura exigatur, quæ uſque ad beſſem centeſimæ producitur. Quod ſi (15) de ſingulis cauſis ſcriptum fuerit in ratiociniis vel manu ejus, qui cum argyroprata contraxit [16], vel ſubſcriptum ab eo fuerit, vel confirmatum; ſive quod fœneraticiam cautionem quaſi mutuatus expoſuit; ſive quod tranſegit: nullæ probationes exigantur de ſingulis cauſis ab argyroprata. Sed tantum intra tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ liceat ei jusjurandum inferre.

NOVELLA CXXXVII. (*d*)

*

NOVELLA CXXXVIII. (*e*)

IMP. JUSTINIANUS PP. A. *Hermogeni Mag. Off.*

Maniſeſtiſſima eſt noſtri numinis Conſtitutio, quæ uſque ad dupli quantitatem, & actionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus cenſiti ſunt: in duplum excuſaturum (17) † quantitatem per diverſa tempora conſecuti ſunt: nullam adverſus te inquietudinem proponere concedatur. Alii autem, ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint: eo modo fœneraticias cautiones recuperare; vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare: ſi preces veræ ſunt; præſentis oraculi ſanctione decernimus. (Similis Conſtitutioni huic Græca ſubſequitur, quæ jubet in his tantum, quæ civitates (18) † muniantur, locum non habere.)

NO-

(1) *exanimare.* ſorte, *exartuare pro artuum diſſolutione.* [2] *Nullus.* (3) *debet.* (4) *habeat.* (5) *debere reddi.* (6) *habeant.* & verſ. 12. (7) *quartam.* (8) *præſumptione.* (9) *& notandum eſt.* ſorte, *& non obeſt.* A. [10] *inde ſcripta.* ſorte, *non ſcripta actione.* (11) *ſine.* (12) *memorata.* [13] *exigatur.* (14) *Tunc autem.* (15) *Quod.* (16) *contraxerit.* (17) *duplum ex uſurarum quantitate.* ſorte, A. (18) ſorte, *cautionibus.*

(*a*) Vidend. Auth. Bona. C. *de bon. proſcr.*

(*b*) Hæc in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Haloander eam græce, & latine edidit ſub titulo, *Ne quis cogatur bonis cedere.*

(*c*) Hæc etiam in libro Auth. non extat. Sed ab Haloandro græce, & latine edita eſt ſub tit. *De argentariorum contractibus*, cujus argumenti ſunt, Edictum 7. & 9. Juſtiniani.

(*d*) Hanc in libro Juliani, & Auth. deſideramus. Neque in græcis omnibus libris hoc loco poſita eſt. Sed ut in Norica editione Haloandri, inſerta Nov. 123. ſic arbitror in Baſilicis conſcriptam fuiſſe. Antiquiores libri eam hoc loco retinuerunt, ut ex Veneto libro Scringerus græcam edidit, & latinam Ant. Contius, & Henr. Agylæus ſub titulo *De ordinatione Epiſcoporum, & clericorum.*

(*e*) Hæc eſt latina conſtit. quæ hoc loco deſiderabatur. Eam nos in veteri quodam libro Juliani invenimus; cujus epitome paucis exceptis verbis caremus. In libro quoque Auth. hæc non extat. Haloander pro ea græcam epitomen edidit, eamque latinam fecit hoc titulo *De interpretatione a Principe facta, & ut uſura particulatim ſoluta duplum ſortis non excedant.*

Digitized by Google

NOVELLA CXXXIX. [a]
*
NOVELLA CXL. (b)
*
NOVELLA CXLI. [c]
*
NOVELLA CXLII.
*
NOVELLA CXLIII. [d]

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUÆ RAPTORIBUS NUBUNT.

IDEM A. (1) *Ariobindo* (2).

LEgis interpretationem culmini tantum Principali competere nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoque (3) legis auctoritatem fortunæ ſibi vindicat (4) eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſive jam deſponſatæ fuerint, vel maritis conjunctæ, ſive non; vel etiam ſi viduæ ſint (5); legem antea poſuiſſe, & capitis ſubjeciſſe ſupplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum; nec non alios, qui eis auxilium tempore invaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantum parentibus mulierum, verum conſanguineis etiam, & tutoribus, & curatoribus in hujuſmodi (6) dediſſe per eandem legem vindictam; & præſertim (7) pœnis locum dediſſe: ſi jam nuptæ, vel deſponſatæ mulieres rapiantur. Cum non ſolum raptus mulieris, verum etiam adulterium per hujuſmodi temeritatem committitur. Et ſuper alias pœnas raptoris etiam nec non aliorum, qui cum eo fuerint (8), patrimonium raptæ mulieri vindicari, per eandem legem præcipimus, ut dotis (9) etiam marito legitimo (10) dandæ (11) copia per [12] raptoris ei miniſtretur (13) ſubſtantiam (14). Illo quoque ſpecialiter adjecto, ut nulla raptæ licentia ſit mulieri, vel virgini, raptoris eligere matrimonium, ſed cui parentes voluerint, excepto raptore, legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa raptoris ſe conjungere matrimonio. Sed parentes etiam ſi tali conſenſerint matrimonio: deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem ſive volentem, ſive nolentem, & ſi raptoris amplexa ſit matrimonium contra noſtræ Conſtitutionis tenorem: debere tamen raptoris eam habere ſubſtantiam; vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento forte, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, prædictæ (15) legis ſeriem intelligere non potuerunt. Qui enim ſtare tale matrimonium, & ſi [16] rapta voluerit, prohibuimus (17), & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubjecimus (18) pœnæ; ſi hujuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem, vel in poſterum reſecantes priorem legem per præſentem interpretari cenſuimus. Sanctimus itaque, ſi rapta mulier, cujuſcumque ſit conditionis, vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit; parentibus præſertim non conſentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hereditatem accipere (19), vel quocunque modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, ut raptoris, & eorum, qui auxilium ei tempore invaſionis præbuerint, ſubſtantiam (20) vindicet; hoc ad parentes, ſi ambo, vel unus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter non probantur conſenſiſſe ex tempore raptus, ipſo jure transferri, & patrimonium raptoris non jam raptam habere mulierem, quæ conjugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominavimus ejus (21) non conſentientes conjungio. Nam nefarios hujuſmodi coitus pœnis corrigi, non præmiis compe-

(1) *Imperator Juſtinianus.* A. [2] *Areobindo glorioſiſſimo Prætoriorum Præfecto, Expræfecto almæ urbis, & Exmagiſtro militum.* (3) *quidem legis.* alii, *legis.*
(4) *vindicet.* [5] *ſunt.* [6] *hujuſmodi.*
(7) *præſcriptis.*
(8) *fuerunt.* (9) *dotem.* (10) *legitima.*
[11] *dando.* (12) *propter.*
(13) *miniſtraretur.* (14) *ſubſtantia.*
(15) *hi prædictæ.* (16) *etiam ſi.*
(17) *prohibuiſſemus.* (18) *ſubiici oportet.*
(19) *ſuſcipere.* (20) *bona.* (21) *ei.*

(a) Hæc in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Haloander eam græce, & latine edidit hoc titolo, *Remiſſio pœnæ illicite contractarum nuptiarum.* In Veneto libro hoc loco eſt epitome cujuſdam conſt. *de appellationibus*, quam Scringerus edidit græce; Contius, & Agylæus latine; quorom alter 139. appellat, alter 140. Namque hæc Contio eſt 139. ut Haloandro illa *de appellationibus*, 140. Agylæo vero illa eſt 139. hæc vero 140. Nobis autem non placet illam *de appellationibus*, quæ pars eſt conſtitutionis 134. hic collocare: & in hoc Florentino magis libro, quam Veneto adhæreo. Nec verum eſt, quod quidam afferunt, hanc conſt. eſſe Juſtini Minoris. Eſt enim id dictum in Scholiis græcis libri Veneti de proxima Novella conſtitutione.

(b) Hæc eſt ſecunda Juſtini Minoris Novella conſtitutio, quam Scringerus græce, ex libro Veneto, Agylæus latine ediderunt hoc tit. *Ut conſenſu matrimonium ſolvi poſſit.* Vidend. Julian. Nov. 117. c. 8. & Nov. 134. c. 16. Hæc conſtitutio in libris Juliani, Authenticorum, Haloandri, & Contii deſideratur. Neque eam in Baſilicis fuiſſe, Græci affirmant.

(c) Novellæ 141. & 142. in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Eas Haloander græce, & latine edidit ſub his titulis 141. *Edictum de iis, qui luxuriantur contra naturam.* 142. *de iis, qui eunuchos faciunt.* Vide Nov. 77.

(d) Hæc latina conſtitutio eſt in libro Auth. conſt. 13. collat. 9. tit. *de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.* Juliani epitome deſideratur: quamvis Albericus in *L. ult. C. de legibus* ſcripſerit, hanc eſſe ultimam in libro Novellarum. Haloander græcam epitomen edidit, quam Agylæus latinam fecit. Vide Nov. 150.

petit (1) honorari. Quod ſi parentes jam deceſſerunt, vel hujuſmodi (2) ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non (3) aliorum, qui facinoris participes fuerunt [4]; fiſci viribus [5] vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis etiam valere ſanctimus: tamquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali [6] promulgata fuiſſet.

Ariobinde pater (7) cariſſime, atque amantiſſime. Quæ (8) igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, Celſitudo tua effectui mancipari, obſervarique præcipiat.

NOVELLA CXLIV. [a]

*

NOVELLA CXLV. (b)

*

NOVELLA CXLVI.

*

NOVELLA CXLVII.

*

NOVELLA CXLVIII. (c)

*

NOVELLA CXLIX. (d)

*

NOVELLA CL. (e)

* Conſtitut. CXXVIII. atque ultima hæc eſt in lib. Pith. ſub tit. De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.

» QUam * jam videor conſcripſiſſe in regia Civitate. *In eadem Conſtitutione finiuntur novellæ Conſtitutiones, quæ poſt Codicem divi numinis Juſtiniani promulgatæ ſunt.*

NOVELLA CLI. (f)

*

NOVELLA CLII.

*

NOVELLA CLIII.

*

NOVELLA CLIV. [g]

*

NOVELLA CLV. (h)

*

NOVELLA CLVI.

*

NOVELLA CLVII.

*

NOVELLA CLVIII.

*

NOVELLA CLIX. (i)

I. SI quis prohibuerit alienationem [9] rerum extra ſuam propriam familiam faciendam (10); ut ſi ſine liberis deceſſerit unus ex his, qui filii ſunt, & heredes teſtatoris; ad cæteros res veniant (11): liberis natis ceſſat alienationis prohibitio. Ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eaſdem [12] res transferre non prohibentur.

II. Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit, & omnes, qui res conſecuti ſunt, vel omnes res, vel quaſdam ex his alienaverint: videntur fideicommiſſo invicem renuntiare.

III. Si quis prohibuerit extra ſuam propriam familiam rem alienari; & adjecerit, ut neque filii, neque deinceps perſonæ, quæ ſucceſſerint ei, qui primus [13] acceperit (14); eandem ad extraneum transferant; & deinde [15] quattuor proceſſerint (16) ſucceſſiones, quæ familiæ nomine continentur; & ultimus heres per medium impu-

(1) *convenit.* (2) *qui hujuſmodi.*
(3) *nec non, &c.* (4) *fuerint.*
(5) *juribus.* (6) *tali a nobis.*
[7] *Præfecte.* (8) *Quæ.*
[9] *alienationes.*

(10) *faciendas.*
(11) *perveniant.* (12) *eas.*
[13] *primum.* (14) *acceperit rem.* alii, *accepit rem.* [15] *deinde.*
(16) *proceſſerunt.*

[a] Hæc conſtit. & cæteræ omnes, excepta Nov. 150. in libris Juliani, & Auth. deſiderantur. Edidit hanc græce, & latine Haloander ſub titulo *de Samaritanis.* Quam eſſe Juſtini Minoris conſtitutionem 5. ex libro Veneto didicimus. Vide Nov. 129.

(b) Novellæ 145. 146. & 147. ab Haloandro græce, & latine editæ ſunt ſub his titulis 145. *Ut nullam de cætero licentiam dux aliquis, aut cohibendis violentiis præpoſitus habeat ad utramque Phrygiam accedendi &c.* 146. *De Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere.* 147. *Ut ea, quæ Præfectis, aut largitionibus, aut rebus privatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis &c. indulgeantur.*

(c) Hæc in libro Veneto eſt Juſtini Minoris conſt. prima. Edidit eam Haloander, ut Juſtiniani conſt. utraque lingua ſub tit. *de indulgentia tributariorum reliquorum.*

(d) Hæc etiam eſt Juſtini Minoris conſt. 4. quam Haloander non habuit: neque in libris Baſilicorum poſita eſt, ut Græci affirmant. Ab Scringero græce, ab Agylæo latine edita eſt inter Novellas Juſtini ſub tit. *Ut Dei amantiſſimi Epiſcopi provinciarum indigenis, & incolis, quos ſibi Præſides eſſe velint, eos ſibi a ſacratiſſimo Principe concedi petant &c.*

(e) Hæc in omnibus libris deſideratur. Latinam fuiſſe credendum eſt. Nam pro ea Haloander græcam epitomen edidit, quam latinam fecit ſub tit. *de ea, quæ raptori ſuo nubit.* Vide Nov. 143.

(f) Novellæ 151. 152. & 153. ab Haloandro græce, & latine editæ ſunt ſub his tit. 151. *Ne decurio, aut cohortalis producatur in jus &c.* 152. *Ne ſacræ formæ, quæ de cauſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam glorioſiſſ. Prætorior. Præfectis inſinuata ſint &c.* 153. *De infantibus expoſitis.*

(g) Hæc etiam græce, & latine ab Haloandro edita eſt tit. *de iis, qui in Oſrhoena illicitas contrahunt nuptias.* De eadem re Nov. 3. Juſtini Minoris conſcripta eſt.

(h) Novellæ 155. 156. 157. & 158. ab eodem Haloandro utraque lingua editæ ſunt ſub his titulis 155. *Ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint.* 156. *de prole partienda inter ruſticos.* 157. *ut ruſticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt.* 158. *Ut deliberandi jus etiam ad impuberes transmittatur.*

(i) Hæc eſt in lib. Auth. conſt. 8. collat. 9. ſub tit. *de reſtitutione fideicommiſſi, &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

puberem ſucceſſor extiterit: liberam facultatem habeat, & in extraneos homines rem, cujus alienatio prohibita eſt, transferre [1], ideſt ſi tertius heres impubes fuerit, & primum heredem in quattuor ſucceſſiones reputet (2). Hoc noſtræ mens Conſtitutionis ſignificat.

NOVELLA CLX. (a)

*

NOVELLA CLXI. [b]

*

NOVELLA CLXII. (c)

*

NOVELLA CLXIII. [d]

*

NOVELLA CLXIV.

*

NOVELLA CLXV. (e)

*

NOVELLA CLXVI. (f)

*

NOVELLA CLXVII.

*

NOVELLA CLXVIII.

*

EDICTUM (g) I. (h)

*

EDICTUM II. (i)

*

EDICTUM III. (k)

OMnia jura, quæ de cæteris Romanis poſita ſunt: eadem & in Armeniis teneant. Nam & ſucceſſiones tam in maſculis, quam in feminis ſic obſervari Conſtitutio jubet, quemadmodum in cæteris Romanis. Hæc autem ex eo tempore obſervari oportet, ex quo noſter Imperator Reipublicæ gubernacula tenuit, niſi forte vel tranſactiones ſecum fecerint, vel alio modo cauſas ſuas damnaverunt. Habeant autem & in prædiis illis, quæ γενεαρχικὰ vocantur, ab antefato tempore. Sin autem contigerit quoſdam inveniri, qui filias ſuas heredes ſcripſerint: volumus ipſi quoque genearchicarum rerum dominium competere; quamvis ab inteſtato parentibus ſuis ſecundum priſtinam Armeniorum conſuetudinem non ſuccedebant. Ea autem, quæ ſemel filiabus competierunt, etiam liberis earum poſtea competere placeat.

EDICT. IV. (l) V. (m) VI. (n) VII. (o) VIII. (p) IX. (q) X. (r) XI. [s] XII. [t] XIII. [u]

(1) *tranſmittere.* (2) *deputat.* forte, *reputat.*

(a) Hæc conſtit. & octo ſequentes in libris Juliani, & Auth. deſiderantur. Ab Haloandro hæc græce, & latine edita eſt tit. *Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris.*

(b) Hanc Haloander utraque lingua edidit ſub tit. *de provinciarum Præſidibus.* Eſt Tiberii Imp. Nov. 3.

[c] Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit ſub tit. *Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſſ. Prætoriorum Illyricianorum Præfecto de diverſis capitulis.*

(d) Utraque Tiberii eſt, & ab Haloandro græce, & latine edita ſub his titulis 163. quæ eſt Nov. 5. Tiberii, *de relevatione tributorum publicorum.* 164. quæ eſt Nov. 2. ejuſd. *de heredibus.*

[e] Hæc in omnibus libris deeſt. Tantum Haloander initium, & epitomen græce, & latine edidit ſub tit. *generalis forma de proſpectu in mare &c.* Eam latinam fuiſſe ſuſpicamur. Vide Nov. 63.

[f] Tres formæ Præfectorum Prætorio hoc loco conſtitutæ ſunt ab iis, qui Novellarum conſtitutionum volumen collegerunt. Earum titulos tantum Haloander in prologo Novellar. Nuncarum græce, & latine retulit. Cæteri nihil amplius addunt. Nos eas ex Florentino, & Bononienſi libro deſcripſimus. Tituli earum ſunt hi, 166. & 168. περὶ ἐπιβολῶν, hoc eſt *de adjectionibus.* 167. *Quomodo oporteat in poſſeſſionem mittere forma* 24. *Præfectorum:* illæ vero duæ ita diſtinguuntur, ut 166. ſit prima forma, & integra. 168. ſit ſecunda forma Præfectorum, & dimidiata.

[g] Novellas ſequuntur Edicta Juſtiniani 13. ab Scringero græce ex Veneto libro, ab Agylæo latine conſcripta.

(h) Edict. 1. poſitum eſt in libro Auth. cum Nov. 17. & illic ab Haloandro græce, & latine editum.

(i) Edict. 2. Hoc titulo reperitur: *Ne Præſides in fiſcalibus cauſis fidem publicam dent.*

[k] Edict. 3. *de Armeniis.* Hujus ſolius extat Juliani epitome; non multum differt a Nov. 21.

(l) Edict. 4. *de magiſtratu Phœnicæ Libani.*

[m] Edict. 5. *de tempore actionum, quæ ſacris locis competunt.* Hæc eſt græca Nov. conſt. 111.

(n) Edict. 6. *de formula artificum.* Ejuſdem argumenti eſt cum Nov. 122.

(o) Edict. 7. Formula pragmatica *de argentariorum contractibus.* Vide Nov. 136. & Edict. 9.

(p) Edict. 8. *de Pontici tractus Vicario.* In veteri quodam libro Auth. hoc Edictum legi a barbaro interprete converſum.

(q) Edict. 9. *de argentariorum contractibus.* Vide Edict. 7.

[r] Edict. 10. *de apparitoribus Præſidum.*

[s] Edict. 11. *ut ponderatores, & monetarii apud Ægyptios quicquam pro obryzo exigendi nullam licentiam habeant &c.*

[t] Edict. 12. *de Helleſponto.*

(u) Edict. 13. *de Alexandrinis, & Ægyptiacis provinciis.*

VERBORUM QUORUMDAM JULIANI

INTERPRETATIO.

A*B actis*: Nov. 41. numeratur inter apparitores Quæſtoris provincialis. Cura ejus eſt actis præeſſe, quæ coram magiſtratu fiunt. In notitia dignitatum Orientis, & Occidentis in officio multorum Magiſtratuum enumeratur *Ab actis*. Actuarius idem etiam dicitur, vel qui ſub eo acta ſcribit. Vide lib. 12. *Codicis* tit. *de numerariis, & actuariis.*

Auditores quæſtoris: Nov. 35. erant ſub Quæſtore urbis Conſtantinopolitanæ, & militare dicebantur, non in armata militia, ſed in Scriniis. In ea notitia dignitatum Illuſtris Quæſtor officium non habet; ſed adjutores de ſcriniis, quos voluerit. Vide *l.* Comperimus. & *l.* Hac lege. & *l.* Certæ. *C. de proxim. ſacror. ſcrin.* libro 12.

Ad reſponſum: Nov. 28. *c.* 1. ſub Moderatore Helenoponti militum controverſias ſedabat. Sic alii Præſides alios habebant eodem nomine. Alius hic eſt ab Apocriſiariis, quamvis nomen Græcum non diſſimile ſit πρὸς ἀπόκρισιν. Erant etiam ſcriniarii ad reſponſum, ut conſt. 7. *de palatinis* lib. 12. *Cod.* & in notitia dignitatum fit mentio primicerii ſcrinii auri ad reſponſum ſub Comite ſacrarum largitionum.

Adſcripticius: De hoc Nov. 17. *c.* 9. Nov. 22. *c.* 6. Nov. 54. *c.* 1. Nov. 123. *c.* 27. Hic in cenſu adſcribebatur certo agro, quem colere cogebatur. Vide lib. 11. *Codicis* tit. *de agricolis, & cenſitis, & colonis*. & lib. 13. tit. 10. *Cod. Theodoſ. de cenſu, ſive adſcriptione.*

Agapetus: ἀγαπητὸς Nov. *6. c. 6.* dilectum ſignificat. Hoc nomine diaconiſſæ ſuos appellabant familiares. Vidend. Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtochium.

Agens in rebus: Nov. 86. *c.* 8. *De agentibus in rebus, & de præpoſitis, & principibus agentium in rebus* videndæ conſtitutiones lib. 12. *Codicis*. In notitia dignitatum ſub magiſtro officiorum fuit ſchola agentium in rebus. Vide tit. *de off. Mag. offic. lib.* 1. *Cod.*

Agreſtes: Nov. 33. Juſtinianus hoc nomine agricolas appellat. Sic Virg. 1. Georg.

Ignaroſque viæ mecum miſeratus agreſtes.

Alienatio: Nov. 7. *c.* 1. Alienationis verbum continet donationem, permutationem, & emphyteuſeos perpetuum contractum.

Anachorita: ἀναχωρίτης. Nov. 5. *c.* 3. Separatum ſignificat virum religioſum, quales eremitas appellant. Hieronym. *in d. epiſt.* 22. Tria ſunt in Ægypto genera monachorum; Cœnobitæ in communi viventes; Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur; tertium genus neglectum &c.

Angaria: ἀγγαρεία. Nov. 17. *c.* 6. Proprie ad curſum publicum pertinebant, ut lib. 12. *Codicis Juſtin.* & lib. 8. *Cod. Theodoſ.* tit. *de curſu publico, & angariis.* Transfertur ad alia onera. Vide *l.* Neminem. *C. de ſacroſ. eccl. l. ult. in fine. D. de muneribus. l.* Vix *D. de veteranis.*

Annona, & dona eccleſiaſtica loco beneficiorum. Nov. 57. *c.* 1. 2.

Antefatus: pro *præfatus*, vel *prædictus*. Nov. 5. *c.* 8. Nov. 7. *c.* 3. Nov. 22. *c.* 9. & 28. Nov. 39. *c.* 2. & alibi.

Aphopliſta: ἀφοπλισμός. Nov. 8. *c.* 6. qui privatis hominibus arma habere non ſinit, exceptis militibus, ut Nov. 17. *c.* 11. & Nov. 85. *c.* 3. Vide lib. 11. *Cod.* tit. *ut armorum uſus &c.* & vid. *Heſychius.*

Apocha: ἀποχή. Nov. 46. Nov. 49. *c.* 2. receptionis, liberationis, vel ſolutionis inſtrumentum ſignificat. Vide *Cod. de apochis pub.* lib. 10.

Apocriſiarius: ἀποκρισιάριος. Nov. *6. c.* 2. 3. Nov. 79. *c.* 1. Nov. 123. *c.* 41. 54. *62.* A reſponſis dici poſſet, qui veluti internuntius eſt ſanctimonialium, & aliarum perſonarum nonnumquam procuratorem, & negotiorum geſtorem earundem, nonnumquam oratorem, vel legatum abſentis Epiſcopi, vel Patriarchæ ſignificat.

Apparitio: cohortem, vel officium Præſidis, aut aliorum magiſtratuum ſignificat. Nov. 28. *c.* 1. Nov. 29. Nov. 31. Nov. 41. Nov. 58. *D. quod metus cauſ. c. ult.*

Apparitor: unus ex ea cohorte, vel officio ab apparando, vel apparendo potius magiſtratui dictus. Nov. 28. *c.* 2. Nov. 29. Nov. 60. *c.* 1. De his plures tituli lib. 12. *Cod.*

Archiepiſcopus: ἀρχιεπίσκοπος. Nov. 11. major Metropolitano eſt. Sed pro eodem aliis accipitur.

Archimandrita: ἀρχιμανδρίτης. Nov. 5. *c.* 7. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 51. Abbatem, vel monachorum præfectum ſignificat. Vide conſtitut. 52. Græcam *de Epiſc. & cler.*

Archimandritiſſa: ἀρχιμανδρίτισσα. Nov. 7. *c.* 1. Sanctimonialium præfecta, vel Abbatiſſa.

Arctoa loca: ἀρκτῷα. Nov. 69. *c.* 2. Septentrionis loca, quod ἄρκτος urſam ſignificet: & cœleſte ſignum eo nomine appelletur; & Arctophylax Bootes.

Argyroprata: ἀργυροπράτης. N. 136. argenti diſtractor. Nov. 4. *c.* 1. argentarius a veteri-

bus dictus, qnod argentea vaſa venderet. Nov. 136. *c.* 4. & auctionibus præeſſet, ac nominibus faciendis. Vide *Dig.* & *Cod. de edendo.*

Aſceterium: ἀσκητήριον. Nov. *6. c. 6.* Nov. *7. c.* 5. Nov. 59. Nov. *79. c.* 1. 2. Nov. 123. *c.* 43. 51. 53. 55. locus, ubi aſcetriæ, ſive ſanctimoniales degunt: quamvis olim monaſterium virorum eodem oomine diceretur.

Aſcetria: ἀσκήτρια. Nov. 123. *c.* 32. 43. 44. 55. *64.* *65.* eandem monacham, monaſtriam, & ſanctimonialem Julianus appellat.

Aureorum anulorum jus: Nov. 18. *c.* 10. Nov. 78. *c.* 1. 4. Olim non poterant liberti aureo anulo uti ſine Imperatoris licentia. Eratque is anulus equitum inſigne, poſtea ingenuorum.

Baſilica: Βασιλική. Nov. 82. *c.* 3. non templum, nec regiam domum, ſed locum exercendorum judiciorum ſignificat. Vidend. *Vitruvius.*

Bona gratia divortium fiebat, cum ſine culpa diſcedebatur, ut Nov. 22. *c.* 2. 4. 17.

Brephotrophium: Βρεφοτροφεῖον. Nov. *7. c.* 1. locus venerabilis, in quo infantes alunrur.

Brephotrophus: Βρεφοτρόφος. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 2. qui curam gerebat dicti loci.

Cadere loco: Nov. 35. *de caſu militiæ.* Nov. 53. *c.* 5. Nov. *97. c.* 4. vacare, & vacatio vulgo dicitur.

Cænatio: Nov. 130. *c.* 8. pro cænaculo, hoc eſt cænandi loco.

Calculus: ψῆφος. Nov. 53. *c.* 1. Nov. *60. c.* 1. Nov. *62. c.* 1. pro decreto, vel ſententia.

Canonicarius. Nov. 30. Nov. 128. *c.* 5. *6.* eſt qui exigit canonem, hoc eſt menſuram tributi. Vide *Cod. de canone largitionalium titulorum* lib. 10. & *de canone frumentario urbis Romæ* 11. & conſtitut. *9.* Græcam *de exactiobus tributorum.*

Canonicum: a canone eccleſiaſtico. Nov. 17. *c.* 7. In Capita ſucceſſio, quæ ſit. Nov. 118. *c.* 2.

Capite cenſitus: Nov. 17. *c. 9.* Olim capite cenſi dicebantur cives Romani, qui extra claſſes cenſebantur ob egeſtatem. Poſtea qui pro capite in provinciis tributum ſolvebant; capite cenſiri dicebantur, & alienos agros colebant. Unde etiam coloni, & adſcriptitii vocati ſunt. Vide *Cod. de agricolis, & cenſitis* lib. x1. & in quibus cauſis coloni capite cenſiti dominum accuſare poſſunt.

Caſtus: Nov. *6. c.* 5. non ſolum cælebs, ſed etiam is, qui habet, vel habuit uxorem caſtam, eamque virgo virginem duxit.

Caſus liberorum: Nov. 22. *c.* 13. Nov. *68.* cum morte alicujus ex liberis lucrum mater, vel pater ex inſtrumentis dotalibus conſequitur.

Caſus militiæ: vide *Cadere loco.*

Cathedraticum: καθεδρατικόν. Nov. 123. *c.* 5. jus cathedræ, ſive ſedis.

Cautela: Nov. 2. *c.* 4. non pro aſtotia, ſed pro cautione.

Cenſualis: Nov. 17. *c.* 5. Nov. 128. *c.* 4. & 13. Cenſus curam gerit in municipio, ut & Magiſter Cenſus: erant etiam ſcribæ cenſuales, ut lib. 8. *Cod. Theodoſ.* tit. *de tabulariis, holographis, & cenſualibus ſcribis.* Vide titulum *de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus* lib. 10. *Codicis.* & *de cenſibus & cenſitoribus* lib. 11. In notitia dignitatum occidentis cenſuales numerantur in officio Præf. urbis Romæ, de quibus Capitolinus in Gordianis.

Charta, vel Chartula: pro ſcriptura, vel inſtrumento. Nov. 48. Nov. *49. c.* 2.

Chartularius: a chartis, ſive inſtrumentis dictus, variis in rebus, & ſcriniis curam agebat. Nov. 85. *c.* 2. & 4. in ſcrinio fabricæ armorum. Nov. 117. *c. 9.* in militia. Nov. 120. *c.* 1. 2. & 4. in eccleſia. Vide lib. 1. tit. 2. *Codicis* conſtit. 25. græcam.

Cingulum: magiſtratus ſignum. Nov. *62. c.* 2. Tamiacorum. Nov. 30.

Circus: Nov. 117. *c. 6.* locus eſt, ubi ludi circenſes fiebant a quattuor factionibus quadrigarum. Vide Nov. 105.

Civitatis Romanæ jus: Nov. 78. c. 1. & 4. olim multa poterant cives Romani, quibus alii ptohibebantur: ut ſunt connubium cum cive Romana; teſtamenti factio active, & paſſive; patria poteſtas, commercium, nexus, & alia id genus.

Clariſſimi: Nov. 71. Comites, & Tribuni clariſſimi dicuntur, Illuſtribus minores.

Collatores: Nov. 128. *c.* 4. 5. 10. 15. Nov. 130. *c.* 1. 2. 3. 7. qui tributa conferunt. Olim ſocii dicebantur.

Colonus: Nov. 17. *c.* 9. Nov. 34. Nov. 80. *c.* 1. ruſticos agrorum colonos, quos nonnunquam adſcriptitios, & capite cenſitos vocant. Sed *colonus* nomen generis eſt: in plures ſpecies ſcinditur. Olim tam in colonias miſſi, quam qui agros colerent, ita appellabantur. Vid. lib. x1. *Codicis* ſub titulis *de agricolis, & cenſitis, & colonis, & de captione civium cenſibus eximenda, & in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt, & de colonis Palæſtinis, Thracenſibus, & Illyricianis, & de mancipiis, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum, & de fugitivis colonis, & de prædiis tamiacis, & iis, qui ex colonis tamiacis, aliiſque liberæ condicionis procreantur.* & lib. 5. *Cod. Theodoſ.* tit. *de inquilinis, & colonis, & ne colonus inſcio domino ſuo alienet peculium.* & Nov. *9.* Valentiniani *de colonis vagis, vel agnatione, & de advenis.*

Comitiacus: Nov. 38. *c. 6.* nonnunquam *Comitianus*, & *Comitatenſis* appellatur a comitatu, de quo Novella 1. Marciani titulo, *neminem exhiberi de provincia ad comitatum*: vel a comitibus Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, aut inferioris magiſtratus. Sic vexillationes, & legiones Comitatenſes ſub Magiſtris Militum in notitia dignitatum orientis. *De comitiaco* vidend. formula 13. lib. *6.* & 31. lib. 7. variar. Caſſiodori.

Com-

Commentarienſis: Nov. 41. numeratur inter apparitores Præſidum, ſæpe carceri præerat, a commentariis, ſive libellis dictus. Vide *Cod. de cuſtod. reor. l.* 4.

Comparator: Nov. 49. *c.* 2. qui ad litterarum comparationem adhibetur.

Concubina: Nov. 18. *c.* 5. mulier libera ſola in domo ejus, qui uxorem legitimam non habet.

Concubitor: Nov. 18. *c.* 5. Nov. 89. *c.* 12. qui concubinam habet.

Confirmator venditionis: Nov. 4. *c.* 1. fidejuſſor datus a venditore.

Conſiſtorium: Nov. 23. *c.* 2. utitur hoc verbo Juſtinianus pro ſenatu, ſive pro tribunali Principis.

Conſtringere: Nov. 124. *c.* 2. in carcerem mittere, aut vinculis coercere.

Conſuetudinaria: pro conſueta. Nov. 17. *c.* 2.

Conſuetudo: pro ſportulis, vel ſtipendiis ſolitis. Nov. 123. *c.* 5. & 23.

Conſularis: Nov. *62. c.* 2. alii ordinarii, alii honorarii Conſulares: ordinarii, qui conſulatum geſſerunt: honorarii, qui honoris ejus codicillos tantum adepti ſunt. Ordinarii item in ordinarios, & ſuffectos diſtinguuntur: namque ii, qui Kalendis Januariis Conſulatum inibant, ordinarii dicebantur, propter ordinem faſtorum conſularium: cæteri ſuffecti. Conſularis Ex conſule etiam dictus eſt poſteriori ſæculo. Nov. 81. *c.* 1.

Conſultatio: Nov. 23. *c.* 2. Nov. *62. c.* 1. cum Princeps ſenatum convocabat, a conſulendo dicta: diſtingui videtur a Juliano in conventum, & ſilentium. Idem videtur dixiſſe Juſtinianus conſiſtorium. Nov. 23. *c.* 2. Vid. lib. 7. *Cod.* tit. *de app. & conſult.*

Continentia: pro alimentis. Nov. *65*.

Conventus: pro ſenatu. Nov. *62. c.* 1. Olim Prætores Provinciales habere conventus dicebantur, cum de totius provinciæ cauſis cognoſcerent.

Creditor: Nov. 4. *c.* 2. qui mutuam dedit alicui pecuniam, & qui aliquam contra aliquem actionem habet.

Curia: Nov. 38. *c.* 1. 2. 4. Nov. 45. *c.* 1. Nov. 70. decurionum, ſive curialium ſenatus. Hinc curiæ tradere. Nov. *6. c.* 7. Nov. 123. *c.* 21. & *46.* pro *decurionem*, vel *curialem efficere.* Vide Nov. *ult. Theodoſii, de bonis decurionum, & de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibuſque ſcribendis.*

Curialis: Nov. *6. c.* 1. 4. 7. Nov. 18. *c.* 2. Nov. 38. *c.* 1. 2. 3. 4. 5. *6.* Nov. 45. *c.* 1. 2. Nov. 70. Nov. 87. Nov. 89. Nov. 101. Nov. 123. *c.* 1. *6.* 22. Nov. 128. *c.* 5. 8. Olim decuriones dicebantur in coloniis, qui locum ſenatorum tenebant: quibus Duumviri præerant; ut Romæ duo Conſules ſenatui. *Cicero* 2. *in Rullum de lege Agraria.* Vide *l.* Pupillus. *Dig. de verborum ſignif.* Is ſenatus curia dicebatur, & ordo decurionum, qui poſtea curialium. Ex coloniis ad municipia, atque alia loca nomen extenſum eſt. Hi initio donati privilegiis, poſtea oneribus gravati ſunt.

Curſus publicus: Nov. 28. *c.* 1. cum publica pecunia licebat equis diſpoſitis, & vehiculis homines, aut res quaslibet mittere. Olim diplomate uti, & angariis dictum eſt. Vide lib. 12. *Cod. Juſtin.* & lib. 8. *C. Theodoſ. de curſu publico.*

Κυνήγιον θεάτρου: theatri venatio. Nov. 105. diſtinguitur hæc a venatione ferarum, de qua lib. 11. *Cod. Juſtin.* & lib. 15. *C. Theod.* tit. *de venatione ferarum.* illa enim in amphitheatro fiebat, hæc in theatro: illa ferarum, hæc cicurum fuit. Dicitur rectius *κυνήγια καὶ κυνηγέσια.*

Decani: Nov. 59. qui lectuli defuncti miniſterium faciunt, dum ad ſepulchrum defertur. Vide *l.* Non plures. *C. de ſacroſ. eccl.*

Decanica: Nov. *79. c.* 2. eccleſiæ carcer, ab eodem forte decanorum miniſterio dictus.

Decreta facere: pro *electionem facere.* Nov. 123. cap. 1.

Delegatores: Nov. 128. *c.* 1. 5. *6.* mittuntur ab exercitu, ut annonæ militibus præbeantur, a delegationis munere appellati.

Denominatores: Nov. 128. *c.* 16. pro iis, qui nominarunt, & nominatores. Nov. *ead. c. 6.*

Depoſitor: Nov. 73. *c.* 1. qui depoſuit.

Deſtinare: pro *deſignare.* Nov. 3. *cap.* 2. pro *ſtatuere.* Nov. 53. *c.* 4.

Deſtitutor: Nov. 57. *c.* 1. qui deſtituit eccleſiam, & non reſidet.

Diaconiſſa: διακόνισσα. Nov. 3. *c.* 1. Nov. *6. c. 6.* In baptiſmo feminarum, & in aliis eccleſiaſticis miniſteriis, ut Clemens teſtatur lib. 2. *c.* 30. & lib. 3. *c.* 15. & 16. & lib. 8. *c.* 34. Apoſtolicar. conſtitutionum, ne viri inter mulieres verſarentur, adhibebantur diaconiſſæ; quæ etiam Epiſcopo ſuggerebant neceſſitates viduarum, vel pupillarum.

Διαιτηταί: Diætetæ. Nov. 82. *c.* 1. judices delegati, & nonnunquam arbitri ita appellantur. Videndus *Heſychius.*

Diaria: redditus. Nov. 123. *c.* 23.

Diaſoſta: διασώστης. Nov. 130. *c.* 1. *6.* 7. nomen militaris miniſtri, a conſervando dictum.

Egentia: pro inopia. Nov. 4. *c.* 1.

Elogium: pro teſtamento. Nov. 22. *c.* 19.

Emphaniſtica: ἐμφανιστικά. Nov. *56.* inſinuationis cauſa data.

Emponemata: ἐμπονήματα. Nov. 7. *c.* 3. Nov. *64.* Nov. 120. *c.* 5. quæ meliora effecta ſunt in prædiis, vulgo melioratiores appellant.

Eremodicia: ἐρημοδίκια. Nov. *69. c.* 3. deſerta ab altera partium judicia ſunt.

Ergaſteria: ἐργαστήρια. Nov. 17. cap. 10. Nov. 59. tabernæ opificum, ſive officinæ.

Exarmare: Nov. 134. *c.* 18. aut manus utriuſque abſciſſionem facere, ut armis uti nequeat; aut articulorum diſſolutionem facere, & forte exartuare ſcribendum eſt, ἐξαρμόζειν græ-

ce dicitur, conſonantia diſſolvere, inde fortaſſe deductum eſt.

Exceptio; Nov. 123. *c.* 8. ab excipiendis tributis dicta.

Exceptor: exactor tributorum. Nov. 15. *c.* 3. Nov. 82. *c.* 7. Nov. 123. *c.* 8. transfertur ad alias actiones.

Ex conſule; pro *Conſulari*. Nov. 81. *c.* 1. ut ex Prætore, ex quæſtore, ex præfecto pro Prætorio, Quæſtorio, & Præfectorio; hoc eſt qui Conſul, Prætor, Quæſtor, aut Præfectus fuit.

Expelleuta: ἐξπελλεύτης. Nov. 128. *c.* 6. ab expellendo forte dictus duræ condicionis exactor, aliquibus placet Expileutam dicere ab expilando, ἐξπελλεύτης conſtit. *9.* Græca *de exactionibus tributor.*

Fabrica: pro officina armorum. Nov. 85. *c.* 1. In notitia dignitatum ſub magiſtris officiorum ſunt plures fabricæ hujuſmodi.

Fabricenſes: Nov. 85. *c.* 1. 2. qui arma faciunt, vide lib. 11. *Cod. Juſtin.* & lib. 10. *Cod. Theod.* titulum *de fabricenſibus*: & Caſſidiorum lib. 7. formula 18. & 19. *variar.*

Falcidia: pro legitima portione filiorum. Nov. 5. *c.* 5. Nov. 18. *c.* 1. 2. 3. Nov. 39. *c.* 1. Nov. *66.*

Fœderati; genus militum. Nov. 117. *c.* 9. non a fœderatis populis, ſed a fœdere, quo ab aliis diſtinguebantur, vide epit. 12. conſt. græc. *de hæretic.*

Fures qui dicantur. Nov. 134. *c.* 19.

Genearchica: γενεαρχικὰ Edict. 3. gentilicia prædia, quæ adgnatos, vel familiam ſequebantur.

Gerontocomium: γεροντοκομεῖον. Nov. 7. *c.* 1. locus venerabilis, in quo ſenes pauperes aluntur.

Geſtus: pro actu, & geſtione magiſtratus. Nov. 70. Nov. 81. *c.* 1.

Hæreticus; αἱρετικὸς. Nov. 109. Nov. 115. *c.* 3. qui catholicis non communicat.

Harenarius: Nov. 115. *c.* 3. qui in harena pugnare ſolet publice in amphitheatris.

Hegumenus; ἡγούμενος. Nov. 79. *c.* 1. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 52. 53. Abbas, vel præfectus monachorum.

Heſychiaſta: ἡσυχιαστὴς. Nov. 5. *c.* 3. quietum monachum ſignificat ab aliis ſeparatum, ut anachorita, & eremita.

Honorarius: Nov. 62. *c.* 2. Nov. 70. qui non gerit magiſtratum, ſed ejus honore decoratur codicillis ab Imp. impetratis. Codicillorum formulam refert Caſſiodorus lib. *6.* form. 10. *variar.* Hi etiam vacantes appellantur, quamvis aliqua ſit inter eos differentia. Vide *Conſularis.*

Idiota; ἰδιώτης. Nov. 82. *c.* 3. pro judice ſingulari.

Imperialis urbs: pro Conſtantinopoli. Nov. 53. *c.* 2. 4. Nov. *60.* *c.* 1. & 2. Regia. Nov. *63.*

Ingratus filius quis dicatur. Nov. 22. *c.* 13. 21. Nov. 115.

Inſtrutum: Nov. 128. *c.* 8. aliud eſt inſtructum fundum legare, aliud fundum cum inſtrumento. Vide *Dig. de inſtructo, & inſtrumento legato.*

Inteſtatus quis dicatur. Nov. 22. *c.* 1.

Intimare; pro *inſinuare.* Nov. 52. *c.* 2. Nov. *66.*

Judex: differt a magiſtratu, ut judicare, & jus dicere, ut in jure, & in judicio. Erat enim judex ſæpe privata perſona. Nov. 23. *c.* 5. Juſtiniani. Julianus Nov. 53. *c.* 4. Nov. *60.* *c.* 2. Magiſtratus publica perſona jus dicit in jure, judex judicat in judicio; nonnumquam his verbis abutimur.

Lampadarius: Nov. 41. inter apparitores numeratur, a lampade ferenda. Ejus mentio eſt in notitia dignitatum.

Leſtodiocta; ληστοδιῶκτες. Nov. 128. *c.* 20. Nov. 134. *c.* 1. Latrunculator. Nov. 8. *c.* *6.* Latronum perſecutor.

Libellenſes: Nov. 20. ex Scrinio libellorum ab eis dicti, quibus præerat Magiſter libellorum, qui cognitiones, & preces tractat, ut in notitia dignitatum ſcriptum eſt.

Liberorum appellatione omnes deſcendentes complectimur. Nov. *91.* *c.* 1.

Liberorum jus: Nov. 78. *c.* 4. Adverſus orbitatis pœnas jus liberorum impetrari ſolebat a Principe. Trium vero liberorum jus non ſolum dictas pœnas tollebat, ſed etiam præmia conferebat.

Liberi unius portio: Nov. 22. *c.* 14. pro unius ex liberis portione. Raro id nomen ſingulari numero reperitur: quamvis dicamus jus trium liberorum: non jus ternorum liberorum; & tres liberi, non terni. Nov. 22. *c.* 13. Nov. 117. *c.* 4.

Limitatenſes: Nov. 41. milites limitum, quos etiam limitaneos appellabant. Vide lib. 11. *Cod.* tit. *de fundis limitrophis, & limitaneis.*

Litigioſa res quæ dicatur. Nov. 122. *c.* 1.

Loci ſervator; τοποτηρητὴς. Nov. 128. *c.* 18. *19.* Nov. 134. *c.* 1. 3. vicarius dicitur Nov. 8. *c.* 2. Nov. 15. *c.* 2. Nov. 17. *c.* *6.* Nov. 28. *c.* 2. legatus, nuntius, procurator nonnumquam, quod loco alterius ſit.

Logographus: λογόγραφος. Nov. 128. *c.* 13. qui rationes ſcribit. Vide *Cod. de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus* lib. 10. & lib. 11. *C. Theodoſ.* tit. 4. *ne collatio per logographos celebretur.* Rationales appellat notitia dignitatum ſub comite ſacrarum largitionum occidentis.

Logotheta; λογοθετὴς. Nov. 128. *c.* 17. qui rationes conficit, vel accipit. Idem diſcuſſor dicitur conſt. 4. Græca *de diſcuſſoribus.*

Magiſterianus; Nov. 124. *c.* 2. Magiſtri militum miniſter. Vide conſt. *7.* Græcam *de executoribus, & exactoribus.*

Mappa; Nov. 105. ludos circenſes ſignificat, quod mappa ſignum quadrigis daretur. Vidend. Caſſiodorus lib. 3. epiſt. 51. *variarum.*

Matricula; Nov. 85. *c.* 2. pro indice, vel notitia.

Matricularii: Nov. 13. ex matriculis ſcriniorum, vel apparitorum.

Me-

Mediaſtinus; Nov. 89. *c.* 1. pro mediocri. Olim ſervum ſignificabat vilem.

Menſa; Nov. 49. *c.* 2. Præfecti Prætorii tabularium.

Militia: Nov. 35. Nov. 53. *c.* 5. Nov. 97. *c.* 4. Militia armata differt a militia Palatina, ſive ſcriniorum; illius erant milites caligati, hujus togati; illius caſus, ſive finis miſſio, mors, expletio temporis; hujus mors, venditio, privatio. Vide *Cadere*, & *Schola placitum*.

Mœchus: μοιχός. Nov. 134. *c.* 15. 17. pro adultero.

Monacha: μοναχή. pro ſanctimoniali. Nov. 76. Nov. 123. *c.* 43. 54. 57. 62. 65.

Monaſtria: μονάστρια. pro eadem. Nov. 123. *c.* 32. 64.

Μονημέριον: monemerium. Nov. 105. venatio ferarum in harena uno tantum die. Videndus Leon Philoſophus lib. 1. *c.* 1. *epigram. Græcor.*

Μονοκοντία. monocontia. Nov. 85. *c.* 3. jaculi genus.

Municipium: Nov. 17. *c.* 10. pro quocumque oppido: ab eo municipales pro oppidanis. Olim a coloniis, & ſociorum, ac fœderatorum oppidis diſtinguebantur: quod municipia cum civitate Romana aliquibus muneribus convenirent.

Murilegula: Nov. 38. *c.* 6. a murice legendo, ut purpura fieret. Vide lib. 21. *Cod. Juſtin.* & lib. 10. *Cod. Theodoſ.* tit. *de murilegulis, & gynæciariis, & de veſtibus holoberis, & auratis, & de tinctione ſacri muricis.*

Natalibus reſtituere: Nov. 18. *c.* 10. Nov. 74. *c.* 1. Nov. 78. *c.* 1. & 4. legitimare hodie vocant, jura legitimi ex reſcripto largiri.

Nemo nihil neque lucretur: pro *nemo quidquam aut lucretur.* Nov. 123. *c.* 57. Græca figura divium eſt.

Nominatores: pro iis, qui nominarunt. Nov. 128. *c.* 6. & *denominatores.* Nov. 100. *c.* 16. Vide *Dig. de fidejuſſoribus, & nominatoribus*, & *Cod. de periculo nominatorum.* lib. 11.

Noſocomium: νοσοκομεῖον. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 120. *c.* 1. 2. locus venerabilis, in quo ægroti pauperes curantur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epiſt. 30. ad Occanum.

Noſocomus: νοσοκόμος. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 24. & 38. qui ei loco præeſt.

Notitia; γνῶσις, pro indice. Nov. 41. quidam matriculam, alii tabulam vocant.

Novi muri: Nov. 59. locus urbis Conſtantinopolitanæ. Vide lib. 1. tit. 2. *Codicis* conſtit. Græcam 18.

Obſervent: pro obſerviant. Nov. 123. *c.* 29.

Officialis: ex officio Præſidis, vel aliorum magiſtratuum. Nov. 6. *c.* 1. 4. 7. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 80. *c.* 6. 9. Nov. 128. *c.* 8. 16. Vide *Taxeota.*

Officium: pro apparitoribus. Nov. 5. *c.* 6. Nov. 6. *c.* 7.

Optiones: genus militum, ut accenſorum. Nov. 130. *c.* 5.

Ordinarii: Nov. 62. *c.* 2. Vide *Conſularis.*

Orphanotrophium: ὀρφανοτροφεῖον. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 1. 2. locus venerabilis, in quo pupilli nutriuntur.

Orphanotrophus: ὀρφανοτρόφος. Nov. 120. *c.* 1. 2. qui illius loci curam gerit.

Orthodoxus quis dicatur. Nov. 125. *c.* 3.

Πάγκαρπον; pancarpon. Nov. 105. inter ſpectacula, quæ Conſul exhibebat, numeratur. A Feſto Pancarpiæ coronæ dicuntur ex vario genere florum factæ. Sed καρπὸς Græcis fructus ſignificat; & cum hoc venationi conjungatur monemerii, credendum eſt arbores vario genere fructuum, licet alieno tempore, gravidas in harena collocata fuiſſe.

Palatinorum ſchola: Nov. 117. *c.* 11. ſub Comite rerum privatarum Imperatori miniſtrat. Eorum mentio eſt in notitia dignitatum in officio ejuſdem Comitis.

Παραμήρια; parameria, genus gladii. Nov. 85. *c.* 3.

Παραπομπικά: parapompica. Nov. 128. *c.* 9. quæ ob tranſmiſſionem petebantur.

Παρασημειώσεως: naturaliter, non cognitionaliter dicitur. Nov. 82. *c.* 5. Nov. 86. *c.* 2. *de plano, ſine cauſæ cognitione, ſine ſcripto.*

Parœcicum jus: παροίκικον pro jure coloniæ, vel jure incolæ. Nov. 120. *cap.* 1. Vide lib. 1. tit. 2. *Cod.* conſtit. 24. Græcam.

Patriciatus: Nov. 81. *cap.* 1. Patricii dignitas Juſtiniani tempore maxima. Nov. 62. *c.* 2. Vidend. *Caſſiodorus* lib. 6. formula 2. *variarum.*

Piſtrinarii: Nov. 80. *c.* 3. qui piſtrinis præſunt.

Plenaria: pro plena ſecuritate. Nov. 128. *c.* 3.

Πόρναι; pornæ. Nov. 105. ſpectaculum meretricum ſcenicarum ſaltantium in theatro. Vide *Scenicus.*

Præfectianus: a Præfecto Prætorii miſſus. Nov. 86. *c.* 8. Nov. 124. *c.* 2. Nov. 128. *c.* 17. Vide lib. 12. tit. 10. *Cod. Theod. ne præfectianus exactoris, vel curioſi horreorum cuſtodis fungatur officio.*

Præfectoria dignitas quæ fuerit. Nov. 70.

Præfecti Prætorio qui fuerint. Nov. 70.

Primates: πρῶτοι pro adminiſtratoribus. Nov. 54. *c.* 2. Primates monaſteriorum pro Abbat. vel Præfectis. Nov. 5. *c.* 7. qui etiam Primi appellantur. Nov. *ead. c.* 9. Primates civitatis pro majoribus & dignioribus civibus. Nov. 15. *c.* 1. Nov. 17. *c.* 10. Primates mechanicorum, & architectorum pro peritioribus, & antiquioribus. Nov. 7. *c.* 3.

Proaſtium: προάστειον. Nov. 7. *c.* 3. & 5. Nov. 117. *c.* 13. Nov. 120. *c.* 1. Nov. 131. *c.* 8. ſuburbanum prædium. Nov. 64.

Proceres: Juſtinianus appellat ſenatores. Nov. 23. *c.* 2. & Julianus Nov. 82. *c.* 4.

Proceſſio: quaſi progreſſio a procedendo in publicum. Nov. 105. dictum de Conſule & de Imp. conſtit. 1. *de ſenſ. paſſis.* unde hodie proceſſiones Epiſcopi, & clêri in litaniis.

Pro-

Promcatores: pro præcurſoribus. Nov. 130. *cap. 6.*

Proſapia: progeniem ſignificat Juſtiniano. Nov. 23. *c.* 5.

Protocollum: πρωτόκολλον. Nov. 44. *c.* 2. chartæ genus erat, non, ut vulgo creditur, exemplar, ſive matrix.

Proximi: μέλλοντες. Nov. 35. In ſingulis ſcriniis erant proximi, de quibus in titulo *de proximis ſacrorum ſcriniorum* lib. 12. In notitia dignitatum quidam primi ſcrinii appellantur, alii primicerii, & ſecundicerii, ſic erant proximi appellati: hos ſequebantur mello proximi. Erant autem ſcrinia memoriæ, epiſtularum, libellorum, & diſpoſitionum, ſive cognitionum.

Pſallere: ψάλλειν. Nov. 59. pro *canere.*

Ptochicæ res: πτωχικά. Nov. 7. *c.* 4. pauperum res, hoc eſt alicujus loci, ubi pauperes, vel ægri educentur, aut curentur.

Ptochium: πτωχεῖον. Nov. 54. *c.* 2. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 2. locus pauperibus dicatus.

Ptochotrophium: πτωχοτροφεῖον. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 120. *c.* 1. Idem locus, ubi pauperes educantur.

Ptochotrophus: πτωχοτρόφος. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 24. 38. Nov. 131. *c.* 11. qui eidem loco præerat.

Publicum: δημόσιον: pro fiſco. Nov. 1. *c.* 1. 2. Nov. 30. Nov. 46. Nov. 89. *c.* 5. & 6.

Pullari: pro *conveniri.* Nov. 69. *c.* 1.

Punitas: pro punitione. Nov. 8. *c.* 1.

Quæſitor: pro Quæſtore. Nov. 80.

Quæ'or quis, & quotuplex. Nov. 41.

Quantos: pro quot. Nov. 117. *c.* 9. Nov. 120. *c.* 1.

Recausa: pro apochis. Nov. 128. *c.* 3. Nov. 130. *c.* 1. 3. 5. 7. Utitur eo verbo D. Auguſtinus in libro *de cura pro mortuis*, ut Alciatus *in parergis* notat.

Regia urbs: Conſtantinopolis. Nov. 63. imperialis. Nov. 53. *c.* 2. 4. Nov. 60. *c.* 12.

Relatio quæ ſit. Nov. 115. *c.* 1.

Reliquare: Nov. 128. *c.* 16. reliqua declarare ſubductis rationibus.

Reſtitutio: pro fideicommiſſo. Nov. 39. *c.* 1.

Retractatio: pro iterata actione. Nov. 82. *c.* 12. Nov. 113. Nov. 115. *c.* 1. Vide conſt. 19. Græcam *de erogatione milit. annonæ.*

Sacra: pro juſſionibus Imperatoris. Nov. 134. *c.* 11.

Samarita: σαμαρίτης. Nov. 129. pro Samaritano.

Sanctimonialis: Nov. 5. *c.* 9. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 59. Nov. 79. *c.* 1. 2. Nov. 80. *c.* 1. monacha, monaſtria, aſcetria eadem appellatur. Vide lib. 9. tit. 25. C. *Theod. de raptu, vel matrimonio ſanctimonialium virginum, vel viduarum.*

Scena: σκηνή. Nov. 51. pars theatri, in quam actores fabulæ prodibant.

Scenici: σκηνικοί. Nov. 123. *c.* 1. 65. qui in ſcenam prodibant; ſæpe viri, & mulieres impudicæ erant. Vide lib. 15. *Cod. Theod.* tit. 7. *de ſcenicis.*

Schola: σχολή. Nov. 82. *c.* 7. Nov. 117. *c.* 9. & 11. collegium quoddam militum, vel miniſtrorum fuit; ut in notitia dignitatum orientis, ſub Magiſtro officiorum erant ſcholæ octo Scutariorum prima, Scutariorum ſecunda, Gentilium ſeniorum, Scutariorum ſagittariorum, Scutariorum clibanariorum, Armaturarum juniorum Gentilium juniorum, & Schola Agentium in rebus. Sub Magiſtro officiorum occidentis ſcholæ ſex: tres Scutariorum, quarta armaturarum ſeniorum, quinta gentilium ſeniorum, ſexta Agentium in rebus. Erat etiam ſchola notariorum, de qua adjutorem habebat Primicerius notariorum. Sic aliæ ſcholæ fuerunt. Vide lib. 12. *Cod.* tit. *de privilegiis ſcholarum.*

Scholares: milites dictarum ſcholarum. Nov. 82. *c.* 7. Nov. 117. *c.* 9.

Schola placitum: Nov. 53. *c.* 5. pro pecunia inveniда ob caſum militiæ. Vide *l. ult.* C. *de pign.*

Scholaſticus: σχολαστικός. Nov. 80. *c.* 1. pro ſcholari dictarum ſcholarum.

Scrinia: Nov. 49. *c.* 2. publicum ſcrinium appellat menſam Præfecti Prætorii. In notitia dignitatum ſub Magiſtro Officiorum tam orientis, quam occidentis quattuor ſcrinia referuntur, Memoriæ, Epiſtularum, Libellorum, & diſpoſitionum. Vide lib. 12. *Cod.* tit. *de præpoſitis, ſive de proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant.* & tit. *de Palatinis ſacrarum largitionum* conſtit. 7.

Scriniarii: Nov. 30. Nov. 41. qui in dictis ſcriniis militant, ſive miniſtrant. Vide *d.* conſtitut. 7.

Silentiarii: Nov. 53. *c.* 5. a ſilentio in palatio indicendo, vel ab eo ſilentio, quod ſenatum ſignificat. Nov. 62. *c.* 1. Vide *Cod.* lib. 12. *de ſilentiariis, & decurſionibus eorum.* & Procop. lib. 2. *belli Perſici*, & lib. 4. *de ædificiis Juſtiniani.*

Solatium: παραμυθία. pro ſtipendio, vel honorario. Nov. 123. *c.* 23. Nov. 128. *c.* 6. Nov. 130. *c.* 1. Nov. 131. *c.* 4.

Statio: στάσις. pro tabellionis loco, in quo ſcribit. Nov. 44. *c.* 1.

Stercolinium: pro ſterquilinio. N. 64.

In ſtirpes ſucceſſio quæ ſit. Nov. 118. *c.* 1.

Stola monachica: στολὴ μοναχική. Nov. 5. *c.* 2. pro religioſa veſte monachorum. Nov. *ead. c.* 6.

Subſiſtere: ὑποστῆναι. Nov. 8. *c.* 5. Nov. 85. *c.* 4. Nov. 117. *c.* 4. Nov. 123. *c.* 65. pro *ſuſtinere.*

Summarii: Nov. 64. pro peritis æſtimatoribus.

Sycorum tranſitus: Nov. 59. locus urbis Conſtantinopolitanæ. In deſcriptione ejuſdem urbis C. P. regio tertia decima dicitur Sycena, quæ ſinu maris anguſto diviſa, ſocietatem urbis navigiis frequentibus promeretur: toto lateri montis affixa præter unius plateæ tractum. Vide lib. 1. titulo 2. *Codicis* conſtitut. 18. Græcam.

Syn-

Syndici: multitudinis procuratores. Nov. 80. *c.* 1.

Tableſare: ταβλίζειν. Nov. 123. *c.* 13. pro tabula luſoria ludere.

Tamiacus: ταμειακός. Nov. 30. Nov. 38. *c.* 6. ταμεῖον eſt ærarium, vel fiſcus; inde res fiſci tamiacæ appellantur. Vide lib. 11. *Cod.* tit. *de prædiis tamiacis, & iis, qui ex colonis tamiacis, aliiſque liberæ condicionis procreantur.*

Tantos, quantos: ὅσους τόσους. Nov. 117. *c.* 9. Nov. 120. *c.* 1. pro *tot, quot.*

Taxeota: ταξεώτης, pro cohortali, ſive officiali, hoc eſt qui ex apparitoribus eſt alicujus magiſtratus. Nov. 123. *c.* 1. *6.* 22. *63.* Vide lib. 12. *Cod.* tit. *de cohortalibus.*

Taxeoticus: ταξεωτικός. Nov. 123. *c.* 1. hoc eſt officialis. Nov. *6. c.* 7.

Tertia centeſimæ: pro uſura triente, quæ poſt 300. menſes æquat ſortem. Nov. 2. *c.* 4. Nov. 22. *c.* 28.

Theatralis arca: Nov. *63.* unde ſumptus theatri fiebant.

Τεάτρου κυνήγιον: Nov. 105. de venatione theatri dictum eſt ſupra in littera C.

Titulus: pro rubrica. Nov. 22. *c.* 31.

Totus: pro omni. Nov. 33.

Tractcuta: τρακτευτής. Nov. 128. *c.* 1. 22. 23. Nov. 130. *c.* 3. 5. exigebat tributa, & annonas militares, a tractando, vel trahendo quaſi tractores. Vide *Cod.* lib. 12. tit. *de tractoriis, & ſtativis.*

Tractus: Nov. 23. *c.* 4. Juſtinianus appellat orientalem tractum, Julianus regionem.

Translationes: Nov. 17. *c.* 5. cum tributa transferuntur in alios debitores.

Tranſmarinus locus: Nov. 59. Conſtantinopoli erant domus, & prædia trans mare, inde cadavera ſepelienda in urbem afferebantur.

Vicarius: Vide *Loci ſervator.*

Vicus: Nov. 52. *c.* 1. Vicorum alii intra urbes, & oppida, alii extra ea loca fuerunt, quos pagos aliqui appellarunt. Vide lib. 11. tit. 24. *Cod. Theod. de patrociniis Vicorum.*

Vindex: Nov. 128. *c.* 5. 8. Nov. 134. *c.* 4. *6.* exactionem tributorum curabat: aliis quoque muneribus vacabat.

Viocolyta: βιοκωλύτης. Nov. 8. *c. 6.* dicitur is eſſe, qui violentias prohibet. Vide Nov. 128. *c.* 20. Nov. 134. *c.* 1.

Urbicaria Præfectura: pro urbis Præfectura. Nov. *62. c.* 2.

Xenodochium: ξενοδοχεῖον. Nov. 7. *c.* 1. Nov. *69. c.* 5. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 1. & 2. locus venerabilis, in quo peregrini pauperes recipiuntur. Utitur hoc verbo Hieronym. in epiſt. 2*6.* ad Pammachium, & 30. ad Oceanum.

Xenodochus: ξενοδόχος. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 24. & 38. Nov. 131. *c.* 11. qui ei loco præeſt.

Xenon: ξενών. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 131. *c.* 11. idem locus ſignificatur.

Zabæ: Nov. 85. *c.* 3. armorum genus idem fortaſſe, quod lorica, quam hodie zacum Itali appellant.

Zibynni: Nov. 85. *c.* 3. jaculi ſpecies, quam etiam Zebenem, & Zebynem dixerunt. Feſtus Sibinam appellat Illyricorum telum venabuli inſtar, Ennio teſte:

Illyrici reſtant ſicis, ſibiniſque fodentes.

Tituli Novellarum Conſtitutionum 98. quæ in libro Authenticorum erant cum hæc ſcriberet Auguſtinus.

ADminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus. NOV. 20.
Adminiſtratoribus. NOV. 95.
Aequalitate dotis, & propter nuptias donationis. NOV. 97.
Alienatione, & emphyteuſi. NOV. 120.
Appellationibus. NOV. 93.
Appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari. NOV. 23.
Apud quos oporteat cauſam dicere monachos. NOV. 79.
Armis. NOV. 85.
Collatoribus, & aliis capitulis. NOV. 128.
Conſanguineis, & uterinis fratribus. NOV. 84.
Conſtitutio, quæ de dignitatibus &c. NOV. 81.
Conſtitutio, quæ ex adſcripticio, & libera natos &c. NOV. 54.
Conſulibus. NOV. 105.
Defenſoribus civitatum. NOV. 15.
Depoſito, & denuntiatione inquilinorum. NOV. 88.
Duobus reis promittendi. NOV. 99.
Eccleſiaſticarum rerum alienationem. NOV. 46.
Eccleſiaſticis titulis. NOV. 131.
Enecutoribus, & de iis, qui conveniuntur, & reconveninntur. NOV. 96.
Exhibendis, & introducendis reis. NOV. 53.
Fidejuſſoribus, & mandatoribus. NOV. 4.
Filiis ante dotalia inſtrumenta natis. NOV. 19.
Hæc conſtitutio innovat conſtitut. &c. NOV. 111.
Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtit. &c. NOV. 76.
Heredibus ab inteſtato venientibus. NOV. 118.
Heredibus & Falcidia. NOV. 1.
Iis, qui ingrediuntur ad appellationem. NOV. 49.
Immenſis donationibus. NOV. 92.
Inceſtis, & nefariis nuptiis. NOV. 12.
In medio litis non fieri ſacras formas. NOV. 113.
Inſtrumentorum cautela, & fide. NOV. 73.
Interdictis collegiis hæreticorum. NOV. 132.
Judicibus, & ut nullatenus cum jurejurando eligantur. NOV. 82.
Jurejurando a moriente præſtito. NOV. 48.
Jusjurandum, quod præſtatur &c. NOV. 8.
Lenonibus. NOV. 14.
Litigioſis, & decima parte litis. NOV. 112.
Mandatis principum. NOV. 17.
Menſura ordinandorum clericorum. NOV. 16.
Monachis. NOV. 5.
Nauticis uſuris. NOV. 110.
Neque virum, quod en dote eſt &c. NOV. 98.
Non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis. NOV. 7.
Non eligendo ſecundo nubentes mulieres. NOV. 2.
Novi operis nuntiatione maritimi aſpectus. NOV. 63.
Nullum credentem agricolæ &c. NOV. 32. & NOV. 34.
Nuptiis. NOV. 22.
Privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis. NOV. 109.
Quæſtore. NOV. 80.
Quibus modis naturales efficiantur legitimi. NOV. 74.
Quibus modis naturales efficiantur ſui. NOV. 89.
Quomodo oporteat Epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationem perduci. NOV. 6.
Raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt. NOV. 143.
Referendariis ſacri palatii. NOV. 10.
Reſtitutione fideicommiſſi. NOV. 159.
Reſtitutionibus. NOV. 108.
Reſtitutionibus, & ea, quæ parit in undecimo menſe. NOV. 39.
Sanctiſſimis Epiſcopis, &c. NOV. 123.
Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent &c. NOV. 51.
Tabellionibus. NOV. 44.
Tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote. NOV. 100.
Teſtamentis imperfectis. NOV. 107.
Teſtibus. NOV. 90.
Triente, & ſemiſſe. NOV. 18.
Uſuris nauticis. NOV. 106.
Ut ab Illuſtribus &c. NOV. 71.
Ut clerici apud proprios Epiſcopos &c. NOV. 83.
Ut clerici, qui recedunt, aliis pro eis ſubrogatis &c. NOV. 57.
Ut cum de appellatione cognoſcitur &c. NOV. 115.
Ut de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum &c. NOV. 55.
Ut defuncti, ſeu funera eorum, &c. NOV. 60.
Ut determinatus ſit numerus clericorum. NOV. 3.
Ut differentes judices &c. NOV. 86.
Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant &c. NOV. 114.
Ut ea, quæ vocantur inſinuativa &c. NOV. 56.

Ut eccleſia Romana centum annorum &c. NOV. 9.
Ut exactione inſtante dotis primæ &c. NOV. 91.
Ut factæ novæ Conſtitutiones &c. NOV. 66.
Ut fratrum filii ſuccedant pariter &c. NOV. 127.
Ut ii, qui obligatas ſe habere perhibent res minor, &c. NOV. 72.
Ut immobilia ante nuptialis donationis &c. NOV. 61.
Ut in privatis domibus ſacra myſteria non fiant. NOV. 58.
Ut judices non expectent ſacras juſſiones. NOV. 125.
Ut judices ſine quoquo ſuffragio fiant. NOV. 8.
Ut liberti de cætero aureo non indigeant annulo. NOV. 78.
Ut liceat matri, & aviæ &c. NOV. 117.
Ut litigantes jurent in exordio litis. NOV. 124.
Ut neque miles, neque fœderatus &c. NOV. 116.
Ut non fiant pignorationes pro aliis perſonis. NOV. 52.
Ut non luxurientur homines &c. NOV. 77.
Ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem. NOV. 134.
Ut nullus fabricet oratorii domos &c. NOV. 67.
Ut nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram. NOV. 33.
Ut omnes obediant judicibus provinciarum. NOV. 69.
Ut ordinariæ præfecturæ &c. NOV. 70.
Ut præponatur nomen Imper. documentis. NOV. 47.
Ut ſine prohibitione matres &c. NOV. 94.
Ut ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus. NOV. 119.

Tituli Novellarum Conſtitutionum 70. quæ non erant in libro Authenticorum cum hæc ſcriberet Auguſtinus.

ADjectionibus. NOV. 166. *quæ eſt forma 1. Præfectorum Prætorio.*
Adjectionibus. NOV. 168. *quæ eſt forma 2. eorundem.*
Adjutoribus Quæſtoris. NOV. 35.
Argentariorum contractibus. NOV. 136.
Appellationibus ex quinque provinciis. NOV. 50.
Appellationibus Siciliæ. NOV. 75.
Apud quem oporteat appellationes in quinque provinciis &c. NOV. 41.
Armeniis. NOV. 21.
Comite Iſauriæ. NOV. 27.
Conſulationibus ſive de ordine ſenatorum. NOV. 62.
Decurionibus. NOV. 38.
Decurionibus. NOV. 101.
Deſcriptione quattuor Præſidum Armeniæ NOV. 31.
Donatione mortis cauſa facta Decurionibus. NOV. 87.
Ea, quæ raptori ſuo nubit. NOV. 150.
Eccleſiis conſtitutis in Africa. NOV. 37.
Edictum ad CP. de iis, qui luxuriantur &c. NOV. 141.
Edictum de formula artificum. NOV. 122.
Exemplum ſacræ formæ de appellationibus. NOV. 126.
Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris. NOV. 160.
Generalis forma de proſpectu in mare. NOV. 165.
Hebræis. NOV. 146.
Heredibus. NOV. 164. *quæ eſt Tiberii.* NOV. 2. *Tom. II.*
Hortulanis. NOV. 64.
Iis, quæ relicta ſunt eccleſiæ Myſiæ. NOV. 65.
Iis, qui eunuchos faciant. NOV. 142.
Iis, qui in Oſrhoena illicitas contrahunt nuptias. NOV. 154.
Impenſis in defunctorum funerationibus. NOV. 59.
Indulgentia tributariorum reliquorum. NOV. 148. *quæ eſt Juſtini Minoris.* NOV. 1.
Infantibus expoſitis. NOV. 153.
Interpretatione a Principe facta &c. NOV. 138.
Moderatore Arabiæ. NOV. 102.
Moderatore Helenoponti. NOV. 28.
Monachis, & aſceteriis. NOV. 133.
Ne decurio, aut cohortalis perducatur in jus &c. NOV. 151.
Ne Judæi, Samaritani, & Heretici curiali fortuna liberentur. NOV. 45.
Ne quis cogatur bonis cedere. NOV. 135.
Ne ſacræ formæ, quæ de cauſis procedunt &c. NOV. 152.
Officinis, ſive tabernis, vel ergaſteriis CP. urbis. NOV. 43.
Ordinatione Epiſcoporum, & clericorum. NOV. 137.
Plebeiis Prætoribus. NOV. 23.
Præſide Piſidiæ. NOV. 24.
Prætore Lycaoniæ. NOV. 25.
Prætore Paphlagoniæ. NOV. 29.
Prætore Siciliæ. NOV. 104.
Prætore Thraciæ. NOV. 26.
Privilegiis Archiepiſcopi Primæ Juſtinianæ. NOV. 11.

Proconſule Cappadociæ. NOV. 30.
Proconſule Palæſtinæ. NOV. 103.
Prole partienda inter ruſticos. NOV. 156.
Provinciarum Præſidibus. NOV. 161. *quæ eſt Tiberii Imp.* NOV. 3.
Quo pacto oporteat in poſſeſſionem mittere. NOV. 167. *quæ eſt forma* 24 *eorundem Præfectorum.*
Relevatione tributorum publicorum. NOV. 163. *quæ eſt Tiberii.* NOV. 5.
Remiſſio pœnæ illicite contractarum nuptiarum. NOV. 139.
Ruſticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt. NOV. 157.
Sacra forma tranſmiſſa Dominico Præf. Præt. Illyrici de diverſis capitulis. NOV. 162.
Samaritanis. NOV. 129.
Samaritanis. NOV. 144. *quæ eſt Juſtini Minoris.* NOV. 5.
Succeſſoribus eorum, qui in Africa degunt. NOV. 36.
Tranſitu militum. NOV. 130.
Ut Antimus, Severus, & reliqui hæretici eccleſiaſtico gradu detrahantur. NOV. 42.
Ut conſenſu matrimonium ſolvi poſſit. NOV. 140. *quæ eſt in Juſtini Minoris.* NOV. 2.
Ut conſtitutio ſacratiſſimi Imp. de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum &c. NOV. 68.
Ut Dei amantiſſimi Epiſcopi cum provinciarum incolis &c. NOV. 149. *quæ eſt Juſtini Minoris.* NOV. 4.
Ut deliberandi jus etiam ad impuberes tranſmittatur. NOV. 158.
Ut ea, quæ Præfectis, aut largitionibus debentur, &c. NOV. 147.
Ut eccleſia ſanctæ reſurrectionis alienare poſſit ædificia. NOV. 40.
Ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint. NOV. 155.
Ut nullam de cætero licentiam habeat Dux &c. NOV. 145.
Ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur. NOV. 121.

Tituli, ſive Epitome ſingulorum capitum Juliani, quæ in veteribus libris inveniuntur, & ut inveniuntur,

Additis pleriſque ex Pithoeorum libro capitum inſcriptionibus, quibus hujuſcemodi „ nota appoſita eſt.

1. *SI heres legata ſolvere noluerit.* NOV. 1. cap. 1.
2. *Ad legem Falcidiam.* NOV. 1. c. 2.
3. *De legatariorum exæquatione.* NOV. 1. c. 3. *(alii de legator. exæq.)*
4. *Ut legata intra annum præſtentur.* NOV. 1. c. 4.
5. *De iis, qui ad ſecundas nuptia migraverint.* NOV. 2. c. 1. 2. 3. 4.
6. *De dote adſcripta, & non numerata, vel præſtita.* NOV. 2. c. 5.
7. *De numero clericorum C. P. civitatis.* NOV. 3. c. 1.
8. *Ut non liceat clerico de minore eccleſia in majorem per patrocinium tranſire, & de alimoniis clericorum.* NOV. 3. c. 2.
9. *De fidejuſſoribus, & mandatoribus, & iis, qui pro aliis pecunias conſtituunt.* NOV. 4. c. 1.
10. *De ſolutionibus, & liberationibus, (& verborum ſignificatione.)* NOV. 4. c. 2.
11. *De monaſteriis ædificandis.* NOV. 5. c. 1.
12. *De monachis, & aſceteriis.* NOV. 5. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
13. *De archimandritis, & ut Conſtitutio ſit communis monachorum, & ſanctimonialium.* NOV. 5. c. 9.
14. *De Epiſcopis.* NOV. 6. c. 1. 2. 3.
15. *De clericis.* NOV. 6. c. 4. 5.
16. *De diaconiſſis.* NOV. 6. c. 6.
17. *Item de clericis.* NOV. 6. c. 7.
18. *De numero clericorum.* NOV. 6. c. 8.
19. *De rebus ad venerabiles locos pertinentibus.* NOV. 7. c. 1.
20. *Quomodo liceat in Imp. res ſancti loci transferre.* NOV. 7. c. 2.
21. *De emphyteuſeos contractu a ſancto loco conſtituendo.* NOV. 7. c. 3.
22. *Quomodo uſusfructus rerum ad ſanctos locos pertinentium conſtituatur.* NOV. 7. c. 4.
23. *Quibus pœnis ſubjecti ſint, qui præſentem* Conſtitutionem *contempſerint.* NOV. 7. c. 5.
24. *Quando liceat hypothecæ titulo res venerabilium locorum obligare.* NOV. 7. c. 6.
25. *Quibus pœnis ſubiicitur, qui illicitum emphyteuſeos contractum juris venerabilis loci componit.* NOV. 7. c. 7.
26. *Quomodo punitur, qui ſacra vaſa donat, vel alienat, vel pignorat, vel conflat, & de panibus civilibus.* NOV. 7. c. 8.
27. *De pragmaticis ſanctionibus, quæ contra commoda venerabilium locorum promulgantur.* NOV. 7. c. 9.
28. *De monaſteriis non vendendis, vel alienandis.* NOV. 7. c. 10.
29. *Si ſterilis ager ad venerabilem locum pervenerit.* NOV. 7. c. 11.
30. *De magiſtratibus ſine pecunia creandis.* NOV. 8. c. 1.
Regula eſt brevis rerum narratio, & quaſi cauſæ conjunctio. Prius itaque oportet eſſe res, cauſasve, quæ conjunguntur, deinde conjunctio eſt. Sicut enim unus homo, priuſquam populus; ita prius res & cauſæ, quam res ſingulæ. Deinde regula eſt, quæ eſt de ſingulis quaſi collectiva univerſitatis. Ecce, verbi gratia, natura dictante ſtatutum eſt feras beſtias, quæ nullius antea fuerant, occupantis fieri, ſic volucres, ſic piſces. Cumque in ſingulis hoc ſtatutum prius fuiſſet: poſt in commune conſtitutum eſt, quatenus univerſa, quæ nullius fuerint, occupantium fiant. Quæ ſimul regula cum in aliquo vitiatur, puta, in hereditariis, & liberis hominibus. *Perdit officium ſuum.* Sunt enim definitiones in jure periculoſæ, ut infra habetur. Parum eſt enim ut non ſubverti poſſint, cum ei, quod regulariter traditur, per excepionem ſæpius ſubtrahatur, ut in hoc exemplo. Qui alieno juri ſubjecti ſunt, teſtamenti faciendi jus non habent; attamen filius familias miles de caſtrenſibus bonis teſtari poteſt: Sed & non miles, ut clericus de quaſi caſtrenſibus, & advocatus. Si ergo prædictam regulam ad militem filiumfamilias porrigas, vitiatur, perdirque officium ſuum. Cum enim officium ſit regulæ, ut ſingula complectatur; quod autem excipitur, non complectitur, dici poteſt & vitiari, & officium non exerceri, ac ſic per ſpeciem vitiatur genus, quemadmodum jam per ſpeciem derogatur generi. Conſtat ergo ex jure, quod prius eſt in ſingulis, regulam fieri; non ex regula jus ſumi, quia regula, ut diximus, continet quidem id quod eſt jus, non autem ipſa facit jus, ſed ipſa fit per jus.

ULPIANUS Libro I. ad Sabinum.

II. ***Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec judices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores exiſtere. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abſtinere.***

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ ſunt, & ideo nec judices eſſe poſſunt, quaſi ordinarii, ut Præſes, Prætor: nec magiſtratum municipalem gerere, quæ duo ſunt officia publica, quia per hoc reipublicæ principaliter proſpicitur. Nec pro alio poſtulare poſſunt; nam pro ſe, & forte pro certis perſonis, ut pro liberis, pro fratre, pro ſorore poſtulabunt, *ut ſupra de poſtul. l.* 1. Nec pro alio intervenire poſſunt [Intercedunt tamen pro ſuo creditore. Sed ſi renuncient, decipiantve fœminæ, vel pecuniam pro interceſſione accipiant, tenentur, nec juvantur Senatuſconſulto Vellejano *l.* 2. §. 2. *D. l.* Jubemus. *l.* Antiquæ. *C. ad Vellejan.*] Nec Procuratores exiſtere: pro parentibus tamen agunt, ſi forte parentes morbus, aut ætas impediat, nec quemquam, qui agat, habeant, ut *ſupra, de Procur. l.* Fœminas. Hæc autem tria exempla ſunt civilium officiorum. Sicut autem pro parentibus agere poſſunt, ſic filiorum interdum tutelam jure depoſcunt, [ut *in auth. de hered. ab inteſt. in collect. IX. cap.* 5.] A teſtimonio quoque leges eas non depellunt, dum tamen in ultimis voluntatibus eorum teſtimonium non admittatur, *ut ſupra, de teſt. l.* Ex eo. Item impuberes omnibus civilibus officiis, ſed & publicis debent abſtinere;

 Tri-

* Pand. Florent. habent, *cauſæ conjectio*, quæ & vera lectio eſt; verum Latini interpretes, & Græci etiam legunt, *cauſæ conjunctio*, quam & hic Auctor videtur ſequutus.

Tribunatum tamen numeri jure poteſt impubes adipiſci, ut C. *de teſt. milit. l.* Licet.

Ulpianus Libro III. ad Sabinum.

III. *Ejus eſt * nolle, qui poteſt velle.*

Idem Libro VI. ad Sabinum.

IV. *Velle non creditur qui obſequitur imperio patris, vel domini.*

Ejus eſt nolle qui poteſt velle, hoc eſt, ei patet licentia volendi, qui habet poteſtatem nolendi. Poteſtatem volendi non habet, qui poteſt cogi ut velit, qualis eſt filius, ſervus, perituri, ſi non fecerint quod imperatur. Cum ergo velle coguntur, nolle non permittuntur. Inde eſt, ut ſervus, filius delatam ſibi hereditatem velle compellantur adire, non permittantur nolle. Similiter dominum defendere coguntur, defenſionem negligere non permittuntur. Sin autem hominem occidere, vel injuriam facere dominus, vel pater jubeat; hoc non compelluntur velle, imo permittuntur, & imperantur nolle. Ea quippe, quæ atrociora ſunt, & velle & nolle poſſunt, [ut *ſupra, de actionib. & obligat. l.* Servus non.] Similiter ex novo jure filiusfamilias delatam ſibi hereditatem, recuſante patre, poteſt adire; patre eam cupiente, poteſt ſpernere: ergo & hoc nolle, & velle poteſt ex æquitate potius, quam de juris rigore.

De facto tamen & velle & nolle poſſunt; ſed & de jure eorum vel ſervorum exigitur velle, ut *ſupra, de ſolut. l.* Stichum. §. Usum. *ſub fin.* & *ſupra, de fideicomm. lib. l.* Sed ſi. Poteſt enim ſervus etiam jubente domino nolle adire, ut C. *de hered. inſtit. l.* Cum proponas. *in fin.* Item de jure poteſt & velle: nam ſi quis juſſus eſt dare ſervo, ſine voluntate ſervi domino dans, non liberatur. Sed & cum ſervus eſt adjectus, ſine hujus voluntate domino ſolvi non poteſt, ut *ſupra, de ſolut. l.* Stichum. §. Uſumfructum. *verſic.* Idem reſp. Item ſervus, cui libertas fideicommiſſo relicta eſt, alii ut ab eo manumittatur, invitus tradendus non eſt, ut *ſupra, de fideicomm. lib. l.* Invitus. & §. 1. *inſtit. de eo, cui lib. bon. addic.*

Paulus Libro II. ad Sabinum.

V. *In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamvis actum rei non intelligerent: nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt, pupillus omnia, tutore auctore, agere poteſt.*

Furioſus nullum negotium contrahere poteſt, etiam curatore auctore; [vendere tamen in dilucidis intervallis poteſt, & contrahere, teſtamentum condere.] Pupillus, qui tamen fari poteſt, omnia negotia, tutore auctore, poteſt agere: nam & ſtipulari poteſt, promittere, emere, hereditatem adire; [non citra decretum alienare, vel manumittere ſine vindicta pupillus poteſt.]

Sed & ſine tutore, ſi intelligat, ſuam conditionem meliorem facere poteſt, non tamen adire, nec hereditatem tutori, ſe auctore, reſtituere, ut *ſupra ad Trebell. l.* 1. §. Fuit. Gravare non poteſt niſi in eo, quod vel naturaliter obligatur interdum; & ſi ſit locupletior, civiliter urgetur.

Ulpianus Libro VII. ad Sabinum.

VI. *Non vult heres eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatem.*

Qui hanc igitur ad ſubſtitutum ſibi vulgariter tranſtulit, quaſi heres non ſit, actionibus hereditariis non utitur; qui autem pupillariter ſubſtitutum accepit, actionibus hereditariis interdum experietur, & convenietur. Sed & is, cui per fideicommiſſum aliquis ſubſtituitur pro parte, quam retinet, ſicut heres, experitur, & convenitur. [Sed & ſi ſuſpectam dixit, non convenietur.]

Pomponius Libro III. ad Sabinum.

VII. *Jus noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe: earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus.*

Nemo pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedit, quia ſi de ſemiſſe quem inſtituens, de alio ſemiſſe neminem: totus as in ſemiſſe continetur; de toto itaque teſtatus intelligitur. Ex poſt facto autem contingit pro parte inteſtatum fieri, [ut C. *de inoff. teſtam. l.* Cum duobus.] Sicut ſi inſtitutus, duobus intendentibus querelam, alterum ſuperaverit; ab altero victus fuerit. Miles vero & ab initio pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt [ut *inſtit. de hered. inſtit.* §. Hereditas.]
Inſtitutus ex re una, ut *inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* §. Sed & ſi. ex aſſe inſtitutus intelligitur.

Pomponius Libro IV. ad Sabinum.

VIII. *Jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt.*

Sanguinis, ideſt, cognationis jura, quia naturalia, nullo jure civili, ut emancipatione, adoptione, tolli poſſunt, [ut §. *ult. inſtit. de leg. agnat. tut.* & *ſup. de cap. minus. l.* Eas obligationes.] Naturalem enim rationem civilis ratio corrumpere non poteſt. Agnationis vero jura, ſicut & patria poteſtas, quæ ſunt civilia jura, alio ci-

* Flor. lectio, *non nolle.* Quam ex teſtimonio Fabri ad hanc 3. *l.* Ant. Aug. *lib.* 1. Emend. *cap.* 2. reſtituit primus, & approbavit.

civili jure, ut adoptione, & emancipatione tolli poſſunt. Cum enim adoptione contingat tantum agnatio, non etiam cognatio; conſequens eſt, ut non tollatur priſtina cognatio. Sunt tamen quædam civilia jura, ut maxima, & media capitis diminutio, quæ & jura cognationis tollunt: [ſcilicet quoad ſucceſſionem, non quoad ſanguinis cauſam.]

Sed & uſucapio jus naturale, ideſt dominium abſumit, & ſervitus libertatem judicio noſtro non ſolum adumbrat, ſed tollit.

ULPIANUS Libro XV. ad Sabinum.

IX. *Semper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.*

Cum enim quis reus defertur, lege Julia, vis privatæ, vel publicæ, ſi judex pronunciaverit eum vim feciſſe, minor lex, ideſt, de vi privata ſequenda eſt, [*ſupra, de pœn. l.* Si præſes.] Sed in ſententiis arbitrorum, quorum primus condemnavit in XV. ſecundus in X. tertius in quinque, minori ſummæ ſtatur, ideſt quinque, [ut *ſupra de arbitr. l.* Diem. §. Si plures.] Patet ergo hoc dictum eſſe in diverſis verbis judicis, vel arbitri, vel legis; nam & venditori obſcura verba nocent, ſicut ſtipulatori, in quorum fuit poteſtate legem apertius dicere, [ut *ſup. de pact. l.* Veteribus. & *de contrah. empt. l.* Labeo ſcripſit. & *de verb. oblig. l.* Quidquid adſtringendæ.] Si autem cum cauſa agitur, obſcura verba ab actore ponantur; id, quod ei utilius eſt, accipiendum eſt, ideſt, ut actori potius credatur quam reo, [ut *ſupra, de judic. l.* Si quis.] hoc eſt, ut id quod actor ſenſerit, petitum videatur, alioquin ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe.

Nocent equidem verba obſcura, ut ſi ſtipuletur quis ita: dabis mihi decem, aut quinque? quinque debentur; dabis Calendis Februariis, aut Martiis? perinde eſt, quaſi eo tempore ſtipulatus ſim: poſt annum, aut biennium dabis? poſt biennium debentur, ut *ſupra, de verb. oblig. l.* Si ita. 12. & 109. Interdum tamen pro ſtipulatore fit interpretatio, ut ſi ſim a te ſtipulatus omnem veſtem muliebrem, vel quod non prohibebis me uti domo; nam nec ea, qua pro virili promiſſor uſus eſt, excipietur; & ſi uxorem, alioſve, quibus utor, domo prohibueris, teneberis, ut *D. de verb. oblig. l.* Si mihi. *l.* Si ſtipulatus fuero. *eod.* Sed & pro venditore fit interpretatio; quia ſi vendidit hanc vel illam rem, vel ſi Stichum dixerit accedere, in arbitrio venditoris erit, quam rem velit tradere, vel quem Stichum velit accedere, ut *ſupra, de contr. empt. l.* Si in emptione. & *de actionib. empt. l. pen.* §. 1.

PAULUS Libro III. ad Sabinum.

X. *Secundum naturam eſt, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda.*

[Sed non convertitur; nam mulier, pupillus, licet ſucceſſionem capiant, non ſubeunt tutelas, niſi mulier caſualiter.] In qua cauſa ſunt heredes & hereditatis poſſeſſores, & fideicommiſſarii univerſitatis, & agnati, qui ſunt habituri commoda hereditatis, quia ſuſtinent onera tutelarum, [ut *inſtit. de leg. Patronor. tut.*]

Venditores tamen evictionis incommodum ſentiunt, non tamen commodum alluvionis, ut *D. de evict. l.* Ex mille. Item deficiens relictum quod dicitur *pro non ſcripto*, apud eum, a quo relictum eſt, cum onere, *niſi perraro*, remanet; ita quod onus impoſitum heres, aut legatarius *niſi perraro* non ſentit: puta ſi juſſus erat legatarius, in cujus perſona deficit relictum, defunctum ſepelire, vel cauſa pietatis aliud agere, ut *C. de caduc. toll. l. unic.* §. In primo.

POMPONIUS Libro V. ad Sabinum.

XI. *Id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.*

Factum noſtrum intelligo, cum nos ipſi tradimus, vel alius voluntate noſtra, ut procurator, creditor, exactor publicus, cujus factum noſtrum eſt, cum pro evictione teneamur, pretium redditur emptori. Sed & uſucapio noſtrum factum eſt; nam qui permittit uſucapi, intelligitur alienare, [ut *ſupra, de verb. ſignif. l.* Alienationis.] Princeps tamen, vel fiſcus, [vel ſereniſſima Auguſta,] ſi rem noſtram ut ſuam diſtrahant, alienare intelliguntur, [ut *inſtitut. de uſucapion.* §. Edicto D. Marci. *C. de quadriennii præſcript. l.* Bene a Zenone.]

Sed & ſine facto noſtro proprio dominium transfertur ad alium, ut cum ſocietatem contrahimus, atrogationem ſubimus, monachi ſimus. Sed & hoc idem fit in re noſtra: propterea ſi rei meæ, quam tibi donavi, aut vendidi, uſumfructum excepero, aut rem meam ſciens a te conduxero: hoc ipſo, ſine ullo meo facto in te dominium transfero, ut *C. de donat. l.* Quiſquis. & *D. de rei vindic. l.* Quædam. Interdum quoque licet ego non transfero, propter factum tamen meum, ideſt delictum dominium jure a me transfertur, & illud amitto, puta in vectigali commiſſo, & in tacito fideicommiſſo, ut *D. de public. l.* Commiſſa. & *D. de iure fiſci. l.* Imperator. *C. unde vi. l.* Si quis in tantam.

PAULUS Libro III. ad Sabinum.

XII. *In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.*

Intelligentes conditionem impletam, ubi defecerit, ut in ea, quæ fuit inſtituta, ſi nuberet, & neque per eam ſtetit. E contrario defeciſſe, quæ impleta fuerat, ut *C. de inſtit. & ſubſtit. l.* 1. intelligenteſque vulgarem ſubſtitutionem porrigi ad pupillarem & in pleriſque aliis, [ut *C. de inſtit. & ſubſtit. l.* 1. & *l.* Generaliter. & *tit. de his, quæ ſub modo. l.* 1. & *ſupra, de vulg. & pupill. ſubſtit. l.* Jam hoc.]

UL-

Ulpianus Libro XIX. ad Sabinum.

XIII. *Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem a petitione removetur.*

Qualis eſt is, cui legatur aliquid; ſed voluntas teſtatoris poſtea mutatur, [ut *D. de legat.* 1. *l.* Si ita. §. 1. & *de adim. leg. l.* 3. *in fin.*] Huic ſimilis eſt is, cui res aliena relinquitur, quam teſtator ſuam eſſe credebat, qui profecto exceptione removetur: niſi ſit uxor, vel altera proxima perſona. [*C. de legat. l.* Cum alienam.] Hæc exempla in relictis; ſed in contractibus poteſt exemplum dari ejuſmodi: ſi quis per metum extorſit ſtipulationem, non videtur accepiſſe, ideſt cepiſſe, quia poteſt removeri exceptione.

Pomponius Libro V. ad Sabinum.

XIV. *In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.*

[In omnibus obligationibus, pure ſcilicet conceptis, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.] Niſi locus adjectus ſpatium temporis inducat, quo illo perveniri poſſit, [*ſupra de verb. oblig. l.* Eum, qui. §. Quotiens.] Sed ſi ſpondeas ita, hodie dari: hodie debetur, quaſi inſerto die, non differendæ condictionis cauſa, ſed quo præſens oſtendatur.

Item niſi inducat res ipſa dilationem, veluti ſi partus, vel fructus futuros quis promiſit, ut *ſupra, de verb. oblig. l.* Eum, qui interdum. Item is, qui conſtituit ſe ſoluturum, habet ſpacium X. dierum, ut *ſupra, de conſt. pec. l.* Promiſſor. Nam in conſtituta etiam ſine die pecunia dierum X. ſpacium tacite ineſt, ut *ſupra, de conſt. pec.*

Paulus Libro IV. ad Sabinum.

XV. *Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.*

Cum fructus omnes ad eum pertineant, niſi quatenus permittitur bonæ fidei poſſeſſori pro cultura & cura. Actio quoque *l.* Aquiliæ ei competit, quæ ſua natura ſolum dominum appellat.

Fructus tamen poſtea perceptus a bonæ fidei poſſeſſore ſit ſuus, remque, de qua contra ſe actio eſt, poſt litem conteſtatam uſucapit ipſe bonæ fidei poſſeſſor, ſed non præſcribit. Item & bonæ fidei poſſeſſori etiam contra dominum publiciana, ſeu in rem actio datur, ſed utilis ut *D. de rei vindic. l.* Si a Titio.

Ulpianus Libro XXI. ad Sabinum.

XVI. *Imaginaria venditio non eſt, pretio accedente.*

Cum enim pretium ſit verum, non ſimulatum, vera eſt venditio; licet poſtea pretium remittatur, totum, vel pro parte. Cum etſi ab initio viliori pretio res donationis cauſa diſtrahitur, venditio valet. Inter virum & uxorem facta venditio viliori pretio nullius momenti eſt, ſi cum animum vendendi maritus non haberet, idcirco venditionem commentus eſt ut donaret, [ut *ſupra, de contrah. empt. & vend. l.* Si quis donationis.]

Idem Libro XXIII. ad Sabinum.

XVII. *Cum tempus in teſtamento adiicitur: credendum eſt, pro herede adjectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adiicitur.*

Sive in teſtamentis, ſive in ſtipulationibus tempus adiciatur, credendum eſt pro debitore adjectum videri, ut ante tempus ſolvens poſſit liberari; niſi mens teſtatoris fuit, ut tunc demum non ante daret. Tunc enim quaſi donaverit, ab eo, quod relictum eſt, non liberatur.

Pomponius Libro VI. ad Sabinum.

XVIII. *Quæ legata, mortuis nobis, ad heredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu adquirimus: aliter atque quod ſtipulati ſumus. Nam & ſub conditione ſtipulantes omnimodo eis adquirimus, etiamſi liberatis nobis poteſtate domini, conditio exiſtat.*

Ea, quæ legantur pure, vel in diem certum, moriente legatario ante perſecutionem eorum ad heredem tranſeunt. Si autem in poteſtate legatarius eſt, poteſtatem habenti quæritur, ſiva maneat, ſive de poteſtate decedat. Hoc tamen ad jus vetus referimus; nam quod ad novum, parenti ſolus uſusfructus quæritur. Verum quæ legantur ſub conditione, vel in incertam diem, quæ conditionis inſtar obtinet, defuncto legatario ante conditionem, vel diem, nec heredibus competunt, nec parentibus obveniunt. Manumiſſo quoque legatario ante conditionem, vel diem manumiſſori non quæruntur, etiam exiſtente poſtea conditione, vel die. [Niſi a parentibus tranſmittantur ad liberos: tunc enim iſti ad ſuos tranſmittunt etiam ante conditionem, ut *C. de his, qui ante apert. tabul.*] Diverſum eſt in ſtipulatione: nam ſi ſub conditione ſtipuleris, & moriente te ante conditionem ad heredem ſpem tranſmittis, & manumiſſo ante conditionem ad manumiſſorem eandem ſpem transfundis. Diverſitatis fore illam rationem quia in ſtipulatione opera tua deprehenditur, in legato nec verbum tuum perpenditur.

Ulpianus Libro XXIV. ad Sabinum.

XIX. *Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis ejus: heredi*

au-

Digitized by Google

autem hoc imputari non poteſt, cum non ſponte cum legatariis contrahit.

Cum alio contrahens vel eſt, vel eſſe debet conſcius conditionis ejus: ne ſit inops, ne filiusfamilias, ne ſervus, & ſimiliter. Heredi autem, qui cum legatariis quaſi contrahit non ſponte, hoc imputari non poteſt. Solvens ergo legatum cuicumque legatario etiam ſervo, vel prodigo, vel furioſo, vel ſimilibus, liberatur, dummodo dolo non faciat.

Creditor tamen deceptus non vana ſimplicitate excuſatur, ut *D. ad Maced. l.* Si quis. Nauta, qui non habet plenius deliberandi conſilium, ut *D. de exercitor. l.* Utilitatem. *in princ.*

Ad §. *Non ſolet.*

Non ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

Ac ſic petens legatarius rem ſibi legatam, quam defunctus ſcivit alienam, vel alii obligatam, non poteſt illa exceptione removeri: *Si lueris, ſi defunctus rem ſuam legavit.* Similiter ſi creditor debitori legavit liberationem; nam ei petenti rem, quam obligaverat, non obſtabit doli exceptio. Idem eſt ſi debitor rem, quam obligaverat, creditori legavit. Nam & poſt ſolutionem pecuniæ rem petet, nec removebitur exceptione, [niſi debitor compenſare voluit, ut *ſupra, de legat. lib. II. l.* Creditorem, cui. & *C. de legatis. l.* Creditor.]

Vel aliter: Non ſolet nocere doli exceptio quibus voluntas defuncti non refragatur, licet verba diſſonent: Nam voluntas prævalet. Ecce enim ſi quis ſervo, qui in ventre portabatur, fideicommiſſo, vel directam reliquerit libertatem, & plures nati fuerint, omnes liberi erunt. Sed & ſi teſtator rogaverit heredem, ut unum ex pluribus liberis Arethuſæ manumitteret, & obierit, itaque nullum manumiſerit: illius heres omnes manumittere debet, ut *C. de fideicomm. libert. l.* Cum inter. *l.* Si quis. *eod.*

Pomponius Libro VII. ad Sabinum.

XX. *Quoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit.*

Si enim ſervus liber eſſe juſſus, poſtea legatus ſit, ſiquidem evidens ſit voluntas teſtatoris, quod ademit libertatem, legato cedit. Quod ſi in obſcuro ſit: favorabilius reſpondendum eſt, liberum fore, ut *D. de manum. teſt. l.* Si peculium. & *de fideicomm. libert. l.* Si quis. *l.* Si ſervus.

Si tamen ut plures Stichos habens Sticho libertatem dedit, nec apparet de quo ſenſerit, neuter liber erit, non jure deficiente, ſed probatione, ut *ſupra, de manum. teſt. l.* Cum ex pluribus.

Ulpianus Libro XXVII. ad Sabinum.

XXI. *Non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere.*

Cum ergo filiofamilias militi liceat facere teſtamentum, licebit & codicillos.

Curiali tamen licet donare, non licet vendere, ut *C. de prædiis curialium. l. 3.* Sed & venditori licet vinum per corbes effundere, tamen non in ſuos uſus convertere, ut *ſupra, de peric. & comm. l. 1.* Hereditatem quoque inſtitutus licet totam poſſit admittere, non tamen partem, ut *C. de jure delib. l.* Quidam. Dominus quoque qui velit quædam negotia transferre, non omnia; procurator hanc inconſtantiam recuſabit, ut *ſupra, de procurat. l.* In cauſæ. Et nominibus a tutore contractis, pupillus aut omnibus ſtabit, aut ab omnibus recedet, ut *ſupra, de adm. tut. l.* Cum quæritur. Item emptio rei mobilis collata in provincialem magiſtratum nec conſenſu, nec voluntate venditoris confirmatur, adeoque nec donatio multo magis, ut *C. de contract. judic.*

Ulpianus Libro XXVIII. ad Sabinum.

XXII. *In perſonam ſervilem nulla cadit obligatio.*

Jure quidem naturali quo liber eſt, ſervus naturaliter obligatur. Civili vero, quo neque civis eſt, neque civiliter obligatur; dominum vero de peculio ex ſuo contractu jure prætorio obligat, ex delictis privatis noxaliter. Ex publicis autem delictis, naturaliter & civiliter obnoxius conſtituitur, ut *ſupra, de nox. l. 1. & ſeqq.* & *tit. de pecul. l.* Nec ſervus. *l. 9.* §. Sive autem. & *de act. & obligat. l.* Servi.

Non cadit obligatio, ſubaudi, civilis, ex qua nedum ſervus manens, ſed nec etiam liber factus conveniri poteſt. Excipitur, niſi pro libertate pecuniam promiſerit, ut *C. an ſervus &c. l. 3.* vel cum ſit liber contra rigorem juris: tunc enim compellitur rationem reddere, ut *C. de petit. her. l. ult.* Sed & noxalis ſervo facto libero fit directa. Sed & ſervus manens, in liberali judicio experitur & convenitur, *ſupra, de proc. l.* Servum. *de lib. cauſ. l. 14.* Item in momentario, ut *C. ſi per vim*, & in cauſis criminalibus *ſupra, de accuſ. l. 5.*

Ad §. *Generaliter.*

Generaliter probandum eſt, ubicumque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domi, vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

Ubi ex locatione aliquid promitto me facturum, ut ædes arbitrio tuo, vel procuratoris tui: tale debet eſſe arbitrium tuum, quale boni viri. Idem in ſocietate, & in aliis bonæ fidei judiciis. Nam ſi ita contracta ſocietas eſt, ut tu, vel alius par-

partes ſocietatis conſtitueret, arbitrium boni viri ſequendum eſt. Aliter forte eſt in judiciis ſtricti juris, quaſi inſerti tantum viri arbitrium ſequendum ſit. Si autem vendidero, vel locavero tanti rem, quanti ille æſtimaverit, ejus tantum, & non alterius continetur arbitrium. [Niſi immenſus eſſet exceſſus], quaſi aliud ſit, cum ſubſtantia contractus, ut cum de pretio, vel de mercede conventio confertur in certi viri arbitrium. Aliud vero eſt cum adminiculum, ut eſt operis approbatio, & partium conſtitutio: nam & ſine his poteſt contrahi locatio & ſocietas.

Ulpianus Libro XXIX. ad Sabinum.

XXIII. *Contractus quidam dolum malum dumtaxat recipiunt; quidam dolum & culpam. Dolum tantum, depoſitum, & precarium: Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his quidem & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum, & culpam recipit. Sed hæc ita, niſi ſiquid nominatim convenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus. Nam hoc ſervabitur, quod initio convenit. Legem enim contractus dedit: excepto eo quod Celſus putat non valere, ſi convenerit, ne dolus præſtetur. Hoc enim bonæ fidei judicio contrarium eſt: & ita utimur. Animalium vero caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt: fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præſtantur.*

Contractus quidam dolum recipiunt, quidam dolum, & culpam. Precarium & depoſitum ex ordine coercent dolum tantum: culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit. Plane poſt interdictum redditum oportebit dolum & culpam, & omnem cauſam venire in hoc interdicto: ſicut in depoſito culpa præſtatur, cum quis ſe depoſito obtulerit, vel depoſitionis pretium acceperit, vel cum ſui cauſa apud eum deponitur. [Sive cum ita convenerit, ut *ſupra*, *depoſiti*. *l.* 1. §. Si convenit. & §. Sæpe. & *ſupra*, *commodati*. *l.* Si ut. §. Nunc videndum.] mandatum, pignus, venditio, locatio, dotis datio, tutela, negotiorum geſtio, ſocietas, & rerum communio & dolum, & culpam puniunt. In omnibus prædictis ita eſt, niſi nominatim convenit, plus, vel minus aliquid præſtari. Legem enim omnes contractus ex conventione accipiunt: ſi modo non convenerit, ne dolus præſtetur. Hoc bonæ fidei contrarium eſt. Plane fortuiti caſus, ut rapinæ, incendia, quæ tamen ſine culpa contingunt, in nullo bonæ fidei judicio præſtantur, niſi, ut ſupra diximus, ex pacto, vel ex culpa, ſive vitio. Interdum tamen negotiorum geſtor de ſolo dolo tenetur, ut ſi acceſſit ad deſerta negotia, ut *ſupra*, *de neg. geſt. l.* 3. §. Interdum.

Paulus Libro V. ad Sabinum.

XXIV. *Quatenus cujus interſit, in facto, non in jure conſiſtit.*

[Agentis ex certo contractu quod intereſt in facto, non in jure conſiſtit.] Cum intereſſe alicui præſtatur, ut emptori, cui res vendita non ſit tradita: judex æſtimare debet damnum vel lucrum, jure per ſe nihil æſtimante vel diſponente: non enim jus diſponit quatenus interſit. Illud plane diſponit, ut æſtimatio ejus quod intereſt ſingulariter, duplum ejus quod intereſt communiter non excedat, niſi caſus aliud inducat, [ut in animali contagioſo.]

Pomponius Libro XI. ad Sabinum.

XXV. *Plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam.*

Uberior cautio eſt habere rem obligatam, & perſonam principaliter, quam perſonam duntaxat. Huic æquipollet. Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere.

Prætoriæ ſtipulationes perſonam deſiderant, ut *ſupra*, *de ſtipul. prætor. l.* Prætoriæ. 7.

Ulpianus Libro XXX. ad Sabinum.

XXVI. *Qui poteſt invitis alienare, multo magis & ignorantibus, & abſentibus poteſt.*

Qui poteſt aliquibus invitis, ut creditoribus, pupillis, adultis, alienare, multo magis & ignorantibus, & abſentibus poteſt. Ipſorum tamen juri non præjudicatur: quippe cum ſuo onere res transfertur.

Duo tamen judices ex tribus, licet invito tertio, eodemque præſente, poſſunt judicare, non tamen eo abſente, ut *ſupra*, *de re jud. l.* Duo. 39.

Pomponius Libro XVI. ad Sabinum.

XXVII. *Nec ex prætorio, nec ex ſolemni jure, privatorum conventione quicquam immutandum eſt, quamvis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari, & ipſo jure, & per pacti conventi exceptionem. Quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur: niſi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.*

Actionum quædam de jure ſolemni, ideſt civili, quædam de jure prætorio manant. De jure ci-

civili, ut furti nec manifeſti: de jure prætorio, ut furti manifeſti, vi bonorum raptorum, injuriarum. Si ergo paciſcar, ne furti nec manifeſti agam, ſi feceris: de ſolemni jure aliquid immutare cogitavi, ſed non potui. Quemadmodum ſi paciſcar, ne furti manifeſti, ne vi bonorum raptorum, neve injuriarum agam: de prætorio jure nihil immutavi. Forma enim juris publici, quæ exigit maleficia coerceri, nullumque ad delinquendum iovitari, pactis privatorum convelli non debet. Plane ſi pactus ſum poſt admiſſa hæc, ne furti manifeſti jam facti, ne vi bonorum raptorum, neve injuriarum factarum agam; cauſæ obligationum poſſunt immutari & tolli, aut ipſo jure, ut injuriarum, & furti actiones, [ut *ſupra, de pactis. l.* Si tibi. 10. §. Quædam. & *l.* Si unus. §. Pacta.] Aut exceptione, ut legis Aquilliæ, ut vi bonorum raptorum & aliæ ſimiles. Actionum ergo competiturarum modus a legibus, vel a Prætore introductus privatorum pactionibus oon infirmatur, quia circa eas verſatur Prætoris imperium. Actionibus autem competentibus privata pactione reſiſtitur, quia cuique licet ſuo juri, hoc eſt jam ſibi competenti renunciare, pactione facta ſive ante exordium cauſæ, ſive in ingreſſu judicii.

Ulpianus Libro XXXVI. ad Sabinum.

XXVIII. *Divus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandos.*

Deducto etiam ære alieno; nec evictio præſtanda eſt ſolo pacto.

Ut ſocius, donaior, maritus, qui equidem & ſi paciſcatur nt in ſolidum conveniatut, ſibi non præjudicat, ut *ſupra, ſolut. matrim. l.* Alia. In ſolidum tamen maritus tenetut, ſi dolo deſiit poſſe facere. Sed & cavere debet, quod ſi pervenerit ad meliorem fortunam, ſolidum dabit, ut C. *de rei ux. act. l.* Rem in præſenti.

Paulus Libro VIII. ad Sabinum.

XXIX. *Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.*

Si enim dominus heres inſtituitur, legatum pure relictum ejuſdem domini ſervo convaleſcere non poteſt; licet diutius vivente teſtatore exierit de heredis poteſtate, [ut *Inſtit. de legat.* §. An ſervo.] Hoc itaque ad teſtamentum, vel aliam ultimam voluntatem pertinet, non ad contractum, qui certe poteſt temporis continuatione firmari.

Sed excipitur, quia ſtipulatio pura ſi ab initio non valet, cum ex præſenti vires accipere debeat, nulla eſt, ut *ſupra, de verb. oblig. l.* Inter ſtipulantem. §. Sacram. Actio ſi ab initio non eſt nata, poſtea non naſcitur, ut *ſupra, de fur. l.* Servi. Sed & licet teſtamentum & inſtitutio ex poſt facto vires non capiant; legatum tamen ab initio ratione perſonæ inutiliter relictum ut a filiofamilias, vel ſervo, poſtea fit validum, ſi facti ſui juris poſtea perſeveraverint in illa voluntate, ut *ſupra, de legat. lib. III. l.* 1. §. Sed ſi filiusfamilias. Item legatum ab initio inutile ratione rei fit validum, puta, cum res primum ſua deſinit eſſe ſua, ut *ſupra, de reg. Caton. l.* 1. §. Item.

Ulpianus Libro XXXVI. ad Sabinum.

XXX. *Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.*

Affectione, ſequente tamen ductione fit matrimonium. Ducta vero & abſenti ſecundum voluntatem ejus vera fit uxor, & debet lugere ipſum in Tiberim devolutum, & mortuum, dum forte a cœna rediret, antequam ſe illi immiſceret, [ut *D. de ritu nupt. l.* Denique.]

Aliquando tamen in matrimoniis, ut inter impares honeſtate perſonas, & ſi quis cum concubina ſua connubium contrahere voluerit, oeceſſario ſcriptura exigitur.

Idem Libro XLII. ad Sabinum.

XXXI. *Verum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere. Quod enim impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere poſſit.*

Quod facti eſt, ſicut nulla juris conſtitutione mutari poteſt, ita nec pacto, nec ſtipulatione tolli poteſt. Unde ſi pacto, vel ſtipulatione promiſiſti ſine dolo Stichum non eſſe mortuum, qui deceſſerat, vel non eſſe moriturum, qui vivebat: factum mortis, quæ jam contigit, vel quæ contingere debet, pacto, vel ſtipulatione tolli non poteſt. Quod enim impoſſibile eſt, pacto comprehendi non poteſt, ut utilem actionem, vel utile factum poſſit efficere. Nam eorum pactorum prætextu non poteſt actio intendi, nec ſervus deſinet mori. Quod factum, id eſt, deſinere mori, hoc eſt, perpetuo vivere, eſſet ſatis utile.

Idem Libro XLIII. ad Sabinum.

XXXII. *Quod attinet ad [illegible]s civile, ſervi pro nullis habentur, non tamen & jure naturali: quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.*

Servi pro nullis habentur, quia non civilia munera gerunt, nec alios ſibi obligant, nec ſe aliis. Jure vero naturali, quo omnes homines æquales ſunt, & obligantut, & obligant, unde alios dominis, aliis dominos jure prætorio obligant, [ut *ſupra, de pec. l.* Nec ſervus.]

In maximis tamen crimioibus teſtificantur, in momentariis judiciis experiuntur, in criminalibus cauſis & experiuntur, & conveniuntur. Sane nec jure prætorio domioos obligant, ſi pro extraneis intercedant, vel novandi animo promittaot.

Google

Tunc enim pro nullis habentur ſervi, ut *inſtit. quib. mod. toll. oblig.* ſed nec in jure interrogare, interrogarive poſſunt, ut *ſupra, de interrogation. in jur. l.* Si ſine. §. 2.

Pomponius Libro XXII. ad Sabinum.

XXXIII. *In eo, quod vel is, qui petit; vel is, a quo petitur, lucrifacturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.*

Si is, a quo petitur; & is, qui petit, de lucro contendunt, veluti de donatione ejuſdem rei collata in utrumque, vel de re legata utrique; durior eſt cauſa petitoris: nam inter omnes quibus ex ſimili cauſa debetur, occupantis melior eſt conditio, [ut *ſupra, de re judic. l.* Inter eos. vel creditor in poſſeſſione ſit, & donatarius ab eo petat.]

Ulpianus Libro XLV. ad Sabinum.

XXXIV. *Semper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt. Aut ſi non appareat quid actum eſt, erit conſequens, ut id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.*

Quia id, quod agitur, pro cauto habendum eſt, veluti, ut vinum vetus reddatur pro veteri, non novum, [ut *ſupra, ſi cert. pet. l.* Cum Quid.] Si non apparet, quod actum eſt, ſequimur quod in regione, in qua negotium factum eſt, frequentatur. Si ergo in provincia aliqua aſſidua duplæ ſtipulatio eſt ex empto, agi poteſt ut dupla promittatur. Ea enim, quæ moris & conſuetudinis ſunt, in bonæ fidei judiciis debent venire, [ut *ſupra, de redhibit. l.* Qui ſi nolit. §. Quia aſſidua.] Si ergo regionis mos non appareat certus, quia fuit varius, ad minimam ſummam redigenda res eſt, veluti ut vel ſimpla promittatur.

Sequimur quod actum eſt, dummodo de jure agatur, hoc eſt, ne ultra modum lege ſtatutum pro diverſitate perſonarum uſuræ exigantur, ut *ſupra, de uſur. l.* 1. *in princ. C. de uſuris l.* Eos. Sane in relictis aliquibus plus valet quod ſcriptum eſt, *ſupra, de uſufr. leg. l.* Si alii.

Idem Libro XLVIII. ad Sabinum.

XXXV. *Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidque diſſolvere, quo colligatum eſt. Ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſolvitur.*

Quod verbis contrahitur, veluti ſtipulatio, contrariis verbis tollitur: ut per acceptilationem. Sed & quod aliis modis contrahitur, poteſt in Aquilianam ſtipulationem deduci, & per acceptilationem ipſo jure diſſolvi. Si autem quod aliis modis contrahitur, ſine ſtipulatione Aquiliana accepto feratur, valere poteſt jure magis pactionis, & exceptionis, ſi id actum eſt, quam acceptilationis, [ut *ſupra, de pact. l.* Si unus. §. Sed ſi ſtipulatus. & *tit. de reſcind. vendit. l.* Cum emptor.] Quod autem conſenſu contractum eſt, re integra, contrario conſenſu diſſolvitur. Et hoc ipſo jure. Sed & re tradita tibi, ſi convenerit mihi tecum, ut re mihi reddita pretium non dares, deſinis pretium forte jure exceptionis debere.

Inutilis acceptilatio valet ad exceptionem, ſed non inter prudentes juris; tunc enim nihil ageretur, nec quoad pacti exceptionem; ſed inter imprudentes, ut *ſupra, de accept. l.* An inutilis.

Pomponius Libro XXVII. ad Sabinum.

XXXVI. *Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.*

Veluti adire hereditatem, quaſi ad ſe pertinentem, vel invadere rem quaſi ſuam, quæ ſit aliena: cum omnes debeant ſcire, quod ſuum non eſt, ad alios modis omnibus pertinere, [ut C. *unde vi. l. ult.*]

Interdum laudabile eſt & rem alienam deperditam, nec pro derelicta habitam, de terra, marive accipere, & reponere, animo reſtituendi, non lucri faciendi, ut *ſupra, de furtis. l.* Falſus. §. Sed ſi neque. Et ab eo, qui tibi metum incuſſit, te liberare, ut, *ſupra quod met. cauſ. l.* Metum. §. Animadvertendum. Sed & negocia aliena bene gerere.

Ulpianus Libro LI. ad Sabinum.

XXXVII. *Nemo, qui condemnare poteſt, abſolvere non poteſt.*

Is ſolus habet poteſtatem abſolvendi, qui ſi res urgeat, habet poteſtatem condemnandi. Executor igitur qui condemnare non poteſt, nec abſolvere poteſt, ſed dictam ſententiam exequi.

Pomponius Libro XXIX. ad Sabinum.

XXXVIII. *Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, ſiquid ex ea re ad eum perveniſſet.*

Actionibus, quæ ſunt ex maleficiis, hæres non tenetur, niſi lite conteſtata contra defunctum. Si quid tamen ad eum pervenit, tenetur ad id reſtituendum: turpia enim lucra ab heredibus ſunt extorquenda, [ut, *ſupra de calumni. l.* In heredem.]

Idem Libro XXXII. ad Sabinum.

XXXIX. *In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quominus fiat.*

Ut

Digitized by Google

Ut contingit in eo, qui propter metum judicis non appellavit. Jure enim appellationis nihilominus res ejus agitabitur, conteſtatione litis propoſita intra dies legitimos, quibus appellare licet, [ut *C. de his, qui per metum judicis non appellaverit. l.* His.]

Et corruptor æſtimatur, factumque cenſetur furtum, ubi per ſervum bonum remanſit, cui malitia perſuadebatur, ut *C. de fur. l.* Si quis. Verum non ſemper hoc æſtimatur. Quid enim ſi quis de nocte furem videns occurrere, expavit? illum ſua viſione manifeſtum non fecit? Sed & ſi quis prohibitus eſt ſtatuere jus iniquum, licet id ſiat per alium, ideſt, ut non ſit ſtatutum, non incidit in edictum. Sed & ſi libertus temere patronum vocaverit, ſteteritque per patronum, ut non venerit, libertus pœnam non commiſit, ut *ſupra, de in jus voc. l.* Quamvis.

IDEM Libro XXXIV. ad Sabinum.

XL. *Furioſi, vel ejus, cujus bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.*

Ejus, cujus bonis interdictum eſt, nulla voluntas eſt. Proinde alienare non poteſt, vel alienanti conſentire.

ULPIANUS Libro XXVI. ad Edictum.

XLI. *Non debet actori licere, quod reo non permittitur.*

Inde eſt quod reo dilatio amplius quam ſemel facile non tribuatur, & actori facilius denegetur, [ut *ſupra, de dilat. l. ult. C. de dilat. l.* 1.]

Si tamen in dubio ſit, quis ſervus judicio petitus ſit, actori, non reo creditur. Reus enim ſemper negaret, ut *ſupra, de verbor. obligation. l.* Inter. §. 1. Sed & ubi quis promiſit Epheſi, vel Capuæ, poſt moram arbitraria actio actori dat electionem, ne ſi detur reo, nulla fiat actoris actio, ut *ſupra, de eo, quod cert. loc. l.* Arbitraria.

§. I. *In re obſcura melius favere repetitioni, quam adventitio lucro.*

Si enim ſpe futuræ numerationis, facto chirographo, quis ſe obligavit, & putans ſe omniſariam teneri, ſolvit: ipſe intra biennium repetens potius auditur, quam adverſarius adventitium & indebitum naturaliter lucrum retinere cupiens. Sicut & creditores audiendi ſunt adverſus legatarios venientes, qui legata perceperunt ab herede, qui fecerat inventarium, & cui nihil fuerat reſiduum. Cum ſatis abſurdum eſt, creditoribus jus ſuum quidem perſequentibus legitimum auxilium denegari: legatariis vero qui pro lucro certant, ſuas partes leges accommodare.

Hæc tamen ita ſi pro repetitione vel modicum faciat. Nam ſi nihil pro repetitione facit, tutius eſt relinqui penes poſſeſſorem, quam repeti. Quia actore non probante reus obtinet. Et res etiam poſſidens alienas mala fide non niſi actori implenti ſuam intentionem reſtituere cogitur. Sed ſi quis poſt cautionem metu extortam ſponte ſolverit, repetere volens, non auditur, *C. qui met. cauſ. l.* 2.

CAJUS Libro IX. ad Edictum provinciale.

XLII. *Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur. Fidejuſſores quoque non minus, quam heredes, juſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ita de herede dicta ſunt, ſi cum eo agetur; non etiam ſi agat. Nam plane qui agit, certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate ejus, quando velit, experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.*

Succeſſores juſte poſſunt ignorare an id, quod exigitur, debeatur: fidejuſſores ſimiliter. Non ergo tanquam in mora fuerint, ſtatim exiguntur uſuræ, vel aliæ acceſſiones. [Succeſſoris tamen ignorantia defuncti vitia non excludit rei coherentia, ut ſic heres uſucapere non poſſit quod defunctus non potuerit, ut *ſupra, de diverſ. præſcript. tempor. l.* Cum heres. Sed & is, cui ſervitus legata eſt, vel eo etiam mortuo heres ejus uſus non eſt ſervitute, tempore ſtatuto amittit eam, ut *ſupra, quemadm. ſerv. amit.* & *de tributoria.* Et quod ad præſcriptiones XXX. annorum etiam heredis ignorantia ut non inducantur, nihil opitulatur, ut *C. de præſcript.* 30. *annor. l.* Sicut. *in fin.* Sed & pro emphiteuſi, canon debitus ſi non ſit etiam ab herede ignaro præſtitus, jus emphiteuticum amittitur.] Qui autem agit, certus eſſe debet, & ante diligenter explorare, & poſt ad agendum procedere: alioquin quaſi calumniator habetur, & ſportulas reo reſtituere cogitur.

Interdum tamen poſt judicium ceptum poterit variare, ut ſi cepit vendicare, poſtea ante ſententiam tamen poſſeſſorium judicium poterit inſtituere. Idem dictum eſto de noxalibus actionibus, & de actionibus furti, & commodati, ut *ſupra, unde vi. l.* Cum fundum. Et *de noxal. leg. §. ult.* & *C. de furtis. l. ult.* & *inſtit. de furtis. §.* 16.

ULPIANUS Libro XXVIII. ad Edictum.

XLIII. *Nemo ex his qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impedit.*

Ubi te debere negaveris, etiam poſt alia defenſione, veluti exceptione pacti, vel ſimili uti non prohiberis, niſi cum lex impedimento eſt. Si enim negaſti te habere in poteſtate ſervum, cujus nomine noxaliter conveniebaris, & victus fueris:

alia defenſione uti non poteris. Sic cum ipſe negas damnum dediſſe, poſt victus aliam defenſionem non habes. Similis eſt is, qui conventus in rem actione, negat ſe poſſidere; nam convictus poſſidere transferet & poſſeſſionem in adverſarium; neque quominus transferat, utetur aliqua exceptione. Novo quoque jure debitor inficians numerationem, convictus non poteſt prætendere ſolutionem, imo denuo ſolidum exigitur.

Idem eſt, cum agitur hypothecaria: ſi negaverit poſſeſſor rem ejus eſſe, cujus actor aſſeverat: quo ab actore probato, ſtatim reus reſtituit, antequam jus ſuum proponat, ut *in Authent. de triente & ſemiſſ.* §. Studium. & *ſupra de rei vend. l.* Is, qui ſe obtulerit. & *tit. de noxal. act. l.* Electio neque heredi.

§. I. *Quotiens concurrunt plures actiones ejuſdem rei nomine, una quis experiri debet.*

Ut eſt hereditatis petitio, & quorum bonorum interdictum. Nam utendum eſt una, ne plures condemnationes fiant unius rei nomine: [ex uno unius fine judicati agimus, quamvis plures poſſunt proteſtari.] Plura quoque delicta in una re, ut rapina, plures admittunt actiones, ut furti, & vi bonorum raptorum. Idem de arboribus furtim cæſis agi poteſt: una tamen, & non omnibus utendum eſt: niſi forte poſt eam intentatam, quæ minus continet, intendat eam, quæ plus continet, quod plus eſt; [ut cum agitur condictione furtiva, & pro ſocio, ut *ſupra, pro ſocio. l.* Sed ſi ex cauſa. & *ſupra vi bon. rapt. l.* 1. & *tit. arb. furt. cæſar. l.* 1.]

Interdum tamen electa una tollitur altera, ut quod metus cauſa actio per actionem in rem. Sed & alias invenitur. Ut ſi quis ſolverit, conventus puta actione in factum, de publicanis; ab actione *vi bon. rapt. & furti*; & omni onere exuatur, ut *ſupra, de publicanis. l.* 1. Atqui ſi ex pluribus factis plures oriantur actiones, etiam ſi per unam fuit exactum, per alteram quoque exigetur: puta quis ſervum ſubripuit, ſubreptum verberavit, verberatum occidit, & actione furti, & legis Aquiliæ efficaciter convenietur, ut *ſupra, de privat. delict. l.* Nunquam.

Idem Libro XXIX. ad Edictum.

XLIV. *Totiens in heredem damur de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex ſuo.*

[Ut in actione rerum amotarum. Et interdicto unde vi, ut *C. rer. amot. l. ult.* & *ſupra, de vi, & vi arm. l.* 1. §. *ult.* & *l.* 2. & 3. Turpia enim lucra ab heredibus ſunt extorquenda. Quotiens ex dolo defuncti convenitur, condicione, vel alia actione: nam ex ſuo dolo, ut ſi rem alienam tractat ſciens, convenitur in ſolidum, ut *ſupra, depoſiti. l.* 1. & *tit. de precario. l.* Quæſitum. §. *ult.*] Tamen poſt conteſtationem, etiam ubi ex delicto agitur, non ex contractu: tunc agitur in ſolidum: [ſive pervenerit, ſive non, ut *infr. l.* Ad ea. imo & furtiva condictione agitur in ſolidum contra heredem, & ſi nihil ad eum pervenerit, ut *ſupra, de cond. fur. l.* In condicione. Sed ex contractu aliquando actio contra heredem non datur, ut *inſtit. de perpet. act.* §. Aliquando.]

Idem Libro XXX. ad Edictum.

XLV. *Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque, emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.*

Poteſt tamen debitor rem ſuam a creditore rogare precario, quaſi poſſeſſionis magis ſit precarium, quam proprietatis, [ut *ſupra, de pignerat. l.* Si pignus mihi. Et *tit. de acquir. poſſeſſ. l.* Si aliquam. Et *tit. de precar. l.* Certe. §. *ult.*] Emptio quoque & locatio ſuæ rei reſpectu poſſeſſionis, vel ſub conditione fieri poteſt [pure, minime, ſicut & nemo poteſt condicere rem ſuam, vel etiam ſtipulari ſibi dari præter quam a fure.]

Prædicta tamen omnia ita verum eſt non conſiſtere, ſi ea accipiantur ab errantibus dominis, tunc enim ex his actionem oriri contra accipientem. Verum ſi res ſit in dubio, poſſeſſionem debet prius reſtituere conductor, & poſtea de proprietate litigare, ut *C. locati. l.* Si quis. Sed & nullo modo precarium rei ſuæ, conductiove, nec reſpectu proprietatis, nec poſſeſſionis valere poteſt, ubi vel is, qui accipit, errat. Sane ſi quis ſciens rem ſuam ab alio, ut a creditore debitor, precario rogaverit, precarium licet non proprietatis gratia, poſſeſſionis tamen valebit intuitu, ut *ſupra, de precario. l.* Certe. Quid ergo ſi dominus ex certa ſcientia rem ſuam a non domino, qui cauſam a ſe non habet, conduxerit? Profecto ex conductione iſta, quæ excedit aliarum conductionum naturam, dominus eſſe deſinit; & dominium in eum, a quo rem conduxi, ſive cujus nomine tenere incipio, transfertur, ut *ſupra, de rei vend. l.* Quædam. Quo equidem caſu conductio talis illico ubi facta fuerit, deſinit eſſe conductio rei propriæ, & fit, ſive facta eſt conductio rei alienæ.

§. I. *Privatorum conventio juri publico non derogat.*

Veluti ſi quis emat ea lege, ne tributa agnoſcat.

Si convenerit ut creditor pignus non vendat, vel ut pignus die ſtatuta, debito non ſoluto, creditoris efficiantur, ut *ſupra, de pactis. l.* Inter debitorem. Hodie tamen poſſet, ſi venditor ſuſcipiat onus, emptore non exiſtente ſolvendo, ut *in authent. de mand. princ. cap.* 8. §. Non permittas.

Cajus Libro X. ad Edictum provinciale.

XLVI. *Quod a quoquo pœnæ nomine exactum eſt, eidem reſtituere nemo cogitur.*

Si enim rem meam dolo poſſidere deſiiſti, in æſtimationem condemnaris, quam reſtituere non compellor, licet poſtea rem recepero. Similiter

ſi me-

ſi meus debitor, qui contra me habet exceptionem, impetravit jus iniquum, ne debitor ejus uteretur exceptione, adverſus me exceptionem non prætendet, & quod eo nomine ſolvitur, non repetet, [ut *ſupra*, *de ſolut. l.* Stichum. §. Doſo. & *tit. quod quiſque juris.*]

Sed nec creditor, ſi quid a debitore, eodemque fure furti actione percepit, licet aliàs vel debito imputare, vel reſtituere debeat; hoc tamen lucrifaciet, ut *ſupra*, *de pign. act. l.* Si pignore. Hæc locum habent, ubi pœna ex maleficio venit; ſane ſi ex contractu agatur, pœna exacta, rei ceſſabit repetitio, & e contra, ut *ſupra*, *pro ſocio. l.* Quod ſi ex ſtipulatu. & *ſupra*, *de act. empt. l.* Prædia.

Ulpianus Libro XXX. ad Edictum.

XLVII. *Conſilii non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cæterum ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit.*

De conſilio, quod tibi do, etſi tibi non expediat, non teneor, quia liberum eſt cuique explorare an expediat conſilium. Dolo interveniente, de dolo convenior: ſed & ſi ſervo tuo perſuaſi ut fugeret, ut alius eum ſubriperet, furti tenor, quaſi ope & conſilio meo furtum factum ſit, ut *ſupra*, *de furt. l.* Qui ſervo.

Sed & citra dolum reus forte fio, affectans dare conſilium, quod nedum alii dare, ſed nec etiam mihi ſumere noverim; præſertim ubi ille, cui dederim, alias facturus non fuerat, nec forte res, locus, tempus plenius patiebatur deliberandi conſilium, ut *ſupra*, *de exercitoria. l.* 1. tunc enim conſilium forte mandati nomen aſſumit. Porro nec ubi quis malitia facturus eſt, illius laudando augeri malitiam oportet, quia vulgo dicitur, lauda follem, & facies eum currere, ut *de ſerv. corrupt. l.* 1.

§. I. *Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.*

Ideſt, non ex eo ſolo quod ſis ſocius ſocii mei, ſocius meus es. Cum enim ſocietas conſenſu contrahatur: ſocius meus eſſe non poteſt, quem ego ſocium habere nolui, [ut *ſupra*, *pro ſocio. l.* Qui admittitur.]

Paulus Libro XXXV. ad Edictum.

XLVIII. *Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeverantia apparuit judicium animi fuiſſe: ideòque brevi reverſa uxor, nec divertiſſe videtur.*

Quod ex iracundia, levitatevè procedit, & ſic inconſulto, ratum habendum non eſt. Cum etſi imperatori ex levitate maledicatur, contemnitur, ſervis iratum dominum permanſurum, non coercetur. Item ſi inconſulte divortium mittitur, deinde brevi reverti uxor, nec divertiſſe videtur, & ideo nil tale ratum habetur, niſi ex perſeverantia judicium animi fuiſſe detegatur.

Iraſci enim proprietas naturalis eſt animæ, & naturale quidem eſt, in qua iracundia ſi fuerit perſeveratum, crimen admittitur, unde ſcriptum eſt: *iraſcimini & nolite peccare: & ſol, non occidat* &c. ad Epheſ. & Horat.

Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret Imperat.

Ulpianus Libro XXXV. ad Edictum.

XLIX. *Alterius circumventio alii non præbet actionem.*

Cum enim procuratori tuo, vel tutori, curatorive circumventus promiſi, aut condemnatus fui: aut nullam habes actionem, aut excluderis per exceptionem.

Imo circumventus experitur, circumveniens convenitur. Regula ergo iſta ſic exaudiatur: alterius circumventio, ideſt, ſi quis, puta Titius, circumvenit alium, ut Sejum, alteri, ideſt tertio, ut Pamphilo, non datur actio. Sed & ſi quæ ei competebat, ejus non mutilatur petitio. Ecce enim pacto debitorum contra alterum in ſolidum creditori non paratur actio, neque ejus contra ſingulos mutilatur actio. Alterius tamen circumventio, aut doloſa perſuaſio, ut quis alteri injuriam, furtumve faciat, furtum paſſo, injuriamque actionem parat, licet non pariat, ut *ſupra*, *de injuriis.*

Paulus Libro XXXIX. ad Edictum.

L. *Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.*

Culpa caret dominus, qui ſcit delinquere ſervum, ſed prohibere nequit; vel quia longe manet, vel quia ſervus eum contemnat, ideo dominus ex ſcientia hac, quaſi longe differat a patientia, non tenetur in ſolidum, ſed noxaliter.

Niſi culpæ reus poſſit argui, forte quia antequam delinqueret, percepit, vel percipere potuit & debuit ſervum delinquere velle; tunc domino imputabitur, & in ſolidum urgebitor; maxime ſi actio ex contractu deſcendat, ut *ſupra*, *locati. l.* Videamus. & *l. antepenult.* Sed & publicanus non valens exhibere ſervum, tenetur in ſolidum cum debuit eligere idoneum ad illud miniſterium, ut *ſupra*, *de publican. l.* 3.

Cajus Libro XV. ad Edictum provinciale.

LI. *Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere.*

Aliud enim eſt capere, aliud accipere. Capere enim cum affectu accipitur; accipere, & ſi non ſic accepit, ut habeat. Et ideo non videtur quis capere quod erit reſtituturus. Sic nec perveniſſe videtur, quod non eſt permanſurum. Quanquam enim quis victus de hereditate, non præſtabit quod ex fideicommiſſo alii reſtituit, quaſi

nec

nec ceperit, quod apud eum non remanſit, [ut *ſupra, de verb. ſign. l.* Aliud eſt capere. & *tit. de pet. her. l.* Nec ullam. §. Is autem. & §. Idem. & *l.* Quod ſi in diem. §. Idem Julianus ſcribit. & *l.* Utrum. & *tit. de heredit. vel act. vend. l.* Venditor. §. 3. *verſ.* Illud tenendum.]

Sed nec id nactus quis videtur, quod retinere non poteſt, ut *ſupra, de acquir. poſſeſſ.* nec animus quod poteſt recuperare, ut *ſupra, quod met.* Sed & ſi quis ſic ſolverit, ut recuperet, non videtur ſolviſſe, ut *ſupra, de ſolut. l.* Qui ſic ſolvit. Excipitur filius, qui utique æſtimatur capere, licet pater debeat quæſitorum a filio, ut fruatur, poſſeſſionem habere. Item ſi quis pecuniam donet, ut eadem ſibi credatur, licet inſpecto rigore neutrum videatur; benignius tamen eſt utrumque valere, ut *ſupra, ſi cert. pet.*

Ulpianus Libro XLIV. ad Edictum.

LII. *Non defendere videtur, non tantum qui latitat; ſed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.*

Qui latitat, hoc eſt, qui ſe turpiter occultat, & qui præſens ſe non vult defendere adverſus perſecutionem extraordinariam, ut fideicommiſſi ab inteſtato relicti, aut non vult ſuſcipere actiones ordinarias, ut condictionem certi, videtur nec defendi, & ideo bona ejus, ut contumacis & poſſideri poterunt, & venundari, [ut *ſupra, ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur. l.* 2. & *ſupra, de procur. l.* Sed & hæ.]

Quia videtur non *defenſus*: ſi illud infinitum verbum ſic intelligatur, & pro una diſtinctione habeatur. Si vero ex cauſa publica quis abfuerit, ejus bona poſſideri poterunt, ſed venditio differtur, ut *C. de reſtit. milit. l.* Ignorare. Immo defendere procurator videtur, licet contra proprietatem verbi, quod patitur adverſarium in poſſeſſionem venire, ut *ſupra, de procurat. l.* Sed & hæ. §. Defendere. *in fin.*

Paulus Libro XLII. ad Edictum.

LIII. *Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſulto dati donatio eſt.*

Qui tutus exceptione pacti, vel doli, vel Sen. Conſ. Vellejani, ſed ignarus ſolvit, poteſt repetere. Nam Macedoniani exceptione tutus poſt ſolutionem non repetit, eo quod odio creditoris ſit comparata. Verum ſi conſcius prædictarum exceptionum ſolvit, quia donaſſe videtur, non repoſcit, [ut *ſupra, de cond. ind. l.* Qui exceptionem. & *l.* 1. & *l.* Quod quis. & *C. de cond. ind. l.* Cum qui debitum. & *ſupra, de inoff. teſtam. l.* Eum, qui.]

Si tamen filiusfamilias cum ſtipulanti promiſiſſet, & poſtea, vel per errorem juris, ideſt putans ſe teneri, vel etiam conſcius ſolverit, repetit. Idem inter conjuges ſibi donantes, poſteaque donatum tradentes. Sed & ſi minor etiam cum tutore prædium ſe traditurum promiſerit, ipſumque etiam conſcius, vendicat & repetit, ſi poſſeſſionem tradidit.

Ulpianus Libro XLVI. ad Edictum.

LIV. *Nemo plus juris ad alium transferre poteſt, quam ipſe haberet.*

Qui enim dominus eſt, dominium transfert ad ſucceſſorem rei, vel juris; & qui bonæ fidei poſſeſſor eſt, poſſeſſionis continuationem; & ſi quid onus rei immineat apud auctorem, reſidebit apud ſucceſſorem. Plane, ut ſæpius diximus, procurator domini voluntate rem vendere poteſt; creditor ex pacto, vel ex lege, executor publicus, fiſcus, imperator diverſis rationibus dominium transferunt, licet domini non ſint, [ut *ſupra, de acquir. rer. domin. l.* Qua ratione. *l.* Traditio. & *C. de jure dominii. l.* 2. & *inſtit. quibus alien. licet, vel non.* & *tit. de uſucap.*]

Item in re ſua quis alii ſervitutem dare poteſt, licet eam non habeat, ut *ſupra, de uſufr. l.* Quod noſtrum. & bonæ fidei poſſeſſor alii conditionem uſucapiendi præſtare; licet ipſe forte, quia titulo caret, non poſſit uſucapere. Item patronus nocens, qui etiam in jus temere vocari poteſt, ad filium innocentem hunc transmittit honorem, ut *ſupra, de in jus voc. l.* Adoptivum. §. Sed ſi. Sed & poſterior creditor, quod ipſe nihil de vendendo pepigerat, ſuccedens in locum prioris, qui vendere poterat, ipſe quoque vendere poterit: ſæpe enim quis per alium habet, quod per ſe ipſe habere non poteſt, ut *ſupra, quæ res pig. l.* Aliſto.

Cajus Libro II. de Teſtamentis ad Edictum Urbicum.

LV. *Nullus videtur dolo facere, qui jure ſuo utitur.*

Ut ſi pater, dominus filium, aut ſervum corripiat; ſenior juniorem propinquum: dum tamen medicina non excedat modum. Sed & ſi re communi quis utatur, dolo facere non videtur: quod credendum eſt, plerunque eum, qui partis dominus eſt, jure potius ſuo uti, quam furti conſilium inire. Si tamen per fallaciam evidentem amovit, furti tenetur [ut *C. de emend. propinquor.* & *ſupra, pro ſocio. l.* Rei communis. *l.* Merito.]

Creditor tamen qui in fraudem creditorum alienat, licet dominium transferat: pater quoque, qui inofficioſe donat; mulier quoque infra annum nubens, ultraque tertiam viro in dotem præbens, dolo ii non carent, licet jure ſuo utantur; ideſt, quod ſuum eſt alii præbeant. Dolo quoque facit hæres, qui vetat ſtatuliberum de peculio ſuo dare implendæ conditionis cauſa, licet jure ſuo utatur: ideſt de jure vetare poteſt; ſed tamen tanquam non jure faciat, libertate obtingente cum per ſtatuliberum non ſtet, ab eo, cui pecunia danda fuerat, hæres poterit conveniri, ut *ſupra, de cond. ob cauſ. dati. l.* Dedi. §. *ultim.*

Idem

Digitized by Google

Idem Libro III. de Legatis ad Edictum Urbicum.

LVI. *Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.*

Quare de uxore, quæ aliquid quæſivit, præſumitur ex benignitate (ſi aperte non demonſtraverit aliunde quæſiiſſe) a viro ad eam perveniſſe. Similiter benignius eſt æſtimare communem eſſe filium, ſi apertiſſime non probetur eſſe alienum. Hoc quoque benignius eſt æſtimare puerum patientem controverſiam ſtatus & hæreditatis, uti rebus hæreditariis, forte alienis, quam fame perire, [ut *ſupra, de donat. inter vir. & uxor.* & *C. de donat. inter vir. & uxor.* & etiam *ſupra, de his, qui ſui, vel alieni juris. l.* Filium. & *C. de Carb. edict.*]

Sed & ſi pater res filiæ habens, ipſam dotare promiſerit, ſive ſimpliciter, ſive ex rebus ſuis & filiæ, ſi tamen idoneus eſt, de ſuo tantum cogitur dotare, ut *C. de dotis prom. l. ult.* Aliquando tamen, quod benignius eſt, non præſumitur. Ecce enim ſi quis plures Stichos habens dixerit in teſtamento, Stichus liber eſto, nec appareat de quo ſenſerit: dicetur neutrum fore liberum, cum ex benignitate debeat dici vel alterum eſſe liberum, vel utrumque, ut *C. de fideicomm. penult. l.* Sed & ſi mulier habens filium obligatum cujuſdam hominis, quem ipſa fuerat in virum acceptura, futuro viro dixerit, quod mihi tu debes, filiusve tuus, ſit tibi in dotem; eſſe dotem id quod minus eſt; id eſt, quod actione de peculio peti poterat, tantum in dotem eſſe intelligetur, ut *ſupra, de jure dot. l.* Si pater filiæ, §. 1.

Idem Libro XVIII. ad Edictum provinciale.

LVII. *Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.*

Quapropter ſi legatarius, celato teſtamento, ab herede, vel ab alio conſecutus eſt æſtimationem per interdictum, *de tab. exhib.* quam conſequi debuit, ſi conditio extiterit, etiam pendente conditione: deficiente quoque conditione, non reſtituit, quia pœna contumaciæ præſtatur ab eo, qui non exhibet, & pœnæ non ſolent repeti, cum dependiæ ſunt. Si poſtea legatum petat, non eſt audiendus. Sio autem de æſtimatione alium convenit, alium de legato, non eſt repellendus. Quod ergo dicitur non eſſe idem bis exigendum, ſubaudiendum eſt, ab eodem; & hoc ita, niſi voluntas defuncti probetur alia.

Interdum tamen ab eodem bis idem recte exigitur. Ecce enim ſi quis poſt ſolutionem a debitore ſuo in ſe collatam denuo ipſum debitorem per judicem convenerit, & ipſum in probatione ſolutionis deficientem ſibi condemnari obtinuerit, bis eundem debitorem, & idem debitum exiget. Item ſi quis conventus, & numerationem inficiatus, poſtea ſolutionem prætenderit, etiam ſi ſolverit, denuo ſolvere compelletur, ut *C. authent. de non num. pec.*

Ulpianus Libro II. Diſputationum.

LVIII. *Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.*

Si tamen filius fuerit de maleficio condemnatus, pater judicati actione magis convenitur, quam de peculio, ut *ſupra, de nox. l.* Et ſi. ſpectanda magis judicati actione, quæ eſt ex quaſi contractu, quam obligationis origine.

Idem Libro III. Diſputationum.

LIX. *Heredem ejuſdem poteſtatis, jurisque eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat.*

Hoc verum eſt in omnibus his, quæ defuncto competebant ad rem vel ſpem, excepto legato ſub conditione relicto, cujus ſpes non tranſmittitur ad heredem [niſi lite conteſtata, ut *C. de cad. toll.* & *ſupra, de injuriis. l.* Injuriarum actio.]

Aliquando tamen majoris eſt poteſtatis, quippe uſucapit quod defunctus uſucapere non potuit, ut *ſupra, de diverſ. præſcript. l.* An vitium. Actio item ab herede incipit, quæ deceſſori competere non potuit, ut *ſupra, de diverſ. C. ut act. & ab hered. & contr. hered. Inſtit. de inutilib. ſtipul.* §. Poſt mortem. Item heredis ignorantiæ in his, quæ defunctus fecit, parcitur: quoniam & alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt, ut *ſupra, pro ſuo. l.* Uſucapio. conſtatque, quia non ignorantia, ſed conſenſus obligat, ut *C. de jur. & facti ignor. l.* Non idcirco. Item heredi tutoris, & curatoris parcitur, ne heres culpa defuncti teneatur, niſi poſt litem cum defuncto conteſtatam, vel niſi cum damno pupilli lucrum captatum ſit, vel gratiæ ſit præſtitum, ut *C. de hered. tutor. l.* 1. Aliquando quoque minoris eſt poteſtatis heres quam defunctus, ut in ſacramento hereditario, quod equidem multum diſtat a principali, ut *C. de reb. cred. & jurejur. l.* Generaliter. *in princ.*

Idem Libro X. Diſputationum.

LX. *Semper qui non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.*

Ubi pro me præſente interveneris, ſi non recuſo, mandare videor. Ut & cum pro me abſente intercedis poſtea ratum habente, æque mandati actione adſtringor. Quid ergo? dicitur mandati actio non poſſe competere, niſi ubi anteceſſerit mandatum. Hic mandatum præceſſiſſe præſumo. Idem, ſi mandatarius non ſuſcepit, ſed poſtea pœnitentia ductus, mandatum implevit: [alioquin datur negotiorum geſtorum.]

Qui ratum habuit negotium, adſtringitur, in-

quam,

Digitized by Google

quam, actione illa, quæ vocatur *mandati*, ſi tamen mandatum præceſſerat: ubi mandatum non præceſſit, *negotiorum geſtorum*, & convenietur, & experietur, ſi tamen ſuo nomine negotium geſtum eſt. Illud enim demum negocium poſſum facere meum ratihabitione, ut experiar, conveniaſve, quod meo nomine geſtum eſt, ut *ſupra, de calumniatorib. l.* 2. Alioquin tamen in ſubſidium venditionem rei meæ ratam, etiam non meo nomine factam faciens, pretium peto: puta ſi rem vendicare non valeo, vel quia uſucapta eſt, vel quia non comparet, ut C. *de rei vend. l.* Mater. Hæc equidem recte in negotiis dicuntur. Et in maleficiis rectius ratihabitio mandato comparatur. Si enim maleficium ſuo nomine factum ratum habueris, convenieris, ut *ſupra, unde vi. l.* 1. Item rei meæ a quocumque venditione facta etiam non nomine meo, licet non poſſum facere ratam, ut experiar conveniaſve; tamen ſi alias ratam habeo, mihi præjudico, etiam ſi facta fuit, cum eſſem minor; ſed ſi modo major factus ratam habeo, vel tacite, ut ſi peto, vel accipio prætium, vel de evictione caveo. Sed & ſi ſucceſſero vendenti, quæri non valeo. Sed & ſi cum minor fueram, quis rem meam vendiderit, vel donavit, ſubmovebor ſilentio alias XX. alias X. alias V. annorum, ut C. *ſi major factus. l.* Si quando.

Idem Libro III. Opinionum.

LXI. *Domum ſuam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet.*

Facere & reficere domum nemo prohibetur: Officere autem nemo permittitur alieri, ideſt, ut officiat, jus non habet. In ſuo enim hactenus facere licet, quatenus in alieno nihil immittat. Cum & in ſuo cædere ita lapides non liceat, ut in alienum fragmenta cadant. Alias ſic, *in quo jus non habet*, ideſt, in quo ſervitutem non habet. Nam ſi ſervitutem habet, & eo invito, & cum ejus damno facere poteſt.

Julianus Libro VI. Digeſtorum.

LXII. *Hereditas nihil aliud eſt quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit.*

Quod tamen jus perſonæ tantum non cohæſit, ideſt, quod perſonale non fuit. Si ergo plures fuerint heredes unius, in jus univerſarum rerum ſuccedunt ſinguli, & ſic in univerſum: non tamen in ſolidum, cum duo ſucceſſores unius non poſſint eſſe in ſolidum.

Idem Libro XVII. Digeſtorum.

LXIII. *Qui ſine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.*

Sine dolo facit qui non eſt certus ſe debere, & tamen ex cauſa neceſſaria ad judicium provocat, [ut *ſupra, de uſuris. l.* Si quis. & *ſi cert. per. l.* Quod te.]

Idem Libro XXIX. Digeſtorum.

LXIV. *Ea, quæ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.*

Ex his, quæ forte uno aliquo caſu accidere poſſunt, veluti de reſurrectione Lazari, jura non conſtituuntur. Non enim jure aliquo expoſitum eſt, utrum ejus bona ſibi redderentur, vel ſororibus permitterentur. Ex cauſa tamen neceſſaria, & de his, quæ raro accidunt, conſtituuntur jura, veluti de eo qui naſcitur ad monſtrum, prodigiumve declinans; & de his, qui uno utero tergemini prodeunt, vel quaterni proveniunt.

Ea, quæ raro accidunt, non temere computantur, ideſt, non imputantur: ut ſi quis negotia abſentis geſſerit, non imputabitur ei, quia novum & inſolitum negocium non exercuit. Cum e contrario ei imputaretur, ſi novum negotium exercuiſſet, ut ſi vaſa vitrea emiſſet, & dominum læſiſſet, ut *ſupra, de neg. geſt. l.* Si negotia. Item ſi damnum *ſolis fervore non adſueto acciderit*, non imputabitur conductori, ni mercedem debeat, ut *ſupra, locati. l.* Ex conducto.

Idem Libro LIV. Digeſtorum.

LXV. *Ea eſt natura cavillationis, quam Græci σωρείτην appellant, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducatur.*

Cavillatio eſt quaſi deceptoria argumentatio, cum ab eo, quod verum eſt, ad id venitur, quod evidenter falſum eſt, ſicut in hoc exemplo. Res divinæ nullius in bonis ſunt; at quod nullius in bonis eſt, occupanti conceditur: ſic divinæ res occupanti tribuuntur. Eſt autem breviſſima mutatio, medii termini diſſimilis enunciatio: cum in propoſitione verbum *Nullius* ad hominem referatur, in aſſumptione ad hominem pariter, & ad Deum.

Evidentius accipe exemplum. Perſonæ, quæ ſunt ſui juris, aliæ ſub tutela ſunt, aliæ ſub cura. Aſſumo. Tutela autem eſt poteſtas: ergo quæ ſunt ſui juris, ſunt & alieni juris. Item audi evidentiorem cavillationem. Actio ad exhibendum datur ei, cujus intereſt, ex honeſta cauſa & pecuniaria. Aſſumo: mea autem intereſt valde honeſte, & pecuniariter libros tuos mihi exhiberi, ut doctior & melior efficiar: ergo mihi debes exhibere. Non recte procedit illatio, ut *ſupra, ad exhib. l. penult.*

Idem Libro LX. Digeſtorum.

LXVI. *Marcellus: Deſinit debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.*

Qualis eſt exceptio pacti, rei judicatæ, pecu-

niæ

niæ non numeratæ. Abhorret autem, & longe eſt ab æquitate naturali exceptio, quæ datur ei, qui jus iniquum impetravit, & quæ datur filiofamilias, qui mutuum accepit; qui ſi ſolverint, non repetent, quaſi debitores non deſinant eſſe, [ut *ſupra*, *quod quiſque jur. l. penult.* & *tit. ad Maced. l.* Sed ſi pater.]

Imo habet exceptionem a naturali æquitate abhorrentem, qui nactus eſt talem, quæ poteſt elidi. Ergo per contrarium ille dicitur nactus exceptionem a naturali æquitate non abhorrentem, qui nactus eſt talem, quæ non poteſt infringi.

Idem Libro LXXXVII. Digeſtorum.

LXVII. *Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.*

Ecce verbi gratia naturales liberi dicuntur ad differentiam legitimorum, & ad differentiam quoque adoptivorum. Cum ergo lex dicat, quem naturalibus non poſſe, quantum velit, largiri, baſtardos, ut ſic dixerim, intelligo; cum autem dicit naturales, hoc eſt, qui ex te & uxore tua naſcuntur, eſſe in poteſtate tua, legitimos accipio.

Imo cum lex dicit conſuetudinem abrogare legem, intelligo non ſcriptam legem, ideſt aliam conſuetudinem: eſt enim lex & ſcripta, & non ſcripta. Sed & verbum *in ſolidum* quandoque debet intelligi non prorſus in totum, ſed ad differentiam peculii. Ecce enim, ſi ſocer pro dote ſibi data convenietur, in ſolidum convenitur; in ſolidum quidem, ad differentiam condemnationis peculio tenus faciendæ: ſed non prorſus in ſolidum, quia parcitur ei in condemnatione, ut condemnetur dumtaxat in quantum facere poteſt: ideſt, habenda ejus ratio ne egeat, ut *C. ſolut. matrim. l.* Si ſocero. Item hoc ipſum *in quantum facere poteſt*, aliquando intelligitur illam habere ſignificationem *in ſolidum*, utpote materiæ ſubſtantiæ aptiorem, ut *ſupra*, *de neg. geſt. l.* Divortio.

Paulus Libro Singulari de Dotis repetitione.

LXVIII. *In omnibus cauſis id obſervatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Ubi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemvis perſecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii.*

Perſona locum facit beneficio, ut mariti, ſocii, patroni, uxoris, quorum perſonæ condemnantur, in quantum facere poſſunt; ſucceſſores autem eorum in ſolidum. Genus actionis locum facit beneficio. Ut empti, venditi, & cæterarum bonæ fidei actionum; ubi ad quemcumque perſequutio earum devenerit, non deficiet ratio auxilii. Nam quicumque ſucceſſores ſunt, naturales & civiles actiones perſequi poſſunt. [Interdum tamen perſona locum facit beneficio; & tamen ea ſubducta, ut patre, etiam filiis communibus dotis repetendæ privilegium dabitur. *l.* Etiam. *D. ſol. matr.*]

Idem Libro Singulari de Aſſignatione libertorum.

LXIX. *Invito beneficium non datur.*

Licet unicuique enim renunciare his, quæ pro ſe introducta ſunt, ut fori præſcriptionibus, & aliis privilegiis, [ut *C. de pactis. l.* Si quis in conſcrib.] Solvens tamen quis pro invito liberat eum. [*ſupra*, *de ſolut. l.* Solvere.] Etiam in libertatem peti, & invitus poteſt.

Sed & honor invito datur: pro eo quoque, qui ad pœnam libenter properat appellatio porrigitur, ut *ſupra*, *de appellat. l.* Non. Sed & invito tutor datur & curator; in caſu unico exceptio porrigitur quoque ad principalem reum, quæ datur fidejuſſori invito reo, ut *ſupra*, *de fideiuſſ. l.* Si ſtipulatus. & mihi invito per ſervum meum quæritur, ut *ſupra*, *de adquir. rer. domin. l.* Etiam. Invito quoque libertas datur, *C. de teſtamentar. manum. l. ult.* §. Sin quidam. *C. de lib. cauſ. l.* Principaliter. ibi enim dicit, ſervum etiam invitum defendi apud præſidem. Sed cum præterea in multis caſibus prædicta fallat regula, dicendum eſt, eam tunc demum loqui, cum nec utilitati, nec voluntati ejus proſpicitur, cui donatur. Alioquin, *multa bona tribuuntur invitis, quando eorum utilitati, non voluntati cônſulitur, quia ipſi inveniuntur ſibi inimici eſſe*, ut in decretis *diſt. XLV. Cap.* Et qui emendat.

Ulpianus Libro I. de Officio proconſulis.

LXX. *Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre.*

Proconſul tamen cuſtodiarum cognitionem mandare poteſt legatis, quod genus mandati extraordinarium eſt. Sed & præſes mandare poteſt juriſdictionem, & delegatus ab eo exercebit modicam coercitionem. Præfectus autem prætorio etiam gladii forte poteſtatem ad alium transferre poteſt, [ut *ſupra*, *de offic. pronconſ. l.* Solent. & *tit. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict. l.* 1.]

Idem Libro I. de officio proconſulis.

LXXI. *Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.*

Cauſæ cognitionem deſiderant illa negotia, in quibus quæſtio cum contradictione refertur. Cum autem æquitati acto magis reſiſtitur; quam juris contradictione, nec conſtituitur cauſa, nec deſideratur cognitio. Ergo nec decretum; ſed de plano expediuntur, veluti ſunt hæc, ut obſequium parentibus patronis exhibeatur, alimenta præſtentur.

Javolenus Libro III. ex poſterioribus Labeonis.

LXXII. *Fructus rei eſt vel pignori dare licere.*

Rei meæ, quam a te peto, hoc ſaltem commodum æſtimatur, videlicet, ut præſtes illam utilitatem, quam habiturus eram, ſi rem dare pignori licuiſſet. Quod quia non licuit, pecuniam, quæ mutuo daretur, non inveni, [ut *ſupra, de uſuris, & fruct. l. ult.*]

Quintius Mutius Scævola Libro ſingulari ὅρων.

LXXIII. *Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, niſi cum feminæ heredes intercedunt.*

Ubi enim eſt onus tutelæ ut in agnatis, ibi eſt commodum ſucceſſionis. Feminæ tamen & minores tutores non exiſtunt, heredes tamen eſſe poſſunt, [ut *inſtit. de leg. patron. tut.* matres autem ſubeunt, ut *in auth. de hered. ab inteſt.*]

Melius dici potuit, *Quo hereditas pervenit, ibi quoque tutela erit:* pervenit, inquam, jure legitimo, non ex teſtamento.

§. I. *Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve eſſet, ſi vixiſſet.*

Suis heredibus natis & naſcituris, ideſt poſtumis, dari tutor poteſt. Alias autem ſi detur, ex datione tutor non eſt, ſed confirmari poteſt: veluti ſi detur filio emancipato, vel filio naturali a matre.

A patrono quoque & patrona, & a prorſus extraneo inſtituente, ſicut a matre; quia & tunc poterit confirmari. Sed hæc eſt differentia inter matrem & extraneos, quia a matre datus ſemper confirmatur, niſi aperte eſſet reprobus: ſed ab extraneo datus non confirmabitur, niſi evidentiſſime inveniretur idoneus. Item nepotibus poteſt quis dare tutorem: ita tamen, ſi non fuerant caſuri in poteſtatem ſui patris, ut *ſupra, de teſt. tut. l.* 1. *inſtit.* Inutiliter tamen datus nepotibus recaſuris, in cauſam utilem pervenit poſtea per legem Velleam, *ſupra, de teſt. tutel. l.* 10. §. Qui filium. *C. de teſtam. tut. l.* Mater. & *C. de conf. tutor. l. ult.*

§. II. *Vi factum id videtur eſſe, qua de re quis, cum prohibetur, fecit. Clam quod quiſque, cum controverſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.*

Vi facit, qui prohibitus facit. Clam facit, qui exiſtimat, aut exiſtimare debet, ſe facientem opus prohibitum iri, ne melioris conditionis ſint ſtulti, quam periti: niſi ubi denuntiavit adverſario ſuo, ſe opus facturum, [ut *ſupra, quod vi, aut clam. l.* 1. §. Quid ſit.]

§. III. *Quæ in teſtamento ſcripta ſunt, ita ut intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent.*

[Quæ in teſtamento, vel alio inſtrumento ita ſunt ſcripta, ut intelligi non poſſint;] Forte quia ſunt deleta, vel quia nullus ſit eorum ſenſus, [ut *ſupra, ſi tabulæ teſtamenti extabunt*, ut item *ſupra, de his, quæ pro non ſcript. l.* 2.]

§. IV. *Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cavere poteſt.*

Hoc regulare eſt. Sed quia frequens eſt aliquid extra regulam inveniri, alteri cum effectu paciſceris, quando tua intereſt, veluti procuratori & curatori tuo, te tamen, non illis agentibus. Item filio ſuo pater, patri filius recte paciſcitur. Similiter cum ab alio res tua deponitur ea lege, ut tibi reddatur: & cum alii donatur, ut tibi quandocumque reſtituatur, ex æquitate utiliter experiris. Amplius, quia ſingularia præcepta ſunt circa pecuniam creditam: ſi quis tuo nomine crediderit pecuniam tuam, vel ſuam: directas actiones, id eſt, certi condictionem, & hypothecariam tibi quæſivit actionem, [ut *in inſtit. de inutil. ſtip.* & *C. tit. ad exhib. l. penult. ſupra, depoſiti. l.* Publia. & *ſupra, de verb. oblig. l.* Si procuratori. & *ſupra, ſi certum pet. l.* Singularia. & *ſupra, de procur. l.* Si procurator. & *tit. de conſt. pec. l.* Eum. & *C. per quas perſon. nob. acq. l.* 2.]

Tutor quoque pupillo; curator adulto, & quaſi curator: ut orphanotrophus procurator Cæſaris, fiſci, Cæſari, fiſco dicuntur utiliter paciſci. Economus Eccleſiæ, quaſi pupillæ quærit actionem; ſervus quoque paciſcitur & domino, & quaſi domino; liber quoque bonæ fidei poſſeſſori. Item creditor cum vendit pignus, cavere poteſt debitori, ut ei reſtituatur quandocunque volenti ſolvere emptori pretium: quo quidem caſu, vel per actionem in factum ab emptore debitor rem recuperabit, ut *ſupra, de pign. act. l.* Si cum venderet. Item pater pactus dotem a ſe pro filia datam nepotibus, ex eo matrimonio reſtitui, forte emancipatis, forte & ex alia filia natis; vel ex eadem antea, ex alio viro; vel nepotibus ex filio, nec emancipatis: utique utilem actionem quærit, ut *C. de pact. convent. tam ſuper. dot. l.* Pater.

Papinianus Libro I. Quæſtionum.

LXXIV. *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*

Veluti per matrem de filiorum ſtatu contra ipſos tranſigentem: per tutorem, curatorem, procuratorem, forte vendentes quod non expedit: per filium, ſervumve remittentes quod patri, dominove alius debuit; per alium meo nomine diſtrahentem, me neque mandante, neque ratum habente.

Item evidentiſſimum accipe exemplum, puta, ſi te volentem venire ad prohibendum me opus facere, prohibuerit aliquis ſine dolo malo meo; ego interdicto, Quod vi aut clam non teneor, ne ſit in poteſtate aliena facere meam conditionem deteriorem nihil delinquentis, ut *ſupra, quod vi. l.* 1.

l. 1. *in fin.* & *l.* 2. Imo ſervus meus in peculio, cujus liberam adminiſtrationem habet, mihi iniquam conditionem ingerit etiam novando, jusjurandum deferendo, ſed non donando; in dominicis minime, jam quæſitis, ut *l.* Contra. §. Si filius. *ſupra, de pact. C. de pact. l.* 3. Porro in quærendis citra rem meam poteſt malignando mibi non quærere, cum mihi debeam imputare, & meæ malæ electioni, ut *C. de acquir. poſſeſſ. l.* Ex libris. Sed ſi quis rem alterius diſſipaverit, nec eſt ſolvendo, iniquam illi intulit conditionem. Servus quoque meus fugiendo me afficit damno, item maleficium perpetrando ſeipſum mihi aufert, ut *ſupra, unde vi. l.* 1.

Idem Libro III. Quæſtionum.

LXXV. *Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.*

Si tui gratia negotium geri mandaſti, deinde factis expenſis te pœniteat, non licet. Sicut & colono non permittitur de jure, quod meo nomine poſſidet, ſuo, vel alieno nomine poſſidere.

Item ſervus communis, cui juſſeram ut mihi ſtipularetur, ex re mea alii, etiam nominatim domino ſtipulando nihil agit, ut *C. per quas perſonas. l.* 1. Item ſervus communis, procuratorve rem accipiens nomine alterius domini, ſuove, traditam ſibi ab aliqno, ut mihi quæratur, nihil agit in ſua perſona, vel alterius, ut *ſupra, de donat. l.* Qui mihi. Sane ſi neuter id egiſſet, id eſt, nec procurator, nec traditor: ſibi potuit malignando, mandatumque intervertendo procurator rem, quam accepit, quærere. Nec etiam res ex mandato meo empta prius mea manſit, quam tradiderit is, qui emerit, ut *ſupra, de acquir. rer. dom. l.* Res. Pro fide interrupta a me poterit conveniri, vel ut rem mihi tradat, vel ut interelle actione mandati præbeat. Porro colonus meus, ſi me non admiſerit, vel eum, qui a me emerit, & ſe poſſeſſorem licet malæ fidei fecit, etſi a me dejiciatur, interdicto. Unde vi poterit experiri, ſicque colonus conſilium ſuum, quod ab initio propter utilitatem meam aſſumpſit, in meam mutabit injuriam.

Idem Libro XXIV. Quæſtionum.

LXXVI. *In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.*

Animi deſtinationem deſiderat poſſeſſionis acquiſitio, amiſſio, hereditatis aditio, rei ſuæ venditio. Qui ergo furit, vel non ſapit, borum, aut ſimilium nihil agete poteſt.

Item matrimonia & divortia non niſi animi deſtinatione, & libera voluntate agi poſſunt. Sane contra animi deſtinationem cogitur quis adire hereditatem, ut qui ſuſpectam dixit, quam rogatus eſt reſtituere. Item contra animi deſtinationem cogitur quis vendere, ut ſervum bonis conditionibus. Emere cogitur debitor conſortis ſui partem addictam creditori ex diviſionis neceſſitate; ſed ſocio volenti manumittere ſervum communem alter cogitur eum vendere, ut *inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* §. 2. & *ſupra, commun. div. l.* 7. §. Si debitor. & *C. de communi ſervo.* Item crimina non niſi animi deſtinatione agi poſſunt, & ſpontanea voluntate, licet ea agenda non ſint. *ſupr. ad l. Corn. de ſicar. l.* Divus. 14.

Idem Libro XXVIII. Quæſtionum.

LXXVII. *Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſervi optio, datio tutoris in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus ſupraſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium afferunt. Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio exſiterit; quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprendatur, nullius momenti faciet actum.*

Actus legitimos dicimus lege introductos; cum aliter dicuntur actus legitimi lege approbati, ut contractus juris gentium. Qui autem lege hac deſcribuntur, partim ſunt jure diſpoſiti, ut emancipatio, acceptilatio, tutoris datio: partim ſunt jure cuſtoditi, ut hereditatis aditio, ſervi optio; univerſi tamen vitiantur in totum propter temporis conditionem, vel adjectionem. Nullus enim emancipat, accepto fert, hereditatem adit, ſervum liberat ſub conditione vel in diem. Plane ſub conditione, vel in diem tutor relinquitur a teſtatore; ſed a judice non iis modis datur, [ut *inſtit. qui tut. dar. poſſ.* & *ſupra, de tutel. teſtam.*] Licet autem conditio, vel dies expreſſa nullius momenti prædictos faciant actus; quandoque tanten tacite inſunt, & cohærent, nec vitiant actus præfatos. Si enim accepto feram ei, qui ſub conditione promiſit, non habebit vires acceptilatio, niſi extiterit conditio. Unde contingit, ut expreſſa noceant, non expreſſa non noceant, ut infra oſtenditur, [ut *ſupra, de condit. & demonſt. l.* Nonnunquam.]

Idem Libro XXXI. Quæſtionum.

LXXVIII. *Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per adverſarium habere non potuit, conſiderandum eſt.*

Si quem de dolo illato arguo, præſtare debet quanti intereſt. Quod æſtimatur, non ex eo, quod haberem, ſi re uti licuiſſet; ſed ex eo, quod habet potuiſſem, & per adverſarium non habui, quod

habere potui. Si ergo animal per fraudem abſtuliſti, & periit, interim non liberaberis; & id, quod habere potui, id eſt, vendere, præſtabis, licet venditurus non eram.

IDEM Libro XXXII. Quæſtionum.

LXXIX. *Fraudis interpretatio ſemper in jure civili non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.*

Fraudem facit conſilium, non eventus ſolus, cum & libertates, & alia relicta, vel data ita demum revocantur, ſi non tantum fraudis eventus, ſed & conſilium deprehendatur. In fideicommiſſariis autem libertatibus obtinuit duntaxat eventum inſpici. [Item in donationibus, ut *C. de inoff. don. l. penult.*]

Reperitur tamen, & dolus, qui puoitur ſine fraude, ut ſi quis id egit ut ſervum corrumperet, nec potuit corrumpere; vel cum haberet uxorem, aliam quoque accepit, eum comitabitur infamia, ut *C. de adult. l.* Eum. & *C. de furtis l. penult.* Fraus quoque ſi ſine dolo invenitur, & ipſa ceſſat, ut ſi in contractibus deprehendatur ultra dimidiam. Sed & ſi pater cum liberos non haberet, omnia donavit filiis natis, poſtea ex eventu ſolo omnium fiet revocatio, ut *C. de revoc. donat. l.* Si unquam.

IDEM Libro XXXIII. Quæſtionum.

LXXX. *In toto jure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum.*

Generi per ſpeciem derogatur, ut id magis obtineat quod excipitur, ideſt ſpecies, quam genus, ut apparet in proximo exemplo; ideſt, conſilium & eventum ſpectare, ut revocentur, quæ facta ſunt in fraudem creditorum. In fideicommiſſariis autem libertatibus ſpectari ſolum eventum.

Vel ita: aliquis legavit alii vernas, alii curſores; ſi aliqui ſervi inveniantur vernæ, & curſores, curſoribus cedunt, ut *ſupra, de legat. 3. l.* Servis urbanis. §. *ult.* curſores enim dicuntur ſpecies, quia omnes curſores vernæ ſunt, ſed non convertitur; & ſic curſores derogant vernis, quia illi, qui dicuntur vernæ & curſores, potius cedunt curſoribus, quam vernis. Eſt etiam quum generi non derogatur: invitus enim procurationem ſuſcipere nemo cogitur, ut *inſtit. mandati.* & *C. de procurat. l.* Invitus. Item ab initio nemo agere, vel accuſare cogitur. Item generi huic non credo derogari: liberum corpus non recipit æſtimationem.

IDEM Libro III. Reſponſorum.

LXXXI. *Quæ dubitationis cauſa tollendæ contractibus inſeruntur, jus commune non lædunt.*

De jure communi eſt, ut creditor mandatorem, vel debitorem, quem velit, eligat. Itaque ſi convenerit, ut hanc licentiam habeat, quam & præter pactum habiturus fuerat, jus commune non læditur. Nam & adhuc, quem prius volet, conveniet.

IDEM Libro IX. Reſponſorum.

LXXXII. *Donari videtur, quod, nullo jure cogente, conceditur.*

Id quis donat, quod ſine neceſſitate juris civilis dat. Nam ex neceſſitate juris naturalis dare & donare poteſt. Qui enim antidora dat, & a naturali obligatione ſe liberat, qua tenebatur ad remunerandum; & nihilominus donat, quia neceſſitas juris civilis dare non cogat.

Imo maritus, qui dotem accepit, vel ſi per eum ſtetit quominus acciperet, donare propter nuptias cogitur. Pater quoque cogitur dotare filiam: ergo donare. Dos enim donatio eſt, ut C. *de donat. propter nuptias. l. ult.* Mater quoque hæretica cogitur extra ordinem & dotare prolem ſuam, & exhibere, ut *C. de hæret. l.* Cognovimus.

IDEM Libro II. Definitionom.

LXXXIII. *Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit.*

Is rem amittit, cujus propria fuit. Poteſt quidem periculum ad aliam pertinere, ut ad commodatarium; ſed rem amittere non proprie dicitur.

Amittere tamen intelligitur, quod ſuum proprium non fuit, ut agat, puta ſi ſervum meum heredem ab aliquo inſtitutum quis occiderit, quia hereditatem videor amiſiſſe, & propter eam ago. Nempe qui actionem habet, rem ipſam habere videtur. Sed poteſt dici amiſiſſe is, cujus res fuerit quaſi propria; inde eſt quod actio legis Aquiliæ & fructuario, & creditori, & bonæ fidei poſſeſſori dantur, licet res non ſit eorum propria, etiam contra dominum, cujus res eſt propria, ut *ſupra, ad l. Aquiliam. l.* Si dominus.

PAULUS Libro III. Quæſtionum.

LXXXIV. *Cum amplius ſolutum eſt quam debebatur, cuius pars non invenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione.*

Id, quod ſolvitur, diviſionem quandoque recipit pro parte, ut fundus, ſpecies, pecunia; quandoque non, ut via, iter. Cum ergo fundum ſolvi, cujus partem tantum debui, partem repeto. Si autem viam ſolvi, cum forte iter deberem, non partem, ſed totum repeto, manente integra priſtina obligatione itineris.

§. I. *Is natura debet quem, jure gentium dare oportet, cujus fidem ſequuti ſumus.*

Na-

Naturali jure ſimul & civili debet, quem jure gentium dare oportet, veluti is, qui mutuum accepit, [ut *ſupra, ſi cert. per. l.* Certi condictio.] Qui autem chirographo non ſecuta numeratione ſe obligavit, nec natura debet, nec jure gentium eum reddere oportet, licet jure civili teneatur, [ut *C. de non num. per.* & *inſtit. de litterar. oblig.*] Sed & is, quem jure civili, ut ex cauſa emphiteuſis, & ſtipulationis dare oportet, quaſi naturali jure tenetur.

Interdum tamen quis, imo omnis homo debet maleficium non admittere jure primo, ſive naturali inſpecto. Nam cum lege naturali, id eſt jure naturali non debeat homo maleficium, quod eſt prohibitum, admittere: conſequenter dici poteſt, quia debet & iſtud, ſcilicet non delinquere; quippe ex officio, quod homo homini natura debet, omnis homo proximo debet conſulere, & non velle inſidiari, neque nocere, ut *D. de juſt. & jure. l.* Ut vim. Honorem quoque Deo & parentibus natura debemus. Sed & ſi pacto nudo quid promiſero, non jure civili, nec prætorio, nec jure gentium, ut exiſtimo, debeo; ſed tamen natura, id eſt jure naturali primo. Inde eſt, quod ſi illud præſtitero, naturali cauſa, id eſt mea voluntate inhibente, quæ voluntas naturalis eſt, repetere non poteto, ut *ſupra, quod quiſque juris. l. penult.*

IDEM Libro VI. Quæſtionum.

LXXXV. *In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.*

Si pater ex bonis ſuis & maternis, id eſt, quæ filiæ ſunt quantum ad dominium, dotem promiſerit, & idoneus eſt: de ſuo intelligitur promiſiſſe: licet ambiguum eſſe poterat, ſolvens partim de rebus ſuis, partim de materais, an poſſit liberari. Sicut & illud ambiguum eſſe poterat, ſi res tradiderit ita, ut nuptiis ſecutis dotis efficiantur, & ante nuptias deceſſerit: ſecuto poſtea matrimonio, an heredi tuo injungatur neceſſitas dandi. Eſt autem benignius & heredem tuum ad hoc coarctari.

§. I. *Non eſt novum, ut quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent; licet illa caſus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.*

Quæ utiliter ceperunt, valent, licet ille caſus exſtiterit, a quo incipere non potuerunt; ut ſi pure legatum ſit tibi quod in diem, vel ſub conditione debebatur, & vivo teſtatore extiterit conditio, vel dies venerit, quemadmodum, & nuptiæ valent factæ cum ea, quam ego repudiaveram, & poſt contractas nuptias maritum ejus arrogavi.

Item matrimonium rite contractum antea non vitiatur, licet poſtea vir ſenator factus fuerit, vel alia illuſtri dignitate decoratus. Item non vitiatur ſtipulatio, ſi quis ſtipulatus ad fundum ſuum viam, ideoque utiliter, antequam eam habeat decedens plures heredes reliquerit, & ſic in eum caſum pervenit, a quo incipere non poterat, ut, *ſupra, de ſervit. ruſtic. l.* Si unus. Sane ſi ſtipulatus viam, antequam eam habeat, ſi cui partem fundi alienaverit, corrumpit ſtipulationem, ut *ſupra, de ſervit. l.* Pro parte. Sed & ſi quis promiſerit ſervum alienum, iſque ſervus ſine vitio promiſſoris factus fuerit liber, ſtipulatio extinguitur, cum pervenerit in eum caſum, a quo incipere non poteſt. Nec reſtaurabitur priſca obligatio, licet is poſtea factus ſit ſervus, ut *ſupra, de ſolut. l.* Qui res. §. Si alienum. Interdum tamen extincta obligatio reſtauratur, ut ſi fuerit extincta per delegationem minoris, vel mulieris, reſtituitur in veterem debitorem, ut *ſupra, ad Velleian.* Sed & cauſa mortis accepto lata obligatio reſtituitur, ut *ſupra, de donat. cauſa mort.* Sed & ſi minor, quocum fuerat tranſactum, reſtituatur ad pecuniam, quam dedit, ei quoque, qui accepto tulerat, reſtaurabitur actio, ut *C. ſi adverſ. tranſact.* Item ſi quid legatum ſit ſervo alieno, is ſi poſtea a teſtatore redemptus ſit, legatum extinguitur. Nam quæ in eum caſum perveniunt, a quo incipere non poterant, pro non ſcriptis habentur, ut *ſupra, de his, quæ pro non ſcript. l.* 3. Sane notandum eſt quod legatum ab initio inutile, puta ſi legatum mihi ſit, quod meum erat tempore teſtamenti, convaleſcit, ſi illud poſtea vivo teſtatore alienavero, ut *ſupra, de regul. Caton. l.* 1. & 2.

§. II. *Quoties æquitatem deſiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt.*

Naturalis ratio moratur intentionem, ſi petis rem futuram tibi legatam, veluti partum antequam naſcatur. Dubitatio juris differt actionem, ſi petis legatum, cum juſte dubitatur an lex Falcidia locum habeat; juſtis ergo decretis res temperabitur, id eſt interim ab intentione eſt abſtinendum.

Poteſt & adhuc commodiſſime exemplificari, expedit enim, quoniam verba obſcura ſunt. Ecce naturalis ratio omnino æquitatem deſiderii differt: mortuo patre tuo, te relicto & uxore prægnante, tu non debebis petere niſi quartam partem hæreditatis paternæ. Fit enim & non perraro, ut tres naſcantur, electa via media eſt, ut & ſeptem naſci poſſint, ut *ſupra, ſi pars heredis. l.* Antiqui. Item in primo locationis articulo ſtipulatus ab operis redemptore pœnam, niſi opus ante diem ſtatutum effeciſſet, pœnam licet prima facie commiſſam non poteris exigere, ſi ante eam diem opus non poterat abſolvere, ut *D. locati. l.* Inſulam. Cum dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt: puta dubitantes de jure, id eſt quod jus nobis competat, vel interdictum quorum legatorum, vel petitio hereditatis, jus utrumque intendimus; ſic & alias duas actiones ſæpe proteſtamur, vel ex altera conſequuturi, quod nos contingit, ut *D. quod. leg. l.* 1.

IDEM

IDEM Libro VII. Quæſtionum.

LXXXVI. *Non ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non; ſed plerumque melior.*

Litis conteſtatio prodeſſe actori conſuevit, cum exinde actio perpetuetur, & in heredes transeat, & uſuraria fiat. Eſt ergo plerumque melior conditio: quandoque non melior eſt, ut ſi antea uſuraria erat, perpetua, tranſitura. Eſt forte quandoque durior, cum prius habens electionem, amiſeris: veluti ſi rem vendideras lege commiſſoria, & poſt tempus litem conteſtaris per actionem venditi.

Imo perpetua perpetuior fit, ut C. *de præſcr. 30. vel 40. annor. l.* Sæpe. Sed & electione ſibi quis præjudicat, ut in actione commodati & furti, & in tributoria, & in aliis prætoriis, ut *inſtit. de furt.* §. Quæ de fullone. & *ſupra, de tribut. l.* Quod in herede. §. 1. & *ſupra, de nox. act. l.* Si ſervus communis. Item ſi quis publicanum convenerit prius actione in factum, non poſtea poterit eum convenire actione furti, vel vi bonorum raptorum, ut *ſupra, de publican. l.* 1.

IDEM Libro XIII. Quæſtionum.

LXXXVII. *Nemo enim in perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam heredi quoque proſpiceretur, & heres tenetur ex omnibus cauſis.*

Ideſt, obligantionibus, contractibus, & maleficiis.

SCÆVOLA Libro V. Quæſtionum.

LXXXVIII. *Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio eſt.*

Non eſt de mora coercendus is, contra quem nulla dirigitur petitio.

Puta ut exigantur, tanquam ſit in mora, uſuræ, ut *ſupra, ſi certum pet. l.* Lecta. Sane punitur aliquis de mora, a quo nihil poterat peti; pone quod pacto nudo promiſerat ſe quid facturum, & poſtea ſubdita ſit ſtipulatio: quod ſi non fecerit, pœnam dabit. Certe poſtquam fuerit in mora, id eſt non fecerit, cum facere potuerit, utpote ſtipulatione commiſſa, convenietur de pœna, ut C. *de pact. l.* Si pacto, quo pœnam.

PAULUS Libro X. Quæſtionum.

LXXXIX. *Quandiu poſſit valere teſtamentum, tandiu legitimus non admittitur.*

Non eſt locus legitimæ ſucceſſioni, quandiu ſpes eſt ſucceſſionis teſtamentariæ [ut *ſupra, de acquir. vel amitt. hered. l.* Quandiu.]

IDEM Libro XV. Quæſtionum.

XC. *In omnibus quidem, maxime tamen in jure æquitas ſpectanda eſt.*

Æquitas in ſingulis cauſis & negotiis ſpectanda eſt, maxime tamen in jure inquirendum hoc eſt, an decem pro decem reddi, vel aliquid ſimile ſit æquum: maxime vero inquirendum eſt, an quolibet jus ſtatutum ſit æquum: verbi gratia, lex Fuſia, lex Papia &c. Vel dicit, in omnibus profeſſionibus & artibus, maxime tamen in profeſſione juris: nam & in grammaticis, & in dialecticis ſpectatur, & dijudicatur quod æquitas ſuadet: utrum quod Plato, an quod Ariſtoteles ſenſerit, melius ſit. Maxime tamen in juris profeſſione, ut dixi, ſpectatur æquitas, ut judex eam ſtricto juri præferat, Nam cum jus ſtrictum ſit, pacta ſervari: æquitas autem ex ſua diſtinctione dicat quædam pacta ſervanda non eſſe, ut quæ dolo, quæ metu, quæ cum minore, quæ vi, quæve cum fœmina, quæ cum filiofamilias facta ſunt, judex decernere debet potius ſecundum æquitatem, ideſt non eſſe ſervanda, quam ſecundum juris, rigorem & anguſtias.

Sed & ſtricta ractione mutuam pecuniam, quam quis a ſervo acceperat ſolvens eam poſtea ipſi facto libero, non liberatur, ſed ex æquitate excuſatur, ut *inſtit. mand.* Item ſi fidejuſſor animal occiderit, cujus nomine fidejuſſerat, cum reum principalem interitus ſpeciei liberaverit, & ſic ſe per conſequentiam de rigore: ne liberetur, prorſus ſuo dolo actione utili ex ſtipulatu tenebitur ex æquitate, ut *ſupra, de uſuris. l.* Mora. Item ſtricta ratione is, cujus ager fuerat, factus poſtea alveus, ſi flumen poſtea ad veterem alveum redierit, nihil in eo alveo habebit, ſed vix eſt ut id obtineat: obtinet enim contrarium, quia prævalet æquitas, & ſic ad priorem dominum, omiſſo rigore, redibit. Illud ſane notandum puto, quod & in jure noſtro contra rigorem juris videlicet ſervitutis pro libertate multa fiunt, ex æquitate, & compendium uſucapionis dominium admittit.

IDEM Libro XVII. Quæſtionum.

XCI. *Quotiens duplici jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato novo jure, quod ante defertur, ſupererit vetus.*

Suis heredibus & legitimis, id eſt agnatis defertur ſucceſſio civili & prætorio jure. Si autem jus novum, ideſt, prætorium, quod ante defertur, quam veniatur ad cauſam, repudietur: ſupererit vetus, id eſt civile. Vel ita: repudiato novo jure, ſupererit vetus quod ante defertur. Eo tamen ſalvo, quod ſi inſtitutus cauſam teſtamenti omiſerit, ideſt hereditatem ex teſtamento non admiſerit, ſuccedere quidem quandoque poteſt jure veteri, ideſt ab inteſtato: libertatibus tamen & aliis relictis non obſit, [ut C. *ſi omiſſ. cauſ. l.*

2. &

2. & *ult.* & in jure prætorio quis ſibi ſuccedit, ut *D. de ſucceſſ. edict.* §. 11.]

SCÆVOLA Libro VII. Reſponſorum.

XCII. *Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quominus & reus, & fidejuſſor teneatur.*

Si erratum eſt in tranſcribendis verbis ſtipulationis vel alterius contractus (tranſcribit autem qui rectum ordinem non cuſtodit) nihil nocet. Si ergo primum ſcribit promiſſionem poſt interrogationem; nihilominus & reus, & fidejuſſor obligatur.

Interdum tamen ordinem ſcripturæ ſequemur, ut *D. de fideic. lib. l.* Generaliter. §. Quid ergo. Ubi quis plures ſervos rogatus eſt manumittere, nec id, quod habuit ex judicio defuncti, ſufficit, illos potius manumittit, quos ordo ſcripturæ demonſtrat.

MÆCIANUS Libro I. Fideicommiſſorum.

XCIII. *Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque apiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.*

Namque pater per eum hæc omnia facit, licet ignoret filium eſſe in ſua poteſtate; quia ſicut ſervi & animo, & corpore dominus poſſeſſionem adipiſcitur, retinet, recuperat, ſic & pater.

ULPIANUS Libro II. Fideicommiſſorum.

XCIV. *Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcripturas.*

Ut, arma, virumque cano, ſpondeo decem vitiare non ſolent ſcripturam ſtipulationis, vel alterius cauſæ; vel ſi quis moriens teſtamentum ſuum appellavit judicium, aut diſpoſitionem, ſupremam voluntatem: nam abundans cautela non nocet, ut *C. de teſt.*

Verbum tamen repetitum reddit lectorem dubium, ut *C. de epiſc. l.* Orphanotrophos.

IDEM Libro VI. Fideicommiſſorum.

XCV. *Nemo dubitat ſolvendo videri eum, qui defenditur.*

Qui recte defenditur, id eſt, cujus nomine judicatum ſolvi ſatisdatur, ſolvendo videtur; & ſic quod diſponit, non reſcinditur, quaſi inops videatur, vel aliter: licet facultatibus minus idoneus eſt, qui defenditur, id eſt cujus nomine judicium ſuſcipitur, quia cautiones judiciales interponuntur. Alias enim defenſor idoneus non eſt, niſi ſatisdederit, & ille quaſi totum ſolvens liberatur, & alter in obligatione reponitur. Quia defenſor, cum ſatisdederit, loco domini habendus eſt, ac ſic judicium accipere cogitur, nec illius inopia excuſatur, quominus in ſolidum condemnetur, ut *D. de procur.* cum vero perſonæ ratio habenda eſt, ut mariti: ſic defenſor vivo marito, ut maritus condemnatur, id eſt, in quantum facere poteſt, ut habetur in *D. de re jud. l.* Si cum procurator mariti.

MÆCIANUS Libro XII. Fideicommiſſorum.

XCVI. *In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt ejus, qui eas protuliſſet.*

[Niſi fuerit legibus contraria, ut *D. de reb. dub. l.* Ubi.] Sed cum in agendo id, quod actor ſenſerit, petitum videatur, ut cum verba legislatoris ſunt ambigua: ſententiam ejus ſequimur. Veluti cum dicit, contra naturam civem Romanum fieri ſervum, non intelligitur prohiberi, ut ſervus non poſſit fieri civis Romanus, ſed ne civis Romanus fiat ſervus. Alias in judiciis: ſi enim actor petendo Stichum alium cogitaverit, de alio reus ſenſerit: actori potius, quam reo creditur, quia judicium in invitum redditur. Aliter in ſtipulatione, quia ex utriuſque conſenſu valet, ſicut in *D. de verb. oblig.* [*l.* Inter ſtipulantem. §. Si Stichum.] Quod de ſententia actoris dixi, idem mihi videtur de ſententia libertatis datoris, ut *D. de fideicomm. libert. l.* Generaliter.

HERMOGENIANUS Libro III. Juris Epitomarum.

XCVII. *Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perveniunt.*

Cum quis deportatur, ejus bona omnia ex regulari jure publicantur. Dos tamen ad fiſcum non pervenit, licet de ſubtilitate juris maritus ſit dominus: Sed & dimidium ſubſtantiæ ſuæ reſervandum eſt liberis, ſi quos habet, qui, vel quæ deportatur. Cum ergo dos ad fiſcum non pertineat, dimidium quoque ſubſtantiæ liberis ſit reſervandum: ſententia deportationis non poſſunt videri adempta.

Quinque tamen legibus dos publicatur, majeſtatis, vis publicæ, parricidii, veneficii, de ſicariis, ut *ſupra, de bon. damnat. l.* Quinque. Item patria poteſtas amittitur deportatione; recuperatur enim per in integrum reſtitutionem, ut *infra l. ult. Cod. de ſent. paſſ. & reſtit.* Sane matrimonium durat perſeverantiæ affectione, & in hoc caſu, conſtante matrimonio, dos repeti poteſt, ut C. *de repud. l.* 1. Item ea, quæ non a patre, ſed a genere, a civitate a rerum natura perdurant, & ad liberos tranſmittuntur, licet ea non tranſmittantur, quæ a patre perveniunt, ubi aliter inteſtatus decederet. Cognatio quoque, quæ res naturalis eſt, deportatione non deperit. Sicubi ergo inveniatur cognatio diſſolvi, ut *inſtit. de legit. agnator. tut.* ſic intelligatur, ut ea diſſolvatur cognatio, ex qua prætorio jure ad ſucceſſionem cognati vocantur per bonorum poſſeſſionem, Unde cognati.

IDEM Libro IV. juris Epitomarum.

XCVIII. *Quotiens utriuſque cauſa lucri ratio* ver-

vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit.

Quando duo de lucro, ut de re donata adverſus donatorem confligunt, is præferendus eſt, qui prior venit ad cauſam ventilandam; nam & in *tit. de re judicata*, dicitur meliorem eſſe cauſam occupantis. Aliter cum duobus res donatur, & traditur: potior enim eſt is, cui priori res tradita eſt, ut *C. de rei vendic.* ſive ab eodem domino, ſive ab eodem non domino, ſive a diverſis non dominis res tradita fuerit, & uterque contra tertium confligit. Nam quoad eos melior eſt conditio poſſidentis: ſcilicet a diverſis non dominis res fuerit tradita. Sed ſi alteri a domino, alteri a non domino res tradita fuerit, is omnino tuendus eſt, cui a domino res tradita eſt.

VENULEJUS Libro XII. Stipulationum.

XCIX. *Non poteſt improbus videri, qui ignorat quantum ſolvere debeat.*

Nec in mora videri, ſicut & is, qui ad judicium provocat; ſi ſine fruſtratione id faciat, [ut *ſupra, de uſuris. l.* Sciendum. *l.* Si quis. Sed tamen ab emphiteuſi cadit ignarus, ſi infra quinquennium non ſolverit.]

CAJUS Libro I. Regularum.

C. *Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.*

Quæ conſenſu contrahuntur, re integra, contrario conſenſu diſſolvuntur; quæ verbis, contrariis verbis, ut acceptilatione, pereunt. Sed & quod re, vel literis contrahitur, poteſt in ſtipulationem aquilianam deduci, & per acceptilationem tolli. Si autem in ſtipulationem, quod re, vel alio modo contrahitur, non deducitur, per acceptilationem ipſo jure non tollitur, ſed per exceptionem ſubmovetur, ſi hoc actum eſt. Ut acceptilatio, vel pactionis poteſtatem habeat, [ut *inſtit. quib. mod. toll. oblig.* & C. *quando liceat ab empt. diſc. ſupra, de accept. l.* An inutilis.]

Hoc ita, ſi acceptilatio inutiliter ſit interpoſita inter imperitos juris. Nam a peritis inutiliter facta, nec exceptionem præbet. Tunc enim videntur agere ut agant nihil. Et certe quodcumque tolli eo genere, quo colligatum eſt, conſentaneum eſt. Ecce enim quod re, ut rei traditione contrahitur, contraria re, ideſt, rei traditione diſſolvitur. Item in conſenſu idem. Sed & quod verbis non ſcriptis, ſcriptiſve, ideſt literis contrahitur, contrariis verbis tollitur. Si tamen illa verba contineant delegationem, novationem, acceptilationem, ſicut diſtinxi ſæpius.

PAULUS Libro Singulari de Cognitionibus.

CI. *Ubi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo, & primo die venerit, audiendus eſt. Ita enim & Imperator Antoninus cum Divo patre ſuo reſcripſit.*

Quem lex dicit inter duos menſes eſſe audiendum, is veniens & ſexageſimo primo die audietur, qualis eſt emptor, cui non cavetur ſecundum Edictum ædilium. Similis huic eſt creditor, apud quem fidejuſſor interceſſerit ſine ſcriptura, promittens exhibitionem perſonæ.

Immo & detracto, * *primo*, commodius poteſt exponi. Qui inter duos audiendus menſes etiamſi ſexageſimo die venerit, audiendus eſt; ideo quia ultimus, ſeu ſexageſimus dies duorum menſium pars eſt.

ULPIANUS Libro I. ad Edictum.

CII. *Qui vetante Prætore fecit, hic adverſus edictum feciſſe proprie dicitur.*

Vetat prætor parentem, patronum in jus vocari ſine venia petita; vetat vim fieri poſſidenti ſine vitio, vetat album ſuum corrumpi. Qui ergo adverſus hæc facit, contra edictum facere dicitur, [ut *ſupra, de in jus voc. l.* 3. & *tit. juriſd. omn. jud. l.* Si quis. *l.* Si familia. & *ſupra, uti poſſ. l.* 1. & C. *unde vi. l.* 1.]

Pœna tamen edicti, ideſt, quinquaginta aureorum liberto patronum temere in jus vocanti remittitur, ſi patronus non venerit, aut ſi volens venerit, & ſi libertus vocationem remiſerit, ut *ſup. de in jus voc. l.* Quamvis.

§. I. *Ejus eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.*

Ejus eſt actionem denegare, ideſt, abſolvere, qui poteſt dare, ideſt condemnare.

PAULUS Libro I. ad Edictum.

CIII. *Nemo de domo ſua extrahi debet.*

Domus eſt cujuſque tutiſſimum refugium. Quare de domo invitus non extrahitur; bona tamen ejus & poſſideri & vendi poſſunt, [ut *ſup. de in jus voc. l.* Plerique. *l.* Satiſque. Et C. *de off. div. l.* 1.]

Imo licet ubi in jus vocatur, quis de domo non debeat extrahi, tamen alias, ideſt, ſi damni infecti cavere nolit, de domo extrahitur, & jubetur exire maxime poſt ſecundum decretum, ut *ſupra, de damn. inf. l.* 4. §. Si forte. Et *l.* Si finita. §. Ubi autem.

* Verius fortaſſe quis exiſtimet in hac Pauli ſententia vocem, *primo* ſupereſſe, inquit Petrus Faber in *Comment. ad hanc l.* 101. cujus rei rationes & momenta vide *ibid.* apud illum.

Ulpianus Libro II. ad Edictum.

CIV. *Si duabus actionibus alibi ſumma major, alibi infamia eſt; præponenda eſt cauſa æſtimationis. Ubi autem æquiparant famoſa judicia, & ſi ſummam imparem habent, pro paribus accipienda ſunt.*

Si in duabus actionibus aliquis eidem obligatus eſt, quarum altera continet majorem ſummam, ſed ſine infamia, veluti ea quæ competit de mutuo; alia minotem, ſedcum infamia, ut ea quæ cnmpetit de mandato; ſi in ſolvendo nnn exprimat in quam cauſam ſolvat, in eam diſponit jus ſolviſſe, quæ infamiam irrogat. Si autem utraque actio famoſa eſt, pro ſuo arbitrio accepto fert creditor in quam cauſam vult.

Paulus Libro I. ad Edictum.

CV. *Ubicumque cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.*

Quando lex cauſa cognita qnid faciendum dicit, ut de reſtitutione minorum, de tranſactione alimentorum, nullæ partes ſunt magiſtratuum municipalium. Sed præſes, prætor, vel alius ordinarius magiſtratus deſideratur.

Idem in venditione prædiorum minoris. Tales enim cognitiones mandari non poſſunt, ut *ſup. de tranſact.* Sane cognitio ſuſpecti tutoris mandari poteſt, ut *ſup. de ſuſp. tut. l. 1.*

Ulpianus Libro II. ad Edictum.

CVI. *Libertas inæſtimabilis res eſt.*

Non poteſt libertas per pecuniam æſtimari, cum res ſolæ æſtimentur, quæ patrimonio & uſui ſubjiciuntur. Et huic æquipollet quod dicitur, liberum corpus nnn recipere æſtimationem. Quare qui hominem liberum occiderit, præſtatione pecuniæ non ſungetur liberatione.

Quippe libertas nequaquem ſatis competenti pecunia æſtimatur, licet interdum pœna aliqua in vindictam nomine æſtimationis injungatur: puta ubi per id, quod in ſubgrunda periculoſe poſitum erat, liber homo periit, quinquaginta aurei præſtantur. Item ſi per feras beſtias in loco prohibito poſitas liber homo periit, ducenti aurei dantur. Jure enim nnſtro, ideſt Romano, liberi hominis occiſi nulla ſit æſtimatio; quod tamen ſecus eſt jure langbardico. Pnrro libertas nnndum obtenta, æſtimatinne interveniente & pecunia, a ſervo vel ab alio gerente negntium ſervi rite comparatur, & quæritur, ut *ſup. de acquir. her. l.* Si ſervum.

Cajus Libro I. ad Edictum provinciale.

CVII. *Cum ſervo nulla actio eſt.*

Servus in civili cauſa nec agere, nec conveniri poteſt. In criminali, & accuſari & accuſare poteſt, quandoque etiam dominum. Sed & pro libertate adverſus dominum conſiſtere poteſt, ſicut & in ſervitutem vindicari.

Alias cum ſervo non eſt actio, id eſt, ut conveniatur; licet aliquando experiatur, ut ſuperius diſtinxi, niſi ſit ſervus imperatoris, ut C. *de fiſc. cauſ. l. ult.*

Paulus Libro IV. ad Edictum.

CVIII. *Fere in omnibus pœnalibus judiciis ætati & imprudentiæ ſuccurritur.*

In pœnalibus judiciis ſuccurritur ætati minori, ut in furto, & in damno, ſi minor potuit tranſegiſſe, & non tranſegit; ſi de damno potuit confeſſus eſſe, & non fuit. Succurritur imprudenti, licet majori: veluti ſi rem ſuam per vim rapuit, quaſi putans domino licere rem ſuam per vim auferre a poſſeſſore. Hic enim per imprudentiam excuſatur, quominus vi bonorum raptorum teneatur. In atrocioribus autem delictis, ut in adulterio non ſuccurritur, niſi quatenus miſeratio ætatis interdum perducit judicem ad pœnam mitiorem: *& ſic fere* excipit atrociora [ut C. *ſi adverſus delinquentem. l. infra.* & *ſupra, de minor. l.* Si ex cauſa. *l.* Auxilium. & *inſtit. de vi bon. rapt.*]

Imo contra, minime hoc verum eſt: nam licet in aliis criminibus ſubveniatur minori: in adulterio, & cæteris, quæ pro adulterio. Lex Julia punit, nullatenus parcitur minori, ut *ſupra, de minor. l.* Auxilium. Et eſt hoc ſpeciale in adulterio, utpote crimine deteſtabiliori & per leges & per canones. Sed nec de adulterio licet; de omnibus aliis capitalibus tranſigere licet. Item jure ſingulari, minor XXV. annis matrimonii ſui violati injuriam perſequi poteſt in judicio, ut *ſupra, de adult.* Sed & omne aliud peccatum, quod ſit extra corpus, levius habetur, & interdum excuſatur, aut mitius punitur in minore: illud vero in quo quis fornicatur, aut adulterium committit, æqualiter in minore vindicatur, & ideo dicitur *fere.* Item imprudentiæ non ſuccurritur in lege Aquilia, ſi medicus vel quis alius affectaverit, quod affectare nnn debuit, vel non novit. Sed & ſi quis imprudens poſſeſſionem vacantem, tanquam ſuam occupavit, cum omnes ſcire debeant quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, generali juriſdictione tenebitur, ut *C. unde vi. l.* Cum quærebatur. & ideo dicit fere.

Idem Libro V. ad Edictum.

CIX. *Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt.*

Dominus, qui non prohibet ſervum delinquere, cum prohibere non poteſt, de crimine ſuo nomine accuſari nnn poteſt, licet ſervi nomine tenetur noxaliter. Alias ſine *non*: & refertur ad extraneum. Si ergo extraneus non prohibet quem de-

delinquere, cum prohibere poteſt, nullum crimen patitur.

Contra. Ecce enim ſi quis adulterantem monetam, cum potuerit, non prohibuerit, lege Cornelia de falſis urgebitur, ut *ſup. ad l. Cornel. l.* Lege. Item frater, qui cognoverat venenum a fratre comparatum ad patris necem, cum patri non indicaſſet, relegatus recte eſt, ut *ſupra, de parricid. l. 2.*

Idem Libro VI. ad Edictum.

CX. *In eo quod plus eſt, ſemper ineſt & minus.*

Cum quis decem promiſerit, & quinque promiſiſſe videtur, & cum quis viam ſtipulatus eſt, & ire & agere poteſt, ſi velit.

Huic regulæ æquipollet inferior, *in toto & pars continetur:* hoc inquam proprie verum eſt, in toto integro. Sane in toto prædicabili genus ineſſe in ſpecie potius, quam ſpecies in genere magis proprie dici poteſt: nempe ubi eſt homo, ibi & animal. Sed non convertitur. Et ſi competit condictio indebiti vel quæ alia, competit & genus, id eſt, condictio certi.

§. I. *Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatisdatione.*

Nullus in aliena cauſa, ſicut dictum eſt, idoneus defenſor eſt, niſi ſatisdederit. [Si enim vult defendere, & ſatisdare debet, ut *inſtit. de ſatiſd.* & *ſupra, de procur. l.* Qui proprio. §. Qui alium.]

§. II. *Pupillus pati poſſe non intelligitur.*

Ex patientia ſua, qua pupillus patitur in domo ſua monetam adulterinam fieri, vel ſervum alienum celari, vel ſuum delinquere, non tenetur, niſi pubertati proximus ſit, [ut *C. de falſ. mon.*]

Juvatur enim pupillus, aut ipſo jure aut per in integrum reſtitutionem, puta læſus, cum contraxit cum auctoritate tutoris, aut per actionem tutelæ, qua perſequitur damnum, quod ei contigit tutoris culpa vel dolo; forte quia mero jure cecidit ab emphiteuſi non ſoluto canone, ut *C. de admin. tut. l.* Si tutoris.

§. III. *Ubi verba conjuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.*

Qui ſub diſtinctione promiſit ſe daturum facturumve hoc aut illud, liberatur, dans facienſque alterum quod mavult.

Alioquin tamen *aut* pro *&* accipitur, ut *C. de inſt.* & *C. de verb. ſign. l. antepenult.*

§. IV. *Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.*

Mulieribus ſuccurritur, cum interceſſerunt, ſive ipſæ conveniantur, ſive ii, qui pro eis interceſſerunt, ſed non adjuvantur, quando calumniantur, id eſt quando in ſuo negotio interceſſerunt, vel quando rem ſuam obligari paſſæ ſunt, & decipiendi animo tacuerunt, [ut *C. ad Vellejan. l.* 2.]

Sed aliquando juvantur in agendo, puta ut eis ex integro caveatur, ut *ſupra, qui ſatiſd. cog. l.* De die. §. 2.

Cajus Libro II. ad Edictum provinciale.

CXI. *Pupillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & injuriam faciendi.*

Pupillus, qui proximus eſt pubertati, & furari & injuriam poſſe facere creditur, & per hoc & furti, & injuriarum actionibus conveniri poſſe æſtimatur. [§. In ſumma. *inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.*]

§. I. *In heredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum.*

Lite tamen conteſtata contra deceſſorem conveniri. Sed, & non convento deceſſore convenitur ſucceſſor, quatenus ad eum pervenit. [Item condictio furti in heredem datur, etſi nihil ad eum pervenit, ut *ſup. de cond. fur. l.* Si pro fure. §. Condictio rei furtivæ. Item actio ex ædilitio edicto.] Quorum tamen occaſione, delictorum condictio furti competit, ut in furto, & in rapina: nec quatenus ad heredem pervenit, ex maleficio competit actio, ſufficiente condictione furti. Nec ipſa condictio competit in id ſolum, quod pervenit ad heredem, ſed in ſolidam rei æſtimationem.

Paulus Libro VIII. ad Edictum.

CXII. *Nihil intereſt ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.*

Non differt quantum ad effectum ipſo jure deſtituaris actione, an exceptione; & tamen exceptione eliſam actionem ſecunda pactione reſtauras, ſicuti in *D. de pact.* legitur, quod non eſt in ea, quæ ipſo jure eliditur.

Idem Libro III. ad Edictum provinciale.

CXIII. *In toto & pars continetur.*

Nam ſi quis fundum petens obtineat, vel cadat: & de parte cecidiſſe, vel obtinuiſſe dicitur, [ut *ſupra, de except. rei jud. l.* Si quis cum totum.]

Paulus Libro IX. ad Edictum.

CXIV. *In obſcuris inſpici ſolere quod veriſimilius, aut quod plerunque fieri ſolet.*

In obſcuris inſpicitur quod eſt vero ſimilius,

aut

aut quod plerumque fit: veluti in filiofamilias milite, qui accepit mutuam pecuniam. Veriſimilius enim eſt, & ex præſumptione creditur omnis miles non in aliud quidquam accipere, quam in cauſas caſtrenſes, [ut *C. ad Maced. l. ult.*] Similiter mulier, quæ divertit, & poſtea matrimonium reconciliavit, eandem dotem dediſſe veriſimilius eſt, niſi nominatim aliud actum eſt, [ut *ſupra, de jur. dot. l.* Si mulier. *l.* Dotem, quæ.] Quando vero in obſcuro eſt quid teſtator ſenſerit, quidve lex magis voluerit, & quod illi qui contraxere: quod veriſimilius eſt, ſequendum eſt, & quod plerumque fit.

Imo qui in dubiis contra fiſcum reſpondet, non delinquit, ut *ſupra, de jure fiſci. l.* Non puto.

Idem Libro X. ad Edictum.

CXV. *Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe. Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoveri.*

Cui liberatio relinquitur, is ex ultimo judicio aliquid cepiſſe videtur. Cui vero promittitur, is accepiſſe videtur. Capitur ex poſtremo judicio, accipitur ex pacto; qui tamen pactus, vel ſtipulatus exceptione excluditur, is non proprie accepiſſe judicatur.

Ulpianus Libro XI. ad Edictum.

CXVI. *Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui ac bonæ fidei judicia ſuſtinet, quam vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores eſt.*

Conſenſus omnium contractuum ſubſtantia eſt, & quaſi præjacens forma: ergo ubi eſt ejus contrarium, ut vis & metus, contractus reſcinditur, quia licet in eo contractu ſit aliqua paciſcentis vel dantis voluntas; quia tamen non eſt ſpontanea, quod factum eſt, quaſi contrarium bonis moribus comprobandum non eſt, [ut *ſupra, quod metus cauſa. l. ult.*]

Item nihil tam contrarium eſt conſenſui, quam error; ſed æquivoce contrarium dicitur. Nam & dicitur contrarium, quod quidem patitur ſuum contrarium, ſed lædit illud; quippe vis cogit conſenſum & voluntatem: Eſt enim voluntas & libera, & coacta. Error autem alio modo contrarius eſt conſenſui, quia alterum non patitur alterum, ubi enim eſt error, abeſt conſenſus, ut *ſupra, de juriſd. omn. jud.*

§. I. *Non capitur, qui jus publicum ſequitur.*

Non capitur, id eſt, non decipitur minor, qui jus publicum, ideſt, commune ſequitur. Eventus enim damni non indulget reſtitutionem minori, qui emit rem perneceſſariam, ſicuti prudentiſſimus emiſſet, licet utilitas non provenerit, [ut *ſupra, de ſolut. l.* In pupillo. & *tit. de minorib. l.* Verum. & *C. de reſtit. min. l.* Non videtur.]

§. II. *Non videntur qui errant, conſentire.*

Non videntur conſentire qui errant, ſive alium pro alio judicem adeant, [ut *ſupra, de juriſd. omn. jud. l.* Si quis.] ſive aliam rem pro alia comparent, ſive diverſos contractus cogitent, [ut *ſupra, de contrah. empt. l.* In venditionibus.]

Is tamen, qui appellavit ad judicem, parem vel majorem, licet per errorem; cum voluerit appellare ad alium, tanquam non erraverit, ſed conſenſerit: audietur, ut *ſupra, de appellat. l.* 1. Sed & legitur Judicem eodem errore de fructibus judicare debere, *ſupra, de rei vind. l.* Et ex diverſo. Et error jus facit, ut *ſupra, de ſupell. leg. l.* 3.

Paulus Libro XI. ad Edictum.

CXVII. *Prætor bonorum poſſeſſorem heredis loco habet in omni cauſa.*

In omni cauſa pro herede habet, ideſt, ſive conveniat, ſive conveniatur.

Imo non in omni cauſa. Ecce enim licet hereditas non poſſit quæri per procuratorem; bonorum poſſeſſio quæritur, ut *ſupra, de acquir. hered. l.* Per procuratorem. & *ſupra, de bon. poſſ.* Item licet bonorum poſſeſſio non poſſit peti, niſi vel infra annum, vel centum dies utiles, hereditas tamen perpetuo poteſt adiri: cum ei, qui non repudiavit, perpetuo liceat adire, qui ex cauſa deliberare videatur. *l.* 3. *C. de jure delib. l.* Cum in antiquioribus. Item bonorum poſſeſſio non obtinetur niſi petatur & impetretur: hereditas autem ſola voluntate quæritur, & ſuis heredibus & ignaris & ſine aditione acquiritur, ut *ſupra, de ſuis & legit. hered. l.* In ſuis. Item petitio hereditatis utilis datur bonorum poſſeſſori; directa competit heredi. Et directum quorum bonorum competit bonorum poſſeſſori; utile vero datur heredi.

Cajus Libro XXVI. ad Edictum provinciale.

CXVIII. * *Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.*

Creditor, qui permittit expreſſim rem venire, pignus remittit, niſi ſimiliter nominatim paciſcatur, ſalvam ſibi cauſam futuram pignoris, [ut *C. etiam ob chirographariam.*] Si autem ſimpliciter ſciat pignus venire, non videtur remittere, cum noverit jus ſuum ubique durare, [ut *ſupra, quib. mod. pig. vel. hyp. l.* Sicut.]

Paulus Libro LXX. ad Edictum.

CXIX. *Non ut ex pluribus cauſis deberi nobis*

* In receſſione capitum hujus tit. ſeu regularum non ſequitur Auctor ordinem Pand. Flor. ſed potius vulgatæ.

idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

Idem ex pluribus cauſis deberi poteſt nobis ab eodem vel a diverſis, ut ex vendito, ut ex ſtipulatu. Sed idem ex pluribus cauſis non poteſt noſtrum eſſe: quod enim meum eſt, amplius non poteſt fieri meum, [niſi primo meum eſſe deſinat, ut *ſupra, de acquir. poſſ. l.* Poſſideri. §. Ex pluribus.]

ULPIANUS Libro LXXVI. ad Edictum.

CXX. *Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.*

Qui vendit, de evictione promittit. Sed etiam obſtringitur, etſi non cavit; ſed qui conſentit, ſibi quidem præjudicat, ſed evictione non oneratur; niſi forte cum coheres venderet, alter conſenſit, & pretii partem accepit; hic enim quaſi vendiderit, de evictione tenetur, [ut *ſupra, de eviction. l.* Quidam ex parte.]

§. I. *Refertur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem.*

Univerſitas actorem conſtituere, vel aliud quid feciſſe videtur, quando major pars fecit. Nam & in Digeſtis legitur, univerſitatem feciſſe videri, quando duæ partes, aut amplius quam duæ fecerunt, [ut *ſup. ad municip. l.* Quod major. & *tit. quod cujuſque univerſ. l.* Nulli. §. Plane.]

Imo nec ſemper univerſi creduntur egiſſe, licet major pars egerit. Ecce enim cum plures eſſent domini unius fundi, & omnes excepto uno ſervitutem alicui ceſſerint, nihil eſt adhuc actum, pendetque omnis ceſſio prima, donec ſequatur ultima, ut *ſupra, comm. præd. l.* Receptum.

§. II. *Abſurdum eſt plus juris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam heredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viveret.*

Non habet plus juris legatarius, quam is, qui legavit, aut heres ejus. Sicut ergo defunctus poſſet ſubmoveri exceptione doli, ſi rem alienam vendidiſſet, cujus dominium ad eum poſtea perveniſſet; ſic & ſucceſſor & legatarius.

Legatarius tamen uſucapere poteſt, licet teſtator non poterat, qui forte titulo carebat.

IDEM Libro LXXVII. ad Edictum.

CXXI. *In jure civili receptum eſt, quotiens per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat, quominus impleatur; perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. Quod ad libertatem & legata & heredum inſtitutiones producitur. Quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet, quominus ſtipulator conditioni pareret.*

Si hereditas vel legatum ſub conditione relinquatur, verbi gratia, ſi illi nupſerit; ſi illam duxerit, nec ſtat per eum, qui conditionem implere juſſus eſt, ſed per eum, in cujus perſona implenda erat conditio; ſic valet relictum, ac ſi impleta conditio fuiſſet. In libertate hoc amplius, quod etiam ſi per fortuitum caſum ſteterit, quominus impleatur conditio, obtineat libertas, ſicut in *Cod.* legitur *tit. de cond. inſert.* de eo ſervo, qui juſſus erat aliquid dare, & liber eſſe; ſiquidem perempto eo quod portabat, hoſtium latronumve incurſu, nihilominus liber eſt. Hujus exemplo ſtipulatio committitur, cum per promiſſorem ſtat, quominus ſtipulator conditionem impleat: veluti ſi quis ſtipulatus ſit decem, ſi ſtichum promiſſori dederit, & promiſſor ſtichum accipere nolit.

PAULUS Libro LXX. ad Edictum.

CXXII. *Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.*

Quæ propter neceſſitatem, ideſt utilitatem, & æquitatem recepta ſunt, non trahuntur in argumentum, ideſt, ad conſequentiam. Licet enim receptum eſt, minorem poſſe reſcindere contractum, & Eccleſiam ex pacto vindicationem habere, & militem quoquo modo teſtari poſſe, non tamen hæc in communi præjudicant.

Imo quæ vere, & proprie propter neceſſitatem ſunt introducta, non ſunt producenda. Ecce propter neceſſitatem famis permiſſum eſt patri liberos pignorare & vendere; œconomo prædia eccleſiaſtica, & ſacra vaſa alienare ob redemptionem captivorum exhibitionem clericorum. Item via publica diruta vicinus proximus cogitur viam præſtare, ut *l. ult. de ſervit.* Item favore religionis cogitur quis vendere, vel gratis viam concedere ad ſepulchrum, ut *ſup. de relig. l.* Si quis. Sed nec adſcribi debet quod neceſſitate contigit, ut *ſup. de publican. l. ult.* §. Si propter.

ULPIANUS Libro L. ad Edictum.

CXXIII. *Cui jus eſt donandi, & vendendi, & concedendi jus eſt.*

Qui donare poteſt, & alteri concedere aut permutare poteſt, ſed non contra.

Imo curialis donare poteſt, licet non vendere, ut *C. de curial. l.* 3. [nam filiusfamilias & ſervus poteſt vendere, donare non poteſt, ut *C. quod cum eo. l.* Si liberam. Et *ſupra, de donat. l.* Filiusfamilias.] Debitor tamen voluntate creditoris interdum donat: veluti ſi amicus creditoris erat, cui creditori donatum voluit, vendere tamen non potuit, ut præjudicium creditori contingat.

PAU-

Paulus Libro LI. ad Edictum.

CXXIV. *Pœnalia judicia ſemel accepta in heredes tranſmitti poſſunt.*

Pœnalia judicia, ut furti, bonorum raptorum lite conteſtata in heredes, ut diximus, tranſeunt. De dolo tamen actio poſt biennium non tranſit.

Ulpianus Libro LIII. ad Edictum.

CXXV. *Cum quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendam.*

Cum minus ſit alienanti conſentire, ut dictum eſt, quam alienare; cui vero donare non conceditur, ſi donationis cauſa donanti vel alienanti conſenſerit: ejus voluntas rata habenda non eſt. Cum igitur maritus donare uxori, uxor marito non poteſt: ſic filiusfamilias & ſervus donare non poſſunt. Et ideo ſi alii conſenſerint, nullius momenti eſt, quod agitur.

Minor tamen XX. annis fructuarium licet ſervum ſuum manumittere non poſſit, niſi vindicta; domino tamen majori poteſt conſentire, & ſervus ad libertatem perveniet, ut *ſup. de man. vind. l.* 2.

Paulus Libro XLVIII. ad Edictum.

CXXVI. *Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.*

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples eſt, ideſt pro locuplete habetur: ad hoc, quominus ſatiſdet judicatum ſolvi de defenſione facienda arbitrio boni viri.

Idem Libro XLIX. ad Edictum.

CXXVII. *Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.*

Dari enim videntur, quæ fiunt accipientis. Itaque qui tenetur ad dandum, ut qui ſtipulanti promiſit, nec dediſſe, nec ſe liberaſſe videtur, ſolvendo quod alienum eſt, [ut *ſup. de contrah. empt. & vend. l.* Si ita. & *tit. de verb. oblig. l.* Ubi autem non. §. *ult.*]

§. I. *Qui juſſu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere neceſſe habet.*

Qui juſſu judicis aliquid facit, ut executor, apparitor, non videtur dolo malo facere, quia habet neceſſe parere: unde de damno, de rapina, conveniri non debet.

Imo executor in atrocioribus parere non debet; nam & omittendo executor delinquit, puta ſi judici pertinaciter & acriter non reſtiterit, & quid faciendum ſit, jure non oſtenderit; cum ipſe judex appellationem non recte recuſaverit, in XXX. pondo auri coercebitur, ut *C. de appell. l.* Quoniam.

Idem Libro I. ad Plautium.

CXXVIII. *Rapienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.*

Capienda eſt occaſio, ideſt ille intellectus ſumendus eſt, qui benignior & melior eſt: veluti ſi duo judices in cauſa liberali tulerint diverſas ſententias, quarum altera pro libertate eſt, altera contra; commodius eſt ejus reſponſum, qui pro libertate decreverit, [ut *ſup. de man. l. antepen.* & *tit. de jud.* inter partes] Similiter cum illi, aut illi legatum eſt; benignius eſt ut *aut* pro *&* accipiatur, [ut *C. de rer. & verb. ſign. l.* Cum quidam.]

§. I. *Quod factum eſt cum in obſcuro ſit, ex affectione cujuſque capit interpretationem.*

Quod factum eſt, ſi ſit in obſcuro, ex affectu cujuſque interpretandum eſt, ut in matre, quæ non inſtituit filium ſuum in puerperio decedens. Eſt enim ſingularis affectus, ut liberi ſuccedant magis quam extranei, & liberi cum aliis liberis. Sicut & illa interpretatio magis accipienda eſt, quando pater rogavit filium reſtituere hereditatem, ut filius habens ſuos liberos non coarctetur, [ut *C. de inoff. teſtam. l.* 3. *de fideicomm. l. antepen.*]

Item ſi quis voluit corrumpere ſervum, & non corrupit, velut corruptor tenetur. Sed & ſi quis voluit Titium percutere, & percuſſit Sejum, tenetur tamen. E converſo ex affectione excuſabitur, ut ſi is, qui re aliena utitur, dominum velle credit, furto obnoxius non fit. Interdum tamen non ex affectu interpretandum eſt, ſed contra; puta, voluit quis furari, dominumque invitum credidit, ſi tamen dominus voluit, furti non tenebitur, ut *ſupra, de furtis. l.* Inter omnes. Sed & de ſacco pecuniam habente fur tenetur, licet affectum furandi ſaccum non habuerit. *ſupra, de furtis. l.* Qui ſaccum.

Idem Libro II. ad Plautium.

CXXIX. *Is damnum dat, qui jubet dare. Ejus vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.*

Proinde dominus, pater, jubentes damnum dari, ex lege Aquilia ſunt obligati: filii autem aut ſervi nulla culpa eſt, quia dicto domini vel patris obedire debent. In atrocioribus tamen audire non debent, [ut *D. de act. & oblig. l.* Servus.]

Ajunt quidam: is damnum dat, qui jubet dari, ſi jus imperandi habuit, ut magiſtratus; imo & qui fecit alterius conſilio, tenetur uterque: præſertim ubi ille, qui fecit, alias facturus non etat, & hoc ex his legibus arguitur, *ſupra, de ſervo corrupt. l.* 1. *ſupra, exhered. l.* Si rem. *ſupra, quod vi. l.* Si ego. *ſupra, unde vi. l.* 1. *de furt. l.* In

l. In furti actione. *l.* Si quis. Et *ſupra, de injuriis. l.* Non ſolum. *ſupra, de vi priv. ſupra, de juriſdict. l.* Si quis. *ſupra, de verb. ſign. l.* Sæpe. *ſupra, de eo, per quem factum erit. l.* 1. *ſupra, arb. ſur. l.* Furtim. Hæc autem differentia eſt inter dominum & patrem, & inter extraneum; quod & pater, & dominus etiam non jubentes tenentur, ſi non prohibent, cum prohibere poſſint. Extraneus autem, ideſt, non dominus, non pater, non tenetur, ut civiliter teneatur, & conveniatur, niſi jubeat; etiamſi prohibere poſſit, & non prohibuit, ut *ſupra, de nox. l.* 3. §. 2. & *ſupra, eod. l.* Culpa.

§. I. *Quod pendet, pro eo non eſt, quaſi ſit.*

In ſuſpenſo eſt jus patriæ poteſtatis, cum pater ab hoſtibus captus eſt. Credita itaque pecunia domi filio, in pendenti eſt, an in ſenatuſconſulti fraudem credita ſit. Adhuc ſi ſervus fructuarius emerit; in pendenti eſt, cui quæſierit, an fructuario, an domino, donec ſequatur pretii numeratio, [ut *ſupra, de uſufr. l.* Si quis arboribus. §. *ult.* & *tit. ad Maced. l.* Si pendeat. Idem eſt in conditionibus, quæ nondum extiterunt, ut *ſupra, de rei vend. l.* Non ideo minus.]

IDEM Libro IV. ad Plautium.

CXXX. *Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt.*

Ut ſive judicaverit, vel delegaverit in aliena juriſdictione; vel ſi procurator Fiſci, vel pedaneus de ingenuitate ſententiam tulerit.

Interdum tamen quod ad judicem non pertinet, jure facimus ad eum pertinere: puta noſtro conſenſu, & ex certa ſcientia adimus judicem non noſtrum, facimus noſtrum noſtra aditione, & exinde in illa cauſa poteſt in nos decernere, & ejus, factum & judicium erit ratum, niſi fuerit appellatione ſuſpenſum, ut *C. de juriſdict. omnium jud. l.* 1.

IDEM Libro IV. ad Plautium.

CXXXI. *Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.*

Si gerens tuum negotium quis ſolverit, negotiorum geſtorum actione a te poterit exigere; nec tamen ideo creditori tuo obligatus eſt.

Tutor tamen & curator negotiorum geſtorum obligantur, non creditoribus illorum, quibus fidem debent; ſed illis fiunt obnoxii, quorum negotia gerunt, ſi patiantur pœnam committi, reſve illorum obligatas venire. Et quidem recepturi ſunt ab illis, ſi ſuam pecuniam dederint. Sed tamen licet ſint recepturi, non hoc ideo fit, ideſt, non ideo obligantur, quia ſunt recepturi.

IDEM Libro V. ad Plautium.

CXXXII. *In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. Ambigua autem intentio ita accipienda eſt, ut res ſalva actori ſit.*

Velut ſi dixerit venditor, ſervitutes ſi quæ debentur, debeantur: vel ita, ſtillicidia uti nunc ſunt ita ſint: debebit venditor quaſi ambigue loquens præſtare prædia libera, [ut *ſupra, de pactis. l.* Veteribus. & *tit. de contrah. empt. l.* Eum in lege. In acceſſionibus vero pro venditore interpretandum eſt, ut *eod. tit. l.* Si in emptione.] Ambigua autem intentio ſic accipitur, ut res ſalva auctori ſit, ut dictum eſt.

IDEM Libro VI. ad Plautium.

CXXXIII. *In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant.*

Parcitur marito, uxori, patrono, parenti, donatori, ſociis, maxime omnium bonorum, ne condemnentur niſi in quantum facere poſſunt. Igitur relinquitur eis unde ſe exibeant. Eſt namque ipſorum habenda ratio, ut non egeant.

Donatori autem fortius ſuccurritur, ſcilicet detracto alieno ære, *ſupra, de re jud. l.* Inter eos. *l.* Et exheredatum. Excipitur, niſi dolo deſierint poſſe, vel nolint cavere, ut *C. de rei uxor. act.* §. Cum autem. Interdum quoque is, cui alias parcitur in condemnatione, ut Vir, ſi dolo deſiit poſſe facere, non habebit auxilium, ſed condemnabitur in ſolidum.

§. I. *Cum verbum* reſtituas *in lege invenitur, & ſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus reſtituendi ſunt.*

Cum lex dicit quid eſſe reſtituendum, ut fundus, & ſi nominatim non dicat de fructibus; fructus tamen reſtituendi ſunt, & omne quod habiturus eſſet, ſi ſtatim judicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet, ſicut. *de ſignificatione verborum* legitur in *l.* Reſtituere. [& *ſupra, de uſu & uſufr. l.* Videamus.]

§. II. *Unicuique ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſervatur.*

Et fidejuſſori mora debitoris; ſed in duobus reis promittendi, alteri non nocet mora alterius. Proinde onus uſuræ vel periculi ejus eſt tantum qui moram fecit, non alterius rei debendi.

Porro licet mora ſimplex quæ eſt, ut ita dixerim, ſimpliciter in morando, non nocet alteri, ut *ſupra, de uſuris. l.* Mora. Mora tamen, quæ eſt in faciendo, ideſt mora, quæ eſt factum, nocebit & alteri, ut *ſupra, de duobus reis. l.* Ex duobus.

§. III. *Dolo facit qui petit quod redditurus eſt.*

Quapropter heres damnatus ne a debitore petat,

ſub-

ſubmovetur exceptione, qua non oppoſita, tenetur ex teſtamenio. Sic in *D. de exceps. doli.* [*l.* Dolo.] Heres iamco proponens judicium poſſeſſorium aut interdictum Quorum legatorum, occupatis legatis, non excluditur exceptione doli, licet poſt teneatur ad legati præſtationem, [ut *ſupra, quorum legatorum.*]

IDEM Libro VIII. ad Plautium.

CXXXIV. *Qui poteſt facere, ut poſſit conditioni parere, jam poſſe videtur.*

Si tibi vendidero ſub conditione tali, quam implere potes: verbi gratia, ſi Campani venderent tibi locum, & per te ſtat quominus impleatur conditio; pro impleta habetur adverſus te, & ſic, vel ex vendito teneris, [ut *D. de contr. empt. l.* Si mihi bibliothecam.]

Illud tamen verum, quod licet ubi quis debeat ſub conditione, non debet id agere ne exiſtat conditio, ut *C. de receps. l.* 2. & *D. de verb. oblig. l.* In executione. §. *ult.* tamen oon tenetur ut agat, operamve det, ut condirio exiſtat: contra ſe enim laboraret. Nec ſi quid pure debet, e veſtigio vel obiter vendere res ſuas cogendus eſt, ut *ſupra, de neg. geſt. l.* Divortio. Porro ubi quis pure ſtipulanti promiſerit per ſe non fieri, curare quoque debet, licet videatur contra rigorem promiſſionis, & ut fiat, ut *ſupra, de verb. oblig. l.* In illa.

§. I. *Quod quis, ſi velit, habere non poteſt: id repudiare non poteſt.*

Quia ejus eſt repudiatio, cujus & aditio, & acquiſitio, [ut *ſupra, de acq. her. l.* Heres inſtitutus.]

Inde eſt quod inſtitutus de hereditate ſub conditione, ante cooditionem oon poteſt illam repudiare, quoniam ſi vellet, eam noo poſſet habere. Sed nec ſi filius, patre viveote, ejus hereditatem repudiaverit: mortuo patre, ipſi filio nihil oberit, ut *ſupra, de acq. hered. l.* Is, qui heres. *l.* Qui ſuperſtitis. Sane non tantum jus jam competens, ſed etiam futurum pacto quis remittere poteſt, ut *C. de pact. l.* 1. Item inſtitutus, non tantum pure, ſed & ſub conditione, ſervus quoque ante hereditatem recte paciſcitur, ut *ſupra, de pact. l.* Si unus. §. *ult.*

IDEM Libro VIII. ad Plautium.

CXXXV. *In iis officiis, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſervus intervenire non poteſt.*

Servus intervenire non poteſt in officio tutelæ, curæ, judicii, arbitrii, quæ officia leges deſiderant per liberas perſonas fieri, [ut *inſtit. qui dari tut. poſſ.* & *ſupra, de judic. l.* Cum prætor. & *de arbitris l.* Pedius.]

§. I. *Non debeo melioris eſſe conditionis quam auctor meus, a quo jus in me tranſit.*

Non debeo melioris eſſe condictionis quam auctor meus, ideſt deceſſor, venditor, donator, a quo jus io me tranſit: hoc ita eſt, ſi acceſſione eorum uti velim; nam poteſt ex meo initio uſucapio mihi competere, licet auctori meo oon competiit, [ut *ſupra, de diverſ.* & *ſemp. præſcript. l.* An vitium.]

Re vero exiſtente vitioſa, ceſſat, quia vitia a majoribus contracta perdurant, ut *C. de acquir. poſſ. l.* Vitia. & *ſupra, de acquir. poſſ. l.* Pomponius refert.

IDEM Libro XIII. ad Plautium.

CXXXVI. *Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi.*

Vigor judiciarius ideo in medio conſtitutus eſt, ne ſinguli jus ſibi dicant. Non enim competit ſingulis quod permiſſum eſt tantum univerſitati, ideſt ei, qui obtinet vicem univerſitatis, ideſt populi, qualis eſt magiſtratus. Alioquin continget occaſio majoris tumultus.

Sane vim licet propulſare, quamvis non vindicare. Patronus tamen a liberto petitus, ſi io eum retorſit crimina, ignoſcendum eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci, ut *ſupra, de bon. libert. l.* Qui cum. §. Si libertus. Sed & furem occidere licet, ſi non patiatur ſe deprehendi ſecundum legum diſtinctionem; volentem quoque ingerere cedem; ſed & agros depopulantem; debitorem quoque fugientem apprehendere licet, ut *ſupra, quæ in fraud. cred. l.* Ait prætor. Item cum uxore deprehenſum maxime ſervum, libertum, infamem marito licet occidere; ſed & ſi alium occiderit quodam calore, & in nocte, mitius jure punitur, ut *C. de adult. l.* Gracchus.

§. I. *Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis.*

Infinita eſt libertas & neceſſitudo; ideſt cognatio, & adgnatio oon poſſunt pretio æſtimari.

IDEM Libro XIV. ad Plautium.

CXXXVII. *Qui in jus dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus uti debet.*

Eatenus, ut ſi utatur illius acceſſione, delictum ejus obſit. Alioquin obeſſe non poteſt, niſi vitium rei cohæreat, ut furtum. Legatarius tamen aut alii, qui lucrativam cauſam habent, ex auctoris vitio præjudicium patiuntur, etiam ſi ſuo initio nitantur, quia ſcilicet lucrativam cauſam habent, [ut *ſupra, de doli except. l.* Apud. §. Si quis.]

Sane ſi te mihi donare volentem, alii cui ego quoque donare volebam, te delegaverim, licet cootta me exceptione in quantum poſſes, te tue-

reris

reris: contra illum tamen te non tueberis, ut *ſupra, de donat.*

§. I. *Nemo videtur dolo euſequi, qui ignorat cauſam cur non debeat petere.*

Nemo videtur dolo petere, qui ex probabili errore ignorat cur non debeat petere, qualis eſt heres, quem defunctus prohibuit quid petere; ſi tamen cognito errore poſtea petat, dolo petere videtur, [*ſupra, de doli except. l.* 2.]

Idem Libro XV. ad Plautium.

CXXXVIII. *Cum principalis cauſa non conſiſtat, plerunque nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.*

Cum principalis cauſa non ſubſiſtat, ut alienatio prædiorum minorum ſine decreto, nec ea quæ ſequuntur ut traditio, evictionis promiſſio locum habent. *Plerunque*, dixit, propter rem quam curator, cum ſua edet, pro evictione prædii minoris obligavit, [ut C. *de prædiis. l.* Et ſi is.]

Et *plerunque* dicit, quia licet prima obligatio non valeat, quia ſtipulatus fuerit alii; firmatur tamen, quandocumque ſtipulationi illi ſubjecerit pœnam. Item licet inſtitutio teſtamenti ceſſet ex cauſa præteritionis vel exheredationis; legata tamen valent.

Idem Libro XVI. ad Plautium.

CXXXIX. *In obſcura voluntate manumittentis, favendum eſt libertati.*

Ut ſupra convenienti exemplo ſignificavimus. [*l.* Quoties dubia.]

Imo ubi non apparet, de quo ſticho ſenſerit, neuter liber erit, ut *ſupra, de man. teſt. l.* Cum ex pluribus.

Idem Libro XVII. ad Plautium.

CXL. *Quod juſſu alterius ſolvitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.*

Quod meo juſſu ſolvitur, ego ſolviſſe videor, & quod meo juſſu recipitur, ego recipere videor.

Idem Libro I. ad Vitellium.

CXLI. *Si nemo ſubiit hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur.*

Si nemo inſtitutus, vel ſubſtitutus adiit hereditatem, omne jus teſtamenti ſolvitur: ut libertates, legata, fideicommiſſa non valeant, niſi a legitimo herede fuerint repetita, [ut C. *ſi omiſſa cauſa teſt. l. penult.* vel ſit omiſſa cauſa teſtamenti vel per bonorum addictionem hoc fiat, ut *inſtit. de addict. bon.*].

Idem Libro III. ad Vitellium.

CXLII. *Quod nullius eſſe poteſt, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.*

Quod nullius eſſe poteſt, ut homo liber, campus martius, res ſacra, nulla obligatio poteſt efficere, ut alicujus fiant. Homo tamen liber, qui patitur ſe venundari ad participandum pretium ſervus ementis efficitur, [ut *ſupra, de lib. cauſ. l.* Liberis. & *inſtit. de jure perſon.* & *tit. de inut. ſtipul.*]

Item ſine ejus quoque patientia ementis forte ſit ſervus ex neceſſitate famis. Res quoque ſacræ quandoque recte alienantur, ut ſupra ego expoſui.

Idem Libro III. Digeſtorum.

CXLIII. *Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt.*

Etſi nihil facile immutandum eſt ex ſolemnibus, tamen ſi æquitas poſcit, ſubveniendum eſt, ut contingit in eo, qui citatus non reſpondit, & ideo contrariam ſententiam meruit; ſed confeſtim ſedente judice pro tribunali adiit, ſicut legitur, ſupra, *tit. de in integr. reſtit. minor. l.* Divus Antoninus.

Sed & ſi acceptilatio ſolemnibus ſit deſtituta, tamen vim habet pacti inter imprudentes juris uſurpata *de accept. l.* An inutilis. Item ſi teſtamentum ſolemnibus ſit deſtitutum, adjecto jure codicillorum valebit, ut *C. de codicill. l. ultim.* §. Illud.

Celsus Libro VII. Digeſtorum.

CXLIV. *Vani timoris juſta excuſatio non eſt.*

Vani timoris ratione nemo juſte excuſatur, ut ſi timuit quod non oportuit, quia meticuloſus eſt, [ut *ſup. quod met. cauſ. C. de his, qui per met. jud. non appell. l.* 1.]

Puta mulier, quæ ſciebat ſe eſſe ingratam, ſi quid eo metu, ne revocetur, dederit patrono: non revocabitur per actionem, quod metus cauſa. Ipſa enim ſibi metum intulit, ut *ſupra, quod met. cauſ. l.* Si mulier. Sed & ſi quis non appellaverit meticuloſus, poſtea non juvabitur, quia in ſacro comitatu noſtro timere non debuit, ut *C. de his, qui per met. judic. non appell.*

Idem Libro VIII. Digeſtorum.

CXLV. *Impoſſibilium nulla obligatio eſt.*

Ut ſi quis promittat ſervum non moriturum, [ut C. *de contrah. ſtip. l.* Non nemo.] Sororem ſe ducturum, quod de jure impoſſibile eſt, [ut *ſupra, de verb. oblig. l.* Si ſtipulor.]

Idem Libro XII. Digeſtorum.

CXLVI. *Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolvi poſſit: & cum*

ſol-

ſolvendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt.

Nihil peti poteſt, antequam perſolvi poſſit, ut partus futurus & fructus, licet pure promiſſus. Cum autem dies obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt. Solvi tamen poteſt, [ut *ſupra, de verb. oblig. l.* Interdum. & *inſtit. de verb. oblig.*

Niſi ſi quis hodie promiſerit, vel quid annuum: tunc enim ante finem præfixorum temporum rite petetur, ut *C. quando dies leg. l.* 1. & *D. de verb. oblig. l.* Liber. 118.

Idem Libro XVI. Digeſtorum.

CXLVII. *Si quis prægnantem uxorem reliquerit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.*

Si quis prægnantem uxorem, quæ vivum perfectumque edidit, [non declinans ad monſtrum vel prodigium, ut *C. de poſth. her. inſt. l.* 2.] reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Idem Libro XVII. Digeſtorum.

CXLVIII. *Ubi pugnantia inter ſe in teſtamento invenirentur, neutrum ratum eſt.*

Si teſtatorem nunc aliquid voluiſſe, nunc noluiſſe teſtamentum demonſtrat, nec apparet quid potius voluerit: neutrum ratum eſt: quemadmodum diverſæ ſcripturæ ſibi fidem invicem derogantes ab una parte prolatæ, nihil firmitatis obtinent, ut *C. de fid. inſtrum. l.* Scripturæ.

Imo ſi cui quid ultimo loco fuerit relictum, ratum erit. Nam ſi quis ſic dixerit, cui bis legavero, non amplius quam ſemel dari volo; eidem tamen quod poſtea legabit, legatarius habebit: ſemper enim poſteriora derogant prioribus. Nemo enim ſibi legem dicere poteſt, quod non liceat ſibi a priori voluntate recedere, ut *ſupra, de legat.* 1. *l.* Nemo. & *D. de leg.* 3. *l.* Si quis in principio. Interdum tamen præcedens ſcriptura facit, ut poſterius legatum non valeat, ut ſi ita dixerit, quod intra legavero, non do, non lego.

§. I. *Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.*

Quæ rerum natura prohibentur, ut ſervum non moriturum præſtari, cœlum digito tangi, nulla lege nec ſtipulatione pœnali ſequente poſſunt confirmari.

Idem Libro XIII. Digeſtorum.

CXLIX. *Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris autoritate, creditur: Nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.*

Pupillus nec velle ad ſuum præjudicium, nec nolle creditur, quominus teneatur; ſi forte ipſius negotium eo prohibente utiliter geratur. Non enim diſtinguitur, voluerit, an noluerit, niſi cum tutoris auctoritas interceſſerit.

Idem Libro XXIV. Digeſtorum.

CL. *Quod evincitur, in bonis non eſt.*

Nec retro fuiſſe videtur. Cum ergo ſententia jure teneat, creditor, cui forte omnia debitor obligaverat, id petere non poteſt, quaſi in bonis debitoris fuerit.

Poſtquam evictum fuerit. Sane inſpecto rigore, quandiu evincitur, adhuc in bonis eſt. Nam & quod moritur, vivit, quod rumpitur, tollitur, extat. Porro juris interpretatione & figmento, etiamſi* ſit adhuc in bonis, poteſt dici non eſſe in bonis, quippe & in bonis ejus qui metum paſſus eſt, res dicitur eſſe licet mera ratione ſua voluntate & ſi coacta deſierit eſſe ſua, ut *ſupra, quod met. cauſ. l. penult.* Ovum quoque dicitur animal, non actu, ſed poteſtate.

Idem Libro XXXIII. Digeſtorum.

CLI. *Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viventi Cæſar reſcripſerat, jam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit, non videri ſibi principem, quod ei, quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe. Quem tamen modum beneficis ſui vellet, ipſius æſtimaeionem eſſe.*

Quod beneficium imperator Titio quaſi viventi dederit, ut beneficium dilatoriæ præſcriptionis, qui Titius jam deceſſerit: defuncto dediſſe videri non poteſt: proinde ejus heres uti eo beneficio non poteſt, niſi forte re comperta Cæſar velit ad heredem idem beneficium porrigi.

Marcellus Libro XXIX. Digeſtorum.

CLII. *Ea, quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida a ſingulis heredibus debentur.*

Ea quæ in partes dividi non poſſunt, ut iter, actus, via, in ſolidum a ſingulis heredibus exiguntur. Verum qui conventus ſolidum præſtat pro partibûs coheredes conveniet, [ut *ſupra, de verbor. oblig. l.* 2. & *de ſervit. l.* Viæ.]

§. I. *In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtius eſt, quam tutius.*

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi debemus, ſicut in *D. de exerc. act.* legitur. Si enim ſervus ſciente domino navem exercet, ſi de voluntate dubitatum eſt, in ſolidum dominus ex benigniori interpretatione conveniri non debet.

Item ubi quis inſtituit ſervum, quem putavit liberum, & ei ſubſtituit Mævium, ſervuſque juſſu domini adierit: ſubſtitutus admittitur in quadran-

tem ideſt modicum nec in ſolidum, nec in nihilum propter id, quod eſt dubium, ut *inſtit. de vulg. ſubſt.* ſicut pleniſſime ibidem expoſui. Item ſi pupillus delato ſibi jurejurando juravit ſe non debere, & forte controverſia ſit, utrum juraverit de facto, vel de jure: pro pupillo dicendum eſt, ut de toto juraverit, ut *ſupra, de jurejur. l. ult.*

Celsus Libro XXXVIII. Digeſtorum.

CLIII. *Omnia fere jura heredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis heredes extitiſſent.*

Quodcunque lucrum obveniſſet heredi, ſi ſtatim poſt mortem adiiſſet hereditatem, habiturus eſt quandocunque poſtea hereditate adita. Itaque & fructus & uſucapionis compendium heredi perveniunt: *fere* poſuit, propter uſumfructum, quem ſi ſtipulatur ſervus hereditarius, nihil agit, quia uſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt, ut in *D. de ſtip. ſerv.* [*l.* Si ſervus.]

Modestinus Libro VI. Differentiarum.

CLIV. *Qui per ſucceſſionem quamvis longiſſimam defuncto heredes conſtiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes exiſtunt.*

Heres heredis etiam teſtatoris eſt heres, hoc eſt, appellatione heredis continetur primus, ſecundus, tertius heres, & uſque in infinitum. Eſt tamen quando appellatio heredis primum tantum continet, ut *D. de verb. ſign. l.* Sciendum. habetur. Si enim pater ſic ſubſtituerit, Quiſquis mihi heres erit, & impuberi heres eſto, heredis heres non continetur, quia incertus eſt. Item filius heres proximus poteſt paternum libertum ingratum accuſare, non etiam heredis heres.

Idem Libro VII. Differentiarum.

CLV. *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*

Si quid relinquitur ſub hac conditione expreſſa, Si Titius voluerit: non prodeſt: ſi vero ita, ſi Titius Capitolium aſcenderit, valere poteſt. Non eo minus quod ipſius arbitrii eſt aſcendere, vel non: ſed quia non expreſſa non nocent. Item acceptilatio facta ſub conditione expreſſa non valet, quia expreſſa conditio nocet: ſi vero fiat pure, licet expreſſa ſit conditio in ſtipulatione, valere poteſt: quia non expreſſa, licet tacite intellecta conditio valere poteſt, [& non obeſſe, ut *ſupra, eod. l.* Actus legitimi. & *tit. de jur. dat. leg.* 3.]

Idem Libro VIII. Regularum.

CLVI. *Privilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ. Et ideo quædam ad heredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt ad heredem non tranſeunt.*

Privilegia quædam cauſæ ſunt, ut de quadrimeſtribus judiciis, de judiciis etiam bonæ fidei, ut tutelæ, quæ ex mora admittunt uſuras; & hæc ad heredes tranſmittuntur. Quædam privilegia perſonæ ſunt, & ideo ad heredem non tranſeunt, qualia ſunt ea, quæ dantur patrono, marito, qui condemnantur in quantum facere poſſunt; ſed ipſorum heredes in ſolidum. Filius tamen mariti ex eadem uxori in quantum facere poteſt, condemnatur. Sic habetur *D. ſol. matr. l.* Etiam filios. [& *C. eod. l.* Maritus. & *ſupra, de re jud. l.* Non tamen. & *tit. de except. l.* Exceptiones.]

Idem Libro Singulari de ritu nuptiarum.

CLVII. *Semper in conjunctionibus non ſolum quid liceat conſiderandum eſt; ſed & quid honeſtum ſit.*

Semper in conjunctionibus, ideſt, in matrimoniis conſiderandum eſt ſimul quid liceat, ſimul etiam quid honeſtum ſit, ideſt quid deceat, ut in ſenatore forte contingit, cui etiamſi forte licet habere libertinam conjugem jure naturæ; non tamen decet, nec honeſtum eſt ex ſuæ perſonæ conditione. Aliquid enim licet, quod non decet: licet enim contrahentibus in contractibus bonæ fidei naturaliter ſe decipere, ſed non decet, [ut *ſupra, de minor. XXV. ann. l.* In cauſæ.]

Javolenus Libro XIII. ex Caſſio.

CLVIII. *Neque in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris ſive ſolvendo eſt, ſive non eſt.*

Pupillus ex dolo tutoris non convenitur, niſi quatenus ad eum pervenit. Attamen etſi nihil ad eum pervenit, convenitur ut actionem cedat, ſed non ut aliquid pro eo præbeat, [ut *ſup. de trib. act. l.* Sed etſi ſervus. §. 1.]

Ergo vere dici poteſt dolum tutoris non nocere pupillo non locupletato, nec ubi eſt ſolvendo tutor; quia tunc nihil de ſuo dat, tametſi cedit; nec ubi non eſt ſolvendo, quia tunc nec cedit, cum non expediat, nec de ſuo aliquid præbet. Sed tamen *de evict ion. l.* 4. dicitur, pupillum ex contractu tutoris teneri in totum, ſive pervenerit ad eum, vel non; *neque enim male contrahitur cum tutoribus.*

Idem Libro VI. Epiſtolarum.

CLIX. *Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paruit.*

Sive de officialibus, ſive de litigantibus intelligatur. Namque litigator dolo facit, ſi non patitur eum eſſe in poſſeſſione, quem judex miſerit. Et officialis, ſi male officio ſuo functus fuerit

Digitized by Google

erit, ut *ſup. ſi quis jud. non obtemp.* & *tit. de rei vend. l.* Qui reſtituere. Et *C. de ſportul. & executor. l.* 2. & 3. Non caret inquam dolo, niſi non pareat in his, quæ ſunt Deo, & Evangelio, & naturæ contraria.

Ulpianus Libro XII. ad Edictum.

CLX. *Qui in ſervitute eſt, uſucapere non poteſt. Nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.*

Qui in ſervitute hoſtium eſt, uſucapere per ſe non poteſt: nam per ſervum quem domi reliquit, uſucapit. Sed etſi bona fide, vel mala poſſidetur homo, etiam liber uſucapere, & poſſidere non poteſt; cum enim poſſideatur, poſſidere non videtur.

Idem Libro XIII. ad Edictum.

CLXI. *Non alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem.*

Non alienat debitor quaſi in fraudem creditorum, qui dumtaxat omittit, quod quærere potuit, [ut *ſup. quæ in fraud. cred. l.* Qui autem.]

[Niſi in fraudem donatum, id conjux agat, ut donatum velit conjugi, ut *ſup. l.* Ait prætor. §. Si cum mulier.]

Paulus Libro XII. ad Edictum.

CLXII. *Nemo plus commodi heredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit.*

Si quis tamen ſtipulatus eſt ſub conditione, vel poſt mortem ſuam, hæc habiturus eſt heres, licet defunctus habere non potuit.

Item heres aliquando habebit actionem, unde defunctus habebat exceptionem, veluti cum juravit rem non eſſe petitoris, ut *ſupra, de pet. her. l.* Inde. Verum & ſicut ſuperius dixi, uſucapere poterit, quod defunctus non poterat, quia titulo carebat.

Idem Libro XIII. ad Edictum.

CLXIII. *Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adverſus ea, quia non facit: & qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere juſſus eſt.*

Ut ſi, verbi gratia, patronum egentem non exhibet, videtur adverſus ea facere, quæ facere jubetur, & qui facit quod facere non debet, ut ſi vocet in jus patronum temere, non videtur facere, quod juſſus eſt: & ideo utroque caſu edicto coercetur, [ut *ſupra, de in jus voc. l. ult.*]

Cajus Libro V. ad Edictum provinciale.

CLXIV. *Libertas omnibus rebus favorabilior eſt.*

Cum & a minore præſtita, in conſilio cauſa approbata, licet falſa non retractatur prætextu falſæ cauſæ; nec reſcinditur per in integrum reſtitutionem, niſi a principe ex magna cauſa; nec per legem Æliam Sentiam, niſi re & conſilio fraus contingat; nec per querelam inofficioſi, quando duorum intendentium querelam alter obtinuit; alter victus fuit, licet pretium præſtetur victori pro portione ſua, [ut *C. ſi adverſ. libert. l.* Quos. & *inſtit. qui man. non poſſ.* & *ſup. de minor. l.* Si ex cauſa. & *C. de inoff. teſtam. l.* Cum duobus. & *tit. qui man. non poſſ. l.* 1.]

Ulpianus Libro XIV. ad Edictum.

CLXV. *Nemo alieno nomine agere poteſt.*

[Nemo alieno nomine, id eſt, ex alterius pacto directo agere poteſt, niſi in pecunia credita, & jure hereditario. Vel aliter: Nemo alieno nomine ullo modo agere poteſt, ſcilicet ſua auctoritate: nam & ſi quis tanquam procurator, cum non ſit, agit, non rite agit: quia per falſum procuratorem judicium nullum, niſi poſtea habeatur a domino ratum; ſua auctoritate ideo dixi: quia & ex mandato hoc fit, ut a procuratore, & ex officio publico, ut a tutore, curatore.]

§. I. *Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat.*

[Pone quod Proconſul non eſt ingreſſus ea parte provinciam ſibi deſtinatam, qua ingredi moris eſt; alii tamen Proconſules qui, illi ſuccedent, ſicut moris eſt, ingredi debebunt, nec ejus ſequentur exemplum, & ſic temporaria permutatio jus provinciæ non innovat, ut *D. de offic. proconſ. l.* 3.]

Paulus Libro XVI. ad Edictum.

CLXVI. *Ubi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo hic quidem & reſpondere poteſt.*

Sicut in contractibus, qui conſenſu perficiuntur, mutus intellectum habens reſpondiſſe videtur. Non ſic, ubi voce opus eſt, ut in ſtipulatione, [ut *ſupra, de act. & oblig.*] Præſentiam dixit, vel id quod pro eodem habetur, ut eſt nuncius, epiſtola. Idem eſt in ſurdo, qui licet non audiat, poteſt reſpondere.

§. I. *Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pomponius libro primo Epiſtolarum ſcribit.*

Ut ſic contrahere non poſſit quaſi præſens ſit: ſed nec ſicut abſens, quia non poteſt eſſe, quod pro præſentia habeatur, ut epiſtola, nuntius, ratihabitio. Quod ergo *de procuratoribus* dicitur in *Digeſt.* non eſſe furioſum habendum loco abſentis: ad id pertinet, ut tanquam abſens non poſſit ratum habere: hoc eſt, abſens poteſt ratum habere; furioſus non æque. Eſt autem caſus,

ſus, quando furioſa perſona quaſi conſentire videtur, videlicet cum pater dotem repetit, quam pro filia nunc furioſa dedit. Hæc enim videtur conſentire, quia evidenter non poteſt contradicere, ut *ſupra*, *ſol. matrim.*

Cajus Libro V. ad Edictum provinciale.

CLXVII. *Favorabiliores rei potius quam actores habentur.*

Cum rei obtineant, etſi nihil per ſe allegent, ſi actor in probatione deficiat.

Item in dubiis pro reis judicamus. Sunt enim potiores, quia poſſeſſores, ut C. *de edend.* *l.* Qui. & *inſtit. de interdict.* & *ſupra*, *ſi uſusfr. petat.* *l.* Uti frui. & *ſupra*, *de act. & oblig.* *l.* Hadrianus. Sed & ſi quis, quem dicebat libertum, qui erat in poſſeſſione ingenuitatis; probatio, quæ fuit munus actoris, reo conceditur, ut *D. de probat.* *l.* Circa. Imo potius actori creditur in judicio, quam reo, qui ſemper negaret ſe conſenſiſſe.

Ulpianus Libro XV. ad Edictum.

CLXVIII. *Nemo prædo eſt, qui pretium numeravit.*

Niſi ab eo emit, qui nihil vendere potuit: nam ſi quis a furioſo maxime ſciens emerit, prædo eſt. Sed qui emit ab eo, cujus rem non eſſe noverat, prædo non eſt, & ideo petitione hereditatis directa conveniri non poteſt: utiliter conveniri nihil impedit, [ut *ſupra*, *de pet. hered.* *l.* Nec ullam. & *C. de pet. her.*]

In rei vindicatione poſt litem conteſtatam; in petitione hereditatis, & poſt litem motam omnis poſſeſſor deſinit eſſe bonæ fidei poſſeſſor; ergo ſi victus poſtea fuerit, prædo fuiſſe dicitur, ut *ſupra*, *de pet. her.* *l.* Sed etſi.

§. I. *Locupletior non eſt factus, qui libertum acquiſierit.*

Emendo hominem, aut forte adoptando, quem qui emerit, uſucapere & præſcribere per eum non poterit, [ut *inſtit. de uſucap.* & C. *de præſcript. quæ pro libert.* *l. ult.*]

Aliter ſi pateretur ſe venundari ad participium pretii. Tunc enim ſervus eſſet, ut *inſtitut. de jur. perſon.*

§. II. *Cum de lucro duorum quæratur, melior eſt cauſa poſſidentis.*

Videlicet ſi a diverſis non dominis res utrique donata, tradita fuerit, ſicut ſuperius dictum eſt.

Aliter ſi ab eodem, ut de publiciana Julianus ſcribit, *ſupra*, *de public. in rem act.* *l.* 9. §. Si duobus. Sed & quandoque agentis & non poſſidentis, ut ſupra diſtinctum eſt.

Paulus Libro XX. ad Edictum.

CLXIX. *Cum prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit: ſufficit, ſi vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.*

Ex dolo defuncti tenetur heres, quatenus ad eum pervenit: ubi ſufficit, ſi vel momento apud eum fuit. Non autem ita de eo eſt, qui bona fide poſſidens hereditatem, petitione hereditatis convenitur. Hic enim tenetur pro eo, quod ad eum pervenit, & perduravit, ut locupletior ſit, [ut *ſupra*, *de pet. hered.* *l.* Si quo. *l.* Si a domino.]

Idem Libro XIX. ad Edictum.

CLXX. *In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.*

Unde cum quis alicui dederit vel promiſerit, ut aliquid turpe faceret, veluti homicidium, furtum, quia uterque turpiter facit, & qui dat promittitve, & qui accipit, cuive promittitur: poſſeſſor eſt potior, [ut *ſupra*, *de cond. ob turp. cauſ.* *l.* Si ob turpem. & *C. ob turpem cauſ.* *l.* Cum te.]

Imo ſi alteri alter expreſſim emerit, ideoque inutiliter contraxit; ille tamen ex duobus in dominii quæſtione potior erit, cui a domino tradita res fuerit, ut C. *ſi quis alteri.* *l.* Multum.

§. I. *Ii, qui in univerſum jus ſuccedunt, heredis loco habentur.*

Quales bonorum poſſeſſores & fideicommiſſarii heredes, & ſi qui ſunt ſimiles, [ut *inſtit. de fideicomm. heredit.* & *ſupra*, *quod cum eo, qui in aliena poteſt.* *l.* Si filius.]

Idem Libro XXI. ad Edictum.

CLXXI. *Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.*

Quamvis enim ſciens debitorem non eſſe ſolvendo recipit; quia tamen ſibi vigilare licuit, non timet edictum. Cæterum ſi poſſeſſione bonorum creditoribus data, recepit, cæteriſque prærepſit, in portionem vocandus eſt, cæteriſque exæquandus, ut *D. tit. quæ in fraud. cred.* [*l.* Ait prætor. §. Si debitorem. & *l.* Pupillus. & *l.* Qui autem. §. Sciendum.]

Imo ſi ſciebat fiſcalem eſſe debitorem cum acciperet, vel poſtea cognovit, antequam conſumeret: auferetur ab eo, ut *D. de his, quæ in fraud. cred.* & *ſupra*, *de jure fiſci.*

§. I. *Cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur, locum habent.*

Cum principalis cauſa non ſubſiſtit, ut matrimonium, nec ea, quæ ſequuntur, locum habent, ut dos, propter nuptias donatio, [ut *C. de cond. ob cauſ.* *l.* 1. & *ſupra*, *de ritu nupt.* *l.* Dote.]

Ul-

Ulpianus Libro XVIII. ad Edictum.

CLXXII. *Nunquam actiones præſertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.*

Nunquam actiones præſertim pœnales (eo quod magis reipublicæ interſit maleficia puniri) de eadem re concurrentes, altera alteram conſumit. Ex eo eſt, quod ſi quis canem, verrem, urſum habeat, qua vulgo iter ſit, & noceat: ædilitiis actionibus tenetur, & nihilominus actio eſt de pauperie, ſicut *inſtit. de pauperie* legitur; [ſaltem utilis locum habet.]

Paulus Libro XXII. ad Edictum.

CLXXIII. *Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.*

Qui dolo deſiit quid poſſidere, condemnatur, & quacumque actiooe conveniri poterit, ſive rei vindicatione, ſive petitione hereditatis, ſive interdicto. Damnari, dixit utilibus conventum, non directis actionibus. Eſt enim dolus pro poſſeſſione, ſed non eſt poſſeſſio.

Aliquando tamen non ita. Ecce enim ſi ſervus, quem dolo deſieris poſſidere, deceſſerit, priuſquam convenireris noxaliter: liberaris, quia noxalis ſuccedit in locum directæ, ut *D. de noxal. action. l.* Electio. §. Si is.

Cajus Libro VII. ad Edictum provinciale.

CLXXIV. *Imperitia culpæ adnumeratur.*

Sicut dicitur in lege Aquilia, ut ſi medicus male ſecuerit, vel quiſquis alius affectaverit, quod ignoraverit, culpæ reus eſt, [ut *ſupra, de off. præſ. l.* Illicitas. & *tit. locati. l.* Si quis fundum. & *inſtit. de l. Aquilia.* miles, mulier, minor, agricola aliquando propter imperitiam excuſantur.]

Idem Libro VIII. ad Edictum provinciale.

CLXXV. *Melior conditio noſtra per ſervos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt.*

Melior conditio noſtra per ſervos fieri poteſt, filioſve, ſive paciſcantur, ſive adipiſcantur. Nam ex eorum pacto, & actio & exceptio nobis competere poteſt, ſicut & dominium re tradita nobis acquiritur. Deterior fieri non poteſt. Quod tamen meo animo ſervi corpore poſſideo, eo ad alium transferente, etiam ignarus poſſidere deſino; ſed quia ſupereſt ſtatim recuperandi facultas, perinde eſt, ac ſi non amiſerim. Poteſt etiam dici ex nova lege me nec poſſeſſionem amiſiſſe, ut in rebus jam quæſitis nullo modo conditionem meam gravet. Nam in eo quod quærendum eſt, ſi deſidia vel dolo non apprehendit, meam conditionem gravabit.

Item ſi in perſona ſua delinquunt, faciunt conditionem domini deteriorem, ut *inſtit. per quas perſ. nob. acq.* & *C. eod.* & *ſupra, de acquir. rer. dom. l.* Acquiritur. & *tit. de acquir. poſſ. l.* 1. & *l.* Peregre. & *C. de acquir. poſſ. l. ult.* & *inſtit. de noxal.*

Ulpianus Libro XXI. ad Edictum.

CLXXVI. *Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur a debitore.*

Non fraudantur creditores cum debitor neglexerit quærere quod potuit, ſed cum quid de bonis diminuit: unde actiones habent ad quod tranſtulit, ſed non ad id, quod capere noluit, [ut *ſupra, quæ in fraud. cred. l.* Qui autem.]

§. I. *Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.*

Tranſactionem vel quodcumque pactum nemo reſcindere poteſt ob id, quod dicat ſe malignatum doloque verſatum, quia nulli dolus ſuus patrocinatur, [ut *C. de tranſ. l.* Tranſactione. & *tit. quæ in fraud. cred. l.* Filios.]

Miror itaque qua mente, qua fronte, qua ratione inquiunt quidam, Populum Romanum certa ſcientia contra legem aliquam facientem, ſicque delinquentem, legem abrogare, & abrogando legem in contrarium cudere. Malæ fidei tamen poſſeſſor mala fide poſſidendo, & poſſeſſionem ſuam continuando XXX. annis præſcribit. Item ſi quis ei, apud quem in alea luditur, furtum fecerit, actione furti non convenitur, & ſic delinquendo meliorem conditionem ſuam fur facit, ut *ſup. de alear. l.* 1. Item heres ſervum vetans dare de peculio, cui libertas erat relicta, ea quidem obtingente heres, delinquendo lucratur pecuniam, nec manumiſſo eam dare tenetur, ut *ſup. de ſtatulib. l.* Si peculium. §. 1. *in fin.*

Idem Libro XXIII. ad Edictum.

CLXXVII. *Ea, quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis habentur.*

Ea, quæ ad dandum impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, nec eſſe poſſunt, ut hippocentaurus, pro non adjectis habentur [in legatis; in contractibus ſecus.]

Paulus Libro XVIII. ad Edictum.

CLXXVIII. *Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.*

Sicut ad dominum, ſic ad bonæ fidei poſſeſſorem fructus pro cultura & cura pertinent, niſi lex ſit impedimento: quod forſitan ad fructus pertinet, qui natura ſine opere proveniunt, ut fœnum, & ſi qua ſunt ſimilia, quæ ad bonæ fidei poſſeſſorem non pertinent. Pertinet eadem exceptio fortaſſis ad eum, qui bona fide poſſidet alienum ſervum vel liberum, quia per eum ex duabus cauſis tantum acquirit, hoc eſt ex re ſua, & ex opera

il-

illius, [ut *ſup. de uſur. & fruct. l.* Qui ſit. & *l.* Fructus.]

Ulpianus Libro XXV. ad Edictum.

CLXXIX. *Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.*

Juſte poſſidet, qui auctore prætore poſſidet, [ut *ſup. de acquir. poſſ.* juſte] eatenus, ut ſciens rem alienam, verum pignori in cauſam judicati captam, bonæ fidei poſſeſſor ſit, ſi auctoritate judicis ſit vendita, [ut *C. ſi in cauſ. jud. l.* 1. & *ſup. de noxal. l.* Generaliter.]

Paulus Libro XXVII. ad Edictum.

CLXXX. *Omnis hereditas quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.*

Hereditas adita, licet non ſtatim a morte, tamen cum tempore mortis continuatur: ut eodem tempore, quo & ille deceſſerit, & hereditas adita eſt, heres jus dominiumve univerſorum accepiſſe videatur.

§. I. *Nunquam creſcit ex poſt facto præteriti delicti æſtimatio.*

Quod ad id ſpectat, ſi ſervum vulneraſti, non mortiſere, qui domino negligente periit: de vulnere, non de cæde teneris, ut *ſup. ad leg. Aquil. l.* Qui occidit. *in fin.*

Nam & e contrario quod recte actum eſt, nec corrumpi, nec mutari poteſt, ſuperveniente delicto, ut *ſup. de itin. actuq. priv. l.* 2.

Cajus Libro ad Edictum Prætoris Urbani.

CLXXXI. *Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio ſalvæ permanent.*

Omnes actiones, quæ morte pereunt ut furti; aut tempore, ut injuriarum, quæ actio utili anno aboletur, [ut *D. quod met. cauſ.*] Semel incluſæ judicio, ideſt, lite de his conteſtata, ſalvæ permanent, & perpetuæ fiunt, [ut *C. ex delictis defuncti.* & *inſtit. de perp. & temp. action.* Excepta actione de dolo, forte & reſciſſoria.]

§. I. *Non videtur perfecte cujuſque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.*

Ut in ſervo, cui ſub conditione relinquitur libertas. Vel ſi quod ſub conditione relinquitur alicui: perfecte, hoc eſt, integro jure heredis non eſt, quod in eventum conditionis auferri poteſt, [ut *C. communia, de leg. l. ult.*]

Intelligitur tamen dominus ante eventum conditionis, ut *ſup. de rei vind. l.* Non ideo. Et *tit. de ſtatulib. l.* 1. & 2. & *tit. de quæſtion. l.* Statuliber. Nam res reſtitutioni ſubjecta, licet heredis ſit, non tamen abſolute, ideſt, non plene intelligitur ſua, ut *C. comm. de leg. l. ult.* Nec tamen cujus dominium a nobis abire ſperatur, non intelligitur eſſe noſtrum, ut *ſup. de rei vind.*

Ulpianus Libro LVI. ad Edictum.

CLXXXII. *Abſentia ejus, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet.*

Abſens cauſa Reipublicæ ſic reſtituitur adverſus præſentem, ut & præſens reſtituatur adverſus ipſum quondam abſentem, [ut *ſup. ex quib. cauſ. major. in integr. reſt.*]

Paulus Libro LIV. ad Edictum.

CLXXXIII. *Quod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias.*

Sicut & ſupra dictum eſt.

§. I. *Uni duo pro ſolido heredes eſſe non poſſunt.*

Plures ſucceſſores eſſe poſſunt in univerſum, ideſt, in jus univerſarum rerum, ſed non in ſolidum, ut pluribus pertineat omnium rerum dominium pro ſolido.

Idem Libro LVI. ad Edictum.

CLXXXIV. *Qui tacet, non utique fatetur; ſed tamen verum eſt, eum non negare.*

Si quis ergo interrogatus, ſi ipſe vel ejus ſervus dederit damnum, & taceat: non ut inficians condemnatur. Qui ergo interrogatus an ſit heres tacet: hereditariis actionibus, ſicut heres convenitur; hoc eſt, ac ſi dixiſſet ſe heredem, forſan qui non eſt, vel tanquam negaverit ſe heredem, qui forte heres eſt, ſicut in *D. de interrogat.* [& *tit. de probat. l.* Quoties.]

Filius tamen abſtentus tacens, non perinde ac ſi negaſſet, tenebitur, ut *ſup. de interrog. l.* De ætate.

Ulpianus Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXV. *Quod ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.*

Ut doli vel pacti exceptio ſucceſſoribus obſtabit.

Paulus Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXVI. *Non omne, quod licet, honeſtum eſt.*

Nam licet circumvenire in emptione; ſed non decet, ſicut & retro expoſitum eſt.

Non enim omne, quod licet, expedit, ut Apoſtolus ait. Ecce enim forte licet clerico advocare, ſed non decet. Item lectoribus & cantoribus

licet matrimonium contrahere, ſed non eſt honeſtum. Item ex pacto licet creditori ingredi in poſſeſſionem pignoris, ſed non convenit ſine judice, & minus urbanum eſt, ut C. *de pign. l.* 1.

§. I. *In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.*

Veluti ſi filiusfamilias ſub conditione ſtipulatur, quæ exiſtit, eo facto ſui juris. Nam patri emolumentum ſtipulationis quæritur. Aliud eſt in legatis.

Ulpianus Libro LXVI. ad Edictum.

CLXXXVII. *Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt.*

Dolus non infertur ſcienti, & celatus qui ſcivit, non videtur; certiorari non debuit, qui non ignoravit. Quare qui accepit, vel ſtipulatus eſt a fraudatore, ſciente creditore, non timet edictum, quod eſt de iis, *quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, ut reſtituantur*, [ut *ſupra, quæ in fraud. cred. l.* Quod autem. §. Præterea. Minor tamen conſcius quaſi læſus juvatur.]

Paulus Libro LXII. ad Edictum.

CLXXXVIII. *Quod quis, dum ſervus eſt, egit, proficere libero facto non poteſt.*

Libero facto nec obeſt promiſſio, nec prodeſt ſtipulatio, quondam enim dominus expeditur, vel convenitur de ipſius maleficio. Contra eſt, quia noxa caput ſequitur.

Item ſi aliquid pro libertate promiſerit, actione in factum convenitur, ut *ſupra de action. & oblig. l.* Servi. & *tit. de ſolut. l.* In liberto. & *tit. de negot. geſt. l.* Eum, qui. & C. *an ſervus ex ſuo &c. l.* 2. & 3. *inſt. de nox.* Imo ſi ſervus inſtitutus ante aditam hereditatem cum creditoribus pactus eſt, poſtea facto libero & heredi ſaltem doli exceptio datur, ut *ſup. de pact. l.* Et ſi.

Cajus Libro XXIV. ad Edictum provinciale.

CLXXXIX. *Semper ſpecialia generalibus inſunt.*

Ecce ſpecies: feræ beſtiæ, piſces, volucres, occupantium ſunt. Ecce genus: quod nullius in bonis eſt, occupanti conceditur.

Imo ſpecies eſt in genere, id eſt continetur a genere, & e converſo genus eſt in ſpecie, ſive includitur in ſpecie: hoc eſt, ubi eſt ſpecies, ibi eſt genus; ſuſcipit enim ſpecies nomen generis.

Paulus Libro XVI. brevis Edicti.

CXC. *Cujus effectus omnibus prodeſt, ejus & partes ad univerſos pertinent.*

Quarum rerum emolumentum omnibus prodeſt heredibus: earum rerum partes ad univerſos, id-eſt, ad ſingulos pertinent, ut fundi, pecuniæ. Viæ vero, itineris quia partes nullæ ſunt, non pars, ſed integritas ad ſingulos pertinet, [ut *ſup. de ſervit. l.* Viæ. & *ſup. de verb. oblig. l.* Stipulationes non dividuntur.]

Vel ita poteſt exemplificari: ſicuti effectus ſucceſſionis heredi competit, ita & debita & credita ex ordine ad eum pertinebunt.

Ulpianus Libro LXVII. ad Edictum.

CXCI. *Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet.*

Ex qua perſona procuratoris, inſtitoris, magiſtri navis quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet, ut ex ipſius conveniatur contractu. Sicut etiam ex contractu filiorum, & ſervorum experitur & convenitur, [ut *ſup. de procur.* & *de exercit.* & *inſtitoria & tributoria* legitur.]

Ex delicto tamen filii pater non convenitur, niſi condemnato filio: tunc enim quaſi contractum ſit cum filio, pater judicati convenitur, ut *ſup. de pecul. l.* 3. Sed nec dolo tutoris & curatoris pupillus adultusve jacturam patitur, ut C. *ſi tut. & curat.* & *de judiciis properandum.* §. *ult.* Sane etiam de eo quod in pupilli rationem accepto latum eſt, pupillus ex contractu tutoris pro evictione tenetur, ne male cum tutoribus contrahatur, ut *D. de evict. l.* Illud.

Idem Libro LXVIII. ad Edictum.

CXCII. *Parem eſſe conditionem oportet ejus, qui poſſideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo factum ſit, quominus poſſideret vel haberet.*

Par eſt cauſa ejus, qui poſſidet, & ejus, qui deſiit poſſidere, ut ſupra expoſitum eſt.

Paulus Libro LXIV. ad Edictum.

CXCIII. *Nemo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere jus non habet.*

Cum ergo jus Præſes habeat damnum inferendi ei, qui contumax eſt: nec ipſe tenetur, nec ipſe, qui parere jubetur, [ut *ſup. quod met. cauſ. l.* 3. & *ſup. de injur. l.* Injuriarum. §. Is, qui jure. & *ſupra, ad l. Aquil. l.* Quemadmodum. §. *penult.* & *l.* Liber homo. *in princ.* & *ſupra, eod. l.* Non videntur.]

Ulpianus Libro LXIX. ad Edictum.

CXCIV. *Hoc jure utimur, ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat.*

Omnis vis, aut publica, aut privata; quam qui facit, in crimen incidit. *l.* Juliæ vis publicæ ſeu privatæ. Eſt autem vis, quæ ad legem Juliam non pertinet, qualis eſt quæ coercetur interdicto, Quod

vi,

vi, aut clam: nam qui prohibitus facit, ille vim facit.

§. I. *Dejecit & qui vel juſſit, vel mandavit, vel ratum habuit: Rati enim habitio mandato comparatur.*

Dejecit de poſſeſſione, qui vel juſſit præſenti, vel mandavit abſenti, vel ratum habuit id, quod factum eſt ſuo nomine. Nam ſi alieno, licet, ratum habeat, non obſtringitur, & illa ſola ratihabitio mandato comparatur, quæ eſt de delicto ſuo nomine facto.

§. II. *In contractibus, quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.*

In contractibus, in quibus doli præſtatio ineſt, vel coercetur dolus, vel bona fides ineſt, ut adhibeatur: Heres ex dolo defuncti in ſolidum tenetur, ſalvo eo quod in depoſito dicitur. Si enim deponitur cauſa incendii, tumultus, ruinæ, naufragii, hæres ex dolo defuncti convenitur in ſimplum, licet defunctus ſi vivere, conveniretur in duplum. Sed & heres ex dolo ſuo in duplum & convenitur & condemnatur, ut *ſupra, depoſiti. l.* 2. & *l.* Quod tumultus. Sed & alias, ut ſupra diſtinxi.

Paulus Libro LXV. ad Edictum.

CXCV. *Fere quibuſcunque modis obligantur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum.*

[Ex contractu obligamur & ex maleficio;] Et ex contractu, aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. Qui re data obligatur, & ſoluta liberatur; qui conſenſu obligatur, contrario conſenſu re integra liberatur, & ſic de cæteris. *Fere* poſuit, quia non quocunque modo contracta obligatio eſt, poteſt verbis aut ipſo jure, aut exceptione tolli, ſicut ſuperius dictum eſt. Sed & quibus modis acquirimus, iiſdem modis in contrarium amittimus. Namque poſſeſſio animo & corpore quæritur; ſimiliter opus eſt, ut amittatur & animo & corpore. Corpore ſolo non amittitur; ſed ſi concurrit ſimul & animus. Animo vero ſolo dicitur amitti: quia licet in fundo ſis, & tamen poſſidere nolis, protinus poſſeſſionem amittis. Si ergo a corpore incipis, ut ſi quæras utrum poſſeſſio amittatur corpore; reſpondebo non corpore amitti, ſed corpore & animo. Si autem ab animo cœperis, animo amitti reſpondebo, [ut *inſt. de oblig.* & *tit. de oblig. ex conſenſu.* & *tit. quib. mod. oblig. toll.* & *C. quando licet ab empt. diſcedere.* & *ſupra, de pactis. l.* Ab emptione. & *ſup. de acquir. poſſ. l.* Poſſideri. §. In amittenda. & *l.* Quemadmodum.]

Imo quod *os aureum* excogitavit, ut determinaret contrarium, ſi incipias ab animo non ſi a corpore, ſic eſt interpretandum: non ſcilicet fatue quærendo, ſed re ipſa ab animo incipiendo, quippe ſi ab animo cœperis, id eſt, animo te nolle poſſidere conſtitueris: etiam in fundo manens amittis poſſeſſionem protinus omnem, etiam naturalem. Sane ſi a corpore cœperis, id eſt corporaliter de fundo exieris, non tamen animo deſerendæ poſſeſſionis, nullam poſſeſſionem judicio meo amiſeris.

Ulpianus Libro LXX. ad Edictum.

CXCVI. *Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit.*

Cum par eſt delictum duorum, ſemper oneratur petitor, melior habetur poſſeſſor: Sicut eſt quando libertus in jus temere patronum vocat, & alius patronum vi eximit. Cum enim uterque dolo facit, & libertus, qui ſine venia vocat, & is, qui vi eximit: in deteriori loco libertus eſt, qui in ſimili delicto petitoris loco eſt; qui eximit potior eſt. Idem eſt ſi ſtipulator dolo rei non ſtet in judicio, & reus dolo ſtipulatoris: melior eſt reus, quam petitor dolo invicem compenſando, [*D. de eo, per quem fact. erit. l. ult.* §. Si & ſtipulator.] Sicut de emptione & venditione legitur. [*l.* Domum. §. *ult.*] Cum ambo domum eſſe combuſtam, quæ vendebatur, non ignorarent. Non enim replicatio doli datur contra exceptionem doli: quia iniquum eſſet communem malitiam petitori præmio eſſe, & ei, cum quo ageretur, pœnæ eſſe, [ut *ſup. de doli excep. l.* Apud Marcellum.]

§. I. *Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.*

Ex qua cauſa fur, qui in pœnam furti incidit, re ſubrepta, furti agere non poteſt. Nam & is, cum quo tranſactio facta eſt, ſi ſub pœna aliquid dari promiſerat, & alter controverſiam non vult movere: ſi iſto non dante, alter actionem reſtauret, pœna non eſt ab eo petenda, ſicut & de illis dicitur, quorum uterque habebat ædificia in via publica, [ut *ſup. de fur.* qui re ſibi, & *tit. ne quid in loco publ. l.* 2. & *C. de tranſact. l. ante penult.*]

Paulus Libro LXV. ad Edictum.

CXCVII. *Factum cuique ſuum, non adverſario nocere debet.*

Veluti ſi ſocius lucrum aliquod ſolus captans ſocietati callide renunciet. Item ſi reus dolo actoris

ris judicio non ſiſtit, ipſi actori non reo nocet, [ut *inſt. pro ſocio*, & *ſup. de eo, per quem fact. erit. l.* 1. §. Si reus.]

§. I. *Non videtur vim facere, qui jure ſuo utitur, & ordinaria actione experitur.*

Veluti ſi creditor exercens legem conventionis ingreditur poſſeſſionem pignoris; vel ſi propinquus corrigat quaſi paterna affectione junioris errorem. Illum quoque dicimus vim non facere, qui ordinaria actione experitur, licet ab eo accepta occaſione res militari manu auferatur poſſeſſori, [ut C. *de pignorat. l.* Creditores. & *ſup. de rei vind. l.* Qui reſtituere. & C. *de emend. propinq.*]

§. II. *In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.*

Nam ſi fur deprehenſus ducatur ad Præſidem, vel Præfectum: hoc ipſo quod in periculo majoris pœnæ deductus eſt, intelligendum eſt, pœnam vel quæſtionem furti remiſſam eſſe, [ut *ſupra, de furt. l.* Interdum. & *tit. de his, qui not. infam. l.* Quid ergo. §. Pœna.] Illud quoque ex benignitate receptum eſt, ut judex pronunciando vim factam eſſe, de minori vi pronunciaſſe exiſtimetur.

Sed & qui creditur ſe non invito domino contrectare, omiſſo rigore, ex benignitate excuſatur a furti pœnali actione, ut *inſt. de furt.* §. Placuit. Forte excipi poteſt, quod ubi quis non corrupit ſervum ſicut voluit, tamen de rigore omiſſa benignitate pœna corruptionis ei infligitur.

Ulpianus Libro LXX. ad Edictum.

CXCVIII. *Invitus nemo cogitur defendere.*

Niſi eo conſentiente dominus judicatum ſolvi cautionem expoſuit alias, non compellitur: ſtipulatio tamen committitur. Si vero procurator eſt ad agendum, cogitur judicium ſuſcipere, ideſt, defendere, niſi ad agendum cauſa cognita recuſaverit, [ut *ſup. de procur. l.* Si defunctus. *l.* Sed & hæ.]

§. I. *Cui damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.*

Cui damus actionem, multo magis exceptionem, qualis eſt ſuperficiarius, qui quoniam contra dominum habet utilem actionem in rem, exceptione non deſtituitur, [ut *ſup. de ſuperfic.*]

Ridiculum ergo eſt dicere in pictura poſſidenti non dari exceptionem: ideſt retentionem, ſed actionem.

§. II. *Cum quis in alicujus locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſerit.*

Si nihil impedimento fuit emptori, quominus uſucaperet; & ejus heredi nocere non poteſt, quominus uſucapionem perficere poſſit, licet heres rem alienam eſſe cognoſcat, [ut *ſupra, de uſuc. l.* Heres ejus.]

§. III. *Plerumque emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum, ac defendendum.*

Qualis cauſa fuit auctoris, emptoris plerumque talis eſſe debet circa petendum, ac defendendum. Nam quandoque melior conditio eſt: ſcilicet ſi auctor malæ fidei poſſeſſor fuit, & emptor bonæ fidei poſſeſſor. E contra deterior, [ut *ſupra, de publ. l.* Eum. §. In hac. & *tit. de uſucap. l.* Ubi lex. & *tit. pro emptore. l.* 2. §. Si eam.]

§. IV. *Quod cuique pro eo præſtatur, invito non tribuitur.*

Cui æquipollet: Non poteſt liberalitas nolenti acquiri, [ut *ſup. de donat. l.* Hoc jure.] vel pertinet ad privilegium, ut ſupra dictum eſt, [& hoc ſupra diſtinxi.]

Idem Libro LXXI. ad Edictum.

CXCIX. *Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, ignoſcitur ſervis, ſi vel dominis, vel iis, qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus obtemperaverint.*

Ut puta in levioribus, parcitur ſervis obtemperantibus dominis, vel his, qui vicem dominorum habent: ut puta ex litibus & contemptione rixa naſcente: aut ſi vis fiat juris dominici tuendi cauſa, aut defendendo dominum, ut *ſupra, de act. & oblig. l.* Servus non. [& *tit. de injur. l.* Sed ſi unius. §. Si juſſu.]

§. I. *Semper qui dolo fecit quominus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet.*

Sæpius expoſitum eſt.

§. II. *In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in ſolidum tenentur, hoc eſt, unuſquiſque pro ea parte, qua heres eſt.*

Hoc quoque ſufficienter expoſitum eſt.

Javolenus Libro VII. Epiſtolarum.

CC. *Quotiens nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis.*

Quoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, ut in Carboniano reperitur, eligendum eſt quod minus iniquum eſt, hoc eſt, ut minor alatur interim, rebus licet alienis. Eſſet enim iniquum fame perire, quod & ipſum ſupra oſtenſum eſt, [ut C. *de carbon. edict. l. ult.*]

Item ſi plures percuſſerint ſervum, & is perierit, & oon appareat quis occiderit: ſtatuere nullum teneri, durum eſt dicere. Alterum potius quam alterum conveniri durius. Ergo quod minus iniquum eſt eligatur, ideſt, omnes teneri, ut alter alteri non invideat, nec valeat inſultare, ut *ſup. ad l. Aquil. l.* Item mela. *l.* Ita vulneratus. §. *pen.* & *ult.*

Idem Libro X. Epiſtolarum.

CCI. ***Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatim eventum capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint.***

Omne relictum efficax eſt ita demum, ſi initium ſine vitio eſt. Sed ſi quis filium habens, non inſtituit vel exheredavit, quamvis ante teſtatorem moriatur, teſtamentum non valet, quia initium ſine vitio non eſt [ut *in ſt. de exhered. lib.*]

Legatum tamen, quod ab initio non valuit, convaleſcit, ut ſupra, tertio lib. *de legat. l.* 1. & *ſupra, de reg. Caton.* Et ego ſuperius plene diſtinxi.

Idem Libro XI. Epiſtolarum.

CCII. ***Omnis definitio in jure civili periculoſa eſt: parum eſt enim ut non ſubverti poſſit.***

Omnis diffinitio, ideſt, regularis traditio periculoſa & difficilis eſt. Fere omnis regula ſubvertitur, ſi id ſpectes quod excipitur. Illa forte nec ſubvertitur, nec exceptionem patitur. *Liber homo non uſucapitur*, & ſi qua ſimilis eſt.

Ut & ego ſuperius quoque diſtinxi.

Pomponius Libro VIII. ad Quintum Mucium.

CCIII. ***Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.***

Ut ſocius, qui ex delicto furti vel injuriarum aliquid præſtiterit, ſibi imputare debet, non a ſocio exigere; niſi forte ſocio ſcienti communicaverit. Tunc enim pœnam pro parte extorquet. Si ignaro contulerit, rem tantum perſequitur, [ut *ſupra, pro ſocio. l.* Quod enim. *l.* Si igitur. *l.* Nec quicquam.]

Idem dicitur de creditore, qui ſua culpa a debito cecidit, ut *ſup. de ſolut. l.* Stichum. §. *penult.*

Idem Libro XXVIII. ad Quintum Mucium.

CCIV. *Minus eſt actionem habere, quam rem.*

Qui enim actionem habet, rem ipſam habere videtur, verumtamen non habet.

Minus eſt inquam actionem habere, quam rem propter perſequendi anxietatem, & ſumptuum vexationem, & quia multa accidere poſſunt, ut rem non avocet etiam ſuam, ſibive debitam, ſicut de eo legitur qui vulneravit beſtiam, ut eam non capiat.

Idem Libro XXXIX. ad Quintum Mucium.

CCV. ***Plerumque fit, ut etiam ea quæ nobis abire poſſint, proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent: Et ideo quod fiſco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & ſervitutem in prædio imponere poſſumus.***

Plerumque fit, ut quæ abire a nobis poſſunt, in eo ſtatu ſint, ac ſi abire & diſcedere a nobis & a noſtro dominio oon poſſint, qualia ſunt ea, quæ fiſco vel privato obligamus. Nam & vindicare interim & alienare cum ſuo tamen onere & ſervitutem prædio imponere poſſumus. In eadem cauſa forſitan ſunt, & quæ vendimus, & quæ donamus. Sed quæ legantur pure vel in diem certam, alienari & obligari non poſſunt: abſurdum enim eſt heredem rem, quam in bonis ſuis pure non poſſidet, poſſe alienare, & alienam ſpem decipere, & *plerumque* ad hoc pertinet, [ut *C. de hæred. vel act. vend. l.* Qui tibi. & *tit. commun. de legat. & fideic. l. ult.* & *tit. de diſtract. pign. l.* Si debitor. Et in *Auth. de reſtit.*]

Idem Libro IX. ex variis Lectionibus.

CCVI. ***Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.***

Nemo debet cum alterius detrimento locupletari. Inde eſt, ut poſſeſſori hereditatis & malæ fidei reſtituantur etiam neceſſariæ impenſæ, ſed & utiles, ſi extet res melior, [ut *ſupra, de petit. hæred. l.* Plane.]

Uſucapio tamen lucrum affert contra naturam cum alterius detrimento. Sed & ubi quis bona fide ædificavit in ſolo meo, ſi poſſeſſionem nondum reſtitutis impenſis amiſerit: ego ſoli dominus lucrabor ædificium, & nullo jure tenebor ad reſtituendum impendium, ut *ſupra, de except. dol. l.* Paulus. Item Dominus animalis a quopiam occiſi ſolutum ſibi pretium a quovis confitente, convictove negante lucrifacit contra naturam, & non reſtituit. Idem in legato præſtito venerabili loco. Item ſi quis chirographo ſe obligaverit quaſi acceperit, cum non acceperit, & biennio ſiluerit, poſt biennium efficaciter tenebitur, & ſi ſolverit (ſolvere non compellitur) ſolutum non repetit, & is qui ſibi ſolutum accepit licet contra naturam, non reſtituet, ſed lucrifaciet, ut *C. de non numer. pec.*

Ulpianus Libro I. ad legem Juliam & Papiam.

CCVII. *Res judicata pro veritate accipitur.*

Sicut legitur in *Digeſt. tit. de ſtatu hom.* ubi ſi libertus ingenuus judicatus ſit: pro veritate accipitur ſententia. Aliquando aliter eſt, ut ſi ex falſis inſtrumentis judicatum ſit, & cum appellatur. Sed ea, quæ ſuſpenditur appellatione, non pro-

prie

Digitized by Google

prie res judicata dicitur, [ut C. *ſi ex falſ. inſtrum. l.* Falſam. & *ult.* & *tit. de appellat. l.* 2. & *ſup. de re judic. l.* Divus. & *tit. ad Turpill. l.* 1. §. *ult.* & *tit. de pœnis. l.* 2. §. *ult.* & *tit. de except. l.* Qui agnitis. [& falſis quoque judicialibus jurameotis, ut *ſupra, de jurejur. l.* Admonendi.]

Revocatur ſententia lata patronis prævaricaotibus, & falſis procuraroribus, & per corruptos teſtes, & contra fiſcum lata abſente advocato ſententia reſcinditur. Item cauſa prætextu oovi inſtrumenti retractatur. Item poſt ſententiam militi excipere permittitur, ſi nondum ſolverit, & mulieri & filiofamilias, & marito in ſolidum condemnato. Minor quoque interdum & major contra ſententiam reſtituuntur, ut C. *de advoc. diverſ. iud. l.* 1. C. *de procur. l.* Licet. *ſupra, de re judic. l.* Divus. & C. *de advoc. fiſci, ſup. de re judic. l.* Imperatores. & C. *de iur. ignor. l.* 1. *ſupra, ad Maced. ſupra, ſoluto matrim.* Ita tamen res judicata pro veritate accipitur, ſi ab eo ſit judicata, qui poteſtatem habuit judicandi; nam alioquin quis non intelligitur condemnatus, nec etiam appellare neceſſe habet, ut *ſupra, de pœnis. l.* Rei. Sed & ſententia data propter confeſſionem metu factam reſcinditur, ut *ſupra, de quæſt. l.* 1. §. Si quis ultro. non tamen niſi a principibus hoc fit, ut *ſupra, de pœnis. l.* Divi.

Paulus Libro III. ad legem Juliam & Papiam.

CCVIII. *Non poteſt videri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit.*

Quapropter ooo poteſt agere creditor, quaſi deſierit habere, debitor quod quærere potuit, ſed noluit. Nec marito dabitur actio, quaſi donaverit & habere deſierit fideicommiſſum, quod uxori plenius reliquerat.

Sane rem mihi mortis cauſa donandam ſi juſſero uxori tradi, cum condictione tenear, ſi donator convaluerit, ſi obierit, illam habiturus ſueram. Videor igitur deſiiſſe habere, quod nunquam habui, ut *ſup. de donat. inter vir. & uxor. l.* Idemque. Item uſumfructum interpretamur deſinere, qui ounquam cœpit competere, ut *ſupra, uſufruct. quemadm. l.* 3. §. *ult.* Item matrimonium æſtimatur finitum, quod non cœpit, ut ex pacto id, quod nomine dotis datum eſt, repetitur, ut *ſupra, de condict. cauſ. dat. l.* Si extraneus. Item & is, qui patitur ſe in lite vinci, cum poſſet obtinere, vel in jure confeſſus eſt, diminuere de bonis videtur, & ſic deſiiſſe habere quod nunquam habuit, ut *ſupra, ſi quid in fraud. patr. l.* 1. §. Quid ſi.

Ulpianus Libro IV. ad legem Juliam & Papiam.

CCIX. *Servitutem mortalitati fere comparamus.*

Factus ſervus pro mortuo habetur, ut jam nec teſtandi, nec judicandi, nec arbitrandi, nec teſtimonium dicendi officio ſungatur, *fere* dixit, quia captus ab hoſtibus ſi redierit, non eſt pro mortuo, ſed ſicut vivens & nunquam captus omnia priſtina jura recuperat.

Item ſicut ſupra notavi, ſervus alioquin in judicio intereſſe poteſt.

Licinius Rufinus Libro II. Regularum.

CCX. *Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu convaleſcere non poteſt.*

Ut ſupra oſtenſum eſt. [Si fuerit facta pure, nam ſi ſub conditione, conditio expectatur.]

Paulus Libro LXIX. ad Edictum.

CCXI. *Servus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.*

Ut habeat ea jura, quæ prodita ſunt iis, qui abſunt cauſa reipublicæ. Qui ergo promiſit ſervum in judicio ſiſti, alias exceptiones poſſet prætendere, quas videlicet, opponeret, ſi pro libero fidejuſſiſſet. Illam prætendere non permittitur, *ſi ſervus Reipublicæ cauſa dicatur*, ut habetur in *tit. ſi quis caution. judic. ſiſt. cauſ. l.* Si quis ſervum.

Intelliguntur autem abeſſe cauſa Reipublicæ etiam, qui domi manentes in urbe anoonæ deſerviunt, ut *ſupra, de jure immunit. l.* Semper. §. Negotiatoris.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

AD INSTITUTIONES

IMPERATORIS JUSTINIANI

COMMENTARII

Nunquam antehac editi, & ad Libri ſecundi titulum XXIII. de Fideicommiſſariis Hæreditatibus perducti.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Elegantem atque eruditam, ut Petrus Daniel Huetius vocat, græci viri & clariſſimi Interpretis Theophili græcam Juſtiniani Inſtitutionum παράφρασιν, latine redditam ab Antonio Auguſtino tibi offero, humaniſſime Lector; nec illam tamen integram abſolutamque, & quæ libros Inſtitutionum quattuor comprehendat; ſed partem utique dimidiam, quæ primum & ſecundum Inſtitutionum librum, duobus exceptis ſecundi libri poſtremis capitibus, complectitur. De ejus vero præſtantia & dignitate, ut verba facerem aliqua, inſtituti ratio poſtularet. Sed quanquam abunde laudat, qui hanc Auguſtino interpretationem attribuit, illud tamen ſincere fatendum eſt, eam cæteris Auguſtini ſcriptis longo intervallo poſtponendam, & quaſi in ima cera collocandam eſſe; ſive hæc ſubito quodam ingenii calore exarata eſt ab Antonio Auguſtino; ſive præcox quidam immaturi ejus ingenii fœtus extitit, quem poſtea neglectum ad incudem, limamque non amplius revocarit. Adeo ille latine ſcribendo hic plerumque græciſſat, ut verbo utar Plauti, adeo græce ſyntaxi ubique fere tenaciter adhæret, ut durior paullo, & male ſibi cohærens videatur non raro hæc ſemilatina verſio. Et tamen illam Antonii Auguſtini ſcriptis annumerare non dubitamus, quum eam genuinam eſſe ſummi illius viri lucubrationem aſſeveranter affirmet vir clariſſimus Mayanſius, qui MSS. iſtud nobis liberaliter communicavit. Cujus viri teſtimonio atque judicio quidquam derogare religioni habemus. Et alioquin, ut ſupra indicavimus, plura poſſunt ab eodem ingenio proficiſci inter ſe diſſimillima, vel quod tyrocinium quoddam adoleſcentis ingenii aliqua redoleant, vel quod lituras caſtigationeſque multas adhuc deſiderent. Quomodocunque res ſit: poſtquam benevolo Lectori factum, ut arbitror, probavi meum, illud non omnino vulgaris hujus antea ineditæ lucubratiunculæ commendationis gratia addere opportunum duco: Interpretationem ſcilicet iſtam, qualiſcunque ſit, præceptionum juris & doctrinarum ſoliditate exuberare, ut cuicumque vel recens juriſprudentiæ ſacris initiato, vel intra doctrinæ juris adyta admiſſo non inutilis, nec injucunda videri poſſit erudita hæc & bonæ frugis plena lectio. Quod unum vel maxime, in colligendis ubique tanta cura Antonii Auguſtini ſcriptis, ſolemne habui. Quapropter ſicubi interdum, quod humanum eſt, errore non vitio peccavi, eruditus idemque benevolus Lector, ſi judicium non probas, certe propoſitum & conſilium meum æqui bonique facies.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

AD INSTITUTIONES

IMPERATORIS JUSTINIANI

COMMENTARII.

SANCTIO CONFIRMANS INSTITUTIONES.

IMperatoriæ majeſtatis eſt proprium non ſolum armis decorari, ſed etiam legibus armari, ut utrumque tempus & belli & pacis recte gubernetur; & Romanorum princeps victorias referat non ſolum in hoſtilibus prœliis probatus, ſed & legitimis ſtudiis calumniatorum injurias expellens; fiatque tam juris religioſus, quam devictis hoſtibus triumphator.

§. *Quorum.* Quorum utranque viam ſummis cum vigiliis maximaque providentia futurorum, Deo adjuvante, noſter perfecit Imperator: Et ſudores quidem ipſius bellicos barbaricæ gentes in ſervitutem redactæ prædicant, cognoſcentes experientia ſuperiorem: & tam Africa, quam aliæ innumerabiles provinciæ poſt multa annorum ſpatia victoriis ejus cœlitus præſtitis, iterum ditioni Romanæ, & imperio ipſius additæ clamant. Omnis autem populus legibus ab ipſo promulgatis & compoſitis regitur, quemadmodum & jus ipſum.

Et conſtitutiones quidem imperatorias confuſas antea, & inter ſe pugnantes in luculentam reduxit conſonantiam. Cumque tres eſſent codices, Gregorianus inquam, & Hermogenianus, & Theodoſianus: præterea & aliæ multorum conſtitutiones, quæ poſt Theodoſianum poſitæ ſunt; cumque multa eſſet in iis, quæ circumferebantur, dictis ſcriptis conſtitutionibus contrarietas: optimus noſter Imperator, inutiles, & eadem dicentes & prævalentibus pugnantes reſecari cum voluiſſet, codicem conſcribi juſſit ejuſdem nominis cum ipſius ſerenitate. Dignatus autem eſt ſua cura, & immenſa veteris juris volumina; & opus omni ſpe majus ſicut per medium profundum incedens Dei benignitate adimplevit, & probatas veterum ſententias uno collegit libro.

Hoc autem cum factum eſſet: Triboniano glorioſo magiſtro, & exquæſtori divini palatii mandavit, præterea Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus & anteceſſoribus, quorum omnium ſolertiam & legum ſcientiam, & circa imperatorias juſſiones fidem ex multis argumentis cognoverat divus Imperator: dictis convocatis mandavit ſpecialiter, ut ipſius auctoritate ipſiuſque admonitionibus perſuaſi, inſtitutiones ſive introductiones legum componerent, ut adoleſcentibus liceat prima legum elementa non ab antiquis fabulis percipere: (quæ enim olim prævaluerunt, nunc autem exoleta legentes, adſimilantur iis, qui vulgaribus fabulis delectantur.) Sed ex imperatorio ſplendore hæc accipientes tam ipſorum aures, quam animi nihil inutile, nihilque temere poſitum, ſed quod per ipſam rerum obtinent experientiam, diſcerent.

Et quod antea vix poſt triennium legenti- §. *Et quod.*
bus contingebat, ut tanto tempore poſt, imperatorias conſtitutiones legerent: nunc ex ipſo (ut ita dicam) limine aſſequentur, tanto dignati honore, & tantam conſecuti felicitatem ut & initium & finis legum eruditionis a principali voce ipſis procedat. Præſens enim volumen ex principali componitur voce, primordium exiſtens legum ſcientiæ: & poſt lectionem veterum legum expoſitionis, neceſſe eſt leges diſcentem conſtitutionum lectioni ſeipſum tradere.

Poſtquam igitur libri Digeſtorum ſive Pan- §. *Igitur.*
dectarum, in quibus omnis veterum legiſlatio collecta eſt, per glorioſum Tribonianum & reliquos illuſtres & facundiſſimos viros compoſiti ſunt: poſt illos inquam, in quatuor hos libros, dictorum digeſtorum introductiones juſſit ſereniſſimus noſter Imperator diſtribui, totius legitimæ eruditionis futuras prima elementa: in quibus breviter expoſitum eſt & quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine obſcuratum, ex imperiali remedio illuſtratum eſt.

Has autem introductiones ex omnibus ve- §. *Quas.*
terum inſtitutionibus, & maxime Caii commentariis tam inſtitutionum, quam librorum ipſius, ubi diſputat de rebus quotidianis; & ex multis aliis voluminibus iidem tres ſapientiſſimi viri compoſitas magno Imperatori obtulerunt. Serenitas autem ipſius, poſtquam eas legiſſet, cognovit oportere ſuum pleniſſimumque robur per conſtitutionem ipſis elargiri. Exhorta- §. *Summa.*
tur igitur per præſentem ſanctionem mitiſſimus

noſter Imperator, ad quos fecit hoc reſcriptum, ut multa ope & alacri ſtudio præſentes leges accipiant, & per earum lectionem ſic ſeipſos oſtendant eruditos, ut optima ſpe nutriantur & foveantur fore, ut peracto toto legitimo opere, regant varias partes reipublicæ ipſius.

INSTITUTIONUM LIBER PRIMUS.

TIT. I.

De Juſtitia & jure.

§. Juſtitia. ANte omnia ſcire oportet juſtitiæ diffinitionem. Eſt igitur Juſtitia conſtans & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens. Deinde dicamus, & quo modo diffinitur juriſprudentia. *§. Juriſprudentia.* Juriſprudentia autem eſt divinarum & humanarum rerum notitia, juſti & injuſti ſcientia. *§. His igitur.* His autem generaliter prævifis, nunc incipientibus nobis exponere leges & jura Romanorum reipublicæ ſic videntur ipſa optime tradi poſſe, ſi primum quidem facili & ſimplici modo, deinde poſtea diligentiſſima atque exactiſſima expoſitione ſingula declarentur; alioqui in ipſis juris principiis rudibus & infirmis adhuc juvenum mentibus rerum multitudine & varietate oneratis, duorum alterum ſequi neceſſe eſt: vel ut deſertores ipſos hujus ſtudii efficiamus, vel etiam cum magnis laboribus, interdum & cum deſperatione juvenes plerumque avertente, tardiores reddamus ad ea, quæ ſimplicius ducti ſine labore, & ſine diffidentia celeriter aſſequi potuiſſent.

§. Juris præcepta. Juris autem præcepta hæc tria: honeſte vivere, alterum non lædere, & ſuum jus unicuique tribuere. *§. Hujus.* Hujus ſtudii duæ ſunt poſitiones ſive ſpecies, publicum, & privatum. Et publicum quidem jus dicitur, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat; privatum, quod ad ſingulorum utilitatem. Neceſſarium autem dicere de privato, quod eſt tripartitum: collectum enim eſt vel ex naturalibus præceptis, vel gentium, vel civilibus.

TIT. II.

De Jure naturali, gentium, & civili.

NAturale jus eſt, quod ad omnia animalia, terreſtria, aquatilia, & aerea porrigitur: Non enim ad homines ſolum vim ſuam natura coanguſtavit, ſed diſpoſuit aerea, terreſtria conſtituit; neque in mari naſcentia prætermiſit ita, ut ſuæ providentiæ eſſent experta. Exemplum autem naturalis Juris eſt maris & fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, & circa natos educatio, & ſtudium: videmus enim non ſolum homines, ſed & reliqua animalia inter eos, qui hanc legem obſervant, cenſeri. Natura enim videns unumquodque animalium morte conſumi, per matrimonium, & ex eo liberorum procreationem, & erga natos amorem, & educationem & ſucceſſionem immortalitatem his quodammodo eſt impartita.

Diximus in præcedentibus, juta aliqua quidem eſſe naturalia, aliqua gentium, aliqua autem civilia. *§. Jus autem Civile.* Poſtquam igitur dictum eſt de naturalis Juris diffinitione & exemplis, neceſſario debemus dicere & de jure gentium. Nam rempublicam conſtituens, & volens legibus hanc ornare, duas has tenens vias legiſlationem conſtituit. Vel enim gentium Jus ponit, quod & naturale abuſive vocamus: vel civile; & vel ſcriptum, vel non ſcriptum.

Quid eſt gentium jus? Gentium jus eſt, quod ad omnes homines, aut ad eos ſaltem, qui ſecundum rationem vivere volunt, extenditur. Exempla autem ipſius ſunt, cædes abſcindere, adulterum punire, furem in opibus punire, quoniam nocuit nobis circa opes: debitorem gratum eſſe erga eum, qui ei ſubvenit neceſſitatis tempore, ſervum ſubiici rationabilibus dominorum præceptis; fieri contractus, venditiones, emptiones, conductiones, locationes, depoſita, ſocietates, mutua; & fieri donationes, teſtamenta conſcribi.

Quid eſt civile jus? quod locale & utile appellatur, loco circumcluſum, quod & loci utilitati ſe accommodat, & quæ loco illi ſunt pernicioſa, removet, corrumpi locum illum impediens: ut Athenienſium civitas uſa eſt advecto frumento, quia ſterilis erat, & maximus erat apud ipſos frumenti defectus, & magna penuriæ frumentariæ gravitas: Huic igitur malo qui mederi vellet, quam aliam legem ferret, quam ut frumentarii mercatores immunes fierent vectigalium? Hoc enim manifeſtato, ut multi adnavigarent Atticam, duo hæc efficiebant; velox propter indigentiam frumenti venditio: & illud ad hæc, quid vectigal pro tali non dependerent mercimonio. Multis autem adnavigantibus, merito multum advehebatur frumentum. Hoc igitur Jus Athenienſibus utile ſolis erat. Alexaodrinis autem & aliis, quibus eſt frumenti copia, non ſolum ſuperfluum, ſed & ridiculum talem aliquam legem conſtituere.

Secundum exemplum civilis juris præbet Lacedæmoniorum civitas, quæ utebatur Xenelaſia, ſeu peregrinorum ejectione a Lycurgo inſtituta: ne propter peregrinorum commixtionem corrumperentur, & pejores fierent Lacedæmoniorum mores. Talis lex quidem in pretio eſt apud Lacedæmonios; Athenienſes autem pene derident, ut qui tantum a peregrinorum expulſione abhorrent, ut & ara miſericordiæ honoretur apud ipſos: ſic prompte ad ſe qui veniunt ſuſcipientes, ut ſæpe præ nimia humanitate & bellare pro ipſis non dubitarint.

Omnis igitur populus vel ſcripto uſus eſt jure, vel non ſcripto: & alicubi quidem ſuo, hoc eſt, civili; alicubi autem communi, hoc eſt, jure gentium. Quæcunque enim jura unaquaque civitas ſibi ipſi conſtituit, & intra ipſam conſiſtunt, hæc jus civile appellantur. Quæcunque autem naturalis, videlicet gentium ratio inter omnes homines invenit, hæc apud omnes gentes ſervantur, & jus gentium appella-

Digitized by Google

latur. Et populus igitur Romanus aliquando quidem eivili, aliquando autem gentium uſus eſt jure, quod ſigillatim, & quale natura eſt, in ſuis exponemus locis.

§. Sed jus quidem Civile. Sed civile jus ex unaquaque civitate, in qua obtinet, accipit denominationem, ut Athenienſium, ut Lacedæmoniorum. Si enim quis vult Solonis Athenienſium legiſlatoris, vel Lycurgi Lacedæmoniorum leges, jus civile Athenienſium vel Lacedæmoniorum vocare, non errabit, neque abhorrebit a veritate: Eodem modo & jus, quo Romana uſa eſt civitas, jus Quiritum, hoc eſt, quo uſi ſunt Quirites. Romani enim a Quirino hoc eſt, a Romulo qui ſe ex Marte genitum jactabat, Quirites appellantur. Quando autem quis indefinite dixerit Jus civile, non apponens cujus civitatis, Romanum ſignificat: Sicuti eum poetam dicimus, nec apponimus proprium nomen, apud Græcos quidem Homerum, apud Romanos autem Virgilium denotamus.

§. Jus autem gentium. Gentium autem jus commune toti hominum generi eſt. Uſu enim exigente & humana neceſſitate requirente gens humana invenit per ſe multa, & conſtituit. Etenim & bella ſunt exorta, & ſubſecutæ captivitates, & introductæ ſervitutes: quod quidem adverſari naturali juri certum eſt. Natura enim ab initio omnes homines liberos procreavit. Ex hoc gentium jure omnes prope introducti ſunt contractus, ſicut emptio, venditio, conductio, locatio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii perplures.

§. Conſtat. Expoſita igitur prima juris diviſione, ex qua quidem aliud eſt jus naturale, aliud jus gentium, aliud civile: & unoquoque definito, & exemplis explicato: veniamus ad ſecundam juris diviſionem. Jus igitur aliud quidem ſcriptum, aliud autem non ſcriptum. Et ſcripta quidem jura ſunt hæc, ut Lex, Plebiſcita, Senatuſconſulta, Placita principum, magiſtratuum Edicta, prudentum Reſponſa.

§. Lex. Non injucundum autem arbitror diſſere quot apud Romanos ſint legiſlatores, & quinam hi, & quomodo ab unoquoque leges latæ vocentur. Sex apud Romanos ſunt legiſlatores: Populus, Plebs, Senatus, Imperator, Magiſtratus, urbis Romæ Prudentes. Et quid eſt populus? communis fortunæ conventus, connumeratis cum plebe etiam ſenatoribus. Quod autem a populo latum eſt jus, dicitur Lex: quoniam in ſcriptis populus legem ferebat: commune autem omni ſcripto juri nomen, Lex, in quantum ex ipſa deducuntur reliquæ quinque juris decernendi rationes. Quoniam vero ſummus omnium, qui jura decernunt, eſt populus, opostuit, ut & quod ab ipſo jus conſtituebatur, communi ſcripti juris nomine cohoneſtaretur. Hoc autem modo legem ferebat populus: ſenatorio magiſtratu, veluti Conſule, rogante, an vellet, juberet hanc legem ferri, populus

§. Plebiſcitum. annuebat. Plebs eſt reliqua omnis multitudo, exceptis ſenatoribus: ab ipſa autem lex lata plebiſcitum vocabatur, hoc eſt, quaſi quod plebs ſcivit, & confirmavit. Nam plebejo magiſtratu, hoc eſt, tribuno (hic eſt græce Demarchus) rogante legem ferebat multitudo. Plebs autem a populo hoc differt, quo differt genus a ſpecie. Populi enim appellatione omnes ſignificantur cives connumeratis patritiis, & ſenatoribus: plebis autem nomine abſque patritiis & ſenatoribus reliqui eives demonſtrantur.

§. Senatuſconſultum. In tertio ordine legem ferunt apud Romanos ſenatus. Senatus autem eſt congregatio ex electis viris conſtans, ubi nulli plebejo aditus eſt. Ab ipſo autem lex lata dicitur ſpeciali nomine ſenatuſconſultum, hoc eſt ſenatus legislatio. Sed poteſt quis dicere: quo modo cum populus coire poſſet, & legem, videlicet νόμον facere: in diverſas diviſit eam appellationes? Cauſa hæc eſt. In urbe Roma cum populus numero exuberaret: ſeditio, ut fieri ſolet, & diſſenſio aliqua exorta eſt inter ſenatores & plebem, ſenatu ſorte primam rerum omnium ad ſe trahente. Hujus rei gratia inter ſe diviſi ſunt, & ſeparatim per ſe agebant, & ſeparatim rempublicam tractabant. Sed quoniam in republica non poterant vivere, quin negotia contraherent & contractus inirent, ad ſedandas excitatas contentiones & lites, jura quædam a ſenatoribus decernebantur; plebs etiam ſeorſum leges ferebat. Merito itaque ſuſceperunt leges ab iis latæ diverſam appellationem. Nam quod a ſenatu conſtituebatur, lex non poterat nominari, quia non accederet Plebis voluntas, & neceſſario ab auctoribus vocatum eſt Senatuſconſultum, hoc eſt, ſyncleti decretum: ſenatus enim eſt ſyncletus. Conſulere autem providere, & curam gerere. Quoniam igitur ſenatus conſtituendo jure, lites ſubinde contingentes ad ſuam curam revocabat, jure dictum eſt Senatusconſultum. Cum autem & a plebeiis orirentur litium materiæ, jus ab ipſis conſtituebatur, quod nec ipſum poterat dici lex: quia non fieret ſecundum voluntatem ſenatorum. Vocabatur igitur plebiſcitum, hoc eſt, multitudinis ſeu plebis decretum, & legiſlatio.

Quoniam autem inimicitias immortales manere apud ipſos non licebat, Hortenſius quidam amans patriæ conſuluit ipſis, ut depoſita mutua malevolentia, ad concordiam reverterentur, exponens gravia mala, quæ propter inimicitias contingunt, & tandem perſuaſos in amicitiam reduxit. Cum igitur in unum conveniſſent: Plebs poſtulare cœpit, ut leges a ſe latæ tenerent, etiam ſenatores. Petebat autem & ſenatus, ut ſenatusconſulta etiam contra plebejos valerent; & utriſque adverſantibus, & quidem ſenatoribus dedignantibus ſuſcipere Plebiſcita; Plebe autem graviter ferente, & ſenatuſconſultis ſuccumbere non volente: futurum erat ut renovarentur inimicitiæ: uſque quo ipſe Hortenſius ſedata ipſorum diſſenſione, ſuaſit ut alteri alterorum jura utrinque conſtituta ſuſciperent, & illis parerent. Et ſic lex quidem non potuit vocari, quod ab utriſque conſtitutum fuerat, quia ab initio per duarum partium conſenſum non fuiſſet conſtitutum. Poſtea autem & latum a Plebe, ſeu plebiſcitum eundem exitum habuit, & eun-

Digitized by Google

dem ſortitum eſt effectum, valendi, inquam, contra omnes, & legis vigorem habet. Tempore autem procedente, & Romanis in multam multitudinem auctis adeo, ut difficilis in unum locum ipſorum eſſet conventus: leges ferendi cauſa juſtiſſimum exiſtimatum eſt, in loco totius populi ſenatum ſolum legem ferre.

§. *Sed & quod principi.* Diximus tres legiſlatores populum, plebem, ſenatum; dicta igitur definitione uniuſcujuſque, & quomodo nominata ſit ab ipſis lex lata, dicamus etiam de quarto legiſlatore. Quartus legiſlator apud Romanos eſt Princeps. Et quid eſt Princeps? Princeps eſt, qui poteſtatem imperandi a populo accepit, ab ipſo autem latum nomine dictum eſt generali, Conſtitutio: id eſt [illegible], vel [illegible]. Secatur autem in tria, in epiſtolam, in edictum, in decretum. Et quid eſt epiſtola? Reſcriptum Principis ad magiſtratus relationem de aliqua dubia re factum. Veluti, contigit in quadam præfectura, mortuo quodam ſine aliquo herede aſcendentium vel deſcendentium, duos de illius hæreditate certare, fratrem, & patruum [illegible], vel avunculum defuncti. Horum igitur uterque dignum putabat ſe ſolum hereditatem adire: hic quidem ut frater, hic autem ut [illegible]. Lege igitur non extante, hanc incidente dubitationem, relatio facta eſt ad principem a provinciæ magiſtratu; cognita relatione Princeps reſcripſit fratrem mortui præferri. Legem fert etiam in decreto princeps. Et quid eſt decretum? Sententia principis inter duas partes ab ipſo judicatas probata, ut in eodem caſu: Duo quidam contenderant de hæreditate mortui cujuſdam, frater inquam, & [illegible] defuncti, utrum oporteat ad vocationem præferri hereditatis. Et Princeps, utroque audito, pronunciavit fratrem præferri; & hoc lex eſt principis. Dicitur autem decretum a decernere, quod eſt ſpeclare: contemplatus enim ſua mente, quod ipſe exiſtimat juſtum, pronunciat. Dicitur autem æquivoce decretum, etiam magiſtratus pronunciatio: Sed hoc differunt, quod Principis quidem decretum & ipſam & aliam hujuſmodi quandocunque obtentem controverſiam decidit; magiſtratus autem ipſam duntaxat; interdum autem neque ipſam, ſi provocatio conſequetur. Legem fert autem & in edicto princeps. Et quid eſt edictum? Omne quod ſua natura motus terminabit Princeps ad ſubditorum moderationem, & utilitatem. Dicitur autem edictum ab edicere, quod eſt, prædicere, & avertere ea, quæ ſi eveniant, ſubditis damno ſint futura; ſæpe enim per ſemetipſum conſideravit princeps iniquum eſſe, quod a ſubditis ipſius factum eſt. Ut ad uſuram dans quis centum nummos, vel ſolidos ſtipulatus eſt dari quotannis ſibi ſolidos octo: iniquum hoc per ſemetipſum conſiderans princeps, & motus contra talia peccantes facit conſtitutionem, ut unoquoque anno cauſa ſolidorum C. fœnori datorum ſex uſurarum gratia darentur nummi ſeu ſolidi: quæ autem a principe conſtituta ſunt æquiparari legi in confeſſo eſt.

Sed poteſt quis dicere, cum multa ſenatuſconſulta fierent, cur illa nihilominus contra plebejos non obtinebant. Et rurſum, cum plebs eſſet immenſa, cur non valebant Plebiſcita contra Senatum: niſi Hortenſius quidam contra utroſque, quæ ab utriſque ſancita eſſent, ab omnibus cuſtodiri ſuaſiſſet: & tamen Principis Conſtitutionibus, quæ ab uno homine emittuntur, nemo repugnat? Sed dicimus, qui hujus rei cauſam ſcire velit, eum debere definitionem principis meminiſſe: Nam Princeps eſt, qui poteſtatem imperandi a populo accepit; populus autem in ſeipſo ſenatum habet, & plebejos. Ergo neque Plebs hujus conſtitutionibus adverſabitur, neque Senatus has improbabat: hoc enim facientes ipſi ſecum & cum ſuis ipſorum pugnaſſent ſuffragiis. Populus enim hunc creavit, lege regia hoc confirmante, quæ de principatu lata omnem principi dedit in populum poteſtatem.

Quæ igitur a principe conſtituuntur, communi nomine vocantur conſtitutiones. Harum autem aliquæ ſunt perſonales, neque ad exemplum trahuntur, quia non hoc princeps vult. Nam ſi cui princeps ob præclara ipſius in rempub. merita aliquid conceſſerit, veluti ut immunis ſit a tributis: Et deinde contigerit poſt hæc alterum non imparibus, vel etiam majoribus officiis juvare remp. talis non poterit ex illa lege ſimilem ſibi vindicare immunitatem, quia intra perſonam lex illa continetur. Sed etſi ſupplicium interdum alicui peccantium, quam pro delicto induxerit majus, vel & ei, qui peccavit, ſæpius ignovit: id ad exemplum non trahitur. Itaque nec ſi quis poſtea in idem crimen inciderit, aut ſimilem humanitatem aſſequetur, vel gravius, quam par eſt, punietur: quoniam intra perſonas eorum, quibus aut venia data eſt, aut irrogatum ſupplicium, hæc concluduntur. Perſonales igitur conſtitutiones non excedunt eorum perſonas, quarum cauſa emiſſæ ſunt; generales autem in omnes extenduntur perſonas, uti & ad res omnes.

§. *Prætorum quoque.* Diximus quattuor eſſe legiſlatores Populum, Plebem, Senatum, Principem. In quinto ordine legem ferunt apud Romanos magiſtratus populi Romani, qui & ipſi ſella curuli, quæ a Curru dicta eſt, utebantur: multi autem hi, & diverſi. Generali autem omnes nomine vocati ſunt magiſtratus populi Romani, hoc eſt, principes populi Romani. Legem ferebant autem hi non in epiſtola, neque in decreto, ſed in edicto ſolum. Et quod cauſæ eſt, ut princeps quidem & in decreto legem ferat, & in edicto; magiſtratus autem in edicto ſolum? Hæc hujus rei cauſa Qui olim Romanam rempublicam conſtituerunt, & hanc bonis legibus inſtitui voluerunt; ideoque ne quid in jure decernendo admitteretur, quod merito reprehendi poſſent, maxime ſtuduerunt. Hoc autem videntur conſecuti, cum principis decreta & edicta legis vim habere voluerunt; magiſtratuum autem non ita. Noverant enim magiſtratum multis ſuſpicionibus ſubjacere, & vel amicitiæ gratificari, vel donis corrumpi, vel odio

& ini-

& inimicitia ductum judicare. Quæ in principem non cadunt. Neque enim auro allicitur, qui non ſolum noſtrarum fortunarum, ſed & ipſorum corporum dominus eſt. Neque amicitiæ cauſa jura tranſgreditur: nam ſi quem princeps amat hunc aliter juvare poteſt, unde & ille omnibus magis probetur: neque propter inimicitias quid facit, non enim odit aliquem princeps eorum, qui ſub ſua vivunt ditione; aut ſi quis talis inventus fuerit, illico mortuis annumerabitur. Porro per edicta ſolum jura conſtituere magiſtratibus ideo permittitur, quoniam edicta proponuntur, antequam moveantur cauſæ, & controverſiæ, & omni mala ſuſpicione ideo vacant. Præcipua autem juris conſtituendi poteſtas data eſt prætori urbano, & prætori peregrinorum, & ædilibus curulibus. Et prætor urbanus inde nomen habet: quoniam prætor ab eo, quod eſt præire, hoc eſt, præcedere & præeſſe dictus eſt. Urbanus autem, quoniam urbs per excellentiam Roma dicitur: jus dabatur enim Romæ. Alter autem nominabatur prætor peregrinus. Prætor quidem, quod præiret; peregrinus autem, quia jus dicebat peregrinis & advenis. Poſtquam enim in multitudine innumerabili non ſufficiebat omnibus audiendis Prætor urbanus, conſtitutus eſt peregrinus, ut jus daret peregrinis. Ædiles autem curules & ipſi legem ferebant. Nominati ſunt autem illinc, quod curæ ipſis erat templorum ornatus: ab ædibus dicti, (ναὸι enim, latine ædes, φροντὶς, latine cura) & curules a cura: erat enim ipſis curæ, ne quis ante quadrageſimum forte annum ſacerdotium caperet. Vel quod magis eſt, quoniam forum curabant, ſic nominati ſunt: nam qui ædiles latine, græce ἀγορανόμοι vocantur: vel quod omnium maxime ad verum accedit ex illo. Nam quo tempore ſeditio erat, ſicut apud ſenatores erat Cos. qui jus dicebat, & dirimebat cauſas; ſic & apud plebejos præpoſitus eſt quidam, quem adibant, qui ope aliqua indigebant, & ab aditu ædilis nominatus eſt, Ædilis quaſi Adilis: deinde euphoniæ gratia appoſita eſt littera E, & ita factum eſt ædiles. Curules dicti, propter hoc quidem quod utebantur ſella curuli. Horum autem edicta valebant & in provinciis. Dicebatur autem horum legislatio, jus honorarium, quoniam in honorem magiſtratus, & eorum, qui proponebant, id valebat, & in uſum recipiebatur: Ædiles igitur jus conſtituebant de quibuſdam cauſis, & horum edictum portio fuit, videlicet conjunctum fuit edicto duorum prætorum urbani & peregrini.

§. Reſponſa. In ſexto ordine jus conſtituunt prudentes: Prudentes autem dico, quibus jura condere vel populus, vel ſenatus, vel princeps conceſſit. Jus autem quod ab ipſis conſtituitur, generali nomine vocatur reſponſa prudentum, ideſt, reſponſio ſapientum, quoniam per interrogationem, & reſponſionem jura condebant. Reſponſum autem dividitur in ſententiam, & opinionem. Et quid eſt ſententia? Perfecta & indubitata reſponſio: ut licet hoc facere; non licet hoc facere. Opinio autem, remiſſa & cum dubitatione prolata reſponſio: ut, puto licere hoc facere; puto non licere hoc facere. Mandatum fuerat autem his, ut publice jura conderent, videlicet jura interpretarentur: qui & juriſconſulti appellati ſunt, hoc eſt, de jure interrogati, nam conſulere eſt interrogare; quorum ſententiæ & opiniones hanc habent auctoritatem, ut non habeat facultatem judex recedendi ab ipſorum reſponſionibus, ut etiam principis clamat conſtitutio. Et in his quidem eſt jus omne ſcriptum, hoc eſt in iis, quæ vel a populo conſtituta ſunt, vel a Plebe, vel a Senatu, vel a Principe, vel a Magiſtratibus P. R. vel ex prudentum reſponſo.

§. Ex non ſcripto. Non ſcriptum autem jus eſt, quod longa conſuetudo conſenſu utentium firmavit, & ad imitationem induxit ſcripti juris. *§. Et non ineleganter.* Inculpate igitur diceret aliquis, in duas ſpecies hanc civilem dividi legislationem, in ſcriptum jus, & non ſcriptum: Harum autem origo ex inſtituto duarum Civitatum, Athenarum, dico, & Lacedæmonis defluxiſſe videtur: in his enim civitatibus conſuevit fieri hoc, & valere, ut Lacedæmonii quidem memoria ſuas leges cuſtodirent; Athenienſes autem illas ſervarent, quæ maxime ſcriptis conſignatæ eſſent.

§. Sed naturalia. Sed quidem jura gentium apud omnes gentes ſervantur, & temp. regunt veluti ex Divina quadam providentia, unde firmitatem, & immutabilitatem habent; Jus autem civile, hoc eſt, quod unaquæque civitas ſibi ipſi conſtituit, mutari ſæpe conſuevit, vel tacito Populi conſenſu, vel alterius legislatione.

T I T. III.

De Jure perſonarum.

POſtquam diximus quid eſt Juſtitia, & enarravimus generalem juris diviſionem: & item didicimus, qui olim jura conſtituerint; & quomodo ab unoquoque eorum, qui jura conſtituere, ſingula vocata ſint; & quomodo aliud ſit jus quidem ſcriptum, aliud autem non ſcriptum: tranſeamus ad aliud, & diſcamus circa quot Romanorum verſetur legislatio. Circa tria igitur eſt, circa perſonas, circa res, circa actiones. Et circa perſonas quidem, quum dicimus, ille Senator eſt, vel Plebejus: circa res, quando quærimus, utrum ratum eſt factum ab aliquo teſtamentum, vel inutile eſt: circa actiones, quum ambigitur utrum huic competat actio, vel non. Et oportet in primo ordine de perſonis diſſerere, deinde de rebus, poſt hæc de actionibus: Hic autem recte conſtitutus ordo; quoniam ubi perſonæ quidem ſunt, ibi & res contrahi in confeſſo eſt: atqui cum res exiſtunt, tum etiam de actionibus quærere neceſſarium. Oportet igitur de perſonis dicere; Nam nullius pretii & inutilis eſt juris cognitio, ſi perſonæ a nobis ignorentur, quarum cauſa jus conſtitutum eſt.

Per-

§. *Summa itaque.* §. *Et libertas.* Perſonarnm igitur ſumma diviſio hæc eſt, quod hominum aliqui quidem ſunt liberi, aliqui autem ſervi. Et quidem libertatem, ex qua liberorum conſtituta eſt appellatio, ſic definire oportet. Libertas eſt facultas naturalis unicuique concedens facere quæ vult, niſi jus aut vis prohibuerit: Vis quidem, quoniam volentem me interdum quid facere, quod jure non negatum eſt, fortior aliquis, & plus habens virium prohibet. Jus autem, veluti quum ſuppliciorum minis cohibeor facere, quæ volo: ſervum enim facere aliquid ex ſententia ſua etiam domini metus impedit. §. *Servitus.* Servitus autem eſt gentium juris conſtitutio, ex qua aliquis ſubjicitur alterius dominio contra jus naturale; natura enim omnes liberos produxit; ſed bellorum machinatio ſervitutem invenit, nam belli jus ſub poteſtate & dominio victoris vult victos eſſe.

§. *Servi autem ex eo.* Et ſervi ex eo appellati, quoniam Imperatores captivos, quos volebant vendere, ſervabant, & occidi prohibebant: a ſervando igitur nominati ſunt ſervi, qui & mancipia dicebantur, quia manu capiuntur ab hoſtibus. §. *Servi autem.* Servi autem vel naſcuntur, vel fiunt: Naſcuntur qui nobis ex ancillis noſtris progeniti ſunt: Fiunt ex gentium jure, hoc eſt ex captivitate, vel jure civili: ut, quando quis liber, & major xx. annis ad participandum precium ſeipſum patiebatur venundari. Egi enim fortaſſe cum aliquo, ut me venderet aureis, verbi gratia, viginti, & ipſe quidem ſibi quinque pro lucro haberet, mihi autem daret quindecim. Talis enim ex ſpeciali Romanorum legiſlatione privationem ſuſtinet libertatis, quam violavit, indignum ſeipſum hac demonſtrans, & liberum arbitrium, quod per ſibi adherentem illam habebat, prodens vilis auri acceptione.

§. *In ſervorum.* Et quidem ſervorum conditio nullam recipit differentiam. Non enim licet dicere de ipſis, Minus ſervus, vel magis ſervus: eſt igitur individua ſervitus; in liberis autem multas invenimus differentias; vel enim ingenui ſunt, vel libertini.

TIT. IV.

De Ingenuis.

DIximus liberos in duo dividi, in Ingenuos, & libertinos. Et Ingenuus eſt, qui ſtatim cum ipſo ortu liber, & nondum jugum ſervitutis expertus eſt, ſive ex matrimonio duorum ingenuorum natus eſt; ſive ex duobus libertinis; ſive una perſona eſt ingenua, altera autem libertina. §. *Sed & ſi.* Si autem aliquis ex libera natus ſit matre, ſervo autem patre, ingenuus ſimiliter erit: ut ex libera matre & incerto patre, hoc eſt, vulgo conceptus: neque enim lædit filii ingenuitatem ex meretricio coitu conceptum eſſe. Sufficit autem liberam eſſe matrem partus tempore, etſi conceptionis tempus vidit ipſam ſervam. Et e contrario ſi libera conceperit, facta autem Ancilla peperit, ut quia paſſa eſt ſeipſam vendi, & ex precio cepit, liberum eſt quod naſcitur: Nam qui in utero eſt, non læditur ex calamitate, quæ matrem circumvenit. Quoniam autem diximus ſufficere infanti ad libertatem, quod libera in pariendo ſit mater; & quando conceptio in libertate contigit, partus autem in ſervitute liberum eſſe, qui naſcitur: hinc ſpecta quid ex hoc quæſitum eſt. Ancilla quædam exiſtens conceptionis tempore manumiſſa eſt: parvo tempore intercurrente, Ancilla facta eſt, & peperit in ſervitute: videamus utrum liberum, an ſervum eſt, quod naſcitur. Et dicimus liberum eſſe; ſufficit enim exiſtenti in ventre medio tempore liberam fuiſſe matrem, quod & verum eſt.

§. *Cum autem.* Natus autem ingenuus ſi in ignorantia ſuæ ſerviverit conditionis, deinde manumiſſus ſit, nullum ſuſtinebit circa ingenuitatem nocumentum ex eo, quod manumiſſus ſit. Hoc enim ſæpe a principibus conſtitutum eſt, eam, quæ ex ſuperfluo datur, manumiſſionem præjudicium non facere ingenuitati. Et quomodo contingit ingenuum manumiſſum eſſe? caſu propoſito oſtendamus. Habebam ego liberam quandam mulierem ad concubitum: peperit hæc, & anniculum, verbi gratia, relinquens natum, mortua eſt. Contigit & me mori paulo poſt. Hæres meus cum inveniſſet in mea hereditate puellum, exiſtimavit eſſe ſervum. Sed & ipſe adultus factus ſuam ignorabat conditionem. Jus autem, cui non ignotum eſt verum, ex heredis, & pueri ipſius errore non mutavit ipſius ingenuitatem. Quod ſi meus heres ſua ipſius benevolentia invitatus manumiſerit, quæ ex ſuperfluo, ut dictum eſt, data eſt: manumiſſio propter falſam ſervitutem, veram non corrumpit ingenuitatem.

TIT. V.

De Libertinis.

DIximus qui ſunt ingenui, dicamus & libertinos. Libertinus autem eſt, ex juſta ſervitute manumiſſus, adde autem, & legitima. Igitur libertinus eſt, ex juſta & legitima ſervitute manumiſſus. Adjacet diffinitioni *juſta*, ut excipiam in ignorantia ſui ſtatus ſervientem; *Legitima* autem additum eſt, quia natura neſcit ſervitutem, ſed inventa eſt ex belli jure. Liberatio autem horum dicitur apud Romanos manumiſſio. Et quid eſt manumiſſio? Datio libertatis: Etenim quandiu aliquis eſt in ſervitute, manui & poteſtati ſubjacet noſtræ, manumiſſus autem recedit a ſubjectione. Hæc autem libertas a jure gentium originem cepit, quia jure naturali omnes liberi naſcuntur: neque enim erat cognita manumiſſio incognita ſervitute. Poſtquam autem gentium jus introduxit ſervitutem, conſequenter manumiſſionis beneficium utile viſum eſt. Et dato nobis a natura uno hominis nomine (omnes enim homines appellamur) jus gentium tria hominum eſſe genera conſtituit. Sunt enim liberi; & li-

be-

Digitized by Google

beris contrarii ſervi; & tertium genus libertinorum, hoc eſt, eorum, qui deſierunt eſſe ſervi. Diximus hominum aliquos quidem eſſe ſervos, aliquos autem liberos: & ſervitutem quidem individuam eſſe, libertatem autem ſecari in duo; in ingenuos & libertinos. Eſt autem ingenuitas individua non habens magis, vel minus in ſeipſa. Videamus autem de libertinitate, quæ & ipſa hodie individua eſt. In tria olim dividebatur, ut procedente oratione dicemus. Definivimus autem in præcedentibus, quis eſſet libertinus.

§. Multis. Multis autem modis manumiſſio procedit. Vel enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis Eccleſiis manumittere poſſumus; vel apud Magiſtratum, quod fit vindicta; (cauſam autem oominis diſcemus) vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel in teſtamento, vel in quacunque ultima voluntate. Et aliis plurimis modis libertas dari poteſt, quorum aliqui quidem ex veteribus, aliqui autem ex conſtitutionibus noſtri principis introducti ſunt.

§. Servi. Manumiſſio autem ſervis in omni tempore jure dari poteſt, etiam nefaſto die. Non ſolum exiſtente magiſtratu in ſuo prætorio, ſed etiam procedente fieri poteſt, ut accedentem manumittat: ut quum Prætor Romæ, vel Proconſul; vel Provinciæ Præſes in provinciis ab balneum, vel theatrum abit; vel forte in publicis ædibus, vel propter quancunque cauſam in publico comparet loco.

§. Libertinorum. Libertinorum autem tripartita erat diviſio. Multi enim manumiſſi modo quidem majorem & juſtiſſimam conſequebantur libertatem, & fiebant cives Romani; modo autem minorem, & efficiebantur latini Juniani ex lege Junii Norbani, qui auctor fuit ipſorum conditionis. Dedititios autem introduxit Ælius Sentius. Dicit enim, ſi quis in tempore ſervitutis inciderit in aliquod ex iis vitiis, quæ ab eo reperta ſunt: ut ſi propter aliquod peccatum ceperit ſtigmata in fronte, ſive injectus fuerit in publicum carcerem; vel etiam propter aliquod peccatum verbera accipiens confeſſus fuerit ſe peccaſſe, & deinde benevolentia domini recuperata manumiſſus ſit: factus eſt dedititius libertinus. Nominavit autem ipſos dedititios ad imitationem peregrinorum. Cum aliquando enim quidam peregrinorum ſubjecti eſſent Romanis, tyrannicum quoddam commenti contra Romanos, arma ceperunt contra ipſos. Et ex adverſo inſtructi Romani vicerunt: nequeuntes enim ipſorum ſuſtinere robur peregrini, abjectis armis ſeipſos dediderunt. Humanitate uſi autem Romani vitam ipſis donaverunt, contumelia autem affecerunt eos in ſola appellatione, dedititios nominantes, quoniam dediderunt ſeipſos. Et hi igitur libertini, ex lege Ælia Sentia nominati ſunt dedititii: ut quorum communis erat facti turpitudo, communis eſſet item appellatio. Sed dedititii quidem ex multis jam temporibus in deſuetudinem abierunt; latinorum autem nomen non frequentabatur. Unde & noſter princeps augens omnia, & in meliorem ordinem transferens, in duabus conſtitutionibus antiquorum veterum correxit peccata, ablata dedititiorum & latinorum conditione, libertinorum autem conditione io antiquam formam revocata, & uniformi manumiſſione facta. Quando & a primordiis Romanorum imperium ſimplicem quandam libertinorum conditionem cognovit, ut eandem haberent libertatem, quam & manumiſſor habebat, & utrique eſſent cives Romani; in hoc ſolo differrent, quod manumiſſus quidem erat libertinus, licet manumiſſor ingenuus eſſet. Et dedititios quidem conſtitutio ſuſtulit ſacratiſſimi principis reſcripta ad ſuggeſtionem Triboniani excellentis exquæſtoris, & hanc inter deciſiones connumeravit, quas antiquorum dijudicans ambiguitates in vulgus emiſit. Latinos autem Junianos, & omnem, quæ fuit circa ipſos, obſervantiam, eodem ſuggerente glorioſiſſimo exquæſtore e republica expulit per alteram conſtitutionem: quam etiam radiantem videre eſt inter principales conſtitutiones, ut omnes libertini cives ſint Romani, nulla exiſtente differentia circa ætatem manumiſſi, vel dominium manumiſſoris, vel modum manumiſſionis, ſicut jam antea obſervabatur. Quid autem hoc ſit, neceſſarium eſt dicere.

Habe hæc inſtar cujuſdam præviæ cognitionis: Eſt apud Romanos legitima ætas, eſt & naturalis ætas; legitimum dominium, & naturale dominium; legitimus modus manumiſſionis, & naturalis modus manumiſſionis. Et naturalis quidem ætas eſt, quæ minor eſt XXX. annis; legitima autem, quæ ſupra triginta, non quia majorem XXX. annis ætatem natura ignoret; (omnis enim ætas naturalis) ſed quia lex ſpecialiter meminit ejus, quæ eſt ſupra XXX. annos: propter hoc dixi ipſam legitimam. Eſt igitur, ut dixi, oaturale dominium. Et quidem naturale dicitur in bonis, & dominus bonorum dominus, Legitimum autem dicitur jure Quiritum, hoc eſt Romanorum. Quirites enim Romani a Romulo, ex quo originem habuerunt; Dominus autem jure quiritum dominus. Si quis autem utrumque habuiſſet dominium, dicebatur pleno jure dominus, ut habens utrumque legitimum & naturale.

Eſt & legitimus modus manumiſſionis, & naturalis modus manumiſſionis. Et legitimus modus fiebat tribus modis, vindicta, cenſu, teſtamento. Et vindicta erat per magiſtratum facta manumiſſio. Dicebatur autem vindicta, quia vindicabatur mancipium in naturalem libertatem: vel a Vindicio quodam, qui eum eſſet ſervus, inſidias futuras contra Romanos indicavit, & manumiſſus eſt publice a Romanis; & in honorem hujus omnes per magiſtratum manumiſſi dicebantur vindicta manumitti. Cenſu autem procedebat hoc modo: cenſus erat tabula, vel charta, ubi Romani conſcribebant ſuas fortunas, ut belli tempore pro modo ſui patrimonii unuſquiſque tributum penderet: In hoc igitur cenſu ſignando, ſi ſervus juſſu domini ſeipſum liberum ſcripſiſſet, recedebat a ſervitute. Teſtamento autem, quando

quis

quis ſuum ſervum manumiſit in teſtamento.

Naturales autem modi manumiſſionis erant tres; inter amicos, per menſam, per epiſtolam. Et inter amicos quidem, quum amicis præſentibus manumittebant aliquem. Per menſam, quando ſimul convivari in libertatis datione imperabant ſervo. Per epiſtolam, quando commoranti ipſi in alia regione per epiſtolam mandabant, ut degeret in libertate. Poſtquam tibi hæc prævisa ſunt, vide reliqua. Quum tria legitima concurrerent in manumiſſo ſervo, ut & ipſe ſupergreſſus eſſet trigeſimum annum, & haberet in ipſo dominus legitimum dominium, hoc eſt, ex jure Quiritum: Servus autem manumitteretur vindicta, vel cenſu, vel teſtamento, delictum autem non ſubeſſet: omnino manumiſſus fiebat civis Romanus. Delictum autem ſi non ſubeſſet, neque tamen concurriſſent tria legitima, vel quia ſervus erat minor XXX. annis, vel dominus bonorum ſolum erat Dominus, neque habebat etiam legitimum dominium; vel fiebat manumiſſio per menſam, vel per epiſtolam, vel inter amicos; vel duo interdum deerant legitima, vel etiam tria: manumiſſus fiebat latinus Junianus: Delicto autem ſubjacente, omnino fiebat dedititius. Sed hæc quidem antiquo more. Hodie autem quum uniformis eſt libertinitas, ut dictum eſt, manumiſſus omnino fit civis Romanus, nullo habito diſcrimine neque circa dominium, neque circa modum manumiſſionis, neque circa ætatem.

TIT. VI.

Qui & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt.

DOcuerunt nos præcedentia quot modis fit manumiſſio, nunc neceſſarium eſt diſcere, quod non omni domino præbere licet libertatem: nam in fraudem creditorum manumittens nihil facit; Ælius enim Sentius impedit libertatem, odit enim ſuam minuentes ſubſtantiam in damnum illorum, qui in tempore neceſſitatis indigentibus præbuerunt pecunias. *§. Licet.* Ipſe autem hæc jubens, dedit aliquibus facultatem manumittendi, etſi minuitur illinc ipſorum ſubſtantia, hoc eſt, iis qui ſolvendo non ſunt. Is autem non ſolvendo eſt, qui plura debet, quam quæ poſſidet. Is igitur in multa conſtitutus ſit triſtitia neceſſe eſt, reputans non tam quæ ipſi vitæ multa & gravia imminent mala, quæ interdum poſſunt quibuſdam modis evitari, quam cogitans, quæ poſt mortem ſibi acceſſura ſit ignominia; nullus enim, qui ſapiat, adire volet hæreditatem, ex qua lucrum quidem nullum ſperandum ſit adeunti; ſed ignominia, infinita moleſtia, damna, & lites ſint affuturæ. Nullo igitur ſuccedente in hujus hereditatem, neceſſe erit vænundari a creditoribus hujus bona, & inde ipſius memoriam imminui & lacerari. Creditores enim non dicent illius heredis res vendi, ſed defuncti. Dicit igitur ei, qui ſolvendo non eſt, Ælius Sentius, ut ſi habet ſervos, unum horum inſtituat heredem cum libertate, qui poſt mortem fiet illi heres ex neceſſitate, dictus ſolus & neceſſarius: Solus quidem, quia unum & eum ſolum ei, qui ſolvendo non eſt, licet ſcribere heredem. Nam uſque ad unum ſuam ille vitiat legem. Neceſſarius autem, quoniam & nolens fit heres. Fiebat autem hic heres, cum nemo alius heres eſſet ex teſtamento, vel quia alter non ſit ſcriptus, vel quia ſcriptus nolebat hereditatem adire. Maximæ igitur fuit hoc providentiæ legis, ut ii, qui non ſunt ſolvendo, quorum unuſquiſque recuſabat hereditatem, ſervum ſuum hæredem haberent, qui ſatis creditoribus faceret, & debitum pro ipſis exolveret: vel hoc non exiſtente, creditores res venderent, non amplius defuncti, ſed heredis; & inde ab omni contumelia defunctus vindicaretur, & beneficio uterque afficeretur, mortuus ſcilicet, & manumiſſus. Nam qui non ſolvendo mortuus eſt, etſi in ſervi æſtimatione ſuas minuerit facultates, tamen ignominiam vitavit; ſervus autem & ſi ignominia ſit affectus, at mercedem habuit ignominiæ, manumiſſionem.

Si autem & ſine libertate ſervus ſcriptus eſſet heres, liber fiebat. Hoc conſtitutione noſtri principis generaliter, cautum eſt, ſive egens ſive dives fuerit mortuus, nova humanitatis uſus ratione: ut ex ipſa ſola inſtitutione ſervus manumittatur. Non enim eſt veriſimile, nolle dominum illum eſſe liberum, quem ſibi ipſi ſucceſſorem eſſe ſtuduit, ſed remanere in ſervitute, nullum autem ſuæ heredem eſſe ſubſtantiæ. *§. Idemque juris.*

In fraudem creditorum quo modo quis manumittere videtur, neceſſarium quærere. Et aliqui quidem dicebant illum in fraudem creditorum manumittere, qui plura debebat his, quæ poſſidebat; aliqui autem illum, cui nihil relinquitur poſt debitorum ſubtractionem, cujus quidem ſubſtantia præſens explere creditores ſufficit; data autem libertate, contingit creditores injuria affici, quia hoc modo minuantur ejus bona, ita ut non poſſit ſatisfacere creditoribus. Prævaluit autem non ſolum videre, an non ſolvendo ſit manumiſſor, ſed an & in fraudem creditorum dat libertatem. Tunc enim & datio prohibetur libertatis, quum & ſpectatur conſilium, & eventus acciderit. Ergo utrique quidem concurrentibus, ſervus non manumittitur; uno autem deficiente, ſervus liber efficitur. Eſt autem deprehendere utraque, conſilium & eventum in caſu tali. Poſſidebat quis CCC. aureorum patrimonium, hic debebat CCC. aureos, voluit in fraudem ſuorum creditorum manumittere ſervos dignos pretio C. aureorum, quo modo reddebatur totius patrimonium nummorum ducentorum. Hic utrumque eſt, conſilium, & eventus. Etenim malo animo hoc fecit, & eventus damno afficit creditores. Deficit autem eventus ſic: Habens quis mille aureos in bonis putabat habere tantum trecentos, debebat autem quadringentos: manumiſit ſuos ſervos in fraudem creditorum pre- *§. In fraudem autem.*

cii

Digitized by Google

cii C. aureorum. Hic conſilium quidem peſſimum: in damnum enim factum eſt creditorum; ſed eventus ipſis damno non eſt. Etenim & deducta manumiſſorum ſervorum æſtimatione, relinquitur in bonis quo abunde nomina creditorum diſſolvi poſſint. Deficit autem conſilium, ut in hoc caſu: Habebat quis mille aureos in bonis, debebat CCCC. Contigit hunc relinquere propriam patriam: & ex quodam fortuito caſu diminuta ſunt ipſius bona, forte domo incenſa, vel prolapſa, ut deinde jam ad CCC. nummos aureos res reciderit. Nondum cognita diminutione ſuæ ſubſtantiæ, precii C. aureorum ſervos quoſdam, quorum benevolentiæ gratiam volebat referre, manumiſit. In hoc caſu mala non eſt intentio, ſed eventus lædit creditores. Non ſufficit enim quod reliquum eſt, ſubſtantiæ creditores dimittere. Ecce enim hic putabat multas eſſe ſuas facultates, & poſſe ſatis inde fieri creditoribus, & benevolentiſſimos manumiſit ſervos. Et ubique oſtenſum eſt, malam fraudem non ſubeſſe, eventum autem eſſe peſſimum: quoniam non ſicut putabat, vere majus fuit debitis ipſius patrimonium. Interdum enim per ignorantiam aliter opinamur de noſtris facultatibus, quam verum habeat. Ergo oportet (ut breviter dicam) tunc irritas fieri manumiſſiones, quando malo animo ſervos manumiſero, & factum meum damno afficiat creditores.

§. Eadem lege. Cognovimus ex præcedentibus Ælium Sentium irritas facere libertates in fraudem creditorum datas, odio habentem manumittentis mentem, tanquam ad injuriam aliorum inventam. Eadem lex prohibet libertates datas a minoribus XX. annis non propter odium; ſed propter benevolentiam manumittentium: ſciebat enim id ætatis homines facile decipi, etiam ſervorum adulationibus, & hoc modo ſuam ipſorum diminuere ſubſtantiam. Hoc igitur ſciens illorum inſidiis ſuam ipſius legiſlationem oppoſuit; vetans autem hos ſuum ſervum manumittere, juſſit manumiſſionem juſta de cauſa apud magiſtratum in conſilio approbari. Dicamus autem prius quid eſt conſilium, & ſic dicemus juſtas cauſas. Conſilium eſt conſeſſus clarorum virorum certo anni tempore conſtitutus. Fiebat autem hoc conſilium non ſolum Romæ, ſed & in provinciis: conſtituebatur autem in tempore conventus. Et quid eſt conventus? certum tempus ad diſſolutionem controverſiarum introductum: Romani enim totum fere annum in bello gerendo impendentes, quodam tempore ab hyeme, & his quæ in ipſa ſunt, difficultatibus impediti, quoniam quidem in communi vita non licebat eſſe ſine litibus, dimiſſis armis judiciis vacabant; & multos ad hoc judices conſtituebant qui dirimerent ipſorum controverſias, qui dicebantur recuperatores, quia per eos unuſquiſque debitum recipiebat. Dicebatur autem tempus illud a conveniendo conventus, quoniam convenire eſt congregari. Congregabantur autem in idem judices & rei: in ultimo autem die conventus habebatur conſilium. In provinciis hoc modo. Procedebat magiſtratus, & ſedebat in ſuo tribunali; & cum ipſo XX. viri, qui dicebantur peregrini recuperatores, quia per eos mancipium naturalem libertatem recipiebat (noſti enim naturam omnes liberos produxiſſe) & apud hos allegabantur manumiſſionis juſtæ cauſæ a manumittentibus. Habebatur autem & Romæ conſilium uno die conventus, prætore ſedente in ſuo tribunali, & conſidentibus cum ipſo quinque ſenatoribus, & quinque equitibus Romanis. Equitum autem Romanorum dignitas minor erat quam ſenatorum.

§. Juſta. Quoniam dictum eſt de conſilio, dicamus & de juſtis cauſis. Juſta eſt cauſa, quando minor XX. annis vult patrem, vel matrem manumittere: quos fecit quidem natura filio parentes, voluntas autem domini ſervos reddidit. Et quo modo provenit hunc quidem in ſervitute natum liberum eſſe & Romanum, parentes autem ſub filii eſſe dominio? Fac tres ſub uno & eodem eſſe dominio, morientem autem dominum inſtituiſſe filium heredem minorem XX. annis, & hoc modo ſuorum parentum cum aliis rebus dominum ipſum eſſe factum; deinde cum nollet filius in ſervitute parentes ſuos videre contumelia affectos, manumiſit hos in conſilio. Juſta eſt cauſa etiam ſi quis dicat: filius eſt meus naturalis, filia mea eſt naturalis. Facito enim fuiſſe aliquem captum amore ſuæ ancillæ, & habuiſſe ex ipſa filium, vel filiam; ſervum fuit, quod natum eſt, ut ex ſervo utero progreſſum. Rurſus & illa juſta cauſa eſt, ſi quis frater meus eſt naturalis, & ſoror mea naturalis. Quoniam enim meus pater ſervæ ſuæ mixtus habuit filios, quos non manumiſit, illo autem mortuo, horum ego dominus jure ſum factus, & hos propter naturalem liberavi cognationem: Juſta cauſa eſt. Item ſi quis dicat: pædagogus meus eſt, vel nutrix, vel educator, vel alumnus, vel alumna, & communiter dictus connutritus, vel connutrita, hoc eſt, collactaneus. Idemque eſt ſi ſervum manumittere volo procuratoris habendi gratia, ad hoc ut liber factus citra impedimentum omnes meas res gubernet: vel ancillam manumiſi matrimonii cauſa, hoc eſt ut, capiam ipſam in uxorem, quoniam enim inter liberum & ſervum non conſtituuntur nuptiæ, ideo ipſam manumiſi. Is autem, qui manumittit matrimonii cauſa, intra ſex menſes debet ipſam ducere uxorem, niſi juſta cauſa impediat: Veluti, quando ſenator fuit manumiſſor, nam ſenator libertinam uxorem ducere non poteſt: qui autem manumittitur procuratoris habendi gratia, debet major eſſe decem & ſeptem annis.

§. Semel. Quum ſemel autem juſta cauſa in conſilio approbata eſt, ſive vera ſit, ſive falſa, non retractatur manumiſſionis probatio. Dum enim approbatur, contradicere licet, & hujus dationem prohibere: quæ probata poſtquam eſt, non creditur ei, quicunque dicit juſtam cauſam eſſe fictam.

§. Cum ergo. Poſtquam autem diximus minorem XX. an-

nis

Digitized by Google

nis manumittere non poſſe, niſi juſtam dixerit cauſam in conſilio, hinc abſurdum quiddam oritur. Evenit enim ut is, qui quatuordecim annos habet, poſſit legata relinquere multi pretii, & teſtari, & heredes inſtituere, & quo vult modo de ſua ipſius hereditate diſponere, ſervum autem X. aureis æſtimatum non poſſit manumittere: Ridiculum igitur jus, quod quidem majora largitur, minora autem non permittit. Quod utique non ferendum exiſtimatur, ut quis omnia quidem ſua bona in quem vult transferat, manumittere autem ſervum unum non poſſit. Ideo ſacratiſſimus noſter Princeps motus tali juris abſurditate juſſit ut, ſicut de aliis rebus diſponit adoleſcens teſtator pro voluntate, ſic & ſuos ſervos XX. annis minor manumittere in teſtamento permittatur. Quoniam autem inæſtimabilis res apud Romanos eſt libertas, & id propter ante vigeſimum annum Ælius Sentius libertatem dari vetuit, ideo mediam quandam viam ipſe ingreſſus non aliter conceſſit minori XX. annis teſtamento dare libertatem ſuo ſervo, quam ſi XVII. annum impleverit, & attigerit XVIII. Cum enim veteres majori XVII. annis patrocinari concederent aliis: quare non dicamus ipſius judicii ſtabilitatem ad ſuum ſervum ſervitute liberandum non ei prodeſſe? Qui enim adeo ſapit ut alios patrocinio juvare poſſit, is haud dubie & ſibi recte conſulet. Ergo minor XX. annis inter vivos quidem non manumittet, teſtamento autem poſt XVII. annum hoc faciet. Sex enim anni cum ſint a quartodecimo uſque ad vigeſimi impletionem, Princeps in primis tribus annis uſque ad decimumſeptimum prohibitionem ſervavit Ælii Sentii, poſt decimumſeptimum vero hoc fieri conceſſit.

TIT. VII.

De lege Fuſia Caninia.

Ælius quidem Sentius minori XX. annis domino ſuum ſervum liberare non concedebat: erat autem alia lex de manumiſſione differens Fuſia Caninia, quæ in univerſum manumitti nolebat teſtamento, hanc autem legem clementiſſimus noſter Imperator ut libertati adverſantem, & invidentem manumiſſioni per ſuam ſuſtulit ſanctionem, inhumanum eſſe judicans vivos quidem habere licentiam omnes ſuos ſervos manumittendi, niſi qua cauſa impediat; (ut ſi manumiſſor ſit minor XX. annis, vel in fraudem creditorum manumittat) morientibus autem non concedi ſuos ſervos abſque impedimento manumittere.

TIT. VIII.

De his, qui ſui, vel alieni juris ſunt.

Completa eſt nobis prima perſonarum diviſio, in qua dictum eſt hominum quidem aliquos eſſe liberos, aliquos autem ſervos, & ſervitutem quidem eſſe individuum quiddam eſſe, libertatem autem in duo dividi: quoſdam enim eſſe ingenuos, quoſdam autem libertinos; & quidem ingenuitatem eſſe individuam, libertinitatem autem olim in tria genera dividi. Quoniam libertinorum aliqui fiebant cives Romani, aliqui autem Latini Juniani, aliqui dedititii. Addidimus etiam conditionem Dedititiorum, & Latinorum diverſis conſtitutionibus eſſe ſublatam a clementiſſimo noſtro Principe; ut reliquum ſit libertinitatem eſſe unius ſpeciei, ſicut eſt ingenuitas. Dicatur & de ſecunda perſonarum diviſione: Hominum enim quidam ſunt alieni juris, quidam autem ſui. Dicamus igitur prius perſonis, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt. Hinc enim & facilis erit cognitio de his, quæ ſunt ſui juris: quæcunque enim non in his numerantur, manifeſtum eſſe eas in ſua poteſtate. Poteſtatem autem habemus vel in noſtros ſervos, vel in noſtros liberos. Ac prius videamus de his, qui ſunt in poteſtate ſuorum dominorum.

Eſt autem poteſtas ſumma licentia. Hæc autem in ſervos poteſtas juriſgentium eſt: non ſolum enim apud Romanos hæc in uſu habetur, ſed & apud alias gentes. Et eſt maxima hæc in ſervos poteſtas, quum vitæ, neciſque poteſtatem habeamus in ipſos, & liceat nobis impune hos occidere; & quodcunque unquam per ſervos acquiritur, hoc domino acquiritur: Hodie autem nulli hominum ſub Romano agenti imperio licet ſine cauſa legibus cognita occidere ſuum ſervum. *§. In poteſtate.*

Ac neque etiam ſupra modum contra ipſum ſævire. Conſtitutio enim Antonini Principis jubet, eum, qui ſine cauſa juſta ſuum ſervum occidit, ſic puniri, ut ſi alienum ſervum interfeciſſet. Eſt autem juſta cauſa, ſi dominus deprehendit ſuum ſervum ſuæ ipſius concumbentem uxori; vel cum manus iniicere domino vellet, hic illum antevertens occidit. His enim de cauſis impunita cædes dimittitur. Non ſolum autem coercuit princeps injuſtam ſervorum occiſionem, ſed & excedentem ſævitiam dominorum cohibuit alia conſtitutione, quæ ex tali occaſione cœpit initium: Julius quidam Sabinus ſævus admodum erat in ſuos ſervos. Non ferentes hi intolerabilem ipſius acerbitatem, relicto domino, partim quidem ad ſacras ædes confugerunt, partim ad ſtatuas principis: prætereunte illac Ælio Marciano provinciæ præſide, invocarunt ipſius auxilium. Hic autem cum interrogaſſet: ſimul cognovit eorum conditionem, & cauſam talis acceſſus didicit. Non habens autem legem talem caſum decidentem, interrogavit principem, quid oporteret facere, omnia ut geſta erant exponens. Princeps ad ea commotus reſcripſit non temere credendum eſſe ſervis expoſtulantibus in dominos (natura enim ſervus domini hoſtis) ſed judicem eos convocare, & cognoſcere debere quid controverſiæ ſit inter ipſos: ut ſi viſa fuerit non ferenda dominorum ſævitia, neceſſario cogantur domini eos, quos tam dure habent, bonis condi- *§. Sed & major.*

di-

ditionibus vendere, & precium accipere. Propter hoc autem dixit, bonis conditionibus: ut ne dominus aliquando infenſior ſervo conditiones venditioni graves imponat: pactus forte, ut ipſe ſit in vinculis, vel nunquam manumittatur, vel habitet in regione graviſſimi cœli, cui non ille aſſueverit, & detur licentia domino vendenti ex compacto puniendi etiam poſt venditionem ſervum. Recte autem & illud princeps addidit, & vendendum ſervum, & dandum precium domino: ut ſcilicet ſervus per venditionem moleſtum fugiat dominum, dominus autem non lædatur venditione ſervi precio recepto. Nec eſt, quod indignetur dominus non permitti ſibi imperare ſervis: nam princeps etiam invitos ſubditos beneficio afficit. Futurum enim erat forte, ut ſervi deſperatione ſe ipſos occiderent vel etiam fugientes dominum læderent in precio. Ergo utriſque providit, & dominis & ſervis; expedit enim reipublicæ, ne quis male ſua utatur re. Sunt autem talia conſtitutionis verba ad Ælium Marcianum reſcripta: Dominorum poteſtatem illibatam eſſe decet in ſervos; nec oportet hoc jus tranſgredi: hoc eſt, non oportet quicquid unquam dominici juris diminui. Confert & dominis ferri opem ſervis male acceptis a dominis, vel ex ira intolerabili, vel fame, vel injuria; unde non oportet negare jus petentibus ſervis. Cognoſce igitur de querela eorum, qui ex Julii Sabini familia confugerunt ad ſtatuas. Et ſi quærens inveneris inhumanius habitos a Sabino, quam decebat, vel ad turpiſſimam ipſos tractos actionem: venundari jube: ſic tamen, ut non revertantur in ejus, qui eos vendidit, poteſtatem. Si enim dictus Sabinus in fraudem hujuſmodi conſtitutionis facere quidquam tentaverit, prima quidem fronte ſervos vendens, ſed clam inito pacto, ut ſit rurſus ſibi reddantur: ſeveriſſimus talia peccanti, & ejus conſtitutionem circumvenienti princeps ſentietur.

T I T. IX.

De Patria poteſtate.

COgnovimus in precedentibus nobis eſſe poteſtatem in noſtros ſervos, & in noſtros liberos: Cum dictum autem ſit de noſtra in ſervos poteſtate: reſtat dicere de poteſtate in liberos. In poteſtate habemus noſtros liberos, quos ex juſtis nuptiis procreavimus. Et quid ſunt nuptiæ? viri, & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens. Hoc autem jus poteſtatis, quod habemus in noſtros liberos, ſolum Romanorum proprium eſt: nullus enim alius in ſuos liberos talem habet poteſtatem, qualem Romani. Ergo juris civilis eſt hoc inſtitutum. Nam poteſtas, quam in ſervo habemus, juris eſt gentium. Qui ergo ex me naſcitur, & mea uxore in mea poteſtate eſt; ſicut natus ex eo, qui mei juris eſt, & ex ipſius uxore, hoc eſt, meus nepos, & mea neptis ſimiliter erunt in mea poteſtate. Idem & de pronepotibus, & abnepotibus, & de cæteris deinceps. Qui tamen ex filia mea naſcuntur, non ſubiicientur poteſtati avi materni, hoc eſt meæ, ſed erunt in ſui patris poteſtate.

T I T. X.

De Nuptiis.

JUſtas autem nuptias inter ſe contrahunt Romani, quum ea, quæ de nuptiis legibus conſtituta ſunt, cuſtodierint. Oportet autem mares quidem puberes eſſe, fœminas autem viri potentes: hoc eſt, illos quidem tranſgreſſos eſſe XIV. annum; has autem majores eſſe XII. annis. Hæc autem dicimus ſive filiiſfamilias, ſive patresfamilias ſint, qui ad nuptias coeunt. Sed in filiiſfamilias, & aliud quiddam requirimus, conſenſum ſcilicet parentum, quorum in poteſtate ſunt qui conjunguntur. Hoc enim debere fieri & civilis, & naturalis ratio poſtulat. Civilis quidem propter Romanorum proprietatem, hoc eſt poteſtatem. Naturalis autem; quoniam juſtum eſt, eos, qui nutriverunt uſquo ad hanc ætatem, videlicet parentes, hoc haberi dignos honore, hoc eſt, ut nuptias comprobent. Oportet autem patris præire juſſionem, hoc eſt oportet patrem conſentire. Unde & illud in quæſtionem venit. Furioſi patris filius vel filia ad nuptias venire feſtinabant, non enim deſinit habere in poteſtate filios furioſus pater, quoniam non ſobria ratio patris in poteſtate facit patribus eſſe liberos (ut nos dicamus privatum patrem una cum intellectu perdere & in liberos poteſtatem) ſed potius liberi ex juſtis nuptiis geniti. Volebant igitur liberi ad nuptias venire: filiiſfamilias autem exiſtentes patris indigebant conſenſu; conſentire autem furioſus non poterat: quærimus igitur, an poſſint. Et ſi quidem dicimus conſenſum eſſe, quum ſpecialiter dicit pater, contentus ſum facto: talem in furioſo conſenſum præberi morbus non concedit. Si autem acceperimus conſenſum eſſe, cum pater rem videt, & non contradicit, ſine impedimento nuptiæ procedent. Sed hoc non eſt verum: furioſus enim tacens non conſentit; ille enim tacens conſentit, qui ſentiens factum adverſari poteſt, niſi hoc placet. Factus autem furioſus tacet quidem oppreſſus a morbo, ſed non ut placide quieſcens. Quoniam igitur multæ circa hæc jura quæſtiones fuerunt, facta eſt conſtitutio noſtri Principis reſcindens ambiguitatem, & permittens filio furioſi ſibi capere uxorem, & patris conſenſum non expectare: ſicut & filiæ, nam de filia minime dubia res erat, ſervatis ſcilicet quæ divali conſtitutione continebantur. Quoniam autem diximus juſtas nuptias eſſe, §. *Ergo non.*
quando Romanus Civis tranſgreſſus XIV. annum ducit uxorem Romanam, Civem majorem XII. annis; an & ſiquis in uxorem acceperit ſuam matrem, vel ſororem, vel filiam, juſtæ ſint nuptiæ? Et dicimus, minime: Sunt enim nuptiæ quædam prohibitæ, & ut hanc rem totam melius percipias, tene hæc tanquam

in prævia quadam notione. Cognatio nomen eſt generale, dividitur autem in tria, in aſcendentes, & deſcendentes, & transverſales. Et aſcendentes quidem ſunt, qui nos genuerunt, ut pater, mater, avus, avia, & his etiam ſuperiores: Deſcendentes autem ex nobis geniti, ut filius, filia, nepos, neptis, & his etiam inferiores: Tranſverſales autem, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti ſunt, ſed qui eandem generationem, & radicem cum nobis participarunt, ut frater, ſoror, patruus, ſive θεῖος, avunculus, amita, ſive θεῖα matertera, fratris ἀνεψιὸς, ἀνεψιὰ ſororiſve filius, & filia, & his deducti: Tranſverſalis autem cognatio dividitur in duo, in agnatos & cognatos: Et agnati quidem ſunt ex maſculina linea nobis conjuncti, ſicut frater germanus, & ſoror germana; & filii ex fratre; & ex filio fratris nepos, neptis; vel patruus, & ex hoc filii; & ex filio patrui nepos neptis, vel amita. Et paucis, quandiu non inventa ſit muliebris perſona, quæ ſit cauſa cognationis, dicitur ex ordine provenire agnationem. Cognati autem ex fœminina linea nobis cogniti, ſicut frater ex eadem matre, non autem eodem patre, & qui ex hoc deſcendunt; vel ſoror uterina; ſive etiam conſanguineæ ſororis filii, & ipſi enim cognati ſunt, quoniam ſororis perſona diviſit agnationem. Agnati dicuntur etiam legitimi & cognati, videlicet naturales. Cognati autem ſoli naturales, non etiam legitimi: quos enim jus novit, hos novit & natura; quos autem natura cognoſcit, non omnino jus cognoſcit. Ipſa autem cognatio dupliciter contrahitur, vel natura, vel jure, ſive adoptione. Et natura quidem, quando ex juſto matrimonio filii proveniunt. Adoptione autem, quum habens quis filium, accipit alium aliquem in adoptionem. Sic enim adoptatus, filii mei naturalis & fratris ſui adoptivi eſt agnatus, eſt autem & cognatus. Quos enim adoptio agnatos ei facit, hos efficit & cognatos: etenim legitimus actus, hoc eſt, adoptio facile conjungitur agnationi, quæ legitima eſt & ipſa: legitima enim legitimis conjunguntur. Cæterum agnatio conjuncta adoptioni trahit ſecum & naturam, hoc eſt, cognationem; & quos agnatos vocat adoptatus, hos etiam cognatos nominat. Quos autem debebat cognatos vocare, ſiquidem naturalis eſſet mihi filius, hos adoptivus neque agnatos, neque cognatos vocat: quod enim natura cognatum eſt, adoptione nihil eſſe exiſtimatur. Poſteaquam tibi hæc præviſa ſunt, ſpecta deinceps quod propoſitum eſt. Dicebamus in ſuperioribus non ſemper a Romano Romanæ conjuncto, juſtum contrahi matrimonium, quia ſunt, quæ impediunt. Et quidem inter aſcendentes & deſcendentes nuptiæ impediuntur in infinitum. Non poteſt enim quis accipere in uxorem ſuam matrem, vel aviam, vel filiam, vel neptem, ſive naturales ſunt, ſive adoptivæ, etiamſi adoptio ſoluta ſit per emancipationem; erubeſcit enim adoptivam priſtina patris & avi appellatio.

§. *Inter eas.*

Etiam inter tranſverſales perſonas eſt aliquod impedimentum, ſed non perpetuum. Ecce enim inter fratrem & ſororem non contrahitur matrimonium ſive germani ſunt, ſive uterini; eodem modo autem ſive ſolum germani, ſive ſolum uterini. Si autem ſit mihi adoptiva ſoror, quandiu permanet adoptio, nuptiæ impediuntur; hac autem diſſoluta, quod ego vel illa fuerit emancipata, citra impedimentum nuptiæ contrahentur. Quoniam enim adoptio legitima exiſtens per emancipationem pariter legitimam & ipſam diſſoluta eſt, jure nullam ſpeciem habeo erga ipſam cognationis. Antea equidem, quoniam ambo eramus filiifamilias & in unius poteſtate agnatam ipſam vocabam & cognatam; diſſoluta vero adoptione per emancipationem, agnatam ipſam non vocabo. Non amplius enim legitima adoptio obtinet in ipſa legitimam agnationem, hoc eſt, cognationem: ſublata autem agnatione tollitur & cognatio. Poſtea vero quam agnatam ipſam vocare non poſſum, jure neque cognatam. Ideo ſi quis ſuum generum in adoptionem vult capere, debet prius filiam emancipare. Si autem quis habens filium nurum velit adoptare, emancipare prius debet filium: ſi enim hoc non fecerit, adoptione generi vel nurus matrimonium diſſolvetur, invenientur enim fratres; inter fratres autem neque, ſi ſint adoptivi, contrahitur matrimonium.

§. *Fratris.*

Fratris mei vel ſororis meæ filiam matrimonio jungere non licet, ſed neque horum neptem & ſi quarto gradu ſit, ex quo tamen gradu poſſum uxorem ducere, veluti filiam patrui θείου, avunculive, vel amitæ θείας, & materteræ: Regula enim ſit tibi hæc univerſalis; Cujus perſonæ filiam non poſſum uxorem ducere, hujus neque neptem. Si autem natura-

§. *Ejus vero.*

lis pater meus puellam aliquam adoptaverit, nata autem ſit ex hac filia: poſſum ducere hanc uxorem. Quoniam cognata mea eſt hæc ex fœminina linea; diximus autem naturalem cognationem pro nulla haberi in adoptione.

§. *Duorum.*

Duorum fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis non poſſunt inter ſe matrimonio conjungi.

§. *Item amitam.*

Amitam meam (amita autem eſt patris mei ſoror) non poſſum ducere uxorem, licet adoptiva ſit, neque materteram (matertera eſt, quæ matris ſoror eſt) quoniam matrum loco habentur. Hac ratione neque magnam amitam, neque magnam materteram ducere potero, quoniam aviarum locum obtinent. Eſt autem magna amita avi mei ſoror, quam meus pater amitam, ego autem magnam amitam voco; magna vero matertera ſoror meæ aviæ, quam mea mater materteram vocat, ego autem magnam materteram. Dictum eſt ſupra de amita, me non poſſe hanc uxorem ducere, neque ſi ſit adoptiva; non autem hoc idem placuit in matertera. Et quomodo contingit eſſe adoptivam amitam, vel magnam amitam adoptivam? Sic v. g. paternus avus meus habens filium meum patrem, puellam quandam adoptavit; & meus quidem pater vocabat ipſam adoptivam ſororem, ego au-

tem

tem adoptivam amitam. Magna autem amita adoptiva quo modo contingit? Fac proavum meum paternum habere filium mihi avum, & adoptaſſe quandam in filiam, quam meus avus vocabat adoptivam ſororem, meus autem pater adoptivam amitam, ego autem magnam amitam adoptivam. Propter hoc autem in amita addita mentio adoptionis; non item in matertera: quoniam cum per maſculinam lineam mihi illa conjungeretur, inveniebatur agnata; & eadem erat cognata: qui enim agnatus eſt, is omnino eſt & cognatus. In matertera autem adoptiva non impediuntur nuptiæ: quia enim per fœmininam lineam me contingit, ideo mihi tantum cognata eſt: & ex adoptione nullo jure mihi jungitur cognationis propter regulam, qua dicimus, cognationem, quæ natura contingit, pro nulla haberi in adoptione. Quando igitur cum hac nuptiæ non prohibentur, propterea in fingenda exempli ſpecie caſum non poſuit adoptivæ materteræ. Sed quo modo contingit id fieri, ut habeam adoptivam materteram? tali ſcilicet modo. Avus meus maternus filiam habens meam matrem, adoptavit quandam in filiam, quam mea mater vocabat adoptivam ſororem, & ego voco adoptivam materteram.

§. *Affinitas.* Diximus jam de nuptiis per cognationem impeditis: ſunt & aliæ quæ non jure cognationis, ſed veneratione affinitatis minus procedant. Affinitas autem eſt neceſſitudo perſonarum, quæ ex matrimonio nobis conjunguntur citra cognationem. Ut, non poſſum ego capere in uxorem meam privignam, vel nurum, quia filiarum loco ſunt. Et nurus quidem eſt filii uxor, privigna autem meæ uxoris filia: oportet autem addere verbum (olim) & dicere, non poſſum capere in uxorem nurum, olim meam vel meam olim privignam; apponentes enim (olim) oſtendimus non ſubeſſe perſonas, quæ fuerunt cauſæ affinitatis. Et tamen neque ſic poſſum eis conjungi, etiam mortuis perſonis, per quas fuit affinitas, & veneratione affinitatis abſtinemus a conjunctione. Si enim dixero, meam olim nurum, oſtendo mortuum eſſe filium quidem meum, ipſius olim maritum. Si vero dixero meam olim privignam, oſtendo mortuam eſſe matrem ejus, uxorem meam. Si enim adhuc illa mea eſt nurus, hæc autem privigna, majori prohibitus ſum ratione hanc ducere: inveniretur enim, vel vir habens duas uxores, vel mulier habens duos viros. Si enim accepero in uxorem meam nurum, illa & me habebit & meum filium, maritos. Sin autem meam privignam: eveniet mihi duas uxores habere: eam quæ nunc uxor mihi eſt, & ipſius filiam, meam privignam. Capitale autem conſtitutum eſt *ſupplicium contra duplex matrimonium contrahentes. Nullus igitur majore punitione neglecta (ea eſt capitale ſupplicium) tractat de minore & dicit impeditas eſſe nuptias propter affinitatis reverentiam. Non poſſum accipere in uxorem ſocrum olim meam, vel meam olim novercam, quoniam matris locum obtinent. Et ſocrus quidem eſt uxoris meæ mater; Noverca autem patris mei uxor, ex qua non ſum natus. Addidi autem & hic (olim) ut oſtendam non extare perſonas, quæ cauſam dedere affinitati, quia mortua ſit mea uxor, vel meus pater. Si enim adhuc vivant: duplicatio introducitur matrimonii. Si enim uxorem duxero meam ſocrum, invenior duas habere uxores, ſocrum, & ipſius filiam. Si autem novercam; reddetur illa duarum perſonarum uxor, patris mei, & mea ipſius. Scis autem capitale eſſe duplex contrahere matrimonium.

§. *Socrum.*

Vir habens filium ex Titia accepit in uxorem mulierem habentem filiam ex Titio; vel contra, ille quidem habebat filiam, hæc autem filium: horum filii vulgo dicti ἀλληλοπρόγονοι. Igitur inter ſe privigni recte contrahunt, etiamſi frater, vel ſoror ipſis nata ſit ex contracto poſt ipſos natos matrimonio. §. *Mariti.*

Mea uxor diſſoluto mecum matrimonio per repudium, viro alteri conjuncta habuit ex hoc filiam: quærimus an ipſius filiam poſſim ducere uxorem. Et dico hanc non eſſe privignam (privigna enim eſt, quæ ante meas nuptias eſt nata) tamen propter honeſtatem abſtinendum eſt mihi ab ipſius nuptiis. Nam & fœmina ſponſa mei filii non fuit mihi nurus, nuptiis non conſecutis. Neque patris mei ſponſa fuit mihi noverca, nuptiis impeditis: & quantum ex dictis patet, poteram nas jungere matrimonio. Sed & hic honeſtatis gratia rectius facere nos ait Julianus, ſi tales nuptias non contraxerimus. §. *Si uxor.*

Certo autem & cognatio ſervilis impedimento eſt matrimonio, ut, manumiſſus eſt aliquis cum ſorore: quærimus, an permittantur nuptiæ fieri inter ipſos; Et quantum quidem ad juris ſubtilitatem non exiſtimatur aliqua inter ipſos eſſe cognatio; veruntamen jure ſanguinis conjunctio prohibita eſt. Sunt & aliæ perſonæ, quas diverſarum cauſarum gratia non poſſum matrimonio copulare: has autem in Digeſtis ſive Pandectis ex multis veteribus collectas referri Divus noſter mandavit Imperator. §. *Illud.* §. *Sunt.*

Si autem quis contra ea, quæ dicta ſunt, coierit, non reveritus aſcendentium, vel deſcendentium cognationem, neque ex tranſverſo impeditas perſonas, neque habens rationem impedientis affinitatis, & contemptui habens cognatos ſimul manumiſſos: neque ipſe vir, neque illa uxor vocabitur. Sed neque nuptiæ erunt quod ita geſtum fuerit; neque dos quod inde datum. Sed quoniam hæc incontinentium cohibere non poſſunt cupiditates, majorem pœnam lex imponit. Dicit enim eos, qui ex tali coitu naſcuntur, in poteſtate patris non eſſe; & quos natura largita eſt, jus ignorat, ut non natos ex ipſius inſtituto, ſed (quantum pertinet ad patriam poteſtatem) tales ſunt, quales eſſe contingit vulgo conceptos. Etenim neque hi patrem habere intelliguntur, quando incertus hic eſt propter multitudinem coeuntium, unde ſolent ſpurios vocare,

re,

Digitized by Google

re, vel a græca voce ἀπὸ τοῦ σποράδην quaſi σπειρομένων, id eſt, ſparſim concepti, vel a latinis notis S. P. quaſi ſine patre filii. Sequitur ergo illud ut tali diſſoluto coitu, nec dotis ſit exactio. Nec tamen qui prohibitas nuptias contrahunt, ſolum dictas pœnas patiuntur, verum etiam alias, quas ex Imperatoris conſtitutionibus noſſe licet.

§. Aliquando. Sciendum eſt autem fieri aliquando ut aliquis cum primum natus eſt, patriæ poteſtati non ſubſit, ſubſit autem poſtea. Et quis nam eſt hic? Conſuetudinem habui ego quadam cum muliere, quicum juſtum contrahere matrimonium non vetabar, miſcebat autem ipſi non tanquam uxori, ſed tanquam meretrici fortitan vel pellici: Nati hinc liberi non ſunt in poteſtate, quia matrimonium non præceſſit; ſed naturalis eſt filius: Hunc dedi poſtea curiæ, erit mihi in poteſtate. Idem eſt ſi concubui cum muliere, non ut uxore, quam habere me uxorem non jus impedit, ſed abfuit animus; natus hic filius non eſt in poteſtate. Si autem poſtea (quemadmodum dictavit ſanctio clementiſſimi noſtri Imperatoris) dotalia componantur cum ipſa: non ſolum nati ante dotalia, ſed & poſtea, ſi quos naſci contigerit, erunt in mea poteſtate ſecundum ea, quæ continentur in divi noſtri Principis conſtitutione.

T I T. XI.

De Adoptionibus.

COgnovimus in præcedentibus eſſe nobis in poteſtate liberos noſtros ex juſto matrimonio nobis genitos; ſcire autem oportet hanc ipſam poteſtatem & in adoptivos extendi filios. Et quid eſt adoptio? legitimus actus imitans naturam ad liberorum ſolatium excogitatus. Forte enim non habens quis filios, quia non cepit uxorem; vel cepit quidem, ſed liberos non procreavit; vel procreavit quidem, ſed eos amiſit; levare volens vel naturæ vitium, vel contingens infortunium relevare; cepit quendam in adoptionem; Hoc autem ideo dictum eſt, non quod ſolum adoptent illi, qui non habent filios. Nam etiam qui habent, ſine impedimento adoptabunt, ut ſuperius dictum eſt in illo caſu, ubi diximus eum, qui vult generum vel nurum adoptare, oportere ut filium prius filiamve emancipet. Ergo in illo caſu niſi nuptiæ prohibuiſſent, nihil impediebat actum adoptionis. Sed dixi hic ad ſolatium eorum, qui ſunt ſine liberis, introductam eſſe adoptionem, ut oſtenderem quod, ut plurimum fieri ſolet.

§. Adoptio. Adoptio vero, Romana vox, generale eſt nomen, quod in duo dividitur, in arrogationem, & ejuſdem nominis adoptionem. Adoptio autem fit duobus modis, aut principali reſcripto aut imperio magiſtratus. Imperatoris reſcripto eos eaſve adoptamus, qui ſunt ſui juris, hæc autem adoptionis ſpeciale dicitur arrogatio. Imperio autem magiſtratuum licet adoptare, qui quæve ſunt alieni juris, ſive primum teneant apud naturales parentes gradum, qualis eſt filius vel filia; ſive inferiorem, qualis eſt nepos, neptis: hæc autem proprie adoptio dicitur generali nomine & ſpeciali.

Sed olim quidem licebat omnino extraneam *§. Sed hodie.* alieni juris perſonam adoptare; & qui in poteſtate erat patris naturalis, tranſibat in adoptivi poteſtatem: Hodie autem clementiſſimi noſtri Imperatoris conſtitutio extat, jubens, quam quis extraneum adoptat, non diſſolvi naturalis patris poteſtatem; neque quicquam tranſire ad patrem adoptivum; neque eſſe amplius in poteſtate filium; & ſi ſucceſſionem ab inteſtato in res adoptantis ipſum eadem conſtitutio ipſi tribuerit. Si autem naturalis pater non extraneo alicui, ſed ſuo ſocero dedit hunc in adoptionem, qui erat ipſi avus maternus; vel ſi ipſe, qui emancipatus ſit, deinde liberos procreavit: & natum ſibi poſt emancipationem filium patri quidem ſuo, avo autem paterno ejus, qui adoptatur, dedit in adoptionem. In his caſibus, quoniam in unam & eandem perſonam concurrunt & jura naturalia, hoc eſt ea, quæ ex generatione, comparantur & jura adoptionis: ſine controverſia filius erit in poteſtate patris adoptivi copulatus ipſi & lege & natura: & in familia & poteſtate erit hujus patris adoptivi.

Sunt igitur multæ differentiæ arrogationis, *§. Cum autem.* & adoptionis; & prima hæc: Arrogatio quidem fit apud Principem, adoptio autem apud magiſtratum. Secunda differentia, quod arrogatio quidem locum habet in his, qui ſui juris ſunt, adoptio autem in iis, qui ſunt juris alieni. Eſt & tertia differentia. Impubes ſui juris non poterat olim adoptari: ad extremum autem id conceſſum eſt fieri; ſed quædam hic obſervanda ſunt. Quando igitur per principale reſcriptum impubes ſui juris adoptatur, oportet quærere ſi honeſta aliqua cauſa adoptionem conſtituit, hoc eſt, non propter turpem amorem futurus pater velit adoptare. Item an hoc pupillo expediat, vel non expediat. Fortaſſis enim egens eſt adoptivus pater, vel interdum prodigus; pupillus autem dives. Et ſi unum ex ipſis apparuerit, non procedet adoptio: Oportet etiam præterea ut caveat arrogator perſonæ publicæ, hoc eſt tabulario, ſe, ſi contigerit adoptatum impuberem mori, reſtituturum illis bona: qui, ſi non eſſet adoptatus, venturi erant ad ipſius ſucceſſionem. Sed neque aliter talem impuberem emancipare poteſt arrogator, niſi juſta emancipationis cauſa demonſtrata: Quid enim quod vel inſidiatus eſt adoptivo patri? vel aliud quid fecit, quo ſe dignum reddidit emancipatione? Sic tamen emancipabitur: ut ipſi videlicet reddantur bona, quæ ille adoptivo patri acquiſiverat. Si autem decedens adoptivus pater eum exheredaverit, vel etiam adhuc vivens injuſte emancipavit: jubetur quartam partem ſuorum bonorum ipſi relinquere, detractis ſcilicet bonis ad patrem adoptivum translatis, & quorum ipſi lucrum

ac-

acquiſivit poſt adoptionem. Omnia autem hæc in eo impubere filiofamilias, qui adoptatur, ceſſant: primum, quia nihil habere videtur ipſe filiusfamilias, deinde quia pater poteſt hæc curare, & ſic ipſum præbere adoptandum.

§. Minorem. Diximus tres differentias, dicamus convenientias arrogationis, & adoptionis, ubi enim differentia, omnino erit & convenientia. Eſt autem prima convenientia hæc: Oportet adoptantem eſſe majorem natu eo, qui adoptatur, quoniam ad imitationem naturæ inventa eſt adoptio; natura autem ſeniorem filio patrem cognoſcit. Putatur enim monſtrum eſſe, & a natura alienum dicere, filium eſſe natu majorem patre. Hæc autem tam in alieni juris, quam in ſui juris hominibus procedunt. Oportet ſane ut pater decem & octo annis præcedat, talis enim ætas dicitur plena pubertas, quando etiam iis, qui ſero pubeſcunt, habitus corporis tunc omnino concurrit. *§. Licet.* Eſt autem ſecunda convenientia in his: Poſſum enim loco nepotis, vel neptis, aut pronepotis & proneptis, vel etiam deinceps adoptare, etiam ſi non habeo filium. *§. Et tam.* Illud autem, quod ſequitur, non convenientiæ, ſed magis differentiæ proprium eſt, quæ eſt tertia. In his enim, qui ſui juris ſunt, non procedit. In locum enim nepotis tam alienum filium adoptare poſſum, quam alienum nepotem in loco filii. Neque enim neceſſarium eſt ſequi me ordinem, qui apud naturalem patrem *§. Sed ſi quis.* invenitur. Eſt & quarta convenientia, ſi quis loco nepotis aliquem adoptaverit, tanquam natum ex ſuo filio naturali, vel adoptivo: oportet omnino & ipſum filium conſentire; quoniam enim mortuo eo, qui adoptavit, adoptatus tranſiturus eſt in illius poteſtatem, ex quo nativitatem ipſi effinxit adoptio, id propter oportet medium conſentire, ut ne invito ſibi ſuus heres agnoſcatur. Si tamen contra habens quis filium, & ex hoc nepotem dat alteri nepotem adoptandum, non neceſſe eſt filium conſentire.

§. In plurimis. Extat quinta convenientia arrogationis, & adoptionis in his: quem enim non extraneum adoptavero per arrogationem, vel per adoptionem, vel apud Imperatorem, vel apud prætorem, vel magiſtratum, poſſum eundem in adoptionem dare alteri. Sicut enim in plurimis ſic & in hoc naturam imitantur arrogatio & adoptio.

§. Sed & illud. Sextam convenientiam arrogationis & adoptionis dat nobis eunuchus; Hæc autem ſic præconſideres licet: eunuchus nomen eſt generale, quod ſecatur in tria, Eunuchorum enim aliqui ſunt ſpadones, aliqui caſtrati, aliqui thlibiæ. Et ſpadones ſunt, qui propter aliquod vitium, vel frigiditatem genitalibus partibus nocentem liberos generare impediuntur, unde liberati generant: Thlibiæ autem, qui a nutrice vel matre caſu eliſionem teſticulorum paſſi ſunt: Caſtrati autem ſunt, in quibus facta eſt ſectio genitalium partium: his præconſideratis quod reliquum eſt ſpecta: Quæſitum eſt an eunuchus poſſit adoptare. Et dicimus caſtratos quidem & thlibias non adoptare; neque eum, qui ſui juris eſt, apud Imperatorem; neque eum, qui alieni eſt, apud magiſtratum. Quibus enim natura negavit filios generare, his & jus incedens per naturæ veſtigia: deſperata enim his liberorum procreatio. Spado autem, quoniam ſpes ineſt (par enim, cum vitium receſſerit, poſſe filios ſuſcipere) adoptabit tam filiumfamilias, quam qui ſui juris eſt. Sed ſpado filiumfamilias adoptatum non habebit in poteſtate; omnino enim adoptatus erit extraneus. Quo modo enim ſpado avus eſſe paternus vel maternus poſſit? Niſi forte quis dicat, ſpadonem non ſolum illum eſſe, qui a principio non potuit filios gignere, ſperabat autem, ſed & illum, qui olim quidem poterat: ad poſtremum autem propter morbi caſum eo adductus eſt, ut jam non poſſit procreare.

§. Fœminæ. Eſt & ſeptima convenientia, quam facit mulier: Mulier enim neque per arrogationem, neque per adoptionem, poteſt aliquem adoptare. Adoptio enim dat nobis in filium poteſtatem, hæc autem naturales filios in poteſtate non habet: jus autem naturam ſequitur. Merito igitur non adoptabit aliquem, niſi utique ex indulgentia Principis ad ſolatium amiſſorum filiorum voluerit adoptare. Ergo non habens filios mulier, neque per principale reſcriptum adoptabit. *§. Illud proprium.* Præter dictas differentias eſt & illa: ſi arrogavero aliquem habentem filium in poteſtate, ſequitur ipſum filius; & unus quidem erit apud me loco filii, alter autem loco nepotis. Si autem filiumfamilias, cui ſit filius, adoptavero, ipſe ſolus tranſibit in poteſtatem, ſuum autem filium relinquit apud naturalem avum. Et ratio manifeſta: quoniam filiusfamilias habere in poteſtate non poterat. Quod vero habens filium in poteſtate, ſi fuerit adoptatus, trahat ſecum filium ſuum, inde patet: quod Auguſtus non prius Tiberium ſucceſſorem ſibi poſtea in imperio adoptavit, quam is Germanicum adoptaſſet: nam cum vellet Tiberium quidem habere loco filii, Germanicum autem loco nepotis, idque una fieri adoptione: perfecit ut Germanicus antea a Tiberio adoptaretur, poſtea ſic ipſe Tiberium adoptavit.

§. Apud Catonem. Suum aliquis ſervum adoptavit: quærimus an rata ſit adoptio, vel quid hinc efficiatur? Et dicunt antiqui Catonem dixiſſe, adoptionem quidem non valere (in liberis enim hæc procedit). Adoptio autem, quamvis ut adoptio non ſit rata, tamen ſervum liberum oſtendit. Nam qui ſervum voluit adoptare, manifeſtum eſt hunc ſtuduiſſe, ut tacite liberaret ipſum a ſervitute. Hic igitur quod quidem pronunciavit non fecit; quod autem non cogitavit, perfecit. Unde commotus Divus noſter Imperator, cum acceſſiſſet quidam in curiam, & dixiſſet in actis de ſervo quodam, filius meus eſt: reſpondit his verbis: ſervum quidem filium non eſſe, defuiſſe autem ſervum eſſe.

TIT.

Digitized by Google

TIT. XII.

Quibus modis jus Patriæ poteſtatis diſſolvitur.

PErceptum quidem eſt ex præcedentibus quos habeamus in poteſtate, ſervos videlicer, & liberos noſtros tam adoptivos quam naturales. Recenſuimus poſtea arrogationis differentias & convenientias (ſunt enim differentiæ quidem ſex, convenientiæ autem ſeptem). Videamus nunc quo modo poteſtas, diſſolvatur : quod enim aliquo modo contrahitur, hoc & aliquo modo diſſolvitur. Solvit autem poteſtatem in ſervos modus manumiſſionis; quot vero modis fiat manumiſſio, prædiximus. Mors enim domini non liberationem a ſervitute, ſed mutationem dominii profitetur. Poteſtas autem in liberos pluribus modis diſſolvitur. In primis enim parentis mors ſui juris facit filium. Debes autem ſcire parentes dici omnes aſcendentes, liberos autem omnes deſcendentes. Quod dictum eſt, mortem patris oſtendere filium ſui juris, recipit quandam diſtinctionem. Nam ſi pater eſt mortuus, ſane filius & filia ſui juris efficiuntur; mortuo autem avo non omnino nepotes & neptes fiunt ſui juris. Oportet enim videre, quo tempore avus ſit mortuus. Et niſi perſona media ſit inventa, hoc eſt filiusfamilias: nepotes, qui erant in avi morientis poteſtate, erunt in patris poteſtate avo mortuo: recident enim in ſui patris poteſtatem : Si vero perſona media aut mortua eſt antequam pater, vel a poteſtate ipſius liberata eſt : tunc nepotes, quoniam non recidunt in ipſius poteſtatem, ſui juris fiunt. *§. Cum autem.* Diſſolvit autem in filium poteſtatem & patris deportatio. Si quis enim alicujus criminis accuſatus convictus fuerit, & receperit talem ſententiam magiſtratus, volo te deportari in illam inſulam : ſtatim lata ſententia jus privat ipſum civitate & rebus, & fit peregrinus, Romana civitate privatus. Hoc modo, ut ipſius morte, ſic ob deportationem deſinit filius eſſe in poteſtate : Romanus enim filius non poteſt eſſe in poteſtate peregrini, ſoli enim Romani filios habent in poteſtate. Si autem & filius fuerit deportatus, deſinit eſſe in poteſtate : peregrinus enim in Romani poteſtate eſſe non poteſt. Si tamen ex indulgentia principis revocatus receperit civitatem : omnia ipſi ſecundum priſtinum ſtatum reſtituuntur. Si vero deportatus quidem non fuerit, ſed relegatus pater : (dixit enim magiſtratus, relego te in illam inſulam) non aufert jus a patre civitatem ; ideo permanet in gradu, habens ſubjectos filios. Et e contrario filii ſi relegati fuerint, non liberantur a patris ſubjectione.

§. Pœnæ. Accuſatus quis fuit alicujus peccati, deinde convictus eſt peccatte; & magiſtratus pronunciavit, mitto te in metallum, vel trado te beſtiis : hic ſtatim ſervus fit pœnæ, excidens non ſolum civitate, ſed & libertate : & hoc modo ſui juris fiunt ejus liberi.

§. Filiusfamilias. Filiusfamilias militavit, vel factus eſt ſenator, vel etiam conſul; manet nihilominus in patris poteſtate : militiæ enim vel conſulatus dignitas ſui juris filium non facit. Si autem factus ſit patritius filiusfamilias: tunc ex conſtitutione noſtri Imperatoris una cum acceptis patritiatus codicillis a patria poteſtate liberatur. Quis enim ferat patrem quidem poſſe per emancipationem tollere poteſtatis vinculum; Imperatoriam autem celſitudinem non poſſe eum ex patria poteſtate eximere, quem ſibi patrem elegit ?

§. Si ab hoſtibus. Contigit meum patrem captivum fieri ab hoſtibus, & factus eſt videlicet ſervus hoſtium: quærimus utrum ego capti filius mei juris ſum an alieni ? Et quidem non poſſum me mei juris dicere propter ſpem poſtliminii. Poſtliminium autem eſt jus quoddam reverſis ab hoſtibus reſtituens omnem priſtinum ſtatum. Cur autem dicatur poſtliminium, in progreſſu dicemus. Reverſus pater recipiet liberos in ſuam poteſtatem; poſtliminium enim ſic eum fingit, ut qui ſemper manſerit in civitate, & nunquam ſit egreſſus. Non poſſum autem dicere interea me ipſum in poteſtate aliena. Quomodo enim ego Romanus ero in poteſtate ſervi hoſtium ? Ergo interea in ſuſpenſo erunt jura poteſtatis. Et ſi quidem revertetur pater, ero in ipſius poteſtate, ſi autem illic morietur, fiam mei juris. Et quod quidem fiam mei juris, mortuo ipſo apud hoſtes, confeſſum eſt. Sed quærimus, ex quo tempore videar a poteſtate liberari ; utrum ex quo captus eſt, an ex quo mortuus eſt apud hoſtes. Et ſane nonnulla eſt differentia, & quidem magna. Fac enim quempiam habere duos liberos, & ſubſtantiam ſolidorum duum millium, captumque eſſe ab hoſtibus. Horum autem alter quidem erat induſtrius, qui ſumptis mille aureis ex patris ſubſtantia mercaturæ incumbens, potuit ſuis laboribus lucrari alios mille; alter autem ignavus nihil ſuperacquiſivit. Quodam tempore poſt, enunciatum eſt patrem ipſorum apud hoſtes deceſſiſſe. Cum vellent igitur dividere paternam hæreditatem, dicebat ignavus : Nunc cum revera pater deceſſit, facti ſumus noſtri juris. Igitur quæcunque acquiſiviſti tu, induſtriæ patris ſunt, & oportet nos tria aureorum millia dividere : hoc eſt, utrunque capere æqualiter mille quingentos. Induſtrius contra dicebat ; Ex quo contigit patrem fieri captivum, facti ſumus nos noſtri juris; nam non reverſus videtur eſſe mortuus illo tempore. Igitur ſic mei juris factus quæcunque acquiſivi, mihi ipſi, non alteri acquiſivi. Cui ſententiæ magis credimus. Si autem & meus filius, vel nepos ab hoſtibus captus fuerit : dicimus conſimiliter ſuſpendi jus in ipſum poteſtatis. Neque enim dico meipſum non habere in poteſtate filium propter jus poſtliminii, poteſt enim reverti. Quomodo autem qui ſemel exiit de mea poteſtate immediate huic ſubiicietur? Quoniam poſtliminium non ſolum reddit mihi, quam habebam, in alios poteſtatem; ſed & quam alii habebant in

me

Digitized by Google

me poteſtatem mihi conſervat. Neque dico poteſtatis jura mihi ſalva eſſe in filium. Quomodo enim poſtum in poteſtate habere ſervum hoſtium? Ergo in ſuſpenſo erunt jura poteſtatis. Dictum autem eſt poſtliminium a limine & poſt; nam captus ab hoſtibus ſi ad fines Romanos poſt acceſſerit: bene dicimus poſtliminio reverti. Sicut enim limina in domibus finis ſunt ipſarum domorum; ita & Romani Imperii limen, videlicet terminum veteres eſſe voluerunt. Hinc & limes dictus eſt, quaſi finis quidam & terminus. Hinc & poſtliminium dictum eſt, quia per ipſum limen revertitur, quod perdiderat captus ab hoſtibus. Non ſolum autem & qui effugit hoſtes, vel ab ipſis dimiſſus eſt, poſtliminium habet; ſed & qui victis hoſtibus a nobis recoperatus eſt.

§. Præterea. Diſſolvit poteſtatem & emancipatio. Et quid eſt emancipatio? Actus trium emancipationum & trium manumiſſionum, vel unius emancipationis, & unius manumiſſionis complexivus. Fiebat autem olim emancipatio ſic: Quinque aderant teſtes, & libripens tenens libram, & æreus nummus, & medius quidam. Deinde præſentibus ipſis medius emebat filium a patre, dato ipſi ratione imaginarii pretii uno nummo. Sic filius tranſibat in medii poteſtatem tanquam ſervus; medius vindicta manumittebat, & ille tacita quadam ratione revertebatur in patris poteſtatem: vendebat ipſum pater iterum eodem modo, & emptor manumittebat ipſum vindicta; & rurſus tacita ratione revertebatur in patris poteſtatem: vendebat ipſum tertio pater, & ſic diſſolvebatur poteſtas, manumittebatur autem vindicta, & fiebat ſui juris. Ergo tres emancipationes, & tres manumiſſiones poteſtatem diſſolvunt. Emancipatio autem dicitur facta dicto modo venditio. Sui juris filium faciunt tres emancipationes, & tres manumiſſiones. Idcirco autem vendebatur filius, ut videretur deduci in ſervitutem, & convenienter ipſum manumiſſio conſequeretur, liber enim non poterat manumitti. Filia tamen, & nepos, & neptis, & reliquæ perſonæ per unam emancipationem & unam manumiſſionem fiebant ſui juris: fiebant autem hæc & ſine imperiali reſcripto. Sed hæc quidem ex antiquo jure. Poſtea autem conſtitutio facta eſt clementiſſimi noſtri Imperatoris, quæ in melius hæc reduxit: ut relictis antiqua forma & immaginariis venditionibus, poſſimus nos parentes apud judicem competentem procedere, & noſtros filios filiaſve, nepotes nepteſve, & deinceps, a noſtra liberare poteſtate dicentes ſimplicius, hunc emancipo, & e mea manu mitto. Quod ſi contigiſſet poſt hujuſmodi emancipationem emancipatum emancipatamve ſine liberis mori, condito teſtamento: eadem jura præbebuntur ex edicto prætoris patri, qui manumiſit, in res defuncti filii, quæcunque dantur patrono in ſubſtantiam liberti mortui ſine liberis condito teſtamento. Si vero contigerit emancipatos eſſe impuberes: pater, qui manumiſit, tutor erit: bis enim ad libertatis dationem tutelæ onus accedit.

§. Admonendi. Habebat quidam filium, & ex hoc nepotem vel neptem in poteſtate. Poteſt quidem filium emancipare, nepotes autem retinere in poteſtate: & e contrario, nepotes quidem emancipare, filium autem retinere in poteſtate. Quod ſi pronepotem habet, vel proneptem, idem dicimus: quoniam licet quidem pronepotem emancipare, filium autem, & nepotes retinere; vel e converſo filium & nepotes emancipare, pronepotes autem retinere, vel omnes etiam emancipare.

§. Sed & ſi. Eſt & alius modus diſſolvens poteſtatem. Si enim ego eum, qui mei juris eſt, paterno maternove avo adoptandum præbuero: diſſolvitur quidem ea quam habebam poteſtatem in ipſum, transfertur autem in avum. Id fit hoc modo, intervenientibus actis apud judicem competentem. Oportet enim accedentem patrem, præſente avo, qui adoptat, & filio, qui adoptatur, conſentiente & non contradicente, ſic manifeſtare ſuam voluntatem dicendo: hunc do in adoptionem: Tunc in avum transferuntur jura poteſtatis. In hoc enim caſu diximus adoptionem eſſe pleniſſimam, & alieni juris fieri adoptatum.

§. Illud. Habebat quidam filium in poteſtate, cui uxor erat pregnans. Filium emancipavit, vel adoptandum dedit avo: natus eſt poſtea nepos. Quærimus cujus in poteſtate erit natus, utrum avi, an patris. Et dicimus ipſum eſſe in poteſtate avi: quoniam conſideramus in juſtis nuptiis tempus conceptionis. Quoniam autem cum conceptio facta eſt, alieni juris erat filius, qui hunc genuit: merito is in poteſtate eſt avi naturalis. Si autem poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus & natus fuerit; ſui patris vel adoptivi avi ſubjicitur poteſtati. Hoc autem regulariter debemus ſcire, filium meum, quem habeo in poteſtate, ſive naturalis eſt, ſive adoptivus, nullo modo cogere me poſſe, ut de mea ipſum dimittam poteſtate.

T I T. XIII.

De Tutelis.

Diximus hominum quoſdam eſſe ſervos, quoſdam autem liberos; & libertorum quidem aliquos ingenuos, aliquos libertinos. Diximus & ſecunda diviſione, aliquos quidem eſſe ſui juris, aliquos autem alieni. Dicta igitur poteſtate in ſervos & in liberos, quam juſtæ nuptiæ efficiunt, vel etiam adoptio. Dictis autem & diſſolutionibus ipſarum tranſeamus ad aliam diviſionem perſonarum, ſui juris: quarum quædam in tutela ſunt, quædam in curatione: quædam neque in tutela ſunt, neque in curatione. Sed quoniam multi ſunt, qui neutro jure tenentur, dicamus de his, qui in tutela ſunt & curatione: nam qui neutro jure tenebuntur, erunt reliqui. Et prius diſpicia-

ciamus de his, qui ſunt ſub tutoribus. Sed tamen ante ſcire debes non competere his, qui in poteſtate ſunt, eſſe in tutela; proprium autem eſſe eorum, qui ſunt ſui juris.

§. Eſt autem tutela. Ac in primis definiamus quid eſt tutela. Tutela eſt (ut Servius definit) jus & poteſtas in liberum caput data, & ad tuendum ipſum introducta, qui propter ætatis imperfectionem non valet ipſum ſe tueri, jure civili permiſſa.

§. Tutores. Tutores igitur ſunt, qui dictam vim habent & poteſtatem: quos neceſſe eſt proſpicere pupillo & ipſius bona cuſtodire, qua ex re nomen acceperunt. Appellantur enim tutores, quaſi tuitores, veluti in tutiori loco ponentes pupilli bona, & undique ipſum defendentes; ſicuti æditui dicuntur ſacerdotes, qui ædes, hoc eſt, templa tuentur.

§. Permiſſum. Dicamus primo loco, qui quibus relinquunt tutores. Tutores dant teſtamento patres filiis, quos habent in poteſtate. Et ſi paulo ante diximus non ſolere, qui in poteſtate ſunt, eſſe in tutela: tamen ſcire debes relinqui quidem tutores filiis, qui ſunt in poteſtate; ſed poſt mortem patris, quando filii fiunt ſui juris: tunc enim valebunt, quæ in teſtamento ſcripta ſunt. Ergo relinquunt patres filiisfamilias impuberibus tutorem teſtamento & maſculis & fœminis. Nepotibus autem & neptibus tunc poſſunt dare, quando poſt avi mortem non recaſuri ſunt in ſui patris poteſtatem. Ergo ſi quis habeat filium in poteſtate, & ex hoc nepotem, reliquerit autem nepoti tutorem teſtamento; ſiquidem quo tempore teſtator mortuus eſt, medius erat in poteſtate: nepotes non erunt in tutela ſub teſtamentario tutore. Qui enim futuri erunt in poteſtate poſt avi mortem ſuo patri, nulla ratione erunt in tutela. Dictum eſt enim non competere his, qui in poteſtate ſunt, eſſe in tutela. Si vero contigerit mediam perſonam inveniri mortis tempore ſui juris: tunc, quoniam avi mors nepotem ſui juris oſtendit, tutelæ datio in eum, qui ſui juris eſt, procedens rata habetur.

§. Cum autem. Filiis quidem naturalibus poſſe nos tutorem dare manifeſtum eſt. Num ergo & poſtumis? (poſtumi autem ſunt poſt mortem noſtram nati) Ita omnino: quandoquidem in multis caſibus pro jam natis accipiuntur. Tunc bene poſthumis tutores dantur, quando futuri erant, ſi vivis patribus nati eſſent, nobis in poteſtate ab alio non præoccupati eorum qui ſui dicuntur.

§. Sed & ſi. Si autem emancipato filio tutor a patre datus fuerit teſtamento, non confirmatur datio jure civili propter id, quod dictum eſt, ſolis his, qui ſunt in poteſtate, teſtamentarios tutores dari. Prætor autem ſive magiſtratus mortui voluntatem adimplens, talem confirmat ſine inquiſitione: hoc eſt, non quiſito utrum dives ſit, vel ex his, qui pupilli bona poſſunt adminiſtrare: ſufficiente ipſi ad pleniſſimam horum probationem mortui teſtimonio.

T I T. XIV.

Qui tutores teſtamento dari poſſunt vel non.

ENumeratis his, qui dant tutores, diſcamus & qui dari poſſunt. Damus non ſolum patresfamilias, ſed & filiosfamilias; & noſtrum ſervum teſtamento cum libertate recte tutorem damus. Si autem reliqui ſervum tutorem quidem meo filio, libertatem autem non adſcripſi, ſed (quod dicitur) ſine libertate ipſum reliqui tutorem; propter circa impuberes ſtudium: placuit tacite libertatem directam convenire ipſi, & per hoc tutelam confirmari: Idcirco autem dixi directam libertatem, ut una cum morte teſtatoris ſine impedimento ſervus ſervitute liberatus ſuſcipiat tutelam; ſi enim fuiſſet fideicommiſſaria, indigebat manumiſſionis a pupillo. Hoc quid ſit, neceſſe eſt clarius dicere. Habe autem hæc tanquam in prævifione. Evenit ut qui teſtamentum legerit, inveniat diverſa verba. Sunt enim quædam, per quæ heredem inſtituimus; alia, per quæ legamus; alia, per quæ damus tutores; alia, quibus libertatem; alia, quibus fideicommiſſum fideicommiſſariamve libertatem relinquimus. Heredem inſtituimus dicentes, illum heredem eſſe jubeo; & vocatur hæc inſtitutio heredis: Legatum damus ſic, huic lego decem numiſmata; & dicitur legati datio. Tutorem ſic, illum filio meo tutorem do; & appellatur tutoris datio. Libertatem relinquimus ſic, ille ſervus meus liber eſto, & dicitur libertatis datio: hæc autem omnia verba dicuntur directa. Relinquimus autem & aliis verbis bona ſic, rogo te heres, ut des illi X. ſolidos; & dicitur fideicommiſſum. Libertatem ſic relinquimus, rogo te heres, ut ſervum illum meum manumittas; & dicitur hæc datio fideicommiſſariæ libertatis: verba autem hæc, per quæ fideicommiſſum fit, dicuntur precaria. Ergo libertatem relinquimus directam quidem per, Eſto, precariam vero per, Rogo. Differentia vero duarum libertatum hæc: Directa quidem eodem tempore, quo inſtitutus heres adit hereditatem, facit quod ſuum eſt, hoc eſt ſervum liberat a ſervitute: Precaria autem indiget etiam facto quodam heredis, hoc eſt, ut manumittat ipſum apud magiſtratum, vel uno aliquo modorum ſuperius dictorum. His prævifis, ſpecta reliquum, quod modo propoſitum eſt. Dictum eſt a nobis, ſi ſervum meum ſine libertate reliquero tutorem filio meo, directam ipſi tacite deferri libertatem. Propter hoc autem directam, quia non indigeat facto heredis, ſed ex ipſo teſtamento competat ſibi libertas. Nam ſi fuiſſet fideicommiſſaria, & pupillus eſſet inſtitutus heres, non poterat manumittere ſervum relictum ſibi tutorem: ſcis enim minorem X. & VIII. annis impeditum lege Ælia Sentia non poſſe manumittere ſuum ſervum niſi probaverit juſtam cauſam in conſilio: Sed poteſt quis dicere eſſe & hanc juſtam

cau-

Digitized by Google

cauſam. Verum primum quidem non connumeravimus in prædictis hanc cauſam cum juſtis cauſis; deinde & ſi ſpecialiter connumeraviſſemus, tamen indigebamus conſenſu tutoris. Quo modo autem poterat conſentire, qui nondum erat tutor, ſed agebat in ſervis? Si vero teſtator ſuum ſervum liberum eſſe ratus, tanquam liberum tutorem reliquit, non amplius dicimus tacite ad ipſum liberratem deferri: io præmiſſo enim caſu, ex mortui notitia hanc ipſi dedimus; in præſenti autem hujuſmodi mortui ſcientiam haudquaquam eſt invenire. Quomodo enim, ſi putabat hunc eſſe liberum?

§. Servus autem. Alienus ſervus teſtamento pure datur tutor inutiliter, ſic tamen poteſt: eſto ille tutor hujus ſervus cum liber erit. Noſtrum autem ſervum inutiliter ſub tali conditione damus tutorem, dicentes. Eſto tutor noſter ſervus, cum liber erit. Ratio eſt manifeſta: Quoniam qui in noſtra eſt poteſtate: hunc io conditionem retrahere non debemus.

§. Furioſus. Si furioſum, vel minorem tutorem dedi teſtamento: erunt tutores, hic quidem quum reſipiſcet, ille autem XXV. annum exceſſerit.

§. Ad certum. Ad certum tempus, vel ex certo tempore recte datur tutor. Ad certum tempus, ut: ille eſto tutor per duos annos Ex certo, ut: eſto ille tutor poſt duos annos a mea morte. Poteſt & ſub conditione: Eſto tutor ſi navis ex Aſia venerit. Poſſumus & ante heredis inſtitutionem relinquere tutorem, ut verbi gratia: eſto ille tutor mei filii; eſto autem meus ille heres. Non poſſumus autem nominatæ rei vel nominatæ cauſæ tutorem dare, ut: eſto ille tutor ad illum agrum vel ad illam cauſam: perſonæ eoim conſuevit tutor dari, non rei, vel cauſæ.

§. Si quis filiabus. Si quis filiabus ſuis vel filiis tutorem dederit: etiam poſthumis videtur dediſſe, quia filii vel filiæ appellatione etiam poſtumus & poſtuma continentur. Ergo & nepotes filiorum continentur appellatione, ut ipſis videatur dediſſe filiis datum tutorem, ſi filiorum appellatione ſignificentur & nepotes. Et dicimus, maxime: modo non dixerit, filiis; ſed liberis. Si enim dixerit: filiis meis tutorem do, non continentur nepotes; aliter enim filii, & aliter nepotes app llantur. Si autem dixerit: poſtumis do tutorem: hinc quicunque fuerit natus ſive filius, ſive nepos, erit in tutela ſub dato tutore.

TIT. XV.

De legitima agnatorum tutela.

DIximus poſſe a patribus teſtamentarium tutorem relinqui filiis in poteſtate. Quid igitur, ſi nullus eſſet teſtamentarius tutor? Vel enim pater ab inteſtato mortuus eſt, vel teſtatus oblitus eſt relinquere tutorem, vel relictus a teſtatore præmortuus eſt. Quis erit tutor horum? Lex XII. tabularum tunc agnatos his dat.

§. Sunt autem. Et qui nam ſunt agnati? Hæc prævideas licet: Cognatio nomen eſt generale, dividitur autem in tria, in aſcendentes, in deſcendentes, in transverſales. Et aſcendentes quidem ſunt, qui nos genuerunt, pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, & etiam his ſuperiores. Deſcendentes autem, ex nobis nati, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & etiam his inferiores: Tranſverſales autem, qui neque nos genuerunt, neque a nobis geniti ſunt, ejuſdem autem generationis & radicis nobiſcum participes; ſicut frater, ſoror, θεῖος, θεία, conſobrinus & patruelis, conſobrina, & patruelis anepſius, anepſia, & ex his deducti. Hæc autem tranſverſalis cognatio in duo dividitur, in agnatos & cogoatos. Er agnati quidem ſunt ex maſculina linea nobis conjuncti, ut frater germanus, & ex hoc filii ſoror germana; patruus, & hujus filii, & amita. Cognati autem ſunt per fœmininam lineam nobis conjuncti, ut ſoror uterina & ejus filii; matertera, & hujus filii, ſive materteræ filii. Agnati autem dicuntur & legitimi: dicuntur autem & cognati, hoc eſt naturales: quoniam quos lex cognoſcit, cognoſcit & natura. Cognati autem dicuntur naturales ſolum: quos enim natura cognovit, non omnino lex cognoſcit. His prævisis, ſpecta rem, de qua modo agimus. Teſtamentariis tutoribus non exiſtentibus, neceſſe eſt legitimos ſive agnatos tutores eſſe, qui per maſculinam lineam nobis conjunguntur: Dicuntur autem hi agnati, ut germanus frater, & hujus filius, & ex illo nepos. Conjuncti autem nobis per lineam fœmininam non ſunt agnati, ſed naturali jure cognati: Sic igitur materteræ meæ filius non eſt mihi agnatus, ſed cognatus, & ego ipſi cognatus ſum: quoniam qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur. Amita vero agnata eſt, qui autem ex ipſa eſt, cognatus eſt. Quæ igitur cauſa? Quoniam fœminina perſona appoſita amitæ diviſit agnationem: Univerſaliter autem illud ſcito, quacunque me contingit aliquis cognatione, eandem ego habeo cum ipſo.

§. Quod autem. Quod autem dixi, vocati agnatos ad tutelam, non ſolum id locum habet, quando non teſtatus ſit pater potens dare tutorem; ſed etiam ſi quantum pertinet ad tutelæ rationem, inteſtatus deceſſerit. Quod quidem etiam tunc contingit, cum reliquit quidem tutorem, ſed is, qui datus eſt ante teſtatorem, deceſſit, vel forſan teſtator oblitus eſt filio tutorem dare.

§. Sed agnationis. Sed agnationis quidem jus omnibus capitis diminutionibus plerunque perimitur: agnatio enim juris quoddam eſt nomen. Cognationis autem jus non omnibus mutatur capitis diminutionibu. In agnatione autem ratio hæc eſt: quoniam civilis ratio, hoc eſt, capitis diminutio, civilia jura, hoc eſt agnatorum corrumpere poteſt; naturalia vero, hoc eſt, cognatorum, non utique.

T I T. XVI.

De capitis diminutione.

Diximus capitis diminutione plerunque agnatorum jura corrumpi. Definiamus autem quid eſt capitis diminutio. Capitis diminutio eſt prioris ſtatus commutatio: vel ſic, paſſio ex juris approbatione contingens, ſtatum mutans ſive diminuens patientis. Tres autem ſunt capitis diminutiones; nam vel maxima eſt, vel minor, quam quidam mediam vocant, vel minima. *§. Maxima.* Maxima eſt capitis diminutio, quando aliquis ſimul & libertatem & civitatem perdit: quod quidem in illis accidit, qui ſervi fiunt pœnæ propter atrocitatem latæ in ipſos ſententiæ, ut quando feris vel igni traditi fuerint; vel in libertis ſi fuere ingrati circa patronum, & propter hoc condemnati; vel in iis, qui ſe ad precium participandum venundari paſſi ſunt: Horum unuſquiſque incurrens magnam capitis diminutionem cum civitate libertatem amittit. *§. Minor.* Media capitis diminutio eſt, quando civitas quidem amittitur, libertas vero manet integra: quod contingit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei, qui in inſulam deportatus eſt: Uterque enim liber exiſtens excidit Romana civitate: & in hoc quidem æqualitas. Diverſitas autem, quod deportatus quidem loco circunclufus eſt, hoc eſt, inſula; ille autem, cui aqua & igni interdictum eſt, omni ſummovetur loco. *§. Minima.* Minima autem eſt capitis diminutio, quando & civitas & libertas retinetur, videlicet conſervatur, præſens autem ſtatus commutatur: quod contingit in his, qui cum ſui juris eſſent, dederunt ſe adoptandos, & facti ſunt alieni juris. Vel ex adverſo filiusfamilias factus eſt ſui juris: hic enim ſolius ſubjectionis vel ſuæ poteſtatis facta eſt mutatio. *§. Servus autem.* An ergo ſervus manumiſſus patitur capitis diminutionem? Minime: quia nullum antea habebat caput, ſed nunc poſt manumiſſionem cœpit habere caput, & cognoſci a jure.

§. Quibus. Quos autem dignitate Imperator privabat, non ii patiebantur capitis diminutionem. Ergo Senatu motus non eſt capite diminutus.

§. Quod autem. Agnatio quidem igitur perimitur per capitis diminutionem, plerunque (ſed cur appoſitum eſt plerunque diſcamus:) cognatio autem plerunque non perimitur. Propter hoc autem dixi plerunque: quia minima capitis diminutio interpoſita in ſuo habitu ſtatuque ſervat cognatorum jura. Nam maxima capitis diminutio ſi incurrat, etiam cognationem corrumpit. Siquis enim in ſervitutem redactus ſit, non amplius manet cognatus, quibus erat cognatus. Sed neque manumiſſus, qui paulo ante erat liber, priſtinam videlicet, quam ante ſervitutem habebat, recipit cognationem. Si autem & mediam capitis diminutionem quis patiatur, ut deportatus: etiam hoc modo diſſolvitur cognatio.

Quando pupillus indiget tutela, ſcis eum teſtamentaria non adſit, locum eſſe agnatis. *§. Cum autem.* Si multi vero agnati fuerint, non ad omnes ſimul pertinet tutela, ſed ad proximiores gradu: veluti eſt agnatus frater, & eſt patruus. Frater magis accedit & ad tutelam vocatur. Si autem multi ſunt ejuſdem gradus, ut multi fratres, vel multi patrui: omnes ſimul vocabuntur.

T I T. XVII.

De legitima patronorum tutela.

Libertus vel liberta indigebant tutore propter imbecillam ætatem; quis eorum fiet tutor? teſtamentarius nequaquam. Hos enim dat habens impuberes in poteſtate; hi autem alieni juris non ſunt, manumiſſi ex ſervitute (non enim habent aſcendentes). An legitimi? non. Et quo modo non habens aſcendentes habere poteſt tranſverſales? ex illis enim hi accipiuntur. Quid igitur? Lex XII. tabularum patronos & patronorum liberos ad horum tutelam vocat. Prædixi enim in datione libertatis tutelæ onus ineſſe. Dicitur autem & hæc legitima, quoniam a XII. tabulis inventa ſit. Sed poteſt quis dicere: atqui legens XII. tabularum verba memoriam non inveni hujus tutelæ. Sed dicamus, etſi non manifeſte verbis legis de ipſa nominatim cautum ſit, tamen ex intentione XII. tabularum eſt hoc intelligere. Inquit enim in quadam parte ſuæ legiſlationis: *Si quis ſine liberis & inteſtatus deceſſerit, agnati adeunto ad hujus hæreditatem*, & rurſus in alia parte dicit, *ſiquis indiget tutelæ, agnati ſunt in tutela.* Quos igitur agnatos conſolata eſt lucro hereditatis, hos oneravit tutela. Hæc de ingenuis. Progreſſa autem ad libertos dixit: *Si libertus vel liberta ſine liberis & inteſtati deceſſerint, horum hæreditati patroni vel liberi patronorum ſuccedunt.* De tutela autem nihil dixit. Quoniam igitur vocavit patronos ad libertorum hereditatem, de neceſſitate veteres legem interpretati, dicunt eodem modo ipſos ad ſimilitudinem agnatorum etiam tutela onerari: plerunque enim ubi ſucceſſionis eſt lucrum, illic & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem dixi *plerunque*, quia ſi fœmina impuberem manumiſerit, deceſſerit autem impubes libertus: vocatur ipſa quidem ad ejus hereditatem; non gravatur autem ipſius tutela: quia tutorem agere maſculorum eſt, a fœminis autem alienum eſt.

T I T. XVIII.

De legitima parentum tutela.

Meum filium, vel meam filiam, vel nepotem, vel neptem impuberes emancipavi. Quis ipſorum erit tutor, quia tutore indigent? teſtamentarium non licet dicere, teſtamentarium enim dat habens impuberem ſub poteſtate. An agnatus? Non: quia corrupta

ſunt emancipatione agnationis jura. Quis igitur vocabitur ad tutelam? pater & avus, quemadmodum diximus etiam in ſuperioribus, qui manumiſerunt ipſos, tutores etiam ſunt ad imitationem patronorum. Atque ita dicuntur & ipſi legitimi tutores.

T I T. XIX.

De fiduciaria tutela.

PRæter dictas tutelas eſt & alia, quæ fiduciaria dicitur. Nam ſi filium meum, vel filiam, vel nepotem, vel neptem, vel pronepotem, vel proneptem impuberes emancipavero; ego (ſicuti in præcedenti titulo narravimus) ſum ipſorum legitimus tutor, manumiſſor enim liberi capitis ad imitationem manumiſſi ex vera ſervitute vocabitur ad tutelam. Si vero contigerit mori habentem liberos virilis ſexus, hi fient fiduciarii tutores impuberis, cujus per emancipationem factus ſum legitimus tutor. Accidit autem non ſolum fratrem fratri eſſe fiduciarium tutorem, ſed & patruum nepoti, & patrem filio. Fratrem quidem fratri ſic: Habebam duos liberos, unum quidem XXV. annorum, vel & majoris ætatis; alterum autem poſtquam impuberem emancipavi, eram tutor ipſius legitimus. Me defuncto frater adultus erit ipſius fiduciarius tutor. Patruus autem nepoti quomodo? Habebam filium majorem XXV. annis & nepotem vel neptem ex defuncto filio; nepotem emancipavi. Ego tutor ero ut legitimus; poſt meam igitur mortem patruus ut fiduciarius erit tutor. Pater autem filio hoc modo: Habebam filium majorem XXV. annis & impuberem ex hoc nepotem; nepotem emancipavi. Equidem legitimus tutor ero; poſt me autem pater ut fiduciarius erit tutor. Sed poteſt quis dicere. Quid? Patronorum quidem liberi legitimi dicuntur tutores; cur autem liberi horum parrum, qui emanciparunt impuberes, differunt appellatione? Nam hi quidem dicuntur legitimi tutores; horum autem liberi fiduciarii. Sed hæc eſt ratio: ſi non contigerit me adhuc viventem facere filium meum ſui juris; mea morte fit ſui juris, non recidens in poteſtatem ſui fratris, vel ſui patrui; ideo neque eandem habebit tutelam filius emancipatoris, ſed vocabitur fiduciarius. Libertus autem niſi eſſet manumiſſus, ſed manſiſſet in ſervitute, omnino ſervus erat liberorum defuncti. Tunc autem prædicti omnes ad prædictas tutelas trahuntur, quando contigerit majores ipſos eſſe XXV. annis. Hoc enim generaliter conſtitutio noſtri Imperatoris in omni tutela & curatione reſpondit, abſurdum ratus indigentem alienæ opis aliorum gubernare ſubſtantias.

T I T. XX.

De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Attilia, Julia, & Titia dabatur.

PUpillus, vel pupilla indigebant tutore; teſtamentarius non ſuberat, neque quidem agnatus; excludebatur autem & patronalis tutela: neque pater erat ad imitationem patronorum tutor futurus, vacavit autem & fiduciaria tutela. Quis vocabitur ad tutelam? Et dicimus, Romæ quidem a prætore urbano cum majori parte Tribunorum plebis, hoc eſt, cum ſex vel ſeptem (nam X. erant omnes) facta inquiſitione idoneum dari, lege Attilia hoc jubente: qui a legislatore dicitur Attilianus. Anguſtiſſima autem hujus legislatio, intra Romam nempe continebatur, nec ulterius procedebat. In provinciis vero ad hujus exemplum duæ leges latæ ſunt Julia, & Titia, quæ juſſerunt in indigentia tutoris judicio præſidis provinciæ dari tutorem, qui ex ipſis nominatus eſt Julius Titianus.

Non ſolum autem non habenti tutorem datur Attilianus, vel Julius Titianus; verum etiam, ſi hic adeſt, ſed impeditur ab aliqua cauſa ſuſcipere tutelam. Quid enim quando moriens quis ſuum filium inſtituit heredem; dedit autem ipſi tutorem ſub conditione, ſi navis ex Aſia venerit, ſi in diem, hoc eſt, biennio poſt ſuam mortem? Quandiu conditio aut dies ſuſpenſa fuit, Attilianus, vel Julius Titianus tutor datur. Sed & ſi pure datus eſt tutor: & inſtitutus heres deliberat, num adire debeat hereditatem. Fac enim extraneum inſtitutum eſſe heredem, & exheredatum eſſe filium: tutorem autem ipſi pure relictum, & deliberet inſtitutus heres interea. Et hic datur Attilianus, vel Julius Titianus; Si autem contigerit conditionem veniſſe, vel diem acceſſiſſe, vel heredem adiſſe: tunc teſtamentarius fit tutor hi autem deſinunt. *§. Sed &c.*

Si autem qui tutor eſt, ab hoſtibus captus fuerit: rurſus Romæ quidem Attilianus, in provinciis Juliotitianus datur: qui deſinet, ſi ab hoſtibus captus hoſtes effugerit, reverſus enim recipit tutelam jure poſtliminii. Sed hæc quidem ex veteri obſervatione. Poſtea vero Attilianorum & Juliotitianorum ſublata eſt datio, cœperunt enim primo loco Coſſ. utriuſque ſexus impuberibus tutores dare ſecundum juriſdictionem, hoc eſt, inquirentes, an divites ſunt, futuri tutores: an honeſte & frugaliter vivant; an denique alienis rebus adminiſtrandis ſufficiant. Poſt conſules autem prætores ex conſtitutionibus eadem faciebant. Nam prædictæ leges Attilia Titia neque de cautione debita a tutoribus quidquam ſtatuebant, ut ſalvas res pupillorum ſervarent: neque de compellendo, tutore ad pupilli res gubernandas nominatim cavebant aliquid. *§. Si ab hoſtibus.* *§. Sed ex his.*

Hoc igitur utimur jure, ut Romæ quidem præfectus urbis, vel Prætor det tutores ſecundum ſuam juriſdictionem, (ideo autem dixi ſecundum ſuam juriſdictionem, quia ſunt quidam, quibus præfectus, non prætor poteſt conſtituere tutorem). In provinciis autem provinciarum præſides, vel magiſtratus juſſu præſidum, quando impuberum ſunt modicæ facultates, tutores præbent. *§. Sed hoc.*

Noſter autem Imperator ſua conſtitutione *§. Nos autem.*

bujuſ-

hujuſmodi bominum difficultates reſecans, juſſit civitatum defenſores, non expectata præſidum juſſione, quando impuberis vel minoris ſubſtantia uſque ad quingentos ſolidos eſt, una cum religioſiſſimo civitatis Epiſcopo convenientibus, & aliis publicis perſonis, boc eſt, magiſtratibus, vel Alexandriæ jus dicentibus, tutores vel curatores dare, legitima cautela (quemadmodum ipſa continetur conſtitutione) præſtita periculo accipientum ipſam, ſi contigerit hanc cautelam dantes indigere. Impuberes autem in tutela eſſe naturali juri conveniens eſt. Juſtum enim eſt hos, qui ſunt imperfectæ ætatis aliorum regi adminiſtratione. Poſteaquam autem puberes facti fuerint impuberes, habebunt in tutores jus repetendi rationes tutelæ.

T I T. XXI.

De auctoritate tutorum.

QUoniam didicimus tutorem dari ad res pupilli adminiſtrandas, debes ſcire, oportere nunc auctoritatem interponere in quibuſdam pupilli cauſis: & quod factum eſt, hujus auctoritate non interveniente, neque factum videri. Sunt autem quædam, in quibus haudquaquam neceſſaria eſt tutoris auctoritas: ut pupillus ſtipulatus eſt a me, promittis dare mihi X. ſolidos? ad corroborandam ſtipulationem tutoris auctoritas ſupervacanea eſt. Si vero ipſe pupillus interrogatus promittit, confirmat ſtipulationem tutoris conſenſus. Placuit enim licere quidem pupillo meliorem ſibi facere conditionem ſuam, & augere ſua bona ſine tutoris auctoritate; diminuere autem non aliter, quando ſi facto adſit tutoris auctoritas. Unde in his caſibus, in quibus ex utroque latere naſcuntur obligationes contrahentibus, ut in emptione, conductione, mandato, depoſito (nam qui obtulit, habet directam depoſiti actionem qui autem impendit circa depoſitum, habet contrariam) ſi non intervenerit tutoris auctoritas: contrahens quidem cum pupillis obnoxius ipſis fiet, ipſi autem contrahenti non obligantur.

§. Neque. Sed neque hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque fideicommiſſariam hereditatem ſuſcipere aliter poſſunt, niſi ex tutoris auctoritate: quamvis lucroſum ſit fideicommiſſum, & nullum habeat in ſe damnum.

§. Tutor. Tutor autem præſens auctor fieri debet, ſi hoc conferre pupillo judicet. Poſt tempus vero, vel præſens, vel abſens per epiſtolam non firmiter interponit auctoritatem. Ut, contraxi ego cum pupillo, oportet tutorem præſentem, cum ſit contractus, dicere: auctor fio. Si autem adeſt in civitate; poſt unum autem forte diem accedens dixerit: auctor fio; vel etiam non veniens per epiſtolam indicaverit, ſe auctoritatem interponere: infirma, (ſicuti dictum eſt) erit auctoritas.

§. Si autem inter. Pupillus cum tutoris auctoritate debet judicium agere. Unde illud quæſitum eſt: tutor ego pupilli ſum, habebam cauſam adverſus ipſum, reus vel actor; Pupillus nec convenire, nec conveniri poterat ſine mea auctoritate; Ego in rem meam auctoritatem interponere prohibebar; cauſa autem dilationem non recipiebat. In hoc caſu olim tutor a prætore conſtituebatur, qui etiam prætorius dicebatur, quia apud prætorem dabatur. Sed veteri ſublata diligentia ſublatus eſt ſimul prætorius tutor. Hodie autem curator in locum ipſius datur: quo interveniente peragitur judicium, & eo peracto curator eſſe deſinit. Et in hac cauſa pupillus pariter & in tutela eſt, & in curatione; in aliis enim rebus ego ſum ipſius tutor. In cauſa autem ſola, quam adverſus me habet, recipit datum curatorem.

T I T. XXII.

Quibus modis tutela finitur.

DIcta conſtitutione tutelæ, dicamus ipſius etiam diſſolutionem: quod enim aliquo modo conſtituitur, id aliquo modo diſſolvitur. Diſſolvitur tutela pubertate maſculi pariter & fœminæ. Pubertatem autem veteres non ſolum ex annis, hoc eſt exceſſu XIV. annorum judicabant, ſed etiam ex habitu corporis. Ergo ſive habitus acceſſiſſet ante XIV. annum, ſive quis exceſſiſſet quartum decimum annum habitu nondum adveniente: hic inter puberes non habebatur, ſed quando duo illa concurrebant. Hodie autem clementiſſimus noſter Imperator indignum id eſſe caſtitate ſuorum temporum judicans, juſſit id, quod fuit vetus conſuetudo in fœminis (in illis enim tempus ſolum quærebatur, an exceſſiſſent XII. annum, habitum enim in ipſis curioſe explorari turpe exiſtimatum eſt). Reputavit igitur noſter Imperator & in maſculis impudens eſſe habitum corporis ſpectare: ideoque conſtituit hoc valere, quod valebat in fœminis. Unde fecit conſtitutionem, in qua diſpoſuit pubertatem in maſculis incipere poſt finem XIV. anni; in fœminis autem quæ antea obtinebant, rata eſſe voluit, videlicet ut poſt XII. annum completum viri potentes eſſe cenſeantur.

Præterea diſſolvitur tutela, ſi impuberes facti fuerint captivi, vel fuerint arrogati, vel deportati. *§. Item finitur.* Interdum enim proximi pubertati deliquerunt aliquid, & in hanc pœnam inciderunt: Vel ſi facti ſint ſervi, ingrati forſitan viſi circa ſuos patronos; vel ſi ſint capti ab hoſtibus: Ergo tollit tutelam minima, & media, & maxima capitis diminutio. Sed & ſi quis datus ſit tutor *§. Sed & ſi.* teſtamento impuberi cum certa conditione: ut, eſto tutor uſque quo navis venerit ex Aſia; conditione eveniente diſſolvitur tutela. Mors *§. Simili.* etiam tutoris, vel pupilli diſſolvit tutelam. Si *§. Sed & capitis.* autem & paſſus fuerit tutor magnam capitis diminutionem, per quam amittit libertatem, vel mediam, per quam perdit civitatem: omnis tutela perit. Minima autem capitis diminutione tutoris (ut ſi ſeipſum arrogandum præbuerit) legiti-

ma

Digitized by Google

ma tantum corrumpitur tutela; reliquæ autem ut teſtamentariæ, & datæ a magiſtratu manent in habitu. Pupilli enim capitis diminutio, etſi minima ſit, omnes tollit tutelas: fit enim alieni juris pupillus. Qui vero ſunt alieni juris, alienum eſt his eſſe in tutela. §. *Præterea.* Datus eſt aliquis tutor in teſtamento uſque ad duos annos; ubi biennium præterierit, tutor eſſe deſinit.

§. *Deſinunt.* Ceſſare facit tutorem etiam remotio a tutela, quia viſus ſit ſuſpectus; forte enim male gubernat res orphani. Item ſi utatur excuſatione, hoc eſt excuſaverit ſe ex juſta cauſa (diſcemus autem juſtas cauſas inferius) etiam ſic tutor eſſe deſinit.

T I T. XXIII.

De Curatoribus.

Diximus eorum, qui ſui juris ſunt, aliquos quidem eſſe in tutela, aliquos autem in curatione, aliquos autem neutro jure teneri; item diximus de tutoribus, & quot ſint tutelæ, (ſunt autem hæ: teſtamentaria, agnationis ſive legitima, patronorum, hac autem continetur & manumittentium patrum tutela, fiduciaria, & Attiliana, ſive Juliatitiana, cujus in locum aliam nunc introduxit divus noſter Imperator). Præterea etiam quot modis diſſolvitur tutela. Dicamus nunc & de curatione. §. *Maſculi quidem.* Maſculi quidem & fœminæ puberes facti, curatores accipiunt uſque ad XXV. annos completos: qui quamvis ſint puberes, tamen adhuc hujus ætatis ſunt, ut non poſſint ſuam tueri ſubſtantiam. Dantur autem curatores ab iiſdem magiſtratibus, a quibus tutores. Sed curator non datur valide teſtamento, datus autem prætoris decreto, vel præſidis confirmatur. Adoleſcens invitus non accipit curatorem, præter quam in certam litem: quia curator etiam ad certam cauſam dari poteſt, ut prædiximus. Ergo multæ ſunt differentiæ inter tutores & curatores. Tutor enim, impuberum ſolum eſt tutor: curator autem puberum, verum nonnunquam impuberum. Tutor teſtamento bene datur; curator autem invalide. Invitus nullus curatorem accipit; tutorem autem aliquis etiam nolens. Tutor ad certam cauſam dari non poteſt; curator autem maxime.

§. *Furioſi.* Curatores accipiunt præter minores furioſi quoque; inſuper & prodigi, & ſi majores ſint XXV. annis: Sunt autem in curatione agnatorum ex lege XII. tabularum. Et Romæ urbis præfectus, vel prætor; in provinciis autem præſides dant furioſis & prodigis ex inquiſitione curatores, quando non ſubeſt agnatus; vel ſi ſubeſt, non eſt idoneus ad gubernandum. Dantur curatores, & mentecaptis, & ſurdis, & mutis, & his, qui perpetuo morbo laborant, quia non poſſunt ipſi res ſuas curare.

§. *Interdum.* Interdum & pupilli curatores accipiunt; ut ſi legitimus tutor non ſit idoneus. Propter hoc enim alius tutor non datur, ſed curator; quia regula eſt dicens; tutorem habenti tutor dari non poteſt. Si autem teſtamentarius tutor, vel a magiſtratibus datus non idoneus eſt ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter verſetur circa pupilli negocia: ſolet ei curator adjungi. Item in loco excuſantium ſe a tutela ad tempus curatores ſolent dari, quod ex ſequentibus cognoſcemus.

Si tutor ægrotet, vel ab alia neceſſitate impediatur pupilli negocia adminiſtrare, ut ſuis detentus litibus; & pupillus vel abeſt, vel præſens quidem, eſt infans: poteſt tutor ſuo periculo actorem conſtituere apud prætorem, vel apud provinciæ præſidem: qui actor ideo appellatur, quia per acta conſtituitur. Si autem adeſt pupillus, & poſſit loqui, cum tutoris auctoritate exhibebitur. §. *Quando ſi.*

T I T. XXIV.

De ſatiſdatione tutorum, vel curatorum.

Expoſuimus curatorum conſtitutionem & diſſolutionem, & aliquos quidem uſque ad XXV. annos curatores accipere, aliquos autem propter morbum uſque ad morbi finem: nunc generalem ſermonem inſtituimus ad omnes adminiſtratores pertinentem. Omnis tutor & omnis curator cavere debet, datis fidejuſſoribus, & promittere ſalvas, & ſtabiles cuſtodire res eorum, quos habent in tutela vel curatione: hæc enim maxima prætoris cura. Excipe autem in tutoribus teſtamentarium, hic enim fidejuſſionibus non gravatur. Fidelem enim ipſum & diligentem fore circa adminiſtrationem, teſtatoris nobis probatum eſt teſtimonio. Similiter autem dati ex inquiſitione tutores, vel curatores ſatiſdare non coguntur. Idoneos enim ipſos eſſe, magiſtratuum arguit inquiſitio, ſolet enim magiſtratus hæc inquirere: an honeſta ſit vita, an dives, an habeat vitæ pignora, hoc eſt liberos. Nam liberos habens, novit quo modo oportet agere cum pupillis, quibus datur loco patris: & an diligat eam, quæ ſe protulit, patriam.

Interdum autem & hi ſatiſdant. Si enim contigerit duos, vel plures datos eſſe teſtamentarios, vel ex inquiſitione tutores curatoreſve; §. *Sed ſi.* unus autem horum volens indemnem ſervare pupillum, offert ſatiſdationem: præponitur contutori, vel concuratori, & ſolus admittitur. Tutior enim eſt pupillo ſatiſdatio, quam defuncti teſtimonium, qui potuit decipi, ſicut & magiſtratus in inquiſitione. Ideo ſoli ipſi committetur adminiſtratio. Poteſt tamen & alter hac in re contradicere, & ſatiſdando, in ſeipſum transferre adminiſtrationem. Ergo cum ſunt multi teſtamentarii, non poteſt quis exurgens dicere contutori, vel concuratori, ſatiſda & habe tibi adminiſtrationem. Sed ſi quis id velit agere, ut contutor aut concurator ſuus ſatiſdet: ipſe prius ſatis offerat, ut ex æmulatione & invitamento alius det ſatis. Offerens enim ego ſatiſdationem do electionem contutori,

tori, utrum velit ſatiſdationem a me accipere, & præbere mihi adminiſtrationem; an potius ipſe ſatiſdare, & adminiſtrare. Quod ſi nullus teſtamentariorum vel datorum ex inquiſitione ſatis offert: ſi quidem defunctus certæ alicui perſonæ adminiſtratione mandavit, ille adminiſtrat ſolus: Si vero de nullo hoc declaravit teſtator, ille adminiſtrat, quem major pars contutorum elegerit: hoc enim etiam prætoris edicto continetur. Sin autem diſſentiunt inter ſe tutores circa adminiſtraturi electionem, & eligunt alius alium (par enim, cum non magna ſit pupillaris ſubſtantia, unum ſufficere adminiſtrationi) tunc prætor quem vult eligat, & ipſi committat adminiſtrationem. Idem dicimus in omnibus & quamplurimis datis ex inquiſitione: oportet enim & in ipſis majorem partem eligere eum, qui adminiſtret. Adultus autem adoleſcens, videlicet minor factus perfectæ ætatis non ſolum tutores, vel curatores cauſa adminiſtrationis reos facere poteſt, ſed & illos, qui ab adminiſtratoribus capiunt ſatiſdationem: habetque in hos in factum actionem vel indemnitatis, quæ dicta eſt ſubſidiaria, quaſi ultimum præſidium ſibi præbens. Quando enim neque adminiſtratores, neque ipſorum fidejuſſores indemnitatem pupillo comparatunt: tunc qui acceperunt cautionem ab his, tenebuntur actione in factum, quæ ab re dicta eſt ſubſidiaria. Datur autem quando vel omnino nullas acceperint ſatiſdationes, has accipere ſoliti; vel acceperint quidem, ſed idonei ſatiſdatores non fuerint. Hæc autem & in hæredes datur (ut dictum eſt) tam ex prudentum reſponſis, quam ex imperialibus conſtitutionibus. Sed & illud cavetur, uti præbit tutores, vel curatores niſi voluerint ſatiſdare ob ſuam adminiſtrationem, captis pignoribus ad hoc compellantur: hoc eſt juſſu magiſtratus capientur ex ipſorum bonis res loco pignoris. Neque tamen urbis præfectus neque prætor, neque præſes provinciæ tenebuntur ſubſidiaria; ſed ii ſoli, quibus conſuetudo eſt tales accipere ſatiſdationes, ut magiſtratus, defenſores civitatum.

§. Sciendum.

T I T. XXV.

De excuſationibus tutorum, vel curatorum.

NOn ſolum autem quod modo diximus, tutorum & curatorum illud commune eſt, ut unuſquiſque ipſorum ſatiſdationibus oneretur, ſed & illud quoque ut unuſquiſque ipſorum vocatus ad adminiſtrationem, excuſatione uti poſſit. Sciens enim lex oneroſam eſſe, & gravem curam adminiſtrationis, excuſationes ex diverſis cauſis induxit: quarum una ſi quis utatur, effugit adminiſtrationis moleſtiam. Plerunque autem propter liberos excuſare nos poſſumus ſive in poteſtate ſint, ſive emancipati. Si enim quis habet tres liberos viventes Romæ, vel quatuor in Italia, vel in provinciis quinque, libere ſe excuſat a tutela & curatione ad exemplum cæterorum munerum: nam & tutelam & curationem publicis adnumerari muneribus conceditur. Adoptivi filii non proſunt ad excuſationem, ſed naturales, ſicuti dictum eſt: etiam ſi contigerit eſſe datos alteri in adoptionem. Ex filio nepotes proderunt, media perſona extincta, ſuccedunt enim patris loco: ex filia autem non excuſant. Liberi autem, ut dixi, viventes tantum proderunt, non mortui. Sed ſi in bello amiſſi ſint, quæſitum eſt an proſint. Et placuit hos ſolos præbere nobis excuſationem, qui in acie & in ipſo conflictu ceciderunt. Qui enim pro republica interierunt, videntur per rerum geſtarum gloriam ſemper vivere. Et Marcus Imperator in conſtitutionibus ſemeſtribus reſcripſit, eum, qui fiſcales ſive publicas res adminiſtraret, quandiu talem retinet adminiſtrationem, habere excuſationem a curatione & tutela. Et ratio manifeſta eſt. Neceſſe enim eſt nos vel ſubvenientes pupillo fiſcum lædere, vel indemnitatem fiſco vindicantes pupillorum jura facere deteriora.

§. Item divus.

Item reipublicæ cauſa abſentes excuſantur ab adminiſtratione, non ſolum futura, ſed etiam preſenti; & ſi poſt acceptam adminiſtrationem non præbetur excuſatio. Qui vero attigit publicam adminiſtrationem, & interea reipublicæ cauſa abeſſe cœperit, utitur quidem excuſatione; ſed tandiu abſtinere ſine periculo poteſt ab adminiſtratione, quandiu reipublicæ cauſa abeſt. Itaque & curator datur interea loco ipſius; reverſus autem hic ex peregrinatione cauſa reipublicæ ſtatim ſubjicitur tutelæ oneri, ne anni quidem habens ad hoc excuſationem ſive vacationem, ſicut & Papinianus in quinto reſponſorum libro ſcribit: anni enim ſpatium reverſis ab reipublicæ cauſa peregrinatione datur ad excuſationem, quando quis ad novam vocatur adminiſtrationem. Ergo ſi tutor exiſtens, reipublicæ cauſa abfuero: deſino quidem eſſe tutor, reverſus autem ſtatim recipiam adminiſtrationem cogente neceſſitate. Sed ſi non exiſtens tutor reipublicæ cauſa abfuero, deinde rediero, poſt autem reditum vocatus fuero ad adminiſtrationem aut primo menſe poſt reditum aut ſexto aut decimo aut duodecimo, & (ut ſimpliciter dicam) priuſquam peractus ſit annus: poſſum meipſum excuſare.

§. Item hi, qui.

Et poteſtatem aliquam gerens utitur excuſatione, ut vult divi Marci reſcriptum: ſuſceptam autem tutelam poteſtas accedens non diſſolvit.

§. Et qui poteſtatem.

Litem habebam cum pupillo. Excuſationem hoc non dabit, niſi utique de tota noſtra ſubſtantia ſive de hereditate ſit nobis controverſia.

§. Item propter.

Tres tutelæ, vel curationes, quas non data opera ſuſcepi, vacationem mihi præſtant quartæ adminiſtrationis, quandiu geruntur tres tutelæ, vel curationes. Ideo autem dixi, quas non data opera ſuſcepi: quia ſi ſæpe ſtudui hanc tutelam vel curationem ſubire, quæ ſit leviſſima, non perficiet trium numerum. Illud autem ſciendum eſt, ex bonis non ex perſonis multitudinem judicari tutelarum. Si quis enim deceſſerit, tribus pluribuſve liberis relictis, &

§. Item tria.

ſio

ſio horum tutor, una eſt tutela, quoniam eſt una ſubſtantia.

§. Sed & propter. Item paupertas excuſat ab adminiſtratione: hoc enim tam divi fratres Severus & Antoninus reſcripſerunt, quam per ſe divus Marcus. Ergo licet invenire etiam paupertatem adjuvantem. *§. Item propter adverſam.* Si quis vocatus ad tutelam oſtenderit ſe non idoneum neque ſufficientem adminiſtrationi; vel etiam malam valetudinem ſibi adeſſe allegabit, quæ concedat ſibi ne ſuas quidem res gerere, habebit excuſationem a tutela. *§. Similiter.* Illiteratus adminiſtrationis excuſationem habet ex divi Pii reſponſo, quamvis etiam imperiti literarum interdum poſſunt alienas ſubſtantias adminiſtrare.

§. Item ſi. Si quis ſuum inimicum reliquerit teſtamentarium tutorem ſuo filio, excuſatur datus. Sicut per contrarium non excuſabitur, qui viventi adhuc patri impuberum promiſit ſe filiorum ipſius tutorem fore. *§. Non eſſe.* Nullus ex hoc tantum ſe poterit excuſare, quod dicat ſe ignotum fuiſſe patri pupillorum: jubet enim contra divorum fratrum conſtitutio. *§. Inimicitiæ.* Inimicitiæ, quæ fuerunt mihi cum patre impuberum, vel minorum: ſi quidem capitales fuerunt, neque reconciliatio interceſſit, excuſant me a tutela. Si autem non fuerunt capitales, non excuſant.

§. Item ſi quis. Si quis induxerit mihi de ſtatu quæſtionem: non cogor filiorum hujus tutor eſſe.

§. Item major. Major LXX. annis & a tutela, & a curatione liberabitur; minor autem XXV. annis olim quidem vocatus utebatur excuſatione dicens, minor ſum XXV. annis. Conſtitutio autem noſtri Imperatoris hunc prohibet, nedum excuſat. Unde ſi quis minor XXV. annis vocatus fuerit ad tutelam, vel curationem, non indiget excuſatione, ut ea ipſa divina cavetur ſanctione. Ergo neque pupillus, neque pubes dum ſit minor, ad legitimam tutelam vocabuntur. Erat enim hoc ab omni civili lege alienum alieno indigentes auxilio in ſuis rebus adminiſtrandis & ab aliis regendos aliorum fieri adminiſtratores. *§. Item & in.* Sicut autem minor neque volens ſit adminiſtrator, ſic neque miles.

§. Item Romæ. Romæ grammatici, rethores, medici & in patria ſua talia profitentes ſtudia, & qui intra numerum ſunt a conſtitutione complexum, vacationem habebunt ab adminiſtratione. Conſtitutio enim eſt Antonini, quæ definit quot grammaticos, vel rethores, vel medicos oporteat eſſe in unaquaque civitate.

§. Qui autem. Habens multas excuſationes, ſi quibus ipſarum uſus aliquis reprobatus eſt, intra excuſationis tempora reliquis uti poteſt.

§. Qui autem excuſare. Vocatus ad tutelam, vel curationem, & volens eſtogere hoc onus, excuſatione utitur, non appellat: tunc enim appellatio neceſſaria, quando aliquis uſus excuſatione non obtinuerit cauſam. Utens autem excuſatione intra L. dies continue currentes non quidem utiles hac utatur: ex quo enim cognovit ſe tutorem datum, incipiunt currere. Utuntur excuſatione ſive teſtamentarii, ſive legitimi, ſive patronales, ſive fiduciarii, ſive a magiſtratibus dati tutores; ſive etiam curatores ſpecialiter dati, vel a legibus vocati, ſive habitant in ipſa civitate, in qua vocati ſunt, ſive intra centeſimum lapidem ab illo loco, ubi dantur tutores, ſive ultra centeſimum lapidem commorantur: calculatione facta XX. milliariorum, quæ in ſingulos dies præbentur, quæ debet facere vocatus, ut perveniat ad locum, in quo nominatus eſt, ut utatur excuſatione. Sic tamen, ut relinquantur ipſi XXX. dies, poſtquam conſtiterit in illa civitate, in qua vult ſe excuſare. Quod etiam Scævola ſic dicebat debere computari, ut minus quidem quam quinquaginta dies nunquam habeat tutor ad excuſationem; nonnunquam & amplius. Ut, abſuit CC. millibus; poſtquam cognovit, habet ad iter quidem X. dies, poſt adventum autem quadraginta. Abſuit trecentis, habet ad iter XV. dies, & poſt adventum reliquos XXXV. dies. Si autem abſuit CD. millibus, habet quidem ratione viæ dies XX. vicies enim viginti fiunt CD. reverſus igitur habet XXX. dies. Si autem abſuit D. millibus, habet XXV. dies ad viam, & triginta poſt reditum. Si autem mille millibus abeſt, habet L. prætextu viæ, & XXX. integros poſt decurſum L. dierum. Et hoc modo invenitur habens plus, quam L. dies; minus autem nunquam, prout propoſitum eſt in ſuperioribus exemplis.

Datus eſt aliquis tutor: hic ad omnia pupilli negocia dari creditur. Neque dicimus in aliquibus quidem eſſe tutorem, in aliquibus autem non eſſe. *§. Datus.*

Tutor fui pupilli, factus eſt pubes. Nominatus ſum hujus curator, nolens non cogor ad curationem. *§. Qui tutelam.* Igitur & ſi pater teſtamento tutorem me reliquit filio ſuo impuberi, & adjecit eundem me curatorem ipſi fore: non cogor ipſius curator eſſe. Hoc enim divi Severus & Antoninus reſcripſerunt.

Datus eſt quiſpiam uxori ſuæ curator. Poteſt uti excuſatione, quamvis antea immiſcuerit ſe adminiſtrationi. *§. Iidem reſcripſerunt.* Tutor aliquis nominatus, & allegationibus uſus falſis meruit excuſationem. *§. Si quis.* Non liberat ipſum hoc a tutelæ onere; ſed ſi quod evenerit damnum pupillo, ex eo, quod ipſe non adminiſtraris, hoc reficere tenetur.

T I T. XXVI.

De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

Diximus, quæ ſunt circa excuſationes: dicamus & quæ ſunt circa crimen ſuſpectorum tutorum, & curatorum. Hoc autem crimen lex XII. tab. introduxit. Et videamus, qui cognoſcant tale crimen, & qui ut ſuſpecti reiiciantur, & qui ſuſpectos criminari poſſint. Accuſantur ſuſpecti, Romæ quidem apud prætorem, in provinciis autem apud præſides, & amplius apud legatum proconſulis.

§. Oſtendimus. Oſtenſis cognitoribus, dicamus & de ſuſpectis. Sciendum omnes tutores ſive teſtamentarii ſunt, ſive alterius generis recte accuſari. Un-

Digitized by Google

de & legitimus ut ſuſpectus removetur. Si autem & patronus ſit, idem dicemus. Hoc tamen ſcire oportet parcendum eſſe patroni famæ, licet ut ſuſpectus remotus fuerit: nam ſuſpicionis judicium famoſum eſt.

§. Conſequens. Nunc conſequens eſt dicere, qui ſuſpectos poſſint accuſare. Et ſciendum eſt talem accuſationem eſſe publicam, hoc eſt, omnibus hominibus permiſſam eſſe talem actionem. Plus dico, etiam mulieres admittuntur ad tutorum accuſationem: permittente divorum Severi & Antonini reſcripto. Sed illæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine inductæ ad hoc proceſſerunt; ut mater, nutrix, avia. Sed neque prohibita eſt ſoror, neque alia mulier, cujus prætor videt mentem inclinantem ad pie faciendum: quam tamen non impudenter agentem neque ſexus verecundiam egredientem videt, ſed pietate ductam non poſſe pati pupillis illatam injuriam; hanc etiam admittit ad accuſationem.

§. Impuberes. Impuberes tutores ſuos, non repellunt ut ſuſpectos. Puberes autem curatores accuſant: de ſententia tamen neceſſariarum perſonarum, ut cognatorum & per affinitatem ſibi conjunctorum. Et hoc Severus & Antoninus reſcripſerunt.

§. Suſpectus. Suſpectus autem eſt & qui non bona fide tutelam gerit, & ſi ſolvendo ſit. Hoc enim Julianus inquit. Tutorem etiam, antequam incipiat adminiſtrare, ut ſuſpectum removeri poſſe Julianus reſpondit, & ſtatim reſponſum ejus conſtitutione quadam comprobatum eſt. *§. Suſpectus autem remotus.* Remotus autem ut ſuſpectus, ſiquidem propter dolum, famoſus eſt; ſi ob culpam, non æque.

§. Si quis autem. Quandiu autem aliquis ut ſuſpectus accuſatur, quouſque peractum ſit judicium, non debet adminiſtrationem attingere. Interdictum enim eſt ipſi, ut Papiniano videtur. Si autem ſuſpecti cognitio ante ſuſcepta ſit, interea vero tutor vel curator deceſſerit: extinguitur tale judicium. Quomodo enim fieri poteſt ut rejiciatur jam defunctus?

§. Si quis tutor. Si tutor non apparet, ut alimenta pupillo a magiſtratu decernantur: cautum eſt ſanctione Severi & Antonini, ut in poſſeſſionem bonorum ipſius pupillus mittatur, & curator detur bonis tutoris, diſtracturus quæ mora temporis corrumpuntur, ut jumenta, & veſtes, & quæcunque talia. Ergo ut ſuſpectus removeri poteſt, qui pupillo non præſtat alimenta. *§. Sed ſi quis.* Si quis autem præſens negat poſſe miniſtrare alimenta pupillo, ideo quod ſit pauper, mendax autem ſermo ipſius demonſtratus ſit: remittetur ad urbis præfectum puniendus, ſicut & ille, qui datis pecuniis tutor fieri ſtuduit. *§. Libertus.* Libertus ſi male geſſiſſe tutelam filiorum vel nepotum ſui patroni probatur, remittetur ad præfectum urbis in corpore puniendus.

§. Noviſſime. Noviſſime autem hoc ſciendum eſt, qui fraudulenter circa tutelam, vel curationem verſantur, etiam ſi ſatiſdationem offerrent, rem pupilli ſalvam fore, nihilominus removendos eſſe a tutela; quia ſatiſdatio malevolum tutoris propoſitum non mutat, ſed facultatem diutius graſſandi in pupilli bonis ipſi præbet. *§. Suſpectum.* Suſpectum enim illum putamus, qui tam indecentibus eſt moribus, ut ex ipſis oſtendatur eſſe ſuſpectus. Tutor autem, vel curator, quanvis pauper ſit, fidelis tamen, & diligens, quaſi ſuſpectus removendus non eſt.

Institutionum Liber Secundus.

TIT. I.

De rerum diviſione.

PErſecuti libro ſuperiore legiſlatores, auſpicatique juris diviſionem, diximus circa tria Romanorum verſari legiſlationem; circa perſonas, circa res, circa actiones. Completa autem in ipſo perſonarum doctrina, qua diximus aliquos quidem eſſe liberos, aliquos autem ſervos & liberorum alios eſſe ingenuos, alios autem libertinos. Expoſuimus & ſecunda diviſione, qui hominum ſunt alieni juris, qui ſui; & poteſtas in quos conſtituitur, & quot modis diſſolvitur. Et eorum, qui ſunt ſui juris, qui nam ſint in tutela, qui autem in curatione. Cognitis & tutorum conſtitutionibus, & diſſolutionibus, & excuſationibus, & ſuſpectorum accuſationibus, veniamus nunc ad librum ordine ſecundum, & dicamus de rerum diviſione. Diviſio autem eſt immenſæ materiæ brevis comprehenſio. Summa autem rerum diviſio ita ſe habet. Rerum quædam ſunt ſub noſtro dominio, & poteſtate, quædam extra dominium noſtrum & poteſtatem. Quædam naturali jure ſive jure gentium communia omnium ſunt; quædam autem publica ſive popularia; quædam univerſitatis; quædam nullius; pleraque autem ſingulorum: quæ variis de cauſis unicuique acquiruntur, ſicut ex ſubjectis apparebit. *§. Et quidem nulli.* Naturali quidem jure communia omnium hominum ſunt hæc: aer, aqua profluens, mare, per hoc & littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibebitur deambulandi gratia, vel navem adaptandi. Sic tamen ut a villis ſive domibus & illic jacentibus monimentis vel ædificiis ſe abſtineat, & hæc non turbet. Nec enim ea ſunt communia omnium hominum, neque juris gentium, ſicut & mare. *§. Flumina.* Flumina autem omnia & portus publici ſunt, hoc eſt populi Romani. Ideo & jus piſcandi omnibus commune eſt in portubus & fluviis. Quod autem dixi, littus juris gentium eſt, ſicut & mare, definire oportet quid eſt littus. Littus eſt, quatenus hybernus maximus fluctus excurrit; ergo & æſtatis tempore illuc uſque littus determinamus.

§. Riparum. Riparum quoque uſus jure gentium, ſicut & ipſius fluvii publicus eſt. Itaque & naves ripis applicare, vel funes natis illic arboribus religare, & onera navis in his locis deponere libera omnibus eſt facultas; ſicut & navigare per ipſum fluvium nullus prohibetur. Uſus igitur (ut dictum eſt) riparum publicus, vide-

licet

licet juriſgentium eſt; proprietas autem ipſarum riparum illorum eſt, quorum prædiis adhærent. Ideo arbores quoque in eiſdem natæ ripis, illorum ſunt, quorum eſt & proprietas riparum: ſolo enim cedunt impoſita.

§. Littorum.

Littorum quoque uſus publicus eſt, ſicut & ipſius maris. Unde omnibus volentibus liberum eſt tuguria ibi imponere, quo ſe recipiant ad quietem; ſicut & ſiccare retia, & a mari deducere. Proprietas autem littorum ſpeciali domino non ſubiicitur: ejuſdem enim juris eſt & mare, & quæ mari ſubjacet terra, vel arena.

§. Univerſitatis.

Conventus autem ſive univerſitatis, non ſingulorum ſunt, quæ ſunt in civitatibus theatra, ſtadia publica, lavacra, porticus, & ſiqua alia ſunt communia civitatum.

§. Nullius.

Nullius autem ſunt ſacra, & religioſa, & ſancta. Quod enim divini juris eſt, id nullius

§. Sacra.

in bonis eſt. Sacra autem ſunt, quæ rite & per Pontifices Deo conſecrata ſunt: quales ſunt ædes ſacræ, & martyrum monumenta, & oratoria, & dona, quæ convenienter ad miniſterium Dei determinata ſunt, ut precioſi theſauri. Hæc enim noſtri Imperatoris conſtitutio alienari, & obligari prohibuit, excepta cauſa redemptionis captivorum. Si enim contigerit captos eſſe aliquos a barbaris, & ſanctiſſima civitatis illius eccleſia pecuniarum indigeat: facultas datur civitatis Epiſcopo ſive diſpenſatori precioſos theſauros vendere, & pignori dare ad pecuniarum contractionem, ut ex illis captivos redimat. Si quis autem ſua auctoritate quaſi ſacrum ſibi ipſi conſtituerit locum, nemo hunc ſacrum vocet (diximus enim ſemel quo modo ſacra fieri conſueverunt). Sed dicimus hujuſmodi locum eſſe prophanum. Si vero evenerit templum ſacrum terræ motu corruiſſe, vel etiam antiquitate collapſum eſſe: nihilominus locus, in quo templum fuerat, ſacer manet, & nullius domini, ut Papinianus inquit: factus enim ſacer nullo modo deſinit ſacer eſſe.

§. Religioſum.

Nullius domini ſunt etiam religioſa. Religioſum autem unuſquiſque homo ſua facit voluntate, dum mortuum infert in ſuum locum. Loco autem communi, ſiquidem purus eſt, necdum factus eſt religioſus, invito ſocio & inferri illuc nolente, non licet ibi reliquias deponere. Quod ſi commune eſt ſepulchrum, etiam ſociis nolentibus, licet ibi inferre & reponere. Si cujus autem loci alius habeat uſumfructum (uſusfructus autem eſt jus quoddam certis modis conſtitutum, quod mente percipitur, quod facit me in aliena proprietate uſum habere & fructum). Si igitur ejuſdem loci alius habeat uſufructum, alius autem proprietatem: proprietarius in dicto loco deponens reliquias præter uſufructuarii voluntatem religioſum locum non facit. Ex quo enim religioſus eſt, non poteſt eſſe in bonis. In aliena autem proprietate uſumfructum conſtitui diffinitio nos docuit uſusfructus. Haud injuria neceſſarius eſt uſufructuarii conſenſus, & nihil eſt ratum eorum, quæ fiunt a proprietario in uſufructuarii damnum. In alienum autem locum concedente domino licet reliquias inferre, & religioſus fit locus. Si vero depoſuerit abſque notitia, & dominus ubi factum reſcierit, proprium duxerit: etiam ſic locus fit religioſus.

§. Sancta.

Sanctæ autem res, veluti mœnia, portæ, quodammodo divini juris ſunt, & in nullius bonis eſſe poſſunt. Ideo autem mœnia diximus ſancta, quia pœna capitis conſtitura ſit in eos, qui aliquid contra mœnia deliquerunt, ut qui lapides abſtulere, vel quomodocumque nocuerunt. Unde & illas legum partes, in quibus pœnæ ſcriptæ ſunt contra adverſantes legibus ſanctiones vocamus. Dicuntur autem inde ſancta, quod ſancire eſt firmare. Quoniam igitur firmant nos mœnia, ideo ſancta appellantur. Poteſt & fabuloſa quædam appellationis cauſa reddi. Dicunt olim Deos conſuetudinem habuiſſe cum hominibus, & illeſos ipſos undique conſervaſſe; deinde ſubſecutis temporibus reliquiſſe homines, damnatis illorum moribus: quo auxilio deſtituti homines ad exemplum divinæ cuſtodiæ mœnia excogitarunt. Quoniam vero ſanctum eſt venerabile, ideo mœnia & portas, ut quæ loco maxime venerabilium excogitata ſunt, ſancta nominaverunt.

§. Singulorum.

Dicamus poſthac & de rebus, quæ referuntur ſub proprietatem ſingulorum hominum. Hæc autem multis modis noſtri ſiunt domini. Quarundam enim rerum domini efficimur naturali jure, quod (quemadmodum dictum eſt) juſgentium appellatur: quarundam vero ſtricto & civili jure, hoc eſt, ſpeciali Romanorum. Sed commodius ſit ab antiquis doctrinam incipere. Palam eſt autem antiquius eſſe jus naturale; quod cum ipſo genere humano in lucem natura protulit. Civilia enim jura tunc eſſe cœperunt, cum & civitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

§. Feræ.

Feræ igitur beſtiæ & volucres, item piſces, hoc eſt, quæcumque animalia in terra, vel in mari, vel in cœlo naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fuerint, jure gentium ſtatim illius domini eſſe incipiunt. Quod enim antea ſub nullius erat dominio, id naturali ratione preoccupantis fit. Nec refert utrum feras beſtias, & volucres in ſuo quiſquam fundo capiat, an in alieno, progreſſus illuc ad venandum aucupandumve. Recte autem poteſt a domino fundi, ſi id præviderit, prohiberi, ne ſuum fundum ingrediatur. Si quid autem predictorum animalium quiſquam cœperit: euſque ſub ſuo habet dominio, donec ipſius cuſtodia coercetur. Si vero poſſidentis cuſtodiam evaſerit, & in naturalem libertatem ſe receperit, deſinit eſſe illius, qui antea poſſidebat, & rurſus occupantis fit animal. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur animal, cum noſtros oculos effugerit; vel ſubjacet quidem noſtro conſpectui, ſed ita, ut difficilis ſit comprehenſio. Quid enim ſi effugerit in altiſſimum quempiam locum, & inacceſſum?

§. Illud quæſitum.

Illud quæſitum eſt: Cervus vel aper ita a me vulneratus eſt, ut facile capi poſſet: quidam dicunt ſtatim hujuſmodi animal meæ fie-

ri proprietatis: aliis autem placuit fieri quidem meum, quod a me vulneratum eſt, ſimul ac vulneratum eſt; ſed eouſque meum videri, donec perſequar. Quod ſi perſequi deſiero, meum eſſe deſinit, & occupantis fit. Tertia fuit ſententia dicentium, me, qui vulneravi, non aliter eſſe beſtiæ dominum, quam ſi ipſam cœpero. Et hanc tertiam ſententiam magis confirmat noſter Imperator addita tali ratione, quod multa accidere ſolent, ut eam non capiam. Fortaſſe enim occurrens beſtia fera prohibuit me ulterius progredi, vel rapuit a me vulneratam, vel in perſequendo loca offendi difficilia, ut non potuerim feram inveſtigare.

§. Apium. Apium natura fera eſt. Itaque quæ in tua arbore conſederunt apes, non prius fiunt tuæ, quam ipſas alvearibus incluſeris. Sicut neque aves, quæ in tua arbore nidum fecerunt, non prius tuæ ſunt, quam ceperis. Unde ſi quis præveniens eaſdem in tuis repoſuit alvearibus, earum dominus erit. Favos quoque, quos ab apibus fieri contigerit, volens poteſt eximere, etſi in meo agro facti ſunt. Si vero priuſquam favos alius tetigerit, prævidens ego ingredi ipſum meum fundum, prohibui: (poſſum enim hoc jure facere) favos capiam nullo impediente. Apium examen ſi relictis tuis alvearibus avolarit: eouſque intelligitur eſſe tuum, quoad ſubjectum ſuit tuis oculis, & ejus comprehenſio non eſt difficilis: ſi vero tuum effugerit conſpectum, occupantis fit.

§. Pavonum. Pavonum & columbarum fera natura eſt. Nec prodeſt dicere, conſueviſſe ipſos avolare & revolare: nam apes idem faciunt, & conſtat ipſarum naturam eſſe feram. Cervos quoque quidam ſic habent manſuetos, ut ii relinquant domibos, & in ſylvas abeant, & redeant: & ipſorum nihilominus fera natura eſt. In his autem animalibus, quæ ex conſuetudine abeuntia reverti ſolent, talis nobis potentiſſima regula tradita eſt, qualis in apibus, columbis, pavonibus, cervis: dicimus enim tandiu noſtra eſſe, quoad animum habent ad nos revertendi. Quod ſi deſierint hujuſmodi animum habere: deſinunt noſtra eſſe, & fiunt occupantis. Sed quoniam in animalibus animus deprehendi non poteſt, hunc ex ea, quam circa reditum habent, conſuetudine percipiemus. Fac enim mihi cervam eſſe, quæ me reliquens in ſylvas ire conſueverit, & redire eodem die, ſive poſtridie, ſive perendie, nondum autem ultra tres dies mea domo abfuit: ſi quidem intra triduum quo reverti conſuevit, capta ab aliquo fuerit: ego ut injuria affectus circa proprietatem, habebo in ipſum actionem in rem. Si vero quarto die cœperit quis ipſam, nullam in eum habebo actionem. Perſpicuum enim eſt ex eo, quod non ſervavit revertendi conſuetudinem, meum ab illa contemptum eſſe dominium.

§. Gallinarum. Domeſticarum gallinarum & anſerum natura non eſt fera: idque ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt gallinæ, quas feras vocamus, græce ἀγριόρνιθες item alii anſeres, quod feros appellamus, græce ἀγριοχῆνας: ideoque ſi tui anſeres aliquo caſu turbati turbatæque avolaverint, licet conſpectum tuum effugerint, quocunque tamen loco ſint: tui tuæque eſſe intelliguntur. Et qui lucri gratia ſive intervertendi animo ea animalia retinet, furtum committere intelligitur, & tenetur furti actione.

§. Item ea, quæ ex hoſtibus. Naturalis acquiſitio eſt & earum rerum, quæ ex hoſtibus capiuntur: jus enim gentium ſtatim noſtra fieri vult, quæcunque cepimus ex hoſtibus. Itaque & liberi homines capti a nobis ſtatim in ſervitutem noſtram deducuntur; qui tamen evaſerint a noſtra poteſtate, & ad ſuos reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt. *§. Item Lapilli.* Lapides precioſi, item & gemmæ & cætera, quæ in littore inveniri ſolent, naturali jure ſtatim fiunt inventoris. *§. Item ea, quæ ex animalibus.* Item ea, quæ ex animalibus dominio meo ſubjectis naſcuntur, mea ſunt eodem jure, quo illa ſunt, ex quibus nata ſunt. *§. Præterea.* Naturalis quoque acquiſitio eſt alluvionis: alluvio autem eſt abundatio, vel aggeratio: quod enim per alluvionem noſtro fundo fluvius adjicit, meum fit jure naturali. Eſt autem alluvio (ut definiamus) incrementum latens: per alluvionem autem id videtur addi, quod ita paulatim additur, ut non poſſit intelligi, quantum quoque tempore nobis addatur. Fac enim duos eſſe agros, tuum, item & meum, medium autem fluvium intercurrere. Si fluvius paulatim, & inſenſibiliter addiderit aliquid meæ terræ, id meum fit per alluvionem; ſi vero fluvii vis & impetus partem aliquam tui agri abſtulerit, & meo adjecerit; clarum eſt additam partem tuam remanere; neque enim inſenſibiliter fieri contigit. Quod ſi pars ex agro tuo ablata arborifera fuerit, & ad meum agrum adlata per multum tempus ipſi adhæſit, & illatæ arbores radices egerint ita alte, ut meum fundum attigerint: ex eo tempore videntur mihi acquiſitæ, ex quo nutriri cœperunt a mea terra, ut quæ radices in ea habeant.

§. Inſula. Inſula ſi quam naſci contingat in mari (quod raro fieri ſolet) præoccupantis fit. Quæ enim antea nullius erat, incipit nunc eſſe alicujus. In flumine vero naſcens (quod frequenter accidit) ſi quidem mediam partem fluminis teneat, erit communis eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident: pro modo latitudinis cujuſque fundi hinc inde ſiti, quæ latitudo prope ripam ſit. Ut porrigitur hæc inſula, verbi gratia, in pedes centum. Habens autem fundum ad dexteram inſulæ partem prope ripam ipſum habet latum centum ipſos pedes; alter autem ſeptuaginta. Qui quidem in dextera parte eſt, poſſidebit pro latitudine centum pedum; qui autem in ſiniſtra, pro latitudine LXX. Quod ſi alteri quidem ripæ proxima eſt, ab altera autem diſtat: eorum erit tantum, qui ab illa parte prope ripam prædia poſſident. Quod ſi fluvius meum agrum præterfluens per partes diviſus, ſiniſtraque bifariam meum circumvenit agrum, videlicet circundedit: deinde ad extremum in ſe ipſum rediens unus iterum factus ſit: ita ut medius

lo-

locus inſulæ formam detineat, a fluvio ipſo, diviſo in duas partes, & meum fundum circumfluente, videlicet circundatus: ager, ita circunclusſus meus remanet, ideo quia & antea erat in meis bonis. Quod ſi naturali alveo, lecto videlicet in univerſum derelicto, per aliam partem fluere cœperit: prior quidem alveus eorum erit, qui prope ripam ejus prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque agri, quæ latitudo prope ripam ſit; novus autem alveus ejus juris eſſe incipit, cujus erat fluvius, id eſt publici. Quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem reverſus fuerit alveum, rurſus derelictus nunc ab ipſo alveus eorum eſſe incipit, qui prope ripas prædia poſſident. Alia quædam cauſa eſt, ſi cujus totus ager inundatus fuerit: hic enim non dicimus totum agrum fieri publicum, neque ipſius dominium commutari, permanet enim nihilominus meus. Et ob id ſi receſſerit ex illis locis, quos facta inundatione texerat, meum agrum recipiam, nullum jus habentibus in eo proximis poſſeſſoribus. Sicuti novus alveus, cum publicus factus fuerit, fluvio recedente, proximorum fit poſſeſſorum.

§. *Quod ſi naturali.*

Ex aliena materia ſpeciem fecit aliquis. Quæritur quis eorum naturali ratione dominus ſit ſpeciei: utrum qui mutavit materiam in ſpeciem; an qui materiæ erat dominus, erit & ſpeciei? Ut, ex alienis medicamentis emplaſtrum collyriumve compoſuit, vel ex alienis uvis, vel olivis, vel ſpicis vinum aut oleum, aut frumentum fecit aliquis; aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod paravit, aut ex alieno vino & melle confecit mulſum, aut ex aliena lana veſtimentum, aut ex alienis tabulis navem. Multæ ſuper his ambiguitates fuerunt Sabinianorum & Proculianorum. Et Proculiani quidem dicebant, qui ſpeciem fecerat, dominum eſſe debere. Sabiniani autem eum ſpeciei dominum eſſe volebant, qui fuerat & materiæ: Sed tertia extitit ſententia media quædam, quæ partim quidem Sabinianis, partim autem Proculianis ſuffragatur, quam & clementiſſimus noſter Imperator elegit. Ea ſic inquit: Si facta ſpecies reſolvi poteſt, & ad rudem materiam reduci, unde facta eſt: materiæ dominus erit dominus etiam ſpeciei. Si autem ſpecies reduci ad priſtinam materiam non poteſt: qui fecit ſpeciem, dominus erit. Ut pro caſu. E maſſa æris, vel argenti, vel auri vas conflatum ſi fundatur, poteſt priſtinam æris, vel argenti, vel auri formam recipere; vinum autem, vel oleum, vel frumentum in uvas, vel olivas, vel ſpicas reverti non poteſt. Sed neque mulſum in vinum & mel reſolvi poteſt. Hæc quidem quando tota materia aliena fuit.

§. *Cum ex aliena.*

Quod ſi partim ex mea, partim ex tua materia ſpeciem aliquam fecerim: veluti ex meo vino, & tuo melle mulſum, vel ex meis & tuis medicamentis emplaſtrum, vel ex mea & tua lana veſtimentum: dubitandum non eſt hoc caſu eum eſſe dominum, qui fecerit, cum non ſolum operam ſuam impenderit circa ſpeciem, ſed & partem præſtiterit materiei.

§. *Quod ſi partim.*

Si tamen alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuit, licet appoſita purpura precioſior ſit veſtimento, cui acceſſit: tamen in acceſſionis partem accipietur, & purpuræ dominus in eum, qui ſurripuit, & hæc fecit, habebit furti actionem, & condictionem: ſive ipſe fur ſit, qui veſtimentum fecit, ſive alius quidem ſurripuit, alius autem ſurreptam conjunxit veſtimento: actionem enim in rem habere non poteſt purpuræ dominus: videtur enim purpura quodammodo extingui, ideo quod non ſit eadem per ſe, ſed alieri veſtimento conjuncta ſit. Movebitur autem omnino furti condictio. Extinctæ enim res ſive deletæ, etſi per actionem in rem vindicari non poſſunt: in fures tamen furti condictionem & in omnes poſſeſſores, etſi non ſunt fures, movere poterimus. At ſiquidem fur eſt, qui poſſeſſor factus eſt, purpuræ veſtimentum habens: & furti actio, & condictio intentabitur. Sin alius autem a fure, ſola condictione tenetur, non item actione furti.

§. *Si tamen.*

Duæ quædam materiæ ex voluntate dominorum confuſæ ſunt; totum illud corpus ex confuſione factum utriuſque erit commune: ut duo quidam ſua vina confuderunt, aut maſſas argenti vel auri conflaverunt. Sed & ſi diverſæ materiæ ſunt, & ex earum commixtione propria ſpecies facta ſit: velut ex vino & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum: etiam hic dicimus idem juris eſſe, & factam inde ſpeciem communem duorum eſſe. Et hæc quidem, quando id de voluntate dominorum factum eſt. Quod ſi fortuito & non voluntate dominorum confunderentur materiæ, vel diverſi generis, vel ejuſdem: idem jus erit.

§. *Si duorum.*

Quod ſi Titii frumentum frumento tuo mixtum fuerit, & unus factus ſit acervus, ſi quidem veſtra voluntate: communis erit acervus, quoniam unumquodque corpus, hoc eſt ſingula grana de veſtro conſenſu ſub commune dominium devenerunt. Quod ſi caſu facta eſt mixtio, vel Titius non de ſua voluntate frumentum miſcuit: acervus non erit communis, quia ſingula grana in ſua manent ſubſtantia, nec ea per mixtionem ſunt commutata. Ergo non magis erit acervus communis in hujuſmodi caſu, quam grex ovium communicabitur, ſi oves Titii tuis ovibus commixtæ fuerint. Sed ſi contigerit frumenti acervum vel a te, vel a Titio retineri: alius in eum, qui poſſideat, actionem in rem habebit. Officium autem erit judicis, ut æſtimet quale cujuſque erat frumentum, & pro qualitate menſuraque actori poſſeſſorem condemnare.

§. *Quod ſi.*

Si quis in ſuo ſolo domum ædificarit ex aliena materia, ipſe dominus intelligitur ædificii, ædificatum enim ſolo cedit: cum illud ſit clarum materiæ dominum nunquam excidere dominio ipſius materiæ. Sed tantiſper neque vindicare eam, neque actionem ad exhibendum habere poteſt propter legem XII. tabularum, qua cavetur, ut ne quis alienum tignum ſuis ædibus injunctum eximere cogatur, ſed ut duplum ipſius exſolvat precium per actionem per-

§. *Cum in ſuo.*

ſo-

ſonalem, quæ dicitur de tigno injuncto. Locus autem huic actioni eſt, non ſolum quando tignum mei dominii ſubjecerit quis ſuæ domui; ſed & ſi lapidem, vel peſſulum, vel columnam. Tigni enim apellatione omnis materia ſignificatur, ex qua poteſt ædificari. Ideo autem hæ leges latæ ſunt XII. tabulis, ut non vindicetur neque agatur ad exibendum ſub prætextu tigni injuncti meæ domui: ut ne judice condemnante me in eadem re, cogar domum deſtruere, occaſione ſatisfaciendi ſententiæ, & multa hinc providentia dignatæ ſunt XII. tabulæ domos. Quod ſi contigerit ex aliqua cauſa ædificium dirui: materiæ dominus ſi nondum per actionem de tigno injuncto duplum retulit, poteſt ſine impedimento vindicare, & ad exhibendum agere.

§. Ex diverſo.

Diximus de eo, qui domum in ſuo ſolo de aliena materia ædificavit; nunc contrarium caſum ponimus. In tuo ſolo ſi ex mea materia domum ædificavi, tu ſoli dominus eris, & ædificii dominus propter regulam dicentem, impoſita ſubjectis cedere. Ergo & materiæ dominium penitus perdidi, ſciens enim in alieno ſolo ædificabam. Itaque licet domus diruta ſit, non habebo actionem ad vindicandum materiam.

§. Certe illud.

Illud autem indubitatum eſt: ſi contigerit me ædificatorem eſſe in poſſeſſione domus; dominus autem ſoli utens regula dicente, impoſita ſuppoſitis cedere, petat actionem in me ad vindicandum: ſi quidem bonæ fidei poſſeſſor eram exiſtimans meum eſſe ſolum: capiam non ſolum materiæ precium, ſed & mercedes fabrorum; & nolentem hæc facere ipſum repellam per doli exceptionem dicens, non niſi bona fide ædificavi. Si autem mala fide poſſedi locum, quia ſciebam ipſum eſſe alienum: nullam habebo exceptionem, ſed cogar locum reddere cum impoſitis; poteſt enim unuſquiſque culpam mihi obiicere, quod temere ſciens in alieno loco ædificabam.

§. Si Titius.

Si Titius alienam arborem in ſuo plantavit agro, Titii erit arbor. Sed ſi Titius ſuam arborem in agro Mævii plantavit, erit arbor Mævii, dummodo in utroque caſu plantata arbor radices egerit. Prius vero quam ſuas agat radices, & ſubjacentem comprehenderit terram, prioris domini eſt arbor: poſtquam enim radices egit planta, transfertur ipſius dominium ad dominum ſoli, in quo ſita eſt. Itaque hinc quæſitum eſt quiddam tale. Vicinus meus in finibus ſui agri prope meos agellos arborem habebat: contigit talis arboris radices ſerpentes paulatim ſub terra perveniſſe ad meum agrum, & meam terram comprehendiſſe, & illinc nutriri: quæſtione facta, placuit meam eſſe arborem. Neque enim naturalis ratio permittit alterius arborem eſſe quam illius, cujus in terra radices habet. Unde ſi in terminis duorum agrorum arbor naſcitur, cujus radices extenſæ utrunque agrum comprehenderint: communis fiet illa arbor.

§. Qua ratione.

Qua enim ratione plantæ, quæ in terra nutriuntur & augentur illius ſunt, qui dominus eſt ſubjacentis terræ: eadem ratione & ſata, veluti frumentum, hordeum, & quæcumque talia ſolo cedunt. Sed ſicuti qui bona fide ædificavit in alieno loco, provocatus actione in rem per doli exceptionem ſe defendit: ſimiliter & qui conſevit ſuis ſumptibus alienum agrum, ſi bona fide hoc fecit, per doli exceptionem tutus erit.

§. Literæ.

Meas quis capiens chartas vel membranas inſcripſit quippiam in ipſis, & librum fecit: hic ad ſoli exemplum cedunt impoſita ſuppoſitis, etiam ſi aureæ ſint literæ ſuperſcriptæ; & ego fio libri dominus. Nec intereſt, ſive carmen, ſive hiſtoriam, ſive orationem ſcripſerit. Unde futurum eſt, ut experiens ego actione in rem adverſus eum, qui librum fecit, & ſcripturæ impenſas non ſolvens ſine mora repellar per doli exceptionem: ideo quod bonæ fidei poſſeſſor fuit, qui hæc ſcripſit.

§. Si quis in aliena.

Cepit quis alienam tabulam, & pingens fecit imaginem: quæſitum eſt cujus ſit imago. Et nonnulli quidem dicunt pictorem eſſe dominum tabulæ, & picturæ tabulam cedere; alii autem tabulæ dominum etiam picturæ dominum eſſe inquiunt, qualiscunque ſit pictura. Noſter autem Imperator priorem magis ſententiam probavit, & pictorem tabulæ dominum fieri jubet. Ridiculum enim eſſe exiſtimavit Apellis picturam, vel Parrhaſii, qui optimi fuerunt pictores, viliſſimæ tabulæ cedere. Unde ſi tabulæ dominus imaginem poſſideat, pictor autem acceſſerit vindicaturus, nec ſolvat tabulæ precium, poterit per exceptionem doli ſubmoveri. At ſi is, qui pinxit eam, poſſideat: tunc dominus tabulæ directam quidem actionem in rem habere non poteſt: excidit enim dominio, pictura impoſita; datur autem ipſi utilis in rem actio: ut agens dicat ſe experiri, quaſi eſſet dominus. Sed utili in rem actione utens, niſi præbuerit factas impenſas circa picturam illi, qui pinxit bona fide, repelletur per doli exceptionem. Et hæc quidem tractata ſunt circa dominium imaginis. Nam illud palam eſt, ſive is, qui pinxit, tabulam ſurripuit, ſive alius quiſpiam, competere domino furti actionem in furem.

§. Si quis a non domino.

Mercatus ſum a te agrum, vel dono cepi; bona fide tamen, cum crederem te eſſe dominum; vel alia juſta ex cauſa, veluti ex permutatione. Naturalis ratio vult me dominum eſſe perceptorum fructuum propter diligentiam & curam, quam in ipſis adhibui. Et ideo ſi poſtea dominus ſupervenerit, & agrum vindicet: nullam actionem habebit in me de fructibus, quos inde perceptos conſumpſi. Si vero ſciens alienum agrum poſſedi, ipſos non conſequar. Itaque agrum cogor reſtituere cum perceptis inde fructibus, licet a me conſumptis.

§. Is vero.

Ejuſdem fundi cum ego proprietatem habeam, tu uſufructum: tu uſufructuarius non aliter fies fructuum dominus, quam ſi ipſe eos perceperis ex terra. Ideo ſi maturis fructibus, necdum e terra ſublatis deceſſeris, non percipiet hoc tuus heres, ſed proprietario acquirentur. Eadem fere dicuntur & de colono, hoc eſt con-

Digitized by Google

ductore. Si enim fundum tibi locavero, non prius efficieris dominus fructuum, qui inde percipiuntur, quam hos e terra exemeris. Vox *fere* redundat. *§. In pecudum.* Quoniam autem de fundi uſufructu diſſerui, ſciendum eſt in pecudum uſufructu eſſe ipſarum fœtum, ut lac, pilos, lanam. Itaque agni, & hædi, & vituli, & equulei ſimul ac naſcuntur, naturali jure in dominio ſunt uſufructuarii. Partus vero ancillæ non ſunt in fructu. Unde ſi præbuero tibi meæ ancillæ uſufructum, habebis tu quidem in fructu miniſterium ipſius, & manuum operas: quod autem naſcitur, ad proprietatis dominum pertinet: Abſurdum enim exiſtimatum eſt hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura gratia hominum comparaverit. *§. Sed ſi gregis.* Sed ſi gregis uſumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu uſufructuarius ſummittere, & complere numerum debet, quod & Juliano videtur: Ut, præbui tibi uſumfructum gregis ovium centum; demortuæ ſunt XXX. oves; pepererunt autem quinquaginta: oportet te triginta commiſcere primis, ut ſervetur datus tibi numerus: ſic reliquæ XX. oves erunt in tua proprietate. Si vero vineæ aut fundi uſumfructum tibi dedi, in locum demortuarum, vel quæ ſenuerunt, vitium, & in locum lapſarum arborum alias debes ſubſtituere: recte enim oportet te, & bono modo agrum colere, cujus datus eſt tibi uſusfructus, & ſic in eo verſari, ut verſaretur optimus paterfamilias.

§. Theſaurus. Invenit quis Theſaurum in ſuo agro. Divus Hadrianus naturalem ſecutus æquitatem ei conceſſit, qui invenit; idemque ſtatuit, ſiquis in ſacro vel religioſo loco fortuito caſu invenerit. At ſiquis in alieno agro non data opera, ſed fortuito caſu invenerit: dimidium domino ſoli conceſſit Hadrianus. Conſequenter igitur ſiquis in loco Cæſaris invenit theſaurum, dimidium quidem theſauri dabit Cæſari; dimidium inventor retinebit. Si quis etiam in civitatis loco, vel fiſcali invenerit: conſimiliter dimidium quidem inventor lucratur, alterum dimidium fiſcus, vel civitas accipiet.

§. Per traditionem. Naturalis modus acquiſitionis eſt & per traditionem. Eſt autem traditio, de manu in manum translatio; liberum & ſimplicem & naturalem actum habens. Nihil enim tam conveniens eſt naturæ, quam ratam haberi domini voluntatem rem ſuam transferentis in alium. Ut autem per traditionem dominium transferam, hæc concurrere oportet: Ut ego tradens ſim dominus, & ex animo velim transferre dominium; faciam traditionem, & corporale ſit quod traditur. Corporale ideo dixi, quoniam incorporea tactum non admittentia non recipiunt traditionem. Dominum eſſe debere, qui tradit, ideo dixi: quia qui non eſt dominus, quod non habet dominium, non poteſt transferre: Animo ut velim facere dominum eum, qui recipit, idcirco appoſitum eſt: ut exciperem uſum, & depoſitum. In his enim licet corporalis ſit res, & dominus ſit, qui tradit, attamen tradit, paulo poſt ſperans hæc recuperare Nec intereſt, qualiſcunque ſit res, quæ traditur a domino ſive ager Italicus, ſive ſtipendiaria prædia, ſive tributaria: Stipendiaria autem & tributaria prædia dicuntur, quæ in provinciis imperatoria juſſione a populo poſſidentur. Appellationis autem cauſa inde emanavit. Romanorum olim princeps potitus imperio totius orbis, cum habitus eſſet in admiratione a Romanis ob ſuam potentiam, diviſit provincias: & aliquas quidem retinuit ipſe ſibi; aliquas autem diſtribuit populo. Et a populo vocatæ ſunt ſtipendiariæ inde, quod ſtipes erant collatio, & paulatim facta argenti & aliarum rerum collectio. Quoniam igitur pauca quædam Provinciales ex his, quæ naſcebantur apud ipſos, collectione facta, mittebant populo, quæ impenderet in ſuos uſus & oblectationes; ideo vocatæ ſunt ſtipendiariæ; convenienter igitur & domus, & agri ſtipendiarii. Principis autem provinciæ nominatæ ſunt: quoniam tributum eſt grave vectigal, quod impoſuit ſuis provincialibus Imperator, ut qui multa impenderet ad milites alendos. Habentes olim ſtipendiaria & tributaria prædia conceſſu populi, vel principis non erant domini (dominium enim eorum erat vel apud populum vel apud principem) ſed habebant in ipſis uſumfructum, & pleniſſimam poſſeſſionem, ut poſſent transferre & hæredibus tranſmittere. Italicorum enim agrorum ſive domorum domini dominium habebant. Sed hæc quidem ex veteri conſuetudine. Hodie autem conſtitutio noſtri imperatoris nullam vult eſſe differentiam Italicorum, & ſtipendiariorum, & tributariorum. Sed ſi quidem dominus tradit mihi rem ſuam ex cauſa donationis, aut dotis, aut ex alia qualibet cauſa, ut ex permutationibus, ſine dubio transfert in me dominium.

§. Vendita. Si vero venditor tradat, non aliter ad emptorem dominium transfert: quam ſi emptor venditori pretium rei venditæ ſolvat, vel ſatis ipſi faciat pro pretio. Quid enim ſi dedit Tirium quendam qui pro ipſo promiſit pretium, vel etiam pignus dedit pro pretio? Hoc autem & XII. tabularum lege cautum eſt, & tamen invenimus hoc eſſe juriſgentium, quoniam ineſt ipſi naturalis juſtitia; ideoque apud omnes gentes valet. Ergo. ſemper quidem in aliis cauſis dominus tradens transfert dominium; in venditione autem non aliter, quam ſi acceperit pretium, vel cautum ſit ipſi de pretio. Sed ſi venditor neque accepit pretium, neque aliquem pro emptore fidejubentem, neque pignus; ſed acquievit emptoris fidei, confidens ſe pretium recepturum: dicimus hic ſtatim dominium tranſire ad emptorem. Traditione autem facta, nulla erit differentia, utrum ipſe dominus tradat, an alius de ipſius voluntate. Qua ratione ſi cui facultatem præbuero adminiſtrandi, ut vult meam ſubſtantiam; hic autem ex his rebus quicquam vendiderit & tradiderit: transfert dominium in accipientem: videtur enim voluntate domini id facere.

§. Interdum. Inveniuntur autem quidam caſus, in quibus & ſine traditione, nuda tantum voluntas ſufficit

Digitized by Google

eſt ad dominium transferendum: veluti librum meum tibi commodavi, vel locavi tibi meum fundum, vel depoſui apud te meam menſulam. Si poſtea tibi hæc vendidero, aut donavero: ſtatim cum donatione aut cum venditione proprietas tibi horum acquiritur, & hæc traditione non facta: quoniam enim præcedebat naturalis poſſeſſio apud te earundem rerum, ob hoc ſolum, quod volo rem meam fieri tuam, ſtatim acquiritur tibi dominium; ſicut ſi donationis gratia aut venditionis ſpecialis tradi-

§. Item ſi quis. tio facta eſſet. Repoſui in horreo varias merces: dixiſti mihi ut has tibi venderem: facta conventione dediſti pretium. Si adſtans horreo claves horrei tibi tradidero, ſtatim dominus mercium efficeris.

§. Hoc amplius. Sæpe volens dominium transfero in aliquem mihi incognitum, de quo interrogatus & ante, & poſt traditionem haudquaquam poſſum dicere quæ nam ſit perſona. Quod accidit prætoribus vel conſulibus, qui ſolent vel in proceſſu, vel in ſpectaculis jactare quædam in vulgus; & dominus ſtatim efficitur, qui cepit: tamen qui hæc mittit, ignorat quid eorum quiſque ſit accepturus. Inde manifeſtum fit, rem, quam contempſero, & a mea rejecero poſſeſſione, occupantis ſtatim fieri, quod veteres dicunt pro derelicto. Pro derelicto autem eſt, quod dominus abiicit ea mente, ut nolit ipſum eſſe in ſuis bonis, itaque ſtatim deſinit hujus eſſe dominus.

§. Alia. Alia ſane cauſa eſt earum rerum, quæ ob maris tempeſtatem volentes qui navigant levare navim, impoſito onere ejecerunt: ejecta enim ejicientium manent in dominio. Quippe certum eſt horum ejectionem factam eſſe, non quia nolint hæc ſui domini eſſe; ſed magis quia cupiant una cum illis navim quoque periculum maris evadere. Unde ſiquis has res a fluctibus ejectas, vel per aquam vectas capiat animo lucrandi, vel intervertendi furtum, committit. Similia autem ſunt his & illa; veluti: Volebam ire in aliquem locum; habebas tu rhedam, in qua poſſem viam perficere: rogavi te ut liceret mihi conſcendere ipſam, & meas res reponere, quo maturius pervenirem ad locum, quem quærebam: hoc mihi promiſiſti pacta mercede, vel etiam ſine mercede, repoſui res meas in rheda. In via contigit res quaſdam cadere de rheda, me non intelligente; non ſunt invenientium, ſed reſervantur meo dominio. Datur enim mihi in ipſis actio in rem, ad exhibendum; furti & furtiva condictio: hoc eſt vindicationi ſimilis actio, vel evictio adverſus in fures.

T I T. II.

De Rebus corporalibus, & incorporalibus.

Diximus in præcedentibus de rerum diviſione, quaſdam quidem eſſe naturales ſive juriſgentium, quaſdam publicas, quaſdam univerſitatis, quaſdam nullius, pleraſque autem ſingulorum. Et diximus multis modis res fieri noſtri dominii, & naturales modos hos diximus, occupationem, prædam, inventos in littore lapillos ſive gemmas, nata ex noſtris animalibus, alluvionem, & inſulam, quæ vel in mari naſcitur, quod raro fit, vel in fluvio, quod frequenter: item & proximum eſſe alveo quem fluvius dereliquit; & ex aliena materia ſpeciem facere, ita ut facta non poſſit in priſtinam reverti materiam; & ex ſua & aliena materia aliquid efficere; & alienam purpuram ſuo contexere veſtimento, & eaſdem materias vel diverſas commiſceri duorum dominorum voluntate, vel & fortuito: aut plurium dominorum acervos frumenti de ipſorum voluntate in unum confundi; non ſimiliter autem ſi de unius voluntate, neque ſi caſu hoc evenerit; & dicentem regulam, cedere impoſita ſubjectis, ut in multis caſibus eſt inſpectum: ut, quando ex aliena materia ædificatum eſt in meo ſolo, vel ex mea materia in alieno ipſe ædificavi, vel alienam arborem in ſuo quis plantavit fundo, vel ſuam arborem in aliena terra ita ut radices egerit; quod obtinuit, & in frumento ſato, & in literis meæ chartæ, vel meæ membranæ impoſitis. Contrarium autem in imagine, illic enim aliena tabula cedit picturæ. In naturalibus autem acquiſitionibus eſt, & bona fide capere fundum ab eo, qui non eſt dominus: hæc enim bonæ fidei poſſeſſio ſufficit ad faciendum dominum conſumptorum fructuum. Et theſauri inventio, vel totum, vel partem acquirit inventori. Et naturalis acquiſitio eſt per traditionem uti conſtitutum eſt. Sed hæc omnia dicta ſint de corporalibus. Quoniam autem rerum quidem aliquæ ſunt corporales, aliquæ autem incorporeæ; Corporalis quidem eſt, quæ & nomine intelligitur, & tangi poteſt, & videri, ut fundus, domus, veſtis, ſervus. Incorporalis autem eſt, quæ in jure conſiſtit, ut hereditas. Et quid eſt hereditas? jus quoddam certis modis conſtitutum, quod facit me alienæ ſubſtantiæ univerſalem fieri dominum. Item & uſuſfructus; uſusfructus autem eſt jus quoddam certis modis conſtitutum, quod facit me in alieno dominio habere uſum & fructum. Item & obligationes quoquo modo contractæ: multi enim ſunt modi contrahendæ obligationis, ut procedentes docebimus. Et quid eſt obligatio? vinculum juris, quo quis quodque facere cogitur, quod debet. Nec dicendum eſt in hereditate res corporales reperiri, quia hereditas & ſervos contineat, & fundos, & ædes, & libros; nam & uſuſfructus continet in ſe fructus ex agro perceptos, qui corporales ſunt. Et quod nobis debetur ex obligatione, plerunque corporale eſt: ut ager, ſervus, pecunia: Dixi *plerunque*, quoniam ſæpe (quod in ſequentibus monſtrabitur) etiam incorporale aliquid ex obligatione petimus. Non dicendum igitur eſt hereditatem, & uſumfructum, & obligationem res corporales eſſe, quia quæ continentur in ipſis, (ut dictum eſt) corporalia ſint. Videre enim oportet jus ipſum quod facultatem mihi præbet in univerſum aliena capiendi bona, vel alieno fundo utendi, fruendi,

vel

vel exigendi debita eſſe incorporale, licet corporalia in ipſis contineantur. Sunt inter corporales & quæ vocantur ſervitutes tam domus quam fundi. Et quid eſt ſervitus domus? jus quodam certis modis conſtitutum mente intellectum, quod facit vicinum urbanum tolerare vicini onera. Servitus autem agri eſt jus quoddam certis modis conſtitutum mente intellectum quod facit vicinum in agro tolerare onera vicini. Item uſus. Et quid eſt uſus? jus quoddam certis modis conſtitutum mente intellectum, quod facit me in alieno dominio habere uſum ſolum. Item habitatio. Et quid eſt habitatio? jus quoddam certis modis conſtitutum mente intellectum, quod facultatem mihi præbet habitandi in alienis ædibus, ſeparatum ab uſu & uſufructu.

T I T. III.

De Servitutibus.

DIximus primo loco de ſervitute ruſtici prædii, & ſimul & definitionem cognoviſti: neceſſe eſt nunc dicere ſpecies ſervitutis. Ruſtici prædii ſervitus eſt iter, actus, via, aquæductus. Et quid eſt iter? Habebam verbi gratia ego ruſticum prædium, habebas & tu propinquum alterum: Volens ego in meum ire, indigebam multo circuitu: rogavi te ut præberes mihi iter, hoc eſt, ut liceret mihi ire per tuum prædium, brevis enim erat hæc via ferens in meum agrum: præbuiſti mihi iter, ut tranſirem non cum jumento, neque cum vehiculo. Actus ab agendo jumento dicitur: quando rogabo te v. gr. ut liceat mihi per tuum prædium ire cum jumento vel vehiculo. Ergo habens iter non habet actum: nam cum jumento vel curru tranſire non poteſt. Habens autem actum habet & iter: poteſt enim & ſolus tranſire & cum jumento. Via eſt jus eundi & agendi jumenta. Ergo via hæc habet, quæ & actus. Differentiæ autem ſunt in aliis, quas in Digeſtis docebimur. Aquæductus eſt jus docendi aquam per fundum alienum: ut habebas fundum aqua abundantem, habebam autem ego prope fundum aqua indigentem: petii a te ut liceret mihi ex fonte apud te ſcaturiente aquam ducêre in meum fundum, conceſſiſti hoc mihi; hæc ſervitus dicitur aquæductus.

§. Prædiorum. Dicamus nunc urbani prædii ſervitutes. Servitutes urbani prædii ſunt, quæ ædificiis inhærent. Ideo urbani prædii dicuntur, quoniam omnia ædificia urbana prædia appellantur, etſi in villa ædificata ſunt. Et quæ nam ſunt ſervitutes urbanorum prædiorum? ut onera vicini ſuſtineam; Et quæ ſunt hæ? Habebam ego domum; habebas & tu prope me domum. Quæſivi a te ut liceat mihi meas trabes in parietem tuum immittere, vel ut mihi liceat ſtillicidia ſive fluxus a meis tegulis emittere in ædes tuas, vel in tuam aream. Vel tu habebas tale jus in meas ædes, & quæſivi a te, ut non emitteres in domos meas, vel in meas areas ſtillicidia vel fluxus a tuis tegulis. Vel quæſivi a te tale jus mihi dari, ut non liceret tibi tollere domum tuam, & inde meæ domus lumini officere.

In ſervitutibus ruſticorum prædiorum (oportet enim ad illas reverti) dicunt quidam computari recte aquæ hauſtum, ut liceat mihi venire in tuum agrum, & ex eo fonte, qui eſt apud te, aquam haurire. Item ut potum ducere liceat in agrum tuum meas oves; vel illic paſcere ipſas, quia forte herboſus ſit; vel ut calcem coquam; vel arenam fodiam. Ideo autem hæ ſervitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim ſervitutem poteſt acquirere urbani, vel ruſtici prædii, niſi qui habet prædium; neque rurſus debere quiſquam poteſt aliquam earum ſervitutum, niſi qui prædium habet. *§. Initio.* *§. Ideo autem.*

Si quis velit vicino aliquod jus conſtituere ſervitutis, pactionibus atque ſtipulationibus id efficere poteſt: pactione enim facta, de conceſſa ſervitute ſtipulatur ex conceſſione is, qui eam accepturus eſt; ſpondes manere conceſſæ ſervituti? Quod ſi non manſeris, ſpondes dare mihi pro pœna C. ſolidos? Poteſt etiam in teſtamento quis heredem ſuum damnare dicens; damno te heres, ne tollas ædes, ut non officias vicinæ domus lumini: vel damno te heres, ut patiaris vicinum volentem tignum immittere in tuum parietem, vel emittere ſtillicidia in tuas ædes; vel ut patiaris vicinum habere iter vel actum per tuum fundum, vel aquam ducere ex eo in ſuum fundum. Ergo conſtituitur ſervitus pactis, & ſtipulationibus, & in teſtamentis. *§. Si quis.*

T I T. IV.

De Uſufructu.

PErcurramus nunc poſt prædiorum ſervitutem ea, quæ dicenda ſunt de uſufructu; Quid autem ſit uſuſfructus, definitum eſt in ſuperioribus. Sed non abſurdum fuerit & alteram afferre diffinitionem. Uſuſfructus eſt jus quoddam, quod facit me alienarum rerum habere uſum & fructum, ſalva rerum ſubſtantia: Quoniam vero incorporalis eſt uſuſfructus, dicitur autem de corporali: neceſſe eſt ſublato corpore tolli & ipſum: ut dedi tibi uſumfructum mei ſervi, & tu quidem uſufructuarius es, ego autem proprietarius. Quandiu vivit ſervus, uſuſfructus conſiſtit, eo autem defuncto uſuſfructus extinguitur. Uſuſfructus igitur a proprietate ſeparationem recipit, idque pluribus modis accidit, ut exempli gratia: legavi tibi mei agri uſumfructum: heres quidem habet hujus agri proprietatem; legatarius autem uſumfructum. Vel contra, legavi tibi fundum deducto uſufructu: hic legatarius quidem habet proprietatem, heres autem uſumfructum. Vel rurſus: alii quidem legavi uſumfructum, tibi autem proprietatem. Et hæc quidem in teſtamento. Sine teſtamento vero ſiquis velit alii uſumfru- *§. Uſusfructus.*

ctum conſtituere, pactionibus, & ſtipulationibus id efficere debet. Ne autem in univerſum inutiles eſſent proprietates abſcedente ſemper uſufructu, placuit certis modis extingui uſumfructum, & ad proprietatem reverti.

§. Conſtituitur. Conſtituitur autem uſusfructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in ſervis & jumentis, & cæteris rebus, exceptis his, quæ ipſo uſu conſumuntur. In bis enim neque naturali ratione, neque civili uſusfructus poteſt conſtitui. Et quæ nam hæ ſunt res? ut vinum, oleum, frumentum, veſtis. Quibus proxima eſt pecunia numerata: nanque in ipſo uſu & aſſidua permutatione ex eo quod ab altero tranſit ad alterum, quodammodo extinguitur: Quoniam igitur in ipſis uſusfructus procedere non dicitur, S. C. factum eſt, ut & in ipſis utilitatis gratia conſtituatur uſusfructus. Si quis enim moriens inſtituat heredem, & leget tibi mille ſolidos, vel mille ſextarios vini, vel olei, vel XX. modiorum frumenti uſumfructum: capiens tu legatarius ſolidos, vel vinum, vel oleum, efficeris horum dominus præter uſusfructus naturam, uſus enim fructus in alieno dominio eſt. Sed quoniam non conſiſtit in his de jure uſusfructus, merito & regulæ uſusfructus in ipſis exceduntur; uſusfructus enim (ut dictum eſt) in alieno dominio eſt: ſatiſdabis autem mihi te redditurum talia, qualia accipis, ſi contigerit te mori, vel capitis diminutionem ſuſtinere: Non ſolum autem in dictis, ſed & in reliquis rebus, ut veſtimentis, vel cera, vel ubi (ut ſimpliciter dicam) uſus rem, de qua agitur, conſumit. Fiunt autem hæc juris legatarii, ſi æſtimatio ipſarum ineatur non quidem pecuniarum; (pecuniæ enim non æſtimantur, cum ipſæ ſint aliarum rerum æſtimatio) cavente legatario, ſe redditurum ſe harum rerum æſtimationem, ſi deceſſerit, aut capite fuerit deminutus. Ergo ſenatus hac lege lata non conſtituit quidem in ipſis uſumfructum, neque enim poterat; per cautionem autem quaſi uſumfructum conſtituit.

§. Finitur. Finitur autem uſusfructus morte uſufructuarii, & duobus capitis diminutionibus, maxima, & media, & non utendo certo modo, & definito tempore: quæ omnia noſtri Imperatoris conſtitutione continentur. Item finitur uſusfructus, ſi uſufructuarius proprietatis domino cedat: nam ſi cedat extraneo, nihil agit, ſed inefficax eſt ceſſio. Vel e contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei acquiſierit, ſimiliter deſinit. Dicitur autem id conſolidatio, quando concurrit in idem uſusfructus cum proprietate. Si autem ædium quis habeat uſumfructum, eæque incendio conſumptæ fuerint aut terræmotu, vel vetuſtate corruerint; extinguitur uſusfructus ſic, ut ne quidem areæ uſusfructus uſufructuario debeatur: quoniam uſusfructus non ſoli, ſed ædium ipſi traditus fuerat. Cum autem extinctus totus fuerit uſusfructus aliquo dictorum modorum: revertitur ad proprietatem: & ex eo tempore rei dominus pleniſſimam in re habet poteſtatem: hoc eſt, poteſt etiam fructus percipere, cum antea quod fructus percipere non poſſet, non videretur plenam in re habere poteſtatem.

TIT. V.

De uſu & habitatione.

POſt ſervitutes & uſumfructum conſequens eſt dicere de uſu & habitatione. Uſus eiſdem conſtituitur modis, & eiſdem extinguitur, quibus & uſusfructus. Minus autem lucri fit ex uſu, quam ex uſufructu. Nam is, qui fundi habet uſum, nihil ulterius habere poteſt, quam ut illic natis oleribus, pomis, floribus, feno, ſtrameotis, lignis, ad cotidianum uſum ſufficientibus utatur. Eatenus autem licet uſuario morari in eo fundo, ut non videatur moleſtus domino fundi, neque fundum colentibus eſſe impedimento: nec ulli alii jus, quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis dare poteſt: cum is, qui uſumfructum habet, omnia hæc poſſit facere.

§. Item is. Item is, qui ædium uſum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipſe tantum inhabitet, nec tamen transferat in alium habitationem. Quæſitum autem eſt, an hoſpitem licet ipſi recipere; & placuit licere. Permiſſum eſt etiam ei uxorem habere in habitatione, & liberos ſuos, & libertos, nec non alias perſonas liberas, quibus non minus quam ſervis utitur, ut conductis. Si autem ad mulierem uſus ædium pertineat; ſine dubio licet ipſi cum marito illic habitare.

§. Item is ad quem. Si ſervi uſus ad me pertinet, ego tantum operis ejus atque miniſterio uti poſſum. Idem juris eſt, ſi jumenti uſus ad me pertinet. Si autem pecudum, ut ovium uſus mihi legatus eſt, neque lacte, neque agnis, neque lana ex ipſis uti permittor; quia ea in fructu ſunt, hoc eſt in uſufructu, non in uſu. Sed ad hoc tantum confert mihi habere uſum ovium, ut poſſim ducere ipſas in meum agrum ad ſtercorandum: ovium enim ſtercus agrum lætum & fertilem reddit.

§. Sed ſi cui. Sed ſi cui habitatio legata, ſive aliquo modo conſtituta ſit: neque uſus videtur hic eſſe neque uſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod jus. Quæſitum autem eſt, an habens habitationem poſſit hanc alteri locare. Et multis contradicentibus juriſconſultis, ſolo Marcello concedente locationem, promulgata eſt clementiſſimi noſtri Principis deciſio permittens propter rerum utilitatem non ſolum eum in ea degere, ſi velit, ſed etiam aliis locare.

§. Hæc de. Hæc de ſervitutibus, & uſufructu, & uſu & habitatione dixiſſe ſufficiat; de hereditate & obligationibus ſuis locis exponetur. Quoniam vero diximus ſummatim quibus modis naturaliter res poſſidemus; neceſſarium eſt nunc dicere, quibus modis legitimo & civili jure aliena acquirere poſſimus.

TIT.

TIT. VI.

De uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.

Recenſuimus naturales acquiſitiones, cognoſcamus & legitimas. Certum eſt, ſiquis rem ſuam mihi tradiderit, transferre plenum dominium. Quid ſiquis alienam rem, cujus non erat dominus, tradidit, anne mihi tranſfert hic dominium? minime. Quo modo enim cum non haberet. Quid igitur? tranſtulit ad me ipſam, quam habebat, poſſeſſionem; neque eſt hoc parva res. Si enim bona fide rem cepero: (bona fide autem eſt, ſi credam me dominum eſſe ex emptione, vel donatione, aliave juſta cauſa, ut permutatione), olim quidem ſi mobilis erat res, anno decurſo fiebam dominus, ſive in Italia degerem, ſive in provinciis. Si autem immobilis, biennio elapſo, cum fundus domuſve eſſet in Italico ſolo, uſucapi a me poterat, & fiebat mei dominii ex lege XII. tab. Et ne quis putet injuſtam eſſe legem, ut alius quidem per uſucapionem, hoc eſt, temporariam poſſeſſionem fierit dominus; alius autem ſuis rebus privaretur: ſciat hoc introductum eſſe, ne res corrumperentur. Quisque enim ignorans utrum eſſet dominus rei, quam poſſideret, nihil eam curabat, ſperans quandocunque adfuturum verum dominum, qui hanc auferret. Et hanc ob cauſam negligebant res ſuas homines, & negligentibus eis res manebant incuſtodiæ, & earum perditio ob incuriam corruptioque merito accidebat. Cum proſpexiſſet igitur lex XII. tab. hujuſmodi hominum cogitationem, definivit tempus anni in mobilibus, biennii autem in immobilibus: intra quod niſi accedat dominus, ſtabilis res manet apud poſſeſſorem, dominis non indignantibus. Sufficiebat enim ipſis anni bienniive tempus ad res ſuas inquirendas. Sed hæc quidem lex XII. tab. Princeps autem noſter meliore, & humaniore uſus ſententia, juſſit ne tam facile, tam mature ſuis rebus domini defraudarentur. Neque certo loco ſuum concluſit beneficium, ſed promulgavit ſuper hoc generalem conſtitutionem, qua cautum eſt, ut res quidem mobiles per triennium ubique uſucapiantur; immobiles autem per longi temporis poſſeſſionem: id eſt, decennio, ſi domini adſunt; vicennio ſi abſint. Ut fundum tradidiſti mihi, vel domum ad Titium pertinentem, cum te dominum eſſe putarem, & ideo bona fide rem accipienti: Si quidem præſens ſit Titius, ſufficit mihi ad uſucapionem decennium; Si autem abſens fuerit; vicennium. Et hos quidem modos non ſolum in rebus immobilibus, quæ ſunt in Italia, ſed etiam in his, quæ ſunt in provinciis, quæ olim ſtipendiariæ & tributariæ appellatæ ſunt: & paucis, in omni terra, quæ ſub ejus imperio gubernatur, valere conſtituit, præcedente tamen ubique bonæ fidei poſſeſſione.

§. Sed aliquando. Quoniam vero diximus bonæ fidei poſſeſſorem uſucapere poſſe: licet caſus invenire, qui non acquirunt nobis uſucapionem. Ut ſi quis poſſideat liberum hominem, vel ſacram rem, vel religioſam. Quoniam enim uſucapio dominium acquirit; hæ autem res extra dominium ſunt, jure uſucapioni non ſubiiciuntur. Idem intelligendum eſt, ſiquis alienum poſſidet fugitivum, nec enim uſucapi poteſt. *§. Furtivæ.* Neque item res furtivæ, neque vi poſſeſſæ, etiam ſi X. aut XX. anni interceſſerint, & bona fide poſſeſſæ fuerint. Furtivas autem accipe in mobilibus; vi autem poſſeſſas in immobilibus: uſucapionem enim impediunt. Furtivarum quidem rerum lex XII. tab. & lex Attilia uſucapionem inhibuit; vi autem poſſeſſarum Julia & Plautia. Cum quis igitur interrogat te, num poſſidens ex venditione poſſit uſucapere: oportet te prius quærere, utrum bona fide an mala fide poſſideat. Et ſi quidem intellexeris bona fide poſſidere, fac ſtatim iterum interroges: nunquid ſacra eſt res, num religioſa, num libera perſona, num furtiva res, num vi poſſeſſa. Et ſiquid horum eſſe inveneris: reſponde uſucapionem non competere, quia rei vitium ineſt: eſt enim furtiva aut vi poſſeſſa. Ergone fur, & violentus poſſeſſor poteſt uſucapere? Dices forſitan: minime, quia vitium rei ineſt, aut furti, aut violentiæ poſſeſſionis. Atqui non ita decet reſpondere, ordinis enim oblitus eſſes; ſed oportet dicere, non licere uſucapere propter præcedentem rationem, hoc eſt, quia mala fide poſſidet, ſcit enim eſſe furtivam aut vi poſſeſſam. Sed ſi qui per vim poſſidet, vel fur alii dederit bona fide accipienti: tunc (quantum quidem attinet ad priorem reſponſionem) quoniam rei poſſeſſor bona fide poſſidet, non impeditur uſucapio. Impeditur autem propter inhærens vitium rei, quia furtiva eſt, aut vi poſſeſſa. Et quid eſt furtivum? Furtivum eſt non ſolum quod nocte, vel per diem occulte capitur, ſed omnis res mobilis aliena invito domino contrectata; Contrectare autem eſt circa rem agere ſe ut dominum, & facere in ipſa dominis convenientia. Sed ſi verum eſt, quod dictum eſt, nunquam aliena res uſucapi poteſt: omnis enim qui alienam rem poſſidet, invitis dominis contrectat. Quod ſi contrectat invito domino, furtiva res efficitur: furtivæ autem rei uſucapio inhibetur. Deficit autem definitio, & oportet addi ipſi, malo animo, & dicere: Furtivum eſt, non ſolum quod nocte vel interdiu occulte capitur, ſed omnis res mobilis aliena, quæ invito domino malo animo contrectatur.

§. Sed tamen. Sic habens definitio integra eſt, ſed & ſic quoque invenio uſucapionem non procedere. Siquis enim poſſidet alienam rem invito domino, malo animo eam contrectat, & furtivam reddit. Sed hoc eſt falſum. Fieri enim poteſt ut aliquis contrectet rem alienam invito domino, & furti non alligetur; quia malum animum non habeat, ut hoc caſu. Commodavi Titio meum librum, vel locavi ipſi meum ſervum, vel depoſui apud eum meum diſcum:

deceſſit hic te herede: inveniſti tu ea in hereditate, ſuſpicatus eſſe hereditaria: vendidiſti cuidam bona fide accipienti, vel donaſti, vel in dotem dediſti. Ecce rem alienam & invito domino contrectas, & tamen furtiva res non redditur, quoniam malum animum non habuiſti. Ideo non eſt dubium, quin is, qui acceperit, uſucapiat: quoniam & bona ſiue poſſidet, & res vitio caret. Nec enim dici poteſt furtum committere heredem, qui bona fide vendidit. Licet idem cognoſcere & ex alio caſu: Pertinuit ad te uſusfructus ancillæ meæ (uſusfructus autem ancillæ eſt manuum operæ & miniſterium) peperit hæc apud te. Conſtat partum mihi domino cedere ob cauſas ſupra commemoratas; exiſtimans tamen partum ancillæ cedere tibi uſufructuario, vendidiſti hunc vel donaſti. Ecce & hic invito domino feciſti, & tamen quia vacas malo animo, non committitur furtum hoc facto. In univerſum enim ſcire debes furtum ſine malo animo nunquam committi, furtum enim ſine affectu furandi non committitur. Et ego quidem paucos tibi caſus propoſui: varii autem intelligi poſſunt ex rebus, in quibus quis deprehendetur alienam rem alienare invito domino, & furtivam ipſam non facere.

§. Quod autem. Hæc quidem de furtivis. Vi autem poſſeſſum ex facto vim inferentis judicatur. Ut ſi quis me aggreſſus vi expellat mea domo, vel meo fundo. Furtivum enim quid ſit, ex juris regulis comprehenditur. Ergo ſi vi te expellam ex re immobili, non poſſum eam uſucapere, quia poſſideo mala fide. Non tamen qui bona fide a me acceperit, uſucapiet propter vitium, quod in rem cadit (eſt enim vi poſſeſſa) ſi vero vacet vis illatæ vitio: qui eam accipit a me bona fide, poteſt uſucapere. Sed quo nam modo fiat, dicendum eſt. Habebat quidam fundum, quem factus abſens reliquit incuratum, vel etiam præſens nulla ejus cura tenebatur; vel is deceſſit ſine ſucceſſore, & nullus omnino hujus ſuſcepit bona. Cum ego fundum vacare vidiſſem: poſſeſſionem cepi; uſucapere eum nulla poſſum ratione: mala enim fide poſſideo, quem ſcio eſſe alienum. Tamen ſi alii bona fide accipienti tradidero, competit huic uſucapio, & longum tempus (ut dictum eſt) acquirit ipſi dominium. Nec enim prima reſponſio impedit uſucapionem, quia poſſidet bona fide; neque ſecunda, quia vitio res vacat. Sed dicet quis rem furtivam effici: propterea quod ſciens ego fundum eſſe alienum, eum alienans, furtivum facio. Sed ſtulta hæc ratio: furtum enim in immobilibus non committitur. Abolita eſt enim & rejecta quorundam juriſprudentium ſententia, exiſtimantium furtum committi in immobilibus. Sed neque vi poſſeſſa eſt res: nec enim actus per vim conſecutus eſt. Relinquitur igitur decennio, aut vicennio dominum fieri fundi eum, qui accipit bona fide. Cui proſpicitur per conſtitutiones dicentes neminem longa, & indubitata poſſeſſione privari.

§. Aliquando. Diximus res furtivas & vi poſſeſſas uſucapi non poſſe. Eæ tamen interdum cedunt uſucapioni, ut ſi reverſa res fuerit in domini poteſtatem: tunc enim vitio rei purgato procedit ejus uſucapio. Veluti, furatus es ſervum Titii, vel vi acceptum ejus fundum vendidiſti mihi; prohibebatur uſucapio; interea contigit poſſeſſionem transferri a me in Titium dominum: ſtatim res deſinunt eſſe furtivæ, aut vi poſſeſſæ. Ideo ſubditæ poſthac meæ poſſeſſioni ſine dubio uſucapientur.

§. Res fisci. Habe hæc tanquam in prævifione. Si quis condito teſtamento deceſſerit: inſtitutus heres ei ſuccedit. Si autem deceſſerit inteſtatus: adibunt ejus hereditatem liberi, ſi fuerint: his deficientibus, agnati; agnatis vero non extantibus, cognati fiunt bonorum poſſeſſores. Quod ſi hi quoque vel defuerint, vel noluerint cernere hereditatem, res fiunt vacantes, & fiſco cedunt. Quicunque autem actionem habuerit in defunctum vel in rem, vel perſonalem, vel hypothecariam, hanc intra quadriennium movebit in fiſcum. Quoniam hæc præviſa ſunt, quod reliquum eſt, conſidera. Diximus in præcedentibus res furtivas & vi poſſeſſas uſucapi non poſſe. Invenies tamen & aliam rem, quæ non uſucapitur: veluti fiſcalis res uſucapi non poteſt. Tamen Papinianus ſcripſit, ſiquis deceſſerit ſine ſucceſſore, & bona ejus fiant vacantia, ſi prius quam denunciata ſint fiſco, aliqua ex ipſis mihi vendita ſint & tradita: bona fide ementi procedere uſucapionem. Nondum enim facta ſunt fiſcalia, cum fiſcus ea non ceperit. Id non ſolum Pius Imperator, ſed & divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt.

§. Noviſſime. Noviſſime autem ſciendum eſt, rem, quæ uſucapienda eſt, talem eſſe debere, ut nullum in ſe habeat vitium, & bona fide ematur, vel dono capiatur, vel ex alia cauſa accedat. *§. Error.* Et ſciendum oportere veram poſſeſſionis eſſe cauſam. Falſæ enim cauſæ error uſucapionem non parit: Ut, poſſidebam rem exiſtimans me emiſſe, cum non emiſſem; vel dono accepiſſe, cum non eſſet donata: impeditur (quoniam falſa eſt poſſeſſionis exiſtimatio) uſucapio. *§. Diutina.* Poſſidebat quis bona fide alienum fundum, & longo tempore indigebat, ut fieret dominus, & poſt octo vel novem annos deceſſit civili herede inſtituto, vel prætorio ſucceſſore. Hujus heres, vel bonorum poſſeſſor cum de cætero poſſederit, rem ſtabilem habebit, licet ſciens fundum eſſe alienum. Poſſeſſionem enim, quæ bona fide incepta eſt, peſſima ſucceſſoris fides non delet. Quod ſi e contrario mala fide quis alienum fundum poſſidebat: hujus heres vel bonorum poſſeſſor, licet ignoret fundum eſſe alienum, non juvabitur; ideo quod mala fide cœperit defunctus poſſidere. Id autem de longo tempore dictum divi noſtri Imperatoris conſtitutio etiam in uſucapione procedere oſtendit: ut bona fide incœpta a defuncto poſſeſſio in re mobili proſit ſucceſſori ad perficiendum uſucapionem, & confirmandum ipſius tempus; licet ſcierit rem alie-

Digitized by Google

alienam. Et ex adverſo cum male cœperit poſſidere defunctus: bonæ fidei poſſeſſio non prodeſt heredi.

§. *Inter.* Si quis autem bona fide emerit rem alienam & aliquandiu poſſederit, deinde vendiderit: poſſederit autem & is, qui emit ab emptore, conjuncto per utranque emptoris perſonam tempore poſſeſſionis ſecundo: emptori rei dominium acquiritur ex reſcripto divorum Severi & Antonini.

§. *Edicto.* Extat, ut in edicto divi Marci, conſtitutio dicens, eum, qui rem alienam a fiſco emit, quinquennio præterito, rei dominum effici. Edictum autem neceſſarium fuit in his, qui non poterant domini rei emptæ fieri tempore minore quinquennio: veluti, quoniam furtiva forte res erat; & poſt quinquennale tempus conventus emptor exceptione repellebat agentem. Et hæc quidem divus Marcus. Conſtitutio autem divi Zenonis proſpexit, ut qui emit a fiſco, vel dono accepit, vel permutatione, ipſe quidem ſtatim habeat ſecurus, & ſive conveniatur, ſive experiatur, victor fiat. Dominus autem rei ad quadriennium uſque actionem habeat in fiſcum. Idque non ſolum in dominio, ſed etiam in hypotheca eadem ſanxit conſtitutio: ut neque dominus actionem in rem neque creditor Servianam in alienatis a fiſco ſalvas habeat actiones poſt quadriennium. Emanavit autem noſtri Imperatoris conſtitutio, quam nuper promulgavit, qua cavetur, ut eadem obſerventur & in alienatis vel ab ipſo Auguſtiſſimo Imperatore, vel a clementiſſima noſtra Auguſta, quæ Zenonis conſtitutio in fiſcalibus ſtatuit alienationibus.

TIT. VII.

De donationibus.

EST & alius acquirendi modus, qui fit per donationem; & neceſſarium eſt ipſam dividere. Meminimus autem hujus tanquam in tranſitu, etiam in ſuperioribus; ſed nunc plenam ejus doctrinam tradimus. Donationum duo ſunt genera: unum dicitur mortis cauſa; alterum inter vivos. Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter ſuſpicionem fit mortis: ut ſiquis donet alicui navigaturus periculoſam navigationem, vel facturus iter infeſtatum a feris, vel latronibus, vel hoſtibus, ut ſiquid humanum donanti contigerit, ſtabilem habeat donationem, qui eam accepit. Si autem donatarius deceſſiſſet ante donatorem, liceret donatori repetere rem donatam. Similiter ſi pœnituiſſet donatorem, reciperet donationem, æque ac ſi donatarius demortuus fuiſſet. Donationes vero mortis cauſa ſimiles ſunt legatis per omnia. Antea enim cum inter prudentes ambiguitas quædam verſaretur, utrum donationis an legati inſtar haberet: quoniam utriuſque habebat inſignia, donationis inquam, & legati: hi quidem ſimilem eſſe donationi; hi autem legato eam dicebant. Hanc decidit controverſiam noſtri Imperatoris conſtitutio, qua ſancitum eſt, ut per omnia *fere* legatis adæquaretur: *fere* dixi, quoniam a vivente in viventem confertur. Conſtituatur igitur, ſecundum dicta a divina conſtitutione. In ſumma autem mortis cauſa donatio eſt, quando quis ſe mavult habere, quam illum cui donavit, & rem magis haberi a donatario, quam a ſuo herede. Talis donationis auctorem divinus Homerus in Odyſſea Telemachum inducit Piræo donantem, his verſibus: (*a*)

Piræe, non enim ſcimus quo modo erunt hæc opera,
Si me proci ſuperbi in domibus
Latenter occidentes paterna omnia comedent,
Ipſum habentem te volo frui, quam quenquam horum:
Si autem ego his cædem, & mortem plantabo.
Utique mihi gaudenti feres ad domos gaudens.

§. *Aliæ.* Cognita mortis cauſa donatione, dicamus de reliquis donationibus, quæ ſunt inter vivos. Fiunt autem hæ nulla cogitatione ſubjacente mortis: quæ haud ſimiles ſunt legatis; & quas perfectas temere non poſſumus revocare. Perficiuntur autem, quando donator ſuam manifeſtaverit voluntatem in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Et ſicut venditor rem venditam tradere cogitur, ita noſtri Imperatoris conſtitutio cogit eum, qui donare voluit, omnino tradere rem donatam, præbens perfectionem donationi; etiam ſi traditio non ſubſequatur. Nec ſolum hoc circa donatarios conſtituit clementiſſimus noſter Imperator, ſed & aliud quiddam ſuperinduxit. Nam cum retro principes donationes inſinuari actis intervenientibus juſſiſſent, ſi donatio major eſſet CC. ſolidis: ipſe reſpondit uſque ad D. ſolidos etiam ſine inſinuatione ratam eſſe donationem. Et quaſdam invenit donationes, quæ neque actis inſinuari deſiderant, ſi D. ſolidorum ſummam non excederent: ſed habere pleniſſimum robur juſſit. Et alia inſuper multa ad uberiorem exitum & firmitatem donationum invenit, quæ omnia licet colligere ex eiſdem conſtitutionibus.

§. *Sciendum.* Sciendum tamen donationes, licet pleniſſimæ ſint, dicto modo factæ, ſi ingratus fuerit donatarius in benefactorem: ex conſtitutione noſtri Imperatoris certis ex cauſis revocari poſſe, ut ne qui, rebus ſuis liberalitatis gratia in alium translatis, contumeliam & damnum patiantur ab illis, quibus donarunt. Modos autem ingrati animi & actiones, per quas donationes revocantur, diſcere poterit, quiſquis legerit eandem conſtitutionem.

§. *Eſt & aliud.* Eſt & alia ſpecies donationis inter vivos prudentibus quidem veteribus incognita, conſtitutionibus vero principalibus juniorum prudentium nuper edita, quæ dicitur ante nuptias do-

(*a*) Odiſſ. XVII. *circa princ.*

donatio. Facit autem hanc ſponſus in ſponſam, quæ tacitam in ſe habet conditionem, ut tunc rata ſit, cum matrimonium fuerit conſecutum. Nominatur autem ante nuptias, quia fiebat ante nuptiarum conjunctionem, nunquam autem poſt nuptias. In univerſum enim omnis donatio celebratis nuptiis inter virum & mulierem interdicta eſt. Sed extat divi Juſtini conſtitutio permittens, ſicut ex antiquis prudentibus licet poſt celebratas nuptias augere dotem (& ſi contigiſſet centum ſolidos datos eſſe in dotem, licere & poſt tempus nuptiarum mulieri addere alias quaſcunque vellet facultates, & majorem facere dotem, nec quiſquam tale factum vocabat donationem) ita & ante nuptias donationem licere viro majorem facere, & una parte augente, conceſſit & alteri paria facere. Sed quoniam hæc quidem volebat conſtitutio, nomen vero donationis ante nuptias erat rebus diſſonum, cum diceretur ante nuptias, quæ fiebat poſt nuptias: clementiſſimus noſter Imperator nolens denominationes eſſe mancas, & conſequentia rebus nomina eſſe ſtudens, conſtituit hujus modi donationes non ſolum augeri conſtante matrimonio, ſed etiam initium accipere (ſi enim ego, conjunctus ſum cum muliere matrimonio, neque feci donationem illi ante nuptias, forſitan propter paupertatem, vel alia de cauſa; nunc autem conſtituere ei aliquam velim: non prohibeor facere) non donationem ante nuptias, ſed propter nuptias eam vocari decernens. Exæquatur igitur per hæc donatio ante nuptias doti. Et ſicut non ſolum augeri, ſed etiam fieri dos poſt nuptias poteſt: ſic & propter nuptias donationes non ſolum præcedent nuptias, verum etiam poſt eas contractas & fient ex parte, & principium capient.

§. Erat olim. Civiles acquiſitiones diximus tum eam, quæ fit per uſucapionem, & quæ per longi temporis poſſeſſionem. Inveniet autem, qui quæret, & alium modum civilis acquiſitionis, eumque vetuſtiorem: is eſt accreſcendi. Fiebat autem hoc modo. Patrimus & Titius communem ſervum habebant: huic Patrimus ſine Titii conſenſu libertatem dedit vindicta, ſive apud magiſtratum. Juſſit civilis lex in hoc caſu Patrimum non ſolum nihil facere, hoc eſt, ſervum non eximere ſervituti, ſed amittere quam in ipſo habebat partem dominii, quæ Titio accreſcebat: & perfecte ſolus Titius fiebat dominus. Sed cum peſſimum hoc eſſet exemplum, & ſervum libertate privari, & humanitate uti, volentes dominos in ſervum damno affici; nolentes autem hujuſmodi genus hominum miſerari & a ſervitute liberare, lucro augeri parte ſervi ipſis accreſcente: invidiæ plenum hoc judicans clementiſſimus noſter Imperator, divinam remedii rationem excogitavit, per quam & Patrimus manumiſſor, & Titius non conſentiens, & ſervus manumiſſus ejuſdem conſtitutioni gratias haberent. Juſſit enim ſervum liberum eſſe: quoniam & priſci legiſlatores multa præter communes regulas libertatis ſtudio conſtituerunt; & Patrimum quidem gaudere ſtabilitate libertatis conceſſæ; & ſocium indemnem ſervari, reddito ipſi precio a manumiſſo pro parte dominii quod in ipſum habebat: quemadmodum eadem diffinitum eſt ſanctione.

T I T. VIII.

Quibus alienare licet, vel non.

NEceſſarium exinde admirabiles caſus enumerare: Aliquando dominus rem ſuam alienare non poteſt; & aliquando qui non eſt dominus, alienandæ rei non ſuæ habet poteſtatem. Dicamus autem primo loco, quando vir non poteſt alienare. Mulier quædam viro conjuncta matrimonio dedit diverſas res in dotem, inter alias fundum; & per traditionem dominum fecit ipſum totius dotis. Vir igitur data omnia ſibi in dotem alienans ut dominus, transfert in accipientem dominium; dotalem autem fundum, hoc eſt in dotem datum Julia lex alienari prohibet, quamquam ejus vir eſt dominus. Verum lex Julia immobiles quidem res in Italia ſitas alienari prohibuit a viro, muliere invita; hypothecis autem has obligare vir non poterat, etiam muliere conſentiente. Sed videbatur iniquius alienationem quidem cum mulieris conſenſu recte fieri, ubi rei erat alienatio; hypothecam autem, ubi dominium ſervabatur adhuc penes virum, non permitti, eadem conſentiente. Sed dicimus legem illud conſideraſſe, delata a viro ad mulierem dotalis fundi alienatione, uſu venire, ut eam audiens, conturbetur mulier, neque velit conſentire. Si vero dixerit quidpiam vir de hypotheca, fore ut ea facile perſuadeatur. Merito igitur jus hypothecæ ſua munivit lege; alienationis vero mulieris difficultati reliquit. Julius igitur alienationem præter mulieris voluntatem prohibuit; hypothecam vero etiam ea volente fieri vetuit. Et locum hæc habebant in rebus tantum immobilibus in Italia. Noſter autem Imperator utiliſſima cogitatione duo commutavit: Juſſit enim non ſolum poſſeſſionum Italicarum, ſed & provincialium interdictam eſſe viro alienationem, & dotalium rerum hypothecam, licet mulier rebus conſentiat: ne muliebris ſexus fragilitas perniciem rebus ipſis pariat. Dicendum nunc, quando qui non eſt dominus poteſt alienare. Hoc procedit ut in hoc caſu: Mutuo ſumpſi a te centum ſolidos. Pro his meum fundum tibi oppignoravi, pactus ut liceret tibi finito anno, niſi mutuum reddidiſſem, pignus vendere. Ecce hic creditur, qui non eſt dominus, bene alienat. Sed ſi quis diligenter inquirat, nihil eſt mirum. Videtur enim dominus, qui eſt debitor, vendere huic ipſi creditori, cui ex pactione concedit vendere, non facta mutui redditione ex fide. Sed olim creditores quidem formam quandam habebant, ſecundum quam concedebatur ipſis vendere hypothecas ſive pignora. Conſtitutio autem noſtri Imperatoris promulgata eſt, quæ

ne-

Digitized by Google

neque creditores impediri vult circa eorum, quæ debentur repetitionem, neque debitores temere ſuis rebus cadere. Certum igitur alienationum modum introduxit, per quem pignorum venditio poteſt procedere. Quæ conſtitutio pari beneficio complexa eſt debitorem & creditorem. Quibus autem modis hæc fieri poſſint, qui eam legerit, poterit invenire.

§. *Nunc autem admonendi.* Licet invenire & alios, qui res ſuas alienare non poſſunt; Veluti pupillus, vel pupilla non poſſunt alienare res ſuas ſine tutoris auctoritate; ideo neque mutuo dant. Cur hoc autem, dicendum eſt: Habe tu hæc tanquam in præcognitione. Definitio mutui eſt, accipientem fieri dominum, ſed nobis obnoxium reddi, non ad hæc eadem, ſed ad alia ejuſdem ſubſtantiæ & quantitatis. Ideo dixi accipientem fieri dominum, ut fugiam uſum & depoſitum: in his enim, qui accipit, non fit dominus. Ideo dixi reddi nobis obnoxium, ut fugiam donationem: in hac enim non eſt obnoxius, qui accipit. Ideo dixi, non ad hæc eadem, ſed ad alia ejuſdem ſubſtantiæ & quantitatis, ut non excipiam uſum mutui: ſi enim cogeretur mutuator eadem dare, quæ accepiſſet, ſuperfluum fuiſſet mutuari. Sumit autem mutuo non omnes res, ſed quæ ſunt in pondere, numero, menſura. Et in pondere quidem ſunt, velut aurum, argentum, plumbum, ſtannum, cera, æs, pix, & omnia talia. In numero autem ſunt, velut tenues nummi. In menſura, velut frumentum, hordeum, & hujuſmodi. His præmonſtratis, reliqua inſtantia ſpectanda ſunt. Diximus pupillum non poſſe ſine tutoris auctoritate alienare res ſuas. Quid igitur quod mutuo dedit præter tutoris voluntatem, ratum ne erit? minime. Nam ſi in mutuo qui accipit fit dominus, hic non fit: quoniam pupillus ſine tutore alienare non poteſt. Ergo nec mutuum conſtat, nec obnoxius factus eſt accipiens. Quid erit igitur? Vindicari poterunt nummi a pupillo: & id quidem, cum nummi extant. Sed ſi accipiens mala fide conſumpſit eos, ſciens ſcilicet pupillum eſſe, qui mutuo dedit: tenebitur actione ad exhibendum: in his enim qui extant, nummis actio in rem datur; in occultatis vero, vel conſumptis mala fide locus eſt actioni ad exhibendum. Si vero expenſi ſunt bona fide, hoc eſt, exiſtimante eo, qui mutuo ſumpſerat, puberem eſſe, qui dedit: tunc actio in rem non competit: neque enim extant nummi. Neque competit ad exhibendum: quoniam iidem neque occultantur, neque mala fide conſumpti ſunt. Quid igitur fiet, ut ne introductum jus pupillo convertatur in ejus damnum? propterea quod nulla ipſi competit actio ex jure, dabitur ipſi condictitia. Et quod non fecit pecuniarum dinumeratio, hoc eſt, ut mutuum conſtaret, & mutuatus condictitiæ fieret obnoxius; hoc facit & bona fides conſumentis: naſcitur enim & hic condictio.

§. *At ex contrario.* At ex contrario qui rem dedit pupillo ſine tutoris auctoritate, dominum eum conſtituit ſine dubio: lex enim non invidet ipſi augenti bona ſua ſine tutoris auctoritate. Quid igitur quum debitor pupilli exolvit ipſi pupillo debitum? an quia conſtat pupillum eſſe dominum ſoluti, ideo liberatus eſt debitor ab obligatione? minime. Nam ſi dicamus liberari debitorem, invenitur alienans obligationem pupillus, propterea quod debitum accipit ſine tutoris auctoritate, quod prohibitum eſt. Ergo in debiti ſolutione tutoris conſenſus neceſſarius eſt. Niſi enim de ejus voluntate ſolverit, debitor non liberatur. Et hoc evidentiſſima conſtitutione clementiſſimus noſter Imperator ſanxit, quæ reſcripta eſt ad cæſarienſes advocatos ex ſuggeſtione Triboniani eminentiſſimi exquæſtoris, qua imperatum eſt, tutori vel curatori debitorem pupilli facere ſolutionem (ſcies enim impuberem eſſe ſub curatore) ſed ita ſolvere debere, ut prius judicialis ſententia celebretur, ſine omni ſumptu permittens fieri ſolutionem. Quo ſubſecuto, ſi & judex pronunciaverit, & debitor ſolverit: ſecuritatem habet ſolutor, tanquam debito liberatus. Sin autem præter dictam diſpoſitionem debiti ſolutio facta fuerit, & ſolutæ pecuniæ ſervantur apud pupillum; vel qui eas accipit pupillus conſumpſit, & ipſe inde auctus eſt, hoc eſt ipſius ſubſtantia facta eſt locupletior, fortaſſe enim domum ſarſit, vel ſuos fundos excoluit, vel magiſtris dedit mercedem, vel creditoribus ſatisfecit: nihilominus ſic quoque impubes habet firmam in debitorem actionem; quam tamen movere tentans & debitum repetere, ſubmovebitur per doli exceptionem. Quod ſi accipiens male conſumpſit, & inutiliter, vel furto amiſit: repetet debitum a debitore, nulla ab initio oppoſita exceptione. Condemnatur enim debitor ſine controverſia, quia temere ſine tutoris auctoritate, non ſecundum noſtri Imperatoris diſpoſitionem ſolvit.

Pupilli quoque, vel pupillæ ſolvere ſine tutoris auctoritate non poſſunt: quia non tranſferunt dominium in accipientem, cum nullam habeant ipſi facultatem alienandi res ſuas ſine tutoris auctoritate. Quid igitur fiet, quando ſolverunt, & non liberati ſunt debito; ut qui non fecerunt nummorum dominum eum, qui accepit? Dicimus, extantibus quidem nummis, habituros eſſe actionem in rem; occultatis autem vel mala fide conſumptis eam quæ eſt ad exhibendum. Si vero bona fide conſumpſerit, quia cum creditor putaret ipſos eſſe puberes, conſumpſit: quoniam non competit actio in rem nummis non apparentibus; excluditur & actio ad exhibendum, malo ſumptu non facto, neque nummis occultatis. Tunc perfecte liberabitur a debito pupillus, & quod non fecit ſine tutoris auctoritate facta dinumeratio; hoc perficiet facta bona fide impenſa. §. *Sed ex diverſo.*

T I T. IX.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

OMnia dicta ſive in rebus ſive in actionibus acquiruntur nobis non ſolum per nos; ſed

ſed & per illos, quos habemus in poteſtate; & per alienos ſervos, io quibus habemus uſumfructum; & per liberos homines & alienos ſervos, quos bona fide poſſidemus, noſtros eſſe credentes. De ſingulis autem diligentius inſpiciamus.

§. Igitur liberi. Primum quidem liberi noſtri, quos habemus in poteſtate, & maſculi, & fœminæ nobis acquirunt. Sed olim undecunque ad ipſos aliquid perveniret, acquirebant nobis habentibus eos in poteſtate, exceptis caſtrenſibus peculiis. Et ita fiebant hæc parentum, quæ a liberis fuerant acquiſita, ut ipſis omnis facultas daretur id, quod ab uno filio, vel una filia acquiſitum eſſet, alteri filio, vel extraneo donare vel vendere, vel quocunque modo applicare. Quod inhumanum cum viſum eſſet noſtro Imperatori, generali conſtitutione congruens remedium adhibuit, quo liberis pepercit, & debitum ſuum patribus reſervavit. Sanxit enim, ut ſiquid ex re patris filiofamilias obvenerit, patre ſorte donante, vel quocunque alio modo ad ipſum transferente: ut hoc valeat a principio totum patri acquitti. Nulla enim iovidia eſt, quod ex patris ſententia profectum eſt, hoc ad ipſum patrem reverti. Quod autem ex alia cauſa ſibi filiusfamilias acquiſivit, hujus quidem uſusfructus patri acquiratur; dominium autem apud filium remaneat. Iniquum enim quod multis laboribus, vel fortunæ proſperitate accedit, alii hoc tradere, & luctus cauſam fieri illi, qui a principio acquiſivit: contriſtat enim quempiam non minus id, quod non acquiſitum eſt, quam quod poſt acquiſitionem eſt ablatum.

§. Hæc quoque. Quoniam autem & ante clementiſſimi Imperatoris noſtri conſtitutionem erant quædam, quæ patri non acquirebantur, ut materna & lucrifacta nuptiis. Erat autem & conſtitutio dicens, licere patri emancipanti filium, tertiam partem rerum, quæ acquiſitionem effugiunt, retinere ratione dominii: quaſi precium acciperet emancipationis. Accidebatque quiddam inhumanum, ut emancipatio in honorem data filiofamilias (quia eum ſui juris efficit) in damnum eidem verteretur; nam ſuis defraudabatur rebus, ſubſtantia diminuta. Unde conſtituit clementiſſimus noſter Imperator, ne amplius tertiam dominii partem, rerum acquiſitionem effugientium filii pater conſequatur, ſed uſumfructum dimidiæ partis. Hoc enim modo & intacta filii res remanet apud filium, & dimidiæ partis uſumfructum accipiens pater, majoris nominis gaudet honore, nam pro tertia dimidiam accipit.

§. Item nobis. Acquirunt nobis præter filiosfamilias etiam ſervi noſtri, ſive per traditionem quid acceperint, ſive ſtipulentur, ſive ex alia qualicunque cauſa acquirant. Hoc enim etiam ignorantibus, & (quod majus eſt) nolentibus dominis acquiritur. Nam ſervus, & qui in poteſtate eſt nihil ſuum habere poteſt, excipe hereditatem. Si meus enim ſervus ab aliquo heres inſtituatur: non aliter hanc tenere poteſt, quam ſi juſſu meo adiverit. Quoniam poſſiot majora eſſe apparentibus lucris occulta onera, & non apparentia. Abſurdum autem erat ignorantes nos, ſive etiam invitos damnoſam ſuſcipere hereditatem. Ideo in ipſius acquiſitione neceſſarium eſt domini juſſum præcedere. Et ſi ſervus meus de mea voluntate adiverit: non aliter hæres fiam, quam ſi ego ipſe inſtitutus eſſem hæres. Convenienter autem & relicta ſervis legata nobis acquiruntur. Non ſolum autem dominium per eos, qui ſunt in poteſtate, nobis acquiritur; verum etiam poſſeſſio. Si quis enim rem non ſuam meæ poteſtatis homini tradiderit, vel mobilem, vel immobilem bona fide accipienti: per ipſius poſſeſſionem dominus fio ex uſucapione, vel longi temporis acquiſitione.

§. De his autem. Hæc de noſtris ſervis. Acquirunt autem nobis, ut dictum eſt, & alieni ſervi, in quibus habemus uſumfructum; non quidem omni de cauſa, ſed ex duabus tantum ex re mea, & ex operis ſuis. Ex re mea eſt, quando curam ipſi mearum pecuniarum commiſi, vel mandavi ipſi pecunias meas fœnerari; & feci ipſum diſpenſatorem. Potuit hic ex induſtria ſua, vel ex agricultura, vel ex datis ad uſuram aliquid extra ea, quæ nobis debentur, lucriſacere: hoc dicitur ex re mea, & mihi acquiritur. Ex operis autem ſuis: ut ſutor erat, vel faber, vel pictor: locavi ipſum ego ut aliis operetur, & mercedem conſtitutam pro ipſius arte accipiat. Hic ultra conſtitutas mercedes potuit aliquid accipere, & quod inde partum eſt, mihi acquirit, hoc eſt ex operibus ſuis. Siquid vero extra has duas cauſas acquiſivit: hoc ad proprietatis dominum pertinet. Ergo ſi hæres inſtitutus ſit, ſive etiam legatarius, & legatum nactus eſt, vel ab aliquo donationem acceperit: non uſufructuario, ſed proprietario id acquirit.

§. Idem placet. Dicta de ſervo, in quo habeo uſumfructum, placent eadem & de illo, quem bona fide poſſideo, ſive liber eſt, ſive alienus ſervus. Nam & ipſi ex duabus cauſis nobis acquirunt: hoc eſt, ex re mea, vel ex operis ſuis. Siquid vero præter has duas cauſas acquirant: ſiquidem liber acquiſivit, quem bona fide poſſideo: jus ei ſervat in illud tempus, quo cognoverit ſuum ſtatum. Quod, ſi alienus ſervus eſt, bona fide a me poſſeſſus: vero dominio acquirit, quæcunque acquiſierit extra duas illas cauſas. Qui autem bona fide poſſedit alienum ſervum, tandiu ex duabus tantum cauſis recipit acquiſitionem, donec triennium prætererit: hoc præterito uſucapit deinde ſervum, & a ſervo parta ex omni cauſa ejus fiunt. Qui enim liberum bona fide poſſidet, non uſucapit, ut dictum eſt; nec uſumfructum habens unquam poteſt uſucapere. Primum quidem quia non poſſidet: poſſeſſione enim deficiente, non procedit uſucapio. Poſſeſſio autem eſt, animo dominandi poſſidere; hic autem jus habet utendi & fruendi. Siquis autem non ſequens juris intellectum, ſed ex apparentibus rem æſtimans, dixerit uſufructuarium poſſidere: alia majori ratione uſucapio prohibebitur: quia mala fide poſſidet uſufructuarius, ſcit enim eſſe alienum: Non ſolum au-

Digitized by Google

autem proprietas per hos ſervos, in quibus uſumfructum habeo, vel quos bona fide poſſideo, vel per liberum, quem poſſideo bona fide credens eſſe meum ſervum; ſed & poſſeſſio nobis acquiritur ſecundum ea, quæ ante dicta ſunt: hoc eſt, ex re mea, vel ex operis ſuis. Si enim rem alienam ex duabus his cauſis acceperint ab eo, qui non eſt dominus: per ea tempora, quibus ipſi poſſident, uſucapio procedet.

§. Ex his. Ex his itaque cauſis apparet per liberos homines, qui non ſunt noſtro juri ſubjecti, neque bona fide nobis ſerviunt, item & per alienos ſervos, in quibus neque uſumfructum, neque bonæ fidei poſſeſſionem habemus, ex nulla cauſa quicquam nobis acquiri poſſe. Et hoc eſt, quod apud omnes dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, excepto ſequenti caſu. Si quis enim vendiderit mihi poſſeſſionem in alio loco ſitam, deinde, cum non poſſim locis illis immorari, miſero meum procuratorem, & hic poſſeſſionem ceperit prædiorum: per eum mihi poſſeſſio acquiretur. Nec ſolum poſſeſſio nobis acquiritur, ſiquid eis noſtro nomine datum fuerit, nobis ſcientibus, verum etiam ignorantibus. Ut vult divi Severi conſtitutio. Deinde poſſeſſione nobis acquiſita tacite ſequitur & dominium, ſi dominus fuerit tradens. Si vero non eſſet dominus: per uſucapionem, vel longi temporis decurſum traditæ rei dominium acquiro.

§. Hactenus. Sufficit hactenus recenſuiſſe quo modo ſingulæ res nobis acquiruntur. Eſt & alius juſtus acquirendi modus per legatum, per quod ſingulæ res nobis acquiruntur. Item per fideicommiſſa, per quæ etiam ſpeciales nobis res poſſunt relinqui. Hæc autem opportunius dicentur in locis inferioribus. Ergo vel naturales ſunt acquiſitiones, vel legitimæ. Et naturales quidem quatuordecim, ut occupatio, præda, & in littore inventi lapilli, vel precioſæ gemmæ, & ex noſtris animalibus fœtus, alluvio, inſula in mari nata, vel in fluvio, relictus alveus a fluvio poſſeſſori propinquus; alienæ materiæ in ſpeciem transformatio, quæ in priſtinam materiam reduci non poteſt, ex aliena ſuaque materia facta ſpecies; commixtio ejuſdem materiæ vel diverſæ, de dominorum voluntate, vel fortuito facta; & regula quæ dicit ſuperficiem cedere ſubjecto, ut in multis caſibus eſt viſum: ut quando ex aliena materia ædificavi in meo ſolo, vel ex mea in alieno; alienæ arboris in ſuo fundo plantatio, & e contrario plantatio ſuæ arboris in alieno fundo, ita ut radices agat; literarum in meis membranis chartiſve impoſitio. In imagine autem regula fallebat: cedebat enim picturæ tabula; Bona fide alienum fundum & poſſidere & ſeminare; Theſaurum ex caſu invenire in ſuo loco, vel ſacro, vel religioſo. In alieno enim ſive privati ſit, ſive principis, ſive fiſci, ſive civitatis locus, dimidiæ partis fit dominus. His accedit traditio. Legitimæ autem acquiſitiones olim quidem quinque; hodie autem quatuor: velut uſucapio, longa poſſeſſio, & apud veteres jus accreſcendi ex temeraria communis ſervi manumiſſione; & legatum, & fideicommiſſum. Sed hæ quidem ſingulares dicuntur acquiſitiones, quoniam una quædam res eſt, quæ geritur, & una venit in dominium noſtrum. Sunt autem & aliæ acquiſitiones, quæ dicuntur per univerſitatem, in quibus una quidem res eſt, quæ fit; multæ autem res ſub una in noſtrum veniunt dominium. Sunt autem acquiſitiones per univerſitatem hæ: Hæreditas, bonorum poſſeſſio, arrogatio, addictio nobis alienorum bonorum, libertatum conſervandarum cauſa; Ac prius de hereditate videndum eſt. Sed quia hereditatum duplex eſt acquiſitio (acquiruntur enim vel ex teſtamento, vel ab inteſtato) neceſſarium eſt prius exponere de ea, quæ obvenit ex teſtamento, & ante omnia docere initio, quo modo teſtamenta ordinentur.

T I T. X.

De Teſtamentis ordinandis.

ANte alia neceſſarium eſt dicere teſtamenti definitionem, ſive etymologiam. Teſtamentum ex eo appellatur, quod teſtatio mentis ſit. Sed ut antiquitatis nihil penitus ignoretur, & ſi hujus ignorantia nullum affert periculum; tamen hiſtoriæ gratia, & diſcendi, quo modo tempore paulatim procedente hæc immutata ſint, non abſurdum fuerit dicere. Olim duo genera teſtamentorum fuerunt: Unum, quod calatis comitiis dicebatur. Alterum, quod procinctum. Et illud quidem fiebat pacis tempore bis in anno, hoc modo: præco totam circuibat civitatem conclamans, & omnis populus conveniebat; & ita qui volebat, teſte populo teſtabatur. Dictum eſt autem calatis comitiis inde, quod calare eſt vocare; comitia autem conventus. Quoniam igitur vocati conveniebant, dictum eſt, calatis comitiis. Hoc autem fiebat, quando exituri erant in prælium, accepto nomine ab habitu, in quo teſtabantur: procinctus enim dicitur accinctus & paratus ad pugnam: Quoniam enim incerta erat reverſio, teſtati primum ſic irruebant in prælium. Hæc duo genera cum eſſent: contingebat quoſdam repentino morbo occupatos mori inteſtatos. Nec enim calatis comitiis teſtabantur, quia tempus nondum inſtabat: neque in procinctu, quia non erat bellum. Deinde illud mali ominis videbatur, teſtari quemquam ſano corpore. Ideo acceſſit tertium genus, quod per æs, & libram dicebatur. Fiebat autem per emancipationem, quæ imaginaria eſt venditio: & fiebat hoc modo. Accedebant quinque teſtes, & libripens, cives romani puberes: quibus præſentibus, futurus mortui ſucceſſor emebat morituri bona, dicens quædam verba ſormalia, quæ nunc ſuperfluum eſt apponere; & dabat ratione imaginarii precii nummum domino bonorum; dicebaturque emens familiæ emptor. Deinde moriturus conſtituebat quid dari deberet poſt ſuam mortem: dicebat enim familiæ emptori ſive heredi: volo te date huic fundum,

Digitized by Google

illi domum, alii centum ſolidos. Et hoc genere introducto, priora illa duo genera calatis comitiis & procinctum ex veteribus jam temporibus in deſuetudinem abierunt. Ipſum autem per æs, & libram neglectum eſt paulatim. Quoniam enim familiæ emptor idem erat & heres; & inde ſciens poſtea ſe eſſe ſucceſſorem bonorum, domino inſidiabatur: ideo ſecundum quidem veterem formam accipiebatur familiæ emptor, quiſquis imaginarie emebat morituri ſubſtantiam; teſtator autem privatim ſcribebat in libris, vel in chartis, quem volebat fore ſibi heredem. Sed hæc quidem dicta teſtamentorum genera ſolum civile jus noverat. Poſtea vero prætoris edictum aliam teſtamentorum formam introduxit. Jure enim prætorio nulla emancipatio, hoc eſt imaginaria venditio fiebat; ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant ad factionem prætorii teſtamenti. Si quis enim teſtabatur, & teſtamentum hoc ſeptem teſtium ſignis ſignari faceret; perficiebatur prætorium teſtamentum: cum civile jus neceſſaria teſtium ſigna non cognoſceret.

§. Sed cum paulatim. Sed poſtquam paulatim partim quidem ex diverſo hominum uſu, partim autem ex conſtitutionum emendationibus in unam conſonantiam civile ſimul, & prætorium jus conjungi cœperunt, conſtitutum, eſt ut uno eodemque tempore (quod civile jus exigebat) ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcribentibus (quod ex conſtitutionibus inventum eſt) & ſignacula imponentibus (quod prætor requirebat) teſtamentum perficeretur. Ergo hodie teſtamenta ex triplici jure conſtituuntur, ex civili, & conſtitutionum, & prætorio. Ex civili quidem deſcendit, ut præſentibus teſtibus uno contextu conjunctim teſtamentum perficiatur; teſtatoris autem, & teſtium ſubſcriptiones ex conſtitutionibus; ſigna autem & ſeptem teſtium numerus ex edicto prætoris. Omnis autem talis obſervatio, ut nulla fraude occupetur teſtamentorum factio, & ab omni dolo ſincera ſit, ex conſtitutione divi noſtri Imperatoris addita eſt: ut teſtator ſua manu ſcribens judicet hunc inſtitui heredem; id ſi non fecerit, neceſſe ſit a teſtibus nomen heredis exprimi. Et (ut ſimpliciter abſolvam) omnia debent procedere ſecundum

§. Poſſunt. ejus conſtitutionis tenorem. Quoniam vero diximus teſtes debere ſigna imponere, ſcite debes uno etiam annulo poſſe omnes teſtamentum ſignare. Quid enim cum ſeptem teſtes annulos haberent omnes unius ſculpturæ, hoc eſt, unam & eandem habentes notam? Licet (quemadmodum Pomponio viſum eſt) & alieno annulo ſignare.

§. Teſtes autem. Illi autem teſtes adhiberi poſſunt, quibuſcum habemus teſtamenti factionem, hoc eſt, qui a nobis poſſunt heredes ſcribi, & nos ſcribere. Sunt autem quidam, qui omnino excluduntur a teſtamenti teſtimonio, ut mulier, impubes, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, ſervus: item improbus inteſtabiliſque: Quis hic autem? dicam exemplo. Teſtante quodam, adhibitus eſt Titius teſtis; teſtificatus eſt, hoc eſt, ſubſcripſit teſtamento, & ſignavit: defuncto autem teſtatore noluit accedere, & teſtificari ſuam eſſe ſubſcriptionem, & ſuum ſignum. Oderunt talem jura, nec permittunt eum quidquam capere ex alieno teſtamento, neque dant ipſi teſtandi facultatem, neque adhibent teſtem alii teſtanti: dicitur talis improbus, inteſtabiliſque.

§. Sed cum aliquis. Quid igitur ſi quis teſtium teſtamenti quidem faciendi tempore liber putabatur, poſtea autem ſervus apparuit? Diſpiciamus an irritum ſit teſtamentum: quoniam ſervus (ut dictum eſt) prohibitus eſt eſſe teſtis. Hac igitur quæſtione vigente, facta eſt prius divi Adriani ad Catonium Vetum conſtitutio. Eadem rurſum emerſa, divi Severus & Antoninus reſcripſerunt ex ſua liberalitate ſe teſtamentum corroborare, ut ſit eodem loco, quo futurum erat, ſi a principio rite factum eſſet, omnibus liberis ad teſtificandum adhibitis: quia quo tempore factum eſt teſtamentum, ille teſtis de omnium ſententia liber eſſe putabatur; nec quiſquam erat, qui quæſtionem ei de ſtatu moveret.

§. Pater. Me teſtante poteſt eſſe teſtis unus cum altero, qui in ejus poteſtate eſt. Sed & ſi duo fratres ſint in ejuſdem patris poteſtate, non prohibentur eſſe teſtes; nihil enim impedit ex una domo, ſive una familia plures alieno teſtamento teſtes adhiberi. Cum quis teſtatur; ſi vult teſtamentum eſſe firmum, contempletur futuros teſtes, & ſcrutetur, num quis teſtium ſit in poteſtate teſtatoris; & ſi eſſe invenerit, repellat ipſum. Illud autem non quærimus, num quis teſtium in poteſtate habeat teſtatorem, vel cum ipſo ſit in aliena poteſtate. Ratio hæc eſt; Utrum vis eſſe teſtatorem, ſui juris, an alieni? Si quidem ſui juris dixeris: non procedit quæſtio, an quis ſit cum eo alieni juris, aut habeat eum in poteſtate. Si autem alieni juris ipſum facies: alia majori ratione teſtamentum prohibes. Qui enim in poteſtate eſt, teſtari non poteſt: quia teſtamentum eſt de rebus ſuis diſpoſitio. Non putatur autem quicquam habere in pleniſſima poteſtate, qui in aliena eſt poteſtate, ita ut faciat in eo, quæ vult. Si vero poſſimus invenire alienæ poteſtatis teſtantem, tunc poſtea ſpectamus, an cætera procedere poſſunt. Et quærentes invenimus veteranum alienæ poteſtatis (veteranus autem eſt, qui militavit, & jam miſſionem accepit) de caſtrenſi peculio teſtari poſſe, quod acquiſivit ex bellicis laboribus: honoraverunt enim eum conſtitutiones. Igitur quoniam teſtator alieni juris inventus eſt, tractabimus ſequentia: Veterano igitur alienæ poteſtatis teſtante ſuper caſtrenſi peculio, pater habens ipſum in poteſtate, vel frater qui ejuſdem eſt poteſtatis cum eo teſtes fieri poſſunt? Nequaquam: domeſticum enim teſtimonium reprobatur in teſtamento, teſtimonium autem domeſticum non ex cognatione, ſed ex eorum conjunctione, qui in aliena poteſtate ſunt, accipimus. Nam etiam ſi conſtitutiones teſtari conceſſerunt ei, qui ſit in poteſtate; tamen requirunt ab eo, ut cum teſtatur, non contemnat diligentiam.

Te-

§. Sed neque.

Teſtans aliquis inſtituit me heredem: non poſſum teſtis adhiberi huic teſtamento; neque is, qui in mea poteſtate eſt, neque pater, qui me habet in poteſtate, neque frater meus, qui in ejuſdem patris eſt poteſtate, quia hoc totum negocium, quod hodie agitur teſtamenti ordinandi gratia, inter heredem & teſtatorem agitur. Nam, etſi olim confuſum fuerat tale jus & quam maxime conturbatum, quando jus familiæ emptoris obtinebat; (quoniam primo aſpectu ipſe putabatur heres eſſe, non poterant conjuncti cum familiæ emptore per poteſtatem teſtes eſſe teſtamento: heredi autem privatim ſcripto (ſicut prædictum eſt) per poteſtatem copulati, & ipſe etiam heres, non prohibebatur eſſe teſtis, diligentia teſtimonio adhibita: propterea quod videretur totum lucrum ferri in familiæ emptorem, ſcriptum autem privatim heredem ignorari.) Attamen permittentes hoc antiqui, & non prohibentes ſcriptum heredem, neque conjunctos ipſi per poteſtatem teſtamento teſtificari, ſuadebant teſtaturos non abuti hoc jure. Et hæc quidem apud antiquos. Imperator autem noſter talem corrigens inconvenientiam (inconvenientia enim videbatur facultatem quidem præbere, ſuadere autem ea non uti) veterum ſuaſionem in legis tranſtulit neceſſitatem. Et ſicut antiquo familiæ emptori prohibitum fuerat omne teſtimonium conjunctorum cum familiæ emptore per poteſtatem: ita neque heredi priſtini familiæ emptoris imaginem retinenti licentiam conceſſit teſtimonium præſtandi; neque aliis illi conjunctis per poteſtatem; videtur enim in ſuum lucrum teſtimonium præſtari. Et quoniam veterum imperatorum conſtitutio heredi permittebat eſſe teſtem, hujuſmodi conſtitutionem vetuit divus noſter Imperator ſuo inſeri codici.

§. Legatariis.

Legatariis autem & fideicommiſſariis (quia non incorporeæ rei ſucceſſores ſunt) & omnibus, qui cum eis ſunt copulati per poteſtatem, liberum dabitur teſtimonium. Immo ſpecialis conſtitutio eſt quædam noſtri Imperatoris ſpecialiter eis concedens, poſſe legata relinquere futuris teſtibus teſtamento, & multo magis his, qui conjuncti ſunt per poteſtatem.

§. Nihil.

Nihil autem refert, in qua materia factum ſit teſtamentum: utrum in tabulis, an in chartis aut in membranis, aliave materia: puta, in pelle, vel eboreis pugillaribus.

§. Sed & unum.

Poteſt aliquis teſtans multa pariformiter ſcribere teſtamenta: ſic tamen ut unumquodque ipſorum ſecundum obtinentem in teſtamentis obſervationem conficiatur. Id autem neceſſarium eſt, ut ſint multa exemplaria teſtamentorum. Interdum enim aliquis navigaturus habere ſecum vult teſtamentum, & alterum domi relinquere, ex quo mortui voluntas indicatur. Evenit & ob alias innumerabiles cauſas, maxime neceſſarium id eſſe, quæ ex humanis caſibus contingunt. Nonnunquam enim accidit furto auferri unum, vel eum, qui acceperit in depoſito, iter facere, nec conſtare, ubi nam locorum commoretur.

§. Sed hæc.

Hæc autem omnia intelligenda ſunt de teſtamentis, quæ in ſcriptis conficiuntur. Si quis autem ſine ſcriptis voluerit facere teſtamentum, civile videlicet (ſine ſcriptis enim teſtamentum prætor non novit, qui enim poſſit, qui ſigna requirit ſemper?) Si igitur præſentibus ſeptem teſtibus ſuam voluntatem coram ipſis manifeſtaverit, hoc perfectum & firmum jure civili teſtamentum erit conſtitutum.

T I T. XI.

De militari teſtamento.

Diximus in præcedentibus quo modo oporteat condere teſtamentum. Sed illa diligens obſervatio in paganicis quidem teſtamentis locum habet, in militaribus autem vacat omnis hujuſmodi ratio. Conceſſum eſt enim ipſis ex principalibus conſtitutionibus propter eorum juris imperitiam negligentius teſtari. Itaque ſi vel uno præſente teſte teſtentur, vel etiam ſua manu heredis nomen non ſcribant: rata habetur eorum voluntas. Verſantes enim in militia jure ignorant diligentem obſervationem. Sed olim quidem ubicunque degerent, militariter teſtari poterant. Conſtitutio autem noſtri Imperatoris tunc eis conceſſit hoc facere, cum deguot in caſtris, vel in expeditione: quomodocunque enim voluntas ipſorum ordinata ſit, vel in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, ex ipſa corroboratur.

§. Illius autem.

Quibus autem temporibus alibi degunt quam in expeditione, militaribus in teſtando privilegiis non fruentur. Et filiifamilias etiam non prohibentur teſtari, dum eadem obſervent ubique, quæ, cum ſunt extra caſtra.

§. Plane.

Non abſurdum autem ferre in medium, & quæ Trajanus inſcripſit de militari teſtamento in hujuſmodi caſu. Miles quidam convocatis quibuſdam dixit: Hunc, vel hunc volo eſſe heredem, & hunc ſervum manumitti: fecit hæc ſine ſcriptis. Quæſtio poſt ejus mortem nata eſt inter heredes ab inteſtato, & eum qui nominatus eſt. Et heredes quidem ab inteſtato dicebant ea defuncti verba ad teſtamentum non reſpexiſſe; heres autem proferebat militare privilegium, inde teſtamentum confirmans. Hujuſmodi quæſtionem audiens Statilius Severus ad Trajanum detulit: Ille hæc reſcripſit: Militare privilegium, quo ſancitur facta a militibus teſtamenta quomodocunque rata eſſe, ſic intelligi debet: ut prius conſtet teſtamentum eſſe factum, ſive ſine ſcriptis, ſive in ſcriptis. Si defunctus igitur miles, ſuper cujus bonis movetur quæſtio, convocatis quibuſdam ea de cauſa, ut voluntatem ſuam coram teſtibus manifeſtaret, clare protulit, quem vellet habere heredem, & quem ſervorum manumittere dignum duceret: firmum hujuſmodi ſine ſcriptis teſtamentum vocamus. Si vero (quod plerunque in ſermonibus uſuvenire conſuevit) præſentibus aliquibus teſtans alieno dixit: Ego te heredem facio, vel meas res tibi relinquo: non oportet hoc teſtamenti jura habere. Ad nullum enim magis pertinet hoc ſpectare, quam

ad milites, quibus id privilegium datum eſt, ut quomodo velint, teſtentur: ut quæ in ſermonibus dicuntur, in teſtamenti formam non referantur. Alioqui facile poſt cujuſvis militis mortem teſtes exiſtent, confirmantes ſe audiviſſe aliquem defunctum dixiſſe alicui: relinquo te heredem, vel relinquo tibi res meas, unde vere militum voluntates ſubvertuntur.

§. Quinimmo. Miles ſive mutus ſit, ſive ſurdus firmiter teſtatur; ſed ita, ſi non fuerit exauctoratus cauſaria miſſione: inconveniens enim talem militare. Nam hic quidem non audit ducis mandata; ille autem, ſi qua re indiget neceſſaria, velut armis, non poteſt hoc eloqui.

§. Sed hactenus. Sed hactenus ex principalibus conſtitutionibus conceſſum eſt militibus teſtari negligentius donec militant, vel etiam commorantur in caſtris; poſt vero miſſionem, hoc eſt, cum facti ſunt veterani, vel ſunt extra caſtra, licet adhuc militent, paganorum diligentiam debent obſervare. Sed quoniam diximus milites quidem teſtantes in caſtris, tuto diligentiam contemnere, veteranos autem eam obſervare debere: ſpecta hinc ortam quæſtionem, quæ eſt inter militem & veteranum. Miles in caſtris degens, quomodolibet teſtatus, miſſione accepta deceſſit: videamus nunquid obtineat ejus voluntas. Ac ſi quis examinaverit tempus, quo factum eſt teſtamentum: ratum haberi dico, etiam diligentia non adhibita. Si vero mortis tempus; non oportet valere quod factum eſt ſine diligentia: Quid igitur? tempus tollit dubitationem. Et ſi quidem intra annum poſt miſſionem deceſſerit, puta decimo, vel undecimo, vel duodecimo menſe, militare adhuc ipſum teſtamentum vocans, firmum eſſe jubeo. Si vero obiat anno poſt miſſionem elapſo, irritum eſt: Satis enim fuit intermedium tempus ad eum commonendum, ut ſervaret debitam diligentiam circa teſtamenta, ita ut ſecundum eam immutato teſtamento teſtaretur. Quid autem ſiquis militariter teſtatus heredem inſtituit ſub conditione: inde deceſſit intra annum poſt miſſionem: conditio autem inſtitutionis poſt annum advenit? Videamus nunquid hoc noceat teſtamento. Minime. Mortem enim requirimus intra annum fuiſſe poſt miſſionem, non autem aditionem.

§. Sed & ſi. Paganus quiſpiam teſtatus eſt non jure, poſtea militavit, & in caſtris degens reſignato teſtamento, quædam adjecit, vel detraxit, vel etiam tantum legit, vel fecit quid aliud, ex quo manifeſta ſit voluntas militis volentis hoc ratum haberi, deceſſit poſtea. Valet etiam non jure factum teſtamentum, quaſi a nova ejus voluntate, quam in caſtris degens habuit in teſtamento. Miles degens in caſtris teſtatus eſt non jure, poſtea capite diminutus eſt; vel cum ſui juris eſſet, dedit ſe arrogandum; vel cum alieni juris eſſet, emancipatus eſt: remanebit teſtamentum nihilominus firmum, ut ex nova militis voluntate, poſt emancipationem. Ex quo enim ipſum non mutavit, firmum habere voluit. Neque capitis diminutio irritum facit teſtamentum: quoniam miles eſt, qui teſtatur. Quod enim, ut procedentes intelligemus, teſtatoris capitis diminutio ſubvertit teſtamentum, id hic non obſervatur; Abſurdum enim, teſtamentum non jure factum, ſed tamen validum civili jure everti.

§. Sciendum. Sunt quidam alieni juris, qui caſtrenſe quidem peculium non habent, ſed quaſi caſtrenſe, idque tam ex prioribus legibus, quam ex poſterioribus conſtitutionibus. Qualia ſunt, quæ percipiunt: Magiſtratus, aſſeſſores, advocati hoc eſt annona ex publico eis præbita. De his permiſſum eſt etiam conſtitutis in aliena poteſtate teſtari. Sed quia parva quædam dubitatio inerat in eis, facta eſt generalis noſtri Imperatoris conſtitutio dicens: quicunque alieni juris peculium quaſi caſtrenſe habeat; teſtari poſſe in eo, ſed communi jure. Si legeris igitur dictam conſtitutionem, nihil ignorabis pertinentium ad jus tale.

T I T. XII.

Quibus non eſt permiſſum teſtamentum facere.

HOminum aliqui quidem teſtantur. Aliqui autem non teſtantur. Dicamus de valentibus teſtari. Sed quia complures numero ſunt, dicamus de non valentibus teſtari, qui pauci ſunt: ut ex his majorem numerum cognoſcamus. Primum qui alieno juri ſubjectus eſt, teſtari non poteſt: quoniam teſtamentum eſt bonorum ſuorum diſpoſitio. Alieno autem juri ſubjectus non poteſt res ſuas, ut vult, conſtituere; ſed adeo quidem prohibitus eſt teſtari, ut quamvis ego pater (ut ſolet fieri) per obſequium ei permiſerim in quantam vult partem meæ ſubſtantiæ teſtari, tamen teſtari jure non poſſit: non decet enim, privati voluntatem jure publico eſſe firmiorem: Sunt tamen qui etiam alieno juri ſubjecti teſtantur, ut habentes caſtrenſe peculium, quod a principio ſolis militibus eſt conceſſum ex auctoritate cum Auguſti, tum Nervæ, tum vero etiam optimi Imperatoris Trajani. Poſtea autem conſtitutio Hadriani, ægre id ferentibus veteranis, conceſſit teſtari etiam alieno jure ſubjectis. Et ſi dicti omnes teſtati fuerint ſuper caſtrenſi peculio: accipiet hoc inſtitutus ab eis heres. Si vero deceſſerint inteſtati, neque liberos habentes, neque fratres ſuperſtites communi jure: ut qualecunque paganicum, peculium id ad parentes pertinebit. Quando enim quis non utatur conceſſo ſibi novo jure, priſco juri eſt locus. Prius autem omne peculium mortui filii pater capiebat. Multæ differentiæ ſunt paganici, & caſtrenſis peculii. Et prima quidem hæc: ſuper caſtrenſi quidem teſtari poteſt alieno juri ſubjectus; ſuper paganico non poteſt. Secunda differentia. Indignatus pater in eum, quem habet in poteſtate, paganicum quidem peculium ei poteſt adimere; caſtrenſe autem non poteſt. Tertia differentia. Si quis mul-

tis

Digitized by Google

tis debens ſuſtinuerit venditionem a ſuis creditoribus, filii quidem peculium, videlicet paganicum convenditur; caſtrenſe autem minime: Eſt & quarta differentia. Si multis filiis ſuperſtitibus, pater deceſſerit, & contigerit unum ex his utrunque habere peculium: paganicum quidem erit commune fratrum; caſtrenſe autem illius tantum, qui acquiſivit. Et quidem peculia omnia filiorum familias pars paternæ ſubſtantiæ perinde eſſe putantur; ac ſervorum peculia dominorum bonis adnumerantur. Dicta autem de caſtrenſibus, intellige & de illis, quæ patri non acquiruntur ex conſtitutionibus, variis de cauſis. Exceptis igitur habentibus caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium, ſi quis alieni juris teſtatus fuerit: inutile eſt ejus teſtamentum, & ſi factus ſui juris deceſſit. Spectamus enim ſemper non ſolum tempus mortis, ſed & factionis teſtamenti, an in utroque tempore teſtandi facultatem haberet.

§. Præterea. Secundo loco teſtamentum facere non poſſunt impuberes. Scis enim teſtamentum dici mentis teſtationem; impubes autem animi judicium non habet: Sed neque furioſi poſſunt teſtari, quia mente carent. Ergo neque impubes teſtamentum facit, neque furioſus, quia mentis judicium huic quidem non advenit, hunc autem defecit. Infirmum autem ipſorum teſtamentum, etiam ſi impubes factus pubes deceſſerit, furioſus autem mentis compos. Quod ſi furioſus per id tempus teſtetur, quo furor intermittitur, hoc eſt, per intervalla: quæritur, an obtineat? Et dicatur juſtum eſſe teſtamentum: Quid autem cum quis teſtatus furioſus factus eſt? Furor poſtea interveniens neque recte factum teſtamentum corrumpit, neque a-

§. Item prodigus. lium contractum. Prodigum vero, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt, jus teſtari non permittit; teſtamentum autem factum ante prodigalitatem, hoc eſt, priuſquam bonorum adminiſtratio ei interdiceretur, ratum eſt.

§. Item ſurdus. Item mutus & ſurdus non ſemper faciunt teſtamentum. Loquimur autem de illo ſurdo, qui omnino non audit; non de eo, qui tarde audit: hic enim teſtatur. Nam & mutum illum dicimus, non qui tarde loquitur, ſed qui omnino non loquitur. Non ſemper, autem appoſui ob eam cauſam: quia ſæpe litteratus, & eruditus caſu aliquo (plurimæ, autem ſunt hunc inducentes cauſæ) audiendi loquendive facultatem amittit. Et quoniam tales apud veteres teſtamentum facere non poterant, conſtitutio noſtri Imperatoris prodiit his, qui in hunc caſum incidunt, quadam cum obſervatione teſtamentum facere permitti. Modum autem & obſervationem perfecte noverit, qui dictam legerit novam conſtitutionem. Si quis autem teſtatus, adverſa valetudine, vel ſupplicio a magiſtratu irrogato, vel alio quolibet caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit: teſta-

§. Cæcus. mentum ante factum firmum remanet. Cæcus tunc poteſt facere teſtamentum, cum obſervat divi Juſtini conſtitutionem.

§. Ejus. Ejus qui apud hoſtes eſt, teſtamentum, quod ibi fecit, non valet, licet contigerit hunc ad noſtram reverti civitatem. Quod vero fecit apud nos teſtamentum, ante quam factus ſit captivus, id valere dicimus. Nam ſi redierit: valet jure poſtliminii; ſi deceſſerit apud hoſtes, valet ex lege Cornelia.

TIT. XIII.

De exheredatione liberorum.

DIximus in præcedentibus quo modo oportet facere teſtamenta: ſcilicet ut teſtator ſua manu ſcribat heredis nomen, aut hoc dicat coram teſtibus, qui ſint ſeptem, & ſubſcribant teſtamento, & hoc ſignent uno contextu: utque unum ex his omiſſum, teſtamentum reddat inutile. Atqui non ſolum ea indigemus obſervatione ad firmiter teſtandum, ſed quærimus & aliud quidpiam. Quia videre oportet, ſi filium in poteſtate habet teſtator, ſive nullius juri ſubjectum: oportet enim hunc vel exheredem ſcribere vel exheredem facere nominatim. Nam ſi ſilentio præterierit; irritum fit teſtamentum ex ipſa ſcriptura. Itaque licet contingat ante filium mori, quam pater: nihilominus invalidum eſt teſtamentum ob regulam dicentem: quæ a principio infirma ſunt, ex poſt factis firmitatem non recipiunt.

Nec poterunt ſcripti heredes accipere defuncti ſubſtantiam, licet filius præteritus non ſuperſit. Et hæc quidem, quando filius eſt ſubjectus. Si quis autem filiam habeat ſubjectam, aut nepotem neptemve, aut pronepotem proneptemve, neque ipſos ſcripſit heredes, neque exheredavit, ſed injuria præteritionis affecit; teſtamentum quidem non infirmatur. Præteriti vero ſcriptis heredibus accreſcunt (jus accreſcendi autem eſt jus partis auferendæ.) Sed ſi ſcripti quidem extranei ſunt, dimidium accreſcit; ſi autem ſui, ex proportione: Veluti tres quidam heredes inſtituit, filia, nepoteve præterito. Si ſcripti heredes extranei quidem ſunt, filia ſive nepos accipiet ſemiſſem: tres autem extranei heredes alterum ſemiſſem. Si autem ſui: accipiunt ex proportione, hoc eſt quadrantem, quantum erant accepturi, ſi pater deceſſiſſet inteſtatus, hoc eſt, quartam bonorum ipſius portionem. Licuit autem hos non ſolum nominatim, verum etiam inter cæteros ſive indeterminate exheredare, dicendo: Reliqui exheredes ſunto. Nominatim autem fiebat exheredatio hoc pacto. Titius filius meus exheres eſto. Poteſt & ab exercitio. Grammaticus eſto exheres. Et ab arte, faber ferrarius. Et ab ætate. Senior, vel junior. Et a colore. Albus & niger. Et ſimpliciter omnis ſermo manifeſte indicans ſubjectam perſonam, nominatim perficit exheredationem.

§. Poſthumi. Oportet autem teſtatorem non ſolum eorum qui nati ſunt, ſed & poſthumorum curam habere, & eos heredes ſcribere, vel facere exheredes: quoniam præteriti ſimul cum partu rumpunt

punt

punt teſtamentum. Nec licet hic differentiam invenire filii filiæve, aut nepotis neptiſve: præteritis enim eis, valet teſtamentum cum ſcriptura; editis autem poſtea in lucem poſthumis, frangitur teſtamentum, & omne inde infirmatur, videlicet ex eorum præteritione. Nec infirmatur ex ſcriptura, ſed ex partu. Quia ſi contigerit mulierem, ex qua poſthumus ſperabatur, abortum facere: nihil impedimento eſt ſcriptis heredibus, quin adeant hereditatem. Sed fœminæ quidem poſthumæ vel nominatim, vel inter cæteros exheredantur. Si enim dixerit teſtator: Eſto mihi quidam heres: reliqui autem ſint exheredes; per hæc verba exheredari poſthuma videtur. Verumtamen, ut ne poſtquam nata eſt, turpe adverſus ſcriptum heredem judicium moveat, dicens: non cogitavit de me teſtator, quando & me ignorabat: oportet & legata relinquere in hæc verba: eſto meus heres quiſpiam, cæteri autem ſint exheredes; ſed naſcenti mihi poſthumæ C. ſolidos lego. Hoc enim ita habente, reſpondemus factam de ea exheredationem inter cæteros, ideo quod ei legatum reliquit: Maſculos autem poſthumos, hoc eſt filium, nepotem, pronepotem, non aliter placuit exheredari, quam nominatim. Sed quod nomen dici poteſt de nondum nato? dicamus manifeſtandum eſſe hoc modo. Quicunque mihi filius naſcetur, exheres eſto; vel quicunque naſcetur ab tali mea uxore, exheres eſto.

§. Poſthumorum.

Sunt & alii poſthumis ſimiles, qui anteceſſore per gradum ſuo defuncto, ſui fiunt, ut in hoc caſu. Habebam filium in mea poteſtate, & ex hoc nepotem neptemve. Sed filius quidem erat etiam ſuus, quia præcedebat. Nepos autem, vel neptis in poteſtate quidem erant; ſed quia eorum pater præcedebat, non erant ſui. Teſtans ego cujus debeo curam habere? Manifeſtum eſt debere filii, & hunc heredem ſcribere vel exheredare. Non igitur nepotis aut neptis? Minime. Hi enim cum non ſint ſui, ſi præteriti fuerint: neque ipſo jure irritum faciunt teſtamentum, neque jus habent accreſcendi. Hæc enim ſuorum propria. Verum ſi talis caſus eſſet mihi perpetuus, bene hæc dicerentur. Sed quoniam poteſt fieri, me vivente, mediam perſonam exire de poteſtate, vel ob mortem, vel quia pater jam dignitatem adeptus eſt: invenitur deinceps nepos neptiſve ſuus ſuave, ut poſt nati, & poſthumos in hoc imitantes. Nam qui ante ſui non erant, nunc fiunt ſui. Et ſicut poſthumi partu, ita hi agnatione rumpunt teſtamentum. Ut ne igitur novus hic ſuus adnaſcens nepos rumpat teſtamentum: ſicut ipſum filium, ita & nepotem neptemve oportet ſcribam heredes, aut exheredem nominatim. Si vero præteriti ſint: agnatione, quando media videlicet perſona ſublata eſt, ut non legitime firmatum infirmant teſtamentum. Et hoc lege Julia Velleja proviſum eſt: quæ lex ad ſimilitudinem poſthumorum exheredes eos fieri docuit: hoc eſt nepotem quidem nominatim, vel inter cæteros; filias autem & neptes cum legati datione.

§. Emancipatos.

Habebat quidam filium filiamve emancipatos, hic teſtans quantum ad jus civile non cogitur eos ſcribere heredes, vel facere exheredes, ignoti enim ſunt XII. tabularum legi ob capitis diminutionem. Prætor autem naturalem ſpectans cognationem novit etiam hos filios; & jubet eoſdem emancipatos ſcribi heredes. Quod ſi teſtator nolit: maſculi quidem nominatim exheredari debent; fœminæ autem & nominatim, & inter cæteros. Quod ſi neque heredes inſtituantur, neque ita, ut dictum eſt, exheredentur: dat eis prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas, per quam filius quidem vel nepos omnem accipiet defuncti ſubſtantiam; filia vero vel neptis tantum accipit quantum lucrabatur per jus accreſcendi, alienæ poteſtati ſubjecta. Habe hæc tanquam in præviſione: Ubi aliquem adoptavero, erit hic mihi filius & jure & natura. Jure quidem propter ipſam adoptionem. Natura autem propter jus: jus enim continet penes ſe naturam. Eo uſque autem naturâ filii pater eſſe putor, quouſque vigent jura adoptionis. Quod ſi ipſum emancipavero, legitimus actus jus ſolvit adoptione conſtitutum, jure non amplius ſervato, abit ſimul & natura non habens id, quo continetur: Hæc ubi præviſa ſint, reliqua ſunt ſpectanda. Matrimonio tibi junxi filiam meam; natus eſt filius; is in tua erat poteſtate. Rogatus tu a me dediſti mihi hunc adoptandum. Quærimus uter noſtrum faciens teſtamentum cogatur hujus curam habere. Et dicimus, quod ego pater adoptivus. Nam propter adoptionem videtur hic ejuſdem juris, cujus ſunt ex juſtis nuptiis quæſiti mihi filii. Ergo ſicut juſtum filium meum, quem habeo in poteſtate, cogor heredem, vel exheredem ſecundum prædicta facere, ita & adoptivum. Tu tamen naturalis pater non cogeris eum heredem ſcribere. Neque enim jure civili tuus eſt filius, quia non habes eum in poteſtate; neque naturali, cum propter jus ego adoptivus videor eſſe naturalis ejus pater; nullus autem duos naturales patres habere poteſt. Quod ſi eum emancipavero: neque civili jure, neque eo quod ad prætorem attinet, inter liberos connumerabitur. Igitur neque ego cogor eum heredem inſtituere; neque naturalis pater idem facere cogetur. Ita enim erit hic filius, ſicut ſi a te naturali patre eſſet emancipatus.

§. Adoptivi.

§. Sed hæc quidem.

Sed hæc quidem ſecundum vetuſtatem. Conſtitutio autem extat noſtri Imperatoris nullam faciens differentiam inter maſculos & fœminas in jure teſtamenti: utramque enim perſonam ad liberorum procreationem ſimiliter aptam natura produxit. Et inde conſtat nullum eſſe inter eas diſcrimen, quod lex XII. tabularum ab inteſtato vocat ſimiliter maſculos & fœminas. Et prætor XII. tabularum legem ſecutus videtur. Itaque ſimplex & ſimile jus introduxit in filiis utriuſque ſexus, cæteriſque per virilem ſexum deſcendentibus, non ſolum natis, verum etiam poſthumis; neque ſolum ſuis, ſed & emancipatis: & juſſit, ſive ſui ſunt filii, ſive emanci-

cipa-

cipati, niſi ſcribantur heredes, nominatim ipſos exheredes fieri: præteriti enim conſimiliter infirmant ex ipſa ſcriptura teſtamentum, ſive ſui ſint, ſive emancipati; ſive jam nati, aut etiam poſthumi poſtea naſcantur. Super adoptivis filiis certam quampiam obſervationem induxit in alia ſua conſtitutione divus noſter Imperator, quam poſuit circa adoptivos.

Miles degens in expeditione teſtatus, ſuos liberos jam natos vel poſthumos, neque heredes inſtituit, neque nominatim hexeredavit; ſed prætentionis nota affecit: Quærimus an valeat ejus teſtamentum? Et dicimus: ſi quidem ſciebat ſibi eſſe liberos, & eorum mentionem non fecit: ſilentium pro nominatim facta exheredatinne accipi, ut cautum eſt imperatoriis conſtitutionibus, & ejus teſtamentum valere. Si vero ignorabat, ipſo jure irritum eſt ejus teſtamentum.

Mater, aut avus maternus teſtantes non habent neceſſe filios ſuos heredes facere vel exheredes, ſed poſſunt eos ſilentio omittere: ſilentium enim matris, aut avi materni tantum valet, quantum patris exheredatio. Neque enim mater filium filiamve; neque avus nepotem neptemve ex filia coguntur ſcribere heredes, aut exheredare: Itaque præteriti neque jure civili juvantur, neque prætor dat eis contra tabulas poſſeſſionem. Hæc enim in ſuis tractantur, non in his, qui deſinunt eſſe ſui. Erit igitur eis aliud ſubſidium, quod paulo poſt dicemus.

T I T. XIV.

De heredibus inſtituendis.

POſt doctrinam, quam ſuper filiorum inſtitutione, & exheredatione poſuimus, neceſſarium dicere, quot alias perſonas poſſumus heredes inſtituere, tam ſervos, quam liberos, & non ſolum noſtros ſervos, verum etiam alienos. Sed noſtros quidem ſervos olim quidem de complurium juriſprudentium ſententia non aliter quam cum libertate inſtituere licebat. Hodie vero & ſine libertate ſervi inſtitutio valet ex noſtri Imperatoris conſtitutione, quæ & ſine libertate inſtitutos eos ſine impedimento vocat ad hereditatem. Id autem non per innovationem aliquam ejus conſtitutio introduxit, ſed ſecuta juriſprudentium ſententiam. Atilicinus enim Juriſconſultus admiſit & ſine libertate ſervi inſtitutionem recte fieri, ut refert Paulus prudentiſſimus, tam in ſuis ad Maſurium Sabinum libris, quam in his, quos ſcripſit ad Plautium. Noſter autem ſervus intelligitur & ille, cujus uſufructu alii conceſſo, nudam in eo habemus proprietatem.

§. Eſt autem. Eſt autem invenire admirabilem caſum, in quo quis ſervum neque cum libertate heredem firmiter inſtituit: id divorum Severi & Antonini ſanctione cavetur. Poſtulavit quidam Titiam adulterii cum Sticho ſervo ſuo commiſſi. Judicio nondum peracto, dicta Titia moriens eundem Stichum cum libertate heredem inſtituit. Poſt ejus mortem quæſtio exorta eſt, valeat ne inſtitutio. Et iidem divi Imperatores reſcripſerunt, ſervum adulterii reum non firmiter teſtamento manumitti ante finem judicii ab ea ipſius domina, quæ quaſi ſubjecta eidem crimini poſtulatur. Ergo inſtitutio hujuſmodi ſervi nullius eſt momenti.

Quoniam autem diximus, nos etiam alienum ſervum recte inſtituere heredem, debes ſcire etiam illum eſſe alienum, in quo teſtator habebat uſumfructum. *§. Alienus.* Cum vero ſervum meum heredem inſtituero cum libertate, & ſine libertate (non enim refert, ſicut dictum eſt) ſi quidem ſubeſt dominio meo, liber fiet, & neceſſarius meus heres. *§. Servus autem a domino.* Sin vero ſupervivens teſtamento eum manumiſero, voluntarius fiet heres pro arbitratu, potens vel adire hereditatem, vel non adire. Neceſſarius enim eſſe non poteſt, ut qui utrunque non poſſit habere ex domini teſtamento, id eſt, hereditatem & libertatem. Si vero non manumiſero eum, ſed alienavero: juſſu novi domini adiens hereditatem illi acquirit. Ipſe enim alienatus non manens ſub meo dominio, neque liber, neque heres eſſe poteſt, licet cum libertate ſit inſtitutus: videtur enim dominus a libertatis datione deſtitiſſe, quatenus eum alienavit. Hæc quidem in noſtro ſervo. *§. Alienus quoque.* Si autem alienum ſervum inſtituam heredem, ſi quidem manet apud ipſum dominium juſſu ejus adiens, hereditatem ei acquirit. Si vero alienatus fuerit vivo teſtatore, aut etiam poſt mortem, ante quam adeat juſſu ejus: tunc de mandato novi domini adire poterit. At ſi vivo teſtatore fuit a ſuo domino manumiſſus ſervus, aut etiam poſt mortem ante aditionem: ut liber factus ſuo arbitrio adibit.

§. Servus autem. Habe hæc tanquam in præviſione. Quarum rerum dominos poſſumus heredes ſcribere, harum & ſervos: nam ſervus perſonæ vicem non ſuſtinens ex ſuo domino denotatur. His præviſis, quod reliquum eſt, ſpecta. Titius ſervum habebat Stichum nomine. Hunc ego Stichum heredem inſtitui his verbis: Eſto mihi heres Stichus poſt mortem Titii ſui domini: Quærimus nunquid teſtamentum irritum ſit, quoniam Titius defunctus non eſt in rerum natura, ita ut ex ipſo ſervus denotetur. Sed placuit, ut teſtamenti inſtitutio firma ſit. Et ut non ſupervivat Titius olim ejus dominus: tamen hæreditati ſubeſt incorporali, & hereditarius eſt ſervus; & cum hereditariis ſervis habemus teſtamenti factionem. Hereditas enim nondum adita perſonam ſuſtinere videtur defuncti, non futuri heredis. Hoc autem verum eſſe, inde patet. Si quis deceſſerit, relicto filio poſthumo: defuncti ſervum recte poſſum inſtituere heredem, poſthumo etiam nondum nato; veruntamen alienum poſthumum (alienus autem eſt qui naſcens non eſt mihi ſuus) non concedunt mihi veteres inſtituere heredem. Si tamen incorporalis hereditas perſonam ſuſtineret futuri heredis, non recte hereditarius ſervus in præſenti caſu heres inſtitueretur. Obtinebant multi dominium unius ſervi. *§. Servus.* Poſſum hunc inſtituere heredem: & dummodo cum omnibus habeam

te-

Digitized by Google

teſtamenti factionem, pro parte dominica unicuique mea acquiretur hereditas.

§. Et unum. *§. Hereditas.*

Poſſum &unum & multos & in infinitum ſcribere heredes. Hereditas plerunque dividitur in XII. uncias: quæ tota aſſis appellatione continetur: Habet autem io ſe has partes, quæ propria habent nomina ab uncia uſque ad ipſum aſſem. Sunt autem hæc: Uncia, duodecima pars hereditatis: Sextans, hoc eſt duæ unciæ, quæ eſt ſexta pars. Quadrans, pars quarta, quæ ſunt tres unciæ: Triens, tertia, quæ facit quatuor uncias: Quincunx, tertia aſſis & duodecima, quæ facit quinque uncias: Semis, dimidia, quæ facit ſex uncias. Septunx, dimidia & duodecima, quæ facit VII. uncias: Bes, duæ tertiæ, id eſt octo unciæ: Dodrans, duæ tertiæ & duodecima, quæ facit novem uncias: Dextans, duæ tertiæ & ſexta, quæ facit X. uncias: Deunx, duæ tertiæ & quarta, quæ facit XI. uncias: As, XII. unciæ. Non ſemper autem in XII. uncias dividi patrimonium oportet, de quo aliquis teſtatur: tot enim unciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit. Siquis unum inſtituerit heredem, verbi gratia, in ſemiſſem: totus as erit in ſemiſſe. Neque enim dicimus ſcriptum quidem ſex uncias capere, reliquos autem ab inteſtato alterum ſemiſſem. Paganus enim eodem jure ex teſtamento & ab inteſtato heredem inſtituere non poteſt. Miles autem maxime: jus enim ipſis eſt in teſtamentis voluntas, quæcunque ſit. Itaque ſi miles teſtans dixerit: Eſto meus heres in tres uncias: qui, ſuccedunt ab inteſtato novem accipiunt. Poteſt autem quis teſtans in pauciores uncias aſſem contrahere, & in plures eum extendere. Sicut poteſt dicere. Ille eſto mihi heres in octo uncias, & ille in ſeptem.

§. Si plures.

Si plures heredes inſtituam, & velim eos æquis partibus mea bona ſuſcipere: ſufficit ſine parte eos inſtituere dicendo: ille, & ille, & ille ſint mei heredes: ubi enim uncias non nominavero, æqua portio eis accedet. Si vero ex partibus inæqualibus eos heredes eſſe velim: tunc ex certa parte ſcribere oportet, & dicere: Ille in quatuor, ille in ſex uncias heredes ſint. Quid autem quod, ſcriptis pluribus heredibus, in aliquibus quidem certas uncias pronunciavi, unum autem ſine parte inſtitui: inſtitutus ſine parte quantum capiet? Dicimus, ſiquidem quicquam aſſi deſit: ſorte enim Primum inſtitui heredem in Quinque uncias, Secundum in tres. Tertium in duas; tum addidi. Quartus ſit meus heres. Vel ſic; Quartus & Quintus & Sextus ſint mihi heredes. Tunc dicimus unum, vel etiam tres ſcriptos ſine parte venire heredes in ſextantem. Si vero præveni, ut conſumpſerim aſſem in tres: uno quidem in ſex uncias, altero autem in quatuor, tertio vero in duas heredibus inſtitutis: deinde unum aut plures ſine parte ſuper induxi: tunc (quoniam nihil eſt reliquum aſſis, in quod poſſint venire inſtituti ſine parte) dimidium illi, illiſve dabitur, qui fuerint inſtituti ſine parte, ut videatur teſtator in viginti & quatuor uncias teſtatus eſſe. Ergo heres ſine parte, vel quod aſſis reliquum eſt, vel dimidium accipit. Nec intereſt, primum ne ſcriptus ſit ſine parte, an noviſſimus, an in medio omnium: ubique enim idem erit effectus. Plures inſtitui heredes ex certa parte, neque conſumpſi in eos aſſem, ſed adhuc aliquid deerat. Id quod reliquum eſt, ad quem pertinebit? Dicendum eſt tacite reliquum ſcriptis heredibus accreſcere. Velut tres inſtitui heredes ex ternis unciis, ut reliquæ ſint aliæ tres unciæ. Hæ tres unciæ tacite unicuique ſcriptorum pro parte hereditaria accreſcent; & inveniuntur deinceps ex effectu unuſquiſque, velut ſcriptus in quatuor uncias, quaſi unoquoque in trientem inſtituto. Quod ſi contra, plures heredes inſtituero ex certa parte, & in ſcriptis ex certa parte duodecim uncias tranſcendi: unicuique tacite decreſcit. Veluti, quatuor heredes inſtitui ex triente. Jus ab unoquoque unciam æqualiter aufert, & cum effectu inveniuntur habentes æqualiter quadrantem.

§. Videamus.

§. Et ſi plures.

Inſtitui plures heredes ex certa parte, & ſupergreſſus ſum duodecim uncias; appoſui autem & alium ſine parte. Is quantum capiet? Dicimus, quantum dupondio deeſt. Velut dixi ſic: Primus ſit meus heres in quincuncem, Secundus in ſemiſſem, Tertius in beſſem; ſit autem & Quartus heres. Reſpondemus quartum reliquas quinque uncias accipere, decem enim & novem unciæ ſcriptis ex certa parte relictæ ſunt. Idem eſt, & ſi dupondium in tres conſumpſi, & poſtea ſuperinduxi aliquem ſine parte. Unum is capiet aſſem, ut ſint omnes unciæ triginta ſex: & vigintiquatuor, vel triginta ſex uncias poſſum in unum aſſem redigere.

§. Heres.

Heredem & pure, & ſub conditione poſſumus inſtituere. Pure quidem: Eſto mihi ille heres; Sub conditione autem: Sit mihi ille heres, ſi navis ex Aſia venerit. Ad certum tempus, vel ex certo tempore non recte ſcribitur quiſpiam heres. Velut, ſit mihi ille heres quinquennio poſtquam ego moriar, a Calendis Januariis. Vel ſic: ſit ille meus heres uſque ad Calendas Januarias: Omiſſo enim tempore, a Calendis, vel uſque ad Calendas, ſic erit inſtituit, ut pure facta.

§. Impoſſibilis.

Inſtitui aliquem heredem ſub impoſſibili conditione dicens: Sit ille mihi heres, ſi mare biberit. Vel etiam legatum ſub tali conditione reliqui alicui, vel fideicommiſſum, vel libertatem ſervo. Auſertur impoſſibilis conditio & pro non ſcripta habetur, & relicta heredi pura efficiuntur. Heredem quendam inſtitui ſub pluribus conditionibus. Quærimus an oporteat expectare, donec omnes impletæ ſint. Et dicimus, ſi quidem conjunctim ſcriptæ ſunt: velut, cum dixi: Sit ille heres, ſi aſcenderit in capitolium, & ſi navis ex Aſia venerit, & quidam factus ſit conſul: oportet omnium exitum expectare. Si vero ſeparatim & disjunctim hæc ſcripſi dicens: Sit ille heres, ſi aſcenderit in capitolium, vel ſi dederit Titio X. ſolidos: utramvis ipſarum implens fiet heres.

§. Si plures.

Il-

§. Hi, quos. Illos quoque firmiter heredes aliquis ſcribit, quos nunquam vidit. Velut, habebat quis fratrem in peregrina terra agentem; is liberos procreavit. Poteſt fratris filios, quos nunquam vidit, recte ſcribere heredes: ignorantia enim teſtatoris circa heredem inſtitutionem non infirmat.

T I T. XV.

De vulgari ſubſtitutione.

POteſt etiam teſtator inſtituere, & ſubſtituere, & (ut paucis expediam) plures gradus heredum facere. Gradus autem heredum dicitur totum habens aſſem. Licet enim nobis ſic teſtari: Sit primus heres. Si autem non fuerit Primus heres; ſit ſecundus. Quod ſi ſecundus non fuerit, ſit Tertius. Tertio non extante, ſit Quartus: & ſic ſubſtituere poſſumus in infinitum. Et noviſſimo loco ſive gradu tanquam in ultimum ſubſidium ſervum noſtrum poſſumus inſtituere: ut ſi contigerit omnes recuſare, ſervus heres fiat neceſſarius.

§. Ex plures. Poſſumus autem uni unum ſubſtituere, & uni plures, & unum pluribus, & pluribus plures. Uni unum: Velut, ſit mihi Primus heres; ſi autem non fuerit primus, ſit ſecundus. Uni plures ſic: ſit mihi Primus heres. Si autem non fuerit: Secundus & Tertius ſint mihi heredes. Plurimis unum ſubſtituimus hoc modo. Primus & ſecundus ſint mihi heredes. Si autem non fuerint: Tertius ſit mihi heres. Et plures pluribus, ut Primus & Secundus ſint mihi heredes. Si autem non fuerint: Tertius & Quartus ſint. Poſſumus & invicem heredes ſubſtituere. Veluti; Sit mihi heres Primus in ſemiſſem, & Secundus in ſemiſſem. Si autem non fuerit primus, ſit ſecundus etiam in ejus partem. Si autem Secundus non adierit, ſubſtituatur primus in ſecundi partem.

§. Et ſi ex disparibus. Si vero & ex diſparibus partibus heredes ſcriptos invicem ſubſtituerit, hunc quidem in ſeptem, illum autem in quinque, nulla partium in ſubſtitutione mentione facta: tantum capiet ſubſtitutus, quantum erat capturus ille, ſi adiiſſet, cui ipſe fuit ſubſtitutus. Nam ſi acciderit eum adire, qui ſcriptus fuit in quinque uncias; illum autem, qui in ſeptem recuſare: non eſt dicendum, primum ex ſubſtitutione capturum eſſe quincuncem, ſed ſeptuncem: tot enim ſecundus adiens erat capturus.

§. Sed ſi inſtitutio. Inſtituit quis heredes. Primum in ſemiſſem, & ſecundum in alterum tantum, dixitque ſic: Si non fuerit ſecundus heres: ſit primus etiam in ſecundi partem. Si autem non fuerit primus, ſit tertius. Severus & Antoninus reſcripſerunt tertium indiſtincte poſſe heredem eſſe, ſive primus ſolus, ſive primus & ſecundus non fuerunt heredes.

§. Si ſervum. Tuum ſervum, cum putarem ſui juris eſſe, heredem inſtitui. Subſtitui autem ſic: Quod ſi mihi non fuerit heres, ſit Mævius heres poſt meam mortem. Juſſiſti tu ſervum tuum, quem inſtitui, hereditatem adire. Quærimus nunquid ſit locus ſubſtitutioni? Et dicimus ſubſtitutum dimidium accipere. Sed poſſit quis dicere, oportere ſubſtitutum totum accipere. Teſtator enim dixit: ſit meus ille heres; ſi vero non fuerit, ſit Mævius. Igitur hic quoniam inſtitutus, cum ſervus eſſet, non poterat heres fieri, oportebat ſubſtitutum in totum vocari: Sed ad hoc dicendum eſt, verba illa. Si heres non erit, ſi quidem inſtitutus alieni juris eſt, & hoc novit teſtator, ſic debemus intelligere: Si neque ipſe inſtitutus erit heres, neque alium faciet heredem, hoc eſt non acquiret alii, ut locum habeat tunc ſubſtitutio. In inſtituto autem illo, quem teſtator putabat eſſe ſui juris, hoc ſignificat verbum, ſi heres non erit: Si hereditatem ſibi, ſive illi, cujus poſtea in poteſtate eſſe incipiet, non acquiret: ut ſubſtitutio locum habeat in toto. Hic autem quoniam jam alieni juris erat, qui reputatus eſt eſſe ſui juris, id propter dimidium ſubſtitutus accipit. Et hoc reſcripſit divus Pius de Parthenio ſuo ſervo: Parthenium enim principis ſervum ratus quidam liberum eſſe, heredem inſtituit, facta his verbis ſubſtitutione: Si vero Parthenius non erit mihi heres, ſit heres Mævius. Et facta eſt tunc conſtitutio, ut dimidium quidem hereditatis per Parthenium principi acquireretur; in alteram vero dimidium Mævius ſubſtitutus vocaretur.

T I T. XVI.

De pupillari ſubſtitutione.

POſſumus non ſolum extraneis heredibus inſtitutis ſubſtituere, verum etiam noſtris liberis his verbis. Ille filius ſit meus heres. Si autem non erit, ſit ille heres: & dicitur hæc vulgaris ſubſtitutio, competit enim omnibus tam extraneis, quam liberis. Sed in extraneo quidem plures ſunt caſus, in quibus ſubſtitutioni locus eſſe poteſt: velut, ſi inſtitutus ante deceſſerit, quam teſtator; vel repudiaverit hereditatem; vel eo ſub conditione inſtituto, deficit conditio. In filio vero locus eſt ſubſtitutioni uno in caſu: velut ſi deceſſerit is, qui in poteſtate eſt, ante quam pater teſtator. Nam ſi deceſſerit pater prius quam filius, ſubſtitutio nulla eſt: exiſtit enim ſtatim heres patri, neque dum abſtinet ſe, deponit heredis nomen. Incorporale enim nomen hereditatis, ſemel uni affixum difficile ad alium tranſit. Eſt & alia ſubſtitutio, quæ procedit in noſtris filiis: & non ſolum in filiis, verum etiam in his, quos habemus in poteſtate: & non ſolum in his, qui ſunt in noſtra poteſtate; verum etiam ſuis impuberibus. Quæ pupillaris dicitur ex ætate, in qua tractatur. Et poſſumus pupillarem ſubſtitutionem facere hoc modo: Sit filius meus heres. Si vero inſtitutus heres deceſſerit impubes: ille ei ſit heres. Et ſi filius heres factus deceſſerit impubes, locus eſt ſubſtitutioni. Licet autem & vulgarem pupillari admiſcere, & eam facere, quæ dicitur vulgari pu-

pupillaris, ſic: Sit heres meus filius, ſi autem non erit (quod proprium eſt vulgaris) vel adhuc impubes deceſſerit (quod proprium eſt pupillaris ſubſtitutionis) ille ſit meus heres. Quid dicis? mortuus eſt ante filius quam pater: ex prioribus verbis ſubſtitutus accedit, & fit heres patris, non autem filii mortui. Sed ſi pater præmortuus eſt, demonſtratus autem heres filius deceſſit impubes: locus eſt pupillari ſubſtitutioni ex poſterioribus verbis: fitque ſubſtitutus heres non patris, ſed mortui filii. Hoc autem, quod pupillaris ſubſtitutionis eſt, non a ſpeciali jure introductum eſt, ſed ex non ſcripta conſuetudine. Nam quia pupilli non poterant teſtari, pro ipſis patres teſtamenta condere juſtum eſt exiſtimatum.

§. Qua ratione. Hujuſmodi motus ratione divus noſter Imperator conſtitutionem promulgavit, quam & in ſuo codice poni juſſit, qua tali caſui proſpexit. Inquit enim: ſi quis mentecaptos habeat filios, vel nepotes, vel pronepotes cujuſcunque ſexus vel gradus, liceat ei, & ſi puberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas ſubſtituere: ſi quidem contigerit tales filios in dementiæ morbo mori. Sin autem reſipuerint: infirmari jubet ſubſtitutionem. Et hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ ſimul ac pupillus adoleverit, infirmatur.

§. Igitur. In quo autem ſecundum traditum modum pupillaris ſubſtitutio conſtituta eſt, duo quodammodo ſunt teſtamenta: unum quod a patre in filium, alterum autem a filio in ſubſtitutum, tanquam ſi ipſe filius ſibi heredem inſtituiſſet. Vel potius (ſi verum dicere oportet) unum quidem eſt teſtamentum; duæ autem hereditates: una quidem a patre in filium derivata, altera autem a filio veniens in ſubſtitutum. Quæcunque enim filius ſuſcepit a patre vel & ipſe ſuperacquiſivit poſt patris mortem, tranſeunt ad ſubſtitutum. Nam quod unum ſit teſtamentum, conſtat ex teſtibus, qui VII. ſoli accipiuntur. Atqui ſi duo fuiſſent teſtamenta, quatuordecim teſtes adeſſe oportuiſſet.

§. Sin autem. Contigit perſæpe aliquem ſubſtituentem filio pupillariter in extremum timorem devenire, ne quo modo ſubſtitutus pupillo, intelligens cum patris morte ſe pupillo ſubſtitutum, inſidietur impuberi: expoſitus autem eſt pupillus inſidiis ob ætatem infirmam. Si igitur formidoloſus pater inveniatur, & velit inde metum evitare; ſcribens pupillum heredem, vulgarem quidem ſubſtitutum ſtatim poſt pupilli inſtitutionem ſcribat intrepide, ſic enim impuberi non poterit inſidiari: neque patre vivente, quia quæ in teſtamento ſcripta ſunt, ignorantur: neque poſt teſtatoris mortem; quia filius jam patri heres declaratus non dat locum vulgariter ſubſtituto. Neque quiſquam eſt, qui velit pupillo inſidiari ſine lucro. Hæc quidem de vulgari. Pupillarem vero ſubſtitutionem ſi quis velit conſtituere, dicat hoc modo: filius meus ſit heres; ſi vero non erit, ſit heres meus ille. Et poſteaquam reliquerit tutores, legata, fideicommiſſa, libertates, in inferiori parte teſtamenti verba hæc ſcribat: Si vero filius factus heres impubes deceſſerit, ſit ei ille heres, & hanc partem proprio lino alliget, propria ſignet cera. In ſuperioribus tamen teſtamenti partibus verba hæc ſcribat: nolo inferiorem teſtamenti partem aperiri, filio meo vivente & adhuc impubere. Facta enim hac pupillari ſubſtitutione, filius inſidias non patietur. Neque enim vivente ipſius patre locus erit inſidiis, quia clauſum ſit totum teſtamentum: neque poſt mortem patris, quia quæ ſcripta ſunt in pupillari ſubſtitutione, ignorantur. Teſtans quis ubi impuberem filium heredem ſcripſit, ſtatim induxit pupillarem ſubſtitutionem. Firma eſt nihilominus ſubſtitutio: niſi quod qui ſic ordinavit, & illic ſcripſit ſubſtitutionem, ubi ſibi filium heredem inſtituit, periculoſe quoad filium heredem teſtari videtur.

§. Non ſolum. Non ſolum autem heredibus inſtitutis impuberibus liberis; pupillariter parentes poſſunt ſubſtituere, ſed & exheredatis. Ergo propter poteſtatem, non quoniam ſcribuntur heredes, accipiunt pupillarem ſubſtitutionem: ideo & exheredatis liberis recte ſubſtituimus. Sed poſſit quis dicere: quid capiet exheredati pupilli ſubſtitutus? Dicimus, ſi quid pupillo contigerit acquirere ab hereditate, vel legatis, vel donationibus cognatorum aut paternorum amicorum, hoc omne venturum eſſe ad ſubſtitutum. Quæcunque dicta ſunt de ſubſtitutione impuberum liberorum inſtitutorum heredum, vel exheredatorum, eadem etiam de poſthumis dicamus. Poſſumus enim poſthumis vulgariter ſubſtituere ſic: ſit poſthumus meus heres. Si vero non erit, ſit meus heres ille. Non eſt autem, ſi non ſit natus, vel natus decedat ante, quam pater. Poteſt autem & pupillariter ſic: Sit poſthumus meus heres. Si vero impubes deceſſerit, ſit ejus ille heres: & conſequenter prædictis vulgari pupillarem in eo facimus ſubſtitutionem.

§. Liberis autem. Hæc nunc prævidenda ſunt. Pars illa teſtamenti, qua pater ſibi heredes inſtituit, dicitur principalis, pars autem illa, qua filio impuberi ſubſtituit, pupillaris. Et a principali pendet pupillaris, & ab ea accipit firmitatem. His præcognitis, quod reſtat videndum eſt. Diximus poſſe nos noſtris impuberibus liberis ſubſtituere; ſed tunc intellige, quando nobis ipſis heredes inſtituimus, hoc eſt, cum condimus partem principalem: Hac enim non facta, pupillaris non habet unde confirmetur. Pars enim & quaſi ſequela principalis eſt pupillaris. Sequela autem inveniri non poteſt, principio non exiſtente. Adeo autem inde corroboratur pupillaris, ut principali infirma neque pupillaris firma ſit. Fac enim propria manu non ſcriptum eſſe ipſum heredis nomen in principali. Nulla utilitas fuerit hoc facere in pupillari, principali non valente.

§. Vel ſingulis. Poſſumus, cum plures impuberes liberos habemus, unicuique pupillariter ſubſtituere, vel etiam noviſſimo impuberi morienti. Sed ſi quidem nullum impuberum liberorum velim mori inteſtatum: ſingulis proprie ſubſtituo. Si vero ſucceſſionem ab inteſtato inter libe-

Digitized by Google

beros ſervari velim: tunc noviſſimo impuberi morienti ſubſtituo alium aliquem extraneum. Et ſi quidem alii deceſſerint: vivi fratres habebunt ab inteſtato hereditatem. Si vero unus ex ipſis noviſſimus impubes obierit, tunc ſubſtitutus accedet.

§. Subſtituitur. Poſſum autem ſubſtituere impuberi nominatim dicendo: Si filius meus inſtitutus heres impubes deceſſerit, Titius ſit ejus heres. Poſſum & generaliter ei ſubſtituere. Ut, plures inſtitui heredes poſt filium meum; vel pluribus inſtitutis heredibus, filium exheredavi. Poſſum generaliter ſic ſubſtituere: Si quis mihi patri erit heres, ſit ſubſtitutus impuberis morientis filii mei. Per quæ verba ex ſubſtitutione in impuberis bona venient & qui ſcripti ſunt heredes, & extiterunt. Nam ſi ſcripti principalem recuſaverint: non accipient bona ex pupillari ſubſtitutione. Dividuntur autem pupilli bona pro parte hereditaria, hoc eſt, in quantum quiſque patri ſuccedit.

§. Maſculo. Et maſculis quidem liberis uſque ad quatuordecim annos licet ſubſtituere; fœminis autem uſque ad XII. Hanc ætatem ſi exceſſerint, ſubſtitutio extinguitur.

§. Extraneo. Extraneo autem vel etiam puberi filio heredibus inſtitutis nemo ſubſtituit ad imitationem impuberum filiorum dicens. Ille ſit mihi heres. Si vero factus heres deceſſerit, verbi gratia, ante XXX. annum, ſit ejus heres ille. Sed hoc ſolum permiſſum eſt nobis facere, ut ſcribentes heredem aliquem poſſimus per fideicommiſſum eum obligare, ut alii hereditatem reſtituat, vel totam, vel pro parte. Fideicommiſſi vero jus qualem habeat effectum, ſuo loco tradetur.

TIT. XVII.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

Didicimus quo modo fiunt jure teſtamenta. Sed ſi quid ex his, quæ diligentiam requirunt, omiſſum fuerit: dicitur teſtamentum non jure civili factum, vel (ut breviter dicam) injuſtum. Contemptus enim eſt forſitan legitimus teſtium numerus vel a jure definitus; vel adfuerunt quidem ſeptem, ſed non omnes ſubſcripſerunt; vel & omnes quidem ſubſcripſerunt, ſed non ſignaverunt; vel hæc quidem fecerunt, teſtator vero ſua manu heredis nomen non ſcripſit; neque quidem coram teſtibus nominavit futurum ſibi ſucceſſorem; vel liberos quidem habens ſuos, neque heredes hos fecit, neque exheredatos. In his omnibus dicitur teſtamentum non jure civili factum. Si vero nihil horum contemptum eſt: neque ſic omnino uſque ad finem robur inerit teſtamento: nam ruptum fit, vel irritum. Rumpitur autem hoc modo: Teſtatus eſt quis recte; non manente teſtatore in eodem ſtatu, teſtamenti jus vitiatur. Si quis enim poſt conditum teſtamentum aliquem adoptaverit, vel ſui juris apud Imperatorem; vel alieni apud Magiſtratum ſecundum ea, quæ dicta ſunt in conſtitutione clementiſſimi noſtri Imperatoris, hoc eſt, quando avus adoptat, tunc enim adoptio manifeſtat ſua jura: factum teſtamentum novi ſui adgnatione tanquam ſi poſthumus natus eſſet, rumpitur.

§. Poſteriore. Etiam alterum teſtamentum jure perfectum poteſt ſuperius rumpere, ſive extitit aliquis heres ex eo, ſive non extitit, poterat autem omnino exiſtere. Hoc enim ſolum ſpectamus, ſi quo caſu potuit heres exiſtere. Et quo modo potens quis heres exiſtere non extitit? Fac inſtitutum heredem in poſteriore teſtamento repudiaſſe, vel vivente teſtatore deceſſiſſe, vel poſt ejus mortem ante aditionem, vel ſub conditione inſtitutum eſſe, & conditionem defeciſſe. His in caſibus contingit teſtatorem factis duobus teſtamentis inteſtatum mori: priore quidem rupto alterius factione; poſteriore autem infirmato, quia nemo inde heres extiterit.

§. Sed & ſi quis. Teſtans aliquis inſtituit primum heredem: poſt aliquod tempus fecit alterum teſtamentum, quod & ipſum jure perfecit, ſecundo herede inſtituto ſic: ſit ſecundus heres in hac & in hac re; nihilominus & ſic primum frangitur teſtamentum: Neque enim quod ex certa parte inſtitutus eſt ſecundus in ſecundo teſtamento, infirmat inſtitutionem. Et hoc divi Severus & Antoninus reſcripſerunt. Cujus conſtitutionis verba ſunt hæc: neque enim abſurdum, ipſorum meminiſſe, quia & aliud quiddam utile ex ipſis poteſt ſignificari. Teſtatus quidam, & pluribus inſtitutis heredibus, in altero teſtamento alium ex certa parte heredem inſtituit: addens nihilominus velle prius teſtamentum valere. Hoc mortuo, venit res ad Severum & Antoninum. Et ita reſcripſerunt Coccejo Campano: Teſtamentum quidem ſecundo loco factum, & ſi in certis rebus inſtitutus eſt aliquis in eo heres, tamen evertit prius: perinde ac ſi ſine rerum mentione in ſecundo teſtamento inſtitutio facta eſſet. Juſſerunt autem heredem quidem eſſe inſtitutum in ſecundo teſtamento; ſed teneri inſtitutis heredibus in priore teſtamento ad hereditatis reſtitutionem, contentum rebus, in quas ipſe ſcriptus eſt heres. Et ſi hæc ſibi relicta non faciunt Falcidiam, tamen oportet illi ſupplere, quod deeſt quartæ. Hujus autem rei cauſa ſunt verba in ſecundo teſtamento ſcripta, in quibus conſtat prius teſtamentum valere. Rupti igitur teſtamenti vitium pluribus modis contingit: Poſthumi enim præteriti nativitas, & novus ſuus adgnatus, & alterius teſtamenti factio rumpit teſtamentum. Sed hæc quidem de rupti vitio.

§. Alio autem modo. Ipſum etiam irriti vitium diſſolvit factum teſtamentum: veluti, cum teſtatus, capite ſit diminutus. Id quibus modis fiat, primo retulimus Inſtitutionum Libro. Si enim teſtator ſuſtinuerit magnam capitis diminutionem, & factus ſit ſervus; vel mediam, & civitate exciderit; vel minimam, & factus ſit alieni juris dando ſe in arrogationem: irritum fit teſtamentum. Ergo, ut jam dictum eſt, tria vitia turbant teſtamenta. Non jure civili factum, ruptum, irritum. Poſſumus autem & irritum ru-

ruptum vocare, & ruptum irritum: & quod a principio non jure factum eſt teſtamentum, irritum vocare poſſumus, & indifferenter his utimur nominibus. Propterea autem proprie unicuique vitio appellationem propriam excogitavimus, ut ex propriis nominibus cognito ſubjacente vitio, poſſimus hoc effugere.

§. Non tamen. Sed dicta quidem tria vitia civile evertunt teſtamentum; prætorium autem non attingunt. Vitium enim non jure civili facti ſatuum eſt dicere in prætorio: Neque rupti vitium diſſolvit ſolum, neque quidem irriti, ſi contigerit teſtatorem effugere, quam ſubſtinuit capitis diminutionem. Prætor enim duo tempora inquirit, & factionis teſtamenti, & mortis. Et ſi invenerit eum utroque tempore habentem teſtamenti factionem, firmum jubet eſſe ejus teſtamentum, de medio tempore non ſolicitus, ſive civitatem ſive libertatem perdiderit: Omnino enim quia ſeptem teſtium inerant ſigna, & in utroque tempore teſtamenti factionem habebat defunctus, (nam & Romanus erat & ſui juris) dat ſcripto heredi ſecundum tabulas poſſeſſionem. Si tamen deceſſerit in capitis diminutione, cum ſe dederit in arrogationem, ut mortuus ſit, priuſquam fieret ſui juris: tunc & ipſe prætor agnoſcit irritum teſtamentum, neque concedit ſcripto ſecundum tabulas poſſeſſionem.

§. Ex eo autem ſolo. Teſtatus quis & ſupervivens factioni teſtamenti dixit, nolo ipſum valere. Ex his ſolum verbis infirmum non redditur teſtamentum, quæ enim jure fiunt, jure ſubverti debent. Quin etiam poſt factum teſtamentum cœpit quis alterum facere teſtamentum, & inter faciendum mortuus eſt, aut etiam ductus pœnitentia non perfecit. Extat divi Pertinacis conſtitutio, firmum jubens eſſe prius teſtamentum. Dicit enim non aliter jure factum prius teſtamentum ab altero infirmari, quam ſi jure factum fuerit & alterum: imperfectum enim teſtamentum invalidum eſt ſine dubio.

§. Eadem. Eadem conſtitutione & illud continetur, non oportere hujuſmodi inſtitutionem valere, ubi quis quia litem habeat adverſus aliquem, principem inſtituit heredem: neque firma vocat talia teſtamenta: Sed neque ſine ſcriptis factam in principem inſtitutionem admittit: neque dicit ſe commiſſurum, ut quicquam accipiat ex ſcriptura, tanquam ex ultima voluntate, niſi adſit ei plena juris auctoritas. Hujuſmodi conſtitutionem divi Severus & Antoninus ſæpe ſecuti reſcripſerunt: etſi legibus non ſubjacemus (inquiunt) tamen ſecundum leges vivimus: quam vocem tam divinam oportet admirari, & in ore habere.

TIT. XVIII.

De inofficioſo teſtamento.

Diximus in præcedentibus poſſe aſcendentes teſtatores non inſtituere heredes deſcendentes, ſed exheredare, vel præteritionis contumelia afficere, in quibus prætorio pro exheredatione accipitur. Sed quoniam parentes nacti hanc licentiam ſuis nocebant filiis, relinquentes eos in paupertate: nam ſi quis aſcendentium per maſculinam lineam eſſet, qui filium exheredaſſet, neque ipſo jure invalidum erat teſtamentum, neque ab inteſtato filius adire poterat: qui enim poſſet, teſtamento exiſtente? neque a prætore contra tabulas habebat, præteritis enim, non autem exheredatis hæc dabatur. Si vero mater eſſet teſtans, deſcendentibus per matrem neque cogitare de contra tabulas poſſeſſione licebat: namque adverſus teſtamentum fœminæ filiis non datur bonorum poſſeſſio contra tabulas. Pro ultimo igitur ſubſidio inventum eſt, ut filii de inofficioſo accuſent, dicantque injuſte ſe exheredatos eſſe, vel præteritos ſub hoc colore: quaſi furioſus fuerit defunctus, quando condidit teſtamentum. Quod a filiis dicitur, non quod revera mortuus inſanierit; ſed quia etſi recte quidem factum eſt teſtamentum, non tamen ut pietatis ratio poſtulabat: nam ſi revera inſaniiſſet, non potuiſſet teſtari, vel magis inſanire idem putandus eſt, quia naturam odit ſine ratione. Non ſolum autem filiis permiſſum eſt, parentum teſtamentum, quaſi non convenienter factum accuſare; ſed & parentibus liberum eſt, filiorum teſtamentum accuſare. Soror autem & frater evertunt tunc mortui teſtamentum, quaſi ſcriptis a jure præpoſiti, quando turpem ſcripti perſonam ſuſtinent: veluti aurigæ, mimi, arenarii, & ex turpi re cogniti. Hoc enim divinis cautum eſt conſtitutionibus. Ergo aſcendentes & deſcendentes: dummodo non extiterint ingrati in mortuum, contra omnem ſcriptum querelam movebunt de inofficioſo; frater autem & ſoror contra turpes tantum perſonas. Ultra autem fratrem, ſororemve cognati nullum habent ingreſſum ad actionem de inofficioſo, ſed ſi tentaverint, convincentur.

§. Tam autem. Liberi autem movent de inofficioſo tam naturales, quam adoptivi, ſecundum ea, quæ dicta ſunt in noſtri principis conſtitutione. Tunc autem moventes quæ eſt de inofficioſo, hac firmiter utentur, quando omni ſubſidio caruerint: ultimum enim eſt ſubſidium actio de inofficioſo. Non enim alio jure abundans, per quod poſſit totam defuncti ſubſtantiam, vel ejus partem accipere, poteſt tranſire ad agendum de inofficioſo, quod non ſolum de natis filiis, verum etiam de poſthumis intelligi oportet.

§. Sed hæc. Hæc autem ſic accipimus, ſi nihil ipſis omnino a mortuo relictum eſt, quod ex divi noſtri Imperatoris conſtitutione introductum eſt ſervantis naturæ convenientem verecundiam. Olim enim niſi totum, quod debebatur, relictum eſſet: locus erat actioni de inofficioſo. Veluti, CD. ſolidorum ſubſtantiam quis habebat: oportebat eum omnino centum relinquere, hoc eſt quartam ſubſtantiæ, ut non ageretur de inofficioſo. Hodie autem vel ſi unus ſolidus exheredato, aut quantacunque pars here-

hereditatis relicta ſit, aut etiam qualiſcunque res: cui et accuſatio ex actione de inofficioſo, conſtitutione ſupplente quod deeſt quartæ partis ab inteſtato: etiam ſi teſtator non adſcripſerit ſua manu velle ſe, ut ſi quid quartæ deeſſe inventum fuerit, hoc ſuppleretur arbitratu boni viri: Hoc enim licet non additum, ipſa conſtitutio naturaliter admittit, vel quaſi naturæ competens.

§. Si tutor. Si quis amplectatur patris voluntatem, non poteſt hanc evertere per actionem de inofficioſo. Unde ſpecta, quodnam quæſitum eſt. Filius, quem ego habebam in poteſtate, erat tutor cujuſdam pupilli. Moriens ego eum, qui mei juris erat, exheredavi, alio inſtituto herede; & legatum pupillo reliqui, cujus ille erat tutor. Repetivit legatum meus filius pupillo relictum: poſtea vult agere de inofficioſo tanquam nihil habens ex paterna ſubſtantia: utrum poteſt; an ex eo impeditur, quod cognita defuncti voluntate hoc idem legatum petivit? Et dicimus nullum eum ſuſtinere præjudicium, quoniam tutelare quoddam officium implens legatum accepit. Ergo recte ſuo nomine actionem de inofficioſo intentabit. Et e contrario hoc quæritur. Habebam ego impuberem filium mei juris: eum impuberem alio inſtituto herede exheredavi nihil ei relinquens. Legavi autem Titio cuidam ſolidos CC.: quem ego teſtamentarium tutorem impuberi reliqui, vel magiſtratus dedit, vel etiam fortaſſis a jure vocatus eſt. Movit Titius impuberis nomine actionem de inofficioſo, & ſuperatus eſt, quod forſitan impubes recte exheredatus inveniatur. Poſtea Titius procedit contra ſcriptum heredem legatum petens, quod ſibi relictum eſt: id ſine dubio accipiet.

§. Igitur. Excludit autem actionem de inofficioſo quarta relicta heredi ab inteſtato vel in legato, vel in fideicommiſſo, vel in mortis cauſa donatione. Donatio autem inter vivos non adnumeratur, niſi quando in hoc data ſit: ut in illis caſibus, quorum meminit divi noſtri Imperatoris conſtitutio; & aliis modis, qui continentur in antiquo jure. Et divalibus tamen conſtitutionibus ſi quarta filio dabitur, actio de inofficioſo ceſſat. Et ſi quidem unus ſit filius, quartam ipſi oportet me relinquere propriæ ſubſtantiæ. Si vero duo ſint, aut plures: quarta omnibus relicta pro rata et ex æquo, tacere facit actionem de inofficioſo: velut, duo ſunt: oportet ſingulis relinquere unam unciam æqualiter & dimidiam. Si vero tres ſint: oportet relinquere ſingulis unam unciam.

T I T. XIX.

De heredum qualitate & differentia.

HEres nomen eſt generale, quod in tria dividitur: heredes enim aut neceſſarii dicuntur, aut ſui neceſſarii, aut extranei. Quis autem eſt neceſſarius? ſervus heres inſtitutus, ideo ſic nominatus, quia velit, nolit, omnino poſt mortem domini ſtatim liber fit, & neceſſarius heres. Itaque qui ſuſpectas habent ſuas facultates, & cogitant neminem toleraturum propter exiguitatem ſuam accipere ſubſtantiam, conſueverunt ſuum ſervum primo, aut ſecundo, aut tertio gradu, aut etiam ulteriori heredem inſtituere: velut, Stichus meus ſervus ſit heres. Ecce in primo gradu: Vel in ſecundo ſic: Sit primus heres, ſi vero non erit, ſit Stichus meus ſervus heres; vel etiam ulterius. Poſtea igitur nullo ſuſtinente adire hereditatem, de neceſſitate Stichus veniet, & fiet heres, & ſi non ſolvantur creditoribus defuncti debita, neque ſatis eis fiat in debitis: manet quidem contumelia liber defunctus; hereditas autem venditur, illis jam non dicentibus hujus defuncti res vendi, ſed Stichi heredis. Poſiti autem creditores in poſſeſſione eas aut diſtrahant, aut inter ſe dividunt. Mercedem autem talis contumeliæ habebit ſervus, primum quidem libertatem, qua nihil precioſius. Deinde & illud ei accedit, ut quæcunque poſt mortem ſui patroni ſibi Stichus acquiſiverit ex aliis cauſis, quam ex occaſione hereditatis, ipſi reſerventur, & non turbentur a creditoribus, etiam ſi defuncti ſubſtantia non ſuffeciſſet implere debita. Et hi quidem ſunt neceſſarii.

Sui autem neceſſarii qui ſint, inſpiciamus. *§. Si autem.*
Sui neceſſarii ſunt: velut, filius filia, nepos neptis, liberi ex filio & deinceps cæteri, qui ſunt in poteſtate mortis tempore. Sed filius quidem & filia habent apud ſe omnino jus ſuorum. Nepos autem & neptis non ſolum etſi fuerint in avi mortui poteſtate, non habent jus ſui; ſed opus eſt eis ad acquirendum, ſive deſiiſſe ipſorum patrem, ex quo geniti ſunt, in poteſtate eſſe ſui patris: morte forſitan aut emancipatione, vel alio qualicunque modo liberatum eſſe a poteſtate. Tunc enim nepos, neptiſve in ſuis patris locum redit. Et ſui quidem propterea appellantur, quia domeſtici heredes ſunt, hoc eſt, etiam vivo patre quodammodo domini exiſtimantur: unde & XII. tabularum Lex primam eis dedit vocationem ordinans jura ſucceſſionis ab inteſtato. Et ſui quidem heredes ob dictas cauſas dicuntur. Neceſſarii autem, quia omnino velint, nolint, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento fiunt heredes. Sed ſecundum quidem civile jus nulla differentia intercedit inter neceſſarium, & ſuum neceſſarium. Prætor autem ſpectans ad jus naturale dat eis licentiam abſtinendi ſe a paterna hereditate, ex quo hanc ſuſpectam putant. Ex duobus enim ingenuis potius eſt contumelia afficere mortuum, quam viventem & ſentientem exinde ignominiam. Ipſo igitur abſtinente, bona mortui accipient creditores, ſed non ſub filii nomine.

Extranei autem ſunt omnes præter hos: ut *§. Cæteri.*
ſimpliciter dicam, quicunque non ſubjecti fuerunt mortui poteſtati: unde & noſtri filii emancipati extranei vocabuntur, & filius matri extraneus vocabitur, & fiet heres: fœmina enim filios in poteſtate habere non poteſt. Teſtans quidam ſuum ſervum hæredem inſtituit. Supervivens

te-

teſtamenti factioni, vindicta hunc manumiſit, & mortuus eſt teſtamento non mutaro: quærimus, inſtitutus heres utrum neceſſarius ſit, an extraneus. Dicimuſque eum eſſe extraneum, quoniam duo ex mortui teſtamenro ad eum accedunt, hoc eſt libertas, & herediras. In extraneis autem heredibus illud oportet obſervare, ut cum eis teſtamenti factionem habeamus, ſive ipſi heredes inſtiruantur, ſive hi, qui ſunr in eorum poteſtate. Hanc autem teſtamenri factionem habere eos requirimus duobus temporibus: quando reſtamur, ut tunc conſtet inſtitutio; & quando morimur, ur bene facta inſtiturio bonum habear effectum. Quod ſi quis diligenter perſcrutabitur, inveniemus & tertium tempus, quo oportet eum habere teſtamenti factionem, hoc eſt, quando adit hereditatem: abſque ulla differentia, utrum pure inſtitutus ſit heres, an cum condirione. Jus enim heredis, hoc eſt, an poſſit bereditare, in illo maxime rempore inſpicirur, quo oporter hereditatem adire. In medio autem tempore inter teſramenti factionem, & teſtatoris mortem, vel exitum conditionis, ex quo conditionaliter aliquis inſtitutus eſt heres, jus beredis mutarum nullum ei affert impedimentum ad ſuccedendum. Ergo ſi contigerit, inſtitutum a me heredem eſſe civem Romanum, deinde poſt reſtamenri factionem civitatem amiſerit, & recuperarit anre, quam moriar; ſive (ex quo conditionaliter inſtirutus eſt heres) aore conditionis exitum: non impedietur heredirare. Ergo (hæc enim eſt collectio ſive effectus) tria quærimus tempora, quibus heres teſtamenri factionem habeat oportet: teſtamenti factionem, morrem teſtaroris, tempus aditionis; potiſſimum autem teſtamenti factionem & adirionem.

§. In extraneis.

§. Teſtamenti. Teſtamenti autem factionem habere intelligitur non ſolum qui teſtari poreſt, ſed etiam qui ex alieno teſtamento poteſt accipere, vel alii acquirere, etſi maxime hic oon poteſt facere teſtamentum: Ideo & furioſus, & mutus & pupillus, & infans, & poſthumus, & filiuſfamilias, & alienus ſervus habere dicuntur teſtamenti factionem. Etſi enim teſtari non poſſunt, ramen ex alterius teſtamenro vel ſibi, vel alii poſſunr acquirere. In furioſo autem oportet caſum ponere, ut a patre ſit heres inſtitutus. Si idem ab alrero inſtituatur: quoad reſipuerit, neque ſibi, neque alii poterit herediratem acquirere.

§. Extraneus autem. Extranei autem heredes dicuntur & voluntarii, quibus poteſtas eſt adeundi, vel non adeundi herediratem. Alii vero neceſſarii dicuntur, qui ad ſucceſſionem vocenrur de neceſſitate. Neque ſolum in hoc differentia eſt; verum etiam in illo, quod ſuccedere hereditati in extraneo quidem dicitur adirio vel ſucceſſio; in neceſſariis autem immixtio: & reiicere hereditatem in extraneo quidem dicitur repudiatio vel ſeparatio; in neceſſario autem abſtinentia. Sed extraneus quidem repudians perinde eſt quaſi nunquam vocatus fuiſſet ad hereditatem; ſuus autem neceſſarius abſtinens, quoniam poſt patris mortem ſtatim heres declaratus eſt, nihilominus nomen heredis retinet, quemadmodum dictum eſt ſæpius. Incorporale enim nomen hereditatis, quod alicui ſemel inhæſir, difficile ad alium tranſit, niſi quidem prætor, abſtinentia cognita, a creditoribus ipſi quietem vindicat. Er in his quidem differentiæ. Io illo autem convenientia: quia ſive neceſſarius immiſcuerit ſe, ſive extraneus adierit, non poſſunt poſtea abſtinere ſe ab heredirate, niſi utique minores ſint XXV. annis. Hominibus enim id ætatis, ſicur in reliquis omnibus cauſis deceptis, ita & hic ex quo temere damnoſam ſuſceperint hereditatem, prætor ſuccurrit, dans illis in integrum reſtitutionem, ut heredirarem relinquant. Quid autem ſi major aliquis XXV. annis divitem eſſe ratus mortui ſubſtantiam, adivit; poſtea vero alienum æs latens emerſit, quod plurimo hereditatem excedebar. Extat divi Hadriani conſtitutio huic ſubveniens. Nam ſi primo aſpectu bereditas viſa eſt copioſa, latens autem poſtea æs alienum apparuir, quod quidem aditionis tempore latebar. Hadrianus quidem ex ſpeciali beneficio certæ perſonæ talem præbuit veniam. Divus autem Gordianus poſtea in milites ſolos talem extendit beneficium.

§. Sed noſtra. Noſtri autem principis benevolentia commune hoc manentibus ſub ejus imperio donavit beneficium. Fecit enim conſtitutionem nobilemque & juſtam faciendi inventarium ante aditionem, certas habens obſervationes: quas ſiquis obſervaverir, etſi tenuem adivit hereditatem, in tantum tenebitur, in quantum bonorum hereditatis quantitas redigitur: ut deinceps neque cretio ſir neceſſaria. Introducta enim fuit cretio, ut cognoſceret prius, adeunda oe ſit hereditas, & ſic adiret: ut nequis ex improviſo damnoſam ſuſciperet hereditatem. Si quis autem contempris quæ continentur in divali noſtri Principis conſtitutione, quæſiverit cretionem, & poſtea herediratem adiverit, non conſequetur auxilium a conſtirutione, ſed univerſum æs alienum poſtulabitur.

§. Item extraneus. Extraneus inſtitutus heres, vel ab inteſtato tanquam legitimus heres poteſt pro herede gerere, vel ut heres miniſtrare, agere, tractare: hoc eſt, nuda voluntate ſuſcipere bereditatem, & beres fieri. Videtur autem pro herede gerere, qui hereditariis rebus utitur, tanquam dominus, vel in vendendo, vel in colendo prædia, locandove. Et ſimpliciter quoquo modo voluntarem ſuam declarer aut re, aut verbo de ſuſcipienda hereditate: dummodo noverir utrum pro herede gerat ex teſtamento, vel ab inteſtaro. Si enim ſcriptus fuiſſet beres, adiiſſet aurem tanquam ab inteſtato vocatus, vel e conrrario: non eſſet heres. Pro herede gerere eſt pro domino gerere, veteres enim heredis nomine pro domino uſi ſunt. Sicut autem dicendo nuda voluntate, ſuſcipio bereditatem, fir heres extraneus: ita & contraria deſtinatione dicendo, non adeo hereditatem, ſtatim ab hereditate repellitur. Mutus, vel ſurdus natus, vel etiam factus poſtea ex morbo, non prohibetur pro he-

re-

rede gerere, & acquirere ſibi hereditatem: dummodo intelligat ſe facere hæc hereditatis cauſa.

TIT. XX.

De Legatis.

POſt doctrinam teſtamentorum neceſſarium dicere de legatis. Sed poſſit quis dicere, hoc facientem doctrinæ continuationem diſſecare. Propoſitum enim erat ordine dicere de rebus, quæ nobis per univerſitatem acquiruntur. Et decens eum, qui dixit de hereditate a teſtamento veniente inducere ſtatim & de ea, quæ venit ab inteſtato, & ſic deinde per reliqua venire ad legatum, quod ſpecialis eſt acquiſitio. Sed in promptu eſt excuſatio: Quoniam enim de hereditate, quæ eſt ex teſtamento, diſſeruimus; in teſtamento autem etiam legata relinquuntur: non extra rationem ullam eſt, deinceps dicere etiam de legatis.

§. Legatum itaque. Prius autem definire oportet, quid ſit legatum. Legatum eſt donatio a defuncto relicta. Sed ipſius quidem legati nomen principale eſt, & quaſi materia. Hinc autem procedunt quatuor genera, vindicatio, damnatio, ſinendi modus, præceptio. Sunt autem verba quædam certa unicuique legati generi aſſignata, per quæ genus ſignificatur. Et vindicationis quidem hæc ſunt verba: Do huic ſolidos CC. Hæc autem vindicatio dominum faciebat legatarium una cum heredis aditione, ut ipſe poſſet omni tempore actionem in rem movere; & ideo referebatur & hæc inter ſpeciales actiones, dominium nobis vendicantibus, ut ſupra prædiximus. Dicebatur autem vindicatio a vindicare, quod eſt, per actionem in rem tueri aliquid. Damnationis autem verba: Condemno te heres dare huic C. ſolidos. Acquirebatur autem hinc contra heredem perſonalis actio, quæ dicitur ex teſtamento. Sinendi modo autem: Condemno te heres, permittere huic hanc rem accipere: & hinc ſimiliter competebat actio ex teſtamento. Præceptionis autem verba: Præcipuam ille ex parte heres hanc rem accipito, itaque non recte ei, qui non eſt heres ex parte, per præceptionem relinquimus. Dicere enim, Romine præcipito, hoc eſt, præcipuum accipito, indicat ſe præſupponere partem aliquam hereditatis: hoc eſt, ultra partem, quam ei relinquo, volo eum habere etiam hoc ex electione: requirebatur autem præceptio propter jus familiæ herciſcundæ. Sed hæc quidem antiquitus. Conſtitutiones autem juniorum principum ſuſtulerunt verba ſolemnia, per quæ ſingula quæque genera ſignificabantur. *§. Noſtra.* Edita vero eſt & divi noſtri Imperatoris conſtitutio, quam cum magna fecit lucubratione, ſtudens validiores firmioreſque eſſe defunctorum voluntates, qua juſſit non verbis, ſed voluntatibus defunctorum attendere, ut omnibus legatorum generibus una ſit natura: & quibuſcunque verbis aliquid derelictum eſſe contigerit, liceat legatariis id accipere per actiones perſonales ſi velint, aut per in rem, vel per hypothecariam. Multa autem alia, & utilia eadem docet conſtitutio. Ejus autem perpenſam vim diſcere licet exactius ejus verba legenti.

§. Sed non uſque. Sed in his tantum non conſiſtit hæc conſtitutio, verum etiam quid majus addidit. Cum enim videret legata quidem magna conſtringi diligentia, in fideicommiſſis autem, qoæ magis fovent teſtatoris voluntatem, pinguiorem indulgeri naturam: neceſſarium duxit omnia legata fideicommiſſis exæquare, ut nihil interſit inter ipſa; ſed quod legatis deeſt, ex fideicommiſſorum natura ſuppleatur; vel in quo legatum exuberat, ejus particeps fiat fideicommiſſum. Sed ut ne confuſe & mixtim de legatis & fideicommiſſis differentes, in ipſis legum primordiis teneriores adhuc juvenum aures difficilioribus doctrinis conturbemus: operæ pretium eſſe duximus per introductionem prius de legatis ſeparatim, & poſtea de fideicommiſſis tractare: ut cognita ſeparatim utriuſque natura, eruditi in poſterum, habitu jam contracto, ſubtiliores, & diligentiores intrepide accipiant doctrinas.

§. Non ſolum. Non ſolum autem res teſtatoris, vel heredis, ſed etiam alienæ legari poſſunt. Non ut dominus ſuis rebus privetur; cogitur enim heres convenire dominum, & colloqui de redemptione. Et ſi quidem non recuſarit dominus vendere: heres qui redemit, dat id legatario. Si vero non potuerit, nolente domioo: æſtimationem rei dabit legatario. Sed ſi quis moriens talem mihi rem legaverit, cujus commercium non habeo, hoc eſt, jus eam acquirendi: non ſolum non expectabo ipſum legatum, ſed neque ejus æſtimationem petere potero. Quid enim quod legavit mihi quidam campum Martium (locus hic publicus Romæ) vel baſilicam, vel templum, vel quæ publicis uſibus deſtinata ſunt, veluti ſpectandi locum, venandi, equitandi? Omnia enim hujuſmodi legata irrita ſunt. Quod autem paulo ante diximus, poſſe me alienam rem firmiter legare, tunc intelligamus oportet, quando ego teſtatus ſciam eam eſſe alienam: ſi enim ignorabam, nullum eſt legatum: nam ſi ſciſſem rem meam non eſſe, forſitan eam non legaſſem, & hoc divi Pii conſtitutio continet. Si quis alienam rem mihi legaverit, & heres nolens eam redimere, & dare, aut dare æſtimationem, dicat legatum eſſe invalidum, quia teſtator ignorabat id eſſe alienum; Contra ego legatarius inſto & repugno, confirmans ipſum eſſe validum, quia defunctus ſciebat rem eſſe alienam: Uter onus habet probandi, heres dicens ignoraſſe teſtatorem, an legatarius ſciiſſe eum contendens? Dicimus legatarium onus probandi habere, non heredem cogi ad probandum, legatarius enim cum ſit actor jure probandi, onus ſuſtinet.

§. Sed & ſi. Titius mutuatus a primo oppigneravit ei pro debito ſuum fundum: moriens Titius prius quam reddiderit debitum, legavit mihi hunc agrum: cogetur heres ſolvere debitum primo, & pignore liberum ipſum mihi dare. Et hic locum

Digitized by Google

eum habet ipſa diſtinctio, quæ etiam in præcedenti caſu, quando aliena res legata eſt. Tunc enim cogitur heres diſſoluto debito liberare legatum ab hypotheca, quia ſcivit defunctus rem eſſe obligatam: & hoc divi Severus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium legatum ab obligatione, & hypotheca liberare, & hoc expreſſerit ſpecialiter, non debet heres id luere.

§. Si res aliena. Alienam rem tibi legavi: ſuperſtite me teſtamenti factioni, tu legatarius factus es ejus rei dominus. Quoniam quidem ipſam rem ab herede petere non potes (quo modo enim quod eſt ſub tuo dominio, concedatur?) ſane neque ejus æſtimationem petere poteris. Sic autem diſtinguendum eſt. Si quidem ex emptionis cauſa id acquiſiviſti, movens in heredem actionem ex teſtamento: accipies ejus rei æſtimationem. Si autem ex donatione factus es ejus dominus, vel ex legato: non repetes æſtimationem propter regulam dicentem, duas lucrativas cauſas in eundem hominem, & eandem rem concurrere non poſſe. Hac ratione ſi primus & ſecundus eandem rem mihi legaverint: quærimus an poſſim duorum legatum petere ab heredibus? Et dicimus, ſi quidem ex unius teſtamento rem accepi, ex altero nihil accipiam; neque eandem rem, (quo modo enim quando eſt ſub meo dominio?) neque æſtimationem: rem enim ex lucrativa cauſa acquiſivi. Sed ſi prius ex uno teſtamento æſtimationem accepi, ex altero rem petere non prohibebor.

§. Ea quoque res. Neque ſolum res eas, quæ ſunt in rerum natura, ſed etiam quæ non ſunt, ſperantur autem eſſe, recte legamus, veluti fructus futuros ex illo fundo, vel quod natum erit ex illa ancilla.

§. Si eadem res. Si duobus unam & eandem rem legavero ſive conjunctim, ſive disjunctim, venerintque ambo ad legati petitionem: ſcindetur inter eos legatum in duas partes. Si vero alter defecerit voluntate aut caſu: voluntate quidem, quoniam legatum repudiavit; caſu autem, quoniam vivo teſtatore deceſſit: aut alio quoque modo defecerit, forte enim civitatem amiſit: tunc totum legatum pertinet ad collegatarium. Et conjunctim quidem eſt, ſi ſic relinquo: Titio & Sejo ſervum Stichum do & lego. Disjunctim autem ita: Titio Stichum ſervum do & lego, Sejo ſervum Stichum do & lego. Sed & ſi appoſui Sejo eundem ſervum, æque disjunctim legatum perficitur: ergo *&* conjunctio præſens conjunctim facit legatum, ſi vero non adſcripta fuerit *&* disjunctim ipſum facit.

§. Si cui fundus. Titii fundum moriens mihi legaſti, hunc ego fundum te adhuc vivente a Titio emi, deducto uſufructu: hoc eſt nudam proprietatem accepi excepto uſu; remanſit autem penes Titium uſusfructus. Paulo poſt deceſſit Titius: & ipſius morte extinctus uſusfructus, quem obtinebat, redivit ad proprietatem. Te mortuo, volo agere contra te heredem ex teſtamento. Julianus ait, recte me petere per perſonalem actionem proprietatis agri æſtimationem: uſusfructus enim hic locum obtinet ſervitutis. Officium autem judicis eſt, deducto uſufructu, jubere, ut heres præſtet æſtimationem: velut, fundus cum uſufructu valet CL. ſolidos; ſine uſufructu C. Ago igitur ipſe petens CL. ſolidos; ſed officium judicis perficit, ut proprietatis tantum æſtimationem accipiam, hoc eſt centum ſolidos. Nam accipere me uſusfructus æſtimationem abſurdiſſimum eſt, ideo quod uſusfructus ex lucrativa cauſa ad me pervenit.

§. Sed ſi rem. Legavit quidam mihi fundum meum: inutile legatum; nam quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. Et licet fundum alienaverim, non debebitur mihi neque ipſe, neque ipſius æſtimatio. Erat Titius cujuſdam ſervi dominus: hunc legavit mihi, exiſtimans eſſe Primi: valet legatum; nam plus valet veritas, quam opinio. Sed etſi meum, videlicet legatarii hunc eſſe putavit, valet & ſic nihilominus; effectum enim utilem habet legatum. Defunctus enim dominus eſt: non ego; & dominium transferri in me poteſt abſque impedimento.

§. Si quis rem ſuam. Legaſti mihi rem tuam; ſupervivens autem eam alienaſti. Ait Celſus, ſi quidem tanquam adimens, & a mea recedens amicitia eam alienaſti, non deberi mihi legatum. Si vero non eo propoſito alienaſti (forte enim publicorum debitorum neceſſitas, vel privatorum incubuit, & pecuniæ indigens vendidiſti) me poſſe petere legatum a tuo herede. Idque Severus & Antoninus reſcripſerunt. Prædium quidam ſuum mihi legavit; ſupervivens pignori dedit: ab eiſdem reſcriptum eſt, principibus oppignerantem non videri hoc facere animo auferendi legatum. Unde legatarius coget heredem debitum creditori ſolventem, liberum prædium ab hypotheca facere, & legatario dare. Si quis autem, legato mihi fundo, ſupervivens ejus partem alienaverit: Quæ pars alienata non eſt, omnino mihi debebitur; debebitur & alienata, ſi non recedens a mea amicitia eam alienavit.

§. Si rem ſuam. Debebas mihi C. ſolidos: legavi tibi debiti liberationem: valet legatum. Et meus heres neque a te, neque a tuo petet herede, neque ab aliquo alio locum heredis tenente, velut per univerſitatem fideicommiſſatio, vel bonorum poſſeſſore. Verum etiam ex adverſo poterit agere contra meum heredem ex teſtamento, urgens eum, ut ſe liberet ab acceptilatione. Non ſolum autem continue poſſum debiti petitionem meo debitori condonare, ſed & ad tempus dicere: Condemno te heres, ut uſque ad X. annos non petas debitum a meo debitore. Quid autem quod ex contrario debitor moriens quod debebat debitum, creditori legavit? quærimus an valeat. Et dicimus legatum eſſe inutile, ſi nihilo plus ſit in legato. Si enim C. debens centum legavit, non valet. Igitur quaſi debitum petitur: & locum habente Falcidia, non minuitur, ut reliqua legata. Si vero CXV. legavit, valet propter additionem. Ex quo autem C. ſolidi ſunt in legato, idcirco non valet, quia damnoſum eſt

le-

legatum. Debebam tibi in diem; forte enim ſtipulatus es, me dare tibi C. ſolidos poſt XV. annos: vel debebam tibi ſub conditione, veluti, ſi navis ex Aſia venerit: legavi tibi hoc debitum pure. Quærimus an hoc legatum valeat? Et oportet dicere ipſum valere propter repræſentationem, hoc eſt, quoniam inde jam ſolvitur. Lucratur enim creditor, inde jam accipiens quod ſibi dandum erat poſt decennium; vel poſt exitum conditionis; vel etiam interdum non dandum: ſi quidem conditio non extitiſſet. Sed quid, in hoc legato ſi contigerit vivo teſtatore debente diem veniſſe, vel conditionem extitiſſe? Dicit Papinianus utile eſſe nihilominus legatum: quia ſemel conſtitit, & habet in ſe luctum, quod & verum eſt. Neque enim eorum juriſprudentium ſententia obtinuit, qui dicebant legatum extingui, quia in eum locum pervenerat, a quo incipere non poterat. Ecce enim dies venit, aut conditio extitit, & purum poſt hac debitum invenitur in tempore mortis teſtatoris. Sed ſi quis a principio pure legaverit: diximus legatum non valere. Hic autem valet, quia conſtitit a principio.

§. Sed ſi uxori. Recepi ego dotem a mea uxore, matrimonio adhuc conſtante: moriens ei dotem legavi. Valet legatum: lucratur enim plus mulier petens rem tanquam legatam, quam tanquam ex dote. Quoniam, ut poſſumus ſcire, non ſimul cum matrimonii diſſolutione ſemper dos redditur; legatum autem ſtatim ſolvitur. Quid igitur quod dote non accepta, dotem uxori meæ legavi? Severus & Antoninus reſcripſerunt: ſi quidem ſimpliciter legavero his verbis; Lego uxori meæ dotem, quam mihi dedit: inutile legatum. Nihil enim mihi dedit, & incerta eſt quantitas. Sin autem certæ mentionem quantitatis feci, dicens, C. ſolidos, quos ratione dotis mihi dedit, ei lego: vel forte etiam hunc fundum, quem mihi dedit, ei lego: firmum legatum eſt; vel etiam dixi: Quæ continentur dotali inſtrumento ei lego: ſic valet legatum.

§. Si res legata. Servum legavi tibi; ſine facto, vel ſine dolo mei heredis deceſſit hic ſervus. Legatarius hinc damno afficietur. Et ſi alienus erat legatus ſervus, & manumiſſus eſt a domino, non de heredis voluntate, vel deceſſit: hic heres non tenetur. Si vero heredis ſervum tibi legavi, & ipſe heres eum manumiſit: Scripſit Julianus heredem teneri ad æſtimationis dationem. Nec intereſt noſtra, utrum ſciret, an ignoraret talem a me ſervum legatum eſſe. Idem eſt, ſi & ipſe ſervum quidem non liberavit, ſed donavit alteri, qui per donationem acceptum manumiſerit: nam & hic petetur ejus æſtimatio ab herede, licet ignoraret eum legatum eſſe.

§. Si quis ancillam. Ancillam ſuam cum filiis ſuis quidam legavit: teſtatore adhuc vivo, deceſſit ancilla. In ipſa quidem legatum extinguitur; in filiis vero valet, & non perimitur cum ea legatum in filiis. Meus ſervus dicitur ordinarius, ſervi autem mei ſervus dicitur vicarius. Habens igitur quidam ſervum Stichum nomine, qui habebat vicarios, legavit mihi ordinarium cum vicariis; contigit ordinarium mori. Etiam hic extinctum legatum in ordinario obtinet in vicariis. Habeto hæc tamquam in prævisione: Sunt quædam principalia, ſunt & horum ſequelæ. Et in quantum quidem firma ſunt principalia, conſiſtunt & quæ ex ipſis; peremptis autem illis, & hæc ſimul perimuntur: velut principale eſt ſervus, ſequela autem eſt ejus peculium. Quoad ſervus exiſtit, conſtat etiam peculium; ſervo autem vel mortuo, vel manumiſſo, vel alienato, extinguitur peculium: quomodo enim poteſt peculium apud me remanere, principali non remanente? Rurſus principale eſt fundus; ſequela, ejus inſtrumentum; inſtrumentum autem fundi eſt omne, quod confert ad generationem, & collectionem, & tranſportationem, & conſervationem fructuum. Ad generationem quidem, ut, agrum colentes ſervi, boves, aratra, ligones, & his ſimilia. Ad collectionem, falces & hujuſmodi. Ad tranſportationem autem, velut currus, cophini, & alia: Ad conſervationem, dolia, teſtæ, phaci, & quæcunque talia. His prævilis, quod reſtat animadverte. Legavi meum ſervum cum peculio: ſupervivens teſtamenti factioni ſervum manumiſi, vel alienavi, vel ipſe caſu mortuus eſt. Legatum non ſolum in ipſo, ſed & in peculio extinguitur: principalibus enim non conſtantibus, neque ſequelæ poſſunt conſtare. Idem eſt, ſi legavero meum fundum inſtructum, vel cum inſtrumentis, & ſupervivens eum alienavero; Quia hic quoque extinguetur legatum, etiam in inſtrumentis, quoniam inſtrumentum ſequela eſt fundi.

Legavi tibi gregem meum ovium, contigit poſtea totum gregem ad unam ovem redigi. Poteſt legatarius reliquam ovem vindicare. Gregem meum tibi legavi, qui erat centum ovium. Me vivo contigit, aliis adnatis, fieri centum & L. etiam poſt teſtamenti factionem adnaſcentes gregi connumerantur, & omnes legato cedent, inquit Julianus: grex enim unum corpus eſt ex diverſis capitibus conſtitutum; ſicut ædes unum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus, vel materiis compoſitum. Itaque ſi ædes tibi legavero, & poſt teſtamentum columnas marmorave adjecero: hæc adjecta etiam accipies. *§. Si grex.*

Legavi tibi peculium mei ſervi, habens in bonis X. Sive me vivo ad XV. ſolidos auxit: *§. Si peculium.* Sive id me vivo minuit: ad te ſpectat legatarium, ſive lucrum accedat, ſive damnum. Tu hæc habe in modum cujuſdam præviæ inſpectionis. Ceſſio eſt legatorum nondum acceptorum ad heredes importatio. Quod autem heres eſt ei, qui ſui juris eſt, hoc eſt ſervo dominus. Nam quod poſſum ego mei juris importare ad meum heredem ante acceptionem, hoc ſervus acquiret domino: Quod vero non poteſt cedere, neque tranſire ad heredes, hoc dominis non acquiretur. Cedunt autem legata, cum delata ſunt ad nos: delatio autem eſt actionis competentia: competit autem in puris a morte teſtatoris: in conditionalibus autem poſt conditionis exitum.

rum. Et quidem olim ab adita hereditate cedebant legata. Sed quia id legatariis erat damnoſum: (heredes enim cum viderent quoſdam legatarios periculoſe interdum ægrotantes, differebant additionem, ut legata eis non cederent, neque ad eorum heredes tranſirent) idcirco placuit, ut ceſſio ſive delatio locum haberet a morte teſtatoris: quoniam hoc tempus non ſubjacet heredis voluntati. Eſt autem invenire & hodie legata quædam propter regularum ſtatum ab adita hereditate de veteri conſuetudine ceſſionem habentia. His prævisis, quod inſtat, ſpecta: Stichi mei ſervi peculium legavi. Poſt meam mortem ante aditionem idem Stichus ſuperacquiſivit nonnulla; ergo hæc cui erunt lucro? utrum remanebunt apud heredem, an dabuntur legatario? Julianus inquit; ſi quidem ipſi Sticho manumiſſo in teſtamento legatum fuerit ſuum peculium: omne, quod ante heredis aditionem acquiſivit, ei dabitur. Sed quanam ratione? quia talis legati dies poſt heredis aditionem cedit. Tamen ſi a morte teſtatoris cedebat legatum, heredi ſane competebat. Quæ igitur mutationis cauſa? Scis ceſſionem eſſe nondum acceptorum legatorum ad heredes importationem. Hic Stichus igitur legatum ſibi peculium in quem tranſlaturus erat ante aditionem? In heredes non poterat (ſervus enim heredem habere non poteſt) ſed acquiret domino. At nullus hujus dominus ante aditionem; jure igitur ſine ceſſione manet legatum. Poſt autem aditionem, quia factus eſt liber, & heredem habere poteſt: merito etiam ceſſionem habet legatum. En igitur caſus, qui ſecundum veterem legislationem habet hodie ceſſionem ab adita hereditate. Jure igitur quoniam ante ceſſionem auctum fuit legatum, omnia etiam ſuperacquiſita ad Stichum venient legatarium. Sed ſi extraneo alicui Stichi ſervi peculium legavi: quæ ſuper acquiſita ſunt poſt meam mortem ante aditionem, remanent penes heredem: tale enim legatum cedit a morte teſtatoris. Hæc autem dico: quoniam acquiſita poſt meam mortem legatario non dantur, niſi utique quæ acquiſita ſunt, ex rebus peculiaribus acceſſerint: Velut, ancilla erat in peculio, & peperit; fundus, & provenerunt hinc fructus.

§. *Peculium.* Sciendum eſt autem, manumiſſum ſervum in teſtamento peculium non ſequi. Si vero inter vivos ipſum manumiſero: accipiet peculium manumiſſus, niſi utique ſpecialiter illud ademero. Hoc enim divi Severus & Antoninus reſcripſerunt. Servus autem meus habet in peculio non ſolum quæcunque acquirit ex quacunque cauſa. Sed & ſi quid impenderit circa me dominum, auget hoc peculium: Velut, Habebat quidam peculium mille ſolidorum; ei ego debebam C. ſolidos, quos circa me impenderat; erit peculium M. & C. ſolidorum. Si igitur teſtamento talem ſervum manumiſero, & peculium ei legavero, quia quidem accipit M. ſolidos, conſtat. An autem & centum, quæ circa me impendit? Iidem principes reſcripſerunt non habere eum in his petitionem. Nam in promptu exiſtentia, & in parato viſus ſum ei legare; non quidem ea, quæ impendit circa meas rationes. Sed ſi diſpenſatorem meæ ſubſtantiæ manumiſero in teſtamento ſub conditione, Si reddiderit rationes ſuæ diſpenſationis, legare ei videor peculium, & dicere, ut eiſdem placuit principibus: ex eo, quod videtur ei legari, peculio, oportere ipſum reliqua ſolvere. Unde enim ſervus exiſtens impleturus erat debita, niſi ex peculio, ex quo ſoluturus erat, ſi & vivens dominus petebat ab eo reliqua? Non ſolum corporales, verum etiam incorporales res poſſumus legare. Ideo ſi quis debet mihi C. ſolidos, poſſum actionem in eum alii legare; & cogitur heres eam præſtare legatario. Sed ſi supervivens teſtamento exigam debitum: extinguitur legatum. Ecce igitur hic legata eſt res incorporalis, hoc eſt actio. Sed & valet legatum ſic relictum: Damno te heres hujus domum reficere, aut Titium liberare, qui premitur ære alieno. §. *Tam autem.* §. *Sed & tale.*

§. *Si generaliter.* Generaiitet quidam legavit ſervum, vel aliam rem dicens: do & lego huic ſervum. Vel do & lego huic equum: quærimus utri detur optio, heredi ne, ut ſolvat quem vult, an legatario, ut accipiat qui ſibi placet. Et dicimus legatarium habere electionem, niſi teſtator contrarium dixerit ſpecialiter.

§. *Optionis.* Optionis legatum, hoc eſt, ubi defunctus ex ſuis ſervis, aut veſtibus, aut libris legatarium juſſit optare, conditionem in ſe habet. Unde niſi legatarius ipſe optant vivus, ſed ante optionem deceſſit, non tranſit legatum ad ejus heredem ob regulam dicentem: Conditionale legatum ante conditionis exitum mortuo legatario non tranſit ad heredes. Optio autem eſt, quando ſic dixit teſtator: Optato Titius de familia mea ſervum unum. Sed hæc quidem in uſu apud veteres. Conſtitutio autem divi noſtri Imperatoris reformavit in melius: data licentia etiam heredi legatarii ſervum optandi, quem legatarius vivens non optaverat. Diligentiſſime vero hoc tractans & illud ſuæ addidit conſtitutioni. Quia enim antiquitus duobus, pluribuſve relicta optione, ſi accidiſſet eos non concordare circa optionem; ſed hic quidem Stichum elegiſſet, ille autem Pamphilum: ſecundum quidem aliquos juriſprudentes tandiu quieſcebat legati petitio, dum concordarent; ſecundum autem alios extinguebatur diſſenſione: juſſit in eadem conſtitutione, ſive unius legatarii plures eſſent heredes, qui circa optionem non conſentirent; aut plures legatarii exiſtentes non eundem eligant ſervum, & non conveniant, ne legatum pereat, quod pleriſque juriſprudentium videbatur adverſantibus benevolentiæ: ſed talem optionem voluit fortunæ committere, & illinc expectare judicium: ſorte enim ducta, cui ſors dederit, illum habere optionem, & alios collegatarios, aut coheredes eum ſequi, & accipere quem optaverit is, ad quem ſors devenit.

§. *Legari.* Illis autem ſolum legare poſſumus, quibuſ-

cum

§. Incertis. cum teſtamenti factionem habemus. Incertis perſonis neque legata, neque fideicommiſſa licet relinquere. Et non ſolum obtinet hoc in paganis, ſed neque militibus permiſſum fuit, ut divus reſcripſit Hadrianus. Incerta autem perſona eſt, quam incerto judicio teſtator ſibi ſubjecerat, de qua interrogatus nihil manifeſtum poteſt dicere: velut ſiquis ita dixerit: Quicunque meo filio ſuam filiam junxerit matrimonio, accipiat ab herede meo hunc fundum. Vel ita, primis poſt meam mortem deſignatis Coſs. det meus heres X. ſolidos; Incerta & hic perſona. Neque enim manifeſtum eſt, quis daturus ſit ſuam filiam uxorem filio teſtatoris, vel quis deſignandus eſt conſul poſt mortem. Nam ſi teſtator de eo interrogetur, nihil dicet clarum. Sunt & alii complures caſus hujuſmodi.

§. Libertat. Libertas quoque incertæ perſonæ, ſi relinquatur, inutilis eſt. Placuit enim nominatim *§. Sub certa.* ſervos teſtamento liberari. Sub certa vero demonſtratione incertæ perſonæ recte lego: ut, ſi dicam: Si quis ex cognatis, qui nunc mihi ſunt, meam filiam uxorem duxerit, rem eam accipiat ab herede meo. Hic enim perſona quidem incerta; demonſtratio autem manifeſta. Dixi enim, ex cognatis, qui nunc mihi *§. Incertis autem.* ſunt: qui numerus manifeſtus eſt. Incertæ perſonæ legatum reliqui. Legatum videlicet invalidum. Sed ſi heres per errorem hoc ſolverit, non poterit repetere. Hoc enim cavetur ſacris conſtitutionibus.

§. Poſthumus. Alienus poſthumus ſimilis eſt incertis perſonis: ideo inutiliter ipſi legamus. Eſt autem alienus poſthumus ille, qui natus ſuus non ſit heres: ideo ex emancipato filio meo conceptus, & natus nepos, extraneus erit mihi poſthumus. *§. Sed nec hujus modi.* Sed hæc quidem omnia ſecundum veteres. Conſtitutio autem noſtri principis in ipſius codice poſita omnes has incertorum ſpecies mirum in modum correxit, non ſolum in hereditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis; quæ conſtitutio lecta ipſa ſe manifeſtat quam clariſſime.

§. Tutor autem. Tutor autem incertus dari neque per eandem poterit conſtitutionem, debet enim eſſe manifeſtus, & oportet teſtatorem aperte ſuis filiis tutorem dare: inutilis igitur erit tutoris datio, ſi teſtator dixerit: Sit tutor mei filii primus veniens ad meum funus.

§. Poſthumus. Alienus poſthumus heres inſtitui poterat & antea, & nunc ſine impedimento inſtituetur: niſi quidem eum contigerit ejus mulieris eſſe in utero, quam jure uxorem habere non poſſum.

§. Si quis in nomine. Ad ſubjectarum perſonarum manifeſtationem complures antiqui plures nominum appellationes introduxerunt. Eſt enim nomen proprium ut Titius: Cognomen, quod nomini ſubjungitur, & a vituperio accipitur, aut a laude: a vituperio quidem ut ſuperbus; a laude autem ut pius: Eſt & prænomen, quod accipitur a progenitoribus, vel a benefactoribus; a progenitoribus quidem, velut ſi quis vocet Æacidem Achillem; a benefactoribus, ſicut videmus præſides provinciarum præponentes ſuis nominibus nomina illorum, per quos facti ſunt: velut Strategium vel Conſtantinum. Igitur cum legans quis erravit circa nomen legatarii, & cum opus eſſet dicere Titium, dixit Sejum: vel circa cognomen: nam cum oporteret dicere ſuperbum, dixit pium; vel circa nomen appellativum. Ut ſi pro Strategio dixerit Primum: Quærimus an legatum ſit inutile? & dicimus, ſi conſtiterit de quo intellectum ſit, nihilominus valet legatum: idemque in heredibus ſervatur. Si enim heredem aliquem inſtituens erravero circa unum prædictorum, inſtitutio non infirmatur. Et recte: nomina enim ſignificandorum hominum cauſa reperta ſunt, quæ ſi quolibet alio modo ſubjectam perſonam poſſunt comprehendere, nihil intereſt; neque detrimentum ſit ex errore circa nomen.

Similis huic rationi illa regula, quæ dicit: *§. Huic proxima.* Falſa demonſtratio legatum non perimit. Sciendum enim eſt legatis accedere aliquando quidem demonſtrationem, aliquando autem cauſam: demonſtratio autem eſt rei, quæ legatur, manifeſtatio. Velut, legavit tibi quidam ita dicens: Stichum ſervum meum vernam lego Titio: utile legatum, etſi Stichus non erat verna, ſed emptus. Vel etiam ita dixi: Stichum ſervum, quem de Sejo emi, lego Titio, emi autem a Primo; utile & ita legatum propter illam ipſam regulam: Falſa demonſtratio legatum non perimit.

Ficta autem cauſa legato addita non infir- *§. Longe magis.* mat legatum. Cauſa autem eſt impulſus manifeſtatio, propter quem legatur. Velut, legavit quidam ſic: do & lego Titio Stichum meum ſervum, quia me abſente mea curavit negocia. Vel ſic: Servum lego Titio, quia ejus patrocinio capitali crimine liberatus ſum. Licet enim neque negocia mea curavit Titius, neque patrocinio ejus capitali periculo ſum liberatus, valet legatum propter regulam dicentem: falſa cauſa legatum non perimit. Si tamen conditionaliter cauſam enunciavi, eaque falſa inventa ſit, nihil accipiet legatarius: Dixi enim ſic, verbi gratia: Lego Titio fundum, ſi mea negocia procurarit. Nam ſi quidem procurarit, accipiet, ut conditione adimpleta; ſi autem non procurarit, nulla actio dabitur legatario, ob conditionem eo modo infirmatam.

Hæc ſint tibi præcognita: Cum in unam *§. An ſervo heredis.* & eandem perſonam concurrerint jura actoris & rei: facta hoc modo confuſio judicium extinguit: nullus enim contra ſeipſum poteſt jus experiri. Debes & illud ſcire, quod paulo ante dictum eſt: delationem legatis eſſe, puris quidem teſtatoris mortem; conditionalibus autem conditionis exitum. His prævisis, ſpecta quod inſtat: Moriens quidam inſtituit me heredem; deinde Sticho meo ſervo legatum a me reliquit. Quærimus an recte relictum ſit legatum, quia in unam perſonam concurrunt jura actoris & rei. Ego enim ſum reus, ſicuti qui ſum heres: Ego rurſus actor, ſicut qui ſum do-

minus. Quoniam igitur in me concurrit jus rei & actionis, judicium confunditur. Sed quidam juriſprudentes dicunt, oportere attendere delationem, hoc eſt, quando competit legati actio; & an quidem illo tempore diviſæ ſint ab invicem heredis, & legatarii perſonæ. Forte enim vivo teſtatore Stichum ſervum meum manumiſi, vel alienavi: & quoniam dividuntur perſonæ, valet id legati: Quod extinguitur ob jam dictam rationem, ſi quo tempore teſtator mortuus eſt, inventus ſim ſervum meum, qui & legatarius eſt, habere in poteſtate. Hæc quidem, cum pure legatum eſt. Nam cum legatum eſt conditionaliter, non amplius teſtatoris mortem ſpectamus, ſed conditionis exitum. Et ſi quidem adimpleta conditio invenerit Stichum, aut liberum, aut alterius ſervum: legatum eſt firmum. Si vero, ea adimpleta, inventus fuerit in mea poteſtate: legatum infirmum. Et hæc quidem ſecundum quoſdam. Quod vero obtinet, ſic habet: In conditionalibus verum eſt, oportere videre exitum conditionis; in puris autem cum ſcriptura legatum inutile eſt, ob Catonis regulam dicentem: legata omnia quæ futura ſint inutilia, ſi ſtatim poſt teſtamenti factionem deceſſit teſtator: hæc non ideo confirmari, quia contigerit permultum tempus ſupervivere condito teſtamento: ut locus heredi eſſet, Stichum ſuum ſervum aut alienare, aut manumittere. Si enim teſtator ſimul ac teſtamentum fecerat, deceſſiſſet: inveniendus erat ſervus in heredis poteſtate. Quid autem ſi ex diverſo moriens quiſpiam meum ſervum inſtituit heredem, legatum autem mihi reliquit ab ipſo? Hic ſine ulla dubitatione valet legatum. Etenim ſi poſt teſtamenti factionem teſtator ſtatim deceſſiſſet, non cedebat legati dies apud heredem. Supra enim, ubi heres erat dominus, legatarius autem ſervus, deveniens legatum ad ſervum ſtatim acquiſitum eſt domino. In hoc autem caſu dici non poteſt, legatum deveniens ad dominum acquiſitum eſſe ſervo heredi inſtituto. Hic enim hereditas a legato ſeparata eſt, & poteſt alius per eum Stichum heres fieri. Nam ſi prius, quam juſſero adire & mihi acquirere hereditatem, in alterius poteſtatem tranſierit: novo domino acquirit hereditatem. Sed ſi manumiſſus fuerit: ipſe adiens eam ſibi acquirit. Et in his caſibus utile erit legatum. Diviſa enim eſt perſona heredis & legatarii. Itaque potero vel in manumiſſum, qui jam adierit, vel in novum dominum agere, & legatum petere. Si vero adhuc manens in mea poteſtate juſſu meo adierit: evaneſcit legatum: invenior enim ego & legatarius a ſcriptura, & heres ab acquiſitione.

§. Ante heredis. Ante heredis inſtitutionem inutiliter legamus. Et recte: teſtamenta enim vim accipiunt ex heredum inſtitutione. Ideo veluti caput, atque fundamentum totius teſtamenti intelligitur eſſe inſtitutio. Ergo quod relinquitur ante heredis inſtitutionem, extra teſtamentum eſſe videtur. Eadem ratione neque libertas dari poteſt ante inſtitutionem. Sed quia abſurdum putavit eſſe noſter divus Imperator nos ordinem quidem ſervare ſcripturæ in teſtamento, (quod & ab ipſis antiquis vituperabatur) teſtatoris autem voluntatem ſpernere: facta conſtitutione & præſens vitium emendavit, ut liceat & ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones legatum relinquere; & multo magis libertatem, quæ multo majore ſtudio digna habita eſt. Et ante heredis quidem inſtitutionem: velut, ſi teſtamentum incipiens ita dixero: Lego huic C. ſolidos; vel, Sit ille liber: & poſtea adjecero: Sit ille meus heres. Inter medias heredum inſtitutiones eſt, cum dixero: Sit ille meus heres in ſemiſſem, Lego huic & huic C. ſolidos; aut, Sit liber Stichus ſervus: poſtea vero adjecero ſecundum heredem in alterum ſemiſſem.

§. Poſt mortem. Poſt mortem heredis, vel poſt mortem legatarii inutiliter legatum relinquitur: velut ſi quis dixerit: Poſt heredis mortem lego huic C. ſolidos. Quamdiu enim heres agit in vivis, legatum non petitur; poſt ipſius autem mortem neque ab herede petetur propter regulam dicentem: Actio contra nos non incepta contra noſtros heredes non tranſit. Idem & in legatario. Nam ſi dixero: Lego primo C. ſolidos, poſtquam deceſſerit, inutile legatum: Nec enim ipſe poteſt petere propter verba teſtatoris, neque ipſius heres propter eam, de qua diximus, regulam: actio a nobis non incepta ad noſtros heredes non tranſit. Et pridie quam heres aut legatarius morietur, inutile eſt legatum: velut ſi dixero: Pridie quam moriatur meus heres, vel moriatur Titius, lego Titio C. ſolidos. Incerta enim dies, quæ eſt pridie mortis. Poſt enim mortem tunc ad præteritum recurrentes dicimus heſternam diem pridie mortis fuiſſe. Et quoniam ex morte cognoſcitur, rurſus ad legatum poſt mortem recidit. Sed & hæc eadem correctione dignatus eſt divus noſter Imperator, firmitatem præbens hujuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem. Sic enim relicta fideicommiſſa admittebant antiqui calumniantes legata. Ergo nulla in his differentia legatorum & fideicommiſſorum eſt: valent enim utraque.

§. Pœnæ quoque. Pœnæ quoque nomine inutiliter legatur, vel adimitur, vel transfertur. Pœnæ nomine legari videtur, quod coercendi heredis gratia relinquitur, quo magis faciat aliquid aut non faciat. Nam cum multi morientes imperarent aliqua fieri, & vim eis quodammodo imponerent, quo modo oporteret eos agere in civitate, deinde heredes tales ſpernerent voluntates impune: ideo homines cum vidiſſent ſperni a ſe mandata, poſtea introduxerunt pœnam pecuniariam, per quam cogebatur heres etiam præter intentionem aliquid facere. Sed dicamus exemplo, quid ſit legatum pœnæ nomine: velut, ſit ille meus heres, & det ſuam filiam in matrimonio Titio; vel ex contrario, non det. Si autem meæ voluntati adverſatus fuerit, det Sejo X. ſolidos. Aut ſic: Meus heres ſi meum ſervum Stichum alienaverit; vel e contrario non alienaverit, Titio det X. ſolidos.

Non

Non valet legatum propter duas rationes. Primum quidem, quoniam odit jus legatum in heredis voluntate repoſitum. Hic autem in ipſo eſt, debere & non debere. Nam ſi quidem impleverit dicta a teſtatore nihil ſolvit; ſi autem contra fecerit, obnoxius fiet legatario; quoniam oportet legata relinquere ob benevolentiam & amicitiam erga legatarium, non ob odium contra heredem. In tantum autem hæc regula dicens; inutilia eſſe legata pœnæ nomine relicta, obſervatur: ut plures ſint principales conſtitutiones, quibus ſignificetur, ne principem quidem pati accipere legatum pœnæ nomine relictum. Sed neque militare teſtamentum valere cogit legatum relictum pœnæ nomine; quamvis aliter militum voluntates in teſtamentis, ut juriſprudentes dicunt, valeant. Sed neque libertas pœnæ nomine relicta firmitatem habet, neque heredem aliquis pœnæ nomine valide inſtituit, ut inquit Sabinus: velut ſi quis ita dicat, Titius ſit meus heres, ſi filiam ſuam dabit Sejo uxorem. Si autem Titius filiam ſuam Sejo in matrimonio non collocarit, ſit ei coheres Sejus. Inutilis Seii inſtitutio. Nam ſicut contriſtat heredem legati datio: ita & acceptio coheredis eum damnificat, privat enim dimidio hereditatis. Sed hujuſmodi ſcrupuloſitates divus noſter Imperator peroſus, generali conſtitutione reſecuit dicens: etſi pœnæ nomine relicta ſint, vel adempta, vel in alios translata; non diſtare hæc a cæteris legatis, in quibus ſine pœna datio, vel ademptio vel translatio eſt: exceptis his videlicet, quæ vel impoſſibilia, vel legibus interdicta, aut alias ſunt probroſa. Hujuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere alienum eſſe a piis temporibus ſui imperii reſpondit. Et impoſſibile quidem eſt: velut ſi dixero: Do & lego Titio C. ſolidos, ſi aſcenderit in Cœlum; Si autem non aſcenderit, lego eos Primo. Hic enim Titius legatum accipiet. Aut ita dixi: Lego Titio C. ſolidos, ſi adulteraverit hujus uxorem, ſi autem non adulteraverit, lego eos Primo. Hic quoque Titius accipiet. Vel ſic: Lego Titio C. ſolidos, ſi verberaverit ſuam matrem, ſin minus, do eos Primo: Aut etiam adimo ita: Si vero non aſcenderit in Cœlum, vel non adulteraverit hujus uxorem, vel matrem ſuam non verberaverit, non lego ei C. ſolidos. Irrita enim & hic ademptio; ſicuti in præcedenti caſu translatio. Si vero neque impoſſibilia ſunt legatario impoſita, neque legibus contraria, neque probroſa: tunc etiam pœnæ nomine facta datio, & ademptio, & translatio obtinet.

T I T. XXI.

De Ademptione legatorum.

ET in ipſo teſtamento licet legatorum ademptionem firmiter facere, & in codicillis. Nec refert, ſive contrariis verbis fiat ademptio dicendo: Titio do & lego C. ſolidos; deinde paulo poſt in ipſo teſtamento, vel in codicillis appoſita vocula, Non: Velut, quos dari dixi Titio C. ſolidos, non do nec lego. Ecce hic contraria dicuntur: per quæ enim dedi, per ea privo, appoſito Non: *do* enim contrarium eſt, *non do.* Si vero & aliis verbis fiat ademptio, etiam ſic valet: ut dicens ita: Titio C. ſolidos lego. Deinde dixerim: nolo Titio dari C. ſolidos. Poſſumus etiam transferre ab alio in alium: velut, reliqui Titio Stichum meum ſervum. Poſſum ſic dicere: Stichum, quem legavi Titio, lego Sejo. Et hoc poſſum dicere tam in codicillis, quam in teſtamento. Translatio autem habet in ſe tacitam ademptionem: nam a Titio in Sejum cum legatum transfero, hoc tacite a Titio aufero.

T I T. XXII.

De Lege Falcidia.

HInc de lege Falcidia dicendum eſt, per quam modus noviſſime legatis impoſitus eſt. Olim enim liberum erat, totum patrimonium legatis erogare, vel prope totum: id lege XII. tab. permittente, quæ dicit, *uti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto.* Sed poſtea placuit, talem legandi licentiam coarctare. Et hoc pro teſtantibus inventum eſt: quia ut plurimum ab inteſtato moriebantur teſtatores, ſcriptis heredibus aditionem recuſantibus ob id, quod nullum, aut minimum eis inde lucrum proveniret. Et lata eſt poſtea lex Furia, quæ dixit, non licere cuiquam legare ultra mille ſolidos. Quod ſiquis majorem quantitatem relictam ſuſcepiſſet: quadruplum, ultra id, quod plus erat, reddebat: ut, ſi cepiſſet mille & centum ſolidos, reddebat quadruplum centum, hoc eſt quadringentos. Sed facile talis lex circunveniebatur. Nam quiſpiam quinquies mille aureorum ſubſtantiam habens, ſi quinque legatariis æqualiter legaſſet mille: nihil legi adverſabatur; & tamen inveniebatur heres hereditatem, quia nullum afferret lucrum, repudians: & ita turſus teſtamenta evertebantur. Sed lata eſt tertio loco lex Voconia, quæ dixit nihilo plus accipere legatarium, quam heredem. Sed ipſa etiam facile evertebatur. Nam ſiquis centum aureorum ſubſtantiam habens inſtituiſſet me heredem, & nonaginta novem legatariis æqualiter legaſſet unum aureum; neque legem excedebat; & rurſus locum dabat repudiationi. Propter unum enim aureum non tolerabat heres integræ hereditatis onera ſubire. Noviſſime igitur lata eſt lex Falcidia, quæ defuncti ſubſtantiam in duodecim diviſit uncias, & cavit, ne liceret cuiquam plus legare, quam dodrantem totius ſubſtantiæ, ſive unus ſit inſtitutus heres, ſive plures; ſed quartam remanere apud heredem, aut heredes bonorum.

Habens quis CD. aureorum ſubſtantiam inſtituit duos heredes ex æquo, Titium & Sejum: & nominatim legavit ex parte Titii dicens: condemno te Titi dare huic & huic bona, quæ valeant aureis ducentis, aut centum *§. Et cum quæſitum.*

octo-

